
12
33 H
19



PROSPERI FARINACII IC. ROMANI,

REPERTORIVM DE VLTIMIS VOLVNTATIBVS,


CVM FRAGMENTIS.

PRODIT NVNC PRIMVM

Ex manuscripto Bibliothecæ Clericorum Regularium S. SYLVESTRI *Montis Quirinalis in Urbe.*

OPERA ZACHARIÆ PASQVALIGI, eiusdem Congregationis Theologi,

ADIECTÆ SVNT PLVRES RECENTISSIMÆ DECISIONES Rotæ Romanæ, quæ ad materiam concernunt.



LVGDVNI,
Sumpt. Hær. Gabr. Boissat, & Laurentij Anisson.

M. DC. XLIV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



ILLVSTR^MO AC COLEND^MO D.

IOANNI MARCHIONI PALLAVICINO,

ZACHARIAS PASQVALIGVS, Cler. Reg. P. F.

LATVIT hucuſque Excellentiſſimi Iuriſconſulti PROSPERI FARINACII de vltimis voluntatibus lucubratio; quippe parente deſtituta, alienam opem expectabat, vt lucem adſpiceret. Prodit tandem. Verùm pupillis debentur tutores, qui res ipſorum curent. Vnde excogitanti mihi, quem ſeligerem, valde opportunum duxi, ſi tuam illi, Illuſtriſſime D tutelam deprecarer. Generis nobilitas longa Maiorum ſerie, quà litteris, quà publicis muneribus, quà militari gloria illuſtrium, ſpectabilis, mihi prorſus perſuadet, quòd ſi Auctoris nomine liber commendabitur, tuo quoque patrocinio clareſcet. Virtu-

ã 2 tum

tum ſplendor, quo generis nobilitatem illuſtras, & qui te iure ſelectum teſtatur, vt ad auunculi tui Comitis Georgij Triultij, viri celeberrimi, hæreditatem aduocare vis, ſplendida auſpicia promittit, ſub quibus dignitate auctus feliciter ſuperbiat. Ne igitur vota mea vaneſcant, tua accurrat humanitas, & exhibe hoc, quod deprecor tutelæ beneficium Agnoſcam in ipſo benignitatem tuam, quæ pluribus commendata argumentis, ex hoc quoque incrementum ſumet. Agnoſces & tu obſeruantiſſimi animi mei teſtimonium, qui totum ſeſe deuouens, ea tibi offert, quæ tibi gloriæ ſegetem præbeant, dum ſi defunctarum animarum monumenta læta fronte exceperis, pietatem oſtendes, & præclariſſimi viri laboribus fauens, doctiſſimi cuiuſque plauſus demereberis, atque hoc qualecunque obſequium meum æqui boni conſulens, cæteros ad maiora prouocabis. Soſpitet te ſemper propitius Deus, tibique omnes depluat felicitates.

CENSVRA.

CENSVRA.

DE mandato Reuerendissimi P. VINCENTII MACALANI, Magistri sacri Palatij, diligenter perlegi Quæstiones de vltimis voluntatibus, quondam PROSPERI FARINACII, & nihil in illis reperi quod sanæ doctrinæ, & bonis moribus aduersetur, ideoque typis mandari posse censeo. Romæ die 10. Decembris 1641.

D. THOMAS DE AFFLICTIS, *Clericus Regularis, S. Theologiæ Professor.*

IMPRIMATVR,

Fr. REGINALDVS LVCARINVS, *S. Palatij Apostolici Magister.*

APPROBATIO.

NOs infrascripti S. Theologiæ Doctores fidem facimus legisse ac perlegisse *Repertoria Prosperi Farinacij*, nihilque in iis Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ fidei contrarium reperisse. Lugduni die 21. Octobris 1638.

Fr. CL. COCHET, *Ord. Prædicat.*

Fr. BERNARDINVS MOLLIASSON, *Ordinis S. Francisci.*

Summa Priuilegij à Christianissimo Galliarum Rege concessi.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate sancitum est, ac patentibus litteris cautum, ne quis in Regno suo, aliisve locis suæ ditioni subiectis intra proximos annos decem à die impressionis primæ inchoandos ac numerandos, excudat, vendat, excudendum vendendúmque quouis modo & ratione curet, *Prosperi Farinacij Repertoria*, &c. præter LAVRENTIVM ANISSON, Bibliopolam Lugdunensem, aut illos, quibus ipsemet concesserit. Prohibitum insuper eâdem auctoritate Regiâ omnibus suis subditis, eadem Repertoria extra Regni sui limites imprimenda curare, vel quempiam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, aut instigare, sine consensu dicti LAVRENTII ANISSON. Idque omne sub confiscatione librorum aliisve pœnis originali diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisiis die 28. Iulij 1639.

De mandato Regis

Signatum

CEBERET.

ã 3



SERIES QVÆSTIONVM.

21. Hæres

54. Cleri

PROSPERI



PROSPERI FARINACII, IC. ROMANI,

REPERTORIVM DE VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

QVÆSTIO I.

Probibitio alienandi an & quando valeat? Ad quæ extendatur? Quando per eam censeatur inductum fideicommissum? & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Probibitio alienandi facta per testatorem quando valeat, & num. 1. 2. 3. 4.*
Probibitio alienandi ad qua extendatur generaliter. num. 28.
5. *Probibitus alienare an possit dispensari à Principe.*
6. *Probibitus alienare an incurrat pœnam non sequuta traditione.*
7. *Probibitus alienare an possit in testamento relinquere, & num. 42.*
8. *An locare ad longum tempus, & de materia num. 69.*
9. *An in dotem dare, & num. 37. & 59.*
10. *An possit alienare ex causa alimentorum.*
11. *An ex causa pia.*
12. *Probibitio alienandi facta filijs quomodo intelligatur.*
An extendatur ad nepotes. ibidem, & num. 56.
& an ad eorum legitimam. ibid. & d. num. 12.
13. *Probibitio an impediat dominij translationem.*
14. *Probibitio alienandi an transeat ad hæredes hæredis, & num. 53.*
16. *& vsque ad quem gradum, & generationem extendatur.*
Probibitus alienare, poterit tamen alienare mobilia. num. 15.
17. *Probibitus alienare an possit alienare ex causa necessitatis, & num. 58.*
18. *Fideicommissum an inducatur per probibitionem alienationis, & num. 50.*
19. *Probibitio alienandi quando tacitè facta dicatur.*
20. *Probibitus alienare an possit in vsumfructum dare.*
21. *Nullitas istius alienationis an possit per alienantem deduci.*
22. *Probibitus alienare an possit hypothecare, & n. 64. vbi etiam an possit pignerare.*
23. *An fideiubere.*
24. *An confiteri debitum.*
25. *An compromittere.*
26. *An transigere, & num. 66.*
27. *Probibitio facta per verba vniuersalia quid operetur.*
29. *Probibitus alienare in fauorem alicuius, eo consentiente poterit alienare.*
30. *Probibitus alienare an incurrat pœnam, si res momento tantùm steterit extra familiam. & de materia, ibid.*
31. *Probibitus alienare si alienet, in quam pœnam incidat, & num. 46. & 47.*
32. *Probibitus alienare an possit diuidere, & num. 74.*
33. *An possit alienare coniunctæ personæ.*
34. *Probibitio alienandi hominis de rebus etiam probibitis à lege quid operetur.*
35. *Probibita alienari an sint imprascriptibilia.*
36. *Probibita res semel alienata an semper efficiatur alienabilis.*
37. *Si adsunt alia bona, quàm probibita alienari, tunc nunquam permittitur alienatio rerum probibitarum.*
38. *Probibitio alienandi quotuplex.*
39. *Probibitus alienare an possit dare in emphyteosim, & num. 55.*
40. *An permutare, & num. 49. & 67.*

41. *Quid importet prohibitio alienandi infra certum tempus, & n.57.*

De pœna adiecta, quòd bona deuoluantur ad hospitale in euentum alienationis, & de materia. num.31.

42. *Prohibitio alienandi an excludat venientes ab intestato.*

43. *Prohibitio alienandi cuius persona contemplatione censeatur facta.*

44. *Prohibitio alienandi extra familiam an excludat filiam.*

45. *Prohibitio alienandi trahitur ad actionem personalem.*

46. *Pœna incursa per alienationem cui applicetur.*

& quando possit mora purgari in proposito. ibid.

47. *Prohibitio realis est fortior personali.*

49. *Prohibitus alienare an possit alienare in vtilitatem hæreditatis, puta subrogando aliam rem, &c.*

51. *Prohibitio alienandi quid operetur, si alienatio fit ab ignorante.*

52. *Prohibitio alienandi an trahatur ad bona feudalia.*

54. *Et an valeat alienatio pro liberatione prohibiti captiui, seu carcerati, seu aliorum captiuorum.*

& alienationis verbum quid comprehendat. num.28. & 63.

Prohibitio euanescit moriente eo, cuius fauore est facta. num 43.

60. *Prohibitus alienare an possit alienanti consentire.*

Prohibitus alienare censetur etiam prohibitus facere omnes actus, quibus ad alienationem deuenitur. num.25.

61. *Alienata contra prohibitionem possunt propria auctoritate per cohæredem recuperari.*

62. *Prohibitus alienare an possit seruitutem imponere.*

65. *An se personaliter obligare.*

67. *An permutare, & num.40. & 49.*

68. *An repudiare, & renunciare.*

70. *An in solutum dare.*

71. *An donare.*

An dare in feudum. num.55.

72. *An litigare.*

73. *& an possessionem transferre.*

75. *& an fructus alienare.*

76. *An imponere censum.*

77. *& an rem modicam alienare.*

1 LIENANDI prohibitio quando per testatorem facta valeat, ponit Alexandrinus *consil.*53. Vide Suarez *litera A. num.*14. *& sequent.* vbi quòd si fit contemplatione alicuius, vel propter vtilitatem alicuius, valet; aliàs secus: & ibi testatur de communi. De materia quando talis prohibitio valeat, vide Rolandum *consil.*81. *volum.* 2. *per totum*, & Tiraquellum *de legib. connubialib. pag.*487. *num.*57. Gabriel. *conclus.* 9. *lib.*4. *num.*1. *& num.*2. vbi particulariter, quòd si prohibitio est facta per viam conditionis, valet. Et generaliter de materia *ibidem num.* 5. Grat. *consil.* 21. *per totum, lib.*2. vbi multa ponit in materia. Et scias, quòd quando fit prohibitio de rebus etiam à lege alienati prohibitis, tunc satis dicetur facta cum causa. Roland. *consil.*7. *num.*77. *volum.*3. Ad quod faciunt infrà dicenda *num.*34.

2 In hac materia scias, quòd prohibitio alienationis satis dicetur continere causam, si facta est cum clausula, vt bona remaneant in familia, vt per Tiraquellum *de retract. pag.* 22. *num.* 50. vide infrà *num* 43. vbi de materia.

3 Scias similiter, quòd quando prohibitio alienationis est pœnalis, tunc valet: quia pœna operatur idem quod causa, vt per Rolandum *d. consil.* 56. *num.*5. *& sequentibus volum.* 1. Pro hac conclusione vide eundem Rolandum *consil.* 70. *num.*5. *volum.* 3. vbi dicitur, quòd prohibitio alienationis facta cum pœna, valet.

4 Scias etiam, quòd quando prohibitio alienationis est facta de rebus maiorum suorum, tunc valet etiam sine causa: vt per Tiraquellum *de retract. pag.*17. *num.*39.

5 Prohibitus alienare an possit super hoc dispensari à Principe, ponit Roman. *singul.*779. Sarmient. *select. interpretat. cap.*8. *lib.*1. *num.* 15. vbi quòd prohibita alienari fauore familiæ, non possunt alienari ex licentia Principis; quia Princeps non potest familiæ præiudicare sine causa, vt ibi per eum. Ad quod faciunt tradita in alio Repert. in materia Principis, videlicet, An & quando possit Princeps tollere ius quæsitum tertio.

6 Prohibitus alienare sub pœna, an incurrat pœnam non sequuta traditione; ponit Corset. *singul. pag.*139. *à tergo.* faciunt ad hæc dicta in materia emphyteotæ alienatio sine consensu domini. *In Repert. quæstion contractuum.*

7 Prohibitus alienare, an possit in testamento relinquere, vide Mandellum *in consil.* 109. *num.* 1. *& sequentibus*, vbi quòd prohibitio alienandi regulariter non impedit, quin aliquis possit in testamento relinquere. Et loquitur præsertim in filio, cui est prohibita legitimæ alienatio vsque ad certum tempus, qui nihilominùs poterit in testamento relinquere, vt ibi per eum: & per Cardinalem Albanum *in consil.* 41. *num.* 10. *& sequentibus*; vbi etiam alia ad materiam, ad quam Hippolytus Riminaldus *consil.* 279. *num.* 77. *& sequentibus volum.* 3. plura alia tradit. Verè ista est confusa, & intricata quæstio: super qua vide Marsilium *singul.* 465. Diaz *regul.* 18. Tiraquell. *de legibus connubialibus pag.*444. *num.*100. Villalob. *litera A. num.*85. 89. *&* 91. Roland. *consil.* 42. *num.* 7. *&* 8. *volum.* 1. Cephal. *consil.* 17. *num.* 25. *volum.* 1. latiùs *in consil.* 53. *num.* 1. *& pluribus sequentibus*, *eodem volum.* 1. Cotta *pag.* 22. Cephal. *consil.* 13. *num.* 25. *& num.* 34. *& sequenti*, *eodem volum.* 1. *& consil.* 72. *num.* 13. *eodem volum.* quibus in locis distinguunt, & declarant materiam, & consequenter ponunt, an institutio hæredis dici possit alienatio, & an alienatio necessaria, siue voluntaria: super qua tota materia vide omninò latè, & pulchrè distinguentem, & declarantem Gabrielium *in conclus.*10. *lib.* 4. *pag.* 483. *& sequentib.* ad quem semper recurras. Ad hanc materiam vide etiam Redoanum *de rebus Eccles. rubr.* 2. §. *hæredem quoque instituere*, *num.* 1. *& sequentib. pag.*22. vbi etiam, an per prohibitionem alienationis censeatur prohibita successio ab intestato, de quo dixi particulariter infrà *num.* 42. in materia adde Natram *consil.* 474. *num.* 8. *volum.* 2. Marzar. *de fideicommiss. quæst.* 42. *per totam*, *pag.*41. Suarez *litera A. num* 158. *& seq.* vbi pro & contra. Roland. *consil.*80. *num.* 32. *& sequentibus, volum.*3.

Prohibitus

8 Prohibitus alienare an possit locare ad longum tempus, ponit Socin. *regul.* 11. Couarr. *variarum resolut. pag.* 603. *versic. ex quo apparet.* Faciunt dicta per Menochium *pag.* 25. *num.* 68. ad quæ videas ea, quæ ponuntur in quæstione. Ecclesiæ res quando possint alienari, vide infrà *num.* 20. & 39. Et an possit locare ad quinquennium? Dic quòd sic. Marzat. *de fideicommiss. quæst.* 18. *pag.* 39. Et quòd prohibitus alienare, possit locare ad longum tempus, traditur per decisionem Lucen. 64. *part.* 1. *numer.* 13. & *sequentibus.* Faciunt in simili tradita de bonis fideicommissarij *quæst.* 2. *numer.* 42. vide ad materiam, quæ dicuntur inferiùs *num.* 69.

9 Prohibitus autem alienare, an possit in dotem dare. Dicas quòd non. Suarez *litera A. num.* 155. vbi de communi; & loquitur in constituenda dote descendentibus prohibiri. Ad hanc materiam vide Alphan. *Collectan. num.* 167. vbi etiam in discursu loquitur, an possit alienare ex causa dotis coofessatæ. Vide infra *num.* 59. Redoan. *de rebus Eccles. rubr.* 1. §. *dare in dotem*, *pag.* 12. Socin. *regul.* 12. & *regul.* 314. Villalobos *litera A. num.* 79. 86. & *sequentibus.* Cotta *pag.* 240. Menochius *casu* 182. *num.* 66. & *sequent. pag.* 204. Neuizan. *consil.* 10. *num.* 10. & *sequent.* vide etiam ea, quæ dicuntur *in sequenti quæstione num.* 2. & *sequentibus*, & infrà *num.* 37.

10 Prohibitio hæc alienandi an extendatur ad alienationem factam ex causa alimentorum, Socin. *regul.* 12. Cotta *pag.* 240. Dic quòd non, secundùm veriorem, & magis communem opinionem, de qua per Lambertenum *de contractibus eorum*, &c. *gloss.* 1. *num.* 52. & *sequentib.* vbi *num.* 57. ampliat, hanc communem procedere non solùm pro alimentis prohibiti, sed etiam eius patris, fratris, vel alterius necessarij: vnde secùs, si pro alimentis alicuius extranei, quia tunc cessant rationes ibi per eum addoctæ.

11. Prohibitio alienandi an comprehendat alienationem factam ex causa pia. Idem Socin. *reg.* 12.

12 Prohibitio autem alienandi facta filiis, quomodo intelligatur, idem Socin. *regul.* 184. An extendatur ad nepotes. Villalob. *lit. A. num.* 84. De hac materia vide Gabrielium *pag.* 636. *num.* 78. & *sequentibus.* vide infrà *num.* 14. Cephal. *consil.* 194. *num.* 15. *volum.* 2. vbi quòd prohibitio facta filiis extenditur ad nepotes, & idem traditur per Suarez *lib.* 4. *num.* 154. vbi de communi, & per Tiraquellum *de retract. pag.* 848. *num.* 23. Item hæc prohibitio facta filiis an extendatur ad alienationem eorum legitimæ, vide Cottam *memorab. pag.* 328. *verb. filius grauatus a patre.* Mandell. *consil.* 57. *numer.* 10. quòd prohibitio alienationis facta filio vsque ad viginriquinque annos, trahatur etiam ad legitimam, tradit Cardinal. Alban. *in consil.* 41. *num.* 11. & vide inferiùs dicta *in quæst.* 33. *num.* 11. & *num.* 10. ad materiam vide infrà *num.* 56. Et idem tradit Rolandus *consil.* 98. *num.* 28. *volum.* 2. & est communis, vt per Boss. *de bonorum publicat. num.* 41.

13 Prohibitio autem alienandi, an impediat dominij translationem, Diaz *regul.* 208. & 612. Roland. *consil.* 33. *num.* 24. *volum.* 1. Diaz *reg.* 742. & 743. Marzat. *de fideicommiss. quæst.* 45. *pag.* 45. *in consil.* 4. *vltim. volunt. num.* 1. & *seqq. vol.* 1.

14 Prohibitio alienandi facta hæredibus, an transeat ad hæredes hæredis, ponit Diaz *regul.* 317. Duen. *regul.* 39. Tiraquell. *de retract. pag.* 22. *num.* 49. vide infrà *quæst.* 13. *num.* 20. & suprà *hac eadem quæstione num.* 12. Mandell. *consil.* 54. *num.* 4. Vide in materia Roland. *consil.* 70. *num.* 40. & *sequentib. volum.* 3. vbi quòd prohibitio facta hæredi indefinitè, puta *prohibeo hæredem*, &c. trahitur etiam ad hæredem hæredis: secùs si prohibitio facta fuerit hæredi nomine proprio, vel fuerit dictum, *prohibeo te, ne alienes*, vel fuerit dictum, *ipse hæres non alienet.* Roland. *consil.* 55. *num.* 39. *eodem volum.* 3. Idem tradit Suarez *litera A. num.* 152. vbi quòd quando hæres expressè nominatur, tunc prohibitio non trahitur ad eius hæredes. Vide quæ traduntur infrà *num.* 53.

Prohibitus alienare, potest tamen alienare mo- 15
bilia. Villalob. *lit. A. num.* 82. Suarez *lit. A. num.* 151. vbi similiter de communi. Simoncellus *de decreto lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 54.

Prohibitio hæc alienandi facta familiæ, an ex- 16
tendatur vsque ad quartum gradum, Villalob. *lit. A. num.* 84. & an semper duret, & vsque ad quam generationem, ponit Couarr. *variar. resolut. pag.* 768. & *sequentibus*, *num.* 4. & 5. *versic. verùm*, &c. & *seqq.* adde Suarez *litera A. num.* 154. vbi quòd prohibitio facta familiæ non egreditur quartum gradum, & ibi testatur de communi. Ioseph. Ludouic. *conclus.* 16. *in* 44. *illatione*, *vers. sextà limitatur:* vbi quòd prohibitio facta hæredibus non extenditur vltra quartum gradum, nisi in contrarium adsint coniecturæ.

Prohibitio alienandi an comprehendat aliena- 17
tionem ex causa necessaria. Ista est intricata quæstio, & ad eam faciunt, quæ infrà dicentur *in sequenti quæstione num* 10. & *sequentibus.* Pro cuius declaratione, & decisione, vide decis. Bonon. 48. *num.* 16. Tiraquell. *de legibus connubialibus*, *pag.* 550. *num.* 200. 201. & 203. Aymon. *consil.* 215. *num.* 3. & *sequentib.* Tiraquell. *de retract. pag.* 199. *num.* 11. Cephal. *consil.* 59. *num.* 31. & *sequentibus.* Bard. *de iur. protomis. pag.* 58. *num.* 9. idem Tiraquellus *de retract. pag.* 301. *num.* 15. & 16. vbi particulariter quæ dicatur alienatio necessaria, Cephal. *consil.* 47. *num.* 21. & *sequent.* Roland. *consil.* 5. *numer.* 48. *volum.* 1. vbi limitat, & *consil.* 21. *num.* 13. & *sequentib. eodem volum.* 1. Paris. *consil.* 100. *num.* 21. *cart.* 98. *volum.* 4. vbi similiter, quando alienatio dicatur necessaria. Neuizan. *consil.* 10. *num.* 10. & *sequent.* vbi similiter limitat. Et, vt dixi, vide ea, quæ dicentur in sequenti quæstione in materia fideicommissi, ea præsertim, quæ fuerunt excerpta ex Menochio *in suo tractatu de arbitr. quæstionib.* qui loquitur generaliter, nedum in fideicommisso, sed in omni re prohibita alienari. Adde similiter distinguentem Marzat. *de fideicommiss. quæst.* 40. *pag.* 40. Et quid si testator expressè permiserit alienationem rerum prohibitarum, &c. fieri posse ex causa necessitatis: quid importet isto casu ista exxpressa permissio testatoris. Et quid si testator dixerit velle alienari bona in causa infirmitatis, an tunc tacitè videantur exclusi alij casus necessitatis, habentur hæc per Marzat. *de fideicommiss. quæst.* 41. *pag.* 40. Et quòd regulariter prohibitio alienationis non extendatur ad alienationem necessariam, traditur per Ancharanum *quæst.* 6. *num.* 15. *part.* 2. Est textus *in l. alienationes. ff. famil. erciscund. l. qui potuerunt. ff. de manumiss. testament. l. cùm fidei hæredis. ff. de fideicommiss. libert.* cum aliis per Lambertenum *de contractibus eorum*, &c. *gloss.* 1. *num.* 2. Fallit quando necessitas orta fuit culpa ipsius prohibiti, vt per

Bouium *de praescript. statut. pag. mihi* 142. Vide infrà *num.* 58.

18 Prohibitio autem alienandi an inducat fideicommissum, & quando, & quomodo. Ista quæstio similiter est admodum difficilis. Ideo super ea videas Aymon. *de antiquit. temp. cart.* 33. *num.* 33. vbi quòd probibitio alienandi extra familiam inducit fideicommissum in illis de familia. Cephal. *consil.* 17. *num.* 25. *& sequentib. volum.* 1. vbi pulchrè: sed pulchriùs, & latiùs per Imolam *conclus.* 37. *lib.* 1. *pag.* 155. *& sequentib.* vbi distinguit, & optimè declarat: seu potiùs per Gabrielium, ad quem semper recurras in hac materia, *in conclus.* 9. *per totam, lib.* 9. *pag.* 479. *& sequentibus.* Adde in materia Marzar. *de fideicommiss. quæstione* 44. *pag.* 44. Mandell. *consil.* 7. *num.* 9. vbi quòd per prohibitionem alienandi extra familiam inducitur fideicommissum, non purè, sed eueniente solùm casu alienationis: sed de veritate huius conclusionis, & generaliter de tota materia, vide omninò eumdem Mandell. *consil.* 54. *per totum, & consil.* 106. *num.* 20. Vide infrà *num.* 50. Omninò etiam in materia vide *decis. Pedemont.* 49. *al.* 50. *per totam.* vide infrà *quæst.* 77. vbi hæc materia est posita. Et particulariter, an censeatur inductum fideicommissum per illam clausulam: *quia voluit bona sua permanere in familia*, &c. vide disputantem Cephalum *consil.* 134. *num.* 7. *& sequentib. num.* 25. *& sequentibus pluribus:* vbi *in num.* 11. in proposito dicit, quòd quando est facta mentio de masculis, præsumitur testatorem voluisse bona conseruari in familia. Super quibus dictis Cephali vide Gabrielium *vbi suprà num.* 7. *vsque ad num.* 33. *& num.* 37. *& sequentib.* vide infra *numer.* 50. Hæc materia huius versiculi fuit transcripta & latiùs posita, infrà *in quæst.* 77.

19 Prohibitio alienandi aliquando à testatore tacitè facta censetur: puta si alicui legantur centum, vt ex illis ematur fundus, tunc tacitè videtur facta alienandi fundum prohibitio, vt per Cottam *pag.* 848. & multis aliis sequentibus.

20 Probibitus alienare an possit in vsumfructum dare, vide Rolandum *consil* 59. *num.* 5. *&* 8. *vol.* 2. vide suprà *in num.* 8. & infrà *num.* 39. Cæpoll. *cautel.* 22. *num.* 3. vbi quòd alienare dicitur, qui fructus vendit ad longum tempus. Vide Redoan. *de rebus Eccles. pag.* 39. §. *sub nomine, & pag.* 90. *rubr.* 14. *num.* 1. *vsque ad num.* 15. vbi videas in discorsu.

21 Alienans autem bona expressè prohibita alienari, an possit ipse contrauenire, & dicere annollationem nullam, vide Tiraquell. *de legib. connubialib. pag.* 487. *num.* 57. *&* 58 *gloss.* 7. vbi concludit, quòd non faciunt ad hæc dicta *in alio Repert. in Contractibus, vers. factum proprium, & in sequent. quæst. num.* 17. *& in alio Repert. Iudic. versic. nullitatem, &c. in fragmentis.*

22 Prohibitus autem alienare, an possit hypothecare, vide per Nouell. *regul.* 124. Tiraquel. *de legib. connubial. pag.* 446. *num.* 108. *& seqq.* in discursu illius quæstionis. Natta *consil.* 474. *num.* 20. *& seqq. volum.* 5. vbi quòd non, maximè si est prohibita alienatio per verba negatiua vniuersalia: & an sub generali obligatione veniant bona prohibita alienari, vide *in Repert. Contract. quæst.* 28. *num.* 19. adde Simoncell. *de decreto lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 24. Virgil. Boccac. *in constitut. March. gloss.* 8. *num.* 29. vide etiam inferiùs *num.* 64.

23 Prohibitus autem alienare an possit fideiubere. Tiraquell. *de legib. connubialib. pag.* 465. *in* 19. seu 20. *quæstione.* Dic quòd non, vt per Mandell. *consil.* 64. *num.* 7. *fol.* 91. Idem Tiraquell. *de legib. connubialib. pag.* 446. *num.* 107. Virgil. Boccac. *in constitutionib. March. gloss.* 8. *num.* 30. Redoan *de reb. Eccles. pag.* 44.

Prohibitus autem alienare an possit confiteri debitum. Tiraquell. *de legib. connub. pag.* 448. *num.* 116. & in discursu illius quæstionis. 24

Probibitus alienare, an possit compromittere. Tiraquell. *de legibus connubialib. pag.* 465. *in* 19. seu 20. *quæst.* Dic quòd non, vt per Mandellum *consil.* 64. *numer.* 7. *fol.* 91. & per Suarez *litera A. num.* 146. vbi de communi, adde in materia decis. Bonon. 21. *num.* 9. *& sequentib.* Paris. *consil.* 23. *num.* 115. *volum.* 2. *& consil.* 134. *num.* 11. *volum.* 4. Simoncell. *de decreto lib.* 2. *titul.* 6. *inspect.* 8. *num.* 72. *& sequentib.* vbi quòd prohibitus alienare, censetur etiam prohibitus compromittere. Et est ratio, quia regulariter prohibitus alienare, censetur etiam prohibitus facere omnes actus, quibus ad alienationem deuenitur, vt *ibi, & inspect.* 9. *num.* 90. *in fine, & lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 7. Lamberten. *de contractib. gloss.* 1. *num.* 363. *& seq.* Ad quod faciunt in simili tradita *de minore alienante, quæst.* 14. *num.* 103. *in Repertorio Contractuum*, & generaliter *in Repertorio Iudicial. quæst.* 83. *num.* 44. & ad idem vide etiam Virgilium Boccac. *in constitut. March. gloss.* 8. *numer.* 15. Redoan. *de rebus Eccles. rubr.* 1. §. *sed & sub vocabulo, numer.* 1. *& sequentibus, pag.* 12. 25

Prohibitus alienare an possit transigere. Tiraquell. *de legibus connubialibus, pag.* 465. *in* 19. *seu* 50. *quæstione.* Cephal. *consil.* 133. *numer.* 50. 78. *& sequentib.* 87. *& sequentib.* vbi pulchrè *volum.* 1. Roland. *consil.* 15. *num.* 42. *& sequentib. volum.* 1. vbi distinguit. Vide *in sequent. quæstione num.* 39. vide Suarez *litera A. num.* 147. vbi quòd non potest transigere, & ibi restatur de communi. Vide Fab. à Monte Leone *in pract. arbitr. pag.* 409. *num.* 45. *& seqq.* vbi infert ad plura. Vide infrà *num.* 66. 26

Prohibitio autem alienandi facta per verba negatiua vniuersalia, puta quoquo modo, & similia: an tunc censeatur etiam prohibita alienatio in casibus aliàs à iure permissis, vide Roland. *consil.* 5. *num.* 48. *volum.* 1. Ceph. *consil.* 53. *num.* 18. *& sequentibus, & consil.* 58. *num.* 17. *& consil.* 121. *num.* 1. *& seqq. volum.* 1. Natta *consil.* 474. *num.* 23. *volum.* 2. 27

Generaliter autem, si vis scire vltra casus suprà positos, ad quæ extendatur prohibitio alienandi, videas *in Repertorio Consiliorum Parisij, in verb. Alienationis prohibitio, & in Repertorio Consiliorum Socini iunioris in verb. Alienationis prohibitio.* Alphan. *in collect. num.* 167. Tiraquell. *de retract. in Repert. verb. prohibitus alienare, & verb. alienare prohibitus.* Vide quid comprehendatur sub verbo *alienationis*, de quo per Roman. *singul.* 606. Paris. *consil.* 7. *num.* 13. *&* 14. *& consil.* 71. *num.* 22. *& sequentib. & consil.* 85. *num.* 8. *volum.* 3. & Fabian. de Monte *de empt. & vendit. in* 22. *quæst.* 4. *quæstionis principalis, per totam*, vbi prohibitio alienandi ad quæ extendatur, & ad eum recurras. Et quòd prohibitus alienare, censeatur etiam prohibitus litem mouere, tradit Simoncell. *de decreto lib.* 2. *titul.* 6. *inspect.* 9. *num.* 90. De hoc verbo *alienationis*, & quid sub illo comprehendatur, posuit particularem rubricam Redoanus *de rebus Ecclesia, à pag.* 2. *vsque ad*

ad pag. 47. vbi latè: ſed ego eam extendi & poſui ſub concluſionibus de prohibirione, alienationis in hac quæſtione in diſcutſu. Et vide etiam de hoc particularitet infrà num. 63. & infrà quaſt. 2. & ſeq. num. 47.

29 Prohibitus alienare in fauorem alicuius, poterit eo conſentiente alienare, vt per Rolandum conſil. 95. num. 22. volum. 1. Iſte tameo conſenſus tion præiudicabit cæteris naſcituris, quibus fortaſſe debetur fideicommiſſum. Natta conſil. 531. num. 35. volum. 3. & idem traditur per Rolandum conſil. 70. num. 35. volum. 3. vbi de communi. Vide in materia remiſſiuè Alphan. in Collectan. num. 167.

30 Prohibitus alienare ſub pœna, non incurrit pœnam, ſi res alienata momento tantùm fuit peoes emptorem, & poſtea reuerſa eſt in familiam. Menoch. pag. 200. num. 89. Alphan. in Collectan. num. 167. vbi idem, ſi redimarur res alienata, vel alio modo ad veodirorem reuertatur.

31 Prohibitus autem alienare, ſi alienat, an priuetur hæreditare, & in quam pœnam incurrat. Iſta eſt materia Pariſij in conſil. 19. & conſil. 91. volum. 2. & conſil. 1. volum. 3. in diſcurſu. Et quid ſi teſtator voluerit, quòd in euentum alienationis bona deuoluantur ad hoſpitale; an iſta pœna poſſit per hoſpitale exigi, pulchrè per Marzar. de fideicommiſſ. quaſt. 45. pag. 45. & Pariſ. d. conſil. 91. Pro hac materia adde Mandell. conſil. 7. num. 11. vbi quòd ſi vnus ex cohæredibus prohibeatur alienare ſub pœna priuationis hæreditatis, certè alienando nedum priuatur parte ſua, ſed etiam parte eohæredum, quibus fortaſſe erat ſucceſſurus, vide infrà num. 46. & faciunt dicta infrà in quaſtione 55. per totam, & paulò inferiùs in num. 46. & ſequenti.

32 Prohibitus alienare an poſſit diuidere. Cephal. conſil. 63. num. 9. & conſil. 64. num. 6. & ſequentibus, eodem volum. 1. Dic quòd ſic, l. voluntas, C. de fideicommiſſ. Lamberten. de Contractibus eorum, &c. gloſſ. 1. num. 18. & num. 19. in fine, vbi quòd maximè poterit diuidere fructus. Intellige ſi ad diuiſionem à ſocio prouocetur; ſecùs, ſi velit prouoeare ſocium ad diuiſionem, quia non poteſt, vt ibidem num. 31. & 33. Diuiſio enim eſt alienarionis ſpecies, vt per Simoncell. de decreto lib. 2. titul. 4. vbi num. 2. & ſequent. teſtatur de communi. Vide quæ infrà tradentur num. 74.

33 Probibitus alienare noo cenſetur prohibitus alienare filio, fratri, ſeu alteri coniuncto. Tiraquell. de retract. pag. 21. num. 51. & 54.

34 Prohibitio alienaudi facta à teſtatore de rebus, quæ etiam à lege alienari prohibentur, puta de rebus fideicommiſſo ſubiectis, operatur, vt cenſeatur etiam prohibita alienatio in caſibus aliàs à iore permiſſis, vt per Cephalum in conſil 121. num. 4. & conſil. 133. num. 62. & ſequentib. & conſil. 134. num. 39. volum. 1. & dicetur in ſequenti quaſtione num. 5. 14. & 16. Adde pro eadem concluſione Rolandum conſil. 70. num. 72. volum. 3. & conſil. 7. num. 74. & ſequentib. eodem volumine. Simoncell. de decret. lib. 2. tit. 4. vbi de magis communi num. 9. 10. & 11. vbi declarat. Faciunt in ſimili tradita in Repertorio Contract. quaſt. 14. num. 91. & quaſt. 16. num. 56. Redoan. de rebus Eccleſ. rubr. 18. num. 77. vſque ad num 91. pag 116.

35 Prohibita autem alienari ſunt impræſcriptibilia: intellige vt per Cephalum in conſil. 133. num. 62.

& ſequentib. volum. 1. In hac materia facias regulam, quòd prohibita alienari non poſſunt præſcribi. Boſſ. de ſtatut. præſcript. pag. 140. num. 304. Hanc regulam tradit etiam Socin. regul. 13. Villalobos lit. P. num. 258. Roland. conſil. 3. num. 19. volum. 1. & hæc concluſio non ſolùm eſt communis, ſed etiam omnes in eam conueniunt, excepto Crotto per Lambertenum allegato in tract. de Contractibus eorum, &c. gloſſ. 1. num. 264. & num. 263. & ſequentib. vſque ad num. 268. vbi multa pro & contra ad materiam: ad quam vide etiam in Repertorio Iudic. quaſt. 96. num. 17. & ſequentib. vbi poſui an & quando errans in iure præſcribat: & infrà in ſimili tradita de bonis fideicommiſſariis quaſt. 2. num. 41. & in Contractib. quaſt. 20. num. 8. vbi de præſcriptione rerum minoris alienari prohibitarum.

Limita I. hanc regulam, vt non currat præſcriptio in fauorem, videlicet illorum, quorum cauſa facta eſt prohibitio; ſecus tamen in fauorem alienantis, quia contra eum currit præſcriptio, vt ibidem num. 305. & per Lambertenum de Contractibus gloſſ. 1. num. 268. vbi tamen hoc limitat procedere interueoiente bona fide ex parte ementis: aliàs ſecùs.

Limita II. vt non poſſit præſcribi ab eo, qui emit, & habuit cauſam à prohibito alienare: ſecùs ab eo, qui habuit cauſam, & emit ab alio, ibidem num. 305. ita etiam limitat Socinus regul. 13. in 5. fallentia, & Suarez litera A. num. 156.

Limita III. in præſcriptione longiſſimi temporis, vt ibi num. 306. Hanc eamdem limitationem tradit Villalobos litera P. num. 260. Roland. conſil. 3. num. 85. & ſeq. volum. 1. Quod multo magis procedet in præſcriptione immemoriali, vt per eumdem Villalobos ibidem dicto num. 160. Immò etiam ſufficiet præſcriptio longi temporis, videlicet vigioti annorum, vt per eundem Villalobos ibidem num. 259. licèt contrarium videatur aſſerere Roland. dicto conſil 3. num. 85. volum. 1. Quòd bona prohibita alienari præſcribantur ſpatio longiſſimi temporis; & quòd præſcribens habeat cauſam à probibito, tradit Suarez litera A. num. 155. vbi de communi. Vide aliquid in Repertorio Iudic. quaſt. 96. num. 21. & 22. vbi poſui, an & quando errans in iure præſcribat ſpatio longiſſimi temporis, & Lamberten. de Contractib. gloſſ. 1. ſub num. 264. vbi videtur tenere, quòd nec præſcribantur ſpatio loogiſſimi temporis. Sed quando babeat locum iſta tertia limitatio, videas ibidem num. 306. 307. & 308. vbi facit plures caſus, & per Cephalum d. conſil. 133. num. 64. vol. 1.

Limita IV. quando venditio rei prohibitæ eſſet facta ab eo, qui ignorabat talem prohibitionem, vt ibi num. 308.

Limita V. qoando adeſſent alia bona æquiualeotia ipſius alienantis, & ſufficientia ad fideicommiſſum, vt ibidem num. 308. iis enim quinque caſibus currit præſcriptio etiam in rebus prohibitis alienari. Faciunt ad hanc limitationem dicta in ſequent. quaſt num. 28.

Limita VI. quando interuenit ſcientia illorum, quorum fauore res fuit probibita alienari. Socin. regul. 13. in 2. fallentia.

Limita VII. quando prohibitio alienandi eſt facta ſimpliciter: ſecùs ſi res prohibetur alienari, niſi interueniat quædam ſolemnitas: nam tunc in his currit præſcriptio. Roland. conſil. 3. num. 85. & ſequent. volum. 1. & conſil. 5. num. 64. eodem volum. 1.

& per Lambertenum *de contract.lib.gloss.1. num. 165. & duobus sequentib.* vbi etiam aliquid de materia: ad quam vide etiam aliquid in materia mulieris prohibitæ à statuto, &c. Vide *in Repert. Contract. q.10. num.*80.

Limita VIII. quando res prohibita alienari posset alienari cum consensu illorum, in quorum fauorem est facta prohibitio: nam tunc currit præscriptio. Roland. *d. consil. 5. num.* 89. *vol.*1. Contra regulam: & quòd prohibita alienari, possint etiam præscribi, vide allegatos per Simoncell. *de decreto lib.3.tit.9.n.*96. Ad materiam vide Balb. *de præscript. 5. part. 5. part. principal. quæst.*4. Redoan. *de reb. Eccles.rubr.1.§.2.num.1.& seqq.pag 5. & §.3. per totum, pag.*6.

36 Prohibita res alienari, si semel fuerit alienata, quòd semper sit effecta alienabilis, ponit Menoch. *de arbitr. quæstionib. in quæst.*54. *num.* 24. Et faciunt ea, quæ traduntur *in Repert.quæst.Contractuum, in materia alienationis rei Ecclesiæ.* Declara vt per Simoncell. *de decret. lib.2.tit.4.num* 31.

37 Prohibita alienari, quæ aliàs ex causa, purà dotis, vel necessitatis à iure alienari permittuntur; non poterunt tamen alienari, quando adsunt alia bona in hæreditate, quàm prohibita: vt per Neuizan. *consil.*10. *num.* 10. *& seq.* & dicetur *in sequenti quæstione num.*3. Alphar. *in collect. num.*167.

38 Prohibitio alienationis quædam est personalis, quædam personalissima, & quædam impersonalis, siue realis. Gabriel. *conclus.* 9. *num.* 46. *lib.* 4. *pag.*483.

39 Diximus suprà *in num.* 8. An prohibitus alienare, possit locare ad longum tempus: modò quæro, an possit dare in emphyteosim. Vide Marzar. *de fideicommiss. quæstione* 39. *pag.* 39. vide infrà *num.*55.

40 Prohibitus alienare an possit permutare, vide infrà *num.* 49. *& in quæst.* 2. *num.* 21. *&* 36. dic quòd non, vt per Simoncell. *de decret. lib.2.tit.6.inspect.*13. *num.*119. *& seq.* vide infrà *num.*67. vide Marzar. *de fideicommiss.quæst.*39.*pag* 39.

41 De prohibitione alienandi facta intra certum tempus, puta filiis, quòd non possint alienare, donec erunt ætatis 30. annorum, quid importet, vide per Marzar. *de fideicommiss quæst.*44 *pag.*44. & infrà *num.*57.

42 Prohibitio alienandi licèt regulariter non excludat venientes ab intestato: si tamen facta sit, ne alienetur in certam personam, tunc ad illam nullo modo potest transire talis res, etiam ab intestato, vt per Mandell. *consil.* 7. *num.*12. videas Doctores allegatos suprà *num.*7. qui licèt fuerint allegari in materia successionis ex testamento, tamen loquuntur etiam ab intestato. Roland. *consil.*80. *num.*32. *& sequentibus alijs pluribus, volum.*3.

43 Prohibitio alienandi etiam quòd non exprimatur persona, cuius contemplatione fuerit facta: tamen censetur facta contemplatione aliorum cohæredum, & illis deficientibus contemplatione venientium ab intestato. Mandell. *consil.7.num.*13. videas in hac materia aliquid suprà *num.*18. *in fine.* Adde Roland. *consil.*70. *num.* 23. *volum.* 3. vbi quòd prohibitio alienationis semper censetur facta causa & contemplatione conseruationis agnationis: & moriente eo, cuius fauore facta est prohibitio, illa euanescit, nec ampliùs locum habet, vt videre est *in decisione Pedemontana* 98.*num.*11.

44 Prohibitio alienandi extra familiam non excludit filiam, licèt benè excludat descendentes ex filia. Mandell. *consil.*7. *num.*16. vide eumdem *in consil.*54. *num.*5. vide etiam Rolandum *in consil.*38. *num.*31. *volum.*3.

45 Prohibitio alienandi bona non extenditur ad alienationem actionis personalis, quam quis habet ad bona. Mandell. *consil.*57.*num.*5.

46 Pœna, quam quis incurrit per alienationem contra prohibitionem testatoris, cui applicetur, vide infrà *quæst.* 55. *num.* 34. & quando admittatur moræ purgatio, vide *ibidem num.*12. Vide quæ suprà dicta sunt *num.*31.

47 Pœna adiecta per testatorem in alienantes contra prohibitionem, nulli dubium, quòd est validè apposita, & potest exigi. Mandell. *consil.*97. *num.*1. & infrà *quæst.*55. *num.* 4. & de hac materia vide suprà *num.*31.*&* 46. Sed aduerte, quòd debet strictissimè interpretari, & non extendi, & in dubio excludi debet, etiam quòd agatur de honore Ecclesiæ. Mandell. *consil.*93. *num.*41. Et vide in proposito Cardinalem Albanum *in consil.*31 *num.*16. vbi quòd non est verisimile, quòd testator, qui filio hæredi instituto prohibuit alienationem omnium bonorum sub pœna priuationis hæreditatis, quòd voluerit illam pœnam realiter posse exigi, sed solùm fuisse appositam causa terroris. Ad quam materiam vide Aymon. *consil.*193. vbi particulariter disputat, an minor restituatur aduersùs alienationem factam contra testatoris prohibitionem, ita quòd euitet caducitatem hæreditatis.

48 Prohibitio alienationis quando est realis, hoc est, concepta in rem, est fortior prohibitione personali, & nullam patitur exceptionem, etiam quòd res transeat in multas personas. Mandell. *consil* 93. *n.*2. *& consil.*97. *num.*2.

49 Prohibitus alienare non censetur prohibitus permutare. Item non censetur prohibitus vendere & alienare, quando ex alienatæ rei pretio redimit, seu emit aliquid aliud, quod est vtile hæreditati. Mandell. *consil.*97.*num.*12.*& sequentibus.* vbi limitat procedere, quando prohibitio fuerit facta à testatore habente solùm affectionem ad valorem patrimonij, secùs si habuisset respectum ad rem ipsam prohibitam alienari: puta si prohibuit alienari turrim, quæ erat antiqua, & similia: nam tunc nec permutari, nec alio modo alienari potest, etiam in vtilitatem hæreditatis, vt ibi per eum. Faciunt in materia permutationis superiùs dicta *in num.* 40. & infrà *quæst.* 2. *num.* 21. *&* 36. vide etiam infrà *num.*67.

50 Prohibitio alienandi an inducat fideicommissum, multa fuerunt remissiuè superiùs tradita *in num.*18. quas allegationes videas in casu occurrenti. Modò addas, quòd regulariter prohibitio alienandi non inducit fideicommissum absolutum, sed conditionale, videlicet in casu contrauentionis, & alienationis. Cephal. *consil.*193.*num.*1. *& num.*4.*in fine,* vbi de communi: ita etiam tradit Suarez *litera A. num.*157. vbi similiter de communi. Ad materiam vide *decis. Pedemont.*49. Roland. *consil.*23. *vol.*4. vbi latè, Ancharan. *quæst.*71. *lib.* 1. Hippolytus Riminald. *consil.*10.*vol.*1. *& consil.*279.*lib.*3. Gabriel *lib.*4. *tit. de fideicommiss. conclus.*9.

Limita quando testator dispositiuè, puta per verbum *volo*, addiderit illam, vel similem clausulam: quia voluit bona conseruari in familia & agnatione, quia tunc censetur inductum absolutum fideicommissum, etiam quòd nulla fiat contrauentio, vt *ibidem num* 6. *& seqq.* & Card. Alban. *in consil.*41. *n.*8. vbi de communi. Achill. Personal. *de adipiscend.*

possess.

*possess.num.*105. vbi quòd hoc transit absque difficultare,& faciunt tradita *in Repertorio Contract.quæst.*71. *num.*35.*& sequentibus:* adde pro hac eadem opinione eumdem Achillem vbi suprà *num.* 222. vide infrà *quæst.* 77. vbi hæc materia est posita. Quòd si testator non dispositiuè, sed enunciatiuè mentionem fecerit, quòd bona conseruentur in familia, seu agnatione: tunc non dicitur per hanc prohibitionem inductum fideicommissum absolutum, sed solùm in casu contrauentionis: ita dicit idem Cephalus *ibi num.*2.5.*& seqq.* vide inferiùs *in quæst.*77. vbi latè posita est hæc materia.

51 Prohibitio alienationis quid operetur, si alienatio est facta ab ignorante talem prohibitionem: & quid si sit facta à tertio, ad quem res peruenit, vide Alphan. *in suis Collectan. num.*167. faciunt inferiùs dicenda *in seq.quæst. num.*15.

52 Prohibitio alienandi an trahatur ad bona feudalia, remissiuè per Alphan. *in suis Collect.num.*167. *in fine.*

53 Ad ea quæ suprà tradita sunt *num.*14. scias, quòd prohibitio alienandi facta hæredi trahitur etiam ad hæredem hæredis, secundùm communem opinionem, de qua per Tiraquellum *de retract.conuent.* §. 1. *gloss.*6. *num.* 24. Communem etiam dicit Crassus *in communionib. opinionib. lib.*2. *cap.*3. *quæst.* 2. *in* 2. *tom. commun.opin.* licèt contrarium tradiderint aliqui per Tiraquellum relat, vbi suprà *num.*19. prout contrarium dixit Rolandus *consil.*59.*num.*29.*vol.*3.

Quam communem opinionem limita non procedere, quando prohibitio esset facta hæredi nuncupatim cum nomine proprio; verbi gratia. Titium hæredem alienare prohibeo, tunc enim non transit ad hæredes hæredis, vt per Tiraquellum *pag.*848. *num.*24.

Limita II. quando prohibitio fuisset facta cum illa demonstratione, *ipse hæres:* quia tunc similiter non transit ad hæredes, vt *ibidem pag.* 849. *num.*15. & communem dicit Crassus vbi suprà *d. quæst.* 2. Aduerte in materia, quòd quando prohibitio fit cum causa, videlicet, vt bona remaneant in familia, vel de genere suo non exire, & similia, tunc transit prohibitio ad hæredes, etiam quòd hæres prohibitus sit nuncupatim nominatus. Crassus vbi suprà *dicta quæst.* 2. hanc opinionem dicit communem.

54 Prohibitus alienare an possit tamen alienare, vt se à captiuitate, seu carceribus liberet. Distinguas in hunc modum: quòd si prohibitus in dictos carceres, seu captiuitatem incurrit, non ex suo scelere, seu culpa. & tunc indistincta permissa est alienatio, vt per Lambertenum *de contractib. eorum,&c. gloss.* 1. *num.* 58. *& seq.* Si verò captiuus, vel carceratus reperiatur ex sua culpa & scelere, tunc an alienatio sit permissa tres fuerunt opiniones. Vna affirmatiua, alia negatiua, tertia distinguens: quòd videlicet si prohibitio alienandi est facta tantùm ad fauorem prohibiti, valeat isto casu alienatio; secùs si ad fauorem alterius. Et licèt Tiraquellus allegatus per Lambertenum vbi suprà *num.* 60. ex his tribus opinionibus negatiuam suprà relatam dixerit communem: tamen tenera tertia illa opinio distinguens verior & communis est, vt *in d.num.*60. *& sequentibus*, vbi respondet ad contraria. Et *ibi num.*64. ponit, quid si alienatio fiat pro redemptione aliorum captiuorum, seu carceratorum. Vide in simili infrà tradita *quæst.*2.*num.*18. *& in Repertorio quæstionum contractuum quæst.*20.*num.*77.

55 Ad ea, quæ suprà tradita sunt *num.*39. dicas, quòd secundum Ruinum, quem allegat Marzar. *de fideicommiss.quæst.*38.*part.*2. prohibitus alienare censetur etiam prohibitus in emphyteosim dare. Iura etiam adducit Redoanus *de reb.Eccles.rubr.*1.§.*similiter dare,num.*1.*& seq.pag.*32. In contrarium autem faciunt fundamenta, & considerationes Iosephi Ludouici *in decis.Lucen.*64. *num.*2. *& seqq. part.*1. vbi *num.*13. *& sequentibus*, concordando opiniones distinguit quòd prima opinio procedit, quando grauatus faceret fraudem fideicommissario, puta quòd reciperet pecuniam pro intratura, & pro inuestitura, & rem in emphyteosim daret pro parua pensione. Secunda autem procederet, quando nulla habita à principio pecunia rem pro iusta,& condecenti pensione concederet. Sed hæc distinctio non tangit terminos quæstionis nostræ, quæ de emphyteosi tantùm loquitur; quia quando res nulla habita pecunia pro iusta pensione conceditur, dicitur locatio, non emphyteosis, quæ solet semper pro parua pensione concedi ad meliorandum, prout idem Ioseph Ludouicus aduertit etiam *d.num.*13. *& sequentibus*.ideò in emphyteosi indistinctè teneas primam opinionem. De locatione autem ad longum tempus, vide suprà *num.*8.*&* 20. Et quòd prohibitus alienare censeatur etiam prohibitus dare in feudum, ponit Redoan. *de rebus Ecclesiæ rubr.*1.§.*dicitur etiam alienatio, num.*5.*pag.*33.

Prohibitio alienandi facta filiis, an censeatur etiam facta nepotibus: præter superiùs tradita *n.*12. vide infrà *quæst.*16. *num.*4 vbi posui, an in fideicommisso filiorum appellatione veniant nepotes: adde Achill. Personal. *de adipiscend. possess. num.* 197. vbi quòd prohibitio facta filiis non extenditur ad filios filiorum, & sic ad nepotes. Quod fallit in prohibitione facta cum causæ adiectione: quia scilicet voluit bona sua remanere in familia, vt *ibidem* per Achill. *num.*215.216. *&* 218. *& pluribus sequentibus*; vbi idem, si ita suadeatur ex coniectura a mente testatoris, quia tunc etiam ad nepotes extenditur talis prohibitio alienandi, vt ibi per eum. 56

Prohibitio alienandi facta ad certum tempus, adhuc tamen est perpetua, si causa & ratio prohibitionis est perpetua & generalis. Paris.*consil.*16.*n.*46. *& consil.*52. *num.* 24. *& seq. lib.* 3. refert & sequitur Achill. Personal.*de adipiscend.possess.sub num.*220. vide suprà *num.*41. declara, vt *in decis. Pedemont.* 85. *num.*5.12. *& seqq.* 57

Prohibitus alienare regulariter non censetur prohibitus alienare ex causa necessitatis: dixi suprà *num.*17. Plures adducit concordantes Simoncell. *de decreto lib.*1. *tit.*1. *num.*5. Redoan. *de reb. Eccles. rubr.* 18.*num.*98.*pag.*117. Quid si cum prohibitione hominis concurrat prohibitio legis, dixi suprà *num.*54. Et ista causa necessitatis est exprimenda in specie, aliàs alienatio non valet, *decis.Pedemon.*171.*num.*10. Sed an intelligatur de ea necessitate, in quam quis venit facto suo, puta contrahendo debita, vide *in decis. Pedemont.* 68. *per totam in discursu*: vbi etiam optimè distinguit necessitatum genera. Adde Roland. *consil.* 27. *num.* 8. *& sequentib. volum.* 4. vbi quòd prohibitio alienationis facta per verba vniuersalia, puta *quoquomodo*, *nullo modo*, *quauis de causa*,& similia, comprehendet etiam causam necessitatis. Et idem tradit Cephal. *consil.* 121. *num.*3. Et an emens res prohibitas alienari, alienatas tamen ex causa necessitatis, debeat probare pretium versum in illam necessitatis causam, propter quam facta fuit venditio; an verò sufficit, quòd tempore emptionis necessitatis causa imminebat, vide om- 58

nino *in decis. Pedemont.* 169. *per totam.* vbi *num.* 18. *& omnibus sequentibus*, quid si ex venditione dictæ rei fuerit recepta maior pecuniæ quantitas, quàm necessitas expostulabat: an venditio in totum, vel pro parte rescindatur, an verò sit valida, ibi videas; & videtur, quòd in totum rescindatur, ex traditis per Iosephum Ludouicum *conclus.* 14. *illat.* 14. *&* 15. vbi ampliùs quòd oecessitas debet probari aliùs, quàm per assertionem partium: & idem omnino tradirur in 24. illatione.

59 Prohibitus alienare, an possit ex causa dotis alienare? Vltra superiùs tradita *num.* 9. facias modò regulam affirmatiuam, quòd possit. Roland. *consil.* 17. *num.* 14. *volum.* 4. vbi de magis communi. Redoan. *de reb. Eccles. rubr.* 18. *num.* 100. *pag* 117.

Limita I. quando alienatio esset prohibita etiam expresse respectu doris, *ibid. num.* 5.

Limita II. quando si non expressè, tacitè tameo ex testatoris mente colligitur, quòd & alienationem ex causa dotis prohibere voluerit, quia tunc tacita mens attenditur, *num.* 8. *& omnibus & sequentib.* per totum consilium, vbi plura affert exempla, quibus tacitè videtur prohibita alienatio, etiam ex causa dotis.

Limita III. quando alienatio est prohibita per verba vniuersalia, puta *quouis modo, nullo modo, quauis de causa*, & aliis, de quibus *ibid.* per Rolandum *dict. num.* 8. *& seqq.* vbi pariter exemplificat, & idem Cephal. *consil.* 121. *num* 2.

Limita IV. quando testator prohibuit alienationem in aliquo casu permisso, & speciali, puta in causam piam: nam tunc etiam & ex causa dotis prohibuisse alienationem censetur, vt *ibid.* per Roland. *num.* 19 vide *in decis. Pedemont.* 169. *per totam*, vbi an emens res prohibitas, alienatas tamen ex causa dotis, debeat probare pretium versum in illam causam dotis, pro qua fuit facta alienatio: an verò sufficiat probasse, quòd tempore alienationis imminebat casus dotis restituendæ, vel constituendæ. Et quid si fuit alienata res maioris valoris, quàm dos ipsa restituenda, vel constituenda, an alienatio in totum, vel pro parte rescindatur; an verò sit valida, vide *ibid. dict. decis.* 169. *num.* 18. *& omnibus sequentib.* Adde quòd prohibitus alienare ob præiudicium alicuius, censetur etiam prohibitus in dotem dare. Lamberten. *de contractib. gloss.* 21. *num.* 6. atque etiam *num.* 10. vbi ponitur exemplum.

60 Prohibitus alienare, an possit alienanti consentire. Lambert. *de contractib. gloss.* 1. *quæst.* 85. *num.* 316. *& seqq.* Redoan. *de reb. Eccles. rubr.* 1. §. *sub vocabulo, pag.* 11. *num.* 1. *& seqq.* faciunt tradita *in Repert. Contract. quæst.* 29. *num.* 6. *& quæst.* 14. *num.* 59. Simoncell. *de decreto, lib.* 2. *tit.* 6. *inspect.* 16. *num.* 142. *& sequenti*; vbi distinguit.

61 Prohibita alienari, si per prohibitum alieneotur, possunt per cohæredem propria auctoritate recuperari. Roland. *consil.* 92. *in fine vol.* 2.

62 Prohibitus alienare non potest in re prohibita seruitutem imponere: minùs potest seruiturem in alieno ad sui fauorem impositam remittere; vt per Lambert. *de contractib. eor. &c. gloss.* 1. *num.* 382. Redoan. *de reb. Eccles. rubr.* 1. §. *quando verò, num.* 1. *& seqq. pag.* 18.

63 *Alienationis* verbum quid comprehendat, dixi aliquid in genere suprà *num.* 28. Et hæc materia videtur distributa in discursu huius quæstionis in vnoquoque versiculo. Generaliter tamen de ea videre etiam poteris Redoanum *de rebus Eccles. non alienan. rubr. de significat. verbi Alienatio.* §. 1. *num.* 1. *& sequentib. vsque ad num.* 12. vbi quod verbum *alienatio*, quatuor modis secundùm subiectam materiam capitur: Propriissimè, propriè, impropriè, & impropriissimè. Et ibi exemplificat, quid in vnoque istorum modorum & casuum comprehendatur sub verbo *alienationis*. Item quid in rescriptis. Quid in pœnalibus & odiosis, breuiter, sed doctè refert Doctorum propositiones in materia, ibi videas. Et *in §. similiter sub vocabulo, per totum, pag.* 45. *& in §. dicitur quoque alienatio, num.* 2. *pag.* 46. vide infrà *quæst.* 2. *n.* 46.

64 Prohibitus alienare, an censeatur prohibitus hypothecare, & pignerare, dixi aliqua suprà *num.* 22. Regulariter dic, quòd sic; quia per hypothecam & pignus deuenitur ad alienationem. Concordantes allegat Redoan. *de reb. Eccles. rubr.* 1. §. *item sub vocabulo, num.* 8. 9. 10. *&* 11. Prædictis adde præfatum Redoanum *in citata rubr. de significatione verbi Alienatio*, § 1. *num.* 9. *&* 11. vbi quòd pigneratio impropriissimè sub verbo *alienare* comprehenditur, ideo io odiosis & pœnalibus prohibitus alienare, non censetur prohibitus pignerare; nisi pro tanta summa pigneraretur, quòd non sit verisimilis luitionis spes. Et eadem ferè repetit *in §. item sub vocabulo, num.* 1. *& sequentib.* vbi quòd prohibitus alienare, censetur etiam prohibitus pignerare, seu hypothecare realiter; secùs verbaliter: quia realis pigneratio pro tanta quantitate, vt non sit spes luitionis, alienationis nomine continetur; secùs si est spes luitionis, quia tunc prohibitus alienare, non dicitur prohibitus pignerare realiter: sed circa verbalem hypothecam, & pignerationem concludit *ibi num.* 8. *& seqq.* quòd prohibitio alienandi trahitor etiam ad verbalem hypothecam specialem; sed an ad generalem, pariter idem videtur, vt *ibi num.* 8. 9. 10. 13. sed contrà *num.* 16.

65 Prohibitus alienare, non censetur prohibitus se personaliter obligare. Redoan. *dict. rubr. de significat. verb. Alienatio*, §. 1. *num.* 6. *l. alienatum, ff. de verbor significat. l. si pro fundo, C. de transactionib.*

66 Prohibitus alienare, an possit transigere, vltra suprà tradita *num.* 26. & de minore *in Repert. Contract. quæst.* 14. *num.* 22. *&* 105. & de Ecclesia *in eodem Repert. Contract. quæst.* 16. *num.* 20. Adde Redoanum *de rebus Ecclesia, rubr.* 1. §. 1. *num.* 12. 13. *& sub num.* 20. vbi quòd prohibitus alienare, non potest transigere rem tradendo, seu dimittendo aduersario: at rem consequendo, vel retinendo potest transigere, etiam quòd aliquid de suo det, vel faciat.

67 Prohibitus alienare, censetur etiam prohibitus permutare. Fallit primò fauore dotis. Fallit secundò quando permutatio est vtilis. Redoan. *de reb. Eccles. rubr.* 1. §. *venit etiam permutatio, num.* 1. *& seqq.* in discursu. Faciunt tradita in simili de minore *in Repert. Contract. quæst.* 14. *num.* 75. & de Ecclesia, *in eodem Repert. quæst.* 16. *num.* 45. de hac materia dixi etiam suprà *num* 40. *&* 49.

68 Prohibitus alienare, an censeatur prohibitus renunciare, seu repudiare, aliqua per Redoanum *de rebus Eccles. rubr.* 1. §. *Pariter repudiatio, num.* 1. *& sequentib.* in discursu; *& num.* 9. vbi de repudiatione legati, & hæreditatis; qui licèt obscurè videatur loqui: veritas tamen est, quòd prohibitus alienare, censetur etiam prohibitus renunciare iuri quæsito, secùs quærendo, & nondum quæsito. Colligitur hæc distinctio per ea, quæ in simili de minore repudiante, & renunciante, dixi *in Repert. Contract. quæst.* 14. *num.* 27. *&* 99. nec ab ea dissentire videtur Redoan. *in loco citato*; licèt confusè, vt dixi, loquatur.

69 Prohibitus alienare, an possit locare, dixi aliqua

suprà

ſuprà *num.*8. adde Redoanom *de reb. Eccleſ. rubr.*1. §. *vocabulum quoque alienationis, num* 1. *& ſeqq.* vbi quòd probibitus alienare, cenſetur etiam prohibitus locare in perpetuum.

Amplia etiam quòd ſit dictum, qoòd tot ſint locationes, quiot ſunt anni, *ibid. num.* 8. De hoc vide eumdem Redoanum *dict rubr.*1. §. *at ſi locatio, ſub num.*5. vbi videtur ponere cautelam contra.

Limita, vt id procedat in materia indifferenti, ac fauorabili; ſecùs in materia odioſa & pœnali: quia prohibitus alienare ſub pœna, non cenſetus probibitus locare ad longum tempus, *ibid.n.*5.*&* 6.

Limita II. quando pactum iotes partes, quòd ex locatione non transferatur vtile dominium, interuenit: nam prohibitus alienare, non ceoſetur prohibitus locare, etiam ad longiſſimum tempus, quando ex locatione non transfertur vtile dominium, *ibid. num.*6. 7. *&* 8. Et locatio dicitur facta in perpetuum, quando ad 30. annos facta eſt, vt *ibid. dict. num.*7. *& in* §. *at ſi locatio, pariter in num.*7. Faciunt in ſimili tradira de Eccleſia locante *in Repert. Contract. quaſt.* 16. *num.* 28. Locatio verò dicitur facta ad longum tempus, quando eſt facta ad 10. annos, vel vltrà. Ad modicum verò tempus, quando ad nouem annos, vel infrà facta eſt. Et in iis concludo, quòd probibirus alienare, non cenſetur regulariter prohibitus locare ad modicum rempus; ad longum verò rempus ſic: vt per Redoanum *de rebus Eccleſia, dict.rubr.*1. §. *at ſi locatio, num.*1. *& ſeqq.*

70 Prohibitus alienare, cenſetur etiam prohibitus dare in ſolutum. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienan. rubr.*1. §. *itidem datio, num.*1. *& ſeqq. pag.*18. Faciunt ad hæc tradita *in Repert. Contract. verſic. Ratio in ſolutum, num.* 23. vbi tradita ponas hîc, quia faciunt ad extenſionom buios quæſtionis.

71 Prohibitus alienare nulli dubium, quòd cenſetur probibitus dooare; quia donatio nihil aliud eſt, quàm damnoſa alienatio, vt per Redoan. *de rebus Eccleſ. non alienan. rubr.* 1. §. *nec donatio, num.*1. *& ſeqq. pag.*20.

72 Prohibinis alienare non poteſt litigare, & ſie actiones in iudicio declarare; ſed bène poteſt excipere: vt per Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr.* 1. §. *venit etiam, pag.* 38. *&* §. *ſeq.* vbi quòd nec etiam poteſt iuramentum deferre. Faciunt in ſimili tradita *in Repert. Contract. quaſt.*20. *num* 96. vbi Doctores allegatos videas, quia loquuntur generaliter ad propoſitum huius quæſtionis.

73 Prohibinis alienare, cenſetur etiam prohibitus concedere dominium vtile, vel poſſeſſionem transferre. Conceſſio enim vtilis dominij, & tranſlatio poſſeſſionis, veniunt ſub nomine alienationis, ex traditis per Redoan. *de reb. Eccleſ. dict. rubr.*1. §. *nomine alienationis, &* §. *vocabulo alienationis, num.* 1. *& ſequentib. pag.*39. *& ſequenti, & in* §. *ſimili ſub vocabulo, num.*1. *& ſeqq.* vbi de tranſlatione vtilis dominij, *pag.*45. *&* §. *dicitur quoque alienatio, pag.*46. *n.* vbi de tranſlatione ſolius detentationis, & de præmiſſis, quòd ſob nomine *alienationis* veniat etiam conceſſio vtilis dominij, & tranſlatio poſſeſſionis, loquuntur Doctores ſuprà allegati *num.*65. *& n.*28. Et quòd probibitus alienare, cenſeatur prohibitus transferre poſſeſſionem, probat etiam Redoan. *rubric.*14. *num.*14. *& omnib. ſeqq. pag.*93. *& ſeq.*

74 Prohibitus alienare, an cenſeatur prohibitus diuidere, vltrà ſuperiùs tradira *num.* 32. & vltra ea, quæ in ſimili dicta ſunt *in Repert. Contract. de minore, quaſt.*14. *num.*44. *& num.* 90. & de ſtaturo *quaſt.*20. *num.*67. *& ſeqq.* & de Eccleſia, *quaſt.*16. *num.*37. vide Redoan. *de reb. Eccleſ. rubr.*1. §. *venit quoque diuiſio, num.*1. *& ſeqq. pag.*40. *&* 41. vbi facit regulam, quòd ex quo diuiſio eſt ſpecies alienationis: iden prohibitus alienare, cenſetui prohibitus diuidere. Et hanc regulam limitat tribus modis. Primò in diuiſione fructuum, ſeu commoditatis ratione commodioris vſus & culturæ. Secundù in diuiſione vtili prohibita, quando puta habet ſocium rixoſum. Tertiò in diuiſione neceſſaria, quando ſcilicet non prouocat: ſed ipſe prouocatur ad diuiſionem.

Prohibitus alienare, non cenſetur probibitus 75
vendere fructus rei prohibitæ, quia venditio fructuum non eſt illius rei alienatio. Redoan. *de rebus Eccleſ. rubr.* 16. *num.* 9. *& ſeqq. pag.* 101. An autem prohibitus alienare, poſſit in vſumfructum dare, dixi ſoprà *num.*10.

Piohibitus alienare, cenſetur etiam ptohibitus 76
imponere cenſum. Intellige vt non poſſit imponi cenſus ſuper rebus prohibiris, ſed bene ſuper fructibus eorum, vt declarat Redoan. *de rebus Eccleſ. rubr.*16. *num.*23. Et iſto caſu impoſitio cenſus valebit vſque ad vitam concedentis, ſed in præiudicium eius, coius fauore facta eſt prohibitio poſt imponentis mortem, ex traditis *ibid.* per Redoanum *n.*12. *& ſeqq pag.*102. *&* 103.

Prohibitus alienare ſub pœna priuationis hære- 77
ditaris, incurrit pœnam, eriam quòd rem minimam alienauerit, vt per Tiraqnellum *in tract. de Iudic. in rebus exiguis, pag.*56. *à tergo, verſic.*54.

QVÆSTIO II.

Fideicommiſſaria bona quibus caſibus alienari poſſint.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommiſſaria bona quando alienari poſſint generaliter.*
2. *An ex cauſa dotis, & num. ſeqq. plurib. & n.*32.37.38 *&* 45.
5. *Quid ſi concurrat etiam expreſſa teſtatoris prohibitio, & num.*14. 26. *&* 33.
10. *An ex cauſa neceſſitatis, & alijs num. ſequentib. & num.*46.
*Neceſſitatum genera. d. num.*10.
15. *Si ignoranter emuntur, ac venduntur bona fideicommiſſaria, quid iuris.*
16. *Emptor rerum fideicommiſſariarum an poſſit fideicommiſſario dare aſtimationem rei.*
17. *Nullitas iſtius alienationis non opponitur per alienationem.*
18. *Fideicommiſſaria bona an poſſint alienari pro redemptione captiuorum.*
19. *Quid ſi alienans dicat ſe alienare in locum legitima, qua ſibi debetur, vel Trebellianica, & n.*44.
20. *Quando hæredi grauato cenſeatur data licentia alienandi hac bona fideicommiſſaria.*
21. *& an iſto caſu computentur in Trebellianicam.*
22. *Pecunia redacta de rebus fideicommiſſarijs alienatis, an cenſeatur etiam fideicommiſſaria? Et quid ſi ex ea ſit empta aliqua res, & de materia, & num.*36.
*Fideicommiſſaria bona an poſſint alienari ei, cui erant reſtituenda per fideicommiſſum. num.*23.
25. *Hæres ſuccedendo grauato, qui alienauit, an poſſit dicere alienationem nullam.*

27. Fidei

1 BONA subiecta fideicommmisso regulariter alienari non possunt. Ad cuius regulæ declarationem & materiam, videas ea, quæ suprà fuerunt posita *in quæst. antecedenti.* Corset, *singul. pag.141. à tergo.* Socin. *reg.* 38. *&* 115. Diaz *regul.* 29. Villalob. *lit. B. num.* 38. Roland. *consil.* 81. *volum.2.* Paris. *in Repert. eius Consiliorum, verb. bona subiecta, & consil.52. num.4. 5.33. & seqq. cart.* 110. *volum.* 1. Couar. *variar. resolut. lib.3. cap.6. num.*10. *vsque ad finem, pag.*799. Cephal. *consil.45. sub num.*18. *volum.*1.

2 Particulariter autem an bona subiecta fideicommisso possint alienari ex causa dotis, vide *in sequentibus numeris, & num.*32. 37. 38. 45. Hanc materiam latè ponit Couarruuias *variar. resolut. pag.799.n.*10. & faciunt dicta superiùs *in quæst. antecedenti, num.9.* adde Menochium *de arbitr. quæst. casu* 182. *num.66. & sequentib. pag.*204. Marzar. *de fideicommiss. quæst.*48. *per totam, pag.* 59. vbi multa in materia, & infrà *num.* 32. 37. 38. *&* 45. *Decis. Lucen.* 28. *num.* 90. vbi quòd licèt fideicommissaria bona possint alienari pro dote soluenda pro liberis, seu aliis descendentibus testatoris: tamen secus erit pro dote soluenda pro transuersalibus, seu extraneis. *& ibidem num.* 96. vbi quòd bona fideicommissaria possunt alienari pro dote constituenda descendentibus testatoris etiam conceptis post illius mortem: licèt Parisius ibi per eum allegatus contrarium dixerit.

3 Et quia regula est, quòd fideicommissaria bona possunt alienari ex causa dotis constituendæ, vel restituendæ: & ad comprobationem huius regulæ vide etiam Cephalum *consil.* 261. *num.* 19 *volum.2.* est textus *in Authent. res quæ,* & in corpore vnde sumitur, *C. commun. de legat. decis. Lucen.21. num.76.* vbi de communi, & magis communi. Roland. *consil.20. num.1. & seqq.* vbi *num. 4. de communi;* quòd videlicet possint alienari etiam pro dote restituenda, *volum.4.* & de magis communi *in consil. 27. num.1. & seq. eodem volum.4.* Ideo prædicta regula multis modis limitatur. Et

I. Quando adsunt alia bona sufficientia ad dotandum absque diminutione fideicommissi: & tunc fideicommissaria bona alienari non possunt, etiam ex causa dotis. *decis. Lucen.28. num.89. part.1.* Roland. *consil.20. in princip. volum.4.* Aymon. *cons.215. num.7. vol.1.* Neuizan. *consil.10 num.10. & seq.* Et faciunt ea, quæ superiùs dicta sunt *in antecedenti quæst. num.37.* quibus adde Menochium *de arbitrar. quæstionib. casu* 182 *num.66. & sequentib. pag.*204. & vide quæ infrà dicuntur *in num.13.* Et quis debeat probare extare alia bona, an mulier, an fideicommissarius? Dic quòd mulier. Marzar. *de fideicommiss. pag.* 52. vbi etiam pro & contrà. *decis. Lucen.28. num.98. part.1.* vbi similiter pro & contrà.

4 Limita II. quando testator expressè prohibuit fideicommissum alienari, etiam ex causa dotis: quia tunc nec etiam pro dote alienari potest, vt per Rolandum *consil.85. num.1. & seqq. volum.1.* in discursu. Pro cuius limitationis veritate vide Couar. *variar. resolut. pag.* 800. *versic. tertiò vt quibusdam, & versic. cæterùm.* Paulus Crot. *consil.* 144. *num.*18. & Bellon. *cons.*83. *num.* 6. & omnino Marzar. *de fideicommiss. quæst.8. versic. retenta tamen. pag.51. decis. Lucen.28. num.78. & seqq.* vbi quòd non obstante expressa prohibitione alienationis ex causa dotis, possunt fideicommissaria bona ex dicta causa alienari, vbi adducit rationes, concordantes allegat, & secundùm Marzarium *vbi suprà*, hanc dicit esse magis communem.

5 Limita III. & fortiùs, quòd nedum bona subiecta fideicommisso non possunt alienari, etiam ex causa dotis, quando expressè testator prohibuerit etiam alienationem ex causa dotis: verùm nec alienari possunt, quando simpliciter testator prohibuerit alienationem rerum fideicommisso subiectarum: nam vbi concurrit expressa testatoris prohibitio, & tacita legis, tunc operatur iste concursus, vt bona prohibita aliàs alienari, & fideicommissaria, quæ aliquo casu alienari à iure permittuntur, nec etiam in casu à iure permisso alienari possunt, & sic nec etiam ex causa dotis, necessitatis, seu qualibet alia: vt suprà dictum est *in antecedenti quæst num.34.* & tenuit Cephal. *cons.134. num.19. & consil.133. num.62. & consil.121. num.4.* Contrarium videtur tenere Bellon. *consil.* 83. *num.* 6. Et cum Bellono est communis opinio, immò magis communis, de qua testatur Marzar. *de fideicommiss. pag.50. quæst.48.* vbi etiam refert contrarium tenentes. Vide in hac materia Moron. *de fid. treg. & pac. pag.116. num.15.* & Roland. *consil.81. num.7. & 26. vol. 2.* vide infrà *num.* 14. & etiam *num.16.*

6 Limita IV non procedere in filia, quæ vellet sibi constituere dotem immoderatam, & sic vltra legitimam & Trebellianicam, & ob id alienaret bona subiecta fideicommisso, quia tunc non potest, vt per Rolandum *dict. consil.85. num.1. & sequentib. volum.1. decis. Lucen.28. num.* 93. vbi quòd dos debet esse congrua.

7 Limita V. quia licèt bona fideicommissaria possint pro dote obligari & hypothecari: tamen si fideicommissum fuerit iniunctum post hypothecam & obligationem dotis, secus erit. Sed super veritate huius limitationis, vide Roland. *cons.85. num.14. & seqq. volum.1.* & Nattam *cons.61. num. 3. & 4. volum.1.* Menoch. *casu* 182. *n.70. & 75. decis. Lucen.28. num.17.*

num.17.part.1. vbi quòd fideicommissaria bona possunt ex causa dotis alienari, etiam quòd fideicommissum sequatur, & hanc dicit esse magis communem, ex Rolando *consil.19.num.7. & consil.20.num.6. lib.4. & cons. 27. num.3. eodem volum.* vbi reddit rationem.

8 Limita VI. in obligatione dotis confessatæ, ad hoc ne fiat fraus fideicommissario: super veritate cuius limitationis vide Roland. *d. consil.85. num.24. & seqq. volum.1.* & Nattam *d.consil.61. num. 3. & 4. volum.1.* & dic, quòd bona fideicommissaria possunt alienari etiam pro dote cõfessata, quando sunt lapsa tempora ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, videlicet decem annorum. Ita respondendo contrariis tradit Rolandus *consil. 20. num.8. & seqq. vol.4.*

9 Limita VII. quando recipiens dotem habuerit Trebellianicam, & legitimam, easque consumpserit: nam tunc alienatio bonorum fideicommisso subiectorum etiam ex causa dotis facta nulla est, & inualida. Pro cuius limitationis declaratione vide Roland. *d.consil.85.num.24.& seqq. volum.1.* & Natt. *d. cons.61. num.3. & 4. vol.1.*

10 Ex causa necessitatis permittitur etiam alienatio bonorum fideicommisso subiectorum: pro quo faciunt dicta *in antecedenti quæst. num.* 17. & optimè distinguit & declarat materiam Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 182. *num. 19. & sequentibus omnibus*, vbi ponit species necessitatis, quibus fideicommissa alienari possint, vel non possint. Plura necessitatum genera ponuntur *in decis.Pedemont.*68. in discursu. Vide infra *num.*46.

11 In quo aduertendum est primò, quòd licèt bona fideicommissa subiecta possint ex causa necessitatis alienari: hoc tamen limitatur pluribus modis. Et

I. Quòd non possunt alienari in plus, nisi in quantum vrget necessitas: ita Menoch. *de arbitr. quæst. dict. casu* 182. *num.*32. *pag.*202. Et an isto casu alienatio in totum, vel pro parte rescindatur, an verò sit valida, vide *in decis.Pedemont.169.num.18.& communibus seqq.*

12 Limita II. vt bona talia non possint alienari ex causa necessitatis, in quam alienare volens incidit culpa & facto suo, propter eius malam vitam præteritam: puta si consumpsit omnia alia bona sua: super cuius limitationis veritate, vide Menochium *dict.casu* 182. *num.*31. 37. *& seqq. omnib. pag.*202. *& ibid.num.*40. vbi quid isto casu præsumitur. Ad hæc videas suprà *in antecedenti quæst.num.*58. vide Cephal. *consil.*261. *num.* 20. *& sequenti*; vbi quòd fideicommissaria bona possunt ex causa necessitatis alienari; etiam quòd necessitas procedat ex debitis contractis per hæredem grauatum, & valebit isto casu alienatio saltim in vita alienantis: sed de hoc particulari, an scilicet necessitas intelligatur ea, quam quis incurrit ob debita contracta, vide *in decis. Pedemont.*68. *per totam*, in discursu.

13 Limita III. quòd nec etiam ex causa necessitatis alienari possint bona fideicommissaria, quando adsunt alia bona vltra prohibita. Neuiz. *cons.10. n.10. & seqq.* & vide quæ suprà *in hac quæst.* dicta sunt *in num.* 3.

14 Limita IV. quòd quando cum hac legis tacita prohibitione bonorum fideicommisso subiectorum concurrit alia testatoris expressa prohibitio, & tunc nec etiam ex causa necessitatis alienari possunt, vt per Cephalum & alios suprà allegatos *in num.*5.

15 Subsequenter in hac materia scias, quòd emptor ignoranter emens bona fideicommisso subiecta à venditore pariter ignorante fideicommissum, non potest stante tali bona fide per fideicommissarium molestari, sed tantummodo detur consequutio pretij à venditore: textus est *in l. finali*, vbi Doctor. *ff. de legat.* 2. Cephal. *consil.*201. *num.*31. *& sequentib. volum.*2. vbi meliùs dicit, quòd in dubio alienatio præsumitur facta ab ignorante, maximè si sit filius ille, qui alienat, qui præsumetur ignorasse fideicommissum, vt ibi per eum. Sed aduerte quòd quando concurrit expressa prohibitio hominis, tunc non valet alienatio facta per ignorantem ignoranti. Roland. *consil.7. num.76. volum.3. & consil. 98. num.18. volum.* 2. vide Moronum *de fid. treg. & pac. pag.37. num.4. & seqq.* vbi si talia bona sunt per hæredem alienata, qui ignorabat fideicommissum, quomodo eorum concedatur reuocatio. Et hanc materiam latè tradit Socin. *consil.118.num.28.part.1.* latè etiam de hac materia traditur per Rolandum *consil.81. per totum, volum.2.* & Tiraquellum *de legib. connubialib. pag.487.num.37.& seq.* Marzarium *de fidei.commiss. pag.48. versic. de hærede*, &c. Vide quoque superiùs tradita *in præcedenti quæst. num.*51.

Et in proposito, si vis scire quando emptor rei fideicommissæ possit dicere fideicommissario hæredi: Nolo tibi restituere rem, sed tantummodo æstimationem rei; videas Rolandum *consil.85. num.18. & sequentib. volum. 1. & ibid. num.21. & decis. Pedemont.73. per totam*, vbi & de materia. 16

Scias similiter in materia, quòd ille, qui alienauit rem fideicommisso subiectam, non potest huic alienationi contrauenire, & dicere eam nullam, vt per Tiraquellum *de legib. connubialib. pag. 487. n.58. gloss.7.* vide quæ dicuntur *in antecedenti quæst num.21.* Sed vide etiam Marzar. *de fideicommiss. quæst. 37. pag.*38. Pro primo dicto cum Tiraquello, adde Cephalum *cons.261.num 36. volum.1.* facit, quia nullitas non potest allegari per eum, qui nullitati causam dedit, vt *in Repert. Iudic. vers. nullitatem*, &c. 17

Bona fideicommisso subiecta quando particulariter possint alienari pro redemptione captiuorum, vide Tiraquell. *de legib. connubial.pag.563.num.283.* & per totam illam quæstionem; vbi etiam an possint alienari pro redemptione captiuorum ob scelera: ad quod vide etiam remissiuè per Lambertenum *de contractib. cor.&c. gloss.1. num.18. & seqq. quæst 23. & 24.* præsertim *num.64.* quibus in locis etiam ponit an bona fideicommissaria possint per grauatum alienari, ad hoc vt se à carceribus, seu captiuitate liberet: & concludit quòd sic, dummodo non sit captiuus, seu carceratus ex sua culpa & scelere. Et ad hoc faciunt suprà tradita *quæst. 1. num 54. & in Repert. Contract. quæst.* 20. *num.* 77. vide Redoanum *de reb. Eccles. rubr.18. num.112. & seq. pag.117. in fine, & sequenti*; vbi quòd hæres grauatus potest bona fideicommissaria alienare pro liberatione sua, vel etiam filij carcerati pro delicto. 18

An autem bona hæc fideicommissaria possint per eum alienari, qui grauatus debet deducere legitimam, & dicat se capere pro legitima illud quod alienat, vide infrà *num.* 44. videas etiam Roland. *cons.78. num.19. & seqq. volum.* 1. & per Menoch. *de arbitr. quæstionib. pag.186. num.13.* faciunt dicta infrà *quæst.* 40 *num.* 10. Item quòd fideicommissaria bona possint alienari à grauato vsque ad legitimam, ac Trebellianicam, & quòd in eam bona alienata computentur, tradit Cephal. *consil. 261. num.27. & seqq. volum.2. & decis. Lucen.64. num.17. & seqq.* vbi quòd est communissima opinio, quòd alienata per prohibitum computantur in legitimam, seu Trebellianicam: 19

bellianicam: & quòd valet alienatio, quia præsumitur, quòd alienata elegerit pro dicta legitima, seu Trebellianica.

20 Si testator dederit licentiam alienandi bona subiecta fideicommisso, tunc nulli dubium, quòd possunt bona fideicommissaria alienari: sed dubitatur, quando tacitè videatur data talis potestas, seu licentia alienandi; in quo vide Imolam *conclus.* 17. *pag.* 55. seu potiùs Gabrielium *pag.* 496. *conclus.* 13. vbi declarat.

21 Et in isto casu, quando fideicommissario est data licentia alienandi, an tunc bona alienata computentur in Trebellianicam, videas per eundem Imol. *d. conclus.* 17. & Gabriel. *d. conclus.* 13.

22 Ponamus bona fideicommissaria fuisse alienata, an pecunia redacta ex hac alienatione censeatur etiam ipsa eodem onere fideicommissi grauata, & sic non possit ampliùs alienari: sed quid si ex ea pecunia alia res fuerit empta, vide super his Cephalum *consil.* 10. *num.* 4. *& sequenti*, *volum.* 1. & Titicæ. *de testament. coniug. pag.* 193. *&* 195. & infrà *num.* 36. & suprà *quæst.* 1. *num.* 39. *&* 40.

23 An autem fideicommissaria bona possint alienari in eum, cui erant restituenda per fideicommissum: dic quòd sic, vt per Neuizan. *cons.* 33. *num.* 4.

24 De forma libelli, qua vti debeat fideicommissarius pro recuperatione istarum rerum alienatarum, & fideicommisso subiectarum, videas per eundem Neuizan. *d. cons.* 33. *num.* 16. omnino per Marzarium *de fideicommiss. pag.* 61. *& seqq.* adde ea, quæ dicuntur *verb. fideicommissarius*, &c. inter diuersa *num.* 7.

55 An autem hæres fideicommissarius succedendo grauato possit dicere alienationem per ipsum factam de rebus fideicommissariis nullam: an verò ei obstet regula *l. cùm à matre, C. de rei vendicat.* vide *in sequenti quæst. num.* 19.

26 Diximus suprà *in num.* 5. *&* 14. nonnullos effectus expressæ prohibitionis alienationis factæ per testatorem in rebus etiam tacitè à lege alienari prohibitis, puta fideicommissi. Ad quam materiam generaliter, videlicet de virtute huius expressæ prohibitionis, vide per Marzarium *de fideicommiss. quæst.* 36. *pag.* 38. vbi dicit, quòd ex hoc demonstratur enixa voluntas testatoris. Vide etiam *in num. sequenti.*

27 Et inter alios effectus istius expressæ prohibitionis adiectæ rebus fideicommissariis, quæ à lege etiam alienari prohibentur, enumerat autor iste, quòd licèt bona fideicommissaria per grauatum alienata non possint per fideicommissarium durante vita ipsius grauati vendicari: quod idem tradit Cephalus *consil.* 261. *num.* 21. *vol.* 2. Redoan. *de reb. Eccles. rubr.* 16. *num.* 22. *pag.* 103. tamen secus erit, quando adfuit & hæc expressa testatoris prohibitio: ita concludit Marzar. *de fideicommiss. quæst.* 37. *pag.* 38. vbi etiam hoc declarat. Et ad hoc faciunt infra dicenda *num.* 33.

28 In materia huius quæstionis principalis scias, quòd licèt fideicommissaria bona per grauatum alienata possint per fideicommissarium eius hæredem vendicari à tertiis possessoribus: tamen hoc non procedet, quando grauati alienantis remanerent tot bona, quæ æquiualerent bonis alienantis. Ita per Marzarium *de fideicommiss. pag.* 47. *versic. aduertendum, & sequenti.* vbi etiam ponit quis debeat probare, quòd extent alia bona alienantis *in q.* 46. & faciunt dicta *in antecedenti quæst. num.* 35. *in* 5. *limitatione*; & infrà *in sequenti quæst. num.* 19. & idem traditur *in decis. Lucensi* 64. *num.* 31. *part.* 1.

29 An autem hæres grauatus vendens bona fideicommissaria teneatur emptori de euictione, vide per Marzarium *de fideicommiss. pag.* 48. *versic. an autem, & versic. de emente.* Vide in materia euictionis in sua materia particulari.

De cautela & modo, per quem emptor rerum 30 fideicommisso subiectarum non possit aliquo tempore molestari, vide per Decium, qui latè hoc declarat *cons.* 323. *per totum.*

De fideicommissario agente contra hæredem 31 alienantis, vide per Marzar. *de fideicommiss. pag.* 48. *versic. de fideicommissario*, &c.

Suprà *num.* 2. posuimus regulam, quòd bona fi- 32 deicommissaria ex causa dotis possunt alienari, & eam limitauimus pluribus modis *in numeris sequentibus.* modò quæro, an bona fideicommissaria possint alienari pro restituenda dote, habita tamen post mortem testatoris: vide de hoc Marzarium *de fideicommiss. pag.* 52. *versic. an verò, & seq.* vbi pro & contra refert authoritates. In materia vide suprà *num* 2. *& sequentib.* & infrà *num.* 37. *decis. Lucen.* 28. *num.* 91. *& seqq.* vbi quòd possunt alienari etiam pro dote accepta post mortem testatoris secundùm veriorem, & magis communem opinionem: & idem tradit Roland. *cons.* 20. *num.* 7. *volum.* 4. vbi de communi, & magis communi *in consil.* 27. *num.* 3. *eodem volum.* 4.

Fideicommissariarum rerum alienatio pendente 33 tempore, vel conditione ad restituendum valet & tenet: & si deficeret conditio, efficeretur irreuocabilis, vt per Bou. *de statut. præscript. pag.* 142. *in princip.* faciunt dicta suprà *in num.* 27. Adde Marzarium *de fideicommiss. quæst.* 61. *in vers. an autem*, &c. vbi quòd alienatio facta pendente conditione de iure valet, quamuis postea adueniente conditione resoluatur, & habeatur perinde ac si facta non foret, vt *ibi* per eum. Hinc scias, quòd si pendente conditione fideicommissi hæres grauatus alienet, tunc fideicommissarius conditionalis non potest inhibere tali hæredi, vt non alienet: sed præstita sibi satisdatione de restituendo in euentum conditionis, poterit repelli, vt per Marzar. *d. q.* 61. *vers. an autem*, &c. Aduerte tamen quòd licèt pendente conditione teneat alienatio rerum fideicommissoriarum; tamen quando concurrit etiam expressa testatoris prohibitio, tunc nec valet talis alienatio pendente conditione fideicommissi; sed ipso iure est irrita. Socin. *consil.* 113. *volum.* 3. quem refert & sequitur Cardinalis Albanus *consil.* 8. *num.* 8. vide suprà *num.* 27. 26. 5. *&* 14.

Fideicommissaria bona non possunt alienari 34 etiam ratione alimentorum alicui relictorum: hoc est, quòd legatum alimentorum relictum in rebus fideicommissariis non valet, vt per Paris. *cons.* 98. *num.* 8. *&* 12. *volum.* 2. *pag.* 167. vide infrà *num.* 40.

Fideicommissaria bona possunt alienari ab eo, in 35 quo est expiratum fideicommissum. Mandell. *consil.* 7. *num.* 19. *& sequent.*

Fideicommissaria bona possunt permutari, item 36 alienari, quando eorum loco alia subrogantur: vel quando talis alienatio vertit in vtilitatem fideicommissi. Mandellus *consil.* 97. *num.* 12. *& sequentib.* vide suprà *in hac quæstione num.* 22. & superiùs *quæst.* 1. *num.* 40. *&* 49.

Ad superiùs tradita *num.* 2. *& seqq. num.* 32. adde 37 quòd licèt res supposita fideicommisso possit in causa dotis obligari & alienari, ad textum *in Authent. res quæ, C. commun. de legat.* Aduertas tamen, quòd illa Authent. habet solùm locum in liberis testatoris grauatis, qui poterunt ex causa dotis tam restituendæ, quàm constituendæ fideicommissaria bona

bona alienare; non autem in aliis hæredibus grauatis, vt *ibi* per Bart. *num.* 4. *in fine*, & per Iason. *num.* 12. quicquid in contrarium dixerit gloss. *in §. quamobrem, in Authent. de restit. & ea qua par.* quæ communiter reprobatur, vt dicit Iason *in d. Authent. res qua, d. numer.* 12. vide infrà *in numer. sequem.* Et propterea quòd *d. Authent. res qua*, non habeat locum in transuersalibus, sed solùm in liberis testatoris, tradit Roland. *consil.* 27. *num.* 6. *vol.* 4. vbi de communi.

38 Aduerte etiam, quòd sicur bona fideicommisso] supposita possunt alienari ex causa dotis constituendæ filiæ testatoris, vt per Cephal. *in consil.* 261. *numer.* 22. *& sequent.* multò magis poterunt alienari pro restitutione dotis vxoris ipsius testatoris],] vt rectè traditur per eumdem Cephal. *num.* 23. *& seq.*

39 Fideicommissaria bona licèt non possint alienari: tamen benè possunt alienari ex causa transactionis bona fide initæ. Cephal. *consil.* 261. *num.* 35. *volum.* 2. vide *in anteced. num.* 26.

40 · Fideicommissaria bona possunt alienari ex causa alimentorum præstandorum non solùm ipsi grauato, sed etiam pro grauati patre, fratre, seu alio necessario. Lamberten. *de contractib. eorum, &c. gloss.* 1. *num.* 55. 57. faciunt tradita suprà *in antecedenti quastione num.* 10. vide etiam suprà *num.* 34.

41 Fideicommissaria bona non præscribunt *l. finali. §. finali. C. commun. de legatis*, quod fallit, quando alienatio fit] per alium, quàm per fideicommissarium; quia tunc non licet præscriptio quoad fideicommissarium, tamen benè currit contra alienantem: hæc tradit Lamberten. *de contractib. eorum, &c. gloss.* 1. *num.* 268. *& seq.* vide latiùs in simili tradita superiùs *quast.* 1. *num.* 35.

42 Fideicommissaria bona possunt locari ad quinquennium. Marzar. *de fideicommiss. quast.* 38. *part.* 2. immò possunt locari etiam ad longum tempus, vt per Ioseph. Ludouic. *decis. Lucen.* 64. *num.* 2. *& seqq.* 13. *& sequentib. part.* 1. faciunt in simili suprà tradita *quast.* 1. *num.* 8. Et quæ infrà de emphyteosi, traduntur *in num. sequenti.*

43 Fideicommissaria bona non possunt in emphyteosim dari, secundùm Ruinum, quem allegat & sequitur Marzar. *de fideicommiss. quast.* 38. *part.* 2. Cuius contrarium licèt videatur voluisse Ioseph. Ludouic. *in sua decis. Lucen.* 64. *part.* 1. *num.* 2. *& seqq.* nihilominus si considerabis eius dicta *in prafata decis.* 64. *num.* 13. *& sequentibus*, vbi distinguit, eius opinio contra Ruinum & Marzarium loquitur, & procedit in locatione ad longum tempus, de qua suprà dixi *num.* 42. non in emphyteosi. Vide in simili suprà tradita *quast.* 1. *num.* 39. *&* 55. Et bona emphyteotica an possint fideicommisso supponi, & veniant per grauatum restituenda, vide infrà *in fragmentis, versicul. Emphyteosis, num.* 4. *&* 8. inter diuersa.

44 Dixi suprà *num.* 19. quòd valet alienatio rerum fideicommissariarum facta per eum, qui habet deducere legitimam, seu Trebellianicam, cùm alienata in illas quartas imputentur. Rolandus autem *in consil.* 78. *num.* 10. *lib.* 1. declarat hanc conclusionem procedere duobus requisitis concurrentibus. Primò quòd alienatio fiat ex necessitate. Secundò cum iudicis decreto & auctoritate: sed vide *decisionem Lucen.* 64. *num.* 22. *& seqq.* vbi circa primum requisitum contra Rolandum tenet nullam debere haberi rationem necessitatis, sed solùm sufficere, quòd non fuerit alienata melior, seu pretiosior res hæreditaria: quia in ea grauatus non potest Trebellianicam, seu legitimam sibi eligere. Circa verò secundum requisitum dicit sufficere etiam post alienationem debere interuenire iudicis authoritatem, quam iudex semper interponere debet, vbi videt non fuisse alienatam rem pretiosiorem, vt suprà dixi.

Ad ea, quæ suprà traduntur *num.* 2. *& sequentib.* 45
adde *decis. Pedemont.* 169. *per totam*, vbi emens res fideicommissarias alienatas ex causa dotis, an debeat probare pretium versum in illam causam doris, pro qua fuit facta alienatio: an verò sufficiat probasse, quòd tempore alienationis imminebat illa causa dotis, & quid si fuit facta alienatio pro maiori quantitate, quàm erat illa dotis, an dicta alienatio in totum, vel in parte rescindatur, seu potiùs sit valida: vide *in decis.* 169. *num.* 18. *& omnibus sequentib.* & faciunt ad hoc in simili tradita suprà *num.* 11.

Ad ea, quæ suprà tradita sunt *num.* 10. *& seqq.* 46
adde *decis. Pedemont.* 169. vbi an emens res fideicommissarias alienatas ex causa necessitatis debeat probare pretium versum in illam causam, pro qua fuit facta alienatio: an verò sufficiat docuisse tempore alienationis necessitatem imminuisse. Adde *decis. Pedemont.* 171. *num.* 10. vbi quòd in alienatione rerum fideicommisso subiectarum facta ex causa necessitatis, debet exprimi in specie qualitas necessitatis, aliàs non valet.

Alienationis verbum quid comprehendat, præ- 47
ter superiùs tradita in discursu, vide Romanum *singul.* 606. Parisium *consil.* 7. *num.* 13. *&* 14. *& consil.* 71. *num.* 22. *& sequentibus, & consil.* 85. *num.* 8. *volum.* 3. Hæc fuerunt posita hìc per errorem: debebant enim poni in quæstione antecedenti.

Census potest imponi in rebus fideicommisso 48
subiectis, vt remaneat quousque venerit casus restitutionis. Vide Redoanum *de reb. Eccles. non alien. rubr.* 16. *num.* 22. *pag* 103. Et faciunt ad hoc tradita suprà *numer.* 27. & in simili etiam tradita suprà *in quast.* 1. *num* 76.

QVÆSTIO III.

Hæres quando possit venire contra factum defuncti.

SVMMARIVM.

1. *Hæres facto defuncti contrauenire quando possit.*
2. *Regula est, quòd non possit contrauenire.*
3. *Ratio regula est, quia quem de euictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio.*
4. *Amplia regulam, vt nec possit venire contra assertionem testatoris, & num.* 32.
5. *Amplia etiam in harede filio.*
6. *Amplia etiam quòd defunctus disposuerit de re haredis.*
7. *Limita in defuncto faciente quid in fraudem & damnum haredis.*
8. *Limita quando testator non reliquit haredi, quod de iure relinquere tenebatur; vbi etiam, quid si non reliquit plus, &c.*
9. *Limita in eo, quod defunctus fecit nomine haredis.*
10. *Limita in contractu, in quo defunctus fuit enormiter lasus.*

11. *Limita in harede, qui adiuit cum inuentario.*
12. *Limita in instituto in re certa, & legatario.*
13. *Limita in harede veniente ex persona propria.*
14. *Limita in facto defuncti contra ius, & num.28.*
15. *Limita in iis, in quibus testator non poterat ad libitum disponere.*
16. *Limita in facto defuncti inualido.*
17. *Limita in contractu defuncti reprobato.*
18. *Limita, quia non tenetur approbare, nisi in ea parte, pro qua est hares, &c.*
19. *Limita in alienatione rerum fideicommissariarum facta à testatore.*
Vbi etiam quid de aliis rebus alienari prohibitis.
20. *Limita in harede ab intestato veniente.*
21. *Quid in facto defuncti iurato.*
22. *Hares contrauenens, &c. redditur infamis, & ciuiliter potest accusari.*
23. *Hares repudians potest venire contra factum, &c.*
Hares an possit venire contra alienationem feudi factam in eius praiudicium, num.15.
24. *Idem contra defuncti contractum, in quo interuenit dolus.*
25. *Quid in harede haredis.*
26. *Hares an possit contrauenire facto defuncti allegando eius turpitudinem.*
27. *Hares an possit venire contra alienationem rei emphyteotica factam in eius praiudicium.*
28. *& an contra alienationem prohibitam à statuto.*
29. *Quid in harede fide iussoris.*
30. *Quid si nouum ius superuenerit.*
Quid si defunctus in eius vita improbauit. ibid.
31. *Iudex an possit ex officio improbare factum defuncti.*
32. *Hares nec potest contrauenire declarationi facta per defunctum, & num 4.*
33. *Hares an possit improbare alienationem minoris nullam propter defectum solemnitatem iuris, vel statuti.*

1 DE hac materia, quando hæres possit facto defuncti contrauenire, vide in primis ea, quæ dicentur *in sequenti quæst.* & generaliter per Firman. *in Repertorio in verb. hares contrauenit*, in discursu, per Imolam *conclus.* 8. *lib.* 3. seu potiùs per Gabriel. *pag.* 627, *conclus.* 11. vbi ponuntur aliæ declarationes præter infrascriptas. Corset. *singul. pag. mihi* 64. *verb. hares.* Vide etiam infrà inter diuersa, *versic. querela, num.* 1.

2 Regula est, quòd hæres facto defuncti contrauenire non potest: textus est *in l. cùm a matre, C. de rei vendicat.* cum aliis iuribus relatis, præcipuè ab Imol. *dict. conclus.* 8. *lib.* 3. *pag.* 558. & per Gabriel. *pag.* 627. *num.* 1. sequuntur plures Doctores Paris. *consil.* 33. *num.* 81. *& sequent. volum.* 3. *pag.* 43. *& consil.* 76. *num.* 17. *eodem volum.* Socinus iunior *cons.* 72. *num.* 9. *cart.* 108. *volum.* 1. *& consil.* 124. *num.* 76. *eodem volum. & cons.* 77. *num.* 10. *eodem volum. & consil.* 129. *num.* 5. *& consil.* 65. *num.* 78. *& consil.* 116. *num.* 53. *eodem volum.* 1. Corn. *consil.* 37. *num.* 4. *volum.* 3. *& consil.* 74. *num.* 4. *volum.* 1. *pag.* 68. Capra *consil.* 10. *num.* 10. Mandell. *consil.* 73. *num.* 3. Benincasius *de paupert. pag.* 203. *num.* 4. *& sequentib.* Cephal. *consil.* 291. *num.* 16. *& sequentibus, volum.* 2. vbi quòd hæres ex testamento censetur approbasse omnia contenta in eo. Montic. *de Inuent. pag.* 82. *num.* 93. Ioseph Ludouic. *in communibus opinionib. lib.* 1. *conclusione* 16. *in* 82. *illatione, in principio, & versic.* 14. *amplia.*

Ratio istius regulæ ea est, quia hæres cum defuncto censetur vna & eadem persona, vt per Gabrielium *ibidem num.* 2. & ideo cùm hæres teneatur de euictione rei alienatæ, seu aliàs distractæ à defuncto, volens contrauenire repellitur ea exceptione, quòd quem de euictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio. Et propterea conuentus ab hærede, qui venit contra factum defuncti, potest hæredem agentem vel ab initio repellere, vel postea de euictione agere, vt per Iosephum Ludouicum *conclus.* 16. *illatione* 82. *versic. & est in potestate conuenti.* Vide Parisium *consil.* 69. *num.* 158. *volum.* 3. *& consil.* 48. *num.* 4. *eodem volum.* Socinum iunior. *consil.* 108. *num.* 13. *&* 14. *volum.* 2. Mandell. *consil.* 73. *num.* 3. Mantua. *consil.* 126. *num.* 7. Imol. *conclus.* 8. *lib.* 3. Gabrielium *pag.* 617. *num.* 13. Montic. *de Inuentar. pag.* 82. *num.* 91. *& sequent.* Ioseph. Ludouic. *dict. conclus.* 16. *illatione* 82. *vers. nam legi repugnaret*; vbi adducit aliam rationem, quia scilicet agens & patiens non possunt in eodem subiecto concurrere. 3

Amplia modò supradictam regulam pluribus modis, & primò, vt nec hæres possit venire contra assertionem testatoris. Beniocasius *de paupert. pag.* 204. *num.* 8. ad idem Ioseph. Ludouic. *conclusione* 16. *in* 29. *illatione.* Capta *consil.* 10. *num.* 10. *& sequentib.* vbi hanc ampliationem declarat duobus modis. Primò, nisi assertio fuisset erronea, vt *ibid. num.* 30. Ioseph. Ludouic. *vbi suprà.* Secundò, nisi fuisset prolata per verba enunciatiua, vt *ibidem num.* 11. *&* 12. Istis enim duobus casibus non prohibetur hæres contra assertionem testatoris venire, vt per eum *ibi*, super quibus declarationibus, vide Afflict. *decis.* 233. pro ampliatione adde Mascardum *conclus.* 348. *num* 22. Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. lib.* 1. *conclus.* 16. *in* 22. *illat.* vbi quòd hæres non potest mendacium defuncti allegare, asserendo verum non esse, quod defunctus dixit, *& in* 19. *illatione, vers. & est ratio.* Adde pro primo dicto Bald. *consil.* 89. *num.* 3. *lib.* 1. Cagnol. *in l. haredem, num.* 10. *ff de regul. iur.* Aymon. *consil.* 125. *num.* 2. Tob. Non. *consil.* 6. *num.* 31. Quid in criminalibus, dixi *in quæst.* 8 *num.* 17. 4

Amplia II. vt nedum hæres extraneus, verùm etiam & filius teneatur approbare factum defuncti. Villalobos *lit. H. num.* 6. & ita præsupponit Paris. *in cons.* 33. *num.* 80. *& sequentib. volum.* 3. *in pag.* 43. Montic. *de Inuentario, pag.* 81. *num.* 92. *decis. Lucensi* 64. *num.* 15. *part.* 1. Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 16. *illatione* 82. *versic.* 13. *amplia, & versic. nec sufficis istos haredes*; vbi quòd hoc intelligitur de filiis hæredibus, secus de iis qui non sunt hæredes. 5

Amplia III. etiam quòd defunctus disposuerit in re propria ipsius hæredis; quia adhuc non potest facto defuncti contrauenire. Imol. *dicta conclus.* 8. *lib.* 3. *in princip.* & Gabriel. *pag.* 627. *num.* 3. Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 16. *illat.* 82. *vers. primò amplia,* vbi de communi, *& vers. tertiò amplia.* 6

Limita supradictam regulam pluribus modis, & primò quando defunctus fecit aliquid, quod tendit in fraudem & damnum ipsius hæredis, tunc enim ipse hæres contrauenire potest. Paris. *consil.* 33. *num.* 97. *volum.* 3. *pag.* 43. Mantua *consil.* 226. *sub num.* 6. Natta *consil.* 470. *num.* 17. *volum.* 1. Benincas. *de paupert. pag.* 204. *sub num.* 5. Ziricæ. *de testament. coniug. pag.* 72. *num.* 2. Imol. *conclus.* 8. *lib.* 3. *in* 8. *limitatione.* Gabrielium *pag.* 628. *num.* 26. Ioseph. *dict. conclus.* 16. *illat.* 82. *versic. nam istis casibus*, vbi ponit exemplum in patre alienante bona sua in fraudem 7

legitimæ

legitimæ filiorum; quia vſque ad quantitatem legitimæ poſſunt dictam alienationem reuocare, vt *ibi*.

8 Limita II. quando teſtator non reliquit hæredi id quod de iure relinquere tenebatur. Imol. *concluſ.* 8. *lib.* 3. *in* 6. *limitatione*. Gabriel. *pag.* 628. *num.* 28. *deciſ. Pedemont.* 178. *num.* 5. vide declarantem Mandellum *in conſil.* 73. *num.* 2. Natta *conſil.* 470. *numer.* 17. *volum.* 2. Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ.* 16. *illatione* 82. *verſic.* 2. *limitatur*, *&* *verſic. dicitque*, &c. vbi idem ſi non relinquit nihil plus eo, quod relinquere tenebatur: puta ſi pater non relinquit filio ſuo legitimam, non prohibetur filius venire contra factum patris defuncti.

9 Limita III. quòd hæres poteſt venire contra id quod defunctus fecit, non nomine ſuo, ſed hæredis futuri. Corneus *conſil.* 301. *num.* 11. *volum.* 1.

10 Limita IV. quando teſtator in contractu per ipſum celebrato fuiſſet enormiter læſus; quia tunc hæres poteſt venire contra contractum, in quo defunctus fuit enormiter læſus, & ſic hoc ius impugnandi contractum ex capite enormis læſionis tranſmittitur ad hæredes. Aymon. *conſil.* 142. *numer.* 29. *fol.* 183. *volum.* 1. Pariſ. *conſil.* 16. *num.* 75. *&* *ſequenti*, *volum.* 2. *pag.* 38. Benincaſ. *de paupertat. pag.* 204. *ſub num.* 5. Ioſeph. *d. concluſ.* 16. *in* 38. *illat.* Roland. *conſil* 63. *num.* 53. *& ſeq. vol.* 4.

11 Limita V. in hærede, qui adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij; quia iſte poterit contrauenire facto defuncti. Aym. *conſil.* 131. *num.* 6. *in fine*, *pag.* 108. Pariſ. *conſil* 33. *num.* 89. *& ſeqq. volum.* 3. *&* *conſil.* 63. *num.* 53. *eodem volum.* 3. *pag.* 85. *& deciſ. Pedemont.* 78. *num.* 11. Sed quòd immò nec iſto caſu poſſit hæres contrauenire, tenuit idem Aymon. *conſil.* 225. *num.* 12. *fol.* 26. Pariſ. *d. conſil.* 33. *num.* 51. *& conſil.* 48. *num.* 7. *volum.* 3. Vide igitur pro veritate huius limitationis Dilect. *de art. teſtan. caut.* 14. *num.* 1. *pag.* 59. *& cautel.* 8. *num.* 5. *pag.* 194. Mandell. *conſil.* 76. *num.* 5. *fol.* 109. vbi quòd hæres cum inuentario poteſt venire contra factum defuncti, quando nullum habet commodum de illius hæreditate; alias ſecùs. Ita etiam videtur tenere Marzar. *de fideicom. quæſt.* 46. *pag.* 47. & Montic. *de Inuentar. pag* 87. à tergo, *deciſ. Lucen.* 64. *num.* 31. Ioſeph. Ludouic. *in communib. opinionib. concluſ.* 16. *illat.* 82. *verſ. & dictum inuentarium*; vbi etiam facto inuentario filius hæres tenetur approbare factum defuncti in eo, quod conſequitur ſupra legitimam: extraneus autem tenetur approbare, quatenùs eſt in hæreditate, & non vltrà: & idem *in verſic. Et prædicta procedunt etiam quòd hæredes*, &c. *& in verſic. ſi autem inuentarium*, *& in verſ. quia generaliter*, vbi de communi: ad idem etiam Monticul. *de Inuentar. pag.* 11. *num.* 40.

12 Limita VI. ſupradictam regulam procedere in hærede vniuerſali inſtituto: ſecùs in inſtituto tantùm in legitima; vel inſtituto in re certa, ſibi alio cohærede vniuerſali dato, vel legatario, quia iſti non prohibentur factum defuncti impugnare, vt per Gabrielium *d. pag.* 627. *num.* 14. *& ſequentib.* vbi declarat hanc limitationem. Et hanc eamdem limitationem cum tota ſua materia maximè de filio inſtituto in legitima, tradit Montieul. *de Inuentar. pag.* 83. *numer.* 97. *& ſequentib. vſque ad* 114.

13 Limita VII. in eo hærede, qui vult impugnare factum defuncti, non tanquam hæres, ſed tanquam perſona propria; quia hoc ſibi non eſt prohibitum. Pariſ. *conſil.* 65. *numer.* 52. *volum.* 3. *pag.* 87. Gabriel *pag.* 628. *num.* 3. vide Æmilian. *conſil.* 39. *num.* 38. Mantuan. *conſil.* 226. *ſub num.* 6. Natta *conſil.* 470. *num.* 13. *volum.* 2. Aymon. *conſil.* 200. *num.* 7. Montic *de Inuentar. pag.* 82. *num.* 94. contra hanc limitationem tenet Ioſeph. Ludouic. *concluſ.* 16. *illat.* 82. *verſ. Et hoc dictum in tantum*, &c. *& verſ. ſeptimò limitatur*, 1. *il* 2. *& ſequent. pag.* 54. vide de commuti.

Limita VIII. quòd hæres poteſt venire contra defunctum in eo, quòd ipſe defunctus fecit contra iuris diſpoſitionem. Aymon. *conſil.* 210. *num.* 5. *& ſeqq. volum.* 1. *pag.* 172. Benincaſ. *de paupert. pag.* 204. *ſub num.* 5. Neuizan. *conſil.* 9. *num.* 10. *& ſeqq. deciſ. Pedemont.* 178. *num.* 1. Montic. *de Inuentar. pag* 82. *ſub n.* 94. vide infrà *num.* 28. vbi, quid ſi alienatio eſt facta contra formam ſtatuti. 14

Hinc infertur, quòd hæres non tenetur approbare factum defuncti in his, in quibus defunctus non poterat pro libiro diſponere, vt per Aymon. *d. conſil.* 200. *num.* 5. *& ſequentib. volum.* 1. *pag.* 172. Alios pro hac illatione adducit Ioſeph. Ludouic. *in concluſ.* 16. *illat.* 82. *verſic. eſt igitur falſa*, *& ſeq.* quos tamen ipſe reprobat, & contra eos dicit eſſe magis communem opinionem. Et quid in alienatione rerum feudalium facta in ipſorum præiudicium, dixi de hoc particulari *in Repertorio contractuum quæſt.* 32. *num.* 22. Et quid in alienatione rei emphyteoticæ, vide quæ traduntur infrà *in hac eadem quæſtione*, *num.* 27. 15

Hinc etiam eſt, quòd defunctus ſi celebrat contractum de iure inualidum, tunc hæres poteſt contrauenire, vt per Gabriel. *pag.* 628. *num.* 31. *deciſ. Pedemont.* 178. *num.* 1. Pariſ. *conſil.* 33. *num.* 96. *volum.* 3. *pag.* 43. Socin. iun. *conſil.* 77. *num.* 134. *volum.* 1. Sed contrarium in hoc tenet Corn. *in conſil.* 104. *num.* 6. *volum.* 3. Si contractus eſt nullus ipſo iure, poteſt hæres contrauenire, vt per Ioſeph. Ludouic. *concluſ.* 10. *in* 30. *illatione*; ſed quòd hæres poſſit contra factum defuncti inualidum venire ſimpliciter, tenet idem Ludouic. *d. concluſ.* 16. *illatione* 82. *in verſic. Quintò limitatur*, *d. l. cum à matre*, *& ſequent.* 16

Hinc ſimiliter infertur, quòd hæres non tenetur approbare contractum defuncti illicitum, ſeu improbatum. Imol. *concluſ.* 8. *lib.* 3. *in* 7. *limit.* & Gabriel. *pag.* 628. *num.* 32. 27

Limita IX. ſupradictam regulam, vt hæres non teneatur approbare factum defuncti, niſi pro ea parte pro qua eſt hæres. Aymon. *conſil.* 131. *num.* 7. *volum.* 1. *pag.* 108. facit Syluan. *conſil.* 30. *num.* 24. Imol. *concluſ.* 8. *lib.* 3. *pag.* 553. *verſic. hoc autem*, &c. Gabriel. *pag.* 627. *num.* 7. Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ.* 16. *illat.* 82. *verſic. vnde videmus*, *& verſ. contrarium poſt aliorum*, &c. Sed contra *in verſic. & in tantum hoc eſt verum*. Diſtingue quòd non facto inuentario hæres tenetur in totum approbare: facto autem inuentario, non tenetur niſi pro portione hæreditaria, *ibidem verſic.* 1. *limitatur*. 18

Limita X. in hærede ſubſtituto, qui ſuccedit inſtituto grauato, qui poteſt venire contra alienationem factam à dicto grauato & inſtituto de rebus fideicommiſſariis. Dilect. *de art. teſtan. pag.* 59. *cautel.* 14. fallit in filio ſubſtituto patri, qui eius alienationem iſto caſu non poteſt dicere nullam, vt per Gabriel. *pag.* 627. *num.* 6. Sed iſta eſt materia antecedentis quæſtionis: in qua vide etiam omninò Marzar. *de fideicommiſſ. quæſt* 46. *pag.* 46. & Nattam *conſil.* 470. *numer.* 12. *& ſequentibus*, 19

vbi latè concludit, quòd hæres potest isto casu venire contra alienationem rerum fideicommissari arum factam ab eo, cui succedit, quia dicitur venire ex persona propria, & non testatoris: sequitur Ioseph. Ludouic. *d.conclus.16. illat.82. versic.2. amplia,* vbi de communi, *& versic. quando tamen defunctus,* vbi idem de alienatione rerum prohibitarum alienari à testatore; super quibus vide eumdem Iosephum *ibidem, versic. sed hac limitatio est falsa*, &c. Dicas, si substitutus succedit grauato non in aliis bonis, quàm in fideicommissariis, tunc potest improbare alienationem rei fideicommissariæ factam à grauato; si verò eius sit hæres, & ab ipso institutus etiam in aliis bonis propriis ipsius grauati ascendentibus ad valorem rerum alienatarum, tunc non potest illam improbare, etiam quòd inuentarium confecerit. Ita colligitur ex traditis *in decis. Lucen. 64. num. 25. & sequent. & num. 3.* Ad quod etiam faciunt suprà tradita *in quæstione 2. num. 28.* & paulò superiùs *in hac eadem quæstione num. 11.*

20 Limita XI. in hærede veniente ab intestato; quia iste potest contra factum defuncti venire: ita videtur tenere Imolam *d.conclus. 8. lib. 3. in nona limitatione.*

21 An autem hæres possit venire contra factum defuncti iuratum, ponitur *in Repertorio quæstionum contractuum, in quæstione, Contractus qui transeant ad hæredes*, &c. vbi etiam de iuramento dicetur.

22 Adde ad supradictam regulam, quòd in tantum verum est, hæredem non posse venire contra factum defuncti, quòd si veniat, potest accusari ciuiliter, & redditur infamis infamia facti. Benincas. *de paupert. pag. 204 num. 8.*

23 Limita XII. supradictam regulam procedere in hærede, qui adiuit hæreditatem: secùs si eam repudiasset; quia repudians non prohibetur venire contra factum defuncti. Ita Monticul. *de Inuentar. pag. 82. num. 96.* Et propterea debet constare de aditione: nec sufficit quem dici hæredem nomine. Ioseph. Ludouic. *d.conclus. 16. illat. 82. vers. Nec sufficit istos hæredes*, &c.

24 Limita XIII. quia potest hæres venire contra factum defuncti, in quo interuenit dolus, vel fraus. Ioseph. Ludouic. *conclus. 16. in 38. illatione.*

25 Amplia principalem regulam; quia nec etiam hæres hæredis potest venire contra factum defuncti. Ioseph Ludouic. *d. conclus. 16. in 44. illat. sub versic ampliatur 4. propè finem, & illat. 82. versic. 11. amplia.*

26 Hæres an possit venire contra factum defuncti, allegando eiusdem defuncti turpitudinem, vide *in Repert. Iudicial. vers. Turpitudinem,* inter diuersa *num. 12.*

27 Hæres an possit venire contra alienationem rei emphyteoticæ factam in eius præiudicium. Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus. 16. illat. 82. versic. 12. amplia, & sequenti.* Faciunt in simili tradita de feudo *in Repert. Contract. in quæstione 32. num. 22.* vide *ibidem* per Iosephum, *versic. septimò limitatur, il 1. pag. 52.* à tergo, *& sequentibus, vsque ad versic. 3. limitatur*; vbi quid si hæres inuentarium confecit, de quo tamen nos suprà diximus *numer. 11. & versic. sed hac limitatio est falsa.*

28 Hæres potest improbare factum defuncti, quando ex dispositione legis ei competeret facultas retractandi alienationem sui auctoris, puta factam contra formam statuti volentis rem non posse in extraneum alienari. Ioseph. Ludouic. *d. conclus. 16. illat. 82. versic. 4. limitatur d. l. cum à matre*, &c. *versic. sequenti*, vbi hoc declarat procedere, si confecit inuentarium: aliter secùs. Vide suprà *num. 14.* & infrà *sub num. 33.*

Hæres fideiussoris potest venire contra factum defuncti. Ratio redditur per Iosephum Ludouicum *d. conclus. 16. illatione 82. versic. Decimo limitatur, & alio sequent. vers. 6. limitatur d. l. cùm à matre.* 29

Hæres vltra supradictos casus in duobus aliis potest venire contra factum defuncti. Primò, quando defunctus in eius vita iam improbauit dictum factum. Secundò, quando nouum ius superuenit post mortem testatoris. Ioseph. Ludouic. *d. concl. 16. illat. 82. vers. 10. limitatur, & seq.* 30

Hæres licèt non possit venire contra factum defuncti: iudex tamen ex officio potest contra ipsum agentem reiicere, si ei constat de nullitate actus. Ioseph. Ludouicus *ibidem, versic. 8. limitatur*, &c. *d. illat. 82.* 31

Hæres non solùm non potest venire contra factum defuncti, sed nec etiam potest contrauenire declarationi, & interpretationi factæ per defunctum, vt per Ioseph. Ludouic. *d. conclus. 16. illat. 116.* vide suprà *num. 4.* 32

Hæres nulli dubium, quòd potest improbare factam alienationem à defuncto minore sine iuris solemnitatibus: & sic ius dicendi nullum contractum minoris transit ad hæredem. Virgil. Boccac. *in constitutionib. 69. March. gloss. 10. num. 13. 14. & 15.* faciunt ad hæc suprà generaliter tradita *num. 10. 14. 15. & 16.* Fallit hæc conclusio post quinquennium, vt dixi *in Repertorio Contractuum, quæst. 18. num. 18.* Item fallit secundùm Boccacium *ibidem num. 16. & 24.* in alienatione minoris, seu contractu nullo ob defectum solemnitatum statutariarum; quia tunc hæres non potest dare de defectu dictarum solemnitatem. Sed in contrarium faciunt suprà tradita *num. 28.* 33

Qvæstio IV.

Creditor succedendo debitori, an confundat actionem, & de materia.

Svmmarivm.

1. *Creditor succedendo an confundat actionem, generaliter.*
2. *Regula est, quòd confundat.*
3. *Quid in suo hærede.*
4. *An confundatur obligatio naturalis.*
5. *Quid in hærede fideicommissario.*
6. *Quid in vxore fideicommissaria relicta.*
7. *An per petitionem debiti censeatur renunciatum hæreditati.*
8. *Quid in creditore habente plures debitores obligatos, sed vni tantùm succedente.*
9. *Creditore succedente, an actio extinguatur ipso iure.*
10. *Quid si creditori succedenti esset damnosum confundere.*
11. *Quid in actione hypothecaria.*
12. *Quid in hærede qui fecit inuentarium. & num. 25. 26. & seq.*

13. *Vel*

1 ON dissimilis admodum à præcedenti quæstione sese offert modò disputatio illa, quando scilicet creditor succedendo suo debitori actionem confundat suam, creditúmque ampliùs petere non possit. Ad cuius cognitionem videas, vt dixi, in primis dicta superiùs *in 3. quæstione.* Doctores *in l. debitori suo. C. de pact. in l. final. §. in computatione, vers. si verò. C. de iure deliber.* Firman. *in Repert. verb. Creditor hæres*, in discursu. Duen. *regul. 18. per totam*; vbi etiam de debitore creditori, de quo etiam videas per Montic. *de Inuentar. pag. 64. num. 14.* vbi an debitor succedendo creditori cum inuentario, sit liberatus ab huiusmodi debito.

2 Regula sit. Creditorem succedendo debitori confundere actionem, quæ regula probatur per textum *in d. l. debitori suo, & in d. §. in computatione*, & *ibi* per Doct. Roland. *consil. 65. volum. 2. num. 1. & sequentib. In consil. 4. vltim. volunt. num. 6. 8. & seqq. num. 17. & 89. volum. 1.* Montic. *in tract. de Inuentar. pag. 82. num. 94. vers. L'incesse*, &c. *& pag. 147. num. 140. & pag. 148. num. 143.*

3 Amplia hanc regulam multis modis. Et primò procedere etiam in suo hærede, qui succedendo adhuc actionem confundit. Paris. *consil. 16. num. 49. volum. 2.* ac de materia Monticul. *de Inuentar. pag. 64. num. 11. & 12.*

4 Amplia II. vt nedum confundatur actio, verùm etiam & obligatio naturalis. Paris. *consil. 16. num. 49. volum. 2.* Duen. *regular. 18. in tertia ampliatione. In consil. 4. vltimarum voluntatum, num. 9. lib. 1.*

5 Amplia III. secundùm Alexandrum & Iasonem *in d. l. debitori. C. de pact.* habere locum in hærede grauato, qui succedendo adhuc confundit actionem: sed quòd immò hæres grauatus restituere, possit in primis debitum suum deducere in præiudicium fideicommissariorum, etiam non confecto inuentario, tenuit Paris. *consil. 69. num. 39. & num. 43. volum. 2. & consil. 48. num. 8. volum. 3.* Socin. iun. *consil. 8. numer. 30. volum. 2.* Æmilian. *consil. 35. num. 8. 11. & 12.* vbi de communi, *& consil. 44. numer. 7. & sequentibus.* Capta *consil. 28. num. 3. & consil. 150.* in discursu. Natta *in consil. 255. num. 7. volum 2. & consil. 323. num. 2. eodem volum.* Vide in materia Castren. *consil 77. volum. 2.* Firm. *in Repert. verb. Creditor hæres, num. 9.* Duen. *regular. 18. in 1. ampliatione.* & infrà *in sequenti quæst. num. 11.* Roland. *consil. 65. num. 17. volum. 2. & ibidem num. 13. & 14.* vbi quòd hæres grauatus nedum potest deducere in præiudicium fideicommissarij debitum ciuiliter, sed etiam debitum naturaliter: vide *in consil. 4. vltim. volunt. num. 14. lib. 1.* vbi quòd grauatus potest detrahere, seu retinere debitum. Et idem per Antonium Gomez *titul. de fideiussoribus, num. 20. prope finem.*

Farinacij Repcrr. de Vltimis volunratib.

6 Particulariter autem, an vxor hæres instituta, & grauata restituere, possit in præiudicium fideicommissarij in primis deducere dotem & eius fructus. Dic quòd sic, secundùm Tiricæ. *de testam. coniug. pag. 165. cap. 7. num. 1. & sequentib.* de quo etiam per Roland. *in consil. 65. per totum, volum. 2.* vide infrà *in seq. quæst. num. 11.*

7 Amplia IV. in tantum procedere dictam regulam, vt creditor succedendo, si petat debitum, videatur hæreditati renunciare. Iason *in d. l. debitori, num. 1. in fine.*

8 Amplia V. vt confundatur actio in totum, etiam quòd creditor succedat vni ex debitoribus in solidum obligatis, de quo vide Corneum *consil. 303. num. 8. volum. 4. pag. 244.*

9 Amplia VI. vt creditore succedente, &c. extinguatur actio, nedum ope exceptionis, sed ipso iure. Duen. *regul. 8. in 4. ampliatione. In consilio vltimar. volunt. 4. num. 9. & sequentib. lib. 1.* remissiuè aliquid per Montic. *de Inuentar. pag. 64. sub num. 11.*

10 Limita multis modis. Et I. quòd hæres succedendo non confundit: quando hoc ei esset damnosum; quia tunc præsumitur facta solutio. Hoc declarat Socin. iun. *in consil. 170. num. 5. volum. 2. & consil. 8. num. 20. eodem volumine, & consil. 64. num. 10. eodem volum.* Vide Capram *consil. 150. num 8.* vbi quòd isto casu successio nec etiam habet vim solutionis contra Socin. iuniorem *loco suprà citato.*

11 Limita II. in actione hypothecaria, quæ per successionem non confunditur. Super veritate cuius limitationis vide Alexandrum *in d. l. debitori. C. de pact.* Villalobos *litera C. num. 215.* Negusant. *de pignorib. & hypothec. pag. 89. num. 49. & omnibus sequentib.* Paris. *consil. 69. num. 40. & sequentib. volum. 2.* Roland. *consil. 65. num. 15. & 16. volum. 2.* vbi quòd hæc actio non confunditur, & idem tradit Montic. *de Inuentar. pag. 87. num. 114. & in pag. 90. num. 120. & sequentib.* vide latè distinguentem eumdem Montic. *pag. 93. num. 136. vsque ad 153.*

12 Limita III. in creditore hærede, qui fecit inuentarium *l. final. §. in computatione, versic. si verò. C. de iur. deliber.* Duen. *regul. 18. in 2. limit.* Firman. *in Repert. in verb. creditor hæres, num. 5. & num. 2.* Paris. *consil. 12. num. 119. volum. 2. pag. 27. & consil. 69. num. 36. eodem volum. & consil. 54. num. 11. volum. 3. pag. 72.* Roland. *consil. 75. num. 2. & 3. volum. 2. in consil. 4. vltimar. voluntat. num. 7. lib. 1.* Montic. *de Inuentar. pag. 64. num. 11.* vbi etiam de materia; & infrà *num. 25.* Adde pro hac eadem limitatione eumdem Montic. *pag. 147. num. 140. per totum*, vbi quòd secundùm magis communem actio non confunditur isto casu quoad effectum. Gomez *tit. de fideiussor. sub num. 20. prope finem.* Montic. *de Inuentar. pag. 11. num. 40.*

13 Ampliatur hæc limitatio, vt procedat etiam non confecto inuentario, si ei inuentarij confectio fuerit remissa à testatore; quia tunc succedendo

non confundit, vt per Parisium *d. conf.69. num.37. & seq.*

14 Limita IV. quòd licèt creditor succedendo priuetur actione, non tamen priuatur retentione, secundùm Franc. Curt. *in additionib. ad Alexandrum in d.l. debitori, C. de pact. litera B.* Firman *in dict. verb. creditor heres, num.8. &* 10. Æmilian. *consil.44. num.8.* Montic. *pag.147. num.141.*

15 Amplia, hanc limitationem non procedere etiam non confecto inuentario, secundùm Paris. *conf.48. num.8, vol.3.* Socin. iun. *consil.170. num.1. & seqq. & consil.8. num.30. volum.2.* Æmilian. *consil.35. num.8. & num.11. & sequent.* vbi de communi, *& consil.44. num.10.* Capra *consil.63. num.2. & consil.143. num.14. & consil.150. num.7.*

16 Limita V. quòd licèt per successionem confundatur actio personalis; tamen non confunditur realis: ita Bald. *in l. si vxor, C. de bon. author. iud. possid.* quam refert Aleaand. *in d.l. debitori.* Firman. *in Repert. d. verb. creditor heret, num.6.* Duen. *regul.18. in 7. limitat.* Montic. *de Inuentar. pag. 148. num. 143. & pag.87. num.114. & pag.90. num.125. & sequentib. & pag. 93. num. 136. vsque ad 153.* vbi latè distinguit circa hanc limitationem.

17 Limita VI. quòd creditor in parte hęres non confundit, nisi pro parte, pro qua est hæres. Negus. *de pignorib. pag.89. num. 40.* Firman. *in d. verb. creditor heres, num.1.* Paris. *conf.69. num.35. volum.1.* Socinus iunior *consil.95. num.11. vol.2. pag.112. & consil.157. num.9. & sequenti, volum.2.* Duen. *regul.18. in 1 limit. in conf. vltim. volunt.4. num.16. vol.1.* Anton Gomea *tit. de fideiuss. sub num. 20. pag. 251. colum. 4. in principio.*

18 Limita VII. in creditore minore succedente, qui potest in integrum restitui, & repudiare aditam hæreditatem, ad hoc ne confundat actionem. Paris. *consil.69. num.150. volum.3.* facit *in conf.65. num.55. & seq. eodem vol. pag.85.*

19 Limita VIII. quòd ad hoc, vt hæres confundat actionem, necesse est, quòd adierit hæreditatem, aliàs secùs. Capra *consil.152. num.5.* Duen. *regul.18. in 4. limitat.*

20 Limita IX. quòd creditor hæres succedendo confundit actiones iam natas, & competentes tempore aditionis; secùs actiones, quæ postea nascuntur, licèt ea causa hæreditaria. Duen. *regul. 18. in 4. limitatione.*

21 Limita X. in hærede paupere, qui non confundit actionem, etiam quòd inuentarium non conficiat, per ea, quæ tradit Benincas. *de paupert. pag.217. num. 16.*

22 Amplia VII. regulam suprà positam *in num. 2.* vt videlicet creditor succedendo debitori confundat creditum, nedum quoad ipsum debitorem, sed etiam quoad fideiussorem; quia per successionem creditoris debitori fideiussor liberatur, si creditor non confecit inuentarium, vt per Montic. *in tract. de Inuentario, pag. 78. num. 78.* Sed quid si creditor succedens debitori inuentarium confecit, an fideiussor sit liberatus? Dicas, quòd sic, si hæreditas est soluendo; aliàs secus, vt *ibid. in d. num. 78.* Et prædicta circa liberationem fideiussoris procedunt, nedum si creditor succedat debitori; sed etiamsi debitor succedat creditori, vt *ibid.* per Montic. *num. 77.* Sed quid si fideiussor succedat debitori, & sic ei, pro quo fideiussit, an sit à sua fideiussione liberatus, vide *ibid. num. 71. & seqq.* Dic quòd confunditur, immò extinguitur obligatio fideiussoria, & tantùm remanet obligatio principalis, & sic isto casu fideiussor hæres, non potest ampliùs, vt fideiussor conueniri; sed vt principalis debitor.

Quod limita tribus modis. Primò quando obligatio principalis esset inefficax & inualida. Secundò quando principalis debitor esset tantùm naturaliter obligatus. Tertiò quando fideiussor fecisset inuentarium; iis enim tribus modis & casibus non extinguitur fideiussoria obligatio, etiam quòd fideiussor succedat debitori. Hæc omnia tradit Anton. Gomez *titul. de fideiussorib. num. 20.* ibi, *Quintò successione, & actionis confusione*, &c. vbi loquitur generaliter, nedum quando fideiussor succedit debitori; sed etiam quando debitor succedit fideiussori. Item quid si debitor, & sic ille, pro quo est fideiussum, succedat ipsi fideiussori; an sit fideiussoris obligatio extincta, vide *ibid.* per Montic. *num. 74.* Item quid si fideiussor succedat creditori, ad cuius fauorem fideiussit, vide *ibid. num.75.* Item quid si creditor successit fideiussori, vide *ibid. num.76.*

Amplia VIII. eamdem regulam, vt etiamsi cessionarius creditor succedat debitori cesso, confundat etiam creditum sibi cessum. Montic. *in tract. de Inuentar. pag.81. num.90.* vbi hoc videtur ampliare, etiam quòd cessionarios fecerit inuentarium. Sed quid è contra, si cessus debitor succedat cessionario, vide *ibid. num.89.* Item quid si cedens succedat cesso, vel è contra, vide *ibid. num.81. vsque ad 87.* Item quid si cedens succedat cessionario, vel è contra, vide *ibid. num. 87. & seq.* quibus in locis reperies multa subtilia, potius quàm vtilia, iudicio meo: ideo hîc ea exprimere, & transcribere non curaui. 23

Sed in proposito quæro, an actio empti & venditi confundatur aditione, videas per Monticul. *de Inuentar. pag.92. num.131.* vbi loquitur in creditore succedente emptori, *& num. 134. & sequenti*, vbi è contrà loquitur in emptore succedente venditori, *& num.113. & sequentibus, vsque ad num.131.* vbi distinguit in materia tres alios casus, in quibus actio & empti & venditi confunditur, vel non confunditur: de quibus ibi per eum fusè tractatur. 24

Amplia IX. supradictam principalem limitationem positam *in num.12.* quòd videlicet hæres, si fecit inuentarium, non confundit actionem, in tantum procedere, vt suum creditum possit etiam retrahere & retinere propria auctoritate, secundùm Montic. *in pag. 145. num. 130.* vbi etiam respondet ad contraria: sed vide eumdem *in pag. 147. num. 140.* vbi dicit isto casu, quòd hæres poterit petere decerni curatorem hæreditate iacente, atque ita rem eligere, quæ sibi ab eo in solutum tradatur. 25

Amplia X. eamdem limitationem positam *in d. num.12.* quòd hæres, qui confecit inuentarium, non confundit debitum suum, nedum proueniens ex causa onerosa, sed etiam ex causa lucratiua, & sic non confundit debitum necessarium, vt per Montic. *de Inuentar pag.147. à tergo, num.140. in fine.* 26

Amplia XI. eamdem limitationem, quòd hæres, qui fecit inuentarium, non confundit nedum debitum ciuile; sed nec etiam naturale, & ideo illud retinere potest, licèt forsan agere non posset, vt per Montic. *de Inuentario, pag.147. à tergo, num.141.* faciunt superiùs tradita *num.14.* 27

QVÆST.

Qvæstio V.

Fructus percepti per heredem, quando in Trebellianicam computentur: item quos fructus hæres teneatur restituere fideicommissario.

Svmmarivm.

1. *Præludium quæstionis.*
2. *Computare & imputare differunt.*
3. *Hæres grauatus, &c. quos fructus debeat restituere generaliter.*
4. *Fructus percepti viuo testatore ante aditam hæreditatem, an sint restituendi per hæredem grauatum, & num. seqq.*
5. *& quid de fructibus pendentibus tempore mortis ipsius testatoris, vel iacente ipsa hæreditate.*
6. *Fructus percepti post aditam hæreditatem, & ante fideicommissi conditionis euentum, an sint restituendi per grauatum, num. seqq.*
7. *& quid si testator dixerit: Restituas quicquid ad te peruenerit.*
8. *Quid si testator expressè mandauit restitui fructus.*
9. *Quomodo testator hoc mandasse tacitè dicatur.*
10. *Quid in hærede grauato vltra vires hæreditarias.*
11. *Quid de hærede creditore.*
12. *Quid de hærede rogato restituere proprio filio.*
13. *Quid in fructibus ciuilibus.*
14. *Fructus percepti post conditionis fideicommissi euentum, an sint per fideicommissarium restituendi, & num. seqq. vbi ampliatur & limitatur.*
19. *Fructus quando per grauatum computentur in Trebellianicam.*
20. *Quid in filijs primi gradus.*
21. *Regula est, quòd filij primi gradus non imputant.*
22. *An contrarium possit testator disponere.*
23. *Quid si grauatur restituere extraneis.*
24. *Quid in filio detrahente duas quartas.*
25. *Quid in filijs naturalibus.*
26. *Quid in filijs vlterioris gradus.*
27. *Pater grauatus sub conditione restituere hæreditatem, &c. an imputet fructus in Trebellianicam.*
28. *Quid in extraneo grauato.*
29. *Quid si fructus percepti excedunt Trebellianicam.*
30. *Fructus legitimæ an imputentur in legitimam.*

1 Difficilis & intricata hæc quæstio confusè admodum à Doctoribus disputanda proponitur. Et ideo pro eius cognitione, vt exordiamur cum Menochio *de arbitr. quæst. casu* 256. *num.* 2. *lib.* 2. ne in æquiuoco procedamus, tria capita sunt consideranda. Primum est, an & quando & quos fructus hæres teneatur restituere, vel suos faciat. Et postquam hoc visum fuerit, tunc iterum & in secundo capite erit quærendum, quando hæres grauatus teneatur imputare in Trebellianicam fructus non restituendos: vel penitus suos faciat absque vlla imputatione. Tertium erit caput de fructibus legitimæ; de quo infrà *num.* 30. Et hoc modo distinguendo istam quæstionem clara omnia reddentur secundùm Menochium *ibid. d. num.* 2. *num.* 46.
2 vbi etiam facit differentiam inter computationem & imputationem.

Hoc sic præmisso deuenio ad primum caput, & quæro, quos fructus hæres grauatus, &c. teneatur restituere fideicommissario, & quos non: videas generaliter super hac materia Cephal. *consil.* 50. *volum.* 1. *per totum.* Diaz *regul.* 300. Roman. *singul.* 36. & 265. 3

Sed vt facilior de hoc habeatur cognitio, distingue tres casus.

Primus casus est in fructibus perceptis ante aditam hæreditatem viuente ipso testatore: & hos nulli dubium, quòd hæres grauatus restituat; quia dicuntur esse ex corpore hæreditatis. Ita Menoch. *d. casu* 256. *num.* 3. 4

Idem erit in fructibus pendentibus tempore mortis ipsius testatoris, vel mortuo testatore, sed iacente ipsa hæreditate; quia semper in istis casibus hæres grauatus hos fructus restituit, vt *ibid.* per Menoch. *num.* 4. *& seqq. & num.* 44. vbi ampliat etiam quòd sit filius hæres: de qua materia fructuum perceptorum tempore mortis testatoris, vide per Gabriel. *pag.* 497. *n.* 7. & Couarruuiam *de testament. pag.* 365. *colum.* 4. vbi quòd tales fructus pendentes computari solent in Trebellianicam. 5

Secundus casus est in fructibus seminatis & perceptis ab hærede post aditam hæreditatem, & ante fideicommissi conditionis euentum. Et quidem hos hæres non restituit, sed suos facit, Menoch. *d. casu* 256. *num.* 8. *& seqq.* 6

Extenditur iste casus etiam quòd testator dixerit: Restituat hæres quicquid ad eum peruenerit. nam nec tunc hos fructus restituere tenetur, vt *ibid.* per Menoch. *d. casu* 256. *num.* 12. 7

Declaratur primò hic casus, vt non procedat quando testator dixit: Restituat omnes fructus, quia tunc sumus in claris, & nulli dubium, quòd debet restituere, vt per Menoch. *ibid. num.* 13. *& seqq.* 8

Sed quid si testator dixerit: Restituat quantacumque pecunia ad eum peruenerit ex bonis, & hæreditate mea? Item quid si testator dixerit, restituat quicquid ex hæreditate mea, & bonis superetit, an istis casibus censeatur hæredi prohibita fructuum detractio. Vide per eumdem Menochium *ibid. num.* 13. *& seqq.* 9

Declaratur secundò hic casus, vt non procedat, quando hæres fuit grauatus vltra vires hæreditarias; quia tunc tenetur restituere etiam hos fructus, vt suppleat fideicommissi diminutionem factam ob legatorum solutionem. Menoch. *d casu* 256. *num* 19. 10

Declaratur tertiò in hærede creditore; quia hos fructus suos non facit, sed debet cum suo credito compensare, vt *ibid.* per Menoch. *num.* 21. Sed vide in hac declaratione ea, quæ dicuntur suprà *in antecedente quæst. num.* 5. & 6. & Rolandus *consil.* 65. *num.* 24. & 25. *vol.* 2.

Declaratur quartò quando hæres est rogatus restituere proprio filio; quia tunc & hos fructus tenetur restituere, vt *ibid.* per Menoch. *dicto casu* 256. *num.* 22. 11

Declaratur quintò, vt non procedat hic casus in fructibus annalibus ciuilibus, vt in lucro vsurarum, & pensionibus domorum: quia hos fructus tenetur restituere, vt *ibid.* per Menoch. *casu* 256. *num.* 24. 12

Tertius est casus in fructibus perceptis post aditam hæreditatem, sed post conditionis fideicommissi euentum. Et nulli dubium, quòd hos fructus hæres tenetur restituere, vt *ibid.* per Menochium *num.* 25. In quo vide Gabrielium *pag.* 495. *num.* 2. vbi pro & contra. Adde Marzarium *de fideicommissis, quæst.* 63. & 64.

15 Extenditur hic casus etiam quòd fideicommissarius ob suam absentiam non perierit sibi restitui hæreditatem: quia sufficit fideicommisso conditionem venisse, ad hoc vt fructus restituantur. Menoch. ibid. num. 26. Vide in materia hac Marzarium de fideicommiss. quæst. 62. & 64.

16 Extenditur secundò, vt procedat etiam in fructibus perceptis post solam verbalem restitutionem, & fideicommissarius negligat petere realem restitutionem; qoia enam & isto casu debet restituere fructus, vt per Menoch. d. casu 256. num. 27. Marzarium de fideicommiss. quæst. 63. vbi de materia, & quæst. 64.

17 Extenditur tertiò in fructibus perceptis ante restitutionem, siue realem, siue verbalem: quando dominium ipso iure transit in fideicommissarium, puta in Ecclesiam; quia & hos fructus etiam isto casu hæres grauatus restituere debet, vt ibid. per Menoch. num. 28. & seq.

18 Declaratur hic tertius casus non procedere in fructibus perceptis ex ipsamet Trebellianica; quia hos nunquam restituit, sed suos facit, vt ibid. per Menochium num. 31.

19 Vidimus quos fructus tenatur hæres grauatus restituere, & quos non. Veniamus modò ad secundum caput quæstionis, & quæramus, quando hæres grauatus fructus quos non debet restituere, imputet in Trebellianicam, an verò penitus suos faciat: quia, vt superiùs diximus in principio quæstionis, potest esse quòd hæres non restituat fructus, & tamen eos imputet in Trebellianicam. Super qua materia generaliter vide textum in l. in fideicommissaria, in princip. vbi Ripa, & l. mulier, § si hæres, ff. ad Trebellian. & l. quod de bonis, §. quod autem, ff. ad leg. falcid. Iason in l. filium quem habentem, C. familiæ herciscund. Doctores in l. iubemus, C. ad Trebellian. Bellon. consil. 30. num. 7. & seq. & consil. 64. num. 5. Boët. quæst 44. num. 17. 18. 21. & 22. Castan. consil. 67. num. 7. Menoch. de arbitrar. quæstionib. casu 256. lib. 2. Cotta pag. 327. & 884. Villalob. litera T. num. 82. Viui. in communib. opinionib. cart. 88. à tergo, verb. filij debent.

Sed vt clariùs habeas cognitionem huius secundi capitis, similiter distingue tres casus.

20 Primus casus considerari potest. Quando pater instituit filios primi gradus, & eos grauat, vt restituant, &c. Et tunc si vis scire, an filij primi gradus imputent in Trebellianicam fructus perceptos, necne, vide Alexandrum consil. 165. in fine, volum. 5. & consil. 201. num. 7. vol. 6. Castr. in consil. 168. num. 4. volum. 2. & consil. 188. num. 29 volum. 1. & consil. 53. num 1. volum. 3. & consil. 146. num. 23. volum. 2. Gozadin. consil. 87. num. 15. & consil. 100. num. 4. Socin. cons. 82. num. 35. fol. 79. vol. 4. Gabriel. pag. 495. conclus. 12. Menoch. de arbitrar. quæst. casu 256. in discursu. Ripa in l. in fideicommissaria, col. 5. & 6 ff. ad Trebellianum, vbi limitat decem modis.

21 Regula sit in isto primo casu, quòd filij non imputent fructus à se perceptos in Trebellianicam: sed non detrahont de prædiis hæreditariis. Iste est textus in l. iubemus, C. ad Trebellian. quem omnes communiter sequuntur, teste Gabrielio in suis conclusionibus, pag. 495. conclus. 12. num. 1. Menoch. dict. casu 256. num. 32. Viuius in suis communib. opinionib. cart. 88. à tergo, verb. filij debent, & Roland. in consil. 30. num. 1. vbi de communi, volum 1.

22 Amplia, vt hic casus habeat etiam locum, quando ipsemet testator iussisset his filiis, vt in quartam hos fructus imputarent, quia ad hoc cogi non possunt, à testatore, ibid. per Menoch. num. 33. & declarat Gabriel. in pag. 496. num. 11. & pag. 488. num. 11. & seqq. & tenet Couar. de testament. pag. 363. num 4. & pag. 365. num. 9. licèt non valeat prohibitio isto modo concepta, quòd videlicet fructus isto casu imputentur in Trebellianicam: tamen secus est, si dictum fuit, quòd fructus restituantur, ita tradit Marzar. de fideicommiss. quæst. 49. pag. 57. Hanc eamdem ampliationem tradit Roland. consil. 5. num. 15. & seqq. num. 20. & sequentib. vbi de communi: licèt multi per eum ibid. relati num. 9. & seqq. volum. 4. contrarium dixerint. Adde pro hac eadem ampliatione Roman. consil. 206. num. 6. & ibi Mandos. in addit. litera H. Cassad. decis. 1. sub tit. de testament. Pott. Imolen. consil. 92. num. 26. versic. tertiò demus, & num. 27. & num. 40. versic. secundò scripta legis, & sequentib. & num. 56. & num. 59. Aldobrandinus consil. 10. num. 18. vbi aliis relatis testatur de veriore, & communiore, & in practica seruata opinione, & consil. 13. num. 15. vbi pariter de veriori & communiori opinione. Bursat. consil. 4. num. 16. 17. 18. lib. 1. vbi de æquiori opinione, & communiori sententia testatur.

Amplia II. vt locum habeat iste casus, nedum si hæres filius sit grauatus restituere aliis descendentibus: verùm etiam si sit grauatus restituere transuersalibus, seu extraneis; quia tunc multò magis non imputabitur fructus in Trebellianicam. Ita Menoch. in d. casu 256. num. 34. vbi allegat auctoritates & rationem: & idem tenet Couar. de testament. pag. 363. num. 4. Sed in contrarium videtur esse veriorem, & communiorem opinionem, de qua per Gabrielium pag. 495. num. 5. vbi etiam refert contrarium tenentes; ac de veriori, ac magis communi opinione similiter habetur per Roland. consil. 30. num. 8. & consil. 78. num. 10. & seqq. volum. 1. testatur etiam Paris. in consil. 21. num. 54. & 55. vol. 3. ac testatur similiter Riminald. consil. 231. in fine, quem refert & sequitur Franc. Marzat. de fideicommissar. quæst. 49. pag. 55. in fine. 23

Amplia III. etiam quando filius deberet detrahere duas quartas, quia tunc nec imputat fructus in Trebellianicam, vt per Menochium d. casu 256. num. 35. Roland. consil. 30. num. 7. & seq. volum. 1. vbi de magis communi, & veriori opinione testatur. Æmilian. consil. 13. per totum, vbi refert pro & contrà. Tandem dicit communem esse, quòd nec isto casu imputantur, & ab ea in iudicando non esse recedendum. Et hanc eandem sequitur Couarruuias de testamentis, pag. 365. num. 8. vbi de communi. Sed contrarium tenuit Cephal. consil. 153. num. 68. & sequentibus, volum. 2. Vide in materia Gabrielium pag. 496. num. 10. vbi refert hinc inde authoritates, & opiniones contrarias. 24

Limita I. vt non habeat locum regula d. l. iubemus, in filiis naturalibus; quia isti imputant fructus, vt per Menochium d. casu 256. num. 41. & Gabrielium pag. 496. num. 15. 25

Limita II. vt non procedat nisi in filiis primi gradus, quia cæteri imputabunt fructus in Trebellianicam, vt per Gabriel. pag. 496. num. 8. Roland. consil. 30. num. 1. volum. 1. vbi de magis communi. Iste enim filius non primo gradu constitutus, habetur in hac materia pro extraneo, vt dicetur infrà in 3. casu. 26

Secundus potest è conuerso figurari casus, quando pater instituitur à filio, & grauatur sub conditione restituere hæreditatem, &c. Et tunc is pater fructus perceptos imputat in Trebellianicam, vti si esset 27

esset extraneus: ita Menoch. *de arbitrar. quæstionib. casu* 256. *num.* 49. vide Gabriel. *pag.* 495. *num.* 6. vbi pro & contrà. Et cum Menochio tenet Rolandus *consil.* 39. *num.* 21. *& sequent.* vbi de communi *vol.* 3.

18 Tertius est casus, quando instituitur extraneus, & grauatur, &c. & extraneus hoc loco sumitur quilibet vltra filios primi gradus, vt suprà dictum est *in* 2. *limitatione.* Et tunc an iste extraneus imputet fructus in Trebellianicam, necne, variæ fuerunt Doctorum opiniones, super quarum resolutione, & materiei declaratione, vide Menoch. *d. casu* 256. *num.* 50. *& seqq.*

29 Aduerte in hac materia, quia sæpissimè occurrit, quòd fructus percepti excedunt Trebellianicam: & tunc dic quòd in eo, quod excedunt dicti fructus, cedunt lucro ipsius hæredis, & non sunt restituendi, vt per Parisium *consil.* 83. *num.* 21. *lib.* 20. & per Rolandum *consil.* 30. *num.* 2. *volum.* 1.

30 An autem fructus legitimæ imputentur in legitimam, vide infrà inter diuersa, *vers. fructus*, &c. *num.* 10. & ex *ibi* traditis facias in hac quæst. 3. caput.

QVÆSTIO VI.

Filij positi in conditione quando censeantur à testatore vocati, & sic positi in dispositione.

SVMMARIVM.

1. *Filij in conditione positi quando censeantur vocati.*
2. *Regula est, quòd non censeantur vocati.*
3. *Fallit, nisi in contrarium sint coniecturæ.*
4. *Sed istæ coniecturæ debent esse concludentes.*
5. *De quibus statur arbitrio iudicis.*
6. *Et coniunguntur coniecturæ isto casu.*
7. *Coniecturæ non operantur in materia, nisi quando sunt descendentes instituti.*
8. *Quæ sint coniecturæ supradictæ generaliter.*
9 *Filij grauati an censeantur positi in depositione.*
10. *Quid si in alia parte testamenti sint expressè vocati.*
11. *Quid si fuerit dictum de filijs masculis, & num.* 24.
12. *Quid si filij sint positi sub pluribus conditionibus.*
13. *Quid si fuerit facta prohibitio alienandi extra familiam.*
14. *Quid si filij fuerint positi sub conditione per ablatiuos absolutos.*
15. *Quid si substitutio est facta vltimo morienti.*
16. *Quid si sint filij alicuius descendentis.*
17. *Quid fauore piæ causæ.*
19. *Quid in legatis & fideicommissis.*
20. *Quid in legibus, vel statutis.*
Filij positi in conditione, semper excludunt substitutum, num. 17.
21. *Filij censentur positi in dispositione, vbi est facta substitutio vel compendiosa, vel reciproca.*
22. *Idem si filiabus quid relinquatur, & ab alijs bonis excludatur.*
23. *Idem si dictum, de legitimo matrimonio natis.*
24. *Quid stantibus statutis excludentibus fœminas propter masculos.*



1 ENERALITER materiam huius profundæ quæstionis, vide omnino apud Manticam *in tract. de coniect. vlt. voluntat. lib.* 11. *tit.* 2. *&* 3. vbi latissimè, & latè etiam per Hippol. Riminald. *consil.* 21. *per totum*, *lib.* 1. & latè etiam per Anton. Thesaur. *decis. Pedemont.* 96. *per totam.* Surdum *decis.* 162. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 18. Hieron. de Ceuall. *pract. quæstion. quæst.* 94. Laderch. *consil.* 26. *num.* 19. Ioannem de Castillo *quotidian. controuers. iur. cap.* 12. Ioseph de Rustic. *in tract. an & quando filij positi in conditione censeantur vocati*, *per totum.* Vide etiam Diaz *reg.* 739. Iacob. Mandell. *consil.* 87. *n.* 11. *& sequentib.* Aymon *consil.* 130. Gozadin. *consil.* 104. Curt. iun. *consil.* 96. *num.* 2. *& consil.* 87. *num.* 1. Alexandrinum *cons.* 26. *& cons.* 120. *num.* 3. Clar. *de testament. quæst.* 77. *& seqq.* Cott. *memoral. pag.* 333. *& sequentib.* Cephal. *consil.* 17. *& cons.* 93. *volum.* 1. Imol. *conclus.* 12. *lib.* 2. seu potiùs Gabriel. *conclus.* 4. *lib.* 4. *pag.* 471. vbi ponit multas ampliationes & limitationes præter infrà ponendas; ideo in materia ad eum te remitto. Et apud Franc. Marzat. *de fideicommiss. quæst.* 20. *pag.* 25.

Et licèt magna sit Doctorum altercatio, nihilominus secundùm magis communem, & veriorem opinionem, de qua per infrà scriptos potest firmari regula negatiua, quòd videlicet filij positi in conditione non censeantur positi in dispositione. Cephalus *consil.* 16. *num.* 14. *& consil.* 293. *num.* 11. vbi de communi, Hieron. de Ceuall. Peregrin. Thesaur. & Surd. *in locis præcitatis.* Clar. *de testament. quæst.* 77. vbi tandem relatis hinc inde opinionibus dicit hanc negatiuam esse magis communem, cum qua & ipse etiam transit. Idem Cephal. *cons.* 54. *num.* 23. *volum.* 1. Imol. *d. conclus.* 12. *lib.* 2. & Gabriel. *d. conclus.* 4. *lib.* 4. *pag.* 471. & Roland. *consil.* 51. *num.* 3. *volum.* 3. vbi refert omnes opinantes filios positos in conditione censeri etiam positos in dispositione, & hîc refert communes, & magis communes, tandem *ibid. n.* 5 *pag.* 116. *col.* 3. *& seq.* concludit, magis communem & veriorem opinionem esse in contrarium, quòd videlicet non censeantur vocati; vide tamen Tob. Non. *consil.* 31. vbi relatis Doctoribus, qui negatiuam opinionem defendunt, & testantur magis communem, & eorum rationibus ipse contrariam, vti veriorem, æquiorem, tutiorem, & magis secundùm mentem testatoris defendit & allegat concordantes pulchrè, & concludit, quòd filij positi in conditione censeantur ad fideicommissum tacitè vocati, & idem concludit *in consil.* 32. *num.* 8. & facit Achill. Personal. *de adipiscend. possess. num.* 206. vbi quòd hæc est verior, multum æqua, & benigna, & hodie magis communis opinio. 2

Principaliter limitatur dicta regula negatiua vnico modo, vt videlicet non habeat locum, quando in contrarium coniecturæ testatoris; quia suadentibus coniecturis filij positi in conditione, censebantur etiam positi in dispositione: ita Cephal. *consil.* 9. *num.* 14. *volum.* 1. Menoch. *de arbitr. quæstionib. casu* 148. *pag.* 177. Clar. *quæst.* 77. *in fine.* idem Cephal. *consil.* 93. *num.* 7. *& seqq. volum.* 1. Imol. *d. conclus.* 12. *lib.* 2. & Gabriel. *d. conclus.* 4. *lib.* 4. *num.* 25. Roland. *consil.* 51. *pag.* 115. *colum.* 3. *in princip. volum.* 3. Tob. Non. *consil.* 31. *num.* 13. 16. *&* 20. *& consil.* 32. *num.* 9. Achill. Personal. *de adipiscend. possess. num.* 206. vbi de magis communi. 3

Sed circa hanc principalem limitationem ad plura aduertendum est, quòd non omnes coniecturæ sufficiant, sed debent esse concludentes, & ex eodemmet testamento electæ, vt per Gabrielium *dict. conclus.* 4. *num.* 19. *pag.* 475. & per Clar. *de testament. quæst.* 78. *in princip.* & quòd immo leuis coniectura sufficiat, traditur per Tob. Non. *d. consil.* 31. *num.* 13. vbi de communi, *& consil.* 32. *num.* 9. & idem quod 4

Tobias,

Tobias, tradit Achill. Personal. *de adipiscendis possessione*, *num*.207.

5 Bene verum est, quòd an sint concludentes, necne, stabitur arbitrio iudicis, vt per Achill. Personal. *de adipiscend. possess. num*.206. *in fine*, & Gabriel. *ibid.* vt supra *num*. 30. Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 148. *pag*.177. & Clar. *d. quæst*.79. *versic. in hu tamen*. Zunt. *in consil. pro vxore*, *num*.419.

6 Qui quidem iudex si videt singulas coniecturas de per se non sufficere, poterit eas iungere: & sic isto casu, si non prosunt singula, multa iuuant. Ita Gabriel. *d. conclus*.4. *lib*.4. *num*.49. & ponit Clar. *d. quæst*.79. *in fine*; sed in hoc vide Marzar. *de fideicommiss. quæst* 20. vbi refert Rotam Romanam non obstante concursu plurium coniecturarum aliàs propter iuris difficultatem noluisse in quadam causa iudicare, sed mandasse partes concordari, & Roland. *in consil*.51. *num*. 12. *volum*. 3. dicit, quòd istæ coniecturæ non debent coniungi, nisi sint legitimæ, & à iure approbatæ: sed quòd in hac materia habeat locum regula, *si non prosunt singula*, &c. traditur per Tobiam Nonium *vers*.51. *num*.20.

7 Insuper aduertas omni modo, quòd tunc demum erit locus coniecturis ad faciendum, vt filij positi in conditione, censeantur etiam positi in dispositione, &c. Ita Clar. *d. quæst*.77. *in fine*, & *quæst*.79. similiter *in fine*.

8 Sed quænam sint istæ coniecturæ; quibus colligitur testatorem voluisse filios positos in conditione, etiam esse in dispositione, habentur per Imol. & Gabriel *vbi supra*. Hippolyt. Riminald. *consil*.21. *per tot. lib*.1. vbi latè. Mantic. *de coniectur lib*.11.*tit*.3. vbi latissimè ad hanc materiam disputat.

9 Prima affertur coniectura, quando filij positi in conditione, sunt etiam grauati: tunc enim & in dispositione positi censentur. Ita Cephal. *consil*.17. *num*.13. & *sequentibus*, & *num*. 17. & *seqq. volum*.1. & *consil*. 93. *eodem volum. per totum*, vbi dicit hanc esse communem & magis veram, & æquam opinionem. Sed in hac coniectura vide distinguentem Clar. *quæst*. 78. Imol. *d. conclus*. 12. *lib*.2. & Gabriel. *d. conclus*.4. *lib*.4. *pag*. 473. *num*. 17. & *sequentib*. vbi pro & contrà. Et tandem declarat & limitat Roland. *consil*. 51. *num*. 11. *vol*. 3. vbi secundùm communem concludit, quòd ista coniectura non sit sufficiens: sed quòd immò sit sufficiens, traditur per Tob. Non. *consil*.31. *num*.19. vbi quòd hodie hæc est magis communis.

10 Secunda est coniectura, quando in vna parte testamenti filij sunt positi in conditione simpliciter; sed in alia parte sunt expressè vocati: tunc videtur quòd etiam in prima parte testator voluerit eos positos in dispositione; super veritate cuius coniecturæ, vide Imolam *d. conclus*.12. *lib*.2. *pag*.423. & *ibid. in quinta* & *duodecima limitatione*, & Gabrielium *d. conclus*.4. *pag*.475. *num*.36.

11 Tertia est coniectura, quando fuit dictum de filiis masculis, qui tunc censentur etiam positi in dispositione, vt per Imolam *ibid. in prima limitatione*. Cephal. *consil*. 114. *num*. 23. & *seqq. volum*. 1. Tob. Non. *consil*. 32. *num*. 14. Cephal. *consil*. 114. *num*.23. & *seqq* Sed pro veritate huius coniecturæ vide eumdem Imol. *in pag*. 419. Clar. *de testament. quæst*. 79. *in princip*. Gabriel. *dict. conclus*.4. *pag*. 472. *num*.4. & *sequentib*. vbi declarat. Vide Marzar. *de fideicommiss. quæst*.20 *pag*.25. vbi dicit, quòd contra hanc limitationem alias fuit iudicatum in Rota Florentina: & *ibi* allegat alios ita tenentes, & quòd ista qualitas masculinitatis non sit sufficiens coniectura, latè probat Roland. *consil*. 51. *num*. 5. *pag*. 116. *in* 4. *colum*. licèt alij *ibi num*. 2. per eum relati tenoerint contrarium *vol*.3. vide quæ dicentur inferiùs *num*.24.

Quarta est coniectura, quando filij essent positi sub pluribus conditionibus, puta si testator digressus ad plures gradus substitutionum semper dixerit sub illa condirione, *si sine filijs*, &c. quia tunc videntur isti filij positi etiam in dispositione, vt per Imol. *d. conclus*. 12. *lib*. 2. de quo vide Clar. *de testament. d. quæst*.79. *versic. quarta allegatur*, &c. Gabriel. *pag*.475. & omnino declarantem Roland. *consil*.51. *num*.5. 9. & *seqq*. vbi latè & pulchrè *volum*. 3. Pro hac quarta coniectura adde Tob. Non. *consil*. 31. *num*. 15. Cephal. *consil*. 114. *num*.23. & *seqq*. 12

Quinta est coniectura, quando fuit facta prohibitio alienandi extra familiam, quia ex hoc filij positi in conditione, censentur etiam positi in dispositione, vt per Imol. *d. conclus*. 12. *lib*. 2. & Clarum *de testam. d. quæst*.75. *versic. quinta est coniectura*, &c. Gabrielium *pag*. 475. *num*. 28. & 34. Tob. Nonium *consil*.32. *num*. 10. vbi idem quando in substitutione fuit facta mentio conseruationis bonorum in cognatione: his enim casibus filios in conditione positos fore vocatos, traditur per Achill. Personal. *de adipiscend. possessione*, *num*.108. 13

Sexta est coniectura, quando filij sunt positi in conditione per ablatiuos absolutos: quia tunc filij censentur etiam positi in dispositione, vt per Imolam *d. conclus*. 12. *lib*. 2. & Gabrielium *dict. conclus*.4. *lib* 4. *pag* 475. *num*.41. & per Roland. *cons*.51. *num*.2. & *sequentibus*, *volum*. 3. sed vide *ibid. num*. 5. *in fine*, & *num*.6. vbi tenet contrarium, & pulchrè declarat materiam. 14

Septima est coniectura, quando substitutio est facta vltimo morienti: quia tunc filij positi in conditione, censentur etiam positi in dispositione, vt per Imolam *dict. conclus*. 12. *lib*.2. Gabriel. *pag*. 473. *num*. 13. & *num*. 43. 15

Octaua est coniectura, quando sunt constituti descendentes; quia tunc filij positi in conditione, censentur etiam positi in dispositione; sed de veritate huius coniecturæ, vide Clarum *de testament. quæst*. 79. *versic. tertia coniectura*, &c. Gabrielium *pag*.475. *num*.75. 16

Aduerte in hac materia, quòd licèt regula sit negatiua, quòd filij positi in conditione non censeantur vocati in dispositione; tamen scias quòd semper filius positus in conditione excludat substitutum, vt per Cephalum *consil*. 17. *num*.9. & *consil*.93. *num*. 12. & *seq. volum*. 1. Clar. *quæst*. 77. *in princip*. & de hoc nemo dubitat, & per Gabrielium *in pag*.475. *in num*.33. 17

An autem fauore piæ causæ filij positi in conditione censeantur etiam positi in dispositione, vide Imolam *d. conclus*. 12. *lib*.2. *in* 2. *ampliat*. & Gabriel. *in d. conclus*.4. *lib*.4. *pag*. .. *num*.... 18

Quando autem in legatis & fideicommissis particularibus filij positi in conditione censeantur etiam positi in dispositione, vide per Imolam *dict. conclus*. 12. *lib*.2. 19

An autem sint positi in conditione à lege, vel statuto, an tunc censeantur etiam positi in dispositione, vide per Imolam *d. conclus*. 12. *lib*.2. & Gabriel. *d. conclus*.4. *lib*.4. *pag*.475. *num*.37. 20

Adde in materia, quòd filij positi in conditione, si eis sit facta substitutio vel compendiosa, vel reciproca, censentur etiam positi in dispositione. Tob. Non. *consil* 31. *num* 14. & 17. & *consil*.32. *num*.12. 21

Item filiæ censentur positæ in dispositione, & ad fideicom 22

fideicommissum vocatæ, si pater eis certum quid reliquit, & ab aliis bonis exclusit. Tob. Non. *dict. cons.* 31. *num.* 18. *&* *cons.* 32. *num.* 13.

23 Item filij positi in conditione, censentur vocati in dispositione: si testator non simpliciter eos filios dixerit, sed natos de legitimo matrimonio. Tob. Non. *cons.* 42. *num.* 11.

24 Ad ea, quæ suprà tradita sunt *n.* 11. adde Achill. Personal. *de adipiscend. possess. num.* 196. vbi quòd filij sub masculinitatis nomine nominati, non per hoc censentur vocati secundùm veriorem, & magis communem, de qua testantur *ibi* per eum relati: qui ampliùs dicunt, quòd ita aliàs fuit decisum, præsertim quando habemus statuta excludentia fœminas propter masculos: nam tunc tanto minùs censentur vocati etiam sub masculinitatis nomine nominati, vt *ibi* per eum *d. num.* 196. Sed contrarium *in num.* 208. *&* 209. vbi quòd immò censentur vocati, si sub masculinitatis nomine nominantur, etiam stante statuto supradicto: & quòd ita hodie est magis communis opinio, vt *ibi* per eum, qui concordantes allegat, quòd maximè procedet stante aliqua alia coniectura, ex qua arguatur testatorem agnationem conseruare voluisse: nam tunc filij in conditione positi, & sub masculinitatis nomine nominati, censentur vocati, non obstante supradicto statuto, vt *ibi* per eum *num.* 227.

QVÆSTIO VII.

Vxori si ab eius viro vsusfructus relinquatur, an ad alimenta tantùm restringatur secundùm Bulgari consuetudinem: an verò ad plenum & integrum vsumfructum; & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Materia quæstionis generaliter.*
2. *Regula est, quòd filijs institutis legatum vsusfructus vxori factum restringatur ad alimenta tantùm.*
3. *Amplia etiam quòd fuerit simpliciter vsufructuaria relicta.*
4. *Amplia etiam quòd sit dictum, Domina & vsufructuaria.*
5. *Amplia etiam quòd sit dictum, Domina & massaria.*
6. *Amplia etiam quòd sit dictum, Domina dominatrix.*
7. *Amplia etiam quòd sit dictum, gubernatrix & administratrix.*
8. *Quid iuris isto casu, si pupillus dicat se nolle eam administrare.*
9. *Amplia etiam quòd vxori sit relictus vsusfructus omnium bonorum.*
   Item si relinquatur vsusfructus in solidum. ibid.
10. *Idem in marito relicto vsufructuario.*
11. *Amplia etiam in testamento Principis.*
12. *Amplia, vt nec filius possit dare vsumfructum pro alimentis.*
13. *Bulgari consuetudo est extendenda.*
14. *Amplia etiamsi vxor sit instituta in proprietate cum filijs.*
15. *Amplia etiam quòd vxor sit simpliciter relicta Domina.*
16. *Amplia etiam quòd filij sint in legitima ætate administrandi.*
17. *Amplia etiam in filijs vlterioris gradus.*
18. *Idem in filijs adoptiuis.*
19. *Idem in filijs legitimatis.*
20. *Idem in filijs spurijs.*
21. *Amplia etiam in Iudæo testante.*
22. *Amplia etiam in filio instituto post mortem vxoris.*
23. *Amplia etiam quòd sit vxor relicta hæres in via sua.*
24. *Limita quando relinquitur vsusfructus alicuius rei particularis.*
25. *Limita quando est relicta vsufructuaria dimidia hæreditatis.*
26. *Limita quando relinquitur vsusfructus ad tempus.*
27. *Limita in filio instituto sub conditione.*
28. *Limita in vxore alterius relicta vsufructuaria.*
29. *Limita quando in contrarium sunt coniectura testatoris.*
30. *Limita quando vxori remittitur satisdatio, vel confectio inuentarij, vel redditio rationum.*
31. *Limita alio modo, prout ibi.*
32. *Limita, quando vxori prius relinquitur vsusfructus certa rei.*
33. *Limita, quando etiam alimenta sunt relicta, & de materia.*
34. *Limita, quando testator dixit, quòd vxor sustineat onera hæreditaria.*
35. *Limita, quando est legatus totus plenus vsusfructus, &c.*
36. *Limita, quando testator dixit, quòd vxor liberè disponat.*
37. *Limita, quando facit eam non molestari.*
38. *Limita, quando testator reliquit vsum & vsumfructum omnium & singulorum bonorum.*
39. *Limita in vxore relicta vsufructuaria detractis legatis.*
40. *Limita in filijs alterius matrimonij.*
41. *Limita, quando sunt instituti transuersales.*
42. *Limita quando sunt instituti ascendentes.*
    Limita in filio spirituali instituto. ibid.
43. *Limita in matre testatoris relicta vsufructuaria.*
44. *Idem in nouerca vsufructuaria.*
45. *Idem in patre vsufructuario.*
46. *Idem in fratre vsufructuario.*
47. *Idem etiam in sorore vsufructuaria.*
48. *Idem in auia vsufructuaria.*
49. *Idem in cognata testatoris vsufructuaria.*
50. *& idem in omni alia persona, excepta vxore.*
51. *Vxor isto casu capit alimenta propria authoritate.*
52. *Vxor isto casu habet plenum vsumfructum, quando filius moritur, & de materia.*
53. *Vxori an accrescat portio hæredis deficientis, vel repudiantis.*
54. *Vxor quid habeat, quando filio datur cohæres extraneus.*
55. *Quid si filij bona confiscantur.*
56. *Quid si filius se dedit in adoptionem.*
58. *Vxor an isto casu detrahat etiam dotem.*
59. *Consuetudo Bulgari quando non habet locum, an vxor habeat vsumfructum, etiam non detracta legitima filij.*
60. *Si vxori vsufructuaria hæres non datur, quid iuris.*
61. *Si vxori post eius mortem substituatur alius in vsufructu, an debeat habere tunc integrum vsumfructum.*
62. *Vxor quando censeatur relicta etiam proprietaria.*
63. *Vxor isto casu an debeat operari in domo filiorum.*
64. *Alimenta hæc an possint peti ab vxore extra domum.*
65. *Ad quam rationem sint præstanda hæc alimenta.*

66. *Et*

1 RACTATVR principaliter hæc quæstio per Doctores, *in l. Titia cum testamento*, §. *finali*, *ff. de legat. 2. in Authent. hoc locum*, *C. si secund. nupf. mul.* Iason *in l. cum his*, §. *si in singulos*, *num 4. ff. de transact.* Firman. *in Repert. in verb. vxor vsufructuaria Domina*, &c. per discursum. Nouell. *regul.* 244. Tiraquell. *de legib. connubialib. pag.* 275. *num.* 7. omninò *in tractat. de testament. coning pag.* 157. *num.* 1. *& seqq.* Papien. *in form. libell. ad dot. & vsumfruct. gloss. donec, num.* 5. *& seqq. pag.* 130. *à tergo.* Ctem. *singul.* 8. *n* 2. *pag.* 364. *& ibi in addit.* Grat. *respons.* 117. *lib.* 2. Paul. de Monte Pico *in d l. Titia cum testamento*, §. *final.* Atet. *in tract. de testament. gloss. item reliquit D. B. eius vxor. Dominam*, &c. *pag.* 24. Paris. *in Repert. Cousil. verb. vxor relicta*, &c. Gozad. *consil.* 47. *decis. Bononien.* 98. *num.* 1. quibus in locis ferè tota materia cum suis quæstionibus habetur: & præsertim per Gabrielium *conclus.* 2. *&* 3. *lib.* 5. *pag.* 587. *& seqq.* vbi ponit latissimè mulras ampliationes & limitationes præter positas infrà. Ideo ad eum semper recurras in materia: de qua etiam omnino videas per Caualcan. *in tract. de vsufruct. mulier. relict. per totum*, vbi latissimè præter omnes alios, & per Manticam *in tract. de coniecturis*, *lib* 9. *tit.* 7. quem videas vltra infrascriptos in singulis limitationibus, & ampliationibus. Vide Sard. *de aliment. titul.* 2. *quest.* 15. *per totam.* Peregrinus *de fideicommiss. art.* 12. *num.* 28. *fol.* 104 Simon de Petra *de interpretat. vltimar. voluntat. lib.* 4. *solut.* 10. *num.* 54. *vsque ad numerum* 57. *in fol.* 413.

Et quia quæstio hæc duo capita principalia continere videtur. Vnum scilicet, quando filij sunt instituti. Aliud verò, quando sunt instituti extranei. Item iuxta eorum diuersitatem duas diuersas, & contrarias formabo regulas.

2 Prima regula sit, quòd stantibus filiis institutis, si vxor relinquitur vsufructuaria, &c. Consuetudo Bulgari istud legatum vsusfructus restringit quoad alimenta tantùm condecentia, prout habebat cum solita præeminentia tempore viuentis mariti. In qua regula multæ allegantur auctoritates Doctorum, de quibus latissimè per Gabrielium *dict. conclus.* 2. *num.* 1. *& sequentib. pag.* 587. *& seqq.* quibus addo supra vlterius allegatoa *in num. antecedenti*, Viuium *in communib. opinionib. cart.* 317. Nouell. *regul.* 244. *num* 1. Paris. *consil.* 86. *num.* 28. *volum.* 2. *& consil.* 97. *num.* 10. *eodem volum* Gozadin. *consil.* 47. *num.* 1. *& consil.* 80. *num.* 2. *& consil.* 95. *num.* 10. Natta *consil* 605. *num.* 2. Mandellus *consil.* 88. *num.* 8. vbi ponit rationem. Rolandus *consil.* 74. *num.* 2. *volum.* 2. Ancharan. *quest.* 1. *num.* 1. *& seqq. part.* 2. Hippolyt. Riminald. *consil.* 322. *num.* 1. *lib.* 3.

3 Amplia etiam quòd solùm vxor fuerit relicta vsufructuaria. Gabrielius *pag.* 588. *num.* 1. *in fine, & num.* 5.

Amplia etiam, quòd sit dictum, Domina & vsu- 4
fructuaria. Gabriel. *pag.* 588. *num.* 1. *in fin.*

Amplia etiam, quòd sit dictum, Domina & mas- 5
saria. Gabriel. *pag.* 588. *num.* 16.

Amplia etiam, quòd sit dictum, Domina domi- 6
natrix. Gabriel. *pag.* 589. *num.* 20.

Amplia etiam, quòd sit dictum, gubernatrix & 7
administrattix; vel Domina & administrattix. Gabriel. *pag.* 589. *num.* 17. *&* 19.

Limita hanc ampliationem, quando fuerit dictum, tanquam Domina gubernet & administret; quia tunc non restringitur ad alimenta tantùm, vt *ibid.* per Gabrielium *num.* 18.

Obiter in proposito huius ampliationis, vide 8
consil. Socin. iun. 9. *volum.* 1. *per totum*, vbi disputat, si vxor fuerit relicta administratrix, donec vixerit: an nihilominus filio facto maiore, & sagace, possit eo inuito adhuc administrare, & concludit, quòd non.

Amplia etiam, quòd vxori sit relictus vsusfru- 9
ctus omnium bonorum, vel vsusfructus in solidum. Gabriel. *pag.* 588. *num.* 4. idem si sit relictus vsusfructus omnium bonorum mobilium, & immobilium. Gabrielios *ibid. num.* 32.

Amplia è conuerso etiam in marito relicto vsu- 10
fructuario ab vxore, vt per Gabrielium *pag.* 588. *num.* 6. Anchatan. *quest* 1. *num.* 5. *part.* 2. Aymon *de antiquit. tempor. part.* 4. *in princip. num.* 71. *& post num.* 73.

Amplia etiam in testamento Principia. Gabriel. 11
pag. 588. *num.* 7. Roland. *consil.* 74. *num.* 3. *vol.* 2.

Amplia, vt taliter sint præstanda alimenta, vt 12
nec filius offerendo vsumfructum liberetur. Gabriel. *pag.* 588. *num.* 8.

Amplia, vt talis consuetudo Bulgari tanquam 13
fauorabilis sit extendenda, vt per Gabriel. *pag.* 588. *num.* 9. vbi refert etiam contrarium tenentes, prout etiam contrarium tenet Hippolytus Riminald. *consil.* 322. *num.* 8. *vol.* 3.

Amplia etiamsi vxor, cui relictus est vsusfructus, 14
sit etiam instituta vnà cum filiis institutis in plena proprietate. Gabriel. *pag.* 588. *num.* 10. Mantic. *de coniecturis, tit.* 7. *num.* 8. *lib.* 9. vide infrà *num.* 23. Contrarium quòd quando vxor instituitur hæres vsufructuaria in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, &c. debeat habere plenum vsumfructum, & non alimenta tantùm, suadetur ex infrà traditis *num.* 38. & expressè tradit Hippolytus Riminaldus *consil.* 322. *num.* 3. *& seqq.* vbi de magis communi: licèt aliqui *ibi* relati contrarium dixerint, *& num.* 10. vbi quòd hæc conclusio præcipuè procedit, si sit instituta hæres vniuersalis.

Amplia etiam quòd vxor simpliciter sit relicta 15
Domina. Gabriel. *pag.* 589. *num.* 12. vbi limitat *in numeris seqq.* duobus modis hanc ampliationem.

Amplia etiam quòd filij sint in legitima ætate, 16
ita quòd per se possint curam administrationis suscipere: quia adhuc alimenta tantùm debentur. Gabriel. *pag.* 589. *num.* 21.

Amplia etiam in filiis vlterioris gradus, *ibid.* per 17
eumdem Gabrielium *num.* 22.

Amplia etiam stantibos filiis adoptiuis, *ibid.* per 18
Gabriel. *num.* 23.

Amplia etiam stantibos filiis legitimatis, *ibid.* per 19
dictum Gabrielium *num.* 24.

Amplia etiam in filiis naturalibus. Gabriel. *ibid.* 20
num. 25. vbi declarat.

Amplia etiam in Iudæo testante, *ibid.* per Ga- 21
briel. *num.* 27. & per Menoch. *pag.* 150. *num.* 290.

Amplia

22 Amplia etiam io filio instituto post mortem vxoris relictæ vsufructuariæ, *ibidem* per Gabrielium *pag.*589. *num.*28. Sed contrà per Hippolytum Riminaldum *consil.*322. *num.*16. *& sequentibus*, vbi respondet contrariis *volum.*3..

23 Amplia etiam quòd vxor sit relicta hæres in vita sua, quia tunc etiam alimenta non debentur. Dilect. *de art. testan. in titul. de legat. caut.* 49. vide suprà *num.* 14. contrarium tenet Hippolyt. Riminald. *d. cons.*322. *num.* 19. *lib.* 3.

24 Limita quando vxori relinquitur vsusfructus alicuius rei particularis, quia tunc oon restringitur ad alimenta tantùm. Gabrielius *pag.* 589. *num.* 30. Dilect. *d. caut.* 49.

25 Limita quando vxori relinquitur vsusfructus dimidiæ hæreditatis. Gabriel. *pag.* 580. *num.* 31.

26 Limita quando vxori legatur vsusfructus ad certum tempus. Gabriel. *pag.* 589. *num.* 33.

27 Limita, quando filius est sub conditione institutus. Gabriel. *ibi num.* 35. vbi declarat.

28 Limita, quando vsusfructus relinqnitur vxori alterius, vide Gabrielium *ibidem num.* 36.

29 Limita, quando contrarium colligi potest ex mente testatoris tacita, seu expressa. Gabriel. *pag.* 590. *num.* 37. *& sequentib.* Dilect. *in titul. de legat. caut.* 49. Paris. *consil.* 97. *num.* 20. *& sequentibus*, *& consil.* 94. *num.* 36. *& sequentib. volum.* 2. Gozadin. *consil.* 47. quibus in locis ponuntur & exemplificantur etiam tales coniecturæ. Ancharan. *quæst.* 1. *num.* 3. *&* 6. *part.* 2. vbi similiter etiam, quando dicetur constare de hac mente tacita testatoris. Pro hac limitatione adde Hippol. Rimiualdum *consil.* 322. *num.* 2. *lib.* 3.

30 Limita, qoando testator remiserit huic vxori vsufructuariæ satisdationem, vel confectionem inuentarij, vel rationum redditionem. Gabriel. *d. pag.* 590. *num.* 38. *& sequentib. & num.* 49. vbi etiam refert contrarium tenentes, vide super hac limitatione Roland. *consil.* 74. *num.* 4. *volum.* 2. Socin. iun. *consil.* 99. *volum.* 1. Gozadin. *consil.* 99. *num.* 8. Et hanc limitationem tenet Hippolytus Riminaldus *d. consil.* 322. *num.* 12. *lib.* 3.

31 Limita, quando vxori non nubenti fuerit relictus vsusfructus omnium bonorum: nubenti autem fuerit relictus vsusfructus alicuius fundi particularis; quia isto casu non habebit locum Bulgari consuetudo. Gabriel. *pag.* 590. *num.* 40.

32 Limita, quando testator primò reliquerit vxori vsumfructum certæ partis, & postea omnium bonorum. *ibidem* per Gabrielium *num.* 41.

33 Limita, quando vxori relinquuntur alimenta, & postea relinquitur vsusfructus. Gabriel. *d. pag.* 590. *num.* 42. *&* 43. *num.* 52. *&* 60. de materia Ziticæ *de testament. coniug. pag.* 167. *cap.* 9. *& pag.* 183. *versic.* 4. *si maritus. & in vers. quintò si testator*, vbi ponit quasdam similes quæstiones: pro principali limitatione adde Ancharanum *quæst.* 1. *num.* 7. *part.* 2.

34 Limita, quando testator iussit, vt vxor sustineat onera hæreditatia, vt per Gabriel. *d pag.* 590. *n.* 45.

35 Limita, quando vxori est relictus totus, vel integer, vel plenus, vel liber vsusfructus. Gabriel. *pag.* 590. *num* 46. Paris. *consil.* 94. *num.* 36. *volum.* 2. Idem si relinquatur vsusfructus pleno iure. Gozadinus *consil.* 47.

36 Limita, quando testator dixit, quòd de vsufructu vxor possit pleuè, vel ad libitum disponere. Gabriel. *pag.* 590. *num.* 47. Parisius *cons.* 97. *num.* 27. *vol.* 2.

37 Limita, quando testator dixit vxorem oon molestari in vsufructu. Gabriel. *d. pag.* 590. *num.* 48. Paris. *consil.* 97. *num.* 26. *volum.* 2. Gozad. *consil.* 47. *num.* 11. vide Socin. *consil.* 1. *num.* 4. *volum.* 4. vbi videtur tenere contrarium. Pro hac limitatione adde Hippolytum Riminaldum *d. consil.* 322. *num.* 14. *lib.* 3. &c.

38 Limita, quando testator dixit, quòd relinquit vxori vsum, & vsumfructum omnium & singulorum suorum bonorum. Ad hoc faciunt suprà tradita *num.* 14. vide Gabriel. *pag.* 590. *num.* 50.

39 Limita, quando esset relicta vsufructuaria detractis legatis. *ibidem* per Gabriel. *num.* 91.

40 Limita, in filiis alterius matrimonij. Gabriel. *d. pag.* 590. *num.* 53. vbi etiam tenentes contrarium refert: de quo vide Viuium *cart.* 317. Crem. *singul.* 8. *& ibi in addit. pag.* 364. Pro principali limitatione adde Ancharanum *quæst.* 1. *num.* 8. *& sequentib. part.* 2. vbi quòd isto casu vxor erit vsufructuaria omnium boootum, deducta tamen legitima dictorum filiorum, de quo particulari vide quæ dicentur infrà *num.* 59.

41 Limita, vt procedat, stantibus, vt dixi, filiis institutis, secùs transuersalibus. Gabriel. *pag.* 190. *num.* 54. Paris. *consil.* 94. *num.* 7. *volum.* 1.

42 Limita etiam instituris ascendentibus. Gabriel. *pag.* 591. *num.* 55. Paris. *consil.* 94. *num.* 8. *volum.* 1. Rolandus *cons.* 39. *num.* 19. *volum.* 3.

Limita etiam in filio spirituali instituto. Gabriel. *pag.* 591. *num.* 57.

43 Limita, vt procedat, vt dixi, in vxore instituta vsufructuaria; secùs in aliis personis, puta in matre testatoris relicta vsufructuaria, quia non adstringitur ad alimenta tantùm. Gabriel. *pag.* 594. *num.* 45. *& sequentib.* Contrarium tradit Ancharan. *quæst.* 1. *num.* 1. *part.* 2.

44 Limita in nouerca relicta vsufructuaria. Gabriel. *pag.* 594. *num.* 47.

45 Limita in patre relicto vsufructuario. *ibidem* per Gabr. *num.* 48.

46 Limita in fratre relicto vsufructuario. Gabriel. *ibidem num.* 49.

47 Limita in sorore relicta vsufructuaria. Gabriel. *ibidem num.* 50.

48 Limita in auia relicta vsufructuaria. Gabriel. *ibidem num.* 52.

49 Limita io cognata testatoris relicta vsufructuaria. Gabrielius *ibidem num.* 53.

50 Limita, generaliter, in omni alia persona excepta vxore, super qua limitatione generali videas Gabrielium *d. pag* 594. *num.* 45. *& sequentib.* vbi pro & contrà.

51 Limita, quia, vt dixi, vsusfructus legatus vxori restringitur ad alimenta tantùm ex consuetudine Bulgari: nihilominùs vxor poterit isto casu capere dicta alimenta propria auctoritate, (posui ego in impressis *quæst.* 175.) vt per Gabrielium, vbi suprà *pag.* 591. *num.* 56. Viuium *pag.* 317. Villalob. *litera V. num.* 65. Roland. *consil.* 74. *volum.* 2. Socin iun. *consil.* 99. *num.* 19. *volum.* 1. Goxadin. *consil.* 95. *num.* 11. Franc. Marc. *quæst.* 824. *&* 830. De hac materia vide *in Repert. quæstionum Iudicialium quæst.* 2. *num.* 19. *& sequent.*

52 Limita, quando filius institutus moriatur, quia tunc vxor habet & recuperat plenum vsumfructum. Villalob. *lit. L. num.* 16. Roland. *consil.* 74. *numer.* 10. *volum.* 2. Addo Ancharanum *quæst.* 1. *num.* 2. *part.* 2. vbi quòd si filius institutus hæres moritur, mater relicta vsufructuaria efficitur proprietaria, exclusis extraneis hæredibus. Iosephus Ludouicus *conclus.* 35. *vers. verùm de decisione*, &c. vbi quòd filio

hærede mortuo mater consequitur plenum vsumfructum; & ibi testatur de communi. Et hæc limitatio habet locum, etiam quòd filio sit datus substitutus, Viui. *d.pag.*317. Sed quia ista limitatio patitur nonnullas declarationes; ideò super ea videas Nouell. *regul.*245. Paris. *consil.* 96. *num.* 28. *volum.* 2. & *consil.* 11. *num.* 2. & 6. & *sequentib. eodem volum.* Gozadinus *consil.* 99. *num.* 5. Natta *consil.* 605. *num.* 2. & *sequentib.* Cæpoll. *de seruitut. vrban. præd. sub rubr. de*
53 *seruitut. vsusfruct. pag.* 5. *num.* 6. vbi ampliùs dicit, quòd deficientibus filiis institutis, tunc mater efficietur proprietaria, & sic hæreditas ei accresceret. Et an vxori vsufructuariæ accrescat portio hæredis deficientis, vel repudiantis, vide Cephal. *consil.* 59. *num.* 13. & *sequentib.* & *consil.* 60. *num.* 11. & *sequentibus*, *volum.* 1. In alio Repertorio *in vltim. voluntatib. versic. ius accrescendi vsufructuario*, &c. Vide etiam in materia supradictæ limitationis Ziricæ. *de testament. coniug. pag.* 560. *num.* 1. & *sequentib. cap.* 3. & omninò declarantem, & distinguentem Gabrielium *pag.* 592. *num.* 7. *vsque ad num.* 18.

54 Limita I. quando filio instituto est datus alter cohæres extraneus; quia tunc vxor relicta vsufructuaria respectu filij habebit tantùm alimenta: respectu verò extranei habebit pro eius portione integrum vsumfructum. Roland. *consil.* 74. *per totum, volum.* 2. In materia vide Nattam *consil.* 605. *num.* 5. *volum.* 3. omninò Gabrielium *pag.* 592. *num.* 5. vbi pro & contra.

55 Limita II. quando filij bona confiscantur, quia tunc consequitur plenum vsumfructum. Gabriel. *pag.* 592. *num.* 8. Roland. *consil* 74. *num.* 11. *volum.* 2. contrarium tenet Pic. *in l. Titia.* §. *Titia, in* 23. *quæst. ff. de legat.* 2. *num.* 94. vbi etiam respondet ad contraria. Sed pro limitatione, vide Hier. Gabriel. *consil.* 184. *num.* 4. quem refert Baiar. ad Clar. *quæst.* 78. *num.* 34.

56 Limita III. quando filius dederit se in adoptionem. Gabriel. *d. pag* 692. *n.* 9. vide Picum *in l. Titia.* §. *Titia, quæst.* 23. *ff. de legat.* 2. vbi tenet contrarium, nedum in filio, qui dedit se in adoptionem: sed etiamsi ingrediatur Monasterium; quòd videlicet tantùm habeat vxor alimenta. Sed de ingrediente Monasterium, vide infrà *num.* 73.

57 Supradictæ omnes ampliationes, & limitationes fuerunt excerptæ ex conclusionibus Gabrielij, vt ex illarum lectione apparet; licèt nonnulla cuique particula fuerint addita: sed supradictis multa alia addenda sunt in materia, quæ quidem ex aliis locis, & Doctorum tractatibus selegi.

58 Et in primis quæri potest, an vxor relicta vsufructuaria, &c. possit adhuc extra alimenta dotem repetere: vide in materia Roland. *consil.* 74. *num.* 16. & *sequentibus, volum.* 2. Ziricæ. *de testament. coniug. pag.* 166. *versic. multò minus.* Capta *consil.* 72. *num.* 18. Franc. Marc. *quæstione.* 819. Bellon. *consil.* 31. *num.* 4. Castrens. *consil.* 249. incip. *Subscriptus egregius.* Cephal. *consil.* 284. *volum.* 2. Guidopap. *decis.* 541. Et dicas secundùm Cephalum *d. consil.* 184. quòd vxor etiam poterit petere dotem, &c. Et sic hæc poterit esse alia limitatio ad primam regulam suprà positam.

59 Scias etiam in materia, quòd in illis casibus, in quibus non habet locum consuetudo Bulgari. Et sic quando vxor relicta vsufructuaria habet plenum vsumfructum etiam filiis institutis, videtur hoc intelligi debere, detracta tamen legitima ipsorum filiorum, quia in ea vsumfructum non habebit. Paris. *consil.* 96. *num.* 30. *volum.* 2. Socin. iun. *consil.* 97. *num.* 24. *al.* 26. *volum.* 2. vide Gabriel. *pag.* 590. *num.* 35. vide suprà *num.* 40. Et hæc poterit esse sublimitatio ad omnes præcedentes limitationes.

Si vxor relinquitur vsufructuaria, & ei hæres 60
non datur, quid isto casu relictum vxori censeatur, vide Ziricæ. *de testament. coniug. pag.* 161. *a tergo, num.* 1. & *sequentib.* Et hæc etiam poterit esse alia limitatio.

Si vxor instituatur in vsufructu, & ei post eius 61
mortem alius substituatur, quid isto casu relictum censeatur vxori, vide per eumdem Ziricæ. *cap.* 5. *pag.* 162. *num.* 1. & *seqq.*

Quando autem vxor censeatur relicta simplex 62
vsufructuaria, vel etiam hæres & proprietaria, vide Cephal. *in consil.* 37. *volum.* 1. vbi ponit nonnullas coniecturas. Gabriel. *pag.* 593. *num.* 18. & *sequentibus*, vbi de materia.

An vxor relicta vsufructuaria, &c. teneatur hoc 63
casu in domo operari, vide Grat. *respons.* 87. *part* 2. *num.* 23. Æmil. *consil.* 146. *num.* 18. vbi quòd alimenta compensantur cum operis, & *consil.* 146. *num.* 13. & 18. vbi quòd alimentatus laborat alimentanti. Pulchrè Ziricæ. *de testament. coniug. pag.* 181. *num.* 5. *decis. Perus.* 91. *num.* 13. vbi quòd quando alimenta debentur officio iudicis à lege, tunc alimentarius tenetur operari in domo alimentantis: secùs si alimenta petantur, & debeantur iure actionis: vide in simili tradita *in Repertorio contractuum sub quæstione* 34. Et hæc potest esse sublimitatio.

An autem vxor isto casu possit petere alimenta 64
extra domum, videas in alia quæstione, videlicet, Alimenta vbi & in quo loco sint præstanda, vide infrà *in quæst* 47.

Et quomodo debeantur ista alimenta, an sint 65
præstanda ad rationem patrimonij, an verò redditum, vide in alia quæstione, videlicet, Alimenta ad quam rationem sint præstanda, vide infra *in quæst.* 48. vbi generaliter etiam quomodo huic vxori relictæ vsufructuariæ, &c. fieri debeat alimentorum taxatio.

Et quid isto casu debeat habere pro istis alimen- 66
tis, vide in materia, Alimentorum appellatione quidnam veniat, infrà *quæst.* 46.

Satis supérque fuit suprà visum, quid consequi 67
debeat vxor relicta vsufructuaria stantibus filiis institutis. Videndum modò est, quid iuris, quando sunt instituti extranei. Regula sit contraria superiori, quòd videlicet extraneo hærede instituto, si vxori relinquitur vsusfructus omnium bonorum, non restringitur ad alimenta tantùm, sed intelligetur de pleno, & integro vsufructu. Regula ista ponitur per omnes suprà citatos in allegationibus primæ regulæ, & expresse confirmat Roland. *consil.* 74. *num.* 6. & *sequentib. volum.* 2. Paris. *consil.* 94. *numer.* 33. *volum.* 2. cum infinitis aliis adductis per Gabrielium *pag.* 591. *numer.* 1. & *sequentibus*, vbi ad hanc regulam ponit multas ampliationes, & limitationes præter infrà ponendas; ad eum te remitto in materia.

Amplia hanc secundam regulam è conuerso, 68
etiamsi instituto ab vxore aliquo hærede extraneo relinquatur viro vsusfructus, quia tunc intelligetur de pleno vsufructu, non de alimentis tantùm. Gabriel. *pag.* 591. *num.* 4.

Limita, nisi contrarium appareat ex coniecturis, 69
quòd

quòd testator voluerit ei relinquere alimenta tantùm; quia tales coniecturæ attendentur. Gabriel. *pag.* 593. *num.* 32. *& sequentib.* vbi ponit istas coniecturas.

70 Limita, quando vxor simpliciter fuisset relicta massaria; vel Domina & massaria, vel gubernatrix: quia tunc de vsufructo mentio non fit, non intelligetur, nisi de alimentis, etiam hærede extraneo instituto. Gabriel. *pag.* 594. *num.* 36. *& sequentib.*

71 Limita, vt etiam hærede extraneo instituto vniuersaliter, vxor non habebit integrum vsumfructum, sed tantùm medietatem: sed pro veritate huius limitationis, vide Gabriel. *pag.* 594. *num.* 40.

72 Limita, quando hæres extraneus est institutus cum illis verbis, *pleno iure*; quia tunc vxor non consequitur vsumfructum, nisi pro dimidia, vt per Gabrielium *pag.* 594. *num.* 42.

73 Addendo aliqua supradictis, scias, quòd si filius hæres institutus ingrediatur Monasterium, tunc videtur, quòd vxor consequatur plenum vsumfructum; quia Monasterium isto casu habetur loco extranei hæredis, vt per Ang. *consil.* 97. *in fine, versicul. etiamsi exequutores.* Et faciunt tradita per Gabrielium *pag.* 593. *num.* 17. & quæ dicimus in alio Repertorio, in materia, quando Monasterium habeatur loco filij.

74 Contrarium tamen, quòd videlicet etiam quòd filius ingrediatur Monasterium: tamen vxor non debet habere nisi alimenta tantùm, latè defendit Picus *in l. Titia, §. Titia cum nuberet, num.* 94. *in* 23. *quæst. ff. de legat.* 2.

QVÆSTIO VIII.

De statuto excludente fœminas propter masculos.

SVMMARIVM.

1. *Materia statuti generaliter traditur.*
2. *Ratio istius statuti quæ sit.*
3. *Statutum hoc an dicatur fauorabile, vel odiosum.*
4. *An extendatur ad personas non specificatas.*
5. *An censeatur excludere Monialem.*
6. *An censeatur etiam excludere à legitima.*
7. *An possit peti supplementum legitimæ.*
8. *An excludat à bonis emphyteoticis.*
9. *An habeat locum inter Iudæos.*
10. *An in fœmina relicta infante.*
11. *An extendatur ad bona sita extra territorium.*
12. *An fœmina excludatur à nepotibus defuncti. & an à neptibus ex filio.*
13. *An excludatur propter legitimatos.*
14. *An propter filios Clericos.*
15. *An excludatur stante tantùm vnico filio masculo.*
16. *An excludatur propter filios adoptiuos.*
17. *An præterita dicat patris testamentum nullum.*
18. *An excludatur propter deportatum, bannitum, vel ingressum religionem.*
19. *An mortuo masculo fœmina admittatur.*
   An fœmina semel exclusa à statuto, semper censeatur exclusa.
20. *An excludatur ea, cui tantùm fuit dos promissa.*
21. *An ista dos possit peti antequam nubat, & an transmittatur ad heredes.*
23. *An excludatur propter filios spurios.*
   Statutum hoc excludens fœminas propter fratres, de quibus fratribus intelligatur. num. 22.
24. *An fœmina censeatur exclusa etiam à successione ex testamento.*
25. *Mater an per hoc statutum exclusa dicatur.*
26. *Masculinum in hac materia quando concipiat fœmininum.*
27. *Fœmina filia exclusa an censeatur exclusa neptis.*
28. *Fœmina dotata exclusa, an intelligatur de ea, quæ habuit dotem ab extraneo.*
29. *Statutum excludens fœminam, sed mandans dotari, non verificatur in ea, in qua qualitas dotationis non conuenit.*
30. *Statutum hoc, &c. an excludat etiam à tutela.*
31. *Statutum excludens fœminam dotatam, intelligitur à successione dotantis tantùm.*
   Filia exclusa propter masculos, an censeatur exclusa etiam nepos ex filia: & an censeatur exclusa neptis ex filio masculo. num. 27.
32. *Statutum hoc an habeat locum in forensibus.*
33. *Dos filiæ exclusæ à statuto, an possit assignari in quare voluerint ipsi fratres.*
34. *Filia exclusa à statuto an dicatur extranea.*
35. *Statutum excludens fœminam dotatam, &c. an extendatur ad eam, quæ habuit paruam dotem.*
36. *Statutum, quòd stantibus masculis fœmina non succedat, an habeat locum, si masculus statim obierit mortuo patre.*
37. *Statutum excludens ab hæreditate patris, an censeatur etiam excludere ab hæreditate fratris, cui obuenit patris hæreditas.*



VOLVMEN potiùs requireret ista quæstio, quàm paginas: quia super ea diuersi fuerunt tractatus editi de masculis fœminas excludentibus agentes, prout eos per te videre poteris. In quibus omnes contingibiles quæstiones in materia optimè tractantur. Non omittas tamen omninò videre Gabrielium *in suis conclusionibus, in titul. de statutis, conclus.* 4. 5. 6. *&* 7. *lib.* 6. *pag.* 671. *& sequentib.* vbi præsertim *in conclus.* 7. ponuntur quamplures casus secundùm diuersitatem statutorum. Ideò in occurrenti tibi quæstione recurras, vt dixi, ad dictum Gabrielium. 1

Ratio huius statuti secundùm communem opinionem Doctorum est fauor agnationis, prout dicit Rolandus *in consil.* 55. *num.* 3. 21. *&* 39. *volum.* 1. Imol. *conclus.* 47. *lib.* 2. vbi enim fit mentio de masculis, ibi fauor agnationis consideratur. Cephal. *consil.* 62. *num.* 45. Tanta in hac materia vide omnino Gabrielium *d. conclus.* 6. *pag.* 676. *per totam*, vbi latè & pulchrè Rolandus *consil.* 24. *num.* 15. *volum.* 3. 2

Ex quo sequitur, quòd istud statutum dicitur potiùs fauorabile, quàm odiosum: pro quo puncto vide Viuium *in communib. opinionib. pag.* 215. *& sequentibus.* Menochius *de recuperan. possess. pag.* 21. *num.* 34. Sarmient. *select. interpret. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 2. vbi quod est odiosum. 3

Hinc disputari posset, an hoc statutum debeat attendi ad alias personas specificatas in eo, ex identitate, vel maioritate rationis, & tam actiuè, quàm passiuè: super quo puncto videas omninò Imolam *conclus.* 48. *lib.* 1. *& conclus.* 7. *lib.* 1. *pag.* 393. *& pluribus sequentib.* seu potiùs Gabrie- 4

lium *pag.* 677. *conclus.* 7. *num.* 1. 19. 21. 41. *& sequentib. & num.* 44. *& sequentibus*, vbi generaliter de materia: particulatiter autem videas per totam conclusionem, vbi recensentur plures casus similium statutorum, & *ibi* disputatur de eorum extensione ad diuersas personas non specificatas, vt dixi, tam actiuè, quàm passiuè. Et an statutum excludens ab hæreditate patris, censeatur etiam excludere ab hæreditate fratris, vide infrà *num.* 37.

5 Statutum excludens fœminas propter masculos, &c. an censeatur etiam excludere Monialem, latè per Iacob. Æmil. *consil.* 1. *per totum.* Socin. *consil.* 81. *num.* 5. *volum.* 1. Cephal. *consil.* 95. *num.* 1. *& sequentib. volum.* 1. *& ibidem num.* 14. 15. *&* 19. Marsil. *singul.* 303. *in fine*, quòd hoc statutum censeatur etiam excludere filiam ingredientem Monasterium, dicit esse magis communem opinionem. Cephal. *consil.* 146. *num.* 16. *& sequentib. volum.* 1. & idem per Mich. Graf. *in §. successio ab intestato, quæstione* 1. *num.* 2.

6 Statutum excludens fœminas propter masculos, &c. an censeatur etiam excludere à legitima: latè per Iacob. Æmil. *consil.* 1. *per totum.* Menoch. *de arbitrar. quæstionib. pag.* 178. *num.* 13. Cephal. *consil.* 5. *per totum, volum* 1. vbi de matre, an excludatur à legitima, & dicit, quòd sic. Declara vt per eumdem Cephalum *in consil.* 120. *per totum, eod. volum.* 1. Et idem etiam in matre concludit idem Cephal. *consil.* 191. *num.* 1. *& sequent.* vbi testatur se ita obtinuisse in Consilio Iustitiæ Ferrariæ. Vide eumdem Cephalum *in consil.* 53. *num.* 55. *volum.* 1. Et faciunt ad hæc, quæ dicentur in ea quæstione, videlicet, An & quando legitima possit tolli per statutum, *quæst.* 31. *num.* 3. *& seqq. & per totam quæst.* in discursu, & omnino *in quæst.* 35. *per totam.* Magis communis opinio est, quòd fœmina exclusa vigore istius statuti, censeatur etiam exclusa à legitima, vt per Cephalum *consil.* 146. *num.* 10. *& consil.* 145. *num.* 10. *& sequentib.* vbi omnino videas. Roland. *consil.* 62. *num.* 53. *volum.* 3. vbi de communiori opinione.

7 Hinc dubitari potest, an fœmina exclusa ab hoc statuto, possit petere supplementum legitimæ: super quo videas Viuium *in dictis communib. opinionib. dict. pag.* 128. *& sequentib.* in discursu. Cephal. *consil.* 34. *num.* 2. *& num.* 36. *& consil.* 95. *num.* 1. *&* 3. & in discursu Consilij *volum.* 1. *& in consil.* 5. *num.* 50. *eodem volum.* 1. *& consil.* 56. *num.* 44. *eod. volum.* Cotta *pag.* 247. *& seqq.* Vide infrà *quæst.* 35. *per totam.* Rolandum *consil.* 95. *num.* 19. *volum.* 3. *& consil.* 62. *num.* 40. *eodem volum.* vbi quòd censetur etiam exclusa à supplemento stante statuto, quòd filia sit contenta quacunque dote. Ludouic. *decis. Perusin.* 21. *num.* 37. *& seqq. part.* 1.

8 Statutum excludens fœminas propter masculos, an censeatur etiam excludere à bonis emphyteoticis, vide Socin. iun. *consil.* 21. *num.* 8. *part.* 1. *pag.* 34. Roland. *consil.* 68. *num.* 20. *&* 21. *volum.* 1. Viuium *in communib. opinionib. sub dicta pag.* 128. *& sequentib.* Menoch. *de arbitrar. quæstionib. casu* 180. *num.* 9. *& sequentib.* Couarruuias *variar. resolut. pagin.* 625. *versic. secunda conclusio.* vide etiam infrà *quæst.* 12. *num.* 4. *& num* 21. *& quæst.* 13. *num.* 33. 47. *&* 50. Nota quòd si statutum excludat fœminas à bonis hæreditariis, non censetur excludere ab emphyteosi, quæ non sit concessa pro se & hæredibus; quia aliter non dicitur hæreditaria. vide *decis. Lucen.* 29. *num.* 22. *& seqq. part.* 1.

9 Statutum hoc an habeat locum in Iudæis, vide Rolandum *consil.* 35. *num.* 35. Marquar. *de Iudæis, pag.* 50. *num.* 4. *& sequenti.* Viuium *in communib. opinionib. sub dicta pagin.* 128. *& sequentib.* Rolandum *consil.* 25. *num.* 27. *volum.* 3. vbi quòd habet locum etiam in Iodæis. Faciunt dicta *in alio Repertorio Contractuum, verb. Iudæi*, &c. *num.* 8. inter diuersa. Posui *in fragment. criminalibus vers. Iudæus, num.* 614.

10 Et an hoc statutum habeat locum in fœmina relicta infante? dic quòd non, secundùm doctrinam Marsil. *in singul.* 481.

11 Statutum hoc excludens fœminas propter masculos, an excludatur à bona sita extra territorium, &c. vide Turzan. *opinion.* 45. Viuium *sub dict. pag.* 128. *& sequentib.* Cephal. *consil.* 120. *num.* 11. *volum.* 1. faciunt dicenda in illa quæstione, videlicet, quando statutum extendat vires extra territorium, &c. videlicet *in Repertorio Contract. quæst.* 37. dic, quòd non extenditur, ex Lamberteno *de contractib. gloss.* 2. *quæstione* 11. *num.* 33. Pur. *decisione* 351. *in princ.*

12 Statutum excludens fœminas propter masculos, An istn casu fœmina excludatur à nepotibus defuncti. Viuius *dicta pag.* 128. *& sequentib.* Ista materia ponitur per Gabrielium *pag.* 632. *num.* 19. vbi quòd si filia excludatur propter filios, censetur etiam exclusa propter filiorum filios, & sic nepotes. Vide eumdem Gabrielium *dicta pag.* 632. *num.* 21. vbi quòd licèt filia excludatur à nepote ex filio, non tamen excludetur à nepte ex filio. Quòd fœmina exclusa à filio censeatur etiam exclusa à nepote, posuit Marsil. *singul.* 303. vbi allegat etiam contrarium tenentes.

13 Statutum excludens fœminas propter masculos, an censeatur excludere propter masculos legitimatos. Viuius *pag.* 129. vbi de legitimatis ex subsequenti matrimonio; de quo vide etiam per Imolam *conclus.* 38. *lib.* 4. seu potiùs Gabrielium *pag.* 709. *num.* 34 *& sequentib.* Rolandum *cons.* 67. *num.* 46. *volum.* 3. vbi quòd licèt regulariter filia isto casu non censeatur exclusa propter filium; tamen fallit in legitimato in omnibus & per omnia, ac si esset natus de legitimo matrimonio. Sed pro regula, vide Lamberten. *de contractib. gloss.* 19. *sub num.* 12. *&* 16. Et an propter filium legitimatum ex rescripto excludatur fœmina, vide eumdem Viuium *pag.* 131. In materia, vide Mynsing. *obseruatione* 26. *centur.* 3. Titaquell. *de reuocan. donat. pag* 489 *num.* 67. *& sequent. & pag.* 497. *num.* 81. Cephal. *cons.* 120. *num.* 10. *volum.* 1. latè Rolandus *consil.* 38. *per totum:* vbi post longam disputationem concludit in fauorem legitimati. Faciunt ad hæc, quæ dicentur infrà *quæst.* 10. *cap.* 1. *num.* 3.

14 Statutum excludens fœminas propter masculos, an censeatur excludere propter filios Clericos. Viuius *d. pag.* 129. *in princip.*

15 Statutum excludens fœminas propter masculos, an habeat locum stante vno filio masculo, vide per Viuium *dicta pag.* 129. *à tergo.* Placa *cap.* 46. *pag.* 773. & faciunt dicenda in ea quæstione, videlicet, an pluralis numerus quando verificari possit in singulari.

16 Statutum excludens fœminam propter filios masculos, an excludatur propter filios adoptiuos, vide Viuium *ibidem pag.* 130. vbi de filio arrogato ab auo materno. Placa *cap.* 40. *pag.* 681. Viuius *ibidem pag.* 131. Titaquellus *de reuocan. donat. pag.* 457. *num.* 11.

Filia

17 Filia isto casu exclusa à statuto, & præterita in testamento patris, an possit dicere testamentum patris nullum ob præteritionem. Vide infrà in quæst. vbi tractatur, quando testamentum sit nullum ob præteritionem,&c.

18 Statutum excludens fœminas propter filios, &c. an extendatur, si filius sit deportatus, vel bannitus, vel alio modo incapax hæreditatis, vide per eumdem Viuium pag. 231. à tergo. Cephal. consil. 22. num. 17. & seqq. volum. 1. vbi de deportato, bannito, ae etiam de ingresso in Religionem. Gabriel. pag. 673. num. 24. & seqq.

19 Stante hoc statuto fœminas excludente propter masculos, an mortuis masculis postea fœmina admittatur. Dic quòd non, secundùm Roland. cons. 58. num. 68. in 3. volum. Neuiza. consil. 8. num. 32. Vide Viuium d. pag. 232. à tergo. Cehal. consil. 95. num. 16. volum. 1. vide eumdem Viuium pag. 233. in fine omninò per Gabrielium pag. 671. num. 1. & omnibus sequentib. conclus. 4. tit. de statutis lib. 6. vbi optimè declarat materiam, An fœmina semel exclusa, semper censeatur exclusa; & ad eum semper recurras in materia. Vide Zunt. in consil. pro vxore, num. 949. Cephal. consil. 161. num. 1. & num. 28., vbi quòd illa regula communis, quam benè comprobat Anton. Thesaurus decis. Pedemont. 63. num. 5. videlicet, quòd semel exclusus, semper censeatur exclusus, procedit, quando durat eadem exclusionis ratio; aliàs secùs. Et an statutum excludens ab hæreditate patris, censeatur etiam excludere ab hæreditate fratris, cui iam per obitum patris obuenit paterna hæreditas, vide quæ dicuntur inferiùs num. 37.

20 Statutum excludens fœminas dotatas propter masculos, an habeat locum in fœmina, cui solùm fuerit dos promissa, & non tradita, vide Viuium ibidem pag. 233. faciunt ea, quæ modò dicentur in num. sequenti.

21 Stante supradicto statuto, quòd fœmina dotata non succedat, &c. an ista dos debeatur, antequam filia nubat; & consequenter, si non nubit, & ante nuptias moriatur, an transmittatur ad hæredes, vide per Imolam conclus. 42. in 4. limitat. lib. 1. seu potiùs Gabriel. pag. 698. num. 24. & seqq. Cephal. consil. 56. num. 26. & sequentib. Natta de statut. excludentib. &c. pag. mihi 251. num. 14. & seqq. & pag. 145. num. 21. & pag 248. num. 235. & omnino in pag. 222. num 20. & plurib. seqq. Alciatus de præsumpt. pag. 69. versic. Item interea; vbi quòd non debet habere dotem, sed alimenta. Faciunt ad hæc dicta in num. antecedenti, & in alio Repert. in materia legati dotis num 6. infrà inter diuersa. Adde Iason. In l. quoniam in prioribus in 2. col. C. de inoffic. testam. omninò Cephal. in consil. 145. per totum, vbi disputat; & in num. 19. concludit, & distinguit, vt ibi per eum colum. 1. Adde Cardinalem Albanum in consil. 38. per totum; vbi concludit, quòd si statutum excludit fœminam dotatam, tunc dos isto casu succedit loco legitimæ, & debetur, antequam nubat, & transmittitur ad hæredes. Si verò fœmina excluditur, sed postea statutum mandat eam dotari, tunc dos non debetur antequam nubat, & non transmittitur ad hæredes. Et hanc distinctionem ipse ibi dixit veriorem, & magis communem.

22 Statutum excludens fœminas propter filios masculos, & nominatim propter fratres, de quibus fratribus intelligatur: generaliter ac particulariter de hac materia vide per infrascriptos, Roland. consil. 55. per totum, volum. 1. Cephal. consil. 22. num. 25. volum. 1. omninò per Gabrielium pag. 677. num. 10. & sequentib. num. 46. & sequentib. & num. 79. & aliis sequentibus.

Statutum excludens fœminas propter filios masculos, an censeatur excludere propter spurios, vide Tiraquellum de reuoc. donat. pag. 479 num. 48. 23

Statutum hoc excludens fœminas, an censeatur excludere tam à successione ab intestato, quam ex testamento, vide Cephal. consil 5. num. 47. & sequentib. volum. 1. vbi quòd sic. Sed contrà Menoch. in l. final. num. 322. & sequentib. de edict. Diu. Adrian. tollen. vbi quòd filia exclusa à statuto, potest tamen institui à patre. 24

Statutum excludens fœminas propter masculos, an censeatur etiam excludere matrem? Dic quòd sic, secundùm Cephal. cons. 5. num. 27. & seqq. volum. 1. declara vt in consil. 120. num. 3. & sequentib. volum. 1. & Gabriel. conclus. 7. per totam videlicet in discursu pag. 677. & sequentib. & vide suprà num. 6. vbi particulariter, an mater censeatur exclusa à legitima filij. 25

In hac materia statuti fœminas excludentis, An & quando masculinum concipiat fœmininum, præter dicta in sua quæstione particulari, vide per Imolam conclus. 7. lib. 2. pag. 393. & pluribus sequentib. vbi in materia diuersa ponit exempla, & casus: & pag. 396. & sequentib. Gabriel. pag. 677. num. 4 & sequentibus, num. 25. & sequentibus, num. 27. & sequentibus, & pag 647. num 60. & pluribus sequentib. Anton. Thesaur. decis. Pedemont. 37. vbi, an statutum excludens cognatos propter agnatos, dicatur includere ipsos agnatos. 26

Statutum excludens filias propter masculos, an censeatur etiam exclusisse neptes, vide Imolam conclus. 40. lib. 3. faciunt dicta in suo loco particulari, videlicet filiorum appellatione, &c. Vide Gabriel. pag. 632. num. 20. vbi quòd filia exclusa à statuto propter filios masculos, censeatur etiam exclusa neptis ex filia: sed an excludatur nepos masculus ex filia fœmina, vide ibidem per Gabriel. num. 22. & sequentibus. Item an excludatur neptis ex filio masculo, vide eumdem Gabrielium pag. 633. num. 27. & sequent. & Roland. consil. 82. num. 22. & in num. 41. versic. nec obstat quod dictum, in fine, volum. 3. Cephal. consil. 120. num. 3. & sequentib. vbi quòd non censetur exclusus nepos ex filia. 27

Statutum excludens fœminam dotatam, &c. an intelligatur de ea, quæ habuit dotem ab extraneo: & sic an possit iterum petere se dotari de bonis illius, à cuius successione excluditur. Cephalus consil. 95. num 25. & seq. volum. 1. Gabriel. d. pag. 674. conclus. 5. in discursu. Vide infrà quæ traduntur in num. 31. 28

Statutum excludens fœminas, &c. sed mandans eas dotari, non habet locum in matre defuncti, & aliis personis, quibus non conuenit ista qualitas dotationis. Cephal. consil. 120. num. 3. & sequentibus, volum. 1. 29

Statutum excludens fœminas propter masculos, &c. An censeatur etiam exclusisse à tutela, ponit Menochius de arbitr. quæstionib. casu 150. num. 32. & sequentib. 30

Statutum excludens fœminas dotatas intelligere excludere à successione dotantis tantùm, declara vt per Gabriel. pag. 674. conclus. 5. per totum: vide suprà num. 25. In hac materia vide omninò Rolandum consil. 24. num 1. & sequentib. vsque ad num. 14. volum. 3. plures casus in hac quæstione ponit Anton. Thesaur. decis. Pedemont. 62. per totam, vbi videas. 31

32 Statutum hoc exelodens fœminas propter masculos, an habeat locum etiam in forensibus, quoad bona sita in territorio statuentium. Dic quòd si statutum est conceptum in rem, tunc procedet etiam in forensibus, quoad ista bona sita in territorio statuentium: secùs si sit conceptum in persooam. Roland. *consil.* 14. *num.* 14. *& omnibus sequentibus*; vbi respondet ad contraria: & faciunt dicenda *in Repert. alio Contractuum*, &c. *in ea quæst.* videlicet, vbi tractabimus, An & quando statutum liget forensem, &c. Vide multa in boc proposito statuti Romani pro & contra allegantem Put. *decis.* 29. *lib.* 2. vbi tandem videtur concludere, quòd siue statutum loquatur in rem, siue in personam, indistinctè comprehendit forenses: & hanc in fine decisionis testatur veriorem, & communem opinionem.

33 Stante hoc statuto excludente fœminas dotatas propter masculos, an dos ipsa possit isto casu à fratribus dotantibus sorori assignari, in qua te voluerint ipsi fratres, videas infrà *in quæstione* 49. *num.* 14.

34 Filia per statutum à paterna successione exclusa, non retinet iura ciuitatis, vt per Duen. *regul.* 260. vbi hoc remissiuè limitat quinque modis secundùm Brun. *in tract. statut. exclud. in* 10. *articulo principali, in* 2. *quæst. num.* 1. *& sequent.* Quod autem filia exclusa à statuto ab hæreditate paterna, cui reseruatur dos, non dicatur extranea, tradit Alciatus *in consil.* 131. *num.* 1. *volum.* 1. & facit Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 8. *num.* 14. vbi admittit hanc filiam exclusam ad retractum, quod non conceditur extraneo.

35 Statutum disponens, quòd mulier dotata patri non succedat, an habeat locum in parua dote. Roland. *consil.* 14. *num.* 12. *&* 13. *& num.* 38. *volum.* 3. vbi declaratur. Dic, quòd sic, vt per Tiraquell. *in tract. de indic. in reb. exig. pag.* 52. *à tergo, versic.* 29. &c.

36 Satutum, quòd stantibus masculis fœmina non succedat, non habet locum, si masculus post mortem patris illicò mortuus est: non enim dicitur stare, qui parum stat, nec viuere, qui parum viuit. Tiraquell. *in tract. de indic. in reb. exig. pag.* 46. *versic.* 83. Vnde secùs si statutum simpliciter velit, quòd masculus excludat fœminam, absque eo quod dicat, *stantibus*, &c. Tunc enim, vt fœmina excludatur, sufficit, vt masculus post mortem patris momento tantùm steterit, aut vixerit, vt *ibidem* per Tiraquell. *pag.* 54. *versic.* 41. vide ad materiam in simili infrà tradita *vers. substitutio, num.* 15. *& vers. Testamentum, num.* 4. *in fragmentis.*

37 Statutum excludens filiam ab hæreditate patris, dicitur etiam excludere ab hæreditate fratris, cui per mortem patris paterna hæreditas obuenit. Sic enim relatis, & confutatis contrariis, concludit Antonius Thesaurarius *in decis. Pedemont.* 63. *per totam.*

QVÆSTIO IX.

Feudi successio ad quos pertineat. Nonnulla habentur in materia.

FEVDORVM materia latissimum habet campum: quia tamen non multùm hìc Romæ practicatur; ideò non omnia transcribere curaui. Ea tantùm annotaui, quæ frequentiùs accidere cognoui, potiùs pro quadam Dominorum cognitione, quàm eiusdem perfecta notitia. Sed quatenus attinet ad præsentem nostram quæstionem, in qua de eius successione agitur, in nonnulla capita eam distinguendam putaui.

CAPVT I.

De fœmina.

SVMMARIVM.

1. *Fœmina non succedat in feudo, vbi generaliter, & num.* 7. *& seqq.*
2. *& quid si successor ob defectum masculorum, an illis superuenientibus excludatur.*
3. *& è conuerso, an mortuis masculis admittatur.*
4. *Quid si seruitia possunt æquè præstari per fœminam.*
5. *Quid in feudo modico, seu tenui.*
6. *Quid si scienter fœmina inuestiatur.*

PRimum caput sit de successione fœmioarum. 1
Et tunc si vis scire, An & quando in feudo succedant fœminæ, vide Duen. *reg.* 309. Roland. *consil.* 41. *& consil.* 67. *num.* 6. *& sequentib. & num* 20. *& sequentib. volum.* 2. Tiraquell. *de legib. connubialib. pag.* 27. *num.* 78. vbi ponit rationem, quando fœmina in eo non succedit. Vide eumdem Roland. *consil.* 23. *num.* 3. 5. 7. 21. 22. 33. 35. *& sequentib. volum.* 1. Clarum *de feud. quæst.* 73. *& quæst.* 80. Ad hos semper recurras, quia ponunt materiam cum ampliationibus & limitationibus, præter infià ponendas. Roland. *consil.* 84. *volum.* 4. *per totum.* Ioseph. Ludouic. *in commun. opinionib. conclus.* 16. *illat.* 82. *vers. & veniunt regulariter.* Decis. Pedemont. 23. *numer.* 1. vbi quòd regulariter fœmina in feudo non succedit.

Et quid si fœmina propter defectum masculo- 2
rum successerit, an superuenientibus masculis à feudo excludatur: an verò semel admissa, sit in perpetuum in eo conseruanda, vide eumdem Clarum *de feudis, quæst.* 80.

Et è conuerso, si fœmina fuerit exclusa propter 3
masculos, an mortuis masculis admittatur fœmina: an verò semel exclusa à feudo, perpetuò exclusa remaneat. Vide per Gabrielium *in suis conclusionibus pag.* 671. *num.* 2. *& seqq.* Dic quòd est perpetuò exclusa, vt per Roland. *consil.* 58. *num.* 65. *& sequentib. volum.* 3. faciunt suprà tradita *in antecedenti quæstione num.* 19.

An autem feudi successio pertineat ad fœmi- 4
nam, quando seruitia pro eo præstanda possunt æquè per fœminam subministrari, sicut per masculum: vide per Neuizan. *consil.* 9. *num.* 6. *&* 7. vbi arguit pro & contrà: vtputa quando in feudo præstatur aliquod seruitium reale census, seu annua præstatio. Cephal. *consil.* 151. *num.* 22. *& pluribus sequentib.*

Si feudum sit modicum & tenue, fœmina ad- 5
mittitur ad eius successionem. Menoch. *de arbitrar. quæstionib. casu* 214. *num.* 3. *& ibi num.* 7. declarat, quòd feudum dicatur modicum & tenue. Tiraquell. *in tract. de indic. in rebus exiguis, pag.* 47. *versic.* 85.

Licèt in feudo fœmina non succedat, tamen 6
per nouam inuestituram potest illud acquirere, quia scienter inuestita admittitur ad seruiendum per substitutum. Decis. Pedemoot. 27. *num.* 15.

Quando

7 Quando feudum eſt maternum, hoc eſt, à principio conceſſum fœminæ, tunc tranſit etiam ad fœminas. Roland. *conſil.*86.*num.*7.*volum.*3. vbi teſtatur de opinione communi.

8 Fœmina an ſuccedat in feudo emptitio, hoc eſt, in eo, quod non eſt gratis conceſſum, ſed pecunia mediante. Roland. *conſil.*18.*num.* 20. *volum.*3. Cephal. *conſil.*133.*num.*9. vbi quòd feudum emptum, & ſic conceſſum ex cauſa onerosa, tranſit ad fœminam.

9 Feudum tranſit ad fœminam, quando ita ſuadet conſuetudo. Roland. *conſil.*16. *num.*18.*vol.*3.

10 Feudum tranſit ad fœminam, quando in inueſtitura eſt vocata fœmina. Cephal. *conſ.*133. *num.*6. *deciſ. Pedemont.*23. *num.*20. *&* 36. *in fine.*

11 Feudum tranſit ad fœminam, quando fuit acceptum pro ſucceſſoribus & deſcendentibus; quia tunc fœmina in tali inueſtitura vocata cenſetur. Cephal. *d. conſ.*133. *num.*7.

12 Feudum liberum & francum tranſit etiam in fœminam: ſed quid ſi pro eo præſtatur iuramentum fidelitatis, vide Cephalum *conſ.*151. *num.*22.*& pluribus alÿs ſequentib.*

13 Feudi ſucceſſio, quando ſpectet ad filiam excluſo pactuo, latè diſputatur materia *in deciſ. Pedemont.*23. *per totam.*

14 Feudum acceptum pro ſe & hæredibus quibuſcunqoe, an tranſeat ad fœminas, *deciſ.Pedemont.*26. *num.*8. *& num.*18.

Capvt II.

De Collateralibus.

Svmmarivm.

1. *Feudi ſucceſſio quomodo ſpectet ad collaterales, & num. ſeq. vbi de materia.*
2. *Quomodo ſpectet ad filios fratrum.*
3. *Quid in feudo nouo, & conceſſo tanquam antiquo.*
4. *Quid in tranſuerſalibus deſcendentibus.*

1 SEcundum caput erit de ſucceſſione collateralium: ſuper qua materia generaliter & particulariter recurras ad Duen. *reg.* 106. Villalobos *litera I. num.*16. Mynſing. *obſeruat.*95. *centur.*2. Roland. *conſil.*3. *num.* 1. *& ſeqq. num.* 7. *& ſequentib. volum.*1. Clar. *de feud. quaſt.* 75. *&* 79. Ponunt iſti materiam cum ampliationibus, & limitationibus. Adde etiam Roland. *conſil.*32. *per totum*, *vol.*3. Cephal. *conſ.*241. *num.* 13.

2 Particulariter quomodo filij fratrum ſuccedant in feudo, vide Clar. *de feudis*, *d. quaſt.*75.

3 Et quomodo feudum nouum, ſed conceſſum tanquam auitum, & proauitum tranſeat ad collaterales, vide per Rolandum *conſil.* 60. *volum.* 1. *& conſil.* 16. *volum.* 3. vbi latè reſpondendo ad contraria defendit, quòd tale feodum tranſit etiam ad agnatos tranſuerſales.

4 Et quomodo feudi ſucceſſio ſpectet ad tranſuerſales aſcendentes, vide per Cephal. *conſil.*135. *n.*10. *& plurib. ſeqq. vol.*1.

5 Quando feudum eſt antiquum, tunc deficientibus maſculis ſuccedunt tranſuerſales, qui deſcendunt à primo acquirente. Roland. *conſil.* 32. *num.*1. *volum.* 3. &c. Quòd quando feodum eſt antiquum, ſuccedant in eo tranſuerſales, traditur etiam per eumdem Rolandum *conſil.*16. *num.*7.*volum.*2.

6 Intellige, quòd ſuccedant tranſuerſales vſque ad ſeptimum gradum, & non vltra: vt per Rolandum *d. conſil.* 32. *num.* 22. *volum.* 3. vbi de communi, *& conſ.*10. *num.*21. *eodem vol.*

Feudum ſi eſt nouum, tunc agnati tranſuerſales in eo non ſuccedunt, vt per Rolandum *conſil.* 16. *num.*1. *& ſequenti*, *volum.*3. 7

Capvt III.

De Adoptiuis.

Svmmarivm.

1. *Feudi ſucceſſio quando ſpectet ad adoptiuos.*
   *Fœmina ſuccedit in feudo materno, cap.*1.*num.*7.
   *Fœmina an ſuccedat in feudo emptitio. ibid. n.*8.

CAput tertium de adoptiuis filiis erit. Quando autem feudi ſucceſſio ad hos filios adoptiuos ſpectet, vide Duen. *regul.*361. Placa *cap.*40. *pag.*679. 1

Capvt IV.

De feudo hæreditario.

Svmmarivm.

1. *Feuda hæreditaria ad quos tranſeant.*
   *Feudum antiquum quomodo tranſeat ad tranſuerſales. cap.*2. *num.*5. *&* 6.

QVartum erit caput de feudis hæreditariis. Ad quos tranſeant iſta feuda hæreditaria, vide per Viuium *in communib. opinionib. cart.*68. Roland. *conſil.*97. *num.*40. *& ſequent. volum.*1. Imol. *concl.*16. *per totam.* Couar. *variar. pag.*635. *num.*4. vbi de materia. Roland. *conſil.* 32. *num.*19. *volum.*3. vbi quòd in feudo hæreditario quis non admittitur, niſi ſit hæres. Iſta materia, an & quando feudum tranſeat ad filium, ſeu agnatum, qui non ſit hæres; & an & quando filius, ſeu agnatus poſſit defuncti hæreditatem repudiare, & feudum retinere, diſputatur per Rolandum *in conſil.* 28. *vol.* 3. *per totum*, *& conſil.*57. *num.*77. *eodem vol.*3. Et regulariter dic, quòd feudum hæreditarium non tranſit ad agnatos, niſi ſint hæredes, vt per Rolandum *conſ.*44. *num.* 2. *& conſil.*57. *num.*74. *&* 77. *vol.*3. *& conſil.*53. *num.*7. *eodem vol.*3. vbi de magis communi. Intellige quando iſti agnati potuerunt eſſe hæredes, ſed noluerunt: ſecùs ſi non potuerunt, puta quia non fuerint inſtituti à defuncto, *d. conſil.*53. *per totum*; vbi reſpondet ad contrarias. In quo conſilio etiam concludit, quòd feudum hæreditarium tranſit ad inſtitutum in re certa. De quo dixi etiam infrà *cap.* 7. *num.* 4. Ad materiam vide eumdem Rolandum *conſil.* 10. *num.*19. *& ſequentib. vol.*3. 1

Capvt V.

De Clerico.

Svmmarivm.

1. *Feudi ſucceſſio quando ſpectet ad Clericum.*
2. *Regula ſit, quòd non admittitur.*
3. *Fallit in feudo franco, &c.*
4. *Fallit in feudo pro quo præſtatur ſeruitium reale.*
5. *Vel etiam perſonale, dummodo Clericis honeſtum.*
   Clericus, quando ſeruiat per ſubſtitutum. ibid.
6. *Limita, quando ex inueſtitura contrarium apparet.*

7. *Limita in Clerico à principio inuestito.*
8. *Limita in feudis Ecclesiasticis.*
9. *Limita in Equitibus Hierosolymitanis.*
10. *Limita in Clericis prima Tonsura.*
11. *Limita in feudis paternis.*
12. *Limita in Episcopis & Cardinalibus.*
13. *& quid in Monachis.*
Transuersales non succedunt in feudis, nisi vsque ad septimum gradum, cap. 2. num. 6.

1 QVintum caput erit de Clerico, seu Religioso. Et quando Clericus, seu Religiosus admittatur ad feudi successionem, vide per Clarum *de feudis, quæst* 78. Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 231. Vide *decis. Pedemont.* 27.

2 Regula sit negatiua, quòd videlicet ad successionem feudi non admittatur Clericus: ita est communis opinio Legistarum & Canonistarum, de qua *in decis. Pedemont.* 17. *num.* 4. & de magis communi testatur Cephalus *consil.* 151. *num.* 1. *& sequentib. volum.* 2.

3 Limita I. in feudo franco & libero: nam in eo Clericus succedit, etiamsi pro feudo tali præstetur aliquod seruitium, *decis. Pedemont.* 27. *num.* 5. *& sequentib.* vbi hanc limitationis ampliationem declarat. Hanc eamdem limitationem sequitur Cephalus *d. consil.* 151 *num.* 15. 57. *& sequent.* vbi ampliat etiam, quòd isto casu præstetur solitum fidelitatis iuramentum.

4 Limita II. in feudo, pro quo præstatur aliquod seruitium reale, puta pecunia; quia succedit isto casu Clericus, *decis. Pedemont.* 27. *num.* 7. *& sequentib.* Idem tenet Cephal. *in dict. consil.* 151. *num.* 8. 9. 11. *& sequentib.* vbi videtur sublimitare, quando vltra hoc seruitium reale esset præstandum iuramentum fidelitatis; de cuius sublimitationis veritate, vide *ibi*. *num.* 20. *& pluribus seqq. & num.* 48. *& seqq.*

5 Limita III. in feudo, pro quo præstatur seruitium personale; sed tamen Clericis honestum & licitum, *decis. Pedemont.* 27. *num.* 7. *& sequentib.* vbi exemplificatur & sublimitatur. Hanc eamdem limitationem tenet Cephalus *d. consil.* 151. *num.* 21. *& pluribus sequentib. & num.* 18. *& seqq.* vbi etiam quid si præter hoc seruitium personale sit adhuc præstandum iuramentum fidelitatis. Vide in materia *ibid.* Cephalum *num.* 41. vbi ponit casum, in quo Clericus succedit in feudo, etiam quòd seruitium personale non sit ei licitum & honestum, quia tunc potest per substitutum seruire.

6 Limita IV. quando inuestituræ verba essent multum generalia, puta si dictum sit, *Pro se, & heredibus quibuscunque; vel quibus dederit*: vel dictum sit, *masculis & fœminis*; quia istis casibus succedunt etiam Clerici, *decis. Pedemont.* 17. *num.* 11.

7 Limita V. quòd licèt Clericus ratione successionis non possit acquirere feudum; tamen potest per nouam inuestituram; quoniam inuestitus tacitè habilitatus videtur, vide *decis. Pedemont.* 27. *num.* 14. *& sequenti.*

8 Limita VI. in feudis Ecclesiasticis, *d. decis. Pedemont.* 27. *num.* 17. Roland. *consil.* 76. *num.* 13. *vol.* 3.

9 Limita VII. in Equitibus Hierosolymitanis Religiosis, *decis. Pedemont.* 27. *num.* 17. sed contrà *in n.* 18. vide per Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 231.

10 Limita VIII. in Clericis primæ tonsuræ, seu non in sacris constitutis. Clarus *d. quæst.* 78. *versic. & hæc omnia, & sequenti.*

11 Limita IX. in feudis paternis. Cephal. *consil.* 151. *num.* 43.

Limita X. in Episcopis & Cardinalibus: super 12 qua limitatione, vide Menochium *de arbitr. quæstionib. d. casu* 231. & Clar. *d. quæst.* 78. *in fine.*

Monachi autem effecti an feudum amittant, vel 13 transmittant ad monasterium, & de materia, vide Clarum *d. quæst.* 78. & Menoch. *d. casu* 231.

CAPVT VI.

De spurijs.

SVMMARIVM.

1. *Feudi successio an spectet ad spurios.*
2. *& an ad legitimatos.*

SExtum caput erit de filiis spuriis. An feudi suc- 1 cessio spectet ad spurios, vide Duen. *regul.* 360. Roland. *consil.* 79. *volum.* 2. Cephal. *consil.* 48. *num.* 26. *vol.* 1. Duen. *regul.* 260. *&* 366. *num.* 14.

Et an ad spurios legitimatos, vide omnes alle- 2 gatos *in antecedente num.* quibus adde Clarum *de feudis, quæst.* 82. Cephal. *consil.* 23. *volum.* 1. *per totum.* & Imol. *conclus.* 36. *lib.* 4. Villalob. *lit. H. num.* 72. *& seqq.* vbi etiam de legitimatis ex subsequenti matrimonio. Roland. *consil.* 100. *num.* 39. *volum.* 2. vbi similiter de legitimato ex subsequenti matrimonio; de quo etiam per Viuium *in communibus opinionib. pag.* 81. *à tergo*, & per Imolam *conclus.* 36. *lib.* 4. & per Gabrielium *pag.* 708. *num.* 21. *& seqq.* Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. lib.* 1. *conclus.* 25. *in* 5. *ampliatione, per totam.* An autem legitimatus admittatur ad feudum antiquum, si de ista qualitate antiqui, &c. non fuerit facta mentio in legitimatione. Item quæ sint exprimenda in legitimatione ad hoc vt legitimatus admittatur ad feudum, videas per Rolandum *consil.* 22. *num.* 11. *&* 12. & per totum consilium in discursu, vbi etiam particulariter, an in legitimatione ipsius spurij, ad hoc vt admittatur ad feuda, sit necessarius consensus directi domini feudorum, præsertim *in num.* 13. *& num.* 32. *& omnibus sequentib. volum.* 3. Et an legitimandi facultas trahatur ad feuda: posui hoc particulare *in Repert. Contract. quæst.* 49. *cap.* 3. *num.* 11.

CAPVT VII.

De diuersis.

SVMMARIVM.

1. *Feudum acceptum pro se & filijs, an ad nepotes extendatur.*
2. *Filius an subintret in locum patris in feudo.*
3. *Feudum an transeat ad heredes extraneos.*
4. *An ad institutum in re certa.*
An ad filium qui non sit heres, cap. 4. *num.* 1.
5. *An ad ascendentes.*

IN septimo huius quæstionis capite, in quo de 1 quibusdam diuersis agemus, in primis quæro, An feudum acceptum pro se & filiis simpliciter, nulla facta mentione nepotum, transeat ad nepotes, & sic an in feudis filiorum appellatione veniant nepotes, vide distinguentem Gabrielium *pag.* 632. *num.* 16. *&* 17. vbi relatis hinc inde contrariis opinionibus concludit, quòd si feudum est concessum à Principe, tunc intelligitur etiam de nepotibus, secus si feudum concedatur ab inferiore.

In

2 In ſucceſſione autem feudi, an filius ſubintret in locum patris, ita quòd cum patruo ad eius ſucceſſionem admittatur, vide infrà *quæſt.* 17. *num.* 23.

3 An feudum tranſeat ad hæredes extraneos, vide in alia materia, videlicet, quando de feudo quis poſſit teſtari, &c. *in Repert. Contract. quæſt.* 32. *num.* 14. Ioſeph. Ludouic. *in communib. opinionib. illat.* 82. *concluſ.* 16. *verſic. ſi autem eſſemus*, vbi quòd non tranſit ad extraneos, ſecundùm communem. Et *in verſic. fallit quotieſcunque*, vbi hoc limitat in feudo accepto pro ſe, & omnibus hæredibus. Item fallit, quando feudum eſt acceptum pro ſe & quibus dederit. Roland. *conſil.* 55. *num.* 36. *vol.* 3.

4 Feudum acceptum pro ſe & hæredibus, non tranſit ad hæredes inſtitutos in re certa, ſed ad particulares. Ioſeph. Ludouic. *d. illat.* 82. *verſic. & quando feudum*, &c. vide quæ tradita ſunt ſuprà *in cap.* 4.

5 Feudi ſucceſſio ad aſcendentes non pertinet. Cephal. *conſil.* 55. *num.* 19. limita, vt *in num.* 63.

QVÆSTIO X.

Spurij quando excludant ſubſtitutum, maximè ſi ſint legitimati. Et quando æquiparentur legitimis; & de materia.

PRo faciliori huius quæſtionis cognitione, & ne in æquiuocis procedamus, in nonnulla capita eam partiri poſſe putaui: adeò enim confusè à Doctoribus proponitur, vt meritò in varias partes diſtingui neceſſe omninò fuerit.

Primum caput erit, An ſporius legitimatus ex reſcripto Principis legitimus dici poſſit, & pro legitimo communiter cenſeatur, &c.

Secundum erit de ſpurio legitimato per ſubſequens matrimonium. An, inquam, iſte legitimus dicatur, & pro tali habeatur. Vide *in* 5. *cap.*

Tertium continebit diſputationem illam, An & quando videlicet ſubſtitutus, &c. excludatur per ſpurium.

Quartum erit de ſpurio legitimato ex reſcripto Principis; quando ſcilicet per ipſum ſubſtitutus excludatur.

Quintum erit illud, quod tractabit de excluſione ſubſtituti per ſpurium legitimatum ex ſubſequenti matrimonio.

CAPVT I.

SVMMARIVM.

1. *Legitimatus ex reſcripto dicitur legitimus.*
2. *Amplia vt etiam dicatur ſuus.*
3. *Limita in ſtatutis.*
4. *Limita, quòd non dicitur legitimus quoad originem.*
5. *Item non propriè, ſed fictè dicitur legitimus.*
6. *Limita in ſpurio nato ex coitu, qui non poterat eſſe coniugalis.*
7. *Item non dicitur legitimus naturaliter.*
8. *Nec dicitur natus legitimè, ſeu de legitimo matrimonio.*
9. *Nec dicitur legitimus ſecundùm communem loquendi vſum, & num.* 10.

1 PRimum ad caput modò deueniendo, facias regulam affirmatiuam. Quòd legitimatus ex reſcripto Principis, legitimus à lege nominatur & dicitur. Villalobos *lit. L. num.* 69. vbi de communi. Couar. *de matrimonio, pag.* 183. *num.* 3. vbi ſimiliter de communi. Titaquell. *de reuocan donat. pag.* 491. *n.* 70. vbi allegat authoritates Cephal. *conſ.* 276. *n.* 2. *& ſequentib. vol.* 2. vbi ſimiliter etiam de communi. Et magis communem dicit idem Cephal. *conſil.* 594. *num.* 30. *volum.* 2. licèt aliqui ibi per eum relati tenuerint contrarium, *deciſ. Pedemont.* 119. *num.* 1. *& ſeqq. vſque ad num.* 22. vbi diſputatur materia in diſcurſu. Faciunt dicta infrà *quæſt.* 14. *litera F. num.* 6. Roland. *conſil.* 67. *num.* 17. *& ſequentib. volum* 3. & latè *in conſil.* 83. *per totum, eodem volum.* 5. defenditur etiam latè in Conſilio Patauini Collegij tertio inter inter conſilia vltimarum voluntatum.

Amplia, vt iſte legitimatus dicatur etiam ſuus patri hæres; & ſic quòd acquirit omnia iura ſuitatis. Titaquell. *de reuoc. donat pag.* 487. *num.* 64. Declara hanc ampliationem, vt per Villalobos *litera L. num.* 71. hanc eamdem ampliationem tradit Roland. *conſil.* 67. *num.* 19. *vol.* 3. 2

Limita, regulam ſupradictam non habere locum in ſtatutis, in quibus legitimatus ex reſcripto Principis non venit appellatione legitimi. Villalobos *litera L. num.* 78. vbi de communi Couar. *de matrim. pag.* 183. *ſub num.* 3. vbi de magis communi; ſed ibi hoc declarat. Contrarium, quòd immò etiam in ſtatutis legitimatus ex reſcripto veniat appellatione legitimi, latè diſputat, & defendit Roland. *conſ.* 83. *per totum, volum.* 3. faciunt ad hæc dicta ſuprà *quæſt.* 8. *num.* 13. 3

Limita regulam ſupradictam, quòd legitimatus iſte non dicatur legitimatus originaliter, ſed accidentaliter, vt per Cephal. *conſil.* 276. *num.* 10. Couar. *de matrim. pag.* 183. *num.* 4. vbi hoc declarat. 4

Limita etiam, quòd legitimatus iſte non propriè & verè, ſed largè & fictè dicitur legitimus. Couarruuias *de matrimonio, pag.* 183. *colum.* 3. Cotta *pag.* 520. Cephal. *conſil.* 88. *num.* 26. *& conſil.* 66. *num.* 7. *& conſil.* 111. *num.* 10. Titaquell. *de reuo. an donat. pag.* 497. *num.* 79. *& in pag.* 486. *num.* 63. vbi refert contrarium tenentes. Sed quòd immò legitimatus iſte etiam verè & propriè dicatur legitimus, latè diſputat & defendit Rolandus *conſil.* 83. *per totum, volum.* 3. & habetur *in Conſilio Collegij Patauini* 3. in diſcurſu *inter Conſilia vltimar. voluntat. volum.* 1. vide Lambertenum *de contractib gloſſ.* 19. *num.* 5. *&* 16. 5

Limita in ſpurio nato ex coitu, qui non poterat eſſe coniugalis propter aliquod impedimentum; quia ſi legitimatur à Principe ſæculari, non dicetur legitimus. Cephal. *conſ.* 88. *num.* 30. Tu verò iu materia huius limitationis vide Antonium Gabrielium *concluſ.* 3. *pag.* 712. & Couarruuiam *de matrimonio, pag.* 183. *à tergo, & pag.* 184. omninò *in deciſ. Pedemont.* 119. *num.* 1. *& ſequentibus, vſque ad num.* 22. *&* 121. *num.* 6. vbi de ſpurio nato ex coniugato, & ſoluta. 6

Limita, quòd non dicitur legitimus naturaliter, ſed ciuiliter. Cotta *pag* 520. Cephal. *conſil.* 88. *n.* 26. *& conſil.* 276. *num.* 23. *volum.* 2. Sed contra prædictam limitationem, vide pulchram conſiderationem Titaquell. *de reuoc. donat. pag.* 495. *num.* 75. & per Roland. *conſil.* 83. *num.* 15. *vol.* 3. & per Collegij Patauini *Conſilium* 3. *num.* 48. *& ſeqq. inter conſilia vltimar. volunt. volum.* 1. *& ibid. num* 62. *& ſeq.* 7

Limita, quòd licèt legitimatus poſſit legitimus appellari, non tamen dicetur legitime natus, ſeu de legitimo matrimonio. Bertrand. *in l. hac edictali, num.* 6. *&* 7. *C. de ſecund. nupt. pag.* 91. Cephal. *conſ.* 66. *num.* 6. 8

num. 6. & sequentib. & consil. 111. *per totum, & consil.* 276. *num.9.& seq.* Faciunt ea, quæ infrà dicentur *in 2. cap.* in simili limitatione, *num.... vers. sed contrarium.* Sed immò contrarium, quòd legitimatus ex rescripto Principis dicatur legitimè natus, & de legitimo matrimonio, latè defendit Consilium Pa-taoinum *in consil.* 3. in discursu, *volum.* 1. *inter consilia vltim. volunt.*

9 Limita secundùm communem vsum loquendi, iuxta quem legitimatus iste non dicetur legitimus. Cephal. *consil.* 82. *num* 18. *& seqq. & consil.* 111. *n.* 18. *volum.* 1. *& consil.* 276. *num.* 27. *volum.* 2. & Roland. *cons.* 83. *num.* 9. *&* 10. *volum* 3.

10 Sed vide in hoc eumdem Rolandum *d. consil.* 83. *num.* 10. *& sequentib.* vbi primò dicit, quòd talis communis vsus loquendi debet probari ab eo, qui se fundat in eo, & debet probari, quòd talis fuerit communis vsus loquendi tempore dispositionis factæ de filiis legitimis. Insuper dicit, quòd legitimati secundùm communem vsum loquendi non dicentur fortasse legitimi, quando istud verbum *legitimus*, fuisset prolatum in vulgari sermone: secus si in sermone literali; quia secundùm sermonem literalem, & eius vsum non potest dici, quòd legitimatus non sit legitimatus, vt *ibi* per eum *num.* 21.

CAPVT II.

SVMMARIVM.

1. *Legitimatus per subsequens matrimonium, legitimus dicitur.*
2. *Amplia etiam in materia strictè intelligenda.*
4. *Amplia, vt etiam dicatur de legitimis descendentibus.*
   Amplia, vt verè & non fictè dicatur legitimus, n. 3.
5. *Limita, quòd tamen non dicitur natus de legitimo matrimonio.*
6. *Limita quando talis legitimatio esset inualida.*
7. *Limita ex communi vsu loquendi.*
8. *Limita, quòd dicitur legitimus ex nunc, non prout ex tunc.*
9. *Quid quoad dignitatem Episcopalem.*
10. *Quid in dispositione hominis.*
11. *& an dicatur legitimus, & naturalis.*

1 CIrca secundum caput facias similiter, & multò magis regulam affirmatiuam, quòd videlicet legitimatus per subsequens matrimonium, dicitur legitimus, & pro tali reputatur. Roland. *consil.* 100. *volum.* 2. *in discursu.* Viui. *in communib. opinionib. pag.* 82. Couarruuias *de matrim. pag.* 157. *num* 11. Cephal. *consil.* 276. *num.* 6. *& seqq. volum.* 2. Ad hanc materiam vide, quæ dicuntur infrà *in* 5. *cap.* hac eadem quæstione. Adde pro hac eadem regula Menochium *de adipiscend. possess. pag.* 4. *à tergo, num.* 43. vbi restatur de communi.

2 Amplia, supradictam regulam procedere etiam in materia, in qua veniret strictè facienda interpretatio. Couar. *de matrim. pag.* 157. *num.* 25.

3 Amplia II. vt iste legitimatus per subsequens matrimonium dicatur verè & propriè legitimus, non autem fictè. Ita in hac opinione videtur residere Gabrielius *pag.* 708. *num.* 18. *& sequenti*, vbi refert etiam contrarium tenentes: & in hoc erit differentia inter spurium legitimatum ex rescripto Principis, & legitimatum ex subsequenti matrimonio; quia ille est legitimus, sed fictè: hic verò est legitimus verè & propriè. Contrarium tenet Cephalus *consil.* 82. *num.* 13. *& sequentib. & num.* 57. *volum.* 1. Vide in materia Couar. *de matrim. pag.* 157. *num.* 26.

Amplia III. vt legitimatus per subsequens matrimonium, nedum dicatur legitimus, verùm etiam dicatur de legitimis descendentibus secundùm magis communem opinionem, de qua testatur Gabrielius *pag.* 710. *num.* 56. licèt *ibid. num.* 55. referat etiam contrarium tenentes. Sed contra hanc ampliationem, vide Cephalum *consil.* 82. *num.* 15. *& consil.* 111. *num.* 12. *volum.* 1. faciunt ad hæc dicta *in cap. vltimo, num....* 4

Limita I. quòd licèt legitimatus per subsequens matrimonium dicatur legitimus, non tamen dicitur legitimè natus, seu de legitimo matrimonio natus. Ita post longam disputationem concludit Roland. *consil.* 100. *vol.* 2. vbi dicit hanc communem & veriorem, & ab ea in iudicando, & consulendo non recedendum. Latè hanc limitationem comprobat Cephal. *consil.* 82. *per totum, & cons.* 276. *num.* 9. *& seqq. vol.* 2. vbi similiter testatur de veriori, & communi opinione: licèt contrarium idem Cephal. asseruerit *in consil.* 111. *num.* 3. *vol.* 1. *& consil.* 239. *per totum volum.* 1. Intellige, supradictam limitationem procedere in dispositione hominis, seu etiam statuti; secùs in dispositione legis, in qua legitimatus per subsequens matrimonium venit appellatione natorum de legitimo matrimonio, secundùm Rolandum *d. consil.* 100. *num.* 2. 5

Limita II. generaliter in omnibus casibus, in quibus quis non potest legitimari per subsequens matrimonium, vel quando legitimatio per subsequens matrimonium facta est inualida: tunc enim talem non esse legitimum, nulli est dubium. Casus autem, in quibus quis non legitimatur per subsequens matrimonium, videas in sua quæstione particulari, videlicet *in Repert. Contract quæst.* 49. 6

Limita III. ex communi vsu loquendi, secundùm quem etiam legitimatus ex matrimonio subsequenti legitimus non dicitur. Cephal. *consil.* 82. *num.* 18. *& sequentib. & consil.* 111. *num.* 19. *volum.* 1. vide suprà *cap.* 1. *num.* 10. 7

Limita IV. quòd iste ita legitimatus, dicetur legitimus, prout ex nunc, secus prout ex tunc. Cephal. *cons.* 82. *num.* 19. *& seqq.* & sic quoad hoc legitimatio ista non retrotrahitur. Ioseph. Ludouicus *conclus.* 261. *in* 2. *limit. lib.* 1. *commun. opinion.* 8

Adde in materia, quòd filij legitimati per subsequens matrimonium dicuntur legitimi, & pro talibus reputantur, etiam quoad dignitatem Episcopalem. Ioseph. Ludouicus *in communib. opinionib. lib.* 1. *conclus.* 16. *in* 2. *ampliat.* 9

Item adde quòd legitimatus per subsequens matrimonium habetur pro legitimo in dispositione legis, secus autem hominis. Ioseph. Ludouicus *in communib. opinionib. d. conclus.* 26. *in* 4. *limit.* de quo dixi infrà *in* 5. *cap.* 10

Item adde, quòd licèt legitimatus per subsequens matrimonium dicatur legitimus: non tamen dicitur legitimus & naturalis. Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 26. *d.* 4. *limit.* vbi pro & contra. 11

CAPVT III.

SVMMARIVM.

1. *Spurius quando excludat substitutum.*

CIrca tertium caput, videlicet an & quando spurius excludat substitutum alicui, si sine filiis decesserit, 1

cesserit, & de materia, vide Marsil. *singul.* 131. Duen. *regul.* 352. Viui. *in communib. opinionib. pag.* 93. & faciunt dicta in alia quæstione, filiorum appellatione quando veniant spurij, &c. Vide etiam Rolandum *consil.* 67. *num.* 80. *volum.* 3. vbi quòd spurius non excludit substitutum sub conditione, si sine filiis decesserit, intelligendo de spurio verè nato, scilicet ex illicito & damnato coitu: secùs in naturali, nato videlicet ex concubina domi retenta maritali affectione, vt *ibi* per eum. Et vide eumdem Rolandum *in consil.* 76. *num.* 23. *volum.* 3. vbi quòd licèt regulariter spurij, seu naturales non excludant substitutum: tamen fallit, quando ipse testator erat spurius; quia tunc etiam de filiis spuriis verisimiliter cogitasse præsumitur. Super hac tota materia, vide latè disputantem Manticam *in tract. de coniecturis vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 9. vbi plures ponuntur casus.

Capvt IV.

Svmmarivm.

1. *Legitimatus ex rescripto excludit substitutum, & num.* 15.
2. *Limita, quando substitutus non est citatus in legitimatione, & num.* 12.
3. *Limita in substituto, si sine filijs de legitimo matrimonio, &c. & num.* 16.
4. *Sed quid si legitimatio sit cum clausula, quòd possit in fideicommissum succedere, ac si esset de legitimo matrimonio natus.*
5. *Item quid in nepote, & sic in filio legitimo spurij.*
7. *Limita, quando legitimatio non valet.*
& quando contrariatur voluntas testatoris, num. 6.
8. *Item in testatore nobili, quia tunc substitutus non excluditur.*
9. *& quando in contrarium vrget communis vsus loquendi, & num.* 3.
10. *Item in Ecclesia substituta.*
11. *In substitutione facta per verba, tunc & eo casu, &c.*
14. *Item quando expressè testator noluit substitutum excludi per legitimatum.*
17. *& quando in legitimatione non est facta mentio substituti.*
18. *Item in legitimatis spurijs natis ex filia instituta, vel ex filio instituto simul cum filia.*
19. *Legitimatus ab eo, qui imposuit fideicommissum, semper excludit substitutum.*

1 Circa quartum caput, quomodo videlicet spurius legitimatus ex rescripto excludat substitutum, facias regulam, quòd sic, etiam quòd quis sit substitutus alicui si sine filiis legitimis & naturalibus decesserit. Villalob. *litera L. num.* 66. 68. *&* 70. vbi de communi. Tiraquell. *de reuoc. donat. pag.* 499. *num.* 82. *& num.* 69. *& sequentib.* vbi etiam refert contrarium tenentes. Cephal. *consil.* 117. *num.* 20. *& sequentib.* vbi testatur de magis communi opinione. Cotta *pag.* 522. *in fine, & pag.* 134. Idem Cephal. *in consil.* 276. *num.* 1. *& sequentib. volum.* 2. vbi similiter de magis communi. Roland. *consil.* 67. *num.* 1. *&* 17. *volum.* 3. vbi etiam de communi. Istam regulam etiam ponit ipse Roland. *in consil.* 83. *num.* 19. *vol.* 3. vbi refert plures testantes de communi, licèt aliqui per eum *ibid.* relati *in num.* 7. contrarium tenuerint. Vide infrà *num.* 15.

2 Limita multis modis; & primò quando in legitimatione non est citatus substitutus, quia tunc illum non excludit. Hanc limitationem latè comprobat Roland. *consil.* 67. *num.* 49. *& pluribus sequentib.* vbi *num.* 54. asserit hanc esse communem; sed eam limitat non procedere, quando Comes habuisset à Principe potestatem legitimandi, etiam non citatis substitutis: sed ex quibus colligatur Comitem habuisse à Principe hanc potestatem ita absolutam, pulchrè ponit Roland. *ibid. num.* 56. *vsque ad* 65. ac inter alia dicit, quòd ista auctoritas censeatur Comiti concessa, quando in eius priuilegio est posita à Principe clausula, *Ex certa scientia*, clausula, *Non obstante*, siue clausula, *De plenitudine potestatis.* Vide infrà *num.* 12. & Villalobos *lit. L. num.* 67. *&* 68. vbi ampliat, etiam quòd legitimatio sit facta viuo patre. Cotta *pag.* 530. Paris. *consil.* 9. *num.* 24. *cart.* 16. *volum.* 2. Quibus addo etiam Couarruuiam *de matrim. pag.* 190. *num.* 8. vbi testatur etiam ipse de communi. Immò dicit, quòd & in ipsa legitimatione est facienda mentio de substituto; sed de hoc infrà *num.* 17. Et in hoc aduerte, vt ibi per eum, quòd licèt secundùm communem sit necessaria substituti citatio: tamen eius non requiritur consensus, quia etiam eo inuito poterit spurius legitimari; alioquin si eius requireretur consensus, nunquam locus esset huic legitimationi; quia nunquam substitutus consentiret, vt *ibi* per eum. Sed ego considero, quòd si eo inuito poterit legitimatio fieri; ergo non requiritur eius citatio, per regulam, quæ habet, quòd non oportet illum citare, quo inuito actus potest expediri, de qua per Rolandum *consil.* 67. *num.* 57. *volum.* 3. Aut ergo dicendum est non requiri citationem substituti, prout etiam opinatus est Iason *ibi* à Couarruuia allegatus: aut si citatio requiritur, dicendum est etiam eius requiri consensum. Et considera hæc, quia sunt fundamenta realia, & obiter à me dicta. Vide infrà *num.* 12. Faciunt quæ dicta sunt in materia legitimationis validæ, ac inualidæ: vbi agitur, an in legitimatione sit necessaria citatio agnatorum.

Limita II. in substituto cum conditione, videlicet, si sine liberis de legitimo matrimonio natis, 3
quia iste non excluderetur propter legitimatum de rescripto. Cephal. *consil.* 166. *num.* 6. *& sequentib. volum.* 1. *& consil.* 117. *num* 20. *& sequentib. & consil.* 111. *per totum, eodem volum. & consil.* 276. *num.* 9. *& sequentib. volum.* 2. vide infrà *num.* 16.

Amplia hanc limitationem, etiam quòd legitimatio sit facta cum clausula, quòd in fideicommissis possit succedere, ac si esset natus de legitimo 4
matrimonio: quia adhuc isto casu substitutus non excluderetur, vt per Cephalum *consil.* 111. *num.* 12. 37. *& sequentib. consil.* 117. *num.* 25. *& seqq. volum.* 1. licèt idem Cephal. contrarium asseruerit *in consil.* 103. *num.* 4. *eodem volum.* 1. vide *in alio Repertorio de Contractib. vers. legitimandi facultas.* Vide Marzarium *de fideicommiss. quæst.* 30. vbi allegat pro & contrà, *& consil.* 3. *vltim. volunt. lib.* 1. vbi quòd isto casu legitimatus excludit substitutum.

Sublimita hanc limitationem, quòd licèt isto 5
casu non excludatur substitutus per filium spurium: tamen bene excluderetur per filium filij spurij, & sic nepotem natum de legitimo matrimonio. Cephalus *d. consil.* 103. *per totum, volum.* 1.

Limita III. etiam generaliter supradictam gene- 6
ralem regulam, vt non procedat, quando testator contrarium expressè dixit; quia eius voluntas debet attendi. Cephal. *conf.* 113. *num.* 20. *& seqq. volum.* 1. vide infrà *num.* 14.

Limita IV. similiter generaliter, vt legitimatus 7
non

non excludat substitutum, in casibus in quibus dicta legitimatio non valet: de quibus videndum est in sua quæstione particulari.

8 Limita V. quando testator esset nobilis, vel in dignitate constitutus; quia tunc noo præsumitur voluisse excludi substitutum per spurium etiam legitimatum. Cephal. *consil.* 117. *num.* 20. *& sequentib. & consil.* 111. *num.* 20. *& sequentib. volum.* 1. Et hanc limitationem latè comprobat Rolandus *consil.* 69. *num.* 1. *& seqq. volum.* 3. & *ibi num.* 9. exemplificat in testatore Doctore, & *in num.* 10. exemplificat in Equite, & *in num.* 11. ampliat nedum si testator sit nobilis, sed sufficit, quòd sit honestæ vitæ, & honorabilis cognationis. Item *ibid. d. num.* 10. ampliat, nedom si testator erat nobilis, verùm etiamsi hæres grauatus erat ipse nobilis; quia tunc similiter non excludetur substitutus per legitimatum. Sed vide eumdem Rolandum *ibid. num.* 29. *& pluribus sequentibus*; vbi probatur, quòd ista limitatio non est vera, & quòd etiam quòd testator sit nobilis, nihilominus substitutus excludetur per legitimatum, & ibi respondet ad contraria. Et casu quo sit vera, eam dicit non procedere, nisi nobilitas esset magna, vt *ibi, num.* 38. Item limitat in legitimato, qui etiam in legitimatione est restitutus ad honores & dignitates, vt *ibid. num.* 39. Item limitat in legitimato in omnibus & per omnia, ac si esset de legitimo matrimonio natus, vt *ibi, num.* 40 *& sequentib.* Istis in casibus etiam testatore nobili existente substitutus excludetur per legitimatum. Et idem deciditur *in consil.* 3. *lib.* 1. *vltim. volunt. num.* 14. *& seqq. & num.* 61. *& sequent.*

9 Limita VI. quando in loco esset communis vsus loquendi, quòd legitimatus non nominaretur legitimus; quia tunc non excluditur substitutus. Cephal. *consil.* 82. *num.* 18. *& seqq. & cons.* 111. *num.* 18. *& seqq. vol.* 1. *& consil.* 276. *num.* 29. *volum.* 2. Ista est magna limitatio, & hodie videtur destruere in totum regulam fiipradictam; quia hodie legitimatus secundum communem loquendi vsum non dicitur legitimus, vt suprà vidimus, *in* 1. *&* 2. *cap.* Ideo tu ipse considera, & vide infrà tradita *in num.* 13.

10 Limita VII. quando Ecclesia est substituta. Cephal. *consil.* 111. *num.* 33. *volum.* 1. Cardinalis Albanus *in consil.* 29. *num.* 1. *&* 2.

11 Limita VIII. quando substitutio est facta per hæc verba, *Tunc & eo casu*, &c. quia isto casu habetur respectus ad tempus mortis instituti; & ideo postea legitimatus non excluderet substitutum. Cephal. *consil.* 111. *num* 15. *volum.* 1. &c.

12 Ad ea, quæ superiùs dicta sunt *in num.* 2. adde omnino Gabrielium *pag.* 173. *num.* 138. vbi etiam ipse dicit in legitimatione fore citandum substitutum, ad quod allegat plures Doctorum authoritates. Et tandem asserit hanc esse communem, & miratur de Socino ibi per eum allegato *in num.* 139. dicente contrariam communem. Hanc etiam tenet ac defendit Cardinalis Albanus *in consil.* 29. *num.* 14. & faciunt ad hanc quæstionem tradita io materia legitimationis, quando videlicet in ea citari debeant ij, quorum interest, &c. vt *in Repert. Contractuum, quæst.* 49. *cap.* 1. & vide omnino Manticam *de coniectur. lib.* 11. *tit.* 11. *per totum.* Vide etiam *in consil. vltim. volum.* 3. *num.* 10. *& sequentib. num.* 70. *& sequentib.* vbi limitat procedere quando Comiti esset data facultas legitimandi, etiam non citatis substitutis. Vbi aduerte, quòd si est substituta pia causa, tunc ista facultas legitimandi sine citatione data ab Imperatore, nihil valet, vt per Cardinalem Albanum *in consil.* 29. *num.* 5. de quo videas generaliter tradita in materia legitimationis validæ, seo inualidæ, *in Repert. Contractuum, quæst.* 49. *cap.* 1. Et quod fortiùs est, etiam quando adest in priuilegio clausula, *Ex plenitudine potestatis.* nam tunc legitimatus ex rescripto excludit substitutum etiam non citatum, vt *ibi* per eum. Ad quod etiam vide, quæ suprà tradita suot *num.* 12.

Quòd substitutus non excludatur per filium spurium legitimatum, quando in loco dispositionis factæ adest communis vsus loquendi, quòd legitimatus noo dicatur legitimus, fuit suprà dictum *in num.* 9. quibus adde Rolandum *consil.* 85. *num.* 9. *&* 10. *volum.* 8. sed vide, quæ dicuntur suprà *cap.* 1. *num.* 10. 13

Vlteriùs limita supradictam regulam principalem, quando testator expressè dixit, ita quòd legitimari, seu legitimandi non excludant substitutum: nam tunc eius voluntas erit seruanda, neque legitimatus admittetur ad fideicommissum ad exclusionem substituti. Marzar. *de fideicommiss. quæst.* 30. *versic. & quòd valeat, suprà num.* 6. 14

Fuit suprà *in num.* 1. firmata regula, quòd spurius legitimatus ex rescripto excludat substitutum, sub conditione, si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus. Pro confirmatione huius regulæ, seu conclusionis, vide Consilium Collegij Patauini tertium inter consilia vltimarum voluntatum *volum.* 1. Adde Card. Alban. *in consil.* 19. *num.* 1. vbi de magis communi. Sed contrarium, quòd immò legitimatus non excludat substitutum, si sine liberis decesserit, &c. nisi legitimatio petatur ab eo, qui imposuit fideicommissum, & fecit substitutiones, traditur per Sarmiento *select. interpretat. cap.* 8. *lib.* 1. *num.* 10. *& sequentib.* vbi latè defendit hanc opinionem, & dicit magis communem, &c. ex Iason. *in l.* 2. *num.* 204. *C. de iur. emphyteot.* ad hanc materiam, quando scilicet legitimatus ex rescripto Principis excludat substitutum, vide in singulis ampliationibus & limitationibus vltra ibi allegatos, Manticam *de coniectur. tit.* 10. *lib.* 11. vbi latissimè. 15

Diximus suprà *in num.* 3. quòd substitutus cum conditione, si sine liberis decesserit, de legitimo matrimonio natis, non excluditur per legitimatum ex rescripto Principis. Aduerte quòd contrarium defenditur *in consil.* 3. *vltimar. voluntat. lib.* 1. Sed pro prima opinione vide Nattam *consil.* 624. *num.* 1. *& seqq.* vbi quòd legitimatus per rescriptum Principis dicitur verè legitimus, sed non verè legitimè natus; & ideo per eum non excluditur substitutus sub conditione, si decesserit sine filiis legitimè natis. 1

Scias etiam, quòd si in legitimatione non est facta mentio de substituto, tunc legitimatus non excludit substitutum, vt tenet Couarruuias *de matrimonio, pag.* 190. *num.* 8. & Cardinalis Albanus *in consil.* 29. *num.* 3. & faciunt generaliter tradita in materia legitimationis validæ & inualidæ. Et hæc sit alia limitatio ad regulam principalem huius capitis. 17

Limita etiam, supradictam regulam superiùs positam *in num.* 1. non procedere quando quis instituisset filiam fœminam, eique substituisset, si sine filiis legitimis & naturalibus decesserit; quia tunc filius spurius ex filia fœmioa instituta natus, licèt postea legitimatus, tamen non excludet substitutum: quia non est verisimile, quòd testator cogitauerit filiam suam talem turpitudinem committere debere. Ita Cardinalis Albanus *in consil.* 19. *num.* 7. vbi de communi, vbi hoc ampliat etiam procedere 18

in

in legitimatis natis ex filio inſtituto ſimul cum filia ratione connexitatis.

19 Pro vlteriori cognitione huius quæſtionis, ſcias, quòd ſi ille, qui fideicommiſſum rebus ſuis impoſuit, legitimet filium ſuum naturalem, tunc indiſtinctè, & ſine dubio iſte ſpurius legitimatus excludet ſubſtitutum, per ea, quæ tradit Sarmient. *ſelect. interpretat. cap. 8. lib. 1. num. 4. & 5.*

Capvt V.

Svmmarivm.

1. *Legitimatus per ſubſequens matrimonium excludit ſubſtitutum.*
2. *Etiam quòd ſit ſubſtitutus cum conditione, ſi deceſſerit ſine deſcendentibus legitimè natis, vel ex tuo corpore natis.*
3. *Subſtitutus alicui, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, non excluditur per legitimatum ex ſubſequenti matrimonio.*
4. *Item nec excluditur, ſi ſolùm ſit dictum, de legitimo matrimonio natis.*
5. *Item nec excluditur in matrimonio contracto in articulo mortis.*
6. *Item quando repugnat communis loquendi vſus.*
7. *Item ſi teſtator ſit nobilis, & mulier vilis, ſeu meretrix.*
8. *Idem ſi mulier non retinebatur in forma concubinatus.*
9. *Idem ſi matrimonium eſt clandeſtinum.*
10. *Idem in caſibus, in quibus legitimari quis non poteſt per ſubſequens matrimonium.*
11. *Idem quando teſtator dixit, quòd ſubſtitutus non excludatur per legitimatum.*
12. *& quid ſi agatur de ſucceſſione bonorum exiſtentium in territorio Imperij.*
13. *& quid in materia primogenituræ.*

1 IN quinto capite conſtituatur ſimiliter & multò magis regula affirmatiua, quòd legitimatus per ſubſequens matrimonium excludat ſubſtitutum etiam cum conditione, ſi ſine filiis legitimis & naturalibus deceſſerit. Ponuntur huius regulæ allegationes per Roland. *conſil. 100. vol. 1.* Corta *pag. 512. in fine*, Gabriel. *pag. 709. num. 31. & ſequentib.* vbi teſtatur de magis communi. Ad hanc materiam vide in ſingulis ampliationibus & limitationibus vltra infrà ſcriptas Manticam *in tractat. de coniectur. lib. 11. titul. 52.* vbi latè Ioſephus Ludouicus *in communib. opinionib. concluſ. 46. in 1. limitatione*, & quæ ſuprà dicta ſunt hac eadem quæſtione *cap. 2.*

2 Amplia hanc regulam, etiam quòd ſubſtitutus quis eſſet ſub conditione, ſi deceſſerit ſine deſcendentibus legitimis; quia etiam iſto caſu ſubſtitutus excludetur per legitimatum ex ſubſequenti matrimonio ſecundùm magis communem opinionem, de qua per Gabrielium *pag. 710. num. 56.* licèt *in num. 13.* referat tenentes contrariam opinionem; quibus addo etiam Cephalum *conſil. 81. num. 15. & conſil. 111. num. 12. volum. 1.* in quibus locis etiam ipſe videtur tenere contra communem. Sed retenta communi, amplia illam procedere, etiamſi dictum ſit, ſine legitimè deſcendentibus ex tuo corpore, quòd adhuc excludetur ſubſtitutus per iſtum legitimatum ex matrimonio ſubſequenti, vt per Gabrielium *ibidem num. 56.*

Limita regulam principalem pluribus modis, & 3 primò non procedere in ſubſtituto cum conditione, videlicet, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, quia tunc non excludetur ſubſtitutus per legitimatum ex ſubſequenti matrimonio. Rolandus *conſil. 100. numer. 16. volum. 2.* Cephal. *conſil. 92. per totum, & conſil. 111. num. 14. & conſ. 176. per totum, volum. 2.* vbi reſpondet ad contraria. Marzat. *de fideicommiſſ. quæſt. 30. verſic. at maior difficultas*, vbi refert pro & contra.

Amplia, hanc limitationem procedere etiam 4 quòd ſimpliciter ſit dictum, ſine filiis legitimè natis, Natta *conſil. 614. num. 14. & omnibus ſequentib.* vel de legitimo matrimonio natis, quia nec iſto caſu excludetur ſubſtitutus, Cephal. *conſil. 81. per totum*, vbi reſpondet ad contraria. Roland. *conſil. 100. volum. 2.* vbi ſimiliter reſpondet ad contraria, & teſtatur de communi & veriori opinione. Sed contrarium affirmauit idem Cephal. ſibi contrarius *in conſil. 111. num. 4. volum. 1. & in conſil. 139. num. 15. & 16. volum. 2.*

Limita II. principalem regulam alio modo, quando videlicet matrimonium eſſet contractum in articulo mortis; quia tunc præſumitur facta legitimatio in fraudem ſubſtituti, & ideò illum non excludit: ita pulchrè diſputat & concludit Cephal. *conſil. 176. num. 25. & plurib. ſequentib.* Quod limitat *in conſil. 235.* quando ſponſalia ſunt facta in articulo mortis vigore ſuccedentis promiſſionis; quia tunc ſecundùm eum excludetur ſubſtitutus. Tu verò in hac materia vide *in Repert. Contractuum quæſt. 45. cap. 2. num. 9.* & *ibidem in fragmento verſic. Matrimonium, etiam in articulo mortis.* Manticam *in tract. de coniectur. lib. 11. titul. 13.* & omninò Gabrielium *pag. 710. num. 53. & ſequentib.* vbi relatis hinc inde opinionibus contrariis concludit, quòd iſta legitimatio in articulo mortis non præſumetur facta in fraudem ſubſtituti, niſi de fraude aliunde appareat: quibus adde Sarmient. *ſelect. Interpret. cap. 6. lib. 1. num. 8. & ſequentib.* vbi concludit per matrimonium contractum in articulo mortis excludi à legitimato ſubſtitutum; etiam quòd appareat matrimonium fuiſſe dolo contractum ad effectum excludendi ſubſtitutum; quia iſto caſu fraus eſt licita, vt ibi traditur per eum. 5

Limita III. quando in loco eſſet communis 6 vſus loquendi, quòd iſte legitimatus per ſubſequens matrimonium non diceretur legitimus; quia tunc non excluderet ſubſtitutum. Cephalus *conſil. 81. num. 18. & ſequentib. & in conſil. 111. num. 18. & ſequentib. volum. 1.* Roland. *conſil. 83. num. 9. & 10. volum. 3.* & vide quæ dicuntur ſuprà *num. 10. in cap. 1.* in hac eadem quæſtione. Si iſta limitatio eſt vera, deſtruit in totum regulam principalem; quia ſecundùm communem vſum loquendi, hodie legitimatus ex ſubſequenti matrimonio, non dicitur legitimus, vt ſuprà dictum eſt *in 2. capite.*

Limita IV. quando teſtator eſſet multum nobi- 7 lis, & mulier vilis, ſeu meretrix. Cephalus *conſil. 82. num. 22. & conſil. 111. num. 27. & ſequenti:* licèt enim iſto caſu valeat legitimatio, tamen non excluditur ſubſtitutus, vt *ibi* per eum. Faciunt dicta *in cap. antecedenti num. 8.* adde in materia Marzat. *de fideicommiſſ. quæſtione 30. verſic. & quia*, &c. *& in Repertorio contract. quæſtione 49. num. 11.*

 D Limita

8 Limita V. quando filij legitimantur per matrimonium contractum cum muliere, quæ non retinebatur domi in figura concubinatus, sed puta erat soluta; quia tunc licèt legitimatio valeat, tamen non excluditur substitutus. Faciunt ad hæc dicta in ea quæstione, quando videlicet filij legitimentur per subsequens matrimonium, &c.

9 Limita VI. in matrimonio clandestino, quia licèt forsan ex eo filij legitimentur, tamen non excluditur substitutus. Cephal. *consil.* 82. *num.* 24. *& seqq. volum.* 1. Faciunt dicta in ea quæst. quando filij legitimentur per subsequens matrimonium.

10 Limita VII. generaliter, quòd in omnibus casibus, in quibus non valet legitimatio per subsequens matrimonium, de quibus dicetur in suo loco particulari, in omnibus illis substitutus non excluditur per filium ita legitimatum.

11 Limita VIII. quando testator dixit: Ita quòd legitimati, seu legitimandi substitutum non excludant: nam tunc substitutus non excludetur etiam per legitimatum ex subsequenti matrimonio. Marzar. *de fideicommiss. quæst.* 30. *vers. at maior, & sequenti.*

12 Quando autem legitimatus ex subsequenti matrimonio excludat substitutum, vbi agitur de successione bonorum existentium non in terris Ecclesiæ, sed imperij, & de materia, vide per Marzar. *de fideicommiss. quæst.* 30. *versic. & quia in huiusmodi*, &c.

13 Et quando legitimatus per subsequens matrimonium excludat filium legitimè natum, in materia primogenituræ, vide Iosephum Ludouicum *in communib. opinionib. lib.* 1. *conclus.* 26. *in* 3. *limitatione, per totum.*

QVÆSTIO XI.

Trebellianica quando prohiberi poßit. Et quando tacitè prohibita censeatur. Et quid de falcidia.

SVMMARIVM.

1. *Falcidia an & quando possit prohiberi, & n.* 21. 28. *& seqq.*
2. *Trebellianica hodie potest per testatorem prohiberi.*
3. *& quid in filijs primi gradus, & num.* 4. 39. *& sequent.*
5. *& quid in filijs detrahentibus duas quartas, & num.* 6.
7. *& quid si testator dixit, quòd legitima imputetur in Trebellianicam.*
8. *Quid in filio rogato restituere extraneo.*
9. *Quid si filius approbauit testamentum patris.*
10. *Quid in filio legitimato.*
11. *Quid si fideicommissum est impersonaliter conceptum.*
12. *& generaliter quando filijs possit Trebellianica prohiberi.*
13. *Trebellianica an possit prohiberi in Codicillis.*
14. *An possit tacitè per verba æquipollentia prohiberi.*
15. *Quæ sint ista verba æquipollentia, & pluribus sequentib.*
16. *Trebellianica tacitè dicitur prohibita per prohibitionem falcidiæ.*
17. *Item si dictum: Restituas hæreditatem pleno iure, & num.* 20.
21. *Vel restituas integram hæreditatem.*
22. *Vel restituas totam hæreditatem.*
23. *Vel restituas sine diminutione.*
24. *& quid si dicam: Restituas deductis centum, & amplius detrahere non possis.*
25. *Trebellianica an censeatur prohibita per prohibitionem alienationis.*
26. *& an per prohibitionem diuisionis.*
27. *& quid si fuerit dictum: Succedat substitutus in totum.*
& quid si sint plura verba geminata.
29. *Falcidia an tacitè prohiberi possit, & num. seqq.*
32. *Falcidia an censeatur prohibita per hæc verba: Lego totum, integrum, & plenum vsumfructum, seu fundum, & num. seqq.*
33. *Quid si fuerit dictum, pleno iure.*
36. *Vel sine diminutione.*
38. *Quid si legatum conuertatur in vsum, qui facta falcidiæ detractione impleri non possit.*



ALCIDIAM prohiberi posse per testatorem, nemo est qui dubitet, cùm 1
sit hodie apud omnes hæc receptissima opinio, fundata in textu expresso, *in Authent. sed cùm testator, C. ad legem falcidiam, & in §. si verò expressim, in Authent. de hæredib. & falcid.* Super qua materia prohibitionis falcidiæ, vide Clarum *de testament. quæst.* 75. Couar. *de testament. pag.* 384. *à tergo.* Æmilian. *consil.* 12. *per totum.* Tiraquellum *de legibus connubialib. pag.* 495. *num.* 100. *&* 172. aliquid per Neuizan. *cons.* 1. *num.* 1. Sed ad hoc vt falcidia dicatur prohibita, an requiratur expressa prohibitio, vel sufficiat tacita: & ex quibus verbis inducatur tacita falcidiæ prohibitio, habetur per Sarmient. *select. interpretat. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. *& seqq.* vide infrà *num.* 21. 28. *& seqq.*

Difficultas est super Trebellianica: in quo con- 2
clusiuè dicas, quòd licèt multi tenuerint non posse per testatorem prohiberi Trebellianicam, relati à Doctoribus, modò citandis; nihilominus vera, & magis communis est opinio, quòd hodie Trebellianica etiam potest per testatorem prohiberi. De qua magis communi opinione testantur Gabriel. *pag.* 486. *num.* 1. *& seqq.* Clar. *de testament. quæst.* 62. Cotta *pag.* 882. Æmilian. *consil.* 39. *num.* 54. Couar. *de testament. pag.* 384 *& sequentib.* Cephal. *consil.* 253. *num.* 34. *& consil.* 185. *num.* 22. *volum.* 2. Et in Rota ita seruatur, teste Sarmient. *select. interpret. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 16. *&* 17. vbi quòd ita in practica seruatur, licèt ipse contrariam opinionem videatur sustinere. Et quòd Trebellianica possit regulariter per testatorem prohiberi, dixit receptiorem, & apud Doctores Canonum tutam opinionem. Roland. *consil.* 5. *num.* 1. *& seqq. volum.* 4. *& consil.* 9. *eodem volum.* Menochius *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 198.

Limitatur principaliter per Doctores supradicta 3
conclusio vnico modo, videlicet, in filiis primi gradus, in quibus testator non poterit prohibere detractionem Trebellianicæ. Hanc limitationem posuit & tenet Gabriel. *pag.* 487. *num.* 4. *& sequentib.* vbi relatis contrarium tenentibus hanc ait esse magis communem, quam etiam sequitur Clar. *de testament. quæst.* 63. vbi similiter non obstantibus contrarium sequentibus testatur de magis communi, & veriori opinione. Et præter istos hanc eamdem vti magis communem & veriorem tenuerunt Cotta *pag.* 883. Æmilian. *consil.* 39. *num.* 54. Roland. *consil.* 12. *vol.* 1. *per totum*, vbi etiam veriorem & æquiorem esse testatur; licèt ibi referat etiam contrarium tenentes,

tenentes, *& consil.* 28. *num* 13. *&* 14 *volum.* 1. *& consil.* 26. *num.* 24. *volum.* 3. latè hanc eamdem limitationem disputat, & defendit vti communem Neuiza. *consil.* 1. *per totum.* Cephal. *consil.* 188. *num.* 23. vbi similiter de magis communi, *& consil.* 153. *num.* 13. *volum.* 2. Couarru. *de testament. pag.* 365. *num.* 7. Et hanc enumeraris Doctorum auctoritatibus dicit magis receptam, & sequendam opinionem Roland. *consil.* 5. *num.* 15. *& sequentib. volum.* 6. vbi pulchrè tenendo hanc partem respondet ad contrariam, *& consil.* 9. *num.* 13. *eodem volum.* vbi de veriori, æquiore, & receptiori opinione, licèt aliqui ibi relati *num.* 4. contrarium disetint. Ad hanc materiam consule Iacob. Porr. Imolen. *consil.* 92. *numer.* 18. *& sequentib. vsque ad num.* 64. Mandos. ad Romanum *consil.* 206. *num.* 6. *lit. G.* relati per Tob. Non. quos tamen ipse non sequitur *in consil.* 32. *num.* 23. Hieronym. Gabriel. *consil.* 93. *per totum*, relati per Marzar. quos tamen ipse non sequitur, *de fideicommiss. quæst.* 49. *num.* 77. *in princip.* Aldobrandin. *consil.* 100. *num.* 17. *& consil.* 15. *num.* 14. *& sequentib. & consil.* 86. *num.* 7. Surd. *consil.* 77. *num.* 4. *lib.* 1. relati per Honded. quos tamen ipse non sequitur, *consil.* 59. *num.* 4. Fab. Turret. *consil.* 77. *numer.* 40. *& consil.* 100. *num.* 44. *& sequentib. vsque ad num.* 94. *lib.* 2. apud quos reperies inoumeros ferè concordantes, testantes de veriori, communiori, æquiori, & magis seruata opinione, & respondent contrariis; adde Hippol. Riminald. *consil.* 131. *num.* 28. *& sequentib. lib.* 2.

4 Et quidem ex horum auctoritatibus, quas originaliter omnes vidi, nulli dubium, quòd ista limitatio est communiter recepta. Sed ad manos obiter venit tractatus Francisci Marzarij *in quæstione* 49. *pag.* 54. *per totam*, vbi plenissimè discusso hoc articulo, relatisque hinc inde contrariis auctoritatibus atque opinionibus, tandem concludit veriorem esse opinionem, & à Rota hodie canonizatam in pluribus decisionibus, quòd videlicet indistinctè, etiam in filiis primi gradus possit prohiberi Trebellianica, & hanc ipse ibi sequitur, prout etiam eam tenere vidi per Turzan. *opin.* 51. Considera igitur, quòd si hæc vltima opinio est vera, frustrà disputatur de sublimitationibus infrà ponendis. Et cum Marzario tenent plures relati per Rolandum *consil.* 5. *num.* 3. *& sequentib. volum.* 4. qui testantur de communi, & magis communi opinione, præsertim *in num.* 44. Item relati per Clarum *vbi suprà d. quæst.* 63. *in princip.* & per Port. Imolen. *d. consil.* 92. *num.* 18. *& sequentib. vsque ad num.* 31. & per Fab. Turret. *d. consil.* 100. *num.* 24. *& sequentib. vsque ad num.* 44. Tob. Non. *consil.* 32. *num.* 24. *& sequentib. & consil.* 40. *num.* 20. *& sequentib.* Cassador. *decis.* 4. *in titul. de testament.* Crescent. *decis.* 2. *aliàs* 129. *in titul. de donat.* Rot. diuers. 693. *numer.* 4. *tom.* 1. *& decis.* 313. *tom.* 2. vbi allegantur aliæ decisiones. Honded. *consil.* 59. *num.* 37. *& num.* 48. Fab. Turret. *consil.* 81. *num.* 15. *lib.* 1. *& consil.* 100. *numer.* 190. *lib.* 2. apud quos reperies innumeros ferè concordantes, testantes de veriori, æquiori, communiori, & magis seruata opinione, præsertim in Rota Romana.

5 Vt tamen nos etiam ponamus ea, quæ à Doctoribus in materia huius quæstionis ponuntur, præsupposita limitatione, de qua suprà, pro vera, quòd videlicet in filiis primi gradus non possit Trebellianica prohiberi, eam sublimita pluribus modis. Et primò non procedere in filio grauato sub conditione, quòd detrahit duas quartas: nam isto casu posse prohiberi Trebellianicam, asseruit Gabriel. *pag.* 487. *num.* 7. vbi alios allegat: sequitur Cephal. *consil.* 153. *num.* 67. *volum.* 1. vbi dicit hanc communiorem esse opinionem: hanc eamdem veriorem, & à Rota canonizatam dixit Marzarius *in d. tract. de fideicommiss. quæst.* 49. *pag.* 54. vbi expressè concludit indistinctè in filiis primi gradus posse Trebellianicam prohiberi, vt suprà dictum est *in numero antecedenti*. Et hanc sublimitationem sequuntur plures, qui testantur de magis communi, relati per Rolandum *d. consil.* 5. *num.* 14. *volum.* 4. relati per Clar. *d. quæst.* 63. *vers. sed retenta*, & per Port. *d. consil.* 92. *num.* 2. *vers. quantò saltem*, *& num.* 20. & per Fab. Turret. *consil.* 100. *num.* 100. *& sequentib. vsque ad num.* 107. Tob. Non. *consil.* 44. *num.* 2. *& consil.* 90. *num.* 25. Honded. *consil.* 54. *num.* 37. *versic. quando duæ quartæ.* Fab. Turret. *consil.* 81. *num.* 17. *lib.* 1. apud quos reperies multos concordantes, testantes de communiori, veriori, & seruata opinione, præsertim in Rota Romana.

Sed contrarium, quòd siue filius detrahat duas quartas, siue vnam quartam, non possit per testatorem detractio Trebellianicæ prohiberi filiis primi gradus, tenuit Clar. *de testament. quæst.* 63. licèt referat etiam contrarium tenentes. Idem quòd tenet Clarus, dixit & tenuit Viuius *pag.* 97. vbi hanc testatur esse communem opinionem, & magis communem. Villalob. *lit. T. num.* 78. vbi similiter de magis communi. Roland. *consil.* 12. *volum.* 1. vbi relatis contrariis hanc tandem dicit esse magis communem, veriorem & æquiorem opinionem. Couarru. *de testament. pag.* 364. *à tergo, num.* 7. vbi de veriori & magis communi. Idem Roland. *consil.* 5. *num.* 33. *versic. penult. dicta opinio*, vbi de communi, &c. & dicit quòd contrarium tenere est effuscare solem, *& consil.* 9. *num.* 1. *& sequentib. eodem volum.* Addentes ad Clarum *vbi suprà litera F.* Gabriel. *consil.* 93. *per totum lib.* 1. & præsertim *sub num.* 4. *& sequentib. & num.* 10. *& sequentibus, & num.* 26. *versic. sequitur iam, & versic. contraria verò.* Port. Imolen *consil.* 92. *num.* 27. *& sequentib. & num.* 56. *& num.* 62. Aldobrandin. *consil.* 10. *num.* 17. *& sequentib.* Bursat. *consil.* 44. *num.* 18. *&* 19. *versic. quæ opinio, lib.* 1. relati per Honded. quos tamen ipse non sequitur *in consil.* 59. *num.* 8. *in fine.* Fab. Turret. *consil.* 100. *num.* 107. *& sequentib. vsque ad numerum* 130. *lib.* 2. apud quos reperies concordantes testantes de veriori, æquiori, & magis seruata opinione. Adde Hippolytum Riminaldum *consil.* 131. *numer.* 31. *& sequentib. lib.* 2. & alios retuli *in mea Practica quæstione* 23. *numer.* 45. *versic. limita* 3. Menochius *de præsumptionibus lib.* 4. *præsumptione* 198. 6

In proposito huius soblimitationis videas Gabrielium *pag.* 488. *num.* 10. vbi concludit, quòd dato quòd filio detrahenti duas quartas, non possit prohiberi Trebellianica per directum; tamen benè poterit per indirectum: puta si sit dictum à testatore, quòd filius imputet legitimam in Trebellianicam: ita etiam tennerunt multi relati per Roland. *consil.* 5. *num.* 12. *& sequent. & num.* 32. *versic. item non obstant, volum.* 4. Quia isto casu prohibitio ita per indirectum de Trebellianica facta valebit, vt *ibi* per eum: sed contrarium tenet idem Gabrielius *ibidem pag.* 700. *num.* 4. *& sequentib.* & Roland. *consil.* 5. *num.* 33. *versic. item non obstant, volum.* 4. Sed aduerte, quòd ista est maxima 7

declaratio ad proximè dicta. Et vide in materia infrà *quæst.24.num.8.& quæst.33.num.17.* & vide etiam Hieron.Gabriel.*consf.93.num.26.lib.1.* vbi quòd Trebellianica potest indirectè prohiberi, mandando, vt illa imputetur in legitimam, & testatur de communi, quamuis alij ibi per eum relati contrarium dixerint. Sed pro communi adde Port. Imol. *consil.92.num.28. ad finem, vers. nam si contingat.* Hippolytus Rimioald. *consil.131. num. 36. & seqq. vsque ad num.41.& num.34.lib.2.*

8 Secundò sublimita, principalem limitationem procedere, quando filij rogantur restituere extraneis, ac aliis, quàm descendentibus, quia isto casu prohibitio facta per testatorem de Trebellianica valet, ac tenet: secùs si rogantur restituere descendentibus, & non extraneis, quia tunc non valet, nec tenet, secundùm Gabrielium *pag.187.num.8.* & Cumano *consil.25. col.penult.* Sed quòd immò valeat prohibitio, quando hæreditas est restituenda ascendentibus, secùs si extraneis, tenet Tob.Non *consf.90. num.27.* & alij relati per Fab. Turret. *consil.100. num.95. lib.2.* Idem Turret. *consil.81. num.18. lib.1.* & fuit originalis distinctio, & consideratio, vide Clar. *de testament. quæst.65. vers. non potest negari,* &c. Viui. *pag.97.& seq.* Verùm Clari hanc distinctionem reprobat Marzar. *de fideicommiss. quæst. 29. num. 17. vers. sed pro parte affirmatiua, in fine.* Fab. Turret. *d. consil. 100. num. 9. & seqq.* & vtramque distinctionem tam Clari, quàm Cumani, reprobat Hier. Gabriel. *consil. 93. num. 2. & 3.* quam refert & sequitur additio ad Clarum *d. quæst. 63. versic. sed retenta, litera C.*

Sed aduerte in hac sublimitatione, prout superiùs dictum est, *num 4.* quòd ex opinione Rotæ, siue restitutio fiat per filium extraneo, seu descendenti, indistinctè videtur posse prohiberi Trebellianicam, prout expresse dixit idem Marzar. *in d. quæst. 4. pag.55.in fine.*

9 Tertiò sublimita principalem limitationē, quando filius approbauit patris testamentum; quia tunc prohibitio facta Trebellianicæ censetur etiam approbata, & valet. Gabriel. *pag.488. num.15.* Roland. *consil.78. num. 13. & 14. volum.1.* Cephal. *consil.153. num.7.* vbi testatur de magis communi. Super hac materia vide infrà *quæst. 24. num.14. & quæstione 32. num.3. & 4. & quæst. 33. num. 6. & seqq. & quæst.27.num.18.* Approbatio autem testamenti censetur facta, quando filius adit hæreditatem patris simpliciter, & nulla facta protestatione, vt per Tob.Non. *consil.44.num.5. & consil.90.num.27.* Honded. *consil. 59. num. 40. & sequent.* Apud quos reperies alios concordantes, Hippol. Rimio. *consil.131. num.55. lib.2.* Contrà quòd per hanc simplicem aditionem non censetur approbata prohibitio Trebellianicæ, dixit magis communiter teneri, & in practica seruari, Fab. Turret. *consil. 77. num. 40. in princip.* Et quidem omnes Doctores pro negatiua opinione allegati suprà *num.3.* præsupponunt etiam aditionem hæreditatis sine protestatione. Prima opinio indubitanter procedit, quando testamentum patris fuit expresse approbatum medio iuramento in omnibus & per omnia, & in specie quoad prohibitionem Trebellianicæ. Fabius Turret. qui alios refert *in consil.81. num. 20. & seqq. lib.1.* Beret. *consil.133. sub num.6.*

10 Quartò sublimita in filio legitimato, cui Trebellianica potest prohiberi. Gabrielius *pag. 488. num.16.*

11 Quintò sublimita, quando testator non grauauit personaliter ipsum filium hæredem ad restituendum: sed impersonaliter loquendo dixit, si filius meus sine liberis decesserit, bona perueniant ad talem, &c. tamen, quia fideicommissum dicitur iniunctum non filio, sed hæredibus filij, ideò prohibitio Trebellianicæ valebit. Cephal. *consil. 153. num. 66.* Cotta *sub pag. 882. & sequentib.* & Gabriel. *pag.488. num.13.* vbi de magis communi opinione. Quòd isto casu fideicommissum censeatur iniunctum non filio, sed hæredibus filij, est magis communis opinio, teste Clar. *de testament. quæst.72. versic. tertius est casus*, licèt alij ibi per eum relati tenuerint contrarium. Ad hanc materiam facta dicta inferiùs *in quæst. 24. num 9. & quæst. 55. num. 15.* Tob. Non. *consil. 32. num. 47. & consil. 70. num. 26.* Crescent. *decis. 2. alias 119. in titul. de donationib. in fine, versic. & tantò magis.* Honded. *consil. 39. numer. 37. in fine, & sequentib.* Fab. Turret. *consil. 81. num. 16. lib. 1.* apud quos complures alios reperies concordantes.

Nonnullas alias limitationes, & declarationes 12
in hac materia, quando scilicet filiis primi gradus possit Trebellianica prohiberi, videas per Gabrielium *pag.487. num.4 & omnibus sequentibus.*

An autem in codicillis prohibitio Trebellianicæ 13
valeat, ponitur materia *pag.488. num.9.* vbi etiam refert contrarium tenentes. Cotta *pag. 885. & sequentib.* vbi etiam, an hæc prohibitio sustineatur per clausulam codicillarem. Couaruuias *de testament. pag 385. à tergo.*

Diximus suprà hodie Trebellianicam posse per 14
testatorem prohiberi: dubitatur modò, an sufficiat prohibitio tacita, & sic per æquipollens; an verò requiratur expressa. Dic quòd sufficit tacita & per æquipollens. Sarmient. *select. interpretat. lib.2. cap 7. num 16. & seqq.* Ad hanc materiam, an scilicet, & quando Trebellianica possit tacitè prohiberi, quandoue prohibita dicatur, vide Manticam *de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 7. titul. 12. per totum*, vide Gabriel. *pag. 489. conclus. 2. per totam*, Clar. *de testament. quæst.62 versic. habetque.* Æmil. *consil 39. num.50. & sequent.* Quibus in locis omnes vnanimiter dicunt hoc debere sanè intelligi, quando scilicet, testator vtitur talibus verbis, quæ necessariò & concludenter Trebellianicæ prohibitionem importent, aliàs secùs. Et ad hæc omninò vide tradita infrà in simili de prohibitione falcidiæ *num. 31.* Sed quòd Trebellianica non possit tacitè prohiberi, faciunt tradita per Hieronym. de Monte *quæst. 1. num. 13. & sequentib. & num.23. & sequentib.* vbi concordando opiniones dicit, quòd hæc opinio negatiua procedit, quando coniecturæ & verba non de necessitate important prohibitionem Trebellianicæ: affirmatiua verò procedit, quando illam de necessitate important.

Sed quando tacitè dicetur prohibita Trebellia- 15
nica, & quæ sint ista verba ita necessariò tacita prohibitionem importantia, multa possunt in lege afferri exempla. Peregrin. *de fideicommiss. art.3. num.87. & sequentib.* Menoch. *de præsumptionib. lib. 4. præsumpt.198.* Surd. *consil. 412. num. 40. & sequentibus.*

Primò Trebellianica censetur prohibita eo ipso, 16
quòd prohibetur falcidia: ita tenet Gabriel *pag.487. num.3.* Sed contrà per Rolandum *consil.5. num.32. & sequent. vol.4.*

Secundò Trebellianica prohibita censetur per 17
ista verba: Restituas omnia bona mea. Clar. *de testament. quæst.62. versic. sed nunquid.* Viui. *pag.97. à tergo.*

vbi

vbi videtur testari de magis communi. Et ita etiam testatur Villalob. *lit. T. num.77.* Rota *coram Litta in Fauentina fideicommissi, die 13. Nouembris* 1595.

18 Contrarium quòd per hæc verba non censeatur prohibita Trebellianica, tenuit Gabriel. *pag.489. conclus.3. per totam*, vbi de magis communi.

19 Tertiò Trebellianica tacitè prohibita censetur per ista verba: Restituas hæreditatem pleno iure. Clar. *quæst. 62. versic. sed nunquid de testament.* Viui. *pag.97. in fine.* Rota *coram Litta in Fauentina fideicommissi 13. Nouembris* 1595. faciunt tradita per Hieronym. de Mont. *quæst.1. num.2. & num.30.* vbi videas, *& num.38.* vbi sequitur Clari opinionem.

20 Sed contrarium dicit Gabriel. *pag.489. conclus.4.* quòd videlicet per ista verba: Restituas hæreditatem pleno iure, non censeatur prohibita Trebellianica, nisi sit dictum: Restituas omnia bona mea pleno iure. Sed quid in falcidia, vide infrà tradita *in num.33.*

21 Quartò censetur probibita Trebellianica per verba: Restituas integram hæreditatem. Clarus *de testament. quæst. 62. versic. sed nunquid.* Viui. *pag. 97. & 98.* Sed in materia vide Gabriel. *pag. 490. conclus.5. per totam.* & Neuizan. *consil.2. per totam.* Contra infrà *num.17.* quæ ponas hîc: sed quæ sequuntur infrà de falcidia, ponas infrà in materia falcidiæ, videlicet infrà *num.32.* & non in materia Trebellianicæ. Suarez *lit. F. num. 13.* vbi loquitur in falcidia, quòd non possit detrabi, quando testator mandauit præstari integrum legatum. Et idem de falcidia traditur per Sarmient. *select. interpretat. lib. 2. cap.7. num.11.* sed de hoc vide suprà *num. 1.* vide infrà *num.28. & sequentib.*

22 Quintò, Trebellianica prohibita censetur per ista verba: Restituas totam hæreditatem. Clarus *de testament. quæst. 82. versic. sed nunquid.* Viui. *pag. 97. & 98.* sed in materia vide Gabriel. *pag.490. conclus.6. per totam.* Herculan. *de negatiua. num. 8.* Neuizan. *consil. 2. per totum.* Sed in contrarium videtur esse magis communis opinio, de qua per Villalob. *litera T. num.77.* Immò si credimus Sarmient. *vbi suprà, num. 16.* per bæc simplicia verba: Restituas hæreditatem, etiam quòd non sit dictum, totam, vel integram, dicitur tacitè prohibita Trebellianica: sed quòd immò non dicatur prohibita etiam quòd sit dictum, totam hæreditatem, tradit Hieronym. de Monte *quæst.1. num. 1. & num.20. & seqq. & num.26. & num.29.* & vide infrà *num. 37.* sed sibi contrariari videtur *in num.38. versic. & postquam*, &c. Quid in falcidia, vide infrà *num.32.*

23 Sextò Trebellianica censetur prohibita per ista verba: Restituas sine diminutione; super quo vide Gabriel. *pag. 491. conclus.7.* & Clar. *de testament. quæst. 62. versic. sed nunquid.* Adde pro bac conclusione Hier. de Mont. *quæst.1. num. 26. & 38.* Quid in falcidia, vide infrà *num. 36.* Rota coram Pegna *in Romana de Capisucchis die 4. Iunij* 1601. *coram Seraphino, in Firmana fideicommissi 5. Maij* 1593. *coram Bubalo in Firman. bonorum die 10. Martij anno* 1586.

24 Et quid si dictum sit: Restituas hæreditatem deductis centum, & plus detrahere non possis, vide Gabrielium *pag.491. in conclus.8.*

25 Octauò. Tacitè Trebellianica prohibita censetur per prohibitionem alienationis. Ampliationes, & limitationes buius conclusionis videas per Gabrielium *pag.491.* Cotta *pag.386.* Æmilian. *consil.39. num. 50. & sequent.* vide *in alio Repert. vltim. volunt. versic.6.* Trebellianica non potest detrahi de re prohibita alienari, *num.5.* infrà, scilicet *in fragmen. Farinacij Repert. de Vltimis voluntatib.* quæ ponas hîc, quia illa materia est eadem cum ista. Dic quòd per prohibitionem alienationis rei particularis censetur etiam de illa re prohibita detractio Trebellianicæ. Si verò prohibitio est vniuersalis, non censetur prohibita Trebellianica per generalem alienationis prohibitionem in filiis primi gradus. Ita Roland. *in consil. 9. per totum*, vbi respondet ad contraria. Et postea in fine consilij dicit hoc procedere nedum in filiis primi gradus, sed etiam in vlterioribus hæredibus vniuersaliter institutis, vide Mantic. *de coniecturis vltimar. voluntat. lib.7. titul.12. num.19. &* 20. Peregrin. *de fideicommiss. art.3. num.92. & seqq.* Quòd per prohibitionem alienationis omnium bonorum censeatur prohibita Trebellianica, voluit Crescent. *decis.2. de testament.* Cassad. *decis.4. eod. tit.* Rot. diuers. *decis.317. num.1. part.2.* Vincent. de Franch. *decis.612. num.6.* Surdus *cons.412. num.40. & seq.*

Et an prohibita Trebellianica censeatur per pro- 26
hibitionem diuisionis, vide per Gabriel. *pag. 491. num.3. & sequent.*

Et an tacitè censeatur prohibita Trebellianica, 27
si dictum fuerit, succedat substitutus in tutum, & similia, vide Cephalum *consil.253. num.33. & sequentibus, & num.36. vol.2.*

Addendo suprà traditis *num. 1.* de prohibitione 28
falcidiæ, scias, quòd falcidia licèt de iure Digestorum prohiberi non possit; hodie tamen expressè prohiberi posse dubitandum non est, cùm habeamus textum clarum *in §. si verò expressim, in Authent. de heredib. & falcid.*

Dubium est, verùm falcidia tacitè prohiberi pos- 29
sit. Quòd possit, tenuerunt plures relati per Hieronym. de Monte *quæst.1. num.1. & seqq.* vbi adducuntur pro hac affirmatiua opinione rationes & fundamenta; & *n.8.* referuntur illi, qui hanc opinionem dicunt nedum cõmunem, sed & magis communem.

Contrariam opinionem, quòd falcidia non pos- 30
sit tacitè per testatorem prohiberi, tenuerunt relati per Hieronymum de Monte *d. quæst. 1. num. 13. & seqq.* vbi adducuntur & fundamenta, & *num.22.* adducuntur ij qui hanc opinionem asserunt & communem, & magis communem.

Pro concordia distingue, vt per eumdem Hiero- 31
nymum de Monte *d. quæst.1. num. 22. & seqq.* vbi respondendo ad contraria dicit, quòd falcidia non potest tacitè per coniecturas prohiberi, sed benè per verba æquipollentia. Coniecturas eas esse ipse dicit, quæ babent se ad esse & non esse: & licèt faciant quodammodo falcidiæ detractionis prohibitionem præsumere, tamen possunt etiam intelligi absque eo quòd falcidia sit prohibita. Æquipollentia autem verba intelligit ipse illa esse, quæ de necessitate non possunt nisi falcidiæ prohibitionem importare. Et hanc distinctionem dicit tenendam, vti æquiorem & magis communem: licèt Socin. *ibi* per eum allegatus *n.22.* dixerit, quòd nec etiam per verba æquipollentia falcidia possit prohiberi. Quæ autem sint verba æquipollentia, quæ de necessitate important falcidiæ detractionis prohibitionem, & quæ coniecturæ possunt illam prohibitionem importare, & non importare, dicetur *in sequentibus numeris*, & faciunt pro hac distinctione *suprà* in simili tradita de prohibitione Trebellianicæ, *num.14.*

Falcidia non censetur tacitè prohibita, si testator 32
dixerit: Lego totum fundum, seu vsumfructum. Vel, Lego integrum fundum, seu vsumfructum. Hæc enim verba non sunt de necessitate apta importare prohibitionem falcidiæ, vt per Hieronymum

de Monte *quæst.1. num.4. 23. 26.* Quid in Trebellianica, dixi suprà *num.21. & seq.* limita vt infrà *num 36.* & vide etiam suprà *num. 21. vers. & idem de falcidia, & versic. Suares litera F.* &c. vbi contrà, & ponas hîc, vbi est locus suus. Concorda vt infrà *num.35.*

33 Amplia I. idem esse si testator dixerit: Lego plenum fundum, vel vsumfructum: vel, Lego pleno iure fundum, seu vsumfructum, nec enim per ista verba tacitè dicetur prohibita falcidia, vt per Hieronymum de Monte *quæst. 1. num. 2. 3. 29. & 30.* quibus in locis respondet ad contraria. Sed quid in Trebellianica, dixi suprà *num.19. & sequenti.*

34 Amplia II. idem esse etiam quòd testator vsus fuerit verbis geminatis, dicendo, Lego totum, integrum, & plenum vsumfructum, per hanc enim geminationem non dicitur tacitè prohibita falcidia, vt per Hieronymum de Monte *d. quæst.1. per totam,* vbi respondet ad contraria, præsertim *num.5. 6. 9. 12. & 32. atque sequentib.* Quid in Trebellianica, vide infrà *num.37.*

35 Limita I. quando testator dixisset: Volo quòd soluatur totus vsusfructus; vel, Volo, quòd legatarius habeat totum vsumfructum, seu fundum: tacitè enim tunc dicitur prohibita detractio falcidiæ. Nec obstant suprà tradita *num.32.* Quia aliud est dicere, Lego totum vsumfructum; aliud verò dicere: Volo quòd soluatur totus vsusfructus, & similia, vt per Hieron. de Monte *d. quæst. 1. num. 23. 26. 31. & sub num. 34 vel 36.*

36 Limita II. quando esset dictum, Lego sine diminutione: tunc enim pariter dicetur prohibita falcidia, vt per eumdem Hieronym. de Monte *d. quæst.1. num.18. 24. 26. & sub num.34. vel 36.* Quid in Trebellianica, dixi suprà *num.23.*

37 Trebellianica an censeatur prohibita, si testator geminatis verbis dixerit: Restituas integram, totam, & plenam hæreditatem? Dic quòd non; vt per Hieronym. de Monte, qui respondit ad contraria, *quæst. 1. per totam,* præsertim *num.6. 9. 12. 32. & sequentib.* Quid verò censendum sit in falcidia, vide suprà *num 34.*

38 Falcidia censetur prohibita, quando testator conuertit legatum in certum vsum: qui vsus facta detractione falcidiæ impleri non posset. Hieronymus de Monte *quæst.1. num.28.*

39 Dixi suprà *num.3. & seqq.* an Trebellianica possit prohiberi in filiis primi gradus, in qua quæstione aliqui dixerunt, mediam viam eligendo, illam esse eligendam inter hæredes filiorum, & fideicommissariorum. Alexand. Anchar. & Curt. iun. in locis relatis per Gabriel. *consil. 98. in. 1. & seq. lib.1.* vbi tamen dicit hanc opinionem non esse sequendam, nisi consentientibus partibus. Partibus autem non consentientibus, non est recedendum à receptiori, & rationabiliori opinione, & Gabrielium sic dicentem refert & sequitur Additionator ad Clarum *in §. testamentum, quæst. 63. in versic. sed retenta, litera D.*

40 Sed verius est, ex quo varij varia dixerunt, & vix colligi potest, quænam sit communior opinio, vt apparet ex relatis suprà *num. 3. & 4.* in hoc dubio passim seruandam esse loci consuetudinem, eamque sequendam opinionem, quæ eo loci magis vsu recepta est, secundùm Clar. *in §. testamentum, quæst.63. in fine princip.* Addentes ad Clarum *in dict. quæst.63. vers. sed retenta, lit. F. in fine.* Hieron. Gabriel. *consil.93. num 26. in fine, vers. quapropter arbitror, lib.1.* Fab. Turret. *consil 100. num. 189. & sequentib. lib.1.* vbi propterea infert, quòd in vrbe esset difficile recedere ab opinione affirmatiua, quæ, vt præfertur, est canonizata in Rota: sicut è contra in ciuitate Florentiæ esset difficile recedere ab opinione negatiua, quæ pariter secundùm eum in illa Rota canonizata reperitur. Vide ad decisionem huius quæstionis Peregrinum *de fideicommiss. art.3. num. 107. & sequentib.*

QVÆSTIO XII.

De successione in emphyteosi.

SVMMARIVM.

1. *Emphyteosis an transeat ad filios, qui non sunt hæredes.*
2. *An transeat ad filios adoptiuos.*
3. *An ad spurios.*
4. *An transeat ad fœminas, & num.5.15. & seqq. & num.21. & seq.*

· *An ad masculum natum ex filia fœmina, d.n 5.*

6. *Emphyteosis, in qua de filijs non est facta mentio, an nihilominus transeat ad ipsos filios.*
7. *Emphyteosis an transeat ad hæredes extraneos, & num.8. 9.*

Maximè si fuerit accepta pro hæredibus quibuscunque, num.8.

10. *Emphyteosis an transeat ad legitimos.*
11. *An in Monasterium, quo ingressus fuit emphyteota.*
12. *& an transeat ad institutum in re certa.*
13. *Emphyteosis, accepta pro se & filijs, an transeat ad nepotes.*
14. *Filius in emphyteosi an succedat in locum patris.*
23. *Emphyteosis an transeat ad proximiores primi inuestiti, an verò vltimi morientis.*

MATERIA successionis in emphyteosim plura habet capita. Et ideo quot erunt capita, tot nos formabimus quæstiones. Monendo priùs, quòd ad hanc cognitionem valde conferunt dicenda in sequenti quæstione, vbi de hæredis significatione tractabitur. Omnes enim hæ quæstiones multum inter se fraternizant.

Quæro igitur primò, An emphyteosis accepta pro se & filiis, &c. transeat ad filios, qui non sint hæredes: & sic an emphyteosis accepta dicatur pro filiis, vt filiis; vt verò pro filiis vt hæredibus. Vide super hac quæstione Corn. *consil.282. num.4. fol.238. volum.3. & consil. 199. num.16. fol.193. eodem volum.* Couar. *variar. resolut. pag.631. & sequentib.* Gabriel. *pag.640. num.2. & seqq.* Crem. *sing. 15. & 71.* Clar. *de iur. emphyteot. quæst. 37.* Villalobos *lit.E. num.54. & sequentib. & num.65. & 66.* Imol. *in conclus. pag.53. versic. verùm si,* &c. vbi quòd emphyteosis acquisita pro hæredibus, intelligitur pro filiis etiam mulieribus. 1

Quæro secundò, An in emphyteosim succedant filij adoptiui. Vide Marsil. *singul.350.* Tiraquell. *de reuocand. donat. pag.457. num.12. & seq.* Placa *pag.679.* & aliis sequentibus. 2

Quæro tertiò, An in emphyteosim succedant filij naturales, vel spurij. Vide Diaz *regul. 231.* Viui. *cart.60.* Clar. *de iur. emphyt. quæst.30.* Vide in materia Gabriel. *consil. 445. num. 18. & seq.* vbi quòd in emphyteosi nec etiam succedit nepos legitimus natus ex filio spurio. Vide Roland. *cons. 76. num. 22. volum.3.* 3

volum.3. vbi quòd quando primò inuestitus est spurius, tunc emphyteosis etiam trãsit ad spurios.

4 Quæro quartò, An in emphyteosim succedant fœminæ, sicut mares. De hac materia vide Couarruuiam variar. resolut. pag. 628. num. 1. Roland. consil. 67. num. 9. & 10. volum. 2. & consil. 93. per totum, volum. 2. Crem. singul 71. & per eumdem Couarruuiam variar. pag. 619. versic. secunda conclusio, vbi loquitur in casu, quando extat statutum fœminarum exclusiuum propter masculos. De quo vide particulariter suprà in quæst. 8. num. 8. & infrà in hac eadem quæst. num. 21. & quæst. 19. num. 33. 47. & 50. Clar. de iur. emphyteos. quæst. 32. Hercul. de negatiua, num. 18. Cephal. cons. 11. volum. 1. pag 23. Imol. conclus. 7. lib. 2. pag. 400.

5 Vide eumdem Clarum ibid. quæst. 36. vbi an admittatur nepos masculus ex filia fœmina. In materia videas Gabrielium pag. 649. num. 89. & sequentib. Faciunt dicenda in ea quæstione, videlicet, filiorum appellatione an veniant fœminæ. Et in alia videlicet, Masculinum quando concipiat fœminum. Ad omnes supradictos recurras in materia, quia in illis reperies omnes casus contingibiles in materia, adde Villalobos lit. E. num. 64. Adde quæ dicentur in sequenti quæstione, videlicet, An hæredum appellatione veniant fœminæ. Et an emphyteosis accepta pro se & filiis comprehendat fœminas, vide Hercul. de negatiua, num. 18. & Gabriel. pag. 647. num. 89. & seqq. & num. 103. & 104. Dic quòd regulariter emphyteosis concessa pro se & filiis, non transit ad fœminas. Roland. consil. 76. num. 4. & 5. volum. 3. Hanc regulam etiam ponit, & dicit communem Suarez lit. F. num. 285. Ioseph. Ludouic. in communib. opinionib. conclus. 16. illat. 82. vers. & licèt quidam dixerint; vbi de magis communi: qui tamen loquitur in emphyteosi Ecclesiastica, de quo vide infrà num. 15. & sequentib. Adde pro eadem regula Rolandum consil 58. num. 62. volum. 3. Limita quando emphyteosis à principio fuisset concessa fœminæ, quia tunc etiam ad fœminas transit, vt ibi num. 6. & omnibus sequentib. vide infrà num. 15. & seqq. vsque ad num 23. & num. 24.

6 Quæro quintò, An emphyteosis transeat ad filios, si in ea nulla sit facta mentio de filiis, puta quòd simpliciter fuerit accepta emphyteosis. Dic quòd etiam nulla facta mentione filiorum, adhuc tamen ad eos transit. Marsil. singul. 169. in fine. Corta pag. 259. Clar. de iur. emphyteot. quæst. 28. in princip. Villalob. lit. E. num. 56 & seq.

7 Quæro sextò, An hæredes extranei succedant in emphyteosim. Ista est ardua quæstio, & multum intricata. Vide super ea latè distinguentem Couarruuiam variar. resolut. pag. 614. & sequentib. Grat. respons. 128. part. 2. Turzan. opin. 73. & quæst. 23. latè & pulchrè per Rolandum cons. 96. vol. 1. per totum, in discursu. Villalobos lit. E. num. 57. & seqq. Viti. pag. 59. & 60. Imol. conclus. 16. vide etiam latè distinguentem & declarantem Clarum de iur. emphyteot quæst. 28. per totam, quibus in locis plenè habentur omnes casus occurrentes in materia. Et faciunt ad hæc, quæ infrà dicentur in sequenti quæst. videli-
8 cet, An hæredum appellatione veniant extranei. Et particulariter, an emphyteosis accepta pro se, & hæredibus quibuscunque transeat ad hæredes extraneos. Dic quòd sic, vt per Anchar. quæst. 65. num. 5. part. 2. & præter suprà allegatas authoritates, & præter ea, quæ infrà in sequenti quæst. dicentur num. 9. vide Clarum d. quæst. 28. Imol. conclus. 41. lib. 2. Cephal. consil. 58. num. 19. volum. 1. Villalobos litera E. num. 59. & seq. In materia principali, An & quan- 9
do videlicet emphyteosis transeat ad hæredes, adde Cephalum consil. 9. num. 2. & plurib. seqq. volum. 1. Roland. consil. 55. num. 33. vol. 3. vbi quòd in emphyteosi accepta pro se, & quibus dederit.

Quæro septimò, An emphyteosis transeat ad spurios legitimatos. Vide in hac quæstione Clarum quæst. 31. de iur. emphyt. Imol. conclus. 57. lib. 4. Roland. consil. 83. num. 8. volum. 3. Cephalum consil. 276. num. 43. & seqq. Gabriel. conl.. n. 18. & seqq. pag. 708. 10

Quæro octauò, An emphyteosis transeat in Monasterium, emphyteota eò ingrediente. Vide super hoc Clarum de iure emphyteotico, quæst. 33. 11

Quæro nonò, An emphyteosis transeat ad institutum in re certa. Clar. de iur. emphyt. quæst. 38. Faciunt tradita infrà versic. institutus in re certa, &c. Ioseph. Ludouic. in communib. opinionib. gloss. 16. illatione 82. versic. & quando feudum, vel emphiteosis, &c. Roland. consil. 51. num 9. & seqq. & num. 18 vol 3. 12

Quæro decimò, An emphyteosis accepta pro se & filiis, censeatur etiam accepta pro nepotibus; & sic in hac materia, An appellatione filiorum veniant nepotes. Vide Gabrielium pag. 635. num. 62. vbi quòd non: sed declara, vt in num. 64. quòd videlicet non habeat locum, quando emphyteosis esset accepta pro se, & filiis, non vt filiis, sed vt hæredibus; quia tunc etiam veniunt nepotes, vt ibi. Vide Roland. consil. 93. num. 20. volum. 2. faciunt infrà tradita quæst. 14. cap. 1. vbi quando filiorum appellatione veniant nepotes. Quòd regulariter emphyteosis accepta pro se & filiis non transeat ad nepotes, tradit Rolandus consil. 38. num. 63. vol. 3. 13

Et an in emphyteosi filius succedat in locum patris, ita quòd ad eam insimul cum patruo admittatur, vide infrà quæst. 17. num. 22. 14

Addendo iam suprà traditis num. 4. & 5. dixi tres reperiri in materia opiniones. 15

Prima, inquam, est opinio affirmatiua, quòd videlicet emphyteosis accepta pro se & filiis, transeat ad fœminas, etiam quòd de illis specialis mentio facta non sit, & hanc tenuerunt plures relati per Ioseph Ludouic. in decis. Lucen. 29. num. 4. & seqq. vbi etiam huius opinionis adducuntur rationes & fundamenta.

Secunda & contraria est opinio negatiua, videlicet eorum, de quibus in d. decis. 29. num. 16. & seqq. qui dicunt communem esse opinionem, quòd emphyteosis accepta pro se & filiis, non transeat ad fœminas, vt ibi per eum, qui huius opinionis latè adducit rationes. 16 17

Tertia & media fuit opinio, quam tenuerunt plures relati per Iosephum Ludouicum in d. decis 29. num. 58. & seqq. quam & ipse vt veriorem, & magis æquam sequitur. Quòd videlicet emphyteosis accepta pro se & filiis, transeat ad fœminas post mortem filiorum masculorum, & illis deficientibus, non antea: quod sine dubio procedet in casibus, de quibus infrà num. 10. & 24.

Sed in prædictis aduertas ad plura. Et 18

Primò, quòd hæc distinctio Ioseph. Ludouici procedit in emphyteusi Ecclesiastica, quæ de sui natura transit etiam ad fœminas, secundùm communem, de qua per Clarum in §. Emphyteosis, quæst. 32. in princip. quem refert idem Ludouic. ibid. num. 4. qui in casu per ipsum posito in principio decisionis expresse loquitur in emphyteosi Ecclesiastica. Vnde secus in priuata, in qua indistinctè fœminæ non veniunt filiorum appellatione, per ea, quæ suprà dicta sunt num. 16. & aduertitur in decis. 29. num. 63.

19 Aduerte secundò, quòd emphyteosis accepta pro se,& descendentibus, vel pro se & hæredibus, transit etiam ad fœminas, vt *in d. decis. Lucen. 29. num. 6. & sequentib.* & faciunt tradita infrà *quæst. 13. num. 18. & quæst. 14. cap. 5. num. 12.* vbi posui, an hæredum, seu descendentium appellatione veniant fœminæ. Vide *in sequenti num. 20.* Idem Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus. 16. illat. 82. versic. & licèt quidam dixerint*, vbi de magis communi.

20 Quod iotelligas procedere, quando simpliciter fuisset emphyteosis accepta pro se & hæredibus, seu pro se & descendẽtibus. Vnde secùs si hæc verba non de per se prædicarentur, sed iungererentur cum verbo *filiys*, puta pro se, & filiis, & descendentibus, vel pro se, & filiis & hæredibus: tunc enim noo comprehenduntur fœminæ, vt *in d decis. Lucen. 29. in princ. in figuratione casus, & num. 20. & seq. num. 65. & seqq.* vbi declarat, quòd isto casu non comprehenduntur ad exclusionem masculorum: sed bene vt succedant post masculorum mortem; quia isto casu emphyteosis dicitur stipulata, primò pro masculis filiis, deinde pro fœminis, oon existentibus masculis, prout etiam dixi suprà *n. 17.* & infrà *n. 54.*

21 Aduerte etiam tertiò, quòd stante statuto fœminarum exclusiuo propter masculos, emphyteosis accepta pro se & filiis non transit ad fœminas. Quod pariter intelligas non transire superstitibus masculis: sed illis mortuis fœminæ succedunt in emphyteosi, etiam stante supradicto statuto, vt *in d. decis. Lucen. 29. num. 11. & seqq.* & dixi aliquid suprà *sub num. 4. & quæst. 8. num. 8.* vbi posui, quando huiusmodi statutum excludat fœminas à bonis emphyteoticis, & infrà *quæst. 19. num. 33.* vbi generaliter posui, quando stante huiusmodi statuto masculinum concipiat fœmininum, *& ibid. num. 47. & 50.* vbi quando filiorum appellatione veniant fœminæ in fideicommissis stante huiusmodi statuto, vide infrà *num. 24.*

22 Aduerte & quartò, quòd emphyteosis accepta pro se & liberis transeat etiam ad fœminas, vt *in d. decis. Lucen. 29. num. 64.* & faciunt infrà tradita, *quæst. 19. num. 10.* vbi posui, An liberorum appellatione veniant fœminæ.

23 Sed hîc quæro, An emphyteosis transeat ad proximiores primi inuestiti; an verò vltimi morientis. Dicas quòd si est hæreditaria, transit ad proximiores vltimi morientis; si verò noo est hæreditaria, transit ad proximiores primi inuestiti: ita distinguendo concordantur contrariæ opiniones communes *in decis. Lucen. 29. num. 34. & sequentib.* Faciunt in simili iofrà tradita *de fideicommiss. vers. fideicommissum, num. 10.*

24 De successione fœminarum in emphyteosim, adde Aocbaranum *quæst. 65. num. 10. part. 2.* vbi quòd emphyteosis accepta pro filiis masculis & fœminis, non transit ad fœminas, nisi quando non supersunt masculi, stante statuto fœminarum exclusiuo propter masculos; de quo dixi particulariter suprà *n. 21.* & faciunt superiùs tradita *num. 17. & num. 20.*

QVÆSTIO XIII.

Hæredis appellatione quinam veniant.

SVMMARIVM.

1. *Hæredis appellatione an veniat extraneus.*
2. *Regula sit, quòd veniat etiam extraneus.*
3. *Amplia etiamsi sit dictum, suus hæres.*
4. *Amplia etiam in iis, quæ sunt stricti iuris.*
5. *Limita in materia non transitoria ad hæredes, & differenti.*
6. *Sed quid si dictum: Hæredibus quibuscunque.*
7. *Item quid si dictum: Hæredibus & successoribus.*
8. *Limita quando est facta mentio de hærede viuentis.*
9. *Limita, quando dispositio redderetur inutilis.*
10. *Limita, quando resultaret absurdum.*
11. *Limita, quando voluntas testatoris est in contrarium.*
12. *Limita ex communi vsu loquendi.*
13. *Limita in substitutionibus.*
14. *Limita, quando est dictum de hærede in hæredem.*
15. *Limita, quando dictum est de hæredibus masculis.*
16. *Hæredis appellatione an veniat institutus in re certa, & num. 28.*
17. *An fideicommissarius.*
19. *An ille, qui non adiuit hæreditatem.*
20. *An veniat hæres hæredis.*
An fœminæ, num. 18. & 29.
21. *An filius institutus in legitima.*
22. *An substitutus.*
23. *An bonorum possessor.*
24. *An hæres sub conditione.*
25. *Hæredis significatio pluribus modis accipitur.*
26. *Hæredis appellatione an veniat hæres ab intestato.*
27. *Hæredis appellatione an veniat legatarius.*



PRINCIPALE huius quæstionis caput versatur circa id, videlicet, an hæredis appellatione veniat extraneus: super qua materia vltra ampliationes, & limitationes infrà ponendas, vide Gabrielium *conclus. 2. & seqq. pag. 635. & sequentib.* Nouell. *regul. 11.* Paris. *consil. 71. num. 35. & sequentib. volum. 3.* Socinus iunior *consil. 188. per totum, lib. 2.* 1

Regula sit, quòd hæredum appellatiooe nedom veniant filij & descendentes, verùm etiam & extranei. Gabriel. *pag. 638. num. 1.* Viui. *pag. 59. à tergo.* Nouell. *regul. 11. num. 1.* Cephal. *consil. 9. num. 15. volum. 1.* Imol. *conclus. 16.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 1. gloss. 6. num. 26. pag 850.* Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. concl. 16. illat. 82. versic. quarto modo isti hæredes*, &c. 2

Amplia I. quòd appellatione hæredum nedum veniunt extranei, verùm etiam veniant appellatione suorum hæredum. Viui. *pag. 59. à tergo.* Gabriel. *pag. 638. num. 2.* vbi declarat hanc ampliatiooem procedere tantùm in materia ad hæredes transitoria, aliàs secùs: vide iofrà *versic. suorum, &c. num. 7.* 3

Amplia II. hoc procedere etiam in iis, quæ sunt stricti iuris, in quibus hæredum appellatione veniunt etiam hæredes extranei. Nouell. *regul. 11. num. 4.* 4

Limita hanc regulam pluribus modis. Et I. noo procedere in materia, quæ non est transitoria ad extraneos hæredes; quia tunc hæredum appellatione non venit extraneus. Gabriel. *pag. 638. num. 5.* In materia indifferenti venit extraneus, secus in differeoti. Ioseph. Ludooic. *d. conclus. 16. illat 82. vers. prædicta dixi, & versic. in materia autem differenti, & seq.* vbi eoam, quòd materia differens ea dicatur, quando oon est vniformis ratio, vt quia resultaret absurditas, iniquitas, vel impossibilitas: aut quia natura subiectæ materiæ id non paciatur; *& in vers. si autem essemus.* 5

Sublimita hanc limitationem duobus modis. 6
Et

Et I. quando verbo hæredi adiectum est pronomen, seu dictio, *Qnicunque*; quia appellatione hæredum quotuncumque venit etiam necessariò extraneus in materia non transitoria, propter generalitatem istius dictionis, *Quicunque*, &c. Paris. *consil*. 71. *n*. 42. *volum*. 3. *decis. Pedemont*. 27. *num*. 11. & faciunt infrà tradita *num*. 27. Sed super veritate huius sublimitationis, vide Gabrielium *pag*. 641. *num*. 1. *& num*. 8. Imol. *conclus*. 41. *lib*. 2. Cephal. *consil*. 58. *num*. 13. *volum*. 1. Vide de hac materia *in antecedenti quæst. num*. 8. Et in alia quæst. vbi agitur de proprietate, huius dictionis, *Quicunque*. Ioseph. *dict. conclus*. 16. *illat*. 82. *versic. fallit quotiescunque*, &c.

7 Sublimita II. quando verbo *Heredi*, adiunctum est verbum *successorum*, &c. & dictum, *Pro heredibus & successoribus*; quia tunc veniunt extranei, etiam in materia non transitoria, vt per Parisium *consil*. 71. *num*. 37. *& seqq. vol*. 3.

8 Limita II. principalem conclusionem, quando esset facta mentio de hærede alicuius viuentis: quia tunc hæredis appellatione non venit extraneus. Gabrielius *pag*. 638. *num*. 4.

9 Limita III. quòd hæredis appellatione non venit extraneus, quando hoc modo redderetur inutilis dispositio, vel impossibilis, vt per Neuizan. *consil*. 19. *num*. 8. Viui. *in commun. opin. pag*. 60.

10 Limita IV. quando resultaret aliquod absurdum: nam ad euitandam absurditatem fit interpretatio, vt hæredis appellatione non veniat extraneus. Exempla huius limitationis ponuntur per Gabrielium *pag*. 638. *num*. 8. *& seqq*. Neuizan. *consil*. 29. *n*. 5. *& seqq*. Socin. iun. *cons*. 158. *num*. 15. *vol*. 2.

11 Limita V. quando in contrarium adest testatoris voluntas coniecturata & verisimilis; quia tunc non venit extraneus hæres. Quæ sint autem istæ coniecturæ, & ex quibus colligatur talis mens testatoris, multa exempla afferuntur per Gabrielium *pag*. 638. *num*. 8. *& sequentib*. Neuizan. *consil*. 29. *num*. 5. *& sequentib*. Viui. *pag*. 60. Cephal. *cons*. 9. *num*. 15. *volum*. 1. Socin. iun. *consil*. 158. *num*. 15. *vol*. 2.

12 Limita VI. ex communi vsu loquendi, secundùm quem hæredis appellatione venit tantùm descendens, non autem extraneus. Aymon. *consil*. 38. *num*. 4. Neuizan. *cons* 29. *num*. 1. Socin. iun. *consil*. 158. *num*. 6. *volum*. 2. Gabrielium *pag*. 638. *num*. 18. *& pag*. 640. *num*. 10.

13 Limita VII. in substitutionibus, in quibus hæredis appellatione non venit nisi extraneus. Gabriel. *pag*. 639. *num*. 17. *& sequentib. & num*. 9. *& seqq*.

14 Limita VIII. quando dictum est, quòd hæreditas vadat de hærede in hæredem; quia tunc non venit extraneus. Gabriel. *pag*. 640. *num*. 20.

15 Limita IX quando dictum est de hæredibus masculis; quia tunc non venit extraneus etiam in materia transitoria ad extraneos. Gabrielius *pag*. 640. *num*. 1. vbi de communi. Viui. *pag*. 59. *à tergo*. Imol. *conclus*. 16. Paris. *consil*. 25. *num*. 21. *volum*. 3. *& consil*. 30. *num*. 11. *volum*. 2. Ioseph. Ludouic. *d. conclus*. 16. *illat* 82. *vers. fallit, quando dictum esset*.

16 Hæredis appellatione an veniat institutus in re certa. Gabriel. *pag*. 639. *num*. 18. *& pag*. 641. *num*. 19. Aymon *consil*. 186. *volum*. 1. *versic. primò quòd regula*. Cephal. *consil*. 23. *num*. 1. *volum*. 1. Imol. *conclus*. 16. *pag*. 58. Socin. iun. *consil*. 155. *num*. 10. *& seq. vol*. 2. vide quæ dicuntur in alio Repert. *verb. institutus in re certa*. Quid de instituto in legitima, vide quæ dicuntur infra *num*. 21. *& num* 28.

17 Hæredis appellatione an veniat fideicommissarius. Villalobos *litera H. num*. 24. *& seq*. Dicas, quòd latè sumpto vocabulo, fideicommissarius venit appellatione hæredis etiam ante restitutionem sibi factam, per Menoch. *in l. finali, num*. 173. *C. de edict. diu. Adrian*. proprie autem non venit, *ibid. num*. 184. Et idem quod Menochius, tradit Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. in conclus*. 16. *illat*. 81. *versic. sexto modo dicitur quis hæres*. Quid autem de substituto, vide infrà *num*. 22.

18 Hæredis appellatione an veniat fœmina. Bero. *quæst*. 18. Paris. *consil*. 71. *num*. 46. *& seqq. volum*. 3. Bello. *consil*. 81. vide suprà *in anteced. quæst. num*. 4. & infrà *num. vlt*. 29.

19 Hæredis appellatione venit hæres, qui adiuit, & non alius. Roland. *consil*. 59. *num*. 16. *& sequentibus*, *volum*. 3. Faciunt in simili infra tradita de successore, *in vers. succedere*, &c. *num*. 19. Benincas. *de paupert. pag*. 207. *num*. 22. Roland. *consil*. 73. *num*. 17. *& seq. volum*. 2. *& consil*. 58. *num*. 52. *volum*. 3.

20 Hæredis appellatione an veniat hæres hæredis. Cephal. *consil*. 43. *num*. 8. *volum*. 1. *decis. Bononien*. 98. *num*. 9. Æmilian. *cons*. 9. *num*. 9. *&* 10. Cotta *pag*. 173. *& seq*. vbi limitat. Paris. *consil*. 43. *num*. 37. *& seqq. cart*. 78. *volum*. 1. vide suprà *quæst*. 1. *num*. 14. Adde Menoch. *in l. finali*, *num*. 142. *C. de edict. Diu. Adr. tollen*. vbi dicit, quòd hæres hæredis propriè, dicitur hæres testatoris. Faciunt ad hæc dicta superiùs *q*. 1. *num*. 14. adde etiam Rolandum *consil*. 70. *num*. 39. *volum*. 3. vbi quòd hæredis appellatione veniunt omnes vsque in infinitum. Adde Alpha. *in collect*. 496. vbi quòd appellatio hæredis in materia non transmissibili ad hæredes, verificatur solùm in persona primi hæredis. Adde Tiraquellum *de retract. conuention*. §. 1. *gloss* 6. *num*. 20. *& seqq. pag*. 847. vbi quòd hæredis appellatione propriè, ac etiam in materia strictè interpretanda, venit hæres hæredis: licèt contrarium tenuerint multi ibidem relati *num*. 17. *& sequentibus*.

Limita quando verbum *hæres* exprimitur cum pronomine, *Ipse*; quia tunc non venit hæres hæredis, vt per Cephal. *consil*. 43. *num* 18. *volum*. 1. Ad hanc materiam, vide omnino ampliantem & limitantem Iosephum Ludouicum *in communib. opinionib. lib*. 1. *conclus*. 16. *in* 44. *illatione, ampliat*. 4. *versic. ampliatur* 4. *& plurib. sequentib. &* 82. *illat. in versic. primo modo capitur, & vers. quarto modo isti hæredes*. Hercul. *de caut. cap* 40. *num*. 13. *& sequentib*. vbi quòd hæredis appellatione non venit hæres hæredis in tribus casibus. Primò in pœnalibus Secundò in materia non transitoria ad hæredes. Tertiò, vbi aliquid traditur pro forma, vel propriè intelligendum.

21 Hæredis appellatione venit filius institutus in legitima. Menoch. *in l. final. num*. 164. *C. de edict. Diu. Adrian*. faciunt dicta superiùs *num*. 16.

22 Hæredis appellatione propriè etiam venit substitutus. Menoch. *in l. finali, num*. 210. *C. de edict. Diu. Adrian. tollen*. Et faciunt dicta superiùs *num*. 17.

23 Hæredis appellatione an veniat bonorum possessor, latè disputatur per Menoch. *in dict. l. finali*, *num*. 328. *vsque ad* 337. *C. de edict. D. Adrian. tollend*. Ioseph. Ludouic. *d. conclus*. 16. *illat*. 82. *vers. sexto modo*, &c.

24 Hæredis appellatione venit etiam hæres sub conditione. Menoch. *in d. l. final. num*. 306. *C. de edict. D. Adrian. tollendo* &c.

25 Hæredis nomen latum & generale est. Et vltra id quod primò capitur pro hærede iuris succedente in vniuersum ius defuncti. Aliquando tamen secundùm subiectam materiam confunduntur inter se hæc verba, *hæredes, filij, descendentes, liberi, domini*,

&

& similes, vt per Iosephum Ludouicum *in communib. opinionib. lib.* 1. *conclus.* 16. *illat.* 81. *versic. prædicta dixi*, *& seq. & versic. secundo modo nomen hæres*, *& vers. tertio modo capitur istud nomen hæres pro hæredibus sanguinis.*

26 Hæredis appellatione veniunt omnes hæredes, tam ex testamento, quàm ab intestato. Ioseph. Ludouic. *dict. conclus.* 16. *illatione* 81. *vers. & appellatione hæredum*, &c.

27 Hæredis appellatione venit etiam aliquando legatarius: sed hoc intellige impropriè, non autem propriè. Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 16. *in illat.* 82. *versic. sexto modo*, &c. Sed quando est adiecta dictio vniuersalis, *Quicunque*, tunc venit etiam hæres improprius, & sic legatarius. Roland. *consil.* 54. *num.* 37. *& seqq. volum.* 3. Ad quod faciunt etiam suprà tradita *num.* 6.

28 Ad ea quæ suprà dixi *num.* 16. adde quòd hæredum & successorum appellatione regulariter, verè, & propriè non venit hæres, seu successor particularis, ac institutus in re certa. Rolandus *consil.* 53. *num.* 8. *& seqq. volum.* 3. Limita nisi verbum *hæres* adiungatur dispositioni de sui natura ad quoscunque hæredes transmissibili; quia tunc comprehenditur & institutus in re certa, *ibid. num.* 18. pro regula adde Menochium *in l. finali*, *num.* 136. *C. de edict. D. Adrian. tollend.*

29 Ad ea quæ suprà dixi, *num.* 18. videlicet, an hæredis appellatione veniat fœmina, adde Iosephum Ludouicum *in communib. opinionib. conclus.* 16. *illatione* 82. *versic. & appellatione hæredum*, vbi quòd veniunt etiam fœminæ, nisi extet statutum exclusiuum fœminarum propter masculos. Vide etiam suprà *num.* 19. *&* 20. *in antecedenti quæst.* vbi loquuti fuimus in materia emphyteosis, & *ibid.* declaratur materia. Quòd autem regulariter veniant etiam fœminæ hæredis nomine & appellatione, tradit Rolandus *consil.* 58. *num.* 27. *volum.* 3.

QVÆSTIO XIV.

Agnatorum, Cognatorum, Propinquorum, Consanguineorum, Coniunctorum, Affinium, Attinentium, Posterorum, & similium appellatione quinam veniant. Necnon de significatione Cippi, prolis, stirpis, familiæ, & similium. Et de spurijs aliqua non inincunda in materia traduntur.

1 SÆPISSIME in vltimarum voluntatum controuersiis de suprædictorum verborum significatione disputari contingit: ideò non immeritò modò nos in hac 14. quæstione de illis agendo, in plura capita eorum cognitionem distinguendo trademus.

CAPVT I.

Agnati.

SVMMARIVM.

1. *Agnatorum apppellatione quinam veniant.*
2. *& an veniat nepos ex sorore.*
4. *& an mater.*
5. *& an fœmina, & num.* 6.

PRimum caput nostræ quæstionis de Agnatorum appellatione tractabit. Agnatorum igitur appellatione quinam veniant, videas generaliter de hac materia per Firman. *in Repert. verb. agnatus, pag.* 62. 1

Et quòd agnatorum appellatione non veniat nepos ex sorore, ponit Cotta *in suo memoral. pag.* 19. 3

Item quòd agnatorum appellatione non veniat mater, licèt ea sit principium agnationis, habetur per Cephal. *consil.* 63. *num.* 64. 4

Et generaliter, an agnatorum appellatione veniat fœmina: vel sic, an fœmina dicatur de agnatione, vide per Parisium *consil.* 47. *num.* 67. 70. *&* 71. *vol.* 3. Neuizan. *consil.* 32. *num.* 2. Alexand. *consil.* 63. *&* 106. vbi etiam loquitur de fœmina nupta. Cephal. *consil.* 53. *num.* 73. *& seqq. & consil.* 134. *num.* 41. *vol.* 1. & faciunt ad hæc infrà dicenda in hac eadem quæstione, *cap.... num....* Super hac tota materia, vide omnino Marzarium *de fideicommiss. quæst.* 43. & in simili infrà *cap.* 5. *huius quæstionis*, *num.* 12. Cephal. *consil.* 134. *num.* 9. *& sequentib. num.* 40. *& sequentib.* vide etiam omnino infra *quæst.* 19. *per totam*, præsertim *num.* 7. *&* 10. vbi quando masculinum concipiat foemininum. 5

Et particulariter, an agnatorum appellatione veniat fœmina, quando extat statutum, per quod fœminæ excluduntur propter masculos. Dic quòd tunc fœminæ, licèt alias venirent, eo casu non venirent. Ita dicit Cephal. *in consil.* 134. *num.* 14. *& sequentib. volum.* 1. & Neuizan. *consil.* 32. *num.* 8. Sed hoc declara, vt per eundem Cephal. *in d. consil.* 134. *num.* 51. *& sequenti.* 6

CAPVT II.

Propinqui.

SVMMARIVM.

1. *Propinqui dicuntur omnes sanguine coniuncti.*
2. *Propinqui & consanguinei idem sunt.*
3. *Propinquorum appellatione venit fœmina.*
4. *Non venit vxor.*
5. *Non mater.*
6. *Nec ascendentes.*
7. *Nec descendentes.*
8. *Proximi qui dicantur.*
9. *Proximorum appellatione an veniat fœmina, & num.* 10. 11. 12.

SEcundum quæstionis caput de Propinquorum appellatione tractabit, sicut & proximorum. In quo scias, quòd propinquorum appellatio generalis est, refertur que ad omnes sanguine coniunctos tam ex linea materna, quàm paterna. Cephal. *consil.* 53. *num.* 50. *& seq.* Placa *cap.* 39. *pag.* 653. *num.* 9. *&* 10. Tiraquell. *de retract. pag.* 129. *num.* 8. *& seqq.* vbi etiam quòd omnes, qui de iure ciuili ad successionem vocantur, communiter propinqui nominentur. 1

Et hinc est, quòd propinquorum significatio dicitur eadem, quòd consanguineorum: quia in substantia idem est dicere consanguineum, ac propinquum. Cephal. *consil.* 53. *num.* 60. 2

Hinc similiter est, quòd propinquorum appellatione continentur tam masculi, quàm fœminæ. Cephal. *consil.* 53. *n.* 91. Tiraq. *de retract. pag.* 191. *n.* 199. 3

Licèt

4 Licèt autem propinquorum appellatio illa sit ita generalis: multi tamen non comprehendentur sub ea. Et in primis vxor, verè & propriè loquendo, non dicitur propinqua, licet possit dici coniuncta. Cephal. consil. 53. num. 59. & seq.

5 Item propinquorum appellatione propriè non continetur mater. Cephal. consil. 53. num. 49. & pluribus sequentib. Et ratio est, quia illa dicitur de ascendentibus; & sic habet suam particularem, & specialem lineam: ideo sub propinquorum significatione propriè non continetur, vt ibi per eum.

6 Et ex hoc similiter infertur, quòd pater, aliusve ascendens sub propinquorum appellatione non venit: vt per Cephalum d. consil. 53. num. 65. & 71.

7 Et sicut propinquorum appellatione non veniunt ascendentes; ita etiam nec veniunt descendentes: vt ibid. per Cephalum d. consil. 53. num. 65.

8 Proximorum appellatione quinam veniant, & qui proximi dicantur, vide per Tiraquellum de retract. pag. 131. num. 15. & sequenti; vbi quòd veniunt omnes quoquo modo sanguine coniuncti, siue etiam amicitia: nisi dicatur proximi genere; quia tunc non veniunt, nisi sanguine coniuncti, vt ibi per eum, vbi etiam hoc declarat Placa cap. 39. pag. 652. & sequenti, vbi qui propriè dicantur proximi.

9 Proximorum appellatione veniunt nedum masculi, verùm etiam & fœminæ, vt per eumdem Tiraquell. de retract. pag. 192. num. 201.

10 Et quia dici solet, quòd proximus is est, quem nemo antecedit, l. 2. §. hæreditas, & §. legitima, ff. de suis & legit. hæred. ideo dubitatur, an idem sit proximus & proximior: & consequenter, an ille, qui est sanguine alicui coniunctus longinquo gradu, habetque ante se alium, qui eidem similiter est coniunctus in propinquiori gradu, dici possit & proximus, vide super his Tiraquellum de retract. pag. 499. num. 1. & sequentib. Et quomodo probetur quem esse alicui proximiorem, vide infrà quæst. 50. & ibi tradita ponas hîc.

11 Et ad hoc, vt quis dicatur proximior, quod tempus spectandum sit, videas per eumdem Tiraquell. de retract. pag. 161. num. 100. & seqq. & num. 95.

12 Et proximiorum appellatione in fideicommissis, an veniant proximiores testatoris, vel grauati: dixi infrà versic. fideicommissum, num. 10. in fragmentis. Et in emphyteosi an veniant proximores primi iouestiti, an verò vltimi morientis, dixi suprà q. 12. n. 23.

CAPVT III.

Consanguinei.

SVMMARIVM.

1. Consanguineorum appellatione quinam veniant de iure ciuili.
2. & quid de iure Canonico.
3. & quid ex communi vsu loquendi.
4. Consanguinei & propinqui idem sunt.
5. Consanguineorum appellatione venit etiam fœmina.
5. Consanguinitas non extenditur vltra decimum gradum
7. Consanguineorum appellatione non venit mater, nec vxor, nec adoptiuus, & num. 8. 9.

1 IN tertio nostræ quæstionis capite, vbi de consanguineorum significatione tractabitur, dicunt Doctores, quòd de iure ciuili, consanguioeorum appellatione non veniunt coniuncti per lineam maternam; sed tantùm coniuncti per lineam paternam; vt in consil. criminali 151. num. 8. in consil. 155. num. 4. tom. 1. in fol. Sed vide Placam cap. 39. pag. 654. num. 12. vbi videtur tenere, quòd immò de iure ciuili sub consanguineorum nomine omnes quoquomodo sanguine coniuncti continentur. Virgil. Boccac. in constit. March. gloss. 3. num. 87. & 88. vbi quòd consanguinei dicuntur, qui ex eodem sanguine nati sunt, vt putà fratres ex eodem patre, licèt ex diuersa matre nati. Cæteri verò agnati de iure ciuili coosanguinei non dicuntur. Idem dixit Tiraquell. de retract. §. 1. gloss. 9. num. 4. Vide in hac materia Alexandr. cons. 81. lib. 1. Franc. Curt. iun. consil. 176. num. 3. & sequentib. Doctores omnes in l. cùm quidam, §. quod dicitur, ff. de acquir. hæred. Corn. consil. 40. num. 17. vbi loquitur in cautione de non offendendo. Vide Crescent. decis. 4. de constitut.

Sed quicquid sit de iure ciuili, de iure Canonico absolutum est, sub appellatione consanguineorum omnes & agnatos & cognatos contineri. Crescent. decis. 4. de constitut. Tiraquell. de retract. §. 1. gloss. 9. num. 4. versic. sed intelligo. Vide in consil. crimin. 151. num. 7. Placa cap. 39. num. 11. pag. 654. Tiraquell. de retract. pag. 128. num. 4. & seqq. Virgilius Boccacius d. gloss. 3. num. 90. 2

Et idem dicitur de communi vsu loquendi, secundùm quem omnes quomodolibet coniuncti, siue ex materna, siue ex paterna linea, consanguinei dicuntur; vt consil. criminal. 151. numer. 7. Placa cap. 39. num. 11. pag. 654. Tiraq. de retract. pag. 128. num. 5. Sed vide Villalobos in communib. opinionib. litera C. num. 62. vbi dicit, quòd iste communis vsus loquendi, debet in casu nostro plenè probari. Pro primo dicto vide Virgil. Boccacium d. gloss. 3. num. 90. & adde Crescentium decis. 4. de constitut. 3

Et consanguineorum hæc appellatio concurrit cum significatione propinquorum, quia in substantia idem est dicere consanguineum quod propinquum, & è contra, vt diximus in superiori cap. num. 2. ad quod me remitto, Tiraquell. de retract. §. 1. gloss. 9. num. 8. & num. 9. 4

Consanguineorumque appellatione nedum veniunt masculi, sed etiam fœminæ, vt per Tiraquell. de retract. in pag. 192. num. 200. 5

Et licèt ampla sit consanguineorum appellatio; non tamen extenditur ad consanguineos vltra decimum gradum, quia isti propriè dicuntur consanguinei, & non alij; vt per Tiraquellum de retract. pag. 135. num. 14. Sed iure canonico vsque ad septimum. Boccac. d. num. 90. 6

Item consanguineorum appellatione non veniet mater. Cephal. consil. 53. num. 58. volum. 1. Virgil. Boccac. d. gloss. 3. num. 89. vbi quòd strictè & propriè consanguineorum appellatione non venit mater, nec auia; licèt secus sit de ipso communi vsu loquendi. 7

Item nec vxor. Idem Cephal. d. consil. 53. num. 60. volum. 1. 8

Consanguineorum appellatione non veniunt adoptiui, quia non sunt ex eodem sanguine nati. Virgil. Boccac. d. gloss. 3. num. 89. 9

CAPVT IV.

Coniuncti.

SVMMARIVM.

1. Coniunctorum appellatione qui veniant.
2. & an veniat mater.

3. *& an vxor.*
4. *& an fœmina.*
5. *& an coniuncti coniunctione spirituali.*

1 QVartum quæstionis caput continebit coniunctorum significationem. Et dic quòd ista coniunctorum appellatio generalis est; & ideo similitet continet omnes quoquo modo sanguine coniunctos, & de iure successibiles, siue agnatos, siue cognatos, siue affines. Firman. *in Repert. verb. coniuncta persona, num.71.*

2 Et ideo coniunctorum appellatione venit mater. Cephal. *consil.53. num.61. & 62. vol 1.*

3 Item coniunctorum appellatione venir vxor. Cephal. *consil.53. num.61. & 62. volum. 1.* Firman. *in Repert. verb. coniuncta persona, num. 71.* vbi etiam idem attestatur de viro.

4 Item coniunctorum appellatione veniont fœminæ. Tiraquell. *de retract. pag.191. num. 198.*

5 An autem coniunctorum appellatione veniat conionctio spiritualis, vide pet Firman. *in Repert. verb coniuncta persona, num.71. & 72.* & faciunt dicta infrà *quæst.16. num.5. cap.2.*

CAPVT V.

Cognati.

SVMMARIVM.

1. *Cognatorum appellatione qui veniant; & n.2.*
3. *& an fœmina veniat appellatione cognatorum.*
4. *& an mater.*
5. *Necessarij qui dicantur.*
6. *Posterorum appellatione an veniant fœmina.*
7. *Parentum appellatione veniunt omnes ascendentes, & num.8. 9.*
10. *Affines qui dicantur.*
11. *Descendentium appellatione veniunt omnes in infinitum.*
12. *& an veniat fœmina.*
13. *Transuersalium appellatione qui veniant.*

1 IN hoc quinto nostræ quæstionis capite, in quo mixtim de teliquis conionctorum qualitatibus, & generibus agemus, de multis dubitari contingit. Et inprimis quæto, Cognatorum appellatione quinam veniant. In quo conclusiuè respondeas, quòd licèt dici soleat cognationis nomen referri ad coniunctos ex linea materna, ad differentiam agnationis, quæ ad paternam tefertot: vt est textus, & *ibi* gloss & Doctores *in princip. & in §. 1. Instit. de legitim. agnat tutel.* cum aliis allegatis per Firman. *in Repert. in verb. Agnatio, num.1. 2. & 3.*

2 Nihilominus referri etiam ad omnes quoquo modo sanguine coniunctos, siue ex paterna, siue ex materna linea attingant, text. est clatus *in princip. & in §.1. Instit. de gradibus cognat.* cum aliis quamplurimis iuribus per Tiraquellom addoctis *in tract. de retract. pag. 30. num.11. & 12.*

3 Cognatorumque appellatione nedum venit cognatus masculus, verùm etiam & cognata fœmina, vt per eumdem Tiraq. *de retract. pag 192. num.201.*

4 Matrem autem non contineri cognatorum appellatione, tenuit Cephal. *consil.53. num.64 volum.1.* quod mihi videtur expresse contra textum *in princ. Institut. de gradib. cognat.*

5 Necessarij qui dicantur, vide per Tiraqnell. *de retract. pag.131. num.13.* *Necessarij.*

Posterotum appellatione veniunt nedum masculi, sed etiam fœminæ; quia & illæ dicuntur de posteritate: vt per Tiraquellum *de retract. pag. 191. num.202. & pag 208. num. 239.* Supet qua materia vide Cottam *in memoral. pag.399.* Cephal. *consil. 134. num.14. & seqq. 51. & seq.* Gozadin. *consil.45.* in discursu. Foland. *consil.76. num.12. vol. 3.* vbi quòd quando istud verbum *posteri*, &c. est prolatum à fœmina, tunc veniunt etiam descendentes ex fœmina. 6 *Posteri.*

Parentum appellatione licèt veniant omnes ascendentes vtriusque sexus, & ad hos hæc parentum significatio tefetatut, vt pet Tiraquell. *de retract. pag. 101. num.1.* aliàs *46. gloss.8.* 7 *Parentes.*

Nihilominus parentum appellatio & ad omnes quoquo modo sanguine coniunctos referri potest: prout etiam nos, vulgariter loquendo, vocamus, *li parenti.* Allegantur ad hoc iura tam ciuilia, quàm Canonica, pet Tiraquell. *de retract. dict. pag. 101. num.2. & seqq.* vbi etiam remissiue ponit nonnulla de significatione huius verbi *Parentela*: de qua vide infrà *cap.7. num.7.* 8 *Parentela.*

Attinentes autem qui dicantur, & quinam veniant appellatione attinentium, vide per Cottam *in memoral. pag. 63. al. 50. consil. 23. numer. 17. cart.60. & consil.49. num.10. 20. & seq. cart. 107. vol.2. & consil.23. num.18 cart.60. in eod. vol.* 9 *Attinentes.*

Affines licèt propriè dicantur viri & vxoris cognati: nihilominus in iure aliquando diuersimodè capiuntur, vt per Tiraquellum *de retract. pag. 333. num. 18.* & per Placam *cap. 40. pag. 672. & seq.* Ad materiam vide Virgilium Boccacium *in constitutionib. March. gloss.3. num. 112.* 10 *Affines.*

Descendentium appellatione veniunt omnes vsque in infinitum. Natta *consil.53. num. 24. volum.3.* Cephal. *consil.137. num.29.* Rolandus *in consil.59. in princip. volum.3.* 11 *Descendentes.*

Descendentium appellatione veniunt etiam fœminæ. Roland. *consil.58. num.24. volum.3.* vbi declarat, nisi aliud subiecta materia indicet. Cephal. *consil. 133. num.7. volum.1.* Declara vt *in consil.134. n.14. & seqq. & num.5. eodem volum. 2.* vide suprà *quæst.12. num. 19. & 20.* vbi quid in materia emphyteosis; & declaratur materia. Et quid in fideicommissis. Cephal. *consil.134. num.9. & sequentib. num. 40. & seqq.* & in simili suprà tradita *hac eadem quæst. cap.1. num.5.* & omnino infra *quæst.19. per tot.* præsertim *n.7. & 10.* vbi quando masculinum concipiat fœmininum. 12

Transuersalium appellatione quinam veniant. Hercul. *in tract. de caut. de non offendend. cap. 52. in discursu.* 13

CAPVT VI.

Spurij.

SVMMARIVM.

1. *Spurij an dicantur de agnatione.*
2. *An de rasata, & seqq & num.8. & seqq.*
6. *& quid de spurijs legitimatis.*
7. *Spurij an veniant appellatione filiorum.*
8. *An appellatione consanguineorum.*
9. *Non veniant appellatione affinium.*
10. *Non appellatione cognatorum.*
11. *Non appellatione illorum de domus.*
12. *Non appellatione attinentium.*
13. *Spurius quibus dicatur agnatus.*
14. *Non veniunt appellatione agnatorum, & aliorum.*
15. *Nec in generali dispositione.*

1 Sextum quæstionis caput materiam spuriorum continebit, an scilicet illi veniant appellatione coniunctorum, consanguineorum, & aliorum suprà nominatorum: in quo sigillatim procedendo, si vis scire, an spurij veniant appellatione agnatorum, & sic, an dicantur de agnatione, vide Cottam *pag.* 75. *in medio, & pag.* 76. *in princip.* Nicol. de Vbald. *de successione ab intestat. pag.* 176. *num.* 32. *& sequentib.* Placa *cap.* 41. *pag.* 695. Titaquell. *de retract. pag.* 115. *num.* 6. Hercul. *de caut. cap.* 32. vbi quòd agnatorum appellatione non veniunt spurij. Et idem Lamberten. *de contractib. gloss.* 19. *num.* 1. vide quoque ea, quæ dicuntur infrà *num.* 13. *& sequenti.*

2 Spurij an veniant appellatione illorum de casata, vide Cottam, Nicol. de Vbald. & Placam suprà *in n.* 1. allegatos. Quibus adde Tiraq. *de retract. pag.* 112. *num.* 4. Hercul. *de caut. cap.* 32. vbi quòd spurij non veniunt appellatione casatæ. Vide Lambertenum *d. num.* 1. & infrà *num.* 11.

3 Spurij an dicantur de parentela, vide Cottam, Nicol. de Vbald. & Plac. suprà *in num.* 1. allegatos, & Tiraquell. *in proximè præcedenti num.* 2. citatum. Quibus adde Lambertenum *d. gloss.* 19. *num.* 1. & dic quòd non.

4 Spurij an dicantur de familia, vide Cephal. *consil.* 88. *n.* 23. *& seq. vol.* 1. Tiraquell. *de retract. pag.* 113. *num.* 6. Hercul. *de caut. cap.* 32. vbi quòd non dicuntur de familia. Lambert. *vbi suprà.*

5 Spurij an veniant appellatione coniunctorum, vide Duennam *regul.* 36. *num.* 8. Blanc. *de compromiss. pag.* 87. *vers. propterea tales spurij*, &c. *& versic. quod spurij non veniant*, &c. *& pag* 88. *num.* 15. *& pag.* 79. *quæst.* 3. *num.* 7. Roland. *consil.* 83. *num.* 10. *volum.* 3. Hercul. *de caut. cap.* 32. vbi quòd non veniunt appellatione coniunctorum.

6 Sed quid de spuriis legitimatis, an isti veniant appellatione agnatorum, vide Villalob. *lit. S. num.* 121. *& sequentibus.* Blanc. *de compromiss. pag.* 72. *à tergo, num.* 3. *per totum*, vbi latè faciunt dicta superiùs *in quæst.* 10 *n.* 1. *& sequenti*, vbi tractatur, an spurij legitimati dicantur propriè legitimi. Adde Rolandum *consil.* 67. *num.* 24. *& seq. vol.* 3. vbi secundùm communem concludit, quòd legitimati dicuntur de agnatione: & quòd coniunctorum appellatione non veniant legitimati, ponit idem Roland. *cons.* 83. *num.* 10. *vol.* 3. Lamberten. *de contractib. gloss.* 19. *num.* 4. 6. 9. vbi refutatis contrariis dicit communiorem esse opinionem, quòd legitimatus etiam per rescriptum efficitur agnatus, & iura agnationis consequitur. Et hæc conclusio quoad partem, quòd scilicet patri dicatur agnatus, ab omnibus tenetur, vt *ibi num.* 10. Sed an dicatur agnatus quoad alios agnatos, & hîc Doctores videntur dubitare; quia quòd non dicatur aliis agnatis agnatus, tenent multi *ibidem num.* 12. nisi in legitimatione id fuerit expressum. Et ad hoc faciunt, quæ infrà dixi de successione superiorum aliis agnatis, *quæst.* 15. *num.* 37.

7 Spurij an veniant appellatione filiorum, vide infrà *quæst.* 16. *cap.* 2. *num.* 3. Et quid si sint legitimati, vide *ibidem num.* 9. *& quæst.* 10. *cap.* 1. *per totum*, & quæ dicuntur infrà *num.* 15.

8 Spurij an veniant appellatione consanguineorum, Hercul. *de caut. de non offenden. sub cap.* 32. Lamberten. *dicta gloss.* 19. *sub num.* 1.

9 Spurij non veniunt appellatione affinium. Hercul. *de caut. de non offen. sub cap.* 32. contra Lambert. *d. gloss.* 19. *num.* 2.

10 Spurij non veniunt appellatione cognatorum. Hercul. *de caut. de non offenden. sub cap.* 32.

Spurij non veniunt appellatione illorum de domo. Hercul. *de caut. de non offenden. sub d. cap.* 32. vide suprà *num.* 2. Lamberten. *d. num.* 1. 11

Spurij non veniunt appellatione attinentium. Hercul. *de caut. de non offenden. sub d. cap.* 32. 12

Spurius licèt non dicatur aliis agnatis, sibi tamen ipsi, & aliis spuriis fratribus, ac etiam matri dicitur agnatus, vt per Lamberten. *de contractib. gloss.* 19. *sub num.* 1. 13

Spurij etiam quòd naturales sint, non veniunt appellatione agnatorum, & aliorum, de quibus suprà. Lamberten. *d. gloss.* 19. *sub d. num.* 1. 14

Spurij non veniunt in generali dispositione, quando lex vtitur verbis iuris, vt puta agnati, cognati, & similia, de quibus suprà: secùs si vtatur verbis naturæ, purà parentes, vel filij, vt dixi infrà *quæst.* 16. *cap.* 2. *num.* 3. Ita generaliter in materia distinguit Lamberten. *de contractib. d. gloss.* 19 *sub num.* 1 vbi concordantes allegat. Et hæc dictio comprehendit omnes suprascriptos versiculos. 15

Caput VII.

De cippo, prole, stirpe, familia, &c.

Summarium.

1. *Cippi appellatione quæ personæ veniant.*
2. *De domo qui dicantur.*
3. *De familia qui.*
4. *De stirpe an dicatur fœmina.*
5. *& an de prole.*
6. *& an de genere, seu generatione.*
7. *De parentela qui.*

Deueniendo ad septimum caput nostræ quæstionis, in quo de significatione cippi, prolis, stirpis, familiæ, generationis & similium agendum proposuimus. Primò quæro, an fœmina veniat appellatione cippi, & cippi appellatione quæ personæ veniant. Super hac materia vide Curneum *consil.* 55. *po. num.* 6. *& 7. volum.* 1. *& consil.* 224. *num.* 5. *in fine, & num.* 10. *versic. & ideò, volum.* 2. *& consil.* 41. *num.* 7. *volum.* 4. vbi etiam de præsumpta mente testatoris. Curt. iun. *consil.* 172. Socin. iun. *consil.* 1. *num.* 58. *lib.* 1. Paris. *consil.* 35. *per totum, volum.* 3. *& consil.* 47. *num.* 10. 13. 14. 50. 57. & ferè per totum eodem volum. Laurent. de Palat *super statut. fœmin.* &c. *pag.* 283. *num.* 201. *in Repert. Consiliorum Cornei & Parisij.* Idem Paris. *consil.* 20. *cart.* 38. *volum.* 1. *& consil.* 54. *num.* 29. *& 32. cart.* 69. *volum.* 3. Cephal. *consil.* 53. *num.* 48. *& 86. volum.* 1. Marzar. *de fideicommiss. quæst.* 43. vbi quòd fœmina non dicitur esse de cippo. 1 *De cippo.*

De domo autem qui dicantur, vide Paris. *d. consil.* 20. *& d. consil.* 53. *num.* 29. *&* 32. Gozad. *consil.* 45. *num.* 9. & Cephal. *d. consil.* 53. *num.* 84. *&* 86. vide Tiraquel. *de retract. pag.* 190. *num.* 193. vbi quòd domus significatio dicitur eadem, quod familiæ. Et in his locis habetur etiam, an fœmina dicatur esse de domo, &c. & an illius appellatione veniat: super quo videas etiam per Marzarium *de fideicommiss. quæst.* 43. vide etiam Albertum *in suo Dictionario, in verb. Domus appellatione*, in addit. Doct. & præsertim Ign. *in l.* 1. *in princip. num.* 60. *& sequentib. ff. ad Syllan.* 2 *De domo.*

De familia autem an fœmina dicatur, & qui alij de familia nominentur, vide Paris. *d. consil.* 20. *& d. cons.* 53. Cephal. *d. cons.* 53 *num.* 94 *&* 86. Villalob. *litera F. n.* 42. Couarru. *variar. resolut. pag.* 770. *al.* 370. *num.* 4. 3 *De familia.*

num.4. & 5. Tiraquell. *de retract. pag.190. num.* 193. 194. *& num.*234. Marzat. *de fideicommiss. quaest.*43.

De stirpe.

4 De stirpe an dicatur fœmina, & qui alij. Cephal. *cons.46.n.45.vol.1.* Cephal. *d.cons.53.n.84. &* 86. *vol.1.*

De prole.

5 De prole autem an fœmina dicatur, & qui alij veniant appellatione prolis, Gozadin. *d. consil.* 45. Nouell. *regul.* 146.

De generatione.

6 De genere, seu de generatione, an dicatur fœmina: & qui alij veniant sub generationis appellatione, vide per Gozadinum *d.consil.*45. & Tiraquellum *de retract pag.*191. 196. *&* 236.

De parentela.

7 De parentela qui dicantur, dixi aliquid suprà *hac eadem quaest. cap. 5. num.* 8. Adde Lambetten. *de contractib. gloss. 17. per totam*, vbi ponit nonnullas particulares personas, quæ dicantur esse, vel non esse de parentela. Et *ibid. num.* 1. generaliter dicit, quòd parentela significat idem, quòd agnatio, & familia.

QVÆSTIO XV.

De spuriorum successione.

SVMMARIVM.

1. *Spuriorum successionis materia generaliter.*
2. *Regula sit, quòd spurij de bonis patris nihil capere possunt, nec ex testamento, nec ab intestato.*
3. *& quae sit ratio.*
4. *Amplia, vt procedat regula etiam de iure diuino.*
5. *Amplia, vt nec succedat agnatis ex parte patris.*
6. *Amplia, vt nec inter viuos possit capere.*
   Donare an possit pater filio spurio, ibidem.
7. *Statutū, quòd spurio relinqui possit a patre, non valet.*
8. *Amplia supradictam regulam, vt nec executores possint distribuere bona spurio filio testatoris pauperi.*
9. *Amplia etiam in filio spurio putatiuo.*
10. *Amplia, vt illud, quod à spurijs defertur, defertur proximioribus & substitutis, non autem fisco, & n.46.*
11. *Amplia regulam etiam procedere de iure Canonico.*
12. *Amplia vt institutio dicatur nulla ipso iure.*
13. *Amplia, vt nec possit substitui.*
14. *Amplia etiam in patre volente succedere filio spurio.*
15. *Amplia, vt spurius nunquam praescribat hereditatem patris.*
16. *Limita in successione matris.*
17. *Limita in nepote ex filio spurio.*
18. *Limita in nato ex soluto cum soluta.*
19. *Limita, quando instituitur cum onere fideicommissi.*
20. *Limita, quando post institutionem legitimatur.*
21. *Limita si instituatur cum conditione, si legitimabitur.*
22. *Limita in legato conditionali, si ingrediatur Monasterium.*
23. *Limita in spurijs Principum.*
24. *Limita in vxore filij spurij.*
25. *Limita in alimentis legatis, & num.45.*
26. *Immò vltra alimēta potest succedere in duabus vncijs.*
27. *& ista alimenta debent purè relinqui.*
28. *Etiam quòd filius habeat vnde se alat.*
29. *Sed fallit, quando alimenta essent excessiua.*
30. *& quando dicantur excessiua.*
31. *& an reuertantur ad heredes testatoris, vel spurij.*
32. *Limita regulam principalem in legato dotis, & n.33. & seqq. & num.47.*
35. *Intellige, nisi dos sit nimis excessiua.*
36. *Spurij quomodo inter se succedant.*
37. *Legitimatus quomodo succedat tam ex testamento, quàm ab intestato.*
38. *Cautela vt filius instituatur spurius, & seqq. & n.45.*
39. *Quid si spurius, quando instituitur, nominatur in filium adoptiuum.*
40. *Quid si testator nominat eum, non vti filium suum, sed matris.*
41. *Donatio facta filio spurio ab eo, cui pater spurij priùs donauerat, an valeat.*
42. *& quid si instituatur ab eo, quem priùs pater spurij instituerat.*
43. *Bulla Leonis Papae X in materia.*
   Spurius potest institui à fratre suo. num 36.
44. *Spurius an possit institui à patruo, & alijs praeter parentes.*
45. *Legatum factum spurio quoad alimenta, valet etiam quòd legetur proprietas.*
46. *Hereditas spurio relicta sub fraude, defertur fisco: spurius tamen semper habebit alimenta.*
   Sed cui fisco defertur, ibidem.
47. *Dos non potest legari spuriae, quando aliunde habet vnde dotetur.*



N materia huius quæstionis generaliter vltra infrà dicenda, videas Nicolaum de Vbaldis *in tract. success. ab intestat. pag.176. num.31. vsque ad num.52.* vbi latè & distinctè. Cephal. *consil.48. volum.1. per totum.* Socin. *reg.*285. Cotta *pag.*524. *&* 529. Cagnol. *in l. si qua illustris. C. ad Senatusconsult. Orfician. pag.*93. Decius *cons.576.n.3. & cons.150.272.311.462 &* 611. Afflict. *decis.*195. 196. 386. 399. *&* 203. Aym. *cons.219. n.7. & seq. & cons.200 n.3. & seq.* Cotta *pag.779 & seqq.* Curset. *singul. pag.20. verb. spurius*, omninò Couar. *de matr. pag.166. n.9. & seqq. & cart.168. n.3. & seqq* vbi latissimè de materia. Villalob. *litera F.n.122. & seqq.* Corr. *pag.*75. Nouell. *reg.*136. Ad hos semper recurras, quia ibi inuenies totam materiam praeter infrascripta. Et omninò ad Peregrinum post hæc scripta habitum *de iur. fisc. lib.3. cap.18. per totum*, vbi latissimè. 1

Regula sit, quòd spurij nec ex testamento, nec ab intestato possunt aliquid capere de bonis patris. 2 Ista regula ponitur per Placam *cap.41. pag.*705 Neuiz. *consil.34. num.1. &* 2. Duen. *regul.345. num.3. & regul.166. in princ.* Roland. *consil.74. n.27. & seqq. vol.1.* Est text. *in Authent. licet. C. de natur. liber. & in §. sui, in fin. Authent. quib. modis naturales efficiantur sui, collat.7.* Crass. *in comm. opin. lib.2. cap.5. quaest.13. nom.2.*

Inductaque fuit supradicta regula à iure in odium 3 paternæ incontinentiæ. Neuizan. *cons. 34. num.1. 2. &* 36. In materia rationis huius regulæ, vide Rolandum *consil.74. num.27. & seqq. vol.1.*

Amplia supradictam regulam pluribus modis; & 4 primò, vt procedat etiam de iure diuino. Duen. *regul.366. in 2. ampliat.* Plac. *cap.41. num.11. in fine.*

Amplia II. vt spurius nedum non succedat patri, 5 verùm etiam nec agnatis ex parte patris. Duen. *regul.366. in 8. ampliat.*

Amplia III. vt spurius nec etiam inter viuos pos- 6 sit aliquid capere de bonis patris, vt per Placam *cap.41. pag.699. & seqq. & pag.*703. Duen. *reg.366. in princip. & in 11. ampliat.* quibus in locis etiam dicunt, quòd nec etiam capere possunt ex contractu oneroso. Multò magis igitur donatio facta per patrem filio spurio non valebit, vt per Neuiz. *cons.34. n.1.2. &* 36. Sed de hoc vltimo vide quæ dicentur in ea quæst. videlicet, quando valeat donatio inter patrem & filium, &c. videlicet *in Repert Contract. q.39. n.10.*

Amplia IV. in tantum procedere, quòd nec valeat 7 statutum volens filio spurio aliquid relinqui posse. Neuiz. *consil.34. num.1.2. &* 36. Placa *cap.41. pag.*702.

Roland.

Roland. *consil.* 3. *num.* 37. Duen. *regul.* 366. *in* 1. *ampliat.* Crassus *in communib. opinionib. lib.* 2. *cap.* 5. *q.* 14. *tom.* 2. vbi de communi opinione.

8 Amplia V. etiam quòd si in testamento relinquantur exequutores ad distribuendum bona pauperibus, non poterunt isti exequutores distribuere filio spurio testatoris. Neuiz. *cons.* 34. *sub n.* 1. 2. *&* 36. Placa *cap.* 41. *pag.* 704. Duen. *regul.* 366. *in* 6. *ampliat.* Aliqua huc spectantia posui in fragmentis *vers. fiscus.*

9 Amplia VI. vt institutio facta de filio spurio, qui non sit reuera filius testatoris, sed putatiuus tantùm, neque etiam valet. Neuiz. *cons.* 34. *sub num.* 1. 2. *&* 36.

10 Amplia VII. quòd illud, quòd isto casu aufertur à filiis spuriis, non defertur fisco, sed proximioribus testatoris, super cuius limitationis veritate & materia, vide Placam *cap.* 41. *pag.* 701. Couar. *de matrim. pag.* 168. *num.* 3. *& sequentibus.* Villalob. *litera L. n.* 25. Duen. *reg.* 366. *in* 3. *ampliat.* Neuizan. *consil.* 33. *&* 34. *num.* 3. vbi quòd quando adsunt substituti, defertur substitutis, & non fisco: vide infra *num.* 46. Quòd hæreditas relicta spurio deferatur proximioribus testatoris, traditur per Crassum *in commun. opin. lib.* 2. *c.* 5. *quæst.* 15. *tom.* 2. posui in fragmentis *vers. fiscus.*

11 Amplia VIII. vt supradicta regula procedat etiam de iure Canonico, secundùm quòd etiam spurij succedere prohibentur. Placa *cap.* 41. *pag.* 702.

12 Amplia IX. etiam vt institutio facta de filio spurio sit ipso iure nulla. Plac. *cap.* 41. *pag.* 703. Duen. *regul.* 366. *in* 4. *ampliatione.*

13 Amplia vt spurios non possit substitui, nec pupillariter, nec vulgariter, nec fideicommissariè. Placa *c.* 41. *pag.* 703. de materia Duen. *reg.* 366. *in* 12. *ampliat.* Contrarium, quòd immò pupillariter possit spurius substitui, tenet Roland. *consil.* 87. *num.* 26. *volum.* 3. vide Couarruuiam *de matrim. pag.* 168. *num.* 3. *& seqq.* vbi quando institutus à patre spurij, & grauatus restituere spurio, teneatur restituere, necne.

14 Amplia X. vt è conuerso nec etiam pater succedat filio spurio. Placa *cap.* 41. *pag.* 709. de materia Nouell. *reg.* 136. Duen. *reg.* 366. *in* 7. *ampliat.* Gabriel. *pag.* 661. *num.* 14. *& seqq.* vbi dicit hanc ampliationem magis communiter teneri per Doctores, licèt nonnulli ibi per eum allegati tenuerint contrarium. Limita hanc ampliationem procedere in patre spurij, prout loquitur: secus si non esset spurius, sed naturalis, puta natus ex concubina domi retenta maritali affectione, quia tali filio naturali pater succedit modo descripto per Rolandum *consil.* 67. *num.* 79. *volum.* 3. faciunt inferiùs dicta *num.* 18.

15 Amplia, vt nunquam spurius possit præscribere hanc hæreditatem patris. Placa *c.* 41. *pag.* 704. Duen. *reg.* 366. *in* 5. *ampliat.* Sed Aymon. *de antiquit. cart.* 199. *num.* 8. dicit quòd præscribit spatio triginta annorum. Vide ea, quæ in alio Repertorio traduntur in iudiciis, *versic. Præscribere non potest spurius,* &c.

16 Limita pluribus modis supradictam regulam. Et primò quòd licèt spurius excludatur ab hæreditate patris: tamen non excluditur, quin possit succedere matri. Duen. *regul.* 366. *in* 8. *limitat.* Super qua limitatione vide Tiraquellum *de reuoc. donat. pag.* 480. *num.* 51. Placa *cap.* 41. *pag.* 705. 714. 715. 716. 717. *&* 719. vbi latè de successione tam ex testamento, quàm ab intestato. Viui *pag.* 92. *à tergo,* vbi de materia Roland. *consil.* 74. *num.* 1. *vsque ad num.* 27. *volum.* 1. vbi de successione nedum matris, sed etiam auiæ & aliarum fœminarum ascendentium de successione auiæ, vide aliquid per Gabriel. *pag.* 445. *num.* 7.

17 Limita II. quòd licèt spurius non possit institui à patre: tamen nepos legitimus ex filio spurio benè poterit ab auo institui; sed quia hæc limitatio multas patitur sublimitationes, & declarationes, ideò de illis videas per omnia Imolam *consil.* 26. *pag.* 79. *& sequentib. lib.* 1. seu potiùs per Gabrielem *pag.* 444. *conclus.* 3. *per totam.* Cephal. *consil.* 103. *volum.* 1. *& consil.* 105. *num.* 24. *eodem volum.* Placa *cap.* 41. *pag.* 706. *& seqq.* Corset. *singul.* 4. *pag.* 16. Marsil. *singul.* 43. Couarru. *de matrimon. pag.* 166. *num.* 10. vbi loquitur de successione ab intestato, *& cart.* 171. *num.* 13. vbi de successione ex testamento. Villalob. *lit. F. num.* 121. *& lit S. num.* 97. Cotta *pag.* 601. *& sequent.* Villalob. *litera N. num.* 5. *& sequentib.* Cotta *pag.* 75. vbi de successione ab intestato. Clar. *de testam. quæst.* 32. Crass. *in commun. opin. lib.* 2. *cap.* 5. *q.* 17. *tom.* 2. vbi quòd nepos ex spurio potest institui, nisi ex incestuoso, quia tunc nec nepos potest institui, & ibi testatur de communi.

Limita III. supradictam regulam procedere, prout loquitur, in spurio, non autem in naturali tantùm, & sic nato ex soluto cum soluta, & ex concubina domi retenta maritali affectione. Ita videtur limitare Cephal. *consil.* 48. *volum.* 1. vbi respondet ad contraria. Cagnol. *in l. si qua illustris, num.* 5. *pag.* 93. *C. ad Senatusconsult. Orfician.* Et expressè dicit Roland. *consil.* 67. *num.* 76. *& sequentib. volum.* 3. vbi pulchrè ponit, in quo possit iste naturalis succedere suo patri, tam ex testamento, quàm ab intestato, & loquitur tam de iure ciuili, quàm de iure Canonico. 18

Limita IV. quòd licèt spurius non possit institui hæres directus: tamen benè poterit institui cum onere fideicommissi, & sic grauari ad restituendum. Duen. *regul.* 366. *in* 9. *limitatione,* vbi sublimitat, quando adest aliqua fraus. 19

Limita V. quando spurius, postquam est institutus, legitimatur viuente adhuc patre, quia institutio valebit, & legitimatio retrotrahetur ad tempus institutionis. Clar. *de testament. quæst.* 31. *versic sitas tamen*; & idem dicit Rolandus *consil.* 22. *num.* 19. *& seq. volum.* 3. 20

Limita VI. quia similiter spurius poterit institui sub conditione, si legitimetur, & pendente conditione legitimationis, poterit petere bonorum possessionem, ex qua obtinebit administrationem hæreditatis, antequam legitimetur. Duen. *regul.* 366. *in* 1. *limitat.* Clar. *de testament. quæst.* 31. *versic. sed quæro* Roland. *consil.* 2. *num.* 19. *&* 20. *volum.* 3. vbi ampliùs dicit, quòd ista institutio, si sequitur postea legitimatio, non dicitur conditionalis, sed pura. Crass. *communib. opinionib. lib.* 2. *cap.* 5. *quæst.* 16. *tom.* 2. vbi de communi. 21

Limita VII. in legato facto filio spurio, sub conditione, si ingrediatur monasterium. Duen. *reg.* 366. *in* 3. *limitatione,* vbi pulchrè declarat. 22

Limita VIII. in spuriis Principum. Duen. *reg.* 366. *in* 7. *limit.* vbi declarat. 23

Limita IX. quòd licèt filio spurio nihil possit relinqui, seu donari: tamen secus erit in vxore filij spurij, cui aliquid relinquere, vel donare non prohibetur pater spurij. Super qua limitatione vide Placam *cap.* 41. *pag.* 708. Duen. *regul.* 366. *in* 11. *limitatione,* vbi latè. 24

Limita X. in legato alimentorum facto filio: si enim pater tenetur alere etiam filium spurium, de quo in suo loco diximus, videlicet in ea quæst. filius quando debeat ali à patre, *in Repert. Contract. q.* 47. *num.* 4. *& sequentibus plurib.* vbi tradita conferunt etiam ad hanc materiam, ideò ibi etiam videas: sequitur, quòd legatum de alimentis eidem factum valeat, vt per Cæpollam *caut.* 38. Couarru. *de matrim.* 25

*pag.*175. *num.*1. *& sequentib.* Marsil. *singul.* 358. Villalobos *litera P. num.* 29. *& seqq.* Roland. *consil.*54. *num* 48. *& sequentib.* Placa *cap.* 41. *pag.*709. Duen. *regul.*366. *in* 5. *limitatione.* In quibus locis habemut etiam ampliationes & sublimitationes. In materia, ad quam conferunt dicta in alia quæstione, videlicet, quando spurius debeat ali à patre, &c. vide Rolandum *consil.*89. *num.*1. *& sequentib. volum.* 3. vbi quòd licèt de iure ciuili spurio legatum alimentorum factum non valeat, tamen secus est de iure Canonico, quod isto casu seruandum erit etiam in foro ciuili, secundùm magis communem, de qua *ibi* per eum, & de qua etiam per eumdem *in consil* 85. *num.* 7. *eodem volum.* 3. quódque legatum alimentorum factum filio spurio valeat, ponit Gabrielus *pag.*720. *num.*7. *& pag.*719. *num.*1. vbi etiam refert contrarium tenentes, vide infrà *num.*45.

27 Amplia hanc limitationem. Primò, vt per Rolandum *d. consil.*54. *num.* 72. vbi quòd si pater non habet filios legitimos, tunc iste spurius succedit vltra alimenta, in duabus vnciis hæreditatis paternæ. Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus.* 16. *illat.* 91. *in princip. & in versic. quia non obstante*, &c.

28 Amplia II. vt ista alimenta spuriis relinqui debeant, non sub conditione, sed purè. Roland. *consil.*54. *num.*7. *& seqq. volum.* 2. & Couar. *de matrim. pag.*186 *num.* 5. *in fine*, & onus adiectum reiicitur. Ioseph. *d. vers. & quia non obstante.*

29 Amplia III. vt supradicta limitatio procedat etiam quòd filij spurij habeant vnde se alant aliunde; quia tale legatum alimentorum ipsis factum adhuc valebit, vt per Couarruuiam *dict. pag.* 186. *num.*10. Sed hoc declara, vt per Roland. *d. consil.*54. *num.* 48. *& omnibus seqq volum.* 2. Sed quòd immò legatum alimentorum factum spurio non valeat, si tempore obitus patris habebat vnde se aleret, fuit resolutum sub die 20. Aprilis anno 1572. *coram Seraphino in vna Romana alimentorum pro Aloysio Vrsino, contra*, &c.

30 Sublimita hanc limitationem, quando alimenta relicta essent nimis excessiua, quia in eo, quod excedunt, non valet legatum; vt per Rolandum *consil.*74. *num.* 39. *& sequentib. & num.* 47. *volum.*1. Gabriel. *pag.* 720. *num.* 9. vide eumdem Gabrielium *ibid. num.*16.

31 Qualia autem debeant esse hæc alimenta, ad hoc ne dicantur excessiua, vide per Roland. *d. consil.*74. *num.* 39. *& seqq. & num.* 47. *vol.* 1. & per Couarruuiam *de matrimonio, pag* 186. *num.* 6. vbi particulariter dicit, quòd ratione alimentorum spuriis poterit relinqui quinta pars bonorum. Vide ad hanc materiam ea, quæ aliàs dicta sunt in ea quæstione, videlicet, Pater an debeat alere filium spurium, &c.

32 Et an legatum alimentorum factum filio spurio transmittatur ad hæredes spurij, an verò redeat mortuo spurio ad hæredes testatoris, vide Menbnochium *de arbitr. quæstionib pag.*169. *num.*10. *lib.*2. Capic. *decis.* 181. vbi dat cautelam pro spurio, ad hoc vt transmittatur ad eius hæredes huiusmodi legatum. Couarruuias *de matrimon. pag.*179. *num.*15. & faciunt infrà dicenda *in num.* 35. & vide omnino Gabriel. *pag.*722. *num.*28. 30. & 31.

33 Limita modò principalem regulam alio modo, videlicet non procedere in legato dotis, quia dotis legatum factum filiæ valet & tenet. Nouell. *reg.*141. Duen *regul.*366. *in* 5. *limitatione.* Et faciunt dicta in alia quæstione, videlicet, pater quando teneatur dotare filiam spuriam, &c. Hanc eamdem limitationem tradit Rolandus *consil.*81. *num.*1. *& plurib. seqq. vol.*3. vide infrà *num.*47.

34 Sublimita, quando dos legata est nimis excessiua, quia tunc in eo, quod excedit, legatum non valet. Hanc sublimitationem ponit etiam Rolandus *consil.*85. *num.*6. 9. *& sequentib. volum.*3. & Gabrielium *pag.*721. *num.*14. vide eumdem Rolandum *consil.*74. *num* 41. *& seqq. volum.*1. vbi etiam quòd si ista dos excessiua sit iam soluta marito, an adhuc ab eo repeti possit. Et an huiusmodi dos excessiua possit in eo quod excedit constante matrimonio, vide Rolandum *consil.* 85. *num.* 10. *& omnibus sequentib. volum.* 3. vbi pro & contrà; & tandem distinguit. De materia huius sublimitationis, vide omnino Couarruuiam *de matrimonio, pag.*177. *num.*11. *&* 12. Nicolaus de Vbald. *de success. ab intest. pag.*276. *n.*51. Duen. *reg.*367. *sub* 3. *ampliat.* & Aucharan. *quæst.*57. *num.*4. vbi quomodo & quando dos dicatur excessiua, siue immoderata. Dic in hoc quòd dicitur excessiua, quando excedit legitimum modum alimentorum. Roland. *consil.*85. *num.*6. *&* 9. *volum.*3. & Gabriel. *pag.*721. *num.*14.

35 Et an spuriæ vltra dotem possint etiam legari alimenta, videas per Nouell. *d. reg.*141.

36 Dos relicta filiæ spuriæ, ea mortua, an transmittatur ad hæredes spuriæ, an verò ad hæredes dotantis, vide per Nicolaum de Vbald. *de successionib. ab intest. pag.* 176. *num.* 49. *& sequentib.* Capic. *decis.*181 Matthes. *singul.* 146. *in additionib.* Duen. *regul.*396. Couar. *de matrim. pag.* 177. *num.* 11. *&* 12. Marsil. *singul.* 358. Roland. *consil.*74. *num.*5. *& omnibus seqq. volum.* 1. vbi loquitur præsertim stante statuto de lucro dotis. Aymon *consil.* 186. *num.* 16. *pag.*158. Menoch. *de arbitr. quæst. cas.*69 *num.*10. vide suprà *num.*31. & omnino declarantem Gabrielium *pag.*722. *num.*29. *& seqq.*

37 Limita adhuc principalem regulam aliis modis: nam licèt patri non succedat spurius, tamen fratri non prohibetur succedere, & ab eo capere. Quòd spurius non prohibeatur, quin possit institui à fratre suo, tenet & probat Rolandus *consil* 87. *num.*18. *& sequentib. volum.* 3. Sed an isto casu alter frater habeat querelam inofficiosi, vide in alio Repert. *de vltim. voluntatib. verb. frater*, &c. Super qua materia quomodo spurius fratri succedat, & quomodo spurij inter se succedant, vide Corram *pag.* 75. Duen. *reg.*366. *in* 10. *limitatione.* Couar. *de matrim. pag.*174. *num.*19. Villaloh. *lit F. num.*125.

38 Limita, supradictam principalem regulam procedere, prout loquitur in spurio: vnde secus est in legitimato. Quòd legitimati succedant patri vnà cum filiis legitimis, & naturalibus, ponit Rolandus *consil.* 67. *num.*21. *volum.*3. Et quòd quoad successionem habeantur pro legitimis & naturalibus, traditur per Sarmient. *select. interpret. cap.* 8. *num.*4. *lib.*1. Cephal. *consil.*177. *num.*1. Et quòd spuriis legitimatis debeatur legitima, dixi infrà *versic. legitima, num.*13. & quòd præteriti rumpant patris testamentum, dixi infrà *quæst.*28. *num.*6. Prædictæ limitationis declarationes, vide apud Villalob. *lit. L. n.*80. *& seqq.* vbi loquitur, an possit institui legitimatus sine præiudicio venientium ab intestato. Couar. *de matrim. pag.*192. vbi quòd legitimatus succedit suis agnatis, ac si esset legitimus. Si in legitimatione est expressum, quòd legitimatus succedat agnatis, vt legitimus, tunc succedit etiam quòd dicti agnati legitimationi non consenserint, secundùm communem, de qua per Lambert. *de contractib. gloss.*19. *n.*12. *&* 13. Sed an isto casu agnatorū citatio sit necessaria,

dixi

dixi *in Repert. contract. in materia legitimat. ſub q. 49. cap. 1. n. 2. & ſeqq.* Et quando legitimatus præferatur cæteris venientibus ab inteſtato, vide per Duen. *reg.* 355. Titaq. *de reuoc. donat. pag.* 481. *n.* 52. de materia per Crem. *ſingul.* 17. & *ſingul.* 52. vbi quòd legitimato non poteſt plus relinqui, quàm filiis naturalibus. Super hac materia vide Roland. *conſil.* 95. *volum.* 3. vbi facit regulam, quòd legitimato non poteſt plus relinqui, quàm filio legitimè nato. Et hanc limitat tribus modis. Primò, vt procedat in legitimato per oblationem Curiæ, & non per reſcriptum Principis. Secundò limitat, quando filiæ legitimæ eſſet relictum minùs ſua legitima, & ipſa acquieuerit renunciando cum iuramento; quia iſto caſu legitimato poteſt plus relinqui, quàm fuerit relictum tali filiæ legitimæ. Tertiò limitat ſtante ſtatuto, quòd filia excludatur, &c. Nam iſto etiam caſo pater poteſt legitimato plus relinquere, quàm tali filiæ excluſæ à ſtatuto, vt ibi per eum. Quòd autem poſſit relinqui nepotibus legitimatis natis ſimiliter ex filio ſpurio, vide per Gabriel. *pag.* 445. *num.* 14.

38 Et præter ſupradictas limitationes, multæ adhuc fuerunt inuentæ cautelæ ad inſtituendum filium ſpurium, de quibus per Cæpollam *caut.* 38. Neuiz. *conſil.* 34. *num.* 2. vbi quòd tales cautelæ non procedunt, vbi apparet de fraude per coniecturas: de quibus coniecturis habetur per Neuiz. *vbi ſuprà*, vide etiam infrà *num.* 46.

39 Prima traditur per Doctores cautela, vt inſtitutio fiat hoc modo: Inſtituo N. quem ex nunc in filium adoptiuum accipio, omni meliori modo, &c. quia dicunt talem inſtitutionem hoc modo conceptam valere. Sed de veritate huius cautelæ vide per Neuizan. *conſil.* 34. *num.* 4.

40 Alia cautela traditur per Doctores, quòd teſtator ſuum ſpurium non nominet in filium, ſed dicat: Inſtituo N. filium Sulpitiæ, & ſic nominet matrem; quia tunc, qui vult dicere hunc eſſe filium teſtatoris, debebit probare. Sed aduerte ſimiliter, quòd iſta cautela non procedet, vbi conſtat de aliqua fraude etiam per coniecturas de quibus quidem coniecturis latè per Neuizan. *conſ.* 34. *n.* 5. *& omnib. ſeqq.*

41 Tertia traditur cautela, quòd pater inſtituat hæredem N & ille N. poſtea donet ſpurio: vel quòd pater faciat donationem alicui Eccleſiæ, & illa Eccleſia poſtmodum faciat donationem ſpurio. Sed quantum de iure ſuſtineatur hæc cautela, vide per Doen. *regul.* 366. *in* 13. *ampliatione*.

42 An autem ille, quem pater ſpurij hæredem inſtituit, poſtmodum poſſit inſtituere ipſum ſpurium, vide per Clarum *in practica quæſt.* 79. *verſic. quando hæres*, vbi tenet, quòd ſic, niſi appareat, quòd iſte inſtitutus patri accommodauerat fidem de inſtituendo poſtea ſpurium; quia tunc, cùm conſtare dicatur de fraude, non valet inſtitutio. de qua materia vide per eumdem Clarum *de teſtament. quæſt.* 31. *verſic. ſed pone*, & Duen. *regul.* 366. *in* 11. *limitat.* Poſui *in fragment. verſ. fiſcus.*

43 Vide Bullam Leonis X. in corpore ſtatutorum poſitam, *in pag.* 34. *lib.* 6. qua permittitur ſpuriis quibuſcunque poſſe in teſtamento, & inter viuos donari, & relinqui arbitrio diſponentis.

45 Aduerte in materia, quòd licèt ſpurius non poſſit ab aſcendentibus inſtitui: tamen non prohibetur, quin poſſit inſtitui à patruo, & omnibus aliis agnatis, ſeu cognatis patris. Roland. *conſil.* 78. *vol.* 3.

46 Diximus ſuprà *in num.* 25. quòd legatum factum ſpurio pro alimentis valet, & ibidem poſuimus nullas ampliationes. Addo modò aliam ampliationem, quòd videlicet tale legatum valet etiamſi res legetur, quoad plenam proprietatem, dummodò non excedat quantitatem alimentorum. Gabriel. *pag.* 720. *num.* 11.

Diximus ſimiliter ſuprà *in num.* 38. quòd cautelæ inuentæ ad inſtituendum filium ſpurium, non operantur, vbi conſtat de fraude. Adde modò in propoſito Gabriel. *pag.* 720. *num.* 12. vbi quòd quando conſtat de iſta fraude, hæreditas iſta relicta ſpurio ei aufertur, & fiſco applicatur. Sed tamen ab ipſo fiſco ſpurius filius ſemper conſequi debet alimenta. Sed dubitatur, cui fiſco veniat applicanda iſta hæreditas, an fiſco ſæculari; an verò Eccleſiaſtico. Dic quòd ſi teſtator pater ſpurij erat Clericus, tunc hæreditas defertur fiſco Eccleſiaſtico: ſi verò laicus, ſeculari. Placa *cap.* 41. *pag.* 711. vide ſuprà *num.* 10. Poſui *in fragmentis in verſic. fiſcus.* 47

Diximus etiam ſuprà *in num.* 35. quòd pater poteſt filiæ ſpuriæ dotem relinquere: intellige modò hoc procedere, niſi filia habeat aliunde, vnde ſe dotet, quia tunc non valet tale legatum. Gabriel. *pag.* 721. *num.* 15. vide in hac materia tradita *in Repert. Contract. quæſt.* 46. vbi agitur an & quando pater teneatur dotare filiam ſpuriam. 48

QVÆSTIO XVI.

Filiorum appellatione quinam veniant.



SOLET vtplurimum in vltimarum voluntatum controuerſiis quæri, quinam veniant appellatione filiorum; & ideò de hac quæſtione nos modò verba facturi, eam in duo capita principalia diſtinguendam fore putaui neceſſarium. In primo capite principali de illo articulo ſolùm diſputabitur ad nepotes ſpectante, an videlicet, & quandò filiorum appellatione veniant nepotes. In ſecundo, de aliis perſonis, quæ filiorum appellatione veniant indifferenter trademus.

CAPVT I.

SVMMARIVM.

1. *Filiorum appellatione quando veniant nepotes.*
2. *Regula eſt, quòd filiorum appellatione nepotes continentur.*
3. *Intellige ex interpretatione, non autem ex propria ſignificatione.*
4. *Quid in fideicommiſſis & ſubſtitutionibus, & n. 5.*
6. *Filiorum appellatione veniunt nepotes in materia fauorabili.*
7. *Idem ſi partim ſit odioſa, & partim fauorabilis.*
8. *Secùs ſi ſit tantùm odioſa erga filium.*
9. *Quid in materia correctoria.*
10. *Quid in beneficiis Principum, & priuilegiis.*
11. *Quid in materia feudi.*
12. *Quid in ſtatuto fœminarum excluſiuo.*
13. *Quid de coniecturata mente diſponentis.*
14. *Quid ſi ſequatur iniquum & abſurdum.*
15. *Quid ſi actus periret.*
16. *Quid vbi eſt facta mentio de agnatione, ſeu familia.*
17. *Quid ſi auus eſt ſolitus nominare nepotem filium.*
18. *Filiorum appellatione veniunt etiam pronepotes.*
19. *Filiorum appellatione veniunt omnes deſcendentes.*
20. *Quid ſi dictum eſt de filijs ex te natis, & ſimil.*

21. *Quid in materia tutelæ.*
22. *Quid si adest diuersa ratio, vel qualitas.*
23. *Quid in contractibus.*
24. *Quid in contractu emphyteotico.*
25. *Quid in nepotibus nascituris.*
26. *Quid si filij fuat nominati nominibus proprijs, & num. seq.*
28. *Quid si iam est verificata in filio.*
29. *Quid si æquè potest verificari in filio, & etiam in nepote.*
30. *Quid in materia prohibitionis alienationis.*
31. *Quid vbi agitur de præiudicio tertij.*
32. *Quid si dictum est,* filiis superuiuentibus, &c.
33. *Quid in materia exhæredationis.*

1 PRo generali cognitione primi capitis vide Bertachinum *in suo Repert. in verb. filiorum appellatione, num.* 21. omninò Gabrielium *pag.* 630. *conclus.* 1. *per totam, lib.* 6. *titul. de verbor. significat.* vbi præter ampliationes & limitationes infrà ponendas ponit quamplures alios casus, exempla & declarationes in materia super qua semper ad illum recurras.

2 Regula sit, quòd filiorum appellatione & nepotes continentur: allegationes huius regulæ ponuntur per Marsilium *singul.* 303. & per Gabrielium *d. conclus.* 1. *pag* 630. *num.* 1. pro hac eadem regula vide Cephalum *consil.* 194. *num.* 27. *volum.* 2. Roland. *cons.* 59. *num.* 1. *volum.* 3.

3 Filiorum appellatione veniunt nepotes, non ex propria significatione, sed ex interpretatione. Gabriel. *pag* 630. *num.* 3. vbi quòd est communis: licèt aliqui per eum ibidem relati *in num.* 4. omninò contrarium tenuerint.

4 Filiorum appellatione in fideicommissis & substitutionibus veniunt etiam nepotes secundùm communem opinionem, de qua per Cephal. *consil.* 107. *num.* 15. *volum.* 1. hanc eandem dicit magis communem, & latè defendit idem Cephal. *consil.* 162. *num.* 5. *& sequentib. volum.* 2. Sed super materia huius versiculi, vide omninò pulchrè declarantem & distinguentem Cephalum *in consil.* 107. *numer.* 15. *& omnibus sequentib.* omninò etiam Gabriel. *pag.* 631. *num.* 5. *vsque ad num.* 13. vbi refert contrarium tenentes, & optimè distinguit & declarat. Quibus adde etiam eumdem Cephal. *consil.* 16. *numer.* 26. *& sequentibus, & consil.* 134 *num.* 44. *eodem volum.* 1 *litera F. num.* 143. *&* 144. & omninò declarantem & distinguentem Marzarium *de fideicommiss. quæst.* 17. Roland. *de lucr. dot. quæst.* 56. *num.* 11. vide etiam eumdem Cephalum *consil.* 194. *num.* 11. *& pluribus sequentibus volum.* 1. vbi optimè declarat & distinguit.

5 Et quia materia huius proximi versiculi videtur eadem cum materia sequentis quæstionis, in qua disputabitur, An & quando filius subintret in locum patris in fideicommissis; ideò tu aduerte, quòd licèt ambæ quæstiones multùm inter se fraternizent, tamen non sunt eædem. Nam dum quærimus, An in fideicommissis filiorum appellatione veniant nepotes, intelligimus, quando ipsi nepotes velint venire & succedere in fideicommissis, tanquam vocati à testatore sub nomine filiorum: putà si sit dictum. Instituto N. & si sine filiis decesserit, substituo M. nam si N. moriatur sine filiis; sed tamen supersunt nepotes ex istis filiis, nepotes isti possunt dicere, non esse admittendum substitutum, sed eos; quia sunt vocati tacitè sub nomine filiorum, & isti sunt termini huius quæstionis. Dum autem quærimus, an filius in fideicommissis subintret in locum patris: intelligimus, quando iste filius vult in fideicommissum succedere, non tanquam vocatus, quia reuera non est vocatus; sed ex persona patris, quam dicit se repræsentare. Exemplum. Instituitur Sempronius, eique substituuntur Titius, & Cneius fratres: Titius ante euentum conditionis moritur, sed relictis filiis: isti filij volunt succedere Sempronio insimul cum Cneio patruo, & sic subintrare in locum patris. Et ita vides, quòd licèt in vtroque casu agatur de successione fideicommissaria, tamen termini sunt diuersi, vt optimè declarauit ita Cephalus *in consil.* 16. *num.* 64. & colligitur etiam hæc interpretatio ex eiusdem dictis *ibidem à num.* 26. *cum aliis sequentib.* & præsertim *in num.* 36. *& seq. & consil.* 262. *num.* 12. *volum.* 2. Benè verum est, quòd vna materia valdè confert ad aliam.

Filiorum appellatione veniunt nepotes, vbi sumus in dispositione fauorabili ipsis filiis. Gabriel. *pag.* 631. *num.* 5. Roland. *consil.* 89. *num.* 3. *& sequentib. volum.* 3. 6

Quod ampliatur procedere etiam quòd adsit odium respectu alterius: nam si dispositio mentionem faciens de filiis, ex vna parte contineat fauorem filiorum; ex alia verò contineat odium alterius, tunc attenditur fauor filiorum, & fit interpretatio, vt filiorum appellatione veniant etiam nepotes, vt per Gabrielium *ibidem pag.* 632. *num.* 29. Sed vide *ibidem num.* 54. 7

Vnde è conuerso sequitur, quòd si sumus in dispositione continente odium & incommodum filiorum, tunc secùs erit, & filiorum appellatione non veniunt nepotes. Gabriel. *pag.* 635. *num.* 51. 52. *& seqq* & Cephal. *cons.* 16. *num.* 26. vide Herculanum *de caus. pag.* 72. *num.* 20. 8

Filiorum appellatione veniunt nepotes etiam in materia correctoria. Gabriel. *pag.* 632. *num* 14. Sed vide *ibidem pag.* 635. *num.* 56 vbi quòd in dispositione, quæ est contra ius, filiorum appellatione non veniunt nepotes. 9

Filiorum appellatione veniunt nepotes etiam in beneficiis Principum. Gabriel. *pag* 632. *num.* 15. Sed particulariter quid iuris sit in priuilegiis, vide *ibidem pag.* 635. *num.* 59. *& seq. & num.* 98. 10

Filiorum appellatione an veniant nepotes in materia feudi, vide suprà *quæst.* 9. *num.* 1. *cap.* 7. 11

Filiorum appellatione veniant nepotes in materia statuti excludentis filias fœminas propter masculos, vide suprà *quæst.* 8. *num.* 2. *&* 27. 12

Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando ista ex coniecturis apparet de mente disponentis. Gabriel. *pag* 633. *num.* 32. *&* 33. Cephal. *consil.* 262. *num.* 11. *volum.* 2. 13

Filiorum appellatione veniunt nepotes semper & indistinctè, quando aliàs interpretando sequeretur aliquod iniquum, durum, vel absurdum. Villalob. *litera F. num.* 145. Gabriel. *pag.* 634. *num.* 34. *&* 35. vbi ampliat, etiam quòd esset odium irrationabile. 14

Filiorum appellatione veniunt nepotes ad hoc ne actus corruat. Gabriel *pag.* 635. *num.* 42. *& num* 36. vbi exemplificat in dispositione quæ est collata in futurum euentum: quo tempore si non reperiatur filius, debet verificari in nepote ad hoc, ne actus pereat. 15

Filiorum appellatione venit nepos, quando in dispositione facta de filiis, habetur ratio agnationis, seu familiæ. Villalob. *litera F. num.* 147. Gabriel. *pag.* 634. *num.* 37. *& sequentib.* vbi ampliùs, quòd isto 16

casu

casu veniunt etiam pronepotes. Achill. Persunal. *de adipiscend. possess. num.220.& seqq.*

17 Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando auus est solitus nepotem nominare filium. Gabriel. *pag.634. num.40. & 41.* vbi declarat.

18 Filiorum appellatione veniunt etiam pronepotes. Vide omnino Gabrielium *pag.634. num.44.*

19 Filiorum appellatione veniunt omnes fœminæ descendentes. Gabrielius *pag.634. num.43.*

20 Filiorum appellatione an veniant nepotes, quando dictum est, *Sine filijs ex te natis, vel ex tuo corpore natis.* Vide per Gabriel. *pag.634. num.45. & pag.636. num. 77.* Roland. *de lucr. dot. quæst. 56. num. 2. & 3.* vbi quòd isto casu non veniunt nepotes: sed in contrarium esse magis communem testatur *ibidem num. 24. & omnibus sequentib.* &, tradit Cephal. *consil.267. num.7. in fin.*

21 Filiorum appellatione in rutelis non veniunt nepotes. Gabriel. *pag.634. num.46.& seqq.* vide Cephal. *consil.194. num.11. & 24. volum.2.*

22 Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando à disponente fuit considerata in filiis aliqua qualitas, quæ in nepotibs non concurrit: & sic quando est diuersa ratio. Gabriel. *pag.635. num.58. & 94.* Roland. *de lucr. dotis, quæst.56. num.2.* Quòd si non datur ratio, cur disponens magis senserit de filijs, quàm de nepotibus, semper appellatione filiorum venient nepotes, vt per Cephalum *cons.194. num.27. volum.2.*

23 Filiorum appellatione in contractibus non veniunt nepotes. Rolandus *consil.59. num.13. volum.3. & consil.58. num.59. eodem vol.3.* idem Roland. *consil.93. num.19. vol.2.* Gabriel. *pag.635. num.61.& seqq.* Cephal. *consil.262. num.17.*

24 Et an in contractu emphyteotico filiorum appellatione veniant nepotes, vide suprà *quæst.12. n.13.*

25 Filiorum appellatione veniunt nepotes nati, sed non nascituri, declara vt per Gabrielium *pag. 636. num. 65. & seqq.* Quòd filiorum appellatione non veniant nepotes, qui tempore testamenti, seu dispositionis non erant nati, seu concepti, punit Cephal. *consil.262. num.2. volum.1.* quod *in num.8.& 14.* limitat procedere, quando dispositio est de tempore præsenti, quòd si est collata in tempus futurum, tunc veniunt etiam nepotes nascituri, vt *ibi* per eum, qui testatur de magis communi. Vide infrà *sequent. quæst. num.19.*

26 Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando filij fuerunt nominati nominibus propriis. Gabriel. *pag. 636. num. 70. 84. & 85.* Cephal. *consil.16. num.16.* Villalobos *lit.F. num.141.*

27 Limita, nisi contrarium appareat de coniectutata mente disponentis: nam tunc veniunt nepotes, etiam facta propria filiorum nominatione, vt traditur per Gabriel. *pag.634. num.33.*

28 Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando iam dispositio fuit verificata in filiis. Gabriel. *pag.636. num.72.*

29 Idem si non est verificata, sed potest verificari, quia verificari debet in filio, & non in nepote. Gabriel. *ibid. num.73.* & Cephal. *cons.16. num.26.*

30 Filiorum appellatione an veniant nepotes, in materia prohibitionis alienationis, vide suprà *quæst.1. num.52.*

31 Filiorum appellatione non veniunt nepotes, vbi agitur de præiudicio tertij. Gabriel. *pag.637. num.83.*

32 Filiorum superuiuentium appellatione non veniunt nepotes. Gabriel. *pag.637. num.97.*

33 Filiorum appellatione in materia exhæredationis non veniunt nepotes, & ideo exhæredatio facta de filiis legitimè natis, non trahitur ad filiorum filios, & ideo illi poterunt dicere patris testamentum nullum. Suarez *lit.E. num.214.* vbi de communi.

CAPVT II.

SVMMARIVM.

1. *Filiorum appellatione quinam veniant.*
2. *An veniant fœmina.*
3. *An spurij.*
4. *An adoptiui.*
5. *An filius spiritualis.*
6. *An posthumus.*
7. *Liberorum appellatione quinam veniant.*
8. *& an veniat neptis ex filia.*
9. *Legitimatus an veniat filiorum appellatione.*

Filiorum appellatione quinam veniant. Firman. 1
in Repertorio, verb. filiorum appellatione, in discursu.

Filiorum appellatione an veniant fœminæ, vide 2
infrà in *quæst. Masculinum quando comprehendat fœmininam, quæst. 19. num. 7. & 10.* & suprà *quæst. 14. cap.1. à num.5. & cap.5. num.12.*

Filiorum appellatione an veniant spurij? Dic 3
quòd sic, quia hoc verbum *filius* est verbum naturæ, & non iuris, vt dixi suprà *quæst.14. cap.6. num.15.* De hac materia, vide omnino Honded. *consil.95. per totum*, in discursu, vbi præsertim quid in statutis, vide etiam Marsil. *singul. 139.* Cotta *pag. 77. verb. Bastardi.* Placa *cap.41. pag.693. & seqq.* Menoch. *de arbitr. quæst. pag 267. num. 42.* Et quid de legitimatis, vide infrà *num.9.* Dicas, quòd filiorum appellatione non veniunt spurij, vt per Herculanum *de cant. cap.32.*

Filiorum appellatione an veniant adoptiui, latè 4
Tiraquell. *de reuocand. donat. pag. 451. num.1. & sequentib.* vbi *num.14.* an veniant appellatione liberorum. Latè etiam Placa *cap.40 pag. 676. vsque ad p.689.* vbi latè de materia Et an filij adoptiui excludant substitutum, si sine filiis decesserit. Mantic. *de coniectur. lib.11. tit.8.* Dic quòd non, vt *in decis. Pedemont. 126. num.16.*

Filiorum appellatione an veniat filius spiritualis. 5
Tiraquell. *de reuocand. donat. pag.463. num. 21. & seqq.* Faciunt dicta superiùs *in quæst.14. cap.4. num.5.*

Filiorum appellatione an veniat posthumus, 6
vide Diaz *regul. 566.* Faciunt dicta in alio Repert. *vltim. volunt. verb. posthumus, an & quando habeatur pro iam natis*, &c. infrà *in fragment. num.3.*

Liberorum appellatione quinam veniant, vide 7
textum & *ibi* Doctores *in l. liberorum, ff. de verb signif.* Roland. *consil. 89. num. 5. & sequentib. volum.5.* vbi quòd veniunt nepotes, & pronepotes tam masculi, quàm fœminæ, licèt significatio liberorum differat à significatione filiorum: hæc tamen differentia non cadit in homine idiota, vt per Menochium *casu 496. num. 47.* quòd veniant appellatione liberorum omnes descendentes in infinitum, ponitur *in decis. Pedemont. 179. num.21.*

Liberorum appellatione an veniant nepotes ex 8
filia, Mathes. *singul.129.* Crem. *singul.21.*

Filiorum appellatione an veniant spurij legiti- 9
mati, latè disputat Roland. *cons.83. per totum, vol.3.* & tandem concludit quòd sic. Ista materia propriè & opportunè tractatur suprà *quæst. 10. cap. 1. per totum*, vbi videas.

QVÆSTIO XVII.

Filius in fideicommissis quando subintret in locum patris, & cum patruo ad successionem admittatur. Et de materia filij succedentis in locum patris etiam ab intestato.

SVMMARIVM.

1. *In quo differat ista quæstio ab antecedenti & sequenti.*
2. *Filius in fideicommissis quando subintret in locum patris.*
3. *Regula est, quòd filius subintrat in locum patris, & num 4.*
5. *Maximè quando adest coniecturata mens testatoris.*
6. *Idem si testator dixit, quòd successio fiat in stirpes.*
7. *Idem si sint vocati substituti per nomen collectiuum.*
8. *Idem si sint vocati proximiores.*
10. *Idem quando in fideicommisso fuit habita consideratio agnationis.*
11. *Idem si agatur de hereditate auunculi, amita, vel matertera.*
13. *Idem in filia succedente in locum matris ad hereditatem auia.*
    Filius subintrans dicitur venire ex persona sua, & non patris, n.9.
    Filius subintrat in locum patris, &c. etiam vltra pronepotem, n.12.
14. *Limita, quando agitur de successione ascendentium, seu patrui carnalis: secus si de alijs, & num.15. & 16. vbi hæc eadem limitatio sublimitatur.*
17. *Limita, quia dicitur subintrare fictè, & non verè.*
18. *Limita, quando testator dixit, salua gradus prærogatiua.*
19. *Limita in filio concepto post mortem aui, vel nato post mortem fratris.*
20. *Limita, quando pater est nominatus.*
21. *Limita, quando substituitur superstes.*
22. *Filius in emphyteosi an succedat in locum patris.*
23. *Quid in feudo.*
24. *Quid in iure patronatus.*
25. *Filius in successionibus ab intestato, quando succedat in locum patris.*

1 DIXIMVS in antecedenti quæstione *cap. 1. num. 4.* Quando & quomodo in fideicommissis filiorum appellatione veniant nepotes. Ideo congruè hîc quæri potest, quando in fideicommissis filius succedat in locum patris. In quo si cupis scire differentiam inter has duas quæstiones, vide superiùs dicta *in quæst.16. num.5.* Item si vis scire differentiam huius quæstionis à sequenti, in qua disputabitur, quando fideicommissum transmittatur ad hæredes, vide infrà *in quæst.19. num.1.*

2 Admodum dubia est hæc quæstio proposita, An videlicet in fideicommissis subintret in locum patris, patiturque multas ampliationes & declarationes, præter eas, quæ infrà ponentur, de quibus te remitto ad Imolam *conclus. 33. lib.5.* quem omnino videas, & ad Gabrielium *pag 469. & sequentib.* Cephalum *consil. 16. per totum, volum. 1.* & Couatruuiam *practic. quæst. cap. 38.* & ad Antoninum Thesaurum *decis. Pedemont 65.*

Regulam debere constitui negatiuam, quòd videlicet in fideicommissis filius non succedat in locum patris, asseruerunt quamplures Doctores relati per Gabrielium *pag 469. conclus. 1. num. 1.* & hanc esse magis communem testantur Dec. *consil. 1. num. 5.* & Bellon. *consil. 50. num. 2.* & tenuerunt etiam illam plures alij relati per eumdem Gabrielium *pag. 497. num. 12.*

4 Veritas est in contrarium. Constituaturque regula affirmatiua, in hunc modum, videlicet, filius in fideicommissis succedit in locum patris. Hanc affirmatiuam opinionem tenuerunt quamplures Doctores relati per Gabrielium *d. pag. 469. num. 1.* vbi adhuc dicitur esse magis communem. Comprobat & sequitur, atque etiam de magis communi testatur Cephal. *consil. 16. num. 19. & sequentib. volum. 1. decis. Bonon. 51. & 88.* vbi de veriori & æquiore opinione testatur. Ita etiam post longam disputationem concludit Couar. *pract. quæst. cap. 3. num. 4. & 5.* vbi tandem *in pag. 267. in 2. colum.* asserit hanc in praxi seruari. Latè hanc eamdem vti magis communem, & ad rem, sequitur & comprobat Roland. *cons. 68. per tot. vol. 1.*

5 Amplia hanc regulam ita firmatam pluribus modis. Et primò eam tanto magis procedere, quando concurrit etiam coniecturata mens testatoris. Imol. *conclus. 33. lib. 5. pag. 1015.* Gabriel. *pag 470. num. 19.* Immò isto casu, quando aliàs filius non subintraret in locum patris, subintraret tamen, quando pro se haberet coniecturatam testatoris mentem, vt per Couar. *practic. quæst. cap. 38 pag. 27. col. 2. in fine*, vbi loquitur, quando agitur de successione aliorum, quam patrui carnalis & descendentium. Et vult, quòd licèt regulariter isto casu filius non subintret in locum patris; tamen subintrabit, quando ex coniecturata mente testatoris hoc apparebit.

6 Amplia II. procedere etiam, quòd testator dixerit, quòd successio fiat in stirpes. Imól. *d. conclus. 33. lib. 5. pag. 1015.* Gabriel. *pag. 471. num. 20.*

7 Amplia III. procedere, quando per nomen collectiuum sunt vocati, puta sub descendentium appellatione, quia tunc filius subintrat in locum patris, vt per Imolam *vbi suprà, pag. 1015. in fine.* Gabriel. *pag. 471. num. 23.* & Couar. *pract. quæst. cap. 38. num. 4. & 5.* in discursu.

8 Amplia IV. quòd filius subintrat in locum patris, etiam quòd testator vocauerit proximiores ad fideicommissum, vt per Imolam *d. concl. 33. pag. 1016.* seu potiùs per Gabrielium *pag. 497. num. 4. & sequentib.* Sed contrarium probat Couarruuias *pract. quæst. cap. 38. pag. 268. & seqq.* & Marzarius *de fideicommiss. quæst. 33.* vbi allegat pro & contra.

9 Amplia V. vt quando filius subintrat in locum patris, tunc dicitur ad fideicommissum venire ex persona sua, & non patris: licèt benè verum sit, quòd venit ex persona sua, repræsentante tamen illam patris, vt per Cephalum *consil. 16. num. 36. & 37. volum. 1.* Sed de veritate huius ampliationis, vide Imolam *dict. conclus. 33. pag. 1020.* Gabrielium *pag. 499. num. 26. & seqq.*

10 Amplia VI. etiam in fideicommissis filium subintrare in locum patris, quando in eo fuit habita consideratio conseruandæ agnationis. Cephal. *consil. 16. num. 43. & seqq.* vbi exemplificat, quando dicatur habita ista consideratio, & ratio conseruandæ agnationis.

11 Amplia VII. vt filius succedat in locum patris, etiam

etiam quando tractatur de hæreditate auunculi, amitæ, vel matertetæ, *decis. Bonon.* 51. Imol. *conclus.33.lib.5.pag.* 1018. Couar. *pract. quæst.pag.*270. *col.*3. Gabriel. *pag.*498. *num.*13.

12 Amplia VIII. vt ista regula procedat, nedum vsque ad pronepotem, sed etiam vltrà, vsque ad decimum gradum, vt tenuit Couar. *practic. quæst. pag.* 279. *num.*5. vide Imolam *pag.* 1019. vbi refert etiam contrarium tenentes; & Gabriel. *pag.* 498. *num.*17. *& seqq.*

13 Amplia IX. vt nedum filios succedat in locum patris ad hæreditatem aui, verùm etiam & filia succedit in locum matris ad hæredstatem auiæ. Cephal. *cons.*109. *num.*27. *vol.*1.

14 Limita modò supradictam regulam pluribus modis. Et primò, quòd tunc demum in fideicommissis filius subintrat in locum patris, quando agitur de successione ascendentium, seu patrui carnalis, secùs si de successione aliorum transuersalium in longinquiori gradu. Cephal. *consil.* 16. *num.* 32. *& seqq.* Gabriel. *pag.* 470. *num.* 12. 13. *&* 18. Marzar. *de fideicommiss. quæst.*18. *num.*23. *decis. Bonon.*51. *&* 88. *in fine.* Imol. *conclus.*33. *lib.*5. *pag.*1018. Roland. *consil.*68. *num.*23. *&* 33. *volum.*1. Gabriel. *pag.*498. *n.*13. *& seqq.* vbi testatur de indubitata, & magis communi. Cephal. *consil.*262. *num.*1. *volum.*2.

15 Ratio huius limitationis ea est: nam testator præsumitur semper se conformare cum iure communi: at de iure communi filius in hæreditatibus ab intestato deuenientibus tunc demum in locum patris succedit, si agitur de hæreditate ascendentium, seu patrui carnalis, secus si de aliorum transuersalium in longinquiori gradu: vt per eos ibi relatos *in num. antecedenti*, & dicemus infrà *num.* 25. Ergo idem dicendum in dispositione testatoris, & sic in fideicommissis. Et ista ratio, vt dixi, affertor ab omnibus suprà nominatis Doctoribus *in numero procedenti.*

16 Sublimita, hanc limitationem non procedere, vbi in contrarium esset mens coniecturata testatoris, quia tunc etiam isto casu subintrat in locum filij, vt suprà dictum est ex Couatruuia *in num.*5. *in* 1. *ampliat.* Et ad hæc faciunt inferiùs tradita *quæst.* 11. *num.* 11.

17 Limita II. supradictam regulam, quòd filius subintrat in locum patris, non verè, sed ex interpretatione & fictè. Roland. *consil.*68. *num.*6 *vol.*1.

18 Limita III. quando testator dixit velle suos substituros succedere, salua gradus prærogatiua, quia tunc filius non subintrat in locum patris. Imol. *dict. conclus.*33. *pag* 1012. Gabriel. *pag.*470. *num.*3. Couar. *pract. quæst. pag.*269. *in fine.* vide Marzarium *de fideicommiss. quæst* 33. vbi pro, & contrà.

19 Limita IV. vt filius conceptus post mortem aui non succedat in locum patris. Imol. *ibid. pag.*1012. Gabriel. *pag.*470. *num.*5. Tiraquell. *de retract. pag.*159. *num* 81. & Gabriel. *pag.* 498. *num.* 23. vide suprà *in antecedenti quæst. num.* 25. Item nec natus post mortem patris Imol. *ibid. pag.* 1019. *in fin.* & Gabriel. *pag.*499. *num.*23.

20 Limita V. vt filius non succedat in locum patris, expressò & speciali numine a testatore nominati. Imol. *ibid. pag.*1013. Gabriel. *pag.*470. *num* 6. Couar. *pract. quæst. pag.*270. *in* 1. *col.*

21 Limita VI. vt filius non subintret in locum patris, quando testator substituit superstitem. Imol. *pag.*1013 Gabriel. *pag.*470. *num.*8. *&* 9.

22 An autem in contractu emphyteotico filius succedat in locum patris, vt ad eam admittatur simul cum patruo, vide Roland. *cons.*68. *vol.*1. in discursu. Imol. *conclus.* 33. *lib.*5. *pag.* 1017. Couar. *practic. quæst. cap.*38. *num.*13. Gabriel. *pag.*497. *num.*11. 32. *& sequentib.*

Et quid in feudo, vide Roland. *d. consil.* 68. *volum.* 1. similiter in discursu. Imol. *pag.* 1016. *& sequenti.* Couar. *pract. quæst. cap.*38. *num.* 13. Gabriel. *pag.*497. *num.*7. *& seqq.* 23

Et quid in iurepatronatus. Rolandus *d. consil.*68. *num.*11. *volum.*1. Imol. *d. conclus.*33. *pag.*1021. Couar. *pract. quæst. cap.*38. *num.*13. Gabriel. *pag.*499. *num.*29. *&* 30. 24

In materia si vis scire, quando filius subintret in locum patris in successionibus abintestato, (quia superiùs dicta vtplurimum loquuntur in fideicommissis,) vide ampliantem, limitantem, & exemplificantem Gabrielium *pag.*497. *conclus.*1. *per totam.* 25

QVÆSTIO XVIII.

Fideicommissum, seu legatum conditionale, quando morte legatarij, seu fideicommissarij extinguatur. Item quando ad hæredes transmittatur; & de materia.

SVMMARIVM.

1. *In quo differat ista quæstio ab antecedenti.*
2. *Substitutio, seu fideicommissum morte substituti ante mortem instituti grauati extinguitur.*
3. *Fideicommissum conditionale non transmittitur ad hæredes.*
4. *Nec etiam ad suos heredes.*
5. *Limita quando in contrarium sunt coniecturæ, & num.*11.
6. *Limita in fideicommisso vnito cum iure accrescendi.*
7. *Limita, quando est facta mentio masculinitatis.*
8. *Limita, quando fuit habita consideratio agnationis.*
9. *Limita, quando conditio est purificata.*
10. *Legatum conditionale an transmittatur ad hæredes; an verò morte legatarij extinguatur.*
11. *Fideicommissum an transmittatur ad transuersales.*
12. *Fideicommissum transmittitur, quando filij sunt inuicem substituti.*
13. *Idem si testator fecerit plures substitutionum gradus.*
14. *Item transmittitur ad nominatum in conditione.*
16. *Item transmittitur stante statuto excludente fæminas, &c.*
*Item transmittitur ratione æqualitatis seruãdæ, n.*15.



IDIMVS in antecedenti quæstione, quomodo in fideicommissum succedatur iure ingressionis in locum patris: videamus modò, quomodo succedamus iure transmissionis, & sic videamus, an & quando fideicommissum conditionale, non impleta conditione, transeat ad hæredes. An verò propter mortem fideicõmissarij prædecedentis ante institutum, vel ante euentum conditionis sit penitus extinctum. In quo aduerte, quòd ista quæstio differt à præcedenti, in duobus præsertim. Primò, quia ius ingressionis io locum patris non procedit, nisi in successione patrui carnales, vel aui, 1

vt

vt *ibi* diximus in prima limitatione; ius verò transmissionis, quando babet locum, indistincte in quacunque successione procedit, vt optimè considerauit Cephal. *in consil. 16. in fine*. Item in alio differunt, quia aliquis, quando venit iure transmisstonis, tunc venit ex persona prædefuncti, & non propria: secùs si venit iure ingressionis, quia tunc venit ex persona propria, repræsentante tamen personam patris: vt optimè declarauit idem Cephalus *in dict. consil. 16. num. 36. & 37.* & nos diximus *in antecedenti quæst. num. 9.* Præterea illa quæstio præcedens est particularis & restricta ad filium tantùm volentem in fideicommisso succedere vnà cum partuo. Ista verò est generalis ad omnes hæredes sine aliquo concursu cum patre, vt euidenter ex earum positione apparet. Ad quam vide omnino vltra infrascripta Cephalum *consil. 114. per totum*, ponentem plures casus, & optimè distinguentem materiam.

His præmissis in materia sunt formandæ duæ regulæ multum inter se conuenientes, & insimul ad idem ferè reincidentes.

2 Prima regula est, quòd substitutio, seu fideicommissum extinguitur per mortem substituti, seu fideicommissarij prædecedentis ante institutum grauatum; taléque fideicommissum cùm sit extinctum, ad hæredes non transmittitur. Hanc regulam ponit Cephalus *consil. 37. num. 2. & sequentib. & consil. 114. num. 1. & sequentib. & consil. 132. num. 2. & sequentib.*

3 Secunda sit regula admodum similis, sed paulo generalior. Quòd fideicommissum conditionale, per mortem fideicommissarij ante conditionis fideicommissi euentum ad hæredes non transmittitur. Hanc eamdem regulam ponit idem Cephalus *d. consil. 16. num. 38.* Villalobos *lit. F. num. 40. & 41.* Menoch. *de arbitr. quæstionib. casu 165.* Cephal. *consil. 114. num. 4. & seqq. & consil. 132. num. 3.* Tiraq. *de retract. pag. 45. num. 24.*

4 Amplia supradicta, vt nec etiam fideicommissum transmittatur ad suos hæredes, vt per Cephalum *in d. consil. 16. 114. & 132.* & per Tiraquellum *de retract. pag. 45. num. 25.*

5 Limita I. supradicta non procedere, vbi in contrarium apparet coniecturata mens testatoris: nam tunc fideicommissum aliàs non transmissibile transmitti ad hæredes, tenuit Cephalus *consil. 16. num. 39. & sequentib. consil. 114. num. 34.* Menoch. *de arbitrar. quæst. casu 165.* Istæ autem coniecturæ quænam sint, remissiuè habetur per Menochium *d. casu 165.* vbi etiam dicit, quòd remittunt arbitrio iudicis: prout etiam dixit Tunt. *in respons. pro vxore, num. 430.* Et an fideicommissum ex coniecturata mente testatoris transmittatur ad transuersales, vide infrà *num. 11.* adde pro limitatione huius versiculi, *decis. Perus. 102. num. 1. & 6. part. 1.* vide *in num. 11.* vbi ampliatur hæc limitatio.

6 Limita II. quando substitutio esset vnita cum iure accrescendi: quia tunc fideicommissum assumit illius naturam, & ad instar illius transmittitur ad hæredes. Cephal. *consil. 16. num. 45. & sequentib. & consil. 114. num. 12. & seqq. & num. 29.* in quibus locis ponitur exemplum huius limitationis.

7 Limita III. quando testator sæpè sæpiùs reperit hanc qualitatem masculinitatis: quia tunc videtur voluisse fideicommissum etiam transmitti, vt per Cephalum *d. consil. 114. num. 15. & 29. vol. 1.*

8 Limita similiter, quando in fideicommisso fuit per testatorem habita consideratio conseruandæ agnationis: quia tunc ad suos hæredes fideicommissum transmittitur. Cephalus *consil. 16. num. 43. & 44.* vbi exemplificat *volum. 1.*

Limita supradicta, vt procedant, prout loquuntur; videlicet, quando fideicommissarius moritur 9
pendente conditione: secùs si conditio esset iam purificata; quia puri, & purificati par est virtus, & sicut fideicommissum purum ad hæredes transmittitur; ita & purificatum. Cephal. *consil. 132. num. 8. & 10. volum. 1.*

Legatum autem conditionale an morte legatarij 10
ante conditionis euentum extinguatur penitus, an verò transmittatur ad hæredes, Roman. *singul. 89. & sequenti, & 497.* vbi de materia. Turzan. *quæst. 13.* Cephal. *consil. 37. num. 1. 2. & 3. volum. 1. & ibid. num. 15.* vbi quòd licèt regulariter non transmittatur, tamen fallit de coniecturata mente testatoris. Vide Tiraquell. *de retract. pag. 45. num. 24. & 25.* vbi facit regulam, quòd legatum conditionale nec quidem ad suos hæredes transmittatur. Cæpoll. *caut. 58.* vide infrà *verb. legatum inter diuersa, num. 7.*

Dixi suprà *num. 5.* quòd ex coniecturata mente 11
testatoris transmittitur ad hæredes fideicommissum conditionale. Quæro modò ad quos hæredes transmittatur? Videtur dicendum, quòd transmittatur ad suos, videlicet filios & descendentes: & quoad istos coniecturæ operentur transmissionem, secùs ad transuersales, ad quos nec etiam existentibus coniecturis transmittitur, secundùm magis communem, de qua testatur Cephalus *cons. 132. num. 6. lib. 1.* quem refert Ioseph. Ludouic. *in decis. Perus. 102. num. 4. part. 1.* Sed contra Cephalum tenet idem Ioseph. *ibi num. 6. & seqq.* & dicit falsum esse, quòd sit cum Cephalo magis communis opinio; & concludit, quòd ex coniecturis fideicommissum transmittatur etiam ad transuersales, & *ibi num. 9.* allegat concordantes: sed bene fatetur, quòd coniecturæ magis operentur in descendentibus, quàm in aliis, quia in eis maior cadit affectio, *l. scripto, ff. unde liberi.* Faciunt ad hæc suprà tradita *quæst. 17. num. 14. 15. & 16.*

Fideicommissum conditionale transmittitur, 12
quando filij sunt ad inuicem substituti, *decis. Perus. 102. num. 2. in part. 1.*

Idem si testator fecerit plures gradus substitutio- 13
nis: quia ista est sufficiens coniectura transmissionis fideicommissi, *d. decis. Perus. 102. num. 11.*

Item fideicommissum transmittitur ad illum, qui 14
est nominatus in conditione, *dict. decis. Perus. 102. num. 12.*

Item fit transmissio fideicommissi ratione æqua- 15
litatis seruandæ inter coniunctos, *d. decis. Perus. 102. num. 13.*

Item transmittitur ad exclusionem fœminarum, 16
stante statuto excludente fœminas propter masculos: cum quo statuto præsumitur testatorem se conformare voluisse, *d. decis. Perus. 102. num. 14. & sequenti part. 2.*

QVÆSTIO XIX.

Masculinum quando concipiat fœmininum.

SVMMARIVM.

1. *Masculinum quando concipiat fœmininum generaliter.*
2. Si quis, *dictio, an comprehendat fœmininum.*
3. *Masculinũ an comprehendat fœmininum in statutis.*

4. Quid

4. *Quid in contractibus.*
5. *Quid in vltimis voluntatibus.*
6. *Quid in substitutionibus & fideicommissis, & n.7. 43. & seqq. & num.50.*
7. *Fideicommissum, si sine filijs, &c. an habeat locum superstite fœmina, & num.43. & seqq. & n.50.*
8. *Masculinum prolatum à fœmina an concipiat fœmininum.*
9. *Quid si odium sit irrationabile.*
11. *Quid in officijs.*
Filiorum appellatione an veniant fœminæ, num.10.
Et an nomine liberorum, ibid.
12. *Masculinum, &c. in contractu emphyteotico.*
13. *Quid in pœnalibus.*
14. *Quid quando adest eadem ratio. & sic in materia indifferenti.*
15. *Quid quando est diuersa ratio.*
16. *Quid si resultaret odium Ecclesiæ.*
17. *Fratris appellatione an veniat soror.*
18. *Masculinum an concipiat fœmininum propriè.*
19. *Quid in rescriptis.*
20. *Quid in priuilegijs.*
21. *Quid in correctorijs.*
22. *Quid in sententia iudicis.*
23. *Quid in masculino geminato.*
24. *Quid in materia tutela.*
25. *Quid si stante statuto, quòd verba ad literam intelligantur.*
26. *Quid in dispositione discretiua.*
27. *Quid in coniecturata mente disponentis.*
28. *Quid in masculino prolato cum qualitate, puta Monachus, &c. an veniat Monialis.*
29. *Quid si fuit dictum, vir.*
30. *Quid in dictis testium.*
31. *Quid si resultaret absurdum, vel contrarietas.*
32. *Quid si resultarent plures improprietates.*
33. *Quid stante statuto fœminarum exclusiuo, & n.42.*
34. *Agnatorum appellatione an veniant fœminæ.*
35. *Propinquorum & proximorum appellatione an veniat fœmina.*
36. *Consanguineorum appellatione an veniat fœmina.*
37. *Coniunctorum appellatione an veniat fœmina.*
38 *Cognatorum appellatione an veniat fœmina.*
39. *Posterorum appellatione an veniat fœmina.*
40. *Descendentium appellatione an veniat fœmina.*
41. *Masculinum non concipit fœmininum, quando agitur de conseruanda agnatione, seu familia.*
42. *Masculinum an concipiat fœmininum in statuto excludente fœminas, & num 33.*
49. *Quid in materia exhæredationis.*
51. Quicunque *dictio, an comprehendat fœmininum.*

1 SÆPISSIME dubitari solet, dum de testamentorum, seu codicillorum interpretatione disputatur, An & quando masculinum genus comprehendat fœmininum? Materia quidem multum diffusa & ampla: ideo præter ea, quæ infrà ponentur, ad illius cognitionem, & in casu occurrenti recurras ad infrascriptos authores. ad Mantuam *in l. si quis maior, C. de transact. in verb. si quis, num.37. & seqq.* Cæpoll. *caut.16. num.20. & sequentib.* latè Marsil. *in l.1. num.124. & seqq. C. de rapt. virgin.* Sanct. de Aretio *in consil. 50. num.17. & sequentib. inter consilia criminalia diuersorum, volum.1. decis. Bononien. 52.* Cottam *memoral. pag.566. & sequenti.* Marsil. *singul.20. & 191.* Socin. *reg. 255.* Diaz *reg.456.* Villalobos *lit. M. num.25. & seqq.* Nouell. *regul.90.* Ancharan. *quæst. 62.* Roland. *consil. 93. per totum.* Omnino etiam recurras ad Tiraquellum *de retract. pag. 184. num. 177. vsque ad num. 243.* Bouř. *de stat. præscript. pag.18. num.36. & seqq.* Imol. *conclus.7. lib.2. pag.381. & pluribus sequentib.* seu potiùs per Gabrielium *pag. 643. conclus. 6. per totum.* Vide etiam suprà tradita *quæst. 14. cap. 1. num. 5. & cap. 5. num. 11.* vbi agnatorum, & descendentium appellatione quando veniant fœminæ. Et dic quòd regulariter masculinum concipit fœmininum. Menoch. *in l. final. num.59. C. de edict. D. Adrian. tollend.*

2 Masculinum an comprehendat fœmininum, quando dictum est, si quis, &c. vide Mantuam *in l. si quis maior, in verb. si quis, num. 36. & seqq. C. de transact.* Imol. *concl.7. lib.2 pag.383. & seq. & pag.390.* Gabriel. *pag.643. num.56.44.45. & 47.*

3 Masculinum an comprehendat fœmininum in statutis. Corn. *in Repert. Consiliorum, verb. masculinum,* in discursu. Cephal. *consil.53. num.73. & sequentib.* Imol. *conclus.7. lib. 2. pag. 388. & seqq.* Gabriel. *pag.644. num.25. & sequentib. pluribus. & num.30. & seqq.* Cephalus *consil. 138. num. 43.* vbi quòd non, quando statuta disponunt contra ius commune, vide quæ dicuntur infra *num.21.*

4 Masculinum in contractibus an concipiat fœmininum. Corn. *in Repert. Consil. verb. masculinum,* in discursu. Imol. *conclus.7. lib.2. pag. 398. & seqq* Gabriel. *pag.649. num.87. & omnibus sequentib.* Roland. *consil. 76. num. 1. & sequentib.* vbi quòd in contractibus masculinum non concipit fœmininum secundùm magis communem, & communem etiam testatur Hercul. *de caut. pag.64. num. 13.* maximè in odiosis, & contra ius commune, vt *ibi* per eum, *decis. Lucen. 29. num. 17.* vbi quòd in contractibus masculinum non concipit fœmininum, nisi impropriè & per extensionem. Quid in contractu emphyteotico, dixi suprà *quæst.12. num.4. & 5.*

5 Masculinum in vltimis voluntatibus an concipiat fœmininum. Regulariter dic quòd sic, *l. si quis ita, ff. de testament. tut. l. si ita scriptum, de legat.2. l. qui duo, de legat 3.* Et est communis, vt per Decium *consil.570. colum. 2.* teste & referente Ioseph Ludouico *decis. Lucen. 29. num.1. & sequentib. part.1.* vide Corneum *in dicto repert. Consiliorum, verb. masculinum,* in discursu. Cephal. *consil.45. num.1.7. & 10. & consil.46. num.14. volum.1.* Imol. *concl.7. lib.2 pag.484. & seq.* Gabriel. *pag.643. num.7. 11. & seqq.* Roland. *consil.82. num.6. & seq. vol.3.*

6 Et particulariter in substitutionibus & fideicommissis, an masculinum concipiat fœmininum, vide Corser. *singul. pag.206.* Herculan. *de negat in. num.18.* vide infrà *num. sequenti, & num.43. & alijs sequentib. & num.50.*

7 Et specialiùs si substitutio fuerit facta cum hac conditione, videlicet, si sine liberis, vel sine filiis decesserit, an habeat locum, si superest filia, recurras ad consilia Cephal. *45. & 46. per tot. volum 1.* Imol. *conclus.4. lib.2. pag. 367. & seqq.* vide infrà *num.10.* Adde Gabrielium *pag.643. num.8. & n.108. pag.650.* & omnino Marzat. *de fideicommiss. quæst.21. pag.26. & 27.* vbi refert opiniones Rotatum, vide infrà *num.43. & seq.* & suprà *num.6.* & infrà *num.50.* Cephal. *consil.306. num.33. & sequentib. vsque ad num.98. lib.3.* omnino Mantic. *de coniectur. lib.11. tit.14* Hippol. Rimin. *consil.146. lib.1.*

8 Masculinum prolatum à fœmina comprehendit etiam fœmininum, *decis. Bonon. 51.* Imol. *conclus.7. lib.2. pag.401.* Gabriel. *pag. 650. num.98.* Adde Roland. *consil.76. num. 18. & sequenti, volum.3.* faciunt dicta infra *num.48.*

9 Masculinum non concipit fœmininum, quando odium est irationabile. Aymon *de antiquit. tempor. cart.* 161. *num.* 159. Imol. *conclus.* 7. *lib.* 2. *pag.* 393. *& sequentib. & pag.* 396. vbi quando odium dicatur irrationabile. Gabriel. *pag.* 647. *num.* 59. *& num.* 74. licèt regulariter in odiosis comprehendat. Menoch. *in l. finali, num.* 59. *C. de edict. D. Adrian. tollend.*

10 Filiorum apppellatione an veniant fœminæ? Dic, quòd sic regulariter, vt per Rolandum *consil.* 58. *num.* 26. *volum.* 3. (fallit in contractibus *ibid. num.* 61.) vide eumdem Roland. *consil.* 93. *pe totum.* Marsil. *singul.* 317. Villalobos *lit. F. num.* 49. *&* 61. Crot. *consil.* 104. Imol. *conclus.* 7. *lib.* 2. *pag.* 391. vide suprà *num.* 7. Et quòd filiorum appellatione non veniant fœminæ, quando disponens voluit consulere agnationi, & familiæ, ponit Gabriel. *pag.* 647. *n.* 54. Et quòd liberorum appellatione veniant fœminæ etiam in contractibus, ponit idem Gabriel. *pag* 650. *num.* 93. quid in contractu emphyteotico, vide suprà *quæst.* 12. *num.* 45. *decis. Lucen.* 29. *num.* 18. vbi quòd filiorum appellatione veniunt fœminæ impropriè, & per extensionem.

11 Masculinum non comprehendit fœmininum in officiis: puta si testator dixerit, Relinquo fratres meos exequutores testamenti, non censetur comprehensa fœmina. Ita Tiraquell. *de legib. connubial. lib. pag.* 28. *num.* 81. In materia huius versiculi, vide Imol. *conclus.* 7. *lib.* 2. *pag.* 392. *&* 404. Gabrielium *pag.* 647. *num.* 55.

12 Masculinum an comprehendat fœmininum in contractu emphyteotico, vide suprà *quæstione* 12. *num* 4. *&* 5.

13 Masculinum non comprehendit fœmininum, quando sumus in criminalibus, & in pœnalibus. Plotus *in l. si quando, num.* 862. *C. vnde vi.* De hac materia, an & quomodo & quando in pœnalibus masculinum concipiat fœmininum, vide Imolam *conclus.* 7. *lib.* 2. *pag.* 384. *&* 396. Gabriel. *pag.* 643. *num.* 5. *& pag.* 648. *num.* 76. Menoch. *in l. finali, num.* 59. *C. de edict. D. Adrian. tollend.* vbi quòd etiam in pœnalibus masculinum comprehendit fœmininum.

14 Masculinum semper & indistinctè comprehendit fœmininum in materia indifferenti, & sic quando adest eadem ratio. Menochius *de recuper. pag.* 123. *num.* 10. *&* 11.

15 Et è conuerso quando sumus in materia differenti, in qua diuersa ratio considerari potest, tunc masculinum nunquam comprehendit fœmininum. Imol. *conclus.* 7. *lib.* 2. *pag.* 390. *& sequentib.* Gabriel. *pag.* 646. *num.* 49. *& seqq.*

16 Masculinum non concipit fœmininum, quando hoc resultaret in odium Ecclesiæ. Cephal. *consil.* 11. *num* 21. *volum.* 1. Imol. *conclus.* 7. *lib.* 2. *pag.* 401. Gabriel. *pag.* 650. *num.* 102.

17 Fratris appellatione an contineatur soror. Imol. *conclus.* 7. *lib.* 2. *pag.* 381. 385 389. *&* 403. Gabrielium *pag.* 645. *num.* 3. *& seq. num.* 9. 10. 28. 31. 35. *&* 110. Marsil. *singul.* 39.

18 Masculinum an concipiat fœmininum ex propria significatione, vel ex extensione. Imol. *conclus.* 7. *pag.* 381. *& sequentib.* Gabriel. *pag.* 645. *num.* 39. *& sequentib.* omnino Roland. *consil.* 82. *num.* 34. *& sequentib. & num.* 39. *volum.* 3. *decis. Lucen.* 29. *num.* 17. vbi quòd in contractibus masculinum non concipit fœmininum, nisi impropriè, & per extensionem.

19 Masculinum concipit fœmininum etiam in testeipris. Imol. *pag.* 386. declara vt per Gabrielium *pag.* 644. *num.* 16. *& seqq.* Roland. *consil.* 82. *num.* 2. *vol.* 3.

Masculinum concipit fœmininum in priuilegiis. Imol. *pag.* 387. declara, vt per Gabrielium *pag.* 644. *num.* 16. *& seqq.* & per Rolandum *consil.* 82. *num.* 4. *volum.* 3. 10

Masculinum an concipiat fœmininum in materia correctoria. Imol. *pag.* 387. *&* 396. Gabrielium *pag.* 644. *num.* 23. *&* 77. Roland. *consil.* 82. *num.* 5. *volum.* 3. vide suprà *num.* 3. Dic quòd sic. Menoch. *in l. final. num.* 61. *C. de edict. D. Adrian. tollend.* vbi de veriori sententia: licèt aliqui *ibi* relati *num.* 57. contrarium dixerint. Et idem firmat in materia strictè interpretanda. 21

Masculinum an comprehendat fœmininum in sententia iudicis. Imol. *pag.* 388. Gabriel. *pag.* 644. *num.* 21. *& seqq.* 22

Masculinum geminatum an contineat fœmininum. Imol. *pag.* 388. *& pag.* 404. Gabriel. *pag.* 644. *num.* 14. Dic quòd non. Cephal. *consil.* 138. *num.* 34. 23

Masculinum comprehendit fœmininum etiam in materia tutelæ. Imol. *pag.* 390. Gabriel. *pag.* 645. *num.* 37. 24

Masculinum an concipiat fœmininum stante statuto, quòd statuta ad literam intelligantur. Imol. *pag.* 390. *&* 404. Gabriel. *pag.* 645. *num.* 35. *& n.* 122. Menochius *in l. final. num.* 223. *& seqq. C. de edict. D. Adrian. tollend.* 25

Masculinum non continet fœmininum, quando disponitur discretiuè, hoc est, quòd particulariter fuit facta mentio de masculis, & particulariter de fœminis. Imol. *conclus.* 7. *pag.* 392. Gabriel. *pag.* 647. *num.* 57. *&* 58. 26

Masculinum non concipit fœmininum, quando ita suadet coniecturata mens testatoris. Imol. *p.* 397. Gabriel. *pag.* 649. *num.* 80. Roland. *consil.* 82. *num.* 35. *volum.* 3. 27

Masculinum non concipit fœmininum, quando masculinum profertur qualificatum: puta, si dicatur, Monachus, &c. quia tunc non continetur Monialis. Imol. *pag.* 398. Gabriel. *pag.* 649. *num.* 83. Roland. *cons.* 82. *num.* 36. *volum.* 3. 28

Viri appellatione non continetur fœmina. Imol. *pag.* 402. Gabriel. *pag.* 650. *num.* 106. *& pag.* 646. *num* 43. vbi an veniat appellatione hominis. 29

Masculinum non concipit fœmininum in dictis testium. Imol. *pag.* 403. *&* 405. Gabriel. *pag.* 651. *num.* 109. 30

Masculinum non concipit fœmininum, quando adesset absurdum, vel sequeretur aliqua contrarietas. Imol. *pag.* 403. *& seq.* Gabriel. *pag.* 650. *num.* 94. *& num.* 115. *& num.* 124. 31

Masculinum non concipit fœmininum, quando sequerentur plures improprietates. Imol. *pag.* 403. *& sequenti.* Et ad hoc vide Gabrielium *pag.* 651. *num.* 116. 32

Masculinum non concipit fœmininum, quando adest statutum fœminas excludens propter masculos. Neuizan. *consil.* 33. *num.* 8. Cephal. *consil.* 134. *num.* 14. *& sequentib. & num.* 51. *& sequenti*, vbi declarat. Vide Gabrielium *pag.* 648. *num.* 78. *& sequent.* faciunt suprà tradita *quæst.* 12. *num.* 4. *& num.* 21. *& quæst.* 8. *num.* 8. & infrà in hac eadem quæst. *num.* 47. *&* 50. Et vide etiam Cephalum *consil.* 134. *num.* 9. *& seqq. num.* 40. *& seqq. omnibus, in volum.* 1. 33

Agnatorum appellatione an fœminæ veniant, suprà *quæst.* 14. *cap.* 1. *num.* 5. 34

Propinquorum & proximorum appellatione an veniant fœminæ, *quæst.* 14. *cap.* 2. *num.* 3. *&* 9. *suprà.* 35

Consanguineorum appellatione an veniant fœminæ, vide suprà *in quæst.* 14. *cap.* 3. *num.* 5. 36

Coniun

37 Coniunctorum appellatione an veniant fœminæ, vide superiùs *in quæst. 14. cap. 4. num. 4.*

38 Cognatorum appellatione an veniant fœminæ, vide quæ dicta sunt suprà *quæst. 14. cap. 5. num. 5.*

39 Posterorum appellatione an veniant fœminæ, vide quæ traduntur suprà *in quæst. 14. cap. 5. num. 6.*

40 Descendentium appellatione an veniant fœminæ, suprà *in quæst. 14. cap. 5. num. 12.*

41 Masculinum non concipit fœmininum, quando disponens voluit consulere agnationi, seu familiæ. Gabrielius *pag. 647. num. 54.*

42 Masculinum an comprehendat fœmininum in materia statuti excludentis fœminas propter masculos, vide suprà *quæst. 8. num. 26.*

43 Maxima est inter Doctores controuersia, an in fideicommissis filiorum appellatione veniant fœminæ, & sic stante fideicommisso concepto hoc modo, videlicet, si sine filiis decesserit: an decendente cum filiabus, habeat locum substitutio, an verò expiret: de quo articulo diximus suprà *in num. 6. 7. &* 10. remissiuè, modò addas Rolandum *consil. 82. volum. 3. per totum.* Ex cuius dictis *ibi* per eum *in num.* 8. *& sequentibus*, colligi potest regula in hunc modum. Fideicommissum iniunctum alicui, si decesserit sine filiis, expirat relictis filiabus: & sic substitutus non admittetur, vt *ibi in d. num. 8. & per totum consilium*, in discursu, & Anchar. *quæst. 65. num. 2. part. 2.* vide infrà *num. 50.*

44 Fallit primò quando testator habuisset respectum ad conseruationem bonorum in agnatione, quia tunc illa conditio, si sine filiis, non verificatur in filiabus; & per consequens substitutus non excludetur, si per eum conseruatur agnatio, vt per Rolandum *d. consil. 82. per totum*, in discurso, & dixi suprà *num. 10. versic. & quod filiorum*, &c. & *ibi* tradita ponas hîc.

45 Fallit secundò quando testator tempore conditi testamenti habebat filias, & eas exclusit ab hæreditate, puta instituendo, vel legando ipsis aliquid particulare, & instituendo filios, eisque substituendo alium, si sine liberis, &c nam tunc sicut exclusit filias natas, multò magis præsumitur excludere voluisse neptes nascituras. Roland. *consil. 82. num. 11. & sequentib. num. 18. & sequentibus, & num. 28. & sequentib & num. 38. in fine, & num. 40.* & de communi, & magis communi testantur relati *in decis. Lucen. 29. num. 46. & sequentib.* vbi etiam quòd vti canonizata ab ea in iudicando, & consulendo non est recedendum.

46 Fallit tertiò quando substitutus esset aliquis filius, vel agnatus: quia tunc talia verba, sine filiis, &c. intelliguntur de masculis tantùm ex coniecturata mente testatoris, volentis bona conseruari in agnatione, &c. Roland. *d. consil. 82. num. 33. volum. 3.* vbi latè: vbi enim ad inuicem sunt substituti filij, & non extranei, fœmina censetur exclusa à fideicommisso, nec sub nomine filiorum continetur, secundùm commonem, magis communem, & canonizatam opinionem, de qua *in decis. Lucen. 29. numer. 46. & sequentib. part. 1.* vbi quòd ab ea vti canonizata in iudicando & consulendo non est recedendum: & *ibi* concordantes allegantur.

47 Fallit quartò quando extaret statutum excludens fœminas propter masculos: nam si tunc substitutus est de illis, qui excluderet filias, tanto magis eas excludet ex præsumpta mente testatoris à fideicommisso. Rolandus *d. consil. 82. in fine*, & Anchar. *quæst. 65. num. 3. part. 2.* & per totam quæstionem in discursu, vbi intelligit hanc quartam fallentiam non procedere, quando in fideicommisso esset dictum generaliter, puta sine quibuscunque filiis: quia tunc veniunt fœminæ in tali fideicommisso, etiam stante supradicto statuto. vide infrà *num. 50.*

Sed quid si fideicommissum relictum non à pa- 48
tre, sed à matre testante, an isto casu filiæ excludant substitutum, si sine filiis, &c. vide eumdem Rolandum *d. consil. 82. num. 11. & sequentib. & num. 41. per totum*, vbi latè & pulchrè, & faciunt dicta suprà *num. 8.*

Masculinum an concipiat fœmininum in mate- 49
ria exhæredationis, vide Roland. *d. consil. 82. num. 21. vol. 3. & ibid. sub num. 41.*

Adde ad superiùs tradita *num. 47. & sequentibus*, 50
quòd licèt regulariter in fideicommissis appellatione filiorum veniant fœminæ, vt suprà dictum est *d. num. 43.* istud tamen intelligas procedere, si masculi non supersunt, quia si supersunt masculi, illi succedunt exclusis fœminis, quando adest statutum illas excludens propter masculos. Ancharanus *d. quæst. 65. num. 9. & sequentib. part. 2.* Et ad hoc particulare faciunt ea, quæ superiùs tradita sunt *num. 33. & quæstione* 8. *num.* 8. *& quæst. 12. numer. 4. &* 21.

Quicunque dictio de per se prolata in materia stri- 51
cti iuris non concipit fœmininum. Fallit si adiungatur alicui alteri verbo communi apto etiam comprehendere fœminam: puta si dictum, Quicunque homo, quia tunc etiam fœminam comprehendit, vt *in decis. Lucen. 29. num. 11. part. 1.* In materia adde Ancharanum *quæst. 65. num. 8. & sequenti, part. 2.* vbi quòd masculinum concipit fœmininum, etiam in materia differenti, quando est appositum cum dictione vniuersali, *Quicunque*, & similib.

QVÆSTIO XX.

De tempore hæredi concedendo super deliberatione hæreditatis adeundæ, vel repudiandæ. Nec non quando hæres infra tempora deliberandi, possit à creditoribus molestari; & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Hæredi ad deliberandum quod tempus detur.*
2. *& an hoc tempus possit à Iudice abbreuiari.*
3. *& si non deliberat, an gaudeat beneficio inuentarij.*
4. *Hæres infra tempora deliberandi, & conficiendi inuentarium, an possit à creditoribus conueniri.*
6. *& an possit ipse creditores conuenire.*
Hæres non confecto inuentario an possit in iudicio comparere. num. 5.

ÆREDI ad deliberandum super hæ- 1
reditate adeunda, vel repudianda, quanti temporis dilatio detur. Vide Bard. *de temp. vtil. pag. 26. in fine.* Firmant. *in Repertorio in verb. hæres deliberat, numer. 3.* vbi remissiuè, quòd hæres vltra tempus deliberandi habet quatuor menses, vt *ibidem numer. 5.* latè de hac materia vide

disputantem Menochium *de arbitrar. quæstionib. casu* 1. *lib*.2.

2 Et an istud tempus possit à iudice, vel à partibus abbreuiari, vide similiter latè disputantem Menoch. *d. casu* 1. *lib*.2. Villalub. *lit. T. num*.7.

In quo aduertas, quòd hæres petens terminum ad liberandum, si non deliberat post eum lapsum, non gaudere potest ampliùs beneficio inuentarij, sed tenetur insolidum, vt per Firman. *in repert. verb. hæres deliberat. num.* 10. sed vide Manticam *de inuentar. pag.* 13. *sub num.* 45. vbi quòd hæres transacto termino sibi dato ad deliberandum, non poterit ampliùs hæreditatem repudiare, nisi inuentarium fecerit.

4 Hæres intra tempora deliberandi, & inuentarij conficiendi, non potest conueniri nec à legatariis, nec à creditoribus. Fallit multipliciter, vt per Boërium *decis*.53.*num*.1.2.3 4 *&* 8.*part*.1. & per eumdem Firman. *vbi suprà, num. fin. per totum.* Adde ad materiam non conueniendi hæredem conficientis inuentarium, Cottam *pag*.433. Cæpoll. *cautel*.224. Viuium *cart*.62. *verb. exceptio opposita.* Mynsing. *obseruat*.47.*centur*.2. Duen. *regul*.267. vbi etiam quando hæres possit in iudicio comparere non confecto inuentario.

5 In quo scias, quòd licèt hæres infra tempora conficiendi inuentarij non possit à creditoribus conueniri: benè tamen poterit ipse creditores conuenire, vt traditur per omnes suprà allegatos *in num*. 4. & expressè tradit Benincasa *de pauper. pag*.208.*num*.25. *& seqq.* vide *quæst* 22. *num*.28. *& quæst*. 75.

QVÆSTIO XXI.

Hæres ob non confectionem Inuentarij, an amittat Trebellianicam, legitimam, seu falcidiam. Necnon de alijs pœnis & commodis hæredis conficientis, vel non conficientis Inuentarium; & de materia.



IN duo capita diuidendam putaui istam quæstionem. In primo agemus solùm de vulgari illa, sed difficili quæstione: An hæres ob non confectionem inuentarij amittat Trebellianicam, &c. In secundo verò capite generaliter tractabimus de aliis commodis atque pœnis hæredis conficientis, vel non conficientis inuentarium.

CAPVT I.

SVMMARIVM.

1. *Hæres ob non confectionem inuentarij non perdit Trebellianicam.*
2. *Contrà.*
3. *Distinctiones quædam in materia, & num*.4.
5. *Resolutio quæstionis.*
6. *Quid in filijs hæredibus, & num*.7.
8. *& an filij isto casu amittant legitimam, & n*.13.
9. *Quid in rustico.*
10. *Quid in muliere, minore, & milite.*
11. *Quid si est facta descriptio bonorum.*
12. *Quid si inuentarium est nulliter factum.*
14. *Hæres an amittat falcidiam non conficiendo inuentarium.*
15. *Hæres, qui dolosè aliquid in inuentario omisit, an perdat Trebellianicam.*

DEueniendo igitur ad primum caput, quòd hæres ob non confectionem inuentarij non amittat Trebellianicam, tenuerunt infrà scripti Authores per me visi, videlicet, Firman. *in repert. in verb. hæres non conficiens Inuentarium, num.* 4. vbi relatis Doctorum opinionibus testatur hanc esse communem. Aymon *consil*. 17. vbi diffusè examinat articulum, & refert omnes tenentes pro & contra: demum adhæret huic negatiuæ rationibus *ibi* per eum adductis. Mynsing. *obseruat*. 60. *centur*. 3. vbi similiter de communi. Roland. *consil*. 27. *per totum, volum*. 1, vbi referendo rationes & authoritates hinc inde adductas, tandem hanc negatiuam opinionem, vti magis communem sequitur & tenet Couar. *de testament. pag*. 366. *in* 2. *col.* vbi quòd ita de consuetudine seruatur secundùm Socinum iuniorem *ibi* per eum allegatum, licèt ipse postmodum teneat contrarium. Sarmient. *select. interpretat. lib*. 2. *cap*. 7. *num*. 8. vbi quòd non amittitur Trebellianica: sed quòd fideicommissario datur iuramentum in litem, super quantitate bonorum testatoris sub fideicommisso relictorum. Relati à Gabrielio *tit. ad Trebellianum, conclus*. 10. *num*. 1. *lib*. 4. Rolandus *consil*. 26. *al*. 27. *num*. 28. vbi de magis communi, & seruata per totum mundum, licèt *ibi* referat contrarium tenentes pariter de magis communi testantes. Relati per Mandosium ad Romanum *cons*. 276. *in fine, verb. Trebellianica.* Fabian. Turret. qui innumeros ferè refert concordantes, *consil*. 100. *num*. 142. *vsque ad num*. 175. vbi hanc hodie dicit magis communem, latè comprobat, & respondet contrariis. Hippolyt. Riminald. *Instit. de donat. in princip. num*. 1497. *& sequentib. plurib* Hanc eamdem opinionem negatiuam tenent relati à Monticulo *de Inuent. pag*. 105. *à tergo, num*. 186. *versic. adde quòd Ias.* vbi quòd est communis, & ab ea non recedendum in consulendo, & iudicando, *& pag*.106. *versic. alia est opinio.* Rolandus *consil*. 5. *num*. 33. *volum*. 4. vbi de magis communi. 1

Contrarium, quòd immò hæres non conficiendo inuentarium amittat Trebellianicam, tenuerunt inter alios præcipuè infrascripti Doctores per me visi, videlicet Anton. Corset. *in tract. Trebellian. in penult. & vlt. colum.* vbi de magis communi: maximè quando contra grauatum militaret aliqua suspicio fraudis, vt *ibi* per eum. Grat *respon*. 12. *num*. 18. *volum*. 2. *& respons*. 88. *eodem volum*. *& respons*. 77. *num*. 4. *& respons*. 160. *num*. 6. vbi de communi. Villalobos *litera N. num*. 12. vbi de magis communi, *& litera T. num*. 79. vbi similiter de magis communi. Phanuc. *de in lit. iuran. pag*. 61. *num*. 25. vbi dicit hanc esse communiorem, allegat multos recentiores, præsertim Parisium *in consil*. 17. *num*. 34. *volum*. 3. reprobantem Aymon. *in d. consil*. 17. Æmilian. *consil*. 14. *num*. 2. *& sequentib.* vbi refert pro & contra; & tandem dicit istam esse magis communem, maximè quando testator esset Doctor, vel miles. Herculan. *de negatiua, num*. 96. *versic. quinta conclusio.* Viuius *pag*. 95. vbi de veriori, & magis communi. Turzan. *opinion*. 19. vbi similiter de magis commmuni. Couarruuias *de testament. pag*. 366. *num*. 10. vbi de veriori, & magis communi opinione testatur. Menochius *de adipiscend. possess. pag*. 11. *num* 74. vbi de magis communi: relati à Monticul. *de inuentar. pag*. 105. *in fine, versic. Decius verò*, vbi de magis communi, *& in pag*. 106. *in princ. versic.* 2

verſic.Prima eſt,& in verſic.ſecundo caſu, &c. Mandoſ. *in addit.ad Roman.conſil.*276.*in fine,in verb.Trebellianica*. Relati latiſſimè per Fabium Turret. *conſil.* 100. *num.*132. *vſque ad num.* 142. vbi etiam pro hac opinione referuntur quinque rationes:quas tamen ipſe non ſequitur *in lib.*2.

3 Stante igitur hoc conflictu opinionum reperio nonnullas diſtinctiones in hac materia per Doctores tradi,quas refert Octauianus Cacheran *in decif. Pedemont.*147. *num.*16. Puta quòd aut hæres fuit coactus adire hæreditatem , aut ſpontè adiuit. Primo caſu non perdit Trebellianicam ob non confectionem inuentarij. Secundo verò caſu perdit Trebellianicam , quando ex interuallo debebat reſtituere hæreditatem ; ſecùs ſi ſtatim : & hanc diſtinctionem originaliter tradidit Cyn. *in Authent. ſed cùm teſtator. C. ad leg. falcid.* & vti æquam ſequuti ſunt plures alij relati *in d. decif. Pedemont. num.* 26. quam etiam vti æqoam amplectitur Æmilian.*in conſil.* 14.*num.*3 *&* 4.

4 Sed aduerte , quòd hanc Cyni diſtinctionem reprobat Baldus *in conſil.*99. relatus *in d. decif. Pedemont.*147.*num.*26 qui quidem Bal.dicit, quòd ſi licet diſtinguere ſecundùm æquitatem proprij capitis, eſſet aliter diſtinguendum, quæ diſtinctio Baldi refertur *in d.decif.Pedemont.*147.*n.*17.quam nec etiam ipſe Baldus approbat,vt videre eſt *ibi*.

5 Quid igitur dicendum pro reſolutione huius quæſtionis ? Videas omnino *dictam deciſionem Pedemontanam* 147.*per totam*, vbi latiſſimè præter omnes alios eam diſputat , referendo authoritates & antiquorum & recentiorum ,ac etiam Rolandi, vnà cum eorum rationibus ac fundamentis. Tandem aſſerit ibi *in num.* 27. Senatum fuiſſe ſequutum hanc vltimam opinionem affirmatiuam,quòd videlicet amittatur Trebellianica ob non confectionem inuentarij,vti magis communem & veriorem. Quam ſimiliter ſuo tempore eſſe magis communem teſtatur Gabrielius *in ſuis concluſionibus pag* 493.*n.*4. videlicet *in tit.ad Trebell.concluſ.*10.*lib.*4.*num.*2.

6 Hanc tamen opinionem limitat idem Senatus non habere locum in filiis ſiue primi, ſiue vlterioris gradus : quia tunc cenſuit fore amplectendam priorem opinionem negatiuam in hoc caſu æquiorem; quòd ſcilicet non amittat Trebellianicam,quam renuerunt etiam Aldobrandinus *conſil.* 10. *num.*24. *& conſil.*13. *num.*16. vbi innumeris ferè relatis concordantibus , hanc dixit veriorem , communiorem, æquiorem , & magis ſeruatam opinionem : prout etiam dixerunt Burſat.*conſ.*44.*num.*19.*lib.*1.Fab.Turret.*conſ.*77.*num* 40.etiam *lib.*1. & prædicti loquuntur etiam concurrente teſtatoris expreſſa prohibitione detractionis Trebellianicæ.Quam etiam opinionem negatiuam ſimiliter in filiis communem eſſe teſtatur Villalob.*lit.A num.*80. ſequitur Monticul. *de inuent. pag.*106.*num.*188.relati per Gabriel.*tit.de Trebell.concluſ.*10.*n.*4.*lib.*4. Burſat.*conſ.*44.*n.*19.*lib.*1. vbi latiſſimè hanc defendit opinionem , & plures refert concordantes de communiori,& magis ſeruata opinione teſtantes.Pro qua etiam tenet Fab. Turretus *conſil.*109.*num.* 176.*& ſeqq.lib.*2.

7 Sed quòd indiſtinctè etiam iſto caſu amittatur Trebellianica per filium noo conficientem inuentarium,tenuit Octauianus Cacheran *in d.decif.Pedemont.*147.licèt vt diximus , contrarium ſentiat ſenatus ille.Et quòd indiſtinctè hæres amittat Trebellianicam ob noo confectionem inuentarij,etiam quòd ſit filius,ſcripſerunt Tob.Non.*conſ.*44.*n.*1.*& ſequent.* Honded.*conſ.*59.*n.*43. Fab. Turret.*conſ.*81.*n.*19.*lib.*1.

apud quos reperies concordantes plures teſtantes de magis communi & veriori opinione. Et loquuntur in caſu , quo Trebellianica eſt expreſsè per teſtatorem prohibita. Hanc eandem opinionem ſequitur, & magis communem teſtatur Villalob.*lit.F.num.*66. & Gabrielius *pag* 493.*num.*4. Viui.*pag.*96. vbi ſimiliter de magis communi. Couarru. *de teſtament. pag.* 366. *per totam* , vide de veriori & magis communi, de qua etiam teſtatur Gabriel. *titul. ad Trebellianicam,concluſ.* 10. *num.* 5. *lib.* 4. Mandoſ. ad Roman. *conſil.* 276. *in fine , verb. Trebellianica , etiam in fine.* Relati per Fab. Turret. *conſil.* 100. *numer.* 175. *in lib.*2.

Aduerte tamen , quòd licèt filius ob non con- 8
fectionem inuentarij amittat Trebellianicam , non tamen amittet legitimam , quæ ſibi iure naturæ debetur : vt *ibidem* per Viuium *d.pag.* 96. & per Villalob. *lit.F. num.*107. *& num.* 94. vide infra *num.*13. Et licèt hæc ſit communis opinio , quòd ob non confectionem inuentarij filius non amittat legitimam ; tamen contraria opinio eſt verior , & eam optimè defendit Sarmient. *ſelect. interpretat. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 1. *& ſequentibus* : ſed pro communi adde Gabrielium *d. concluſ.* 10. *titul. ad Trebellianicam num.* 6. *lib.* 4. vide Burſatum *conſil.* 44. *ſub num.* 19. *ad medium.* vide etiam quæ dicuntur infrà *numer.*13.

Sed quid in ruſtico, an excuſabitur ob non con- 9
fectionem inuentarij , vide in ſua materia particulari , in qua agetur , ruſticus quando , & in quibus excuſetur.

Sed quid in muliere , minore , & milite , vide *in* 10
d. decif. Pedemont. 147. *num.* 26. vbi videtur tenere, quòd etiam iſti amittant Trebellianicam ob noo confectionem inuentarij. Tu verò quatenus attinet ad mulierem , vide ſimiliter in ſua materia , mulier quando ob igoorantiam excuſetur. Quò verò ad minorem , & militem , vide vltra dictam deciſionem Pedemontanam 147. *num.* 27. ea , quæ dicentur infrà *in ſecundo cap. huius quæſtionis , numer.*12.

Sed ponamus non fuiſſe per hæredem confectum 11
inuentarium , ſed tantùm fuiſſe factam quandam deſcriptionem bonorum , an tunc amittet Trebellianicam, vide Gabrielium *pag.*493.*num.*5. vbi quòd non amittit. Contrarium tenet Couarruuias *de teſtamentis pag.*366.*col.*4.

Poonamus etiam innentarium fuiſſe factum , ſed 12
núlliter , putà , quia non interuenerunt omnes ſolemnitates, an amittatur Trebellianica. Faciunt ad hanc quæſtionem ea , quæ dicuntur infrà *in ſequent. quæſt.num.*1.

Pro reſolutione eorum , qoæ dicta ſunt ſuprà *in* 13
*num.*8. videas Monticul.*in pag.*104. *à tergo, num.*183. *& ſequentib.* vbi facit hanc diſtinctionem , videlicet , Quando quæris an filius ob non confectionem inuentarij amittat legitimam , diſtioguas , inquam , aut reſpectu creditorum , aut reſpectu fideicommiſſarij vniuerſalis , aut reſpectu legatariorum. Si intelligis reſpectu creditorum , tunc ob non coofectionem inueotarij , filius amittit legitimam , quia legitima debetur deducto ære alieno. Et ideò etiam quòd feciſſet iouentarium , non detrahit legitimam in præiudicium creditorum , vt *ibi in numer.* 183. Si verò intelligis reſpectu fideicommiſſarij vniuerſalis , tunc ob non confectionem inuentarij filius noo priuatur legitima, ſecundùm magis communem , de qua *ibidem numer.* 183. Si verò intelligis reſpectu legatariorum,

tunc an filius ob non confectionem inuentarij amittat legitimam, tres fuerunt opiniones. Prima fuit opinio, quòd amittatut, de qua *ibidem d. num.* 183. Et hæc opinio pulchrè defenditur per Sarmient. *select. interpret. lib. 2. cap. 7. num. 1. & sequentib.* Secunda fuit opinio, quòd non amittatur, & hæc est communis, vt *ibidem num.* 184. Tertia fuit opinio, quòd in foro Cæsaris amittatur legitima; secùs in foro animæ, vt *ibidem in d. num.* 184. Retenta secunda opinione tanquam communi, eam limita procedere, dummodò hæres probet non plus fuisse in bonis, quàm ipse asserat: aliàs si hoc non probet, amittet legitimam, vt *in d. num.* 184. *in versic. quapropter*, &c. super quo vide Sarmient. *vbi suprà num. 3. in fine, & num. 6. in medio, versic. nam filius.*

14 Postquam vidimus an hæres ob non confectionem inuentarij amittat Trebellianicam, videamus modò, an amittat falcidiam. Dicas, quòd sic, vt per Matthes. *singul.* 157. Benincasa *de paupert. in pag.* 216. *num.* 52. Monticul. *de inuentar. pag.* 104. *à tergo, num.* 182. vbi etiam aliqua in materia. An autem amittat falcidiam, si aliquid omisit in inuentario describere, vide *in sequenti quæst. num.* 23. Pro primo dicto adde Roland. *consil. 5. num. 33. volum.* 4. vbi de magis communi opinione. Vide Peregrinum *de iur. fisci lib. 2. titul. 10. num. 13. & sequenti.*

15 Ampliando regulam suprà firmatam affirmatiuam *num.* 2. quòd videlicet hæres ob non confectionem inuentarij amittat Trebellianicam, scias quòd illa procedit etiam in hærede, qui confecit inuentarium, sed non omninò bona descripsit, quia aliqua dolosè omisit: amittit enim tunc Trebellianicam, non aliter ac si non confecisset inuentarium, vt per Gabrielium *titul. ad Trebellianicam, conclusione* 10. *numer.* 3. *lib.* 4. vbi de communi.

Vide quæ traduntur infrà *in fragmentis verb. Hæres*, &c.

CAPVT II.

SVMMARIVM.

1. *Commoda & incommoda hæredis conficientis, vel non conficientis inuentarium generaliter.*
2. *Hæres conficiendo inuentarium detrahit falcidiam, aliàs secus.*
3. *Hæres confecto inuentario non tenetur vltra vires hæreditarias: aliàs secùs.*
4. *Potesque creditoribus primò venientibus tutè satisfacere.*
5. *& si vendat res hæreditarias pro satisfactione creditorum, earum emptor, seu tertius possessor non potest molestari ab alijs.*
6. *& non confecto inuentario an teneatur de suo, de iure Canonico.*
7. *& confecto inuentario an teneatur ad debitum contractum per ipsum hæredem, ex causa tamen hæreditaria.*
8. *Hæres confecto inuentario potest cogere creditores ad capiendum in solutum res hæreditarias.*
   & vnum pro alio potest soluere, ibidem.
9. *Quid in hærede paupere non conficiente inuentarium.*
10 *Quid in rustico.*
12. *Quid in minore, milite, & pupillo.*
11. *Quid si creditores iam fassi sunt res hæreditarias non sufficere ad debita.*

1 ABsolutu articulo, an hæres, ob non confectionem inuentarij, amittat Trebellianicam, sequuntur alia commoda & incommoda inuentarij confecti & non confecti. Et pro generali huius capitis cognitione, si vis scire, quæ commoda consequatur hæres conficiendo inuentarium, & è conuerso, quas pœnas incurrat illud non conficiendo: remissiuè traditur per Rolandum *consil.* 73. *num.* 28. *volum.* 2.

2 Et inter alias pœnas hæredis non conficientis inuentarium ea est, quòd vbi aliàs illud conficiendo posset detrahere falcidiam, non conficiendo eam amittit. Matthes. *singul.* 157. & Benincasa *de paupert. pag.* 216 *num.* 51. Monticul. *de inuent. pag.* 104. *à tergo, num.* 118. vbi etiam aliqua traduntur ad materiam apposita.

3 Hæres non conficiendo inuentarium tenetur de suo, etiam vltra vires hæreditarias legatariis, fideicommissariis, & cæteris creditoribus: secùs si confecit inuentarium; quia non tenetur, nisi quatenus est in hæreditate. Et ista est potissima & principalis vtilitas inuentarij. Benincasa *de paupert. pag.* 205. *num.* 14. 48. *& 53. & ibidem n.* 6. Cotta *pag.* 433. Villalob. *litera I. num. 96. in additionibus.* Rolandus *consil.* 73. *num.* 1. *volum* 2.

4 Hinc est, quòd hæres confecto inuentario potest legatariis, seu creditoribus primò venientibus, etiam posterioribus in iure tutè soluere: nec cæteris anterioribus de suo ad aliquid tenetur. Monticul. *de inuentar. pag.* 97. *num.* 153. *& sequenti*: vbi quòd etiam est securus creditor, *& pag.* 100. *num.* 166. *& pag.* 106. *à tergo, num.* 190. *& pag.* 136. *num.* 78. *& numer.* 86. vbi quòd est ipso iure liberatus, *& pag.* 138. *numer.* 89. Benincasa *de paupertate, pag.* 216. *numer.* 49. idem Monticul. *de inuentar. pag.* 63. *num.* 6. vbi *in num.* 7. limitat id non procedere, quando posterioribus hæres soluit in fraudem anteriorum: quia puta poterat eos posteriores reijcere, & refellere, & tamen non reiecit, sed soluit: quia tunc tenetur anterioribus de suo, vt ibi per eum, *& in pag.* 137.

Limita II si creditores simul peterent: nam tunc non est locus gratificationi; nec potest vni potius, quàm alteri hæres soluere, *pag.* 137. *num.* 79. *& num.* 85.

Limita III. vt hæres non debeat soluere, nisi sit requisitus à creditore, & à iudice ad id condemnatus, vel saltim sibi ostenso à creditore credito liquidò pateat per instrumenta: aliàs non liberatur, *numer.* 79. *&* 87. *in pag.* 137.

Limita IV. quia hæres soluens non liberatur, si sciat alios adesse creditores potiores, nisi exigat cautionem ab eo cui soluit, *pag.* 137. *num.* 82. Et in materia primò scias, quòd hæres requisitus ab vno creditore, vt ei soluat, non tenetur alios creditores perquirere, ac citare: sed ei, à quo requiritur, potest tutè soluere, vt *in pag.* 137. *numer.* 81. Item non potest hæres dicere. Ego volo retinere portionem aliorum creditorum non requirentium; sed debet liberè soluere, vt *in pag.* 137. *num.* 83. *& sequenti*: vbi etiam quòd non potest, etiam in fraudem creditorum, soluere legata ad pias causas; puta ad exonerationem conscientiæ defuncti: & ideò soluendo alteri legatario non liberatur, *pag.* 138. *num.* 89. *versic. secundò fortè fallit*, &c.

5 Immò si hæres confecto inuentario vendat aliquas res pro satisfacendis creditoribus, non poterit iste emptor, seu tertius possessor molestari ab

alius

aliis creditoribus; quòd secùs esset, si inuentarium non fuisset confectum. Benincas. *de paupert. pag.* 216. *num.* 51. Monticul. *pag.* 97. *num.* 155. *& pag.* 106. *à tergo*, *num.* 190. vide infrà *num.* 13. Item non tenetur isto casu hæres de euictione. Montic. *pag.* 67. *numer.* 28. *& pag.* 74. *num.* 60. *& pag.* 106. *a tergo*. *num.* 190.

6 Et in tantum vera est supradicta conclusio, quòd hæres non confecto inuentario, teneatur etiam de suo vltra vires hæreditarias, vt procedat etiam de iure Canonico. Benincasa *de paupert. pag* 205. *numer.* 12. Intellige de iure Canonico in foro fori; secùs in foro conscientiæ, quia isto casu non tenetur de suo, vt per Cottam *pag.* 436. Matthesium *singul.* 157. *in additione pag.* 345. *in fine.*

7 Item in tantum vera est eadem conclusio, vt hæres confecto inuentario, non teneatur vltra vires hæreditarias, etiam quòd debitum sit contractum per ipsum hæredem, ex causa tamen hæreditaria. Benincas. *de paupert. pag.* 215. *numer.* 48. sed vide Monticul. *de Inuentar.* vbi *in pag.* 11. *numer.* 41. *in fine*, dicit quòd si hæres nouam subeat obligationem, etiam super rebus & contractibus hæreditariis, non iuuetur inuentario; quia hæres paciscendo cum creditoribus hæreditariis, amittit priuilegium inuentarij, vt per Monticulum *ibidem pag.* 62. *sub numer.* 2. *& pag.* 63. *versic. fallit* 2. *& pag.* 69. *numer.* 33. Boët. *decis.* 13. *num.* 8. *in prima parte.*

8 Hæresque confecto inuentario potest compellere creditores, ad capiendas res hæreditarias in solutum. Benincas. *de paupert. pag.* 216. *num.* 30. talis enim hæres potest soluere creditoribus hæreditariis vnum pro alio, & sic si debetur pecunia, potest in solutum dare bona hæreditaria. Anchar. *quæstione* 64. *part.* 2. Ita etiam tradit Monticul. *de inuentar. pag.* 63. *num.* 8. *& pag.* 68. *num.* 27. vbi de communi, *& pag.* 138. *num.* 90. vbi etiam aliqua in materia, *& num.* 92. vbi quòd tradendo rem pro pecunia legatario, non tenetur de euictione, *& pag.* 142. *numer.* 112. *& sequentibus*, vbi è contrà, quòd potest etiam solui pro re debita.

Amplia vt procedat tam in creditoribus, quàm etiam in legatariis, *d. num.* 8.

Limita quòd modò dixi de legatariis, non procedere in legato consistente in certa re, corpore, vel specie; quia legatum illud præcisè est soluendum *d. numer.* 8. Et generaliter scias, quòd quando debetur alicui species aliqua, tunc per istum hæredem non potest solui alia species, quia regula supradicta solùm habet locum in creditore pecuniæ alterius generis, vel quantitatis: vnde secùs in creditore speciei, vt per Monticul. *pag.* 141. *num.* 109.

Limita insuper eamdem regulam quando pecunia extaret, quia tunc non potest solui res, *d. num.* 8. *& pag.* 141. *sub num.* 110. vbi generaliter, quòd quando res debita extat, tunc hæres non potest vnum pro alio soluere. Sed supradictam regulam, quòd potest solui vnum pro alio creditoribus hæreditariis, amplia etiam quòd creditores habeant hypothecam, vel pactum de ingrediendo propria auctoritate, vt per Ancharanum *vbi suprà quæst.* 64. *part.* 2.

Amplia etiam, quòd ipsemet hæres promisisset soluere debita testatoris, vt *ibidem num.* 15.

Amplia vt hæres etiam isto casu potest assignare tot nomina debitorum, vt *ibidem* per Ancharanum *num.* 16. & per Monticul. *pag.* 68. *num.* 30. *& pag.* 138. *num.* 91. faciunt in proposito tradita *in alio Repertorio in Contractibus versic. creditori aliud pro alio solui*, &c.

Limita, quando hæredis non refert tradere pecuniam, potius quàm rem: quia tunc si debetur pecunia, ea debet solui, & non res, *ibidem pag.* 141. *num.* 110.

Aduerte autem quòd hæres pauper, etiam quòd 9
non confecerit inuentarium, tamen non tenetur vltra vires hæreditarias, & habet omnia priuilegia inuentarij. Benincasa *de paupertate pag.* 217. *num.* 16.

Sed quid in rustico non conficiente inuentarium: 10
vide in sua particulari quæstione, videlicet, *Rustici in quibus excusentur*, &c.

Limita tamen, quòd supradictum est, hæredem 11
non confecto inuentario teneri creditoribus vltra vires hæreditarias, non procedere, quando ipsi creditores fassi essent bona hæreditaria, non sufficere ad satisfactionem creditorum: quia tunc non tenetur de suo, etiam non confecto inuentario. Cæpoll. *caut.* 7. Matthes. *singul.* 157. *in addition. pag.* 343. Corta *pag.* 434.

An autem pupillus, minor, & miles restituantur 12
aduersùs non confectionem inuentarij, vide Tiricæ. *de testament. coniugum pag.* 74. *a tergo*, *num.* 1. *& sequentibus.* Faciunt infrà dicta *in sequent. quæst. num.* 20.

Emptor rei hæreditariæ, quam hæres cum inuen- 13
tario vendit pro satisfactione debitorum hæreditariorum, est securus; nec potest ab aliis creditoribus hæreditariis molestari, vt suprà dictum est *in num.* 5. & traditur per Monticul. *pag.* 139. *num.* 95.

Amplia, vt non possit molestari, etiam quòd illa res empta esset alicui hypothecata; inuentarium enim isto casu operatur exclusionem hypothecæ, *ibidem num.* 97.

Limita quando res ista empta & vendita esset alicui specialiter legata, quia talis legatarius semper poterit illius emptorem molestare, non obstante quòd hæres venditor inuentarium confecerit, *ibidem num.* 96. *&* 97. *in fine*, vbi declarat.

Limita II. quando res vendita per hæredem non esset defuncti, sed alterius; quia illius dominus poterit eam semper euincere, non obstante inuentario hæredis venditoris, *ibidem num.* 98.

Limita III. quando hæres rem illam vendidisset, non vt hæreditariam, sed vt suam, quia tunc similiter non obstante inuentario hæredis venditoris, emptor non erit securus, vt *ibidem numer.* 99.

Limita IV. quando pecunia exbursata per emptorem est soluta creditoribus, seu legatariis: tunc enim emptor est securus, aliàs secùs, vt *ibidem in num.* 100.

Limita V. supradictam regulam non procedere, seu dictam conclusionem non habere locum, quando creditor non posset repetere suum creditum à legatariis, & aliis creditoribus, quibus fuit solutum pretium rei venditæ: quia tunc illis non existentibus, puta soluendo, creditor anterior habet regressum contra emptorem, vt per Monticul. *in pag.* 144. *num.* 125. *& seq.* vbi declarat id procedere, quando emptor imprudenter, vel dolosè emit; aliàs secùs: & ibi etiam ponit, an isto casu, creditoribus scilicet, quibus est solutum pretium rei venditæ, non existentibus soluendo, anterior creditor habeat regressum contra hæredem. Et alia de materia huius limitationis ibi videas; vide etiam *quæst.* 75.

QVÆSTIO XXII.

De forma Inuentarij conficiendi per hæredem. Quæ requirantur ad eius validitatem. In quam pœnam incurrat hæres omittendo describere omnia bona in Inuentario. Et generaliter de materia.

SVMMARIVM.

1. *Paria sunt inuentarium non conficere, vel nulliter conficere.*
2. *Inuentarij requisita generaliter.*
3. *Inuentarium infra quantum tempus inchoari, & finiri debeat.*
   & de materia, num.28.
4. *An istud tempus possit alterari à iudice.*
5. *Quando incipiat currere istud tempus, & num.6. & 29.*
7. *An sit necesse, quòd inchoetur infra mensem.*
   In inuentarij confectione imprimis citantur creditores, &c. num.8. & 30.
9. *Signum crucis debet apponi.*
10. *Quot testes debeant interuenire, & num.31. vbi de materia.*
11. *An possit scribi inuentarium ab hærede; an verò à Notario, & de materia, vide ibid.*
12. *An sit necessaria eius subscriptio.*
13. *Debet continere locum & tempus.*
14. *Debet fieri in præsentia iudicis.*
15. *Debent describi in eo etiam bona aliena, hæreditaria tamen.*
16. *Sed si non describuntur, an annulletur inuentarium.*
17. *Bona siue mobilia, siue stabilia, quomodo sint describenda, & num. seqq.*
   & generaliter quæ & quando in inuentario describantur, num.32.
20. *Forma inuentarij seruanda: & ideo quid minimum omissum vitiat, etiam omissum per errorem, seu imperitiam.*
21. *Consuetudo an possit derogare solemnitatibus inuentarij.*
22. *Hæres in quid incidat omittens describere aliqua, & num 33.*
23. *Dic quòd tenetur ad duplum, & perdit falcidiam.*
24. *Immò perdit etiam Trebellianicam.*
25. *In dubio bona omnia præsumuntur descripta in inuentario.*
26. *Quomodo probetur non esse in inuentario descripta omnia bona.*
27. *Quid importet protestatio hæredis in calce inuentarij, quòd non reperijt alia bona; & si reperiet, est paratus ea scribere.*
28. *Tempus conficiendi inuentarium est continuum, & non vtile.*
   Finito tempore conficiendi inuentarium, an amplius illud, saltem incontinenti fieri potest. ibid.
   Hæredi ad deliberandum quantum tempus debeatur, quando currat: & an possit prorogari, vel coangustari, sub dicto num.18.
   Forma inuentarij de consuetudine hodie non seruatur, sub num.21.
34. *Hæres debet esse præsens in inuentario.*
35. *Inuentarium non fit ante mortem testatoris.*
36. *Inuentarium fit etiam per Procuratorem.*
37. *Inuentarium fit etiam ab hærede, qui adiuit.*
38. *Forma inuentarij quando sunt plures hæredes.*
39. *Inuentarium in quo loco fieri debeat.*
40. *Hæres quid faciet, si aliquid vult addere inuentario.*
41. *Forma inuentarij omissa non vitiat, quando inuentarium coadiuuatur aliquibus coniecturis.*
42. *Inuentarium debet publicari.*
43. *Inuentarium potest etiam fieri de nocte.*
   Inuentarium continens errorem an valeat, sub n.16.



HÆREDEM non confecto inuentario 1
plura incurrere incommoda satis, superque fuit in antecedenti quæstione disputatum. Verùm, quia paria sunt non facere, & nulliter facere, prout in materia inuentarij tradit optimè Rolandus *consil.73. num. 28. & sequentib. volum. 2.* Ideo videamus modò, quæ requirantur ad validitatem huius inuentarij conficiendi per hæredem.

Multa ad eius validitatem requiri traditur per 2
Rolandum *consil. 73. per totum, volum.2.* per Benincas. *de paupert. pag. 103. & sequentib. omnibus.* Matthesium *singul.157. in Additionib. in fine.* & per Cottam *in suis memoralibus, pag.437.*

Sed propiùs ad rem accedendo, in primis quæro, 3
infra quantum tempus debeat hoc inuentarium hæredis inchoari & perfici. Super hac quæstione, & eius materia præter inferiùs tradita *num.* 18 videas Romanum *consil.84. per totum, pag.22.* Decium *consil.633. num.1. & sequentib. pag.10.* vbi de communi, Bellonum *consil. 68. per totum.* Gratum *respons.15. num.16. & sequent, vol.1.* Beroum *quæst.62. per totam.* Cæpoll. *cautel.226. in fine.* Villalobos *lit. I. num.95. & lit.T. num.5.* Masuer. *pag. 295. num.* 48. Roland. *consil 73. num.16. & seqq. & num.34. volum.1.* Benincas. *de paupert. pag.106. num.18. & seq.* vbi quòd est inchoandum infra triginta dies à die scientiæ, & perfici infra alios sexaginta. Sed si bona in inuentario describenda essent in diuersis & distantibus locis, tunc datur annus, vt *ibi* per eum Et hanc esse communem opinionem tradit Monticulus *in tract. de inuent. pag.50. num. 35. & pag 55. num.58.* Hodie tamen ex Bulla Pij IV. edita de anno 1563. super reformatione signaturæ iustitiæ ad conficiendum inuentarium, & ad deliberandum, non datur nisi tempus duorum mensium, si bona sunt præsentia: si verò sunt in longinquis partibus, citra montes dantur quatuor menses; si verò vltra montes, sex menses.

Sed circa supradicta ad multa aduertendum est. 4
Et primò, quòd istus tempus non potest aliquo pacto à iudice alterari, seu abbreuiari. Benincas. *de paupert. pag. 206. num. 18. & seqq.* & Roland. *consil.18. num.13. & seqq. volum.1.* & Monticul. *pag.109 à tergo, num.2. & pag.55. num.61.* vbi tamen, quòd poterit prorogari creditoribus consentientibus: vide in hac materia omnino Menochium *de arbitr. quæstionib. casu 1. num.5. & sequentib.* vbi licèt loquatur in tempore dato ad deliberandum, an scilicet possit prorogari, seu coarctari, tamen procedunt etiam in tempore inuentarij, vt videre poteris infrà *num. 28.*

Secundò aduertendum est, quòd istud tempus, 5
ad hoc vt currat, nedum est necessaria scientia; sed etiam aditio hæreditatis: & sic hoc tempus currit à die scientiæ, & aditæ hæreditatis, & non priùs. Benincas. *de paupert. pag. 208. num. 20. & 23.* & *ibi* testatur de communi: de qua etiam testatur Villalobos *lit. F. num. 95.* & de magis communi testatur Roland.

Roland. *conſil.* 73. *num.* 16. *volum.* 2. Et licèt aliqui relatij per Monticul. *in tractat. de inuentario*, *pag.* 6. *num.* 21. tenuerint, quòd iſtud tempus currat à die mortis, & multi alij tenuerint, quòd currat à die ſcientiæ, de quibus per eumdem Monticul. *in pag.* 6. *num.* 21. vbi etiam hanc opinionem dicit veriſſimam; prout eam veriorem & probabiliorem dicit, *in pag.* 41. *num.* 3. *& pag.* 45. *ſub num.* 9. *& pag.* 50. *num.* 35. *& pag.* 127. *in verſic. cognouerit*, &c. *& pag.* 7. *ſub num.* 23. vbi etiam quòd in hærede in dubio præſumitur ignorantia. Tanto magis communis opinio eſt, vt currat à die editæ hæreditatis, prout de communi, & magis communi teſtatur idem Monticulus *in pag.* 6. *num.* 21. *& pag* 44. *num.* 3. *& pag.* 126. *ſub num.* 35. *& pag.* 109. *à tergo*, *num.* 2. *& pag.* 154. *num.* 168. *& pag.* 155. *num.* 173. Ad materiam vide quæ dicuntur infrà *num.* 29. Aduerte ad ſupradicta, quòd quicquid ſit de iure, hodie habemus Bullam Pij IV. editam de anno 1565. qua diſponitur iſtud tempus currere à die mortis; & iſta Bulla eſt facta ſuper reformatione ſignaturæ iuſtitiæ.

6 Quod limita, vt per Rolandum *ibid. num.* 34. *& ſequentib.* quando hæres doloſè diſtuliſſet adire hæreditatem, vel eſſet in aliqua mora, ſeu culpa adeundi: quia tunc tempus non currit à die aditionis, ſed ſcientiæ, vt per Monticul. *in tract. de inuentario*, *pag.* 6. *num.* 21. vbi de magis communi.

7 Tertiò aduerte, quòd licèt ſuprà ſit dictum, debere inuentarium inchoari infra menſem, & perfici poſtea infra duos menſes: tamen iſte ordo non eſt neceſſarius, ſed ſufficit, quòd infra tres menſes inchoetur, & perficiatur, ſiue priùs, ſiue poſtea, vt per Rolandum *conſil.* 73. *num.* 20. *& ſequentib. volum.* 1. Vide tamen in hoc Monticul. *in tract. de inuentaria*, *pag.* 127. *num.* 40. vbi pro & contra, *& pag.* 128. *num.* 44.

8 In inuentarij confectione in primis ſunt citandi creditores, vt per Imolam *concluſ.* 43. *lib.* 1. *pag.* 308. ſeu potiùs Gabriel. *pag.* 181. *num.* 245. Monticul. *de inuentario*, *pag.* 47. *num.* 13. *& pag.* 129. *num.* 5. Rolandus *conſil.* 72. *num.* 14 *volum.* 3. vbi quòd ſunt nominatim, & ſpecialiter citandi ij, quorum hæres notitiam habet, & ibi de communi teſtatur. Sed quomodo iſti creditores ſint citandi? Quid ſi pars eorum abſit, & alia ad materiam contigentia, videas per Herculanum *de negatiua*, *num.* 241. & infrà *in hac eadem quæſt. num.* 30 Roland. *conſil* 73. *num.* 22. *& ſequentib. volum.* 2. Benincaſ. *de paupert. pag.* 209. *num.* 27. *& ſeqq.* vbi etiam quòd ſi pars creditorum fuerit citata, & pars non, inuentarium valebit quoad eos, qui ſunt citati: idem tenet Monticulus *in tract. de inuentar. pag.* 47. *num.* 16. vbi reprobat contrarios, *& pag.* 129. *num.* 51. vbi de communi, & vide inferiùs *num.* 30. Hîc aduerte, quòd abſentes creditores, quos hæres nouit, ſunt nominatim citandi ſub ſuo iudice, ſi id facilè fieri poſſit, etſi hæreditatis facultates id patiuntur. Monticul. *pag.* 47. *à tergo*, *ſub num.* 20. Si verò eos hæres minimè noſcit, nec ſciat vbi permaneant, ſufficit eos citare per proclama, vt per Monticul. *ibid. pag.* 47. *num.* 16.

9 In inuentario inter alias ſolemnitates eſt illa, vt adhiberi debeat ſignum crucis: ſed an eius omiſſio vitiet inuentarium; dic quòd non, ſecundùm magis communem opinionem, de qua per Benincaſam *de paupert. pag.* 211. *num.* 35. & per Roland. *conſil.* 73. *num.* 4. *& ſequentib. volum.* 2. vbi etiam de materia: & de communi teſtatur etiam Monticul. *in tract. de inuent. pag.* 51. *num* 37. *& pag.* 131. *num.* 59.

10 Inſuper debent eſſe præſentes duo teſtes, vt tradit Monticul. *de inuent. pag.* 48. *num.* 27. *& pag.* 131. *num.* 61. Debent etiam eſſe præſentes tres alij loco creditorum abſentium, idem Monticul. *pag.* 132. *d. num.* 61. vide etiam per Rolandum *dict. conſil.* 73. *num.* 14. 15. *&* 24. *volum.* 2. vbi etiam de materia, de qua etiam per Benincaſ. *de paupert. pag.* 211. *num.* 36. vide infra *num.* 31.

Inuentarium non eſt neceſſe quòd ſcribatur 11 manu Notarij, ſed ſufficit de manu hæredis in præſentia Notarij. Benincaſa *de paupert. pag.* 212 *num.* 37. *& ſequentib.* Tu verò in hac materia facias regulam in hunc modum, videlicet. Inuentarium debet ſcribi per publicum Notarium, nec ſufficit eſſe ſcriptum manu hæredis, defuncti, vel alterius. Montic. *in tract. de inuentar. pag.* 14. *à tergo*, *& pag.* 5. *verſic. defuncti*, &c. *& pag.* 127. *num.* 42. vbi de communi, *& pag.* 48. *num.* 22. *& pag.* 51. *num.* 38. *& pag.* 129. *num.* 49.

Amplia, vt iſte Notarius debeat eſſe de miniſterio illius iudicis, qui præſens eſt ei, & non extraneus, *ibid. pag.* 48. *num.* 22. *& pag.* 51. *num.* 88. Fallit primò tempore peſtis, belli, ſeu alterius imminentis periculi, vt *ibi pag* 48. *num.* 25. Fallit ſecundò, quia licèt debeat deſcribi à Notario; tamen Notarius poteſt illud ſcribere ſeorſum à iudice, vt *in d. pag.* 48. *num.* 24. Fallit tertiò, quia etiam poteſt deſcribi ab hærede, dummodo Notarius poſtea nomen ſuum, atque auctoritatem adiungat, vt *ibid.* per Monticul. *pag.* 55. *num.* 57. *& pag.* 127. *num.* 35.

In inuentario eſt neceſſaria ſubſcriptio hæredis: 12 ſed quid ſi hæres neſciat ſcribere, & alia ad materiam per Benincaſam *de paupert. pag.* 212. *num.* 43. *& ſequentib.* Roland. *conſil.* 73. *num.* 25. 39. *& ſequentib. volum.* 2. Quòd ſubſcriptio hæredis ſit neceſſaria, & ſi hæres neſciat ſcribere, ſufficiet, quòd alius Tabellio ſubſcribat nomine eius, traditur per Monticul. *in tract. de inuentar. pag.* 54. *num.* 56. vel faciat ſignum crucis, vt *in pag.* 131. *num* 59. & adde in materia, quòd ſubſcriptio hæredis eſt neceſſaria, etiam quòd inuentarium ſit ſcriptum eius manu, vt *ibidem in pag.* 130. *num.* 53.

Inſuper inuentarium debet continere locum & 13 tempus, vt traditur per Rolandum *conſil.* 78. *num.* 13. *volum.* 2.

Debetque inuentarium confici in præſentia iudi- 14 cis, licèt bene eius decretum non requiratur, vt per Rolandum. *conſil.* 73. *num.* 37. *& ſequenti*, *volum.* 2. Sed vide in hoc Benincaſam *de paupertate*, vbi ſuprà in diſcurſu. Quòd in inuentarij confectione debeat etiam iudex interuenire, traditur per Monticulum *pag.* 15 *num.* 3. vbi teſtatur hanc eſſe æquiorem, & ab vſu & ſtylo receptam opinionem, quam etiam tenent alij relati ab eodem Montic. *pag.* 46. *num.* 12. vbi quòd hæc opinio præualuit, licèt contraria de iure ſit verior, vt *ibi* per eum. Sed vide eumdem *in pag.* 48. *num.* 24. vbi quòd non eſt neceſſe, quòd iudex in omni hora, qua conficitur inuentarium, interueniat, *& in pag.* 126. *num.* 36. vbi quòd inuentarium poteſt fieri citra iudicis tribunal, vide etiam Simoncellum *de decreto*, *lib.* 2. *tit.* 6. *inſpect.* 6. *num.* 60. *& ſeqq.*

His omnibus peractis deueniri poteſt ad bono- 15 rum deſcriptionem in inuentario: in quo in primis ſcias, quòd in eo debent deſcribi omnia bona, nedum ipſius teſtatoris, ſed etiam aliena; dummodo in hæreditate reperta. Natta *conſil.* 574. *num.* 1. *&* 6. *volum.* 3. Benincaſa *de paupert. pag.* 210. *num.* 30. Roland. *conſil.* 73. *num.* 27. *volum.* 2. vide infrà *num.* 22. *& ſeqq.* Vide etiam in propoſito Monticul. *in tract.*

de inuentar.pag.36.num.1. vbi quòd debent in inuentatio describi, nedum ea, quæ sunt in dominio testatoris: sed etiam ea, in quibus solùm habebat possionem, quod declarat *in pag.127. num.42.* procedere, dummodo sint cum aliquo titulo apud ipsum defunctum; secùs si protsus aliena, & sine titulo. Ideo bona emphyteotica debent in inuentario scribi, vt *ibi in pag. 36. num.1.* Item debent describi res depositæ, commodatæ, pignetatæ, locatæ & similes, vt *ibi in pag 127. num.42.* Sed vide *in pag.53. sub num.51. & pag.36. num.1.* vbi quòd debent tales res inseri potiùs de æquitate, quàm de necessitate.

16 Sed circa hoc aduerte, quòd si in inuentatio non describantur per hæredem omnia bona, siue per errorem, siue etiam dolosè, licèt hætes teneatur, & incurrat pœnam dupli, vt infra dicetur *num.22.* tamen non per hoc inuentarium inualidatur, secundùm communem opinionem, de qua per Benincasam *de paupert. pag.210. num.31. & sequentib.* Vide in proposito Monticulum *in tract. de inuentar. pag.16. num.2. & pag.63. à tergo, versic. hinc est*, vbi pro & contrà. Cæpoll. *cautel 7. in additionib. litera A.* vbi an valeat inuentarium aliquem continens errorem.

17 Bona stabilia debent in inuentario describi distinctè & clarè per signa, latera, & confinia, non aliter ac si essent in libello describenda. Natta *consil.574. num. 3. & sequentib. & cons. 575. num.4.6. & seqq.* & pulchrè Rolandus *consil. 73. num. 43. & seqq vol.2.* Monticul. *pag.53. num.48.*

18 Bona verò mobilia debent describi saltim cum circumloquutionibus, quibus possunt describi, ne incettitudo circa ipsa possit generari; immò debet inseri eorum æstimatio, designarique per pondus, numerum & mensuram, iuxta eorum qualitatem. Narta *d. consil.574. num.4. & 5. & consil.575. num.1. & sequentib.* pulchrè exemplificat Rolandus *cons.73. num.43. & seqq. volum.2.* & præsertim *num.49.* vbi de æstimatione. Adde Monticulum *in suo tract. de inuentar. pag. 131. num 56.* vbi quòd de iure singulæ res mobiles sunt æstimandæ, & eorum pretium in inuentario ponendum, licèt de consuetudine pretium non inseratur. Et idem Ioseph. Ludouic. *conclus.16. illat.2. vers. nec omne simplex inuentarium.*

19 Et in summa taliter bona in inuentario describi debent, vt si conficiens mentiri velit, ex ipsa inuentarij lectione redargui, & conuinci possit. Natta *consil.575. num.14. volum.3.* Roland. *consil.73. num.49. volum.2.* Et proptetea si bonà non clarè describuntur, ita quòd obscuritas veritati præiudicari possit, inuentarium impugnatur, vt *in decis. Lucen. 64. num.30. part.1.*

20 Forma inuentarij est ad vnguem adimplenda, & ideo rumpitur, etiam quòd quid minimum omittatur, siue per errorem, siue per imperitiam. Natta *d. consil 574. num. 7. & sequentib. volum. 3.* Sed ad hoc vltimum faciunt superiùs dicta *in antecedenti quæst. num.10. & 12. cap.2.* Manticul. *de inuentar. pag.135. num. 71.*

21 An autem huiusmodi solemnitatibus possit à consuetudine derogari, vide per Nattam *d. cons.575. num.9. & omnibus seqq. volum. 3.* Et dicas, quòd sic, tam à consuetudine, quàm à statuto, vt per Monticul. *pag.3. num 6. & pag.8. num.79. & pag.130. num.53.* Et ideo in proposito scias, quòd hodie de consuetudine in inuentario non seruatur forma tradita *in l. finali, C. de iur. deliber.* vt testatur Anchat. *quæst. 6. num. 21. part. 2.* quæ limitatio est magna, si tamen vera est talis consuetudo.

22 Quomodo autem puniatur hætes, qui omisit in inuentario desctibere aliquas tes. Quid contra eum præsumatur. Dic quòd præsumitur etiam ad alias res suppressisse, vt per Monticul. *pag. 65. num. 18. versic. fallit si,* &c. Hanc materiam posui *in fragmentis, verb. hæres.* Et generalitatem de materia vide per Villalobos *litera H. num.8.* Bellon. *consil.30. num.6.* Hercul. *de negatiua, num. 95. & 96. & num. 256. & seqq.* Natta *consil. 574. num.12. & seqq. volum.3.* Sed an per hoc vitietur inuentarium, vide suprà *num.16.* Adde in materia Monticul. *pag.16. à tergo, in princip. in pag. sequenti.* vide infrà *num. 33.* Peregrin. *de iur. fisc. lib.2. tit.10. num.14. & seqq.*

23 Et particulariter, quòd hæres dolosè omittens in inuentario describere aliquam rem, licèt minimam, quòd teneatur ad duplum rei omissæ creditoribus, tradit etiam Monticul. *in tract. de inuentar. pag.16. num.3. & pag.37. num.6.* vide Peregrinum *de iur. fisci, lib. 2. tit.10. num. 14. & alijs sequentib.* Et quòd perdat etiam falcidiam, ponit Benincas. *de paupert. pag.210. num.30. & sequentib.* & Villalobos *litera T. num 81.* Quòd perdat falcidiam, traditur etiam per Montic. *pag.16. à tergo, num.3. & pag 37. num.6.* vide dicta *in antecedenti quæst. num. 14.* & Peregrin. *de iur fisc. lib.2. tit.10. num. 14. & seqq.*

24 Et non solùm perdit falcidiam, verùm etiam & Trebellanicam, vt per Gabriel. *pag. 593. num. 4.* & Villalob. *lit. T. num.81.*

25 Sed aduerte ad supradicta, quòd in dubio præsumetur in inuentario omnia bona esse descripta, & ideo contrarium asserens debet hoc probare, vt per Mascard. *conclus. 1003. num.30. lib. 2.* & Hercul. *de negatiua, num.256. & seqq.* & ista est communis opinio, vt per Aymon. *consil.226. num.12. vol.1. pag.26.* sed tu vide Imolam *conclus.23. pag.73. in fine*, & de materia vide Romanum *in consil.276. in fine.* Bart. *in l. finali, §. licentia, C. de iur. deliber. in additionib. sub litera A.* Alciat. *de præsumptionib. regul.3. præsumpt.20. in princip.* Adde pro supradicta communi opinione idem tenentem Monticulum *in tractat. de inuentar. pag.10. à tergo, reg.5. & pag. 12. num. 44. & seq.* vbi de communi: ibique dicit, quòd talis præsumptio proderit nedum hæredi contra alios, sed etiam aliis contra hæredem, & ex hoc ibi infert; *& pag.17. num.5. in fine, & pag.65. num.16. & seqq. & pag.149. num. 147. & pag. 65. num. 18.* vbi etiam quòd talis præsumptio habebit locum, siue hæres sit actor, siue reus: licèt aliqui ibi per eum relati contrarium tenuerint; & pro eadem communi adde Magon. *in decis. Lucen.6. num.44. & seq.* vbi plures concordantes allegat.

26 Quando autem quis possit probare plura extare bona, quàm ea, quæ sunt descripta in inuentario, vide per Alexandrum *in d. l. finali, §. licentia, C. de iur. deliberan.*

27 Hinc est, quòd hodie inoleuit practica & cautela, quòd hæres in calce inuentarij protestetur se alia non reperisse bona, & si repererit, paratus est illa describere: sed de importantia, & materia huius protestationis, vide per Benincasam *de paupertate, pag. 210. num. 34.* Roland. *consil. 73. num. 27. volum.2.* Monticul. *pag. 54. num. 52. & seq.* vide infrà *num. 40.*

28 Ad ea, quæ superiùs dicta fuerunt *num.3. & 4.* de tempore conficiendi inuentarij. Addas primò, quòd istud tempus erit continuum, non autem vtile: vt per Monticul. *de inuentar. pag. 126. num. 136.* Adde secundò, quòd finito isto tempore conficiendi inuentarij, nec etiam incontinenti postea, puta in primo, secundo, vel tertio die, ampliùs fieri non potest:

licèt

licèt benè hæres aliquando testituatur aduersùs hanc omissionem, vt *ibid.* per Monticulum *pag.* 155. *num.* 175. Sed quando dicetur incboatum inuentarium, vide *ibid. pag.* 127. *num.* 41. vbi quòd per solum signum crucis non dicitur inchoatum inuentarium, sed benè dicetur iochoatum per præfationem anni, mensis, diei, loci, & testium, vt *ibi* per eum.

Nota, quòd minor etiam lapso tempore debito cooficiendi inuentarij sæpè restituitur ad confectionem ipsius inuentarij. Quod tamen intelligas prolata læsione; non aliàs. Ita respondeodo ad contraria tradit Roland. *in consil.* 10. *num.* 6. *&* 15. *versic. quartò facit, & num.* 17. *vers. ad quintum, volum.* 4. Hæredi autem ad deliberandum, quantum tempus olim dabatur, videas per Monticul. *pag.* 154. *n.* 168. Bern. *de tempor. vtil. pag.* 26. *in fine, & seq.* vbi etiam quando currat istud tempus. Firman. *in Repert. verb. hæres deliberat. num.* 3. *&* 5. Meooch. *de arbitr. quæstionib. casu* 1. *num.* 1. *& seqq.* vbi *num.* 5. *& seqq.* latè disputat, an istud tempus possit à iudice protogari, seu coarctari, de quo etiam per Villalobos *lit. T. num.* 7. Vide de hoc suprà *num.* 4. & Crassum *in commun. opin. lib.* 2. *quæst.* 6. *cap.* 3. *in* 2. *tom. communium opinionum*, vbi qoòd tempus ad deliberandum non potest à iudice abbreuiari ad hoc, vt quis eo termino elapso excludatur à facultate adeundi, sed benè ad hoc vt eo elapso ad instantiam creditorum curator dari possit, qui creditoribus satisfaciat. Villalobos *lit. T. num.* 7. vbi simpliciter dicit, quòd tempus adeundæ hæreditatis potest à iudice abbreuiari. Et scias, quòd hodie habemus Bullam Pij IV. editam de anno 1565. super reformatione signaturæ iustitiæ, qoa hæredi ad deliberandum datur tempus duorum mensium, si bona sunt præsentia: si verò sint citra montes, dantur quatuor menses; si vltra montes, dantur sex menses; & istud tempus dicit currere à die obitus, &c.

30 Ad ea, quæ superiùs dicta fuerunt *num.* 8. adde in primis, quòd si incerti creditores, sufficit eos citari per proclama, etiamsi siot præsentes in loco, vbi fit iouentariom. Monticul. *pag.* 47. *num.* 16. Adde secundò, quòd in proposito sufficit vnica citatio, siue creditores sint præsentes, siue absentes; & siue certi sint, siue incerti, vt *ibid. pag.* 47 *num.* 17. vbi de communi. Adde tertiò, qoòd hæc citatio non est necesse, vt sit personalis; sed facta procuratori, inquilino, consanguineo, coniugi, fratri, & similibus valet, vt tenet *ibid.* Monticul. *pag.* 47. *num.* 17. *& sequenti.* Adde quartò, quòd Clerici creditores possunt isto casu ab hærede laico citari coram iudice sæculari, *d. pag.* 47. *num.* 20. *& pag.* 130. *num.* 52. Adde quintò, qoòd debitores in inuentarij confectione non sunt citandi, vt *ibid.* per Mooticul. *in tract. de inuentar. pag.* 53. *à tergo, num.* 51.

31 Ad ea, quæ superiùs dicta fuerunt *num.* 10. adde primò, quòd pro testibus sufficiunt fœminæ, vt per Monticulum *de inuentar. pag.* 48. *num.* 28. *& pag.* 132. *num.* 62. Adde secundò, quòd ex dicto vnius testis dicentis se falsò nominatum in inuentatio, nec in eo interfuisse, non censetur ex eo dicto inuentarium reprobatum, vt *ibid. pag.* 49. *num.* 50. Adde tertiò, quòd isti testes necesse est, vt videant faciem tabellionis, hæredis & aliorum, vt *ibid. in pag.* 129. *num.* 47. *& pag.* 132. *num.* 65. Adde quartò, quòd non est necesse inuentarium scribi in præsentia testium, vt *ibid. pag.* 129. *num.* 48. Adde quintò, quòd isti testes debent esse togati, vt *ibid. pag.* 132. *num.* 63. Adde sextò, quòd noo est necesse tales testes inscribi in inuentario; sed sufficit, quòd interfuerint absque eo quòd de illis inuentarium fidem faciat, vt *in pag.* 132. *num.* 64. Adde septimò, quòd tales testes debent cognoscere hæredem, vt *ibid. pag.* 132. *num.* 65. de quo dixi *in tr. de opposit. contra dicta testium, sub quæst.* 71. *oppos.* 25. Adde octauò, quòd testis pauper in inuentario non est idoneus, vt *in d. num.* 65. Adde nonò, quòd tales testes debent esse bonæ conditionis & famæ, aliter non sunt idonei, vt *ibid. in d. num.* 65.

32 Ad ea, quæ superiùs tradita sunt *num.* 15. *& seqq.* vbi posuimus quænam, & quomodo sint in inuentario describenda; adde Monticulum *in tract. de inuentario, pag.* 129. *num.* 45. *& sequenti*, vbi quòd supellex domestica, pecunia, monilia & similia debent poni in inuentario, ac describi in conspectu hæredis, testium, atque tabellionis; secùs verò aliæ res: sed vide eumdem *in pag* 53. *num.* 51. vbi pro & contrà. Adde secundò, quòd in inuentario debent describi nedum bona corporalia, sed etiam iura & actiones, vt *ibid.* per Monticul. *in pag.* 17. *num.* 6. vbi etiam de materia, *& pag.* 36. *num.* 1. *& pag.* 53. *sub num.* 48. Adde tertiò, quòd hæres non tenetur scribere in inuentario debita testatoris, nisi ea de quibus extat scriptura, vt *ibi in pag.* 53. *num.* 48. quo casu inuentarium prohabit debitum in fauorem creditoris contra hæredem, non autem in præiudicium aliorum creditorum hæreditariorum, vt *in pag.* 53. *n.* 49. Adde quartò, quòd in inoentario debent poni res sitæ in quocunque loco, etiam quòd essent in longinqua ratione, & alteri Principi suppositæ, vt *in pag.* 38. *num.* 7. & isto casu sufficit vnicum inuentarium, vbi bona vbique sita describantur: si tamen hæres voluerit plura facere inuentaria, vtique poterit, vt *ibid.* per Monticul. *pag.* 50. *num.* 32. *& seq.* An autem fructus, seu alia incrementa prouenientia ex hæreditate post mortem testatoris ante, vel post aditionem, seu ante, vel post confectionem inuentarij, debeant in ipso inuentario poni, latè per Monticulum *in pag.* 18. *num.* 10. *& omnibus sequentib.* vbi etiam an tales fructus, seu incrementa cedant lucro hæredis, vel creditorum legatariorum, seu fideicommissariorum.

33 Ad ea, quæ superiùs tradita fuerunt *num.* 22. *& sequentib.* adde primò, quòd hæres non malitiosè, sed ignoranter omittens in inuentario describere aliquas res, nullatenus punitur, vt ait Montic. *in tract. de inuentar. pag.* 17. *num.* 4. *&* 5. vbi etiam quòd in dubio præsumitur potius ignorantia, quàm malitia. Adde secundò, quòd minor isto casu videtur excusandus, vt *ibid.* per Montic. *pag.* 17. *num.* 5.

34 Pro pleniori huius quæstionis cognitione, aduerte ad multa, quæ valde ad materiam conferunt.

Et primò, quòd in inuentarij confectione debet semper hæres præsens esse, vt per Mooticulum *de inuentar. pag.* 45. *num.* 11.

35 Aduerte secundò, quòd inuentarium non potest fieri ante mortem testatoris. Mootic. *vbi supr. pag* 44. *num.* 2. *& pag.* 56. *num.* 1.

36 Aduerte tertiò, qoòd inuentarium potest fieri etiam per procuratorem; vt per Monticul. *vbi suprà* 35. *num.* 64.

37 Aduerte quartò, quòd inuentarium potest fieri per hæredem, etiam quòd adiuerit hæreditatem, dummodo sit intra tempora legitima illud conficiendi, vt per Monticul. *pag.* 6. *num.* 22. *& seqq & pag.* 45. *num.* 8. vbi de communi, & *ibi* eam limitat duobus modis, *& pag.* 56. *à tergo. num.* 4. *& pag.* 126. *num.* 33. *& pag.* 155. *num.* 173. licet aliqui relati ab

eodem

eodem *in pag.6. num. 22. & pag. 45. num.8.* contrarium omnino tenuerint.

38 Aduerte quintò, quòd quando sunt plures hæredes instituti, tunc inuentarij diuersa est forma: de qua,& de materiâ,videas per Muntic *pag.7.num.24. & sequentib.*

39 Aduerte sextò, quòd inuentarium confici debet in loco, vbi hæreditas, aut eius maior pars sita est, vt per Monticul. *pag.50. num. 32.* & etiam quòd hæres alibi domicilium habeat; vt videre poteris, *ibid. num. 34.*

40 Aduerte septimò, quòd quando hæres vult aliquid addere in inuentario, potest illud addere manu eiusdem, vel alterius Notarij, vel etiam coram duobus testibus eisdem, vel diuersis,nullo tabellione vocato, vel etiam sine testibus,quoniam ista additio nemini est damnosa,seu lucrosa, vt per Monticulum *in dict. tractat. de inuentar. pag. 54. a tergo, num. 55.*

41 Aduerte octanò, quòd licèt inuentarium careat aliquibus solemnitatibus: tamen si coadiuuantur aliquibus circunstantiis, seu coniecturis; tunc plenè probat, vt per Montic. *pag.55. num.59.*

42 Aduerte nonò, quòd postquam inuentarium est confectum, debet ab ipso Notario coram ipsis testibus publicari, vt tradit idem Monticulus *pag.55. num.61.*

43 Aduerte decimò, quòd inuentarium potest confici etiam de nocte. Vide eumdem Monticulum *in suo tractat. de inuentar. pag. 126. num.37. & pag.129. num.47.* vbi declarat.

QVÆSTIO XXIII.

Donatio quando dicatur inter viuos, & quando causa mortis.

SVMMARIVM.

1. *Donatio causa mortis quæ sit.*
2. *Donatio in dubio potius præsumenda inter viuos, quàm causa mortis.*
3. *Donatio qualis sit ex coniecturis colligitur.*
4. *Donatio præsumitur causa mortis, si adfuerunt quinque testes.*
5. *Donatio dicitur causa mortis, si fuit facta mentio de morte.*
6. *Maximè quando de morte est facta mentio geminata.*
7. *Maximè quando fuit adiecta clausula, Non aliter, &c.*
8. *Fallit, quando in contrarium adsunt coniecturæ.*
9. *Fallit, quando fuit promissum de non reuocando.*
10. *Quod sublimita, & num.11. & 12.*
13. *Fallit, quando adest iuramentum.*
14. *Sublimita.*
15. *Fallit, quando de morte facta est mentio dilatiuè tantum.*
16. *Fallit, quando tantum duo testes fuerunt adhibiti.*
17. *Fallit, quando facta est mentio de hæredibus.*
18. *Fallit, quando donatio est facta respectu meritorum.*
19. *Fallit, quando donans reseruauit sibi vsumfructum.*
20. *Fallit, quando fit coniunctis.*
21. *Fallit, quando adest constitutum.*
22. *Vel clausula, Ad habendum, &c.*
23. *Vel clausula, Omni meliori modo, &c.*
24. *Fallit etiam, quando est dictum inter viuos.*
   Item fallit, quando donatio non est collata in tempus mortis, num.14.
26. *Donatio facta ab infirmo an dicatur inter viuos.*
   Donatio nunquam dicitur causa mortis, nisi de morte fiat mentio. ibid.
27. *Donatio si est omnium bonorum, facta mentione mortis, semper reputabitur causa mortis.*



DONATIO causa mortis est, cùm quis velit se plus habere, quàm donatarium, & plus donatarium, quàm hæredem, *l.1. & l.Senatus, ff.de donat. caus.mort.* cum aliis adductis per Roland *cons.61. num. 20. volum.2.* Clarus *in §. donatio, quæst.4. in princip.* Item donatio causa mortis est illa, quæ fit occasione futuræ mortis, vel instantis periculi, & cuius effectus confertur in tempore mortis, vel instantis periculi, vt per Antonium Gomez *in tit. de donationib. sub num. 15. pag. 178. colum. 3.* 1

In dubio donatio potius præsumitur inter viuos, quàm causa mortis. Iason *in l.qua dotis, num.26. ff. solut. matrim.* vbi de communi. Gozadin. *consil 80. num.9.* Rolandus *consil. 61. num. 29. & 36. volum.2.* Clar. *de donat. quæst.4. versic. sed quæro numquid.* 2

Donatio dicitur, seu præsumitur causa mortis,& inter viuos, iuxta coniecturas, quæ faciunt modò censeri donationem causa mortis, & modò inter viuos, iuxta eorum qualitatem, & diuersitatem. Menochius *de recuperand. possess. pag. 162. num.388.* Conar. *de testament. pag.241. col.4.* & faciunt dicenda infrà *in num.8.* 3

Sed dubium est,quæ sint istæ coniecturæ, quibus donatio præsumitur, aut inter viuos,aut causa mortis, de quibus verba facturi, 4

Primò scias, quòd donatio præsumitur causa mortis, & non inter viuos, quando in ea sunt adhibiti quinque testes. Rolandus *consil.61. num.18.& seq. volum.2.* Sed de veritate huius coniecturæ, vide eumdem Rolandum *ibid. num. 59. & seqq.* & Bellonum *consil.60. num. 12.*

Alia affertur potissima coniectura donationis causa mortis, quando de morte facta est mentio. Iason *in l. qua dotis, num. 29. ff. solut. matrim.* Duen. *reg.218.* Alexand. *consil. 14. num.1. volum.1.* Bellon. *consil. 60. num. 12.* Roland. *consil. 61. num.5. & seqq. num.12. & seqq. volum.2. & consil.8. num.1. & sequentib. volum.1.* Viui. *pag. 152.* & Clarus *de donationib. quæst.4. versic. cæterùm si in donatione,*&c. Crass. *lib.1. cap.8. quæst.10.* vbi de communi, *tom. 2. commun.opin.* Nisi ergo de morte fiat mentio, nunquam dicetur donatio causa mortis, vt dixi infrà *num.26.* 5

Quæ coniectura tanto magis procedit, quando de morte est facta geminata mentio, per ea, quæ addunt Roland. *d.consil.61. num.14. & 15. & num.51.* vbi declarat, *volum.1. & consil. 8. num.5. & num.33.* vbi similiter declarat *in volum.1.* 6

Tanto magis similiter dicta coniectura procedet, quando facta est mentio de morte cum adiectione illius clausulæ, *& non aliter*, &c. per ea, quæ similiter tradit Roland. *dict. consil. 61. num. 17. & num.54.* vbi hoc declarat *volum. 2. & consil.8. num.7. & sequentib. & num.26. & 34.* vbi similiter declarat *in d. volum.1.* 7

Sed prædicta coniectura, quæ principalis & potissima est in hac materia, multas patitur limitationes: ex quibus facilè à contrario sensu tu colligere poteris coniecturas donationis inter viuos. Et in primis fallit dicta coniectura, vbicunque essent in 8

contrarium

contrarium aliquæ aliæ coniecturæ: quia tunc etiam quòd sit facta mentio de morte, tamen adhuc iudicati debet donatio inter viuos, & non causa mortis, vt per Iason. *in d. l. qua dotis, num. 29. ff. solut. matrim.* Roland. *cons. 61. num. 28. 33. & 50. vol. 2. & consil. 8. num. 29. & seqq. volum. 1.* Gozadin. *consil. 80. num. 10.* vide suprà *num. 3.*

9 Prima coniectura donationis inter viuos erit, quando fuerit apposita illa clausula, *Promisit non reuocare, nec vllo contrauenire tempore, sed eam ratam, gratam, & firmam habere*, &c. quia tunc donatio censebitur inter viuos, etiam facta mentione mortis. Ita Iason *in d. l. qua dotis, num. 30. ff. solut. matrim.* & latè comprobat Couar. *de testament. pag. 214. num. 11.* vbi refert etiam contrarium tenentes, *& in pag. 215. à tergo, colum. 3.* cum aliis adductis per Gabrielium *pag. 228. num. 2.* vbi *num. 7.* testatur de magis communi; & est communis, vt per Crassum *lib. 1. cap. 8. quæst. 11. tom. 2. commun. opinion.* De communi etiam Anton. Gomez testatur *in tit. de donationib. num. 22.* Bellon *cons. 60. num. 13.* Alexand. *consil. 14. num. 3. volum. 1.* Aymon *consil. 214. per totum.* Roland. *consil. 61. num. 24. & num. 43. volum. 2. & consil. 8. num. 12. 26. & 37. volum. 1.* vbi de communi. Clar. *de donationib. quæst. 4. vers. sed pone*, vbi similiter de communi. Duen. *reg. 217.* vbi similiter loquitur, quòd non solùm, quando promissum est non reuocare: sed etiam quando promisit attendere, obseruare, & non contrauenire, &c. prout etiam authoritates suprà allegatæ similiter in hoc casu loquuntur: & expressè etiam tenuit Couar. *de testament. pag. 215. num. 13.* Sed contra Dueñam & Couarruuiam tenuit Aymon *consil. 51. colum. 4 vers. non obstat, dum tertio*, &c. *volum. 1.* de hoc vide *in sequenti num. 11. & 12.* Sed pro hac prima coniectura intellige, quòd pactum de non reuocando facit donationem iudicari inter viuos, & non causa mortis, quoad hoc tantùm, vt non possit reuocari: secùs quoad id, quòd donator interim non faciat fructus suos; quia quoad hoc habebat naturam donationis causa mortis, & non inter viuos, vt per Duen. *regul. 217. in 3. limitat.* & hæc sit vna limitatio ad hanc coniecturam.

Secunda sit limitatio, vt procedat, quando pactum de non reuocando est adiectum donationi alicuius rei, vel aliquarum rerum particularium: secùs si sit donatio omnium bonorum; quia tunc si est facta mentio de morte, reputabitur donatio causa mortis, & non inter viuos, etiam quòd sit adiectum pactum de non reuocando: ratio est, quia facienda est interpretatio, vt actus valeat; sed donatio omnium bonorum non valet; ergo debet valere in vim donationis causa mortis quando de morte facta est mentio, etiam quòd adsit pactum de non reuocando, vt per Dueñam *reg. 217. in 2. limitat.* & faciunt infrà dicenda *in num. 27.* Et idem sentit Gabriel. *pag. 229. num. 8.* vbi hanc limitationem ampliat vno modo, vt *ibi* per eum. Gomez *titul. de donat. num. 22. versic. aduertendum tamen*, vbi pro & contra.

Tertiò limita id procedere, quando fuit promissum non reuocare nullo casu; quia tunc erit donatio causa mortis, vt per Crotum *in l. stipulatio hoc modo, num. 48. ff. de verb. oblig.* secùs si simpliciter fuerit promissum non reuocare, vt *ibi* per eum, & per Corn. allegatum per Gabrielium *pag. 228. num. 6.* sed quòd indistinctè semper per promissionem de non reuocando donatio reputetur inter viuos, etiam quod non sit dictum nullo casu, tenuit idem Gabriel. *d. num. 6.* & Couar. *de testament. pag. 214. in 3. column.*

10 Supradicta prima coniectura limitatur adhuc vno modo per Cephalum *in consil. 94. num. 29. vol. 1.* videlicet, vt procedat quando promissio de non reuocando est apposita à principio in verbis substantialibus ipsius contractus: secùs quando apponitur in clausulis accessoriis solùm: puta, quando dicitur, *quæ omnia & singula*, &c quia tunc promissio talis de non reuocando contenta sub illa clausula accessoria, non faciet censeri donationem inter viuos, vbi est facta mentio de morte, vide suprà *num. 9.* & Gomez *de donat. num. 22. vers. verum tamen est.* Et cum Cephalo tenuerunt quàm plures alij relati à Rolando *in d. consil. 8. num. 14. volum. 1.* & relati etiam à Dueña *reg. 217. in 2. ampliat.* cum quibus etiam ipse Dueñas tenet, & latè hanc limitationem comprobat Couar. *de testament. pag. 216. colum. 1. & seqq.* cum aliis adductis per Gabriel. *pag. 228. num. 3. & 4.*

11 Sed quòd distinctè coniectura prædicta habeat locum, siue promissio de non reuocando fiat à principio in verbis substantialibus contractus, siue in clausulis accessoriis, tenuit idem Roland. *d. consil. 8. num. 37. volum. 1.* vbi etiam testatur de communi. Et hæc opinio Rolandi maximè procedet, quando adest etiam iuramentum, de quo vide infrà *num. 13.* vide ad hanc materiam suprà *num. 9.*

12 Limitatur supradicta coniectura alio modo per Nattam *consil. 607. volum. 3.* videlicet, quòd tunc promissio de non reuocando facit censeri donationem causa mortis inter viuos, quando simpliciter fuit facta mentio mortis, secùs si donator expressè dixerit donationem velle valere titulo donationis causa mortis: quia tunc promissio de non reuocando, etiam iurata, non facit eam censeri inter viuos, vt *ibi* per eum, & per Dueñam *regul. 217. in 2. limitatione.*

13 Secunda est coniectura donationis inter viuos, quando videlicet vltra promissionem de non reuocando adest iuramentum: quia tunc tanto magis censebitur donatio inter viuos, etiam facta mentione mortis, vt per Iason. *in d. l. qua dotis, num. 14. ff. solut. matrim.* cum aliis multis adductis per Gabrielium *pag. 229. num. 11.* Rolandum *consil. 61. num. 25. & 44. volum. 2. & consil. 8. num. 26. & seqq. volum. 1.* Bellon. *consil. 60 num. 13.* Gozad. *consil 80. num. 11.* Sed quid si adest iuramentum simplex sine promissione de non reuocando: dic quòd dicetur donatio causa mortis, & erit reuocabilis; nec iuramentum eius naturam immutat, vt per Couarruuiam *de testament. pag. 214. num. 15. & pag. 217.* sed vide Dueñam *regul. 217. in 2 ampliatione*, vbi dicit hanc coniecturam iuramenti de non reuocando, tunc demum habere locum, quando est appositum verbis dispositiuis contractus: secùs si exequutiuis. Quia hoc vltimo casu adhuc remanet donatio causa mortis, vt *ibi* per eum. Sed quòd indistinctè iuramentum de non reuocando etiam appositum verbis exequutiuis, faciat censeri donationem inter viuos, tenuit & probauit Couar. *de testament. pag. 217. colum. 2.* & videtur de mente Gabriel. *pag. 229. num. 11.* Et faciunt ad hæc dicta suprà *in num. 10. & 11. & 9.*

14 Limita hanc coniecturam, vt suprà dictum fuit *num. 12.*

15 Tertiò scias, quòd tunc demum donatio causa mortis reputatur, facta mentione mortis, quando fit de morte mentio dispositiuè, secùs si dilatiuè: puta si fit donatio collata in tempus mortis. exempli gratia, si dicatur: Dono tibi bona post mortem meam, quia tunc etiam quòd sit facta mentio mortis, tamen reputabitur donatio inter viuos. Anton.

Gomez

Gomez *tit. de donationib. sub num.* 14. *versic. quæ omnia.* Roland. *consil.*61.*num.*13. *&* 27. *volum.*1.*& ibid. num.*36. *& cons.*8. *num.* 3. *volum.* 1. Bellon. *consil.*60. *sub num.* 14. Alexand. *consil.* 14. *num.* 3. *volum.* 1. Aymon *cons.*114.*num.*1. *& seqq.* Sed aduerte, quòd hanc conclusionem disputat Iason *in d. l. quæ dotis*, *num.*40. *& seqq.* & *in num.*44. dicit, quòd contraria opinio videtur verior. Idcirco vide declarantem Couar. *de testamentis*, *pag.*141. *num.*25.

16 Quarta est coniectura donationis inter viuos, quando sunt adhibiti tantùm duo testes, quia tunc etiam facta mentione mortis reputabitur donatio inter viuos, & non causa mortis, vt per Iason. *in d. l. quæ dotis*, *num.*46. *&* 47. vbi declarat *ff. solut. matrim.* & per Roland. *consil.* 8. *num.* 22. *& sequentib. volum.* 1.

17 Quinta est coniectura, quando est facta mentio hæredum donatarij, quia tunc etiam facta mentione de morte, reputabitur donatio inter viuos. Iason *in dict. l. quæ dotis*, *num.*48. *ff. solut. matrim.* Roland. *consil.* 61. *num.* 21. *& sequentib. num.* 37. *& sequentib. & num.* 63. *& sequentib. volum.* 2. vbi respondet ad contraria, *& consil.*8. *num.*11. 19. *& seqq.& num.*31. *volum.*1. Bellon. *consil* 60. *num.*14. Alexand. *consil.*14. *num* 4. *volum.*1. Aymon *consil.* 214. *num.* 17. Couar. *de testament. pag* 241. vbi de magis communi. Cephal. *consil.*44. *num.*17. *volum.*1. Duen. *reg.*217. *in* 3. *ampliat.*

18 Sexta est coniectura, quando donatio est facta respectu meritorum: quia tunc etiam facta de morte mentione, censebitur donatio inter viuos. Roland. *consil.*61. *num.* 22. *&* 41. *volum.*2. vbi respondet ad contraria. Contrà Gozadin. *cons.*80. *num.*15.

19 Septima est coniectura, quando donans reseruauit sibi vsumfructum rei donatæ: quia tunc etiam facta mentione mortis, censebitur donatio inter viuos. Alexander *consil.*14. *num.*3. *volum.*1. Roland. *cons.*61. *num.*23. *volum.*2.*& ibid. num.*42. vbi respondet ad contraria. Aymon *cons.*214. *num.* 11. *& seqq.* vbi generaliter loquitur de qualibet reseruatione.

20 Octaua coniectura donationis inter viuos est, quando fit coniunctis: quia tunc etiam facta mentione mortis censebitur inter viuos, vt per Rolandum *consil.*61. *num.*16. *& num.*49. vbi respondet ad contraria, *volum.* 1. Cephalum *consil.* 144. *num.*16. *volum.* 1.

21 Nona est coniectura, quando adest in contractu donationis constitutum: quia tunc etiam facta mentione mortis censebitur donatio inter viuos. Rolandus *consil.*6. *num* 45. *volum.*2.

22 Item si adest clausula, *Ad habendum*, &c. Roland. *consil.*61. *num.*48. *volum.*2.

23 Idem si adest clausula, *Omni meliori modo*, &c. Aymon *consil* 214. *num.*19.

24 Insuper tunc demum ex mentione mortis donatio censebitur causa mortis, & non inter viuos: quando non solùm simpliciter est facta mentio de morte, sed etiamsi donatio est collata in tempus mortis, aliàs secùs, vt per Clarum *de donationib. quæst.*4. *versic. cæterùm*, &c.

25 Item aduertatur, quòd si facta est mentio de morte, item & facta sit mentio de donatione inter viuos; certè non causa mortis, sed potiùs inter viuos censebitur facta donatio: vt per Alexandr. *consil.*14. *num.* 1. *& sequentib. volum.* 1. Gozadin. *consil.* 80. *num.* 10.

26 Dubitant valde Doctores, An donatio facta ab infirmo, sit reputanda inter viuos, vel causa mortis? ad cuius resolutionem, vide Iason. *in l. quæ dotis*, *num.*28. *ff. solut. matrim.* Roland. *consil.*8. *num.*8. *& sequentib. num.* 35. *& sequentib. volum.* 1. Clar. *de donat. quæst.* 4. *versic. & hac quidem.* Viuius *pag.* 53. Gozadio. *consil.* 80. *num.* 14. *&* 15. Couar. *de testament. pag.* 241. *à tergo.* Tiricæ. *de testament. coniug. pag.*90. *cap.*3. *per totum.* Anton. Gomez *tit. de donat. num.*15. vbi quòd siue donatio fiat ab infirmo, siue etiam ab eo, qui sit positus in instanti periculo, nunquam tamen dicitur causa mortis, nisi de morte sit facta mentio, & *ibi* testatur de communi.

In materia ista aduertas, quòd licèt multæ sunt 27
sunt coniecturæ donationis inter viuos, quæ faciunt illam reputare inter viuos, & non causa mortis, etiam facta mentione de morte, de quibus latè superiùs diximus. Tamen scias, quòd quando donatio est omnium bonorum, quæ regulariter non valet, vt suo loco videbimus: tunc si est facta mentio de morte, reputabitur donatio causa mortis, & non inter viuos, non obstantibus omnibus alliis coniecturis, quæ possint talem donationem facere præsumi inter viuos, & hoc ad hoc vt actus valeat: vt per Duen. *reg.* 217. *in* 1. *limitat.* Et faciunt quæ suprà *in num.*9. *in* 2. *limitat.* particulariter dicta fuerunt in pacto de non reuocando, & tenet Gabrielius *pag.* 229. *num.* 8. vbi *num.*9. etiam ampliat, quando donatio non in totum annullaretur, sed pro parte.

QVÆSTIO XXIV.

Filius institutus & grauatus quando possit duas quartas detrahere: & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Filius quando detrahat duas quartas.*
2. *Regula est quòd detrahat duas quartas.*
3. *Limita, quando purè grauatur.*
4. *Limita in filio instituto in re certa.*
5. *Limita in ascendentibus institutis, & num.*6. *&* 7.
8. *Limita quando expressè detractio Trebellianica est prohibita.*
9. *Limita, quando onus fideicommissi non est iniunctum filio.*
10. *Limita in filio adoptiuo.*
11. *Quid in fideicommisso tacito iniuncto per clausulam codicillarem.*
   *Istæ duæ quartæ ad quam summam ascendant, num.*11.
   *Duæ quartæ an possint detrahi, quando est prohibita legitima, num.*8.
   An pater filio possit præiudicare in istis duabus quartis. ibid.
13. *& quid si fideicommissum sit relictum alicui pro loco.*
14. *& quid si filius approbauit testamentum patris.*



E materia huius quæstionis generaliter vltra infrascripta videas Nouell. 1
regul. 7. & infrà *in versic. Trebellianica*, *num.*7.

Regula sit, quòd dettahat duas a
quartas, tam de iure ciuili, quàm Canonico, ac etiam de consuetudine, quam totus mundus obseruat, communiterque à Doctoribus recepta, vt per Iason. *in l. filium quem habentem*, *num.*6. *&* 8. *C. famil. hercifcund.* Diaz *reg.*296. Cotta *pag.*326. Nouell. *reg.*7.

reg.7. Conarruuias *de teſtament.pag.364.num.5.* Viui. *pag.96.à tergo,& pag.145.* Villalob. *litera F.num.108.* Rnland. *conſil.35.num.9. vol 1. & in conſil.85.num.12. & 13.eodem volum.& conſil.39.num.8.volum.3.& conſil.26.num.23.& ſequentib.eoaem volum.3.* Port. *conſil.93.num.1.& ſequentibus, per totum, volum.2.* vbi de receptiori opinione tam in ſcholis, quàm in iudicijs. Roland. *conſil.9.num.1.volum.4.* vbi ex Caganlo, & aliis pluribus quos allegat, eam dicit generaliter per orbem ſeruatam, & practicatam apud omnes opinionem.

3 Limita pluribus modis, & primò eam procedere in filio grauato in diem, vel ſub conditione: ſecùs in grauato purè, & ſtatim reſtituere; qui non detrahit niſi vnam quartam, vt per Iaſon. *in d. l. filium quem, num.4. & ſequent.* Neuizan. *conſil.1.num.3.* vbi de communi. Couarru. *de teſtament.pag.364.num.5.* Viui. *pag.96.à tergo,& pag.145.* Capra *conſil.3n.num.5.* cum omnibus aliis ſuprà in antecedente num. allegatis, quibus accedat Dilect. *de art.teſtan.in tit.de hered.inſtit.caut.1.num.5.*

4 Limita II. in filio inſtituto in re certa, quia iſte non detrahit niſi vnam quartam. Iaſon *in d. l. filium, num.10.* Cotta *pag.327.*

5 Limita III. non procedere in patre, matre, ſeu aliis aſcendentibus inſtitutis à filio, & grauatis etiam in diem, vel ſub conditinne: quia iſti aſcendentes non detrahunt niſi vnam quartam, ſecundùm Iaſon. *in d.l.filium, num.9.* Cotta, qui illum ſequitur, *pag.327.* & Nouell. *regul.7. in 1. fallentia*; & latè hanc defendit opinionem Rolandus *conſil.39.num.8.& ſeqq.* vbi de communi: licèt alij *ibi* per eum relati contrarium tenuerint, *volum.3.*

6 Cuius contrarium tenuit Couart. *de teſtam p.364 num.6.* vbi de communi: licèt alij *ibi* per eum relati tenuerint potiùs cum Iaſone.

7 In quo aduerte, quòd ſi eſſemus in caſu, in quo extaret ſtatutum fœminas excludens propter maſculos, tunc, ſi mater inſtitueretur à filio, & grauaretur, &c. non poſſet indubitanter niſi Trebellianicam detrahere, & ſic ſolùm vnam quartam, vt per Cephal. *conſ.5.num.46.vol.1.* & per conſequens iſto caſu Iaſonis opinio haberet locum ſine dubio.

8 Limita ſupradictam regulam principalem non procedere, quando expreſsè teſtator, vel etiam tacitè prohibuiſſet detractionem Trebellianicæ; quia tunc non detrahit niſi vnam quartam: ſed iſta limitatio tractatur ſuprà *in quaſt.11. num.7.* Et quid ſi prohibuiſſet filio detractionem legitimæ, vide Clarum *de teſtament.quaſt.72.per totam*, & ſuprà *quaſt.11. num.7.* & Marzarium *de fideicommiſſ. quaſt.50.* & ſuprà *quaſt.33. num.17.& quaſt.32. num.11.* vide in propnſito Rolandum *conſil.26. num.24. volum.3.* vbi aſſerit, quòd filius grauatus, &c. debet detrahere duas quartas, &c. & quòd in hoc pater filio non poteſt præiudicare, & hanc dicit eſſe communem: quod amplia, vt infrà *num.14.*

9 Limita alio modo, videlicet quando onus fideicommiſſi non eſt iniunctum ipſi filio, ſed ei venientibus hæredibus ab inteſtato, puta, ſi teſtator diſpoſuit; videlicet, Inſtituo filium meum. Et voln, quòd poſt mortem filij mei hæreditas reſtituatur Titio: quia tunc filius non detrahet niſi vnam quartam, cùm, vt dixi, eo caſu fideicommiſſum non dicitur iniunctum filio, ſed ei venientibus ab inteſtato, vt per Alexandr. *conſil.12.num.24.volum.3.* quem refert & ſequitur Cotta *in memor.pag.327.in princip.* Et faciunt, quæ in ſimili ponuntur ſuprà *quaſt.11.num.11.* Adde omninò in materia Clarum *de teſtament.q.72.* *verſ.Tertius eſt caſus*, vbi concludit idem, & teſtatur de magis communi: licet alij *ibi* per eum relati contrarium tenuerint, vide eumdem Clarum *ibidem in verſic.in 2.caſu,* &c.

Limita etiam in filio adoptiuo, qui non detrahit niſi vnam quartam. Placa *cap.40.pag.680.* 10

Limita etiam, quia licèt filius detrahat duas quartas: tamen iſtæ quartæ non aſcendunt pluſquam ſit dimidia hæreditatis: vt per Iaſon. *in d.l.filium, num.6.* & per Couarruuiam *de teſtament. pag.364. num.6. in fine.* Roland. *conſil.26. num.25. volum.3. & conſil.9.num.1. volum.4.* Trebellianica dicitur eſſe quarta pars reſidui bonorum, detracta tamen legitima, ad notat. *in l. quod in ratione. §. quod vulgò. ff. ad legem falcidiam, & in d. l. filium quem. C. famil. herciſc.* & per Canoniſtas *in cap. Raynutius, de teſtament.* cum ſimilibus. Intellige ſuprà dicta, quando ſumus in numero liberorum, videlicet quatuor, aut infrà, quia tunc legitima & Trebellianica non poteſt tranſcendere dimidiam hæreditatis: ſecùs ſi ſimus in numero filiorum quinque, aut ſex, vt per Marzarium *de fideicommiſſ. quaſt.51.* quia tunc poteſt detrahere plus quàm dimidiam hæreditatis, vt *ibi* per eum. 11

Pro complemento huius quæſtionis, quæro: Tu ſcis, quòd teſtamentum nullum ob præteritionem filij, valet in vim fideicommiſſi per clauſulam codicillarem, vt infrà ſuo loco dicemus; an iſto caſu filius præteritus, qui virtute clauſulæ codicillaris cenſetur rogatus reſtituere per fideicommiſſum, poſſit detrahere duas quartas. Dic quòd ſi filius erat natus tempore præteritionis, tunc non detrahit, niſi vnam quartam: ſi verò erat poſthumus, & ſic in vtero tempore præteritionis, tunc detrahit duas quartas, vt per Iaſonem *in d.l.filium.quem n.11. C.famil.herciſc.* 12

Adde inſuper in materia, quòd filius grauatus debet detrahere duas quartas, etiam quòd fideicommiſſum debeatur piæ cauſæ. Rnlandus *conſil.26.n.21. volum.3.* 13

Adde inſuper, quòd in tantum eſt verum, quòd filio grauato pater poſſit præiudicare ſuper detractione duarum quartarum: vt id procedat etiam quòd approbauerit teſtamentum patris. Ita Roland. *conſil.26.num.12.vol.3.* ſuper quo videas ſuprà tradita *q.11.num.9.& quaſt.32.num.3.& q.33.num.6.& ſequentibus, & quaſt.27. num.18.* Marzar. *de fideicommiſſ. quaſt.50.& 52.* 14

QVÆSTIO XXV.

De Interdicto Quorum bonorum, & petitione hæreditatis.



ICVT iſta quæſtio duas inter ſe differentes materias continet: ita nos in duo capita illam diuidemus. In primo ſcilicet capite de interdicto Quorum bonorum: in ſecundo verò capite, de petitione hæreditatis nonnulla notanda ponemus.

CAPVT I.

SVMMARIVM.

1. *Libelli forma in interdicto Quorum bonorum.*
2. *Interdictum Quorum bonorum an detur contra titulo poſſidentem.*

3. *In quo differat, seu conueniat cum petitione hæreditatis.*
4. *An sit possessorium retinendæ, adipiscendæ, &c.*
5. *An detur contra possidentem res particulares hæreditatis.*
6. *Quæ probationes in eo admittantur, & de materia.*
7. *An detur ei qui quandoque habuit possessionem.*
8. *In hoc interdicto an intelligatur de possessione edictali.*
9. *Hoc interdictum an pluries possit intentari.*
10. *An detur hæredi de iure ciuili.*
11. *An hæredi succedenti ex testamento.*
12. *An instituto in re certa.*
13. *An instituto in quota hæreditatis.*
14. *An filio legitimato.*
15. *An ei, in quem ex statuto continuatur possessio.*
16. *An electo ad dignitatem.*
17. *An contra non possidentem.*
18. *Interdictum Quorum bonorum, an detur contra eum, qui dolo desiit possidere.*
19. *Quid de eo, qui tempore litis motæ non possidebat, sed postea cœpit possidere.*
20. *Hoc interdictum an detur contra debitores hæreditarios.*
21. *An contra vsufructuarium.*
22. *An pro rebus, quas testator solùm retinebat.*
23. *An pro iuribus incorporalibus.*
24. *An pro mutuis præstationibus & pensionibus.*
25. *An possit cumulari cum possessorio recuperandæ.*
26. *An in hoc iudicio sit probanda filiatio.*
27. *An in hoc iudicio obstet exceptio præscriptionis, &c.*
28. *An exceptio dominij.*
29. *An exceptio sententiæ latæ super petitorio.*
30. *Appellare an liceat ab hac sententia.*

1 INterdicti Quorum bonorum, libellus quomodo formari debeat, habetur per Specul. *in tit. de testam. §. nunc dicendum.* Bartol. *in l. 1. num. 9. ff. quorum bonorum.* Aretin. *in §. quadrupli. Instit. de actionib.* Alexand. *consil. 70. num. 10. volum. 6. & consil. 4. num. 3. & sequenti, volum. 2. & consil. 183. num. 3. volum. 5.* Roffred. *de libell. concept. sub rubr. de interdict. quorum bonorum, pag. 53.* Mathes. *singul. 69. in addit. in fine.* Roland. *consil. 75. volum. 2. & consil. 974. eodem volum.* Menoch. *de adipiscen. possess. pag. 6. num. 88. & 94. & sequenti.*

2 Interdictum Quorum bonorum, regulariter non datur contra titulo possidentem. Ampliationes & limitationes huius conclusionis videas per infrascriptos, videlicet, Specul. Bart. & Aret. suprà in hoc antecedenti numero allegatos, & Calcan. *consil. 67. num. 8. versic. & per hoc interdictum.* Roland. *consil. 1. num. 15. volum. 1.* latè *in decis. Bononien. 35.* Boni. *de stat. præscript. pag. 83. num. 253.* Cott. *in memor. pag. 380.* Cæpoll. *caut. 133.* Socin. *regul. 296.* Roland. *cap. 75. vol. 2.* in discursu, & *consil. 94. eodem vol.* omninò Menoch. *de adipiscen. possess. num. 49. vsque ad 63. pag. 5. decis. Pedemont. 56. num. 1. & seqq.*

3 Interdictum Quorum bonorum, est possessorium; petitio verò hæreditatis est remedium petitorium, Maran. *pag. 99. num. 9* Et in quibus sit similitudo inter interdictum Quorum bonorum, & petitionem hæreditatis, habetur per Roland. *consil. 1. num. 9. & sequentib. volum. 1.* Et in quibus inter se differant, videas per Maran. *vbi suprà*, in discursu, & omninò per Menoch. *de adipiscen. possess. pag. 2. & sequentibus.*

4 Interdictum Quorum bonorum, an sit possessorium retinendæ, adipiscendæ, vel recuperandæ, habetur per Socin. iuniorem *cons. 75. part. 1.* Roland. *consil. 75. vol. 2.* in discursu. vide infra *num. 7.*

Interdictum Quorum bonorum, an detur contra possidentes res particulares hæreditatis. Roland. *consil. 75. volum. 2.* in discursu. Menoch. *de adipiscen. possess. pag. 6. num. 8. & sequentib.* 5

In interdicto Quorum bonorum, quæ probationes requirantur. Quòd in hoc interdicto probationes non sufficiant semiplenę, dicit veriorem esse opinionem Menoch. *de adipiscen. possess. p. 6. n. 96.* Item an requiratur in eo litis contestatio, habetur per eumdem Roland. *d. cons. 75.* in discursu. vide infrà *n. 26.* 6

Interdictum Quorum bonorum, non datur ei, qui aliquando habuit possessionem rei in litem deductæ. Roland. *consil. 1. num. 16. volum. 1.* vide suprà *num. 4.* Menoch. *de adipiscen. possess. pag. 3. à tergo, n. 29. & seq.* vbi etiam limitat. 7

Hoc interdictum an cōcedatur illi bonorum possessori, qui edictalem bonorum possessionem consequutus est: an illi tantùm, qui decretalem, videas latè per Menochium *de adipisc. possess. pag 3. num. 9. & plurib. seqq.* 8

Hoc interdictum non potest pluries intentari ratione vnius rei: sed ad diuersas res pluries moueri posse non impeditur. Menoch. *de adipiscen. possess. pag. 4. num. 31. & seq.* 9

Hoc interdictum, vtile scilicet, conceditur etiam hæredi de iure ciuili. Menoch. *ibid. num. 33. & sequentibus*, vbi de magis communi. 10

Hoc remedium conceditur etiam hæredi succedenti ex testamento. Menoch. *ibid. num. 35. & seq.* 11

Hoc interdictum non conceditur instituto in re certa, alio sibi vniuersali hærede adiuncto. Quòd si nullus sit datus hæres vniuersalis, vel datus repudiauerit, tunc conceditur hoc remedium. Menoch. *ibid. num. 37. & sequenti.* 12

Hoc remedium conceditur instituto in quota hæreditatis. Menoch. *de adipiscen. possess. pag. 4. numer. 39. & seqq.* 13

Hoc remedium conceditur etiam filio legitimato. Menoch. *ibid. num 42. & seq.* vbi etiam de materia. 14

Hoc remedium conceditur etiam hæredi, qui nondum apprehendit possessionem, sed dispositione statuti in eum possessio defuncti continuatur. Menoch. *ibidem num. 45.* vbi de communi. 15

Hoc remedium conceditur etiam electo ad dignitatem. Vide Menochium *loco citato num. 46.* 16

Hoc remedium non conceditur contra non possidentem. Menoch. *ibi num. 47. & seq.* 17

Limita, quia benè datur contra eum, qui dolo, vel culpa desiit possidere: super qua limitatione & materia, vide Menoch. *ibid. num. 65. & seqq.* 18

Hoc remedium an concedatur ei, qui tempore litis motæ non possidebat, sed deinde tempore sententiæ possidere cœpit. Menoch. *ibid. num. 70. & seqq.* 19

Hoc remedium non conceditur contra debitores hæreditatis, *ibid. num. 72. & seq.* 20

Hoc remedium conceditur etiam contra vsufructuarium. Menoch. *ibi num. 76.* 21

Hoc remedium conceditur etiam pro rebus, quas testatur detinebat. Menoch. *de adipiscen. possess. pag. 6. num. 78. & sequenti.* 22

Hoc remedium datur etiam pro iuribus incorporalibus, puta seruitutibus, iurisdictione, & similibus. Vide eumdem Menoch. *de adipisc. pag. 6. num. 83. & seqq.* 23

Hoc interdictum conceditur pro pensionibus, & annnis præstationibus realibus, secus pro personalibus. Menoch. *de adipisc. possess. pag. 6. num. 8. & seq.* 24

Hoc

25 Hoc interdictum an possit cumulari cum possessorio recuperandæ, vide per Menochium *de adipiscen.possess.pag.6. num.89 & sequentibus*, vbi distinguit plures casus.

26 Filiatio an sit probanda per agentem hoc interdicto. Menoch.*ibidem num.97.& seqq.pag.7.*

27 Agenti hoc interdicto obstat exceptio præscriptionis, per Menoch.*ibidem num.54.& sequentibus,& num.* 101. vbi etiam quòd secundùm communem præscribitur spatio triginta annorum, & non minori: super qua materia vide omninò *in decis. Pedemont.57.num.5.& omnibus sequentib.*

28 Agenti hoc interdicto obiici potest exceptio dominij, si incontinenti probetur, alias secùs. Menoch. *de adipisc.possess.pag.7.num.*102. *& seqq.*

29 Agenti hoc interdicto an obstet exceptio sententiæ latæ in petitorio, vide *ibidem* per Menoch. *n.*108. *& seqq.*

30 Appellare non licet à sententia lata super hoc possessorio. Menoch.*ibidem pag.7.à tergo,num.*115. Contard.*in l.1.C.si de moment.possess. in 2. limit. §.1. num.9. & seqq.& num.*18.

Capvt II.

Svmmarivm.

1. *Petitio hereditatis an detur contra titulo possidentem,& num.5.*
2. *Forma libelli in petitione hereditatis.*
3. *Petitio hereditatis non datur ei, qui aliquando habuit possessionem.*
4. *An sit iudicium vniuersale.*
6. *Quomodo præscribatur hæc petitio hereditatis.*
7. *Quæ probationes requirantur in petitione hereditatis.*
8. *Appellatio admittitur in petione hereditatis.*
9. *An detur contra possidentem bona feudalia.*
10. *An in ea veniant restituendi fructus.*

1 IN hoc secundo capite, in quo de petitione hæreditatis particulariter agemus, Primò quæro, An petitio hæreditatis detur contra titolo possidentem, & quando, super qua materia videas Roland. *consil.1. num.15. volum.*1. vbi quòd non. Et idem tradit *in consilio* 48. *num.* 3. *&* 4. quod declarat *ibidem in num.11.& seqq.& num.22. vol.*1. latè de hac materia videas per Couarr.*practic. quæst.pag.*78. *cap.*12. Menoch.*de adipis.possess.pag.5.num.*61.vbi quòd non datur,& *ibi* de materia. Vide inferiùs *num.5.*

2 Forma libelli in petitione hæreditatis habetur per Alexandr.*consil.*183.*num.5. vol.5.* & per Roland. *consil.90. num.3. & sequentibus, volum. 2. & consil.48. num.6. volum.*1. Couartu.*practic.quæst.pag.78.cap.*12. De hac forma concipiendi libellum in petitione hæreditatis, vide *in decis. Pedemont.74. num.5.* 6. 12. 13. 18.& 19.vbi particulariter, an sustineatur libellus in petitione hæreditatis, in quo quis petit reum condemnari ad restitutionem rerum hæreditariarum absque eo, quòd petat se declarari hæredem. In petitione hæreditatis, petitur in libello primò se declarari hæredem: deinde se immitti, vt per Contard. *in l.1.C.si de moment.possess.in 2.limitat.§.1.num.*10. sufficit tamen iudicis tacita declaratio, quòd sit hæres, vt per Contard.*in d.2.limitat.§.2.num.4.*

3 Petitio hæreditatis non datur ei, qui aliquando habuit possessionem rei in iudicio deductæ. Roland. *consil.1. num.16. volum. 2.* Maran. *in specul. pag. 99. num.6.*

Petitio hæreditatis est iudicium vniuersale, vt per Couartu.*in pract.pag.78.cap.*12. 4

Licèt regulariter petitio hæreditatis non detur contra titulo possidentes, vt suprà dictum fuit *in num.1.*& est *decis.Pedemont.56.num.1.& 2.* Regula tamen ista limitatur pluribus modis. 5

Et primò, quando iste titulus fuisset acquisitus pendente iudicio in petitione hæreditatis, vt *d.decis. Pedemont.56.num.4.vers.non obstat.*

Limita II. non procedere, quando titulus esset acquisitus post mortem testatoris, seu defuncti ab intestato, de cuius hæreditate agitur, vt *ibidem sub d. num.4.* licèt nonnulli relati *in num.3.* voluerint contrarium.

Limita III. quando iste titulatus possessor haberet causam ab iis, qui poterant petitione hæreditatis conueniri, *ibidem sub d.num.4.* licèt nonnulli similiter *ibi* relati contrarium plenè tenuerint.

Petitio hæreditatis an & quanto tempore & quomodo præscribatur in fauorem eius, qui similiter faciebat se hæredem, vel in fauorem singularis successoris, vide *in prædicta decis.Pedemont.56.num.5.& omnib seqq.* 6

In petitione hæreditatis requiruntur plenæ probationes. Contard.*in l.1.C.si de momentan. possess.in 2. limitat.§.1.num.13.* 7

Appellare licet in petitione hæreditatis. Ripa *in l.finali,num.10.ff.quorum bonorum.* 8

Petitio hæreditatis datur cuicunque, siue filio, siue extraneo, contra possidentem bona feudalia. Roland.*consil.98. num.29. volum.3.* 9

In petitione hæreditatis veniunt restituendi fructus. Menoch.*in l.finali,num.81. C.de edict.Diu.Adrian.tollen.* 10

Qvæstio XXVI.

De legitima filijs assignata in vita patris.

Svmmarivm.

1. *Filius an possit contrahere super legitima sibi assignata.*
2. *Legitima assignata an augeatur, auctis bonis patris.*
3. *Filij an possint petere à patre viuo legitimam.*
4. *Legitima assignata & consumpta, an sit danda alia.*
5. *Legitima assignata filio, an sint alimenta præstanda.*
6. *Prædium filio datum in vita patris, an imputetur in legitimam.*
7. *Id quod pater pro filio soluit in vita, an in legitimam imputetur.*
8. *Quid si pater viuens soluerit pro filio delinquente legitimam.*



LEGITIMA si fuerit à patre viuente filiis suis assignata, an possint filij super ea contrahere: vide Iason. *in l.frater à fratre,num.23.in 2.lectura.ff.de condict.indebit.* vbi tenet quòd sic. Contrarium tenet Crott.*ibidem num.24.* 1

Legitima si fuit filiis in vita patris assignata, bonaque patris post assignationem augeantur; an augeri similiter debeat legitima, vide Crottum *ibidem d.num.24.* Villalob.*lit.F.num.106.* Viui.*cart.144. verb. legitima sufficiens.* Menoch. *de arbitr.quæstionib. p.178. num.18.* faciunt dicta infrà *in quæst.35.num.12.* 2

3 Legitima à filiis an possit in vita patris ab eo peti, habetur per Viuian. *cart.* 142. Cotiet. *singul. pag* 169. Socin. *regul.* 288. Duen. *reg.* 356. *decis. Bonomen.* 89. *num.* 1. Cephal. *consil.* 95. *num.* 2. *volum.* 1. vbi quòd non.

4 Legitima assignata in vita patris, si à filiis consumitur, pater non tenetur iterum eis dare aliam. Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 182. *num.* 56. *pag.* 203. *decis. Pedemont.* 124. *num.* 6. Viui. *in communib. opinionib. versic. statutum disponens, quòd pater teneatur soluere pro filio*, &c. *propè finem.*

5 Legitima assignata in vita patris, an nihilominus per patrem sint præstanda alimenta, posui *in Repert. contractuum quæst.* 47. *num.* 2.

6 Legitima filiorum minuitur ex eo, quòd pater viuens illis aliquod prædium assignauerit: quia prædium filio datum in vita patris, in legitimam imputatur, nisi contrarium ex coniecturis suadeatur, vt per Sebast. Medic. qui concordantes adducit, *in tract. de compensat. quæst.* 33. *num.* 3. & 4. *part.* 1.

7 Legitima an filiis minuatur ex eo, quòd pater viuens aliquid pro eis soluerit. Moron. *de fide*, &c. *pag.* 208. *quæst.* 33. *per totam.*

8 Legitimam si pater viuens soluerit pro filio delinquente, an teneatur iterum illam in testamento relinquere. Vide Viuium *in tract. commun. opinionib. verb. statutum disponens, quòd pater teneatur soluere*, &c. *propè finem.*

QVÆSTIO XXVII.

Legatum creditori factum quando cum eius credito compensetur.

SVMMARIVM.

1. *Materia generalis huius quæstionis.*
2. *Debitor necessarius & voluntarius quis, & numer.* 10.
3. *Legatum factum à debitore voluntario, non compensatur.*
4. *Legatum factum vxori non compensatur cum dote.*
5. *Quid in debitore mixto, num.* 20. 27.
6. *Quid si apparet de coniecturata mente, &c.*
7. *Quid si institutio est facta de filiis, seu fratribus.*
8. *Legatum à debitore necessario compensatur.*
9. *Legatum factum marito compensatur cum lucro dotis, & num.* 24.
10. *Quid in debitore ex conscientia.*
11. *Quid in legato speciei, & num. seq.*
13. *Quid in legato facto ab hærede debitoris necessarij.*
14. *Quid in legato non perpetuo permansuro, &c. & num* 15. *&* 28.
16. *Quid si fuit dictum: Lego de bonis meis, &c. & num.* 17.
18. *Quid si legatum compensatum sit minus debito, an possit peti supplementum.*
19. *Legatum factum filiæ censetur factum in compensationem dotis.*
20. *Legatum factum à debitore necessario, & adhuc obligato ex contractu, an compensetur, & num.* 5. *&* 27.
21. *Legatum factum ab hærede debitoris voluntarij compensatur.*
22. *Legatum factum fideicommissario per hæredem grauatum censetur factum animo compensandi.*
23. *Legatum factum filio compensatur in legitimam.*
28. *Legatarius agnoscendo legatum, quando in suo credito sibi præiudicet.*
Compensatio in dubio non præsumitur, & debet probari per allegantem, num. 25.
Quid de legato liberationis facto debitori, numer. 26.
Quid in legato vsusfructus. d. num. 28.
29. *Quid si expressè testator leget ex mera liberalitate.*
30. *Quid de legato ad pias causas.*
31. *Quid de legato dotis.*

1 ATERIA huius quæstionis generaliter tractatur per Doctores *in Authent. præterea, C. vnde vir & vxor. in l. si cùm dotem, §. si pater, ff. solut. matrim.* Socin. *in l. de die, §. tutor. num.* 3. *ff. qui satisdare cogant.* Castr. *consil.* 83. *part.* 1. Alexand. *consil.* 12. *num.* 6. *volum.* 2. Corn. *consil.* 230. *num.* 3. *& sequentib. volum.* 4. *& consil.* 292. *num.* 2. *volum.* 2. *& consil.* 258. *num.* 2. *volum.* 3. *& cons.* 115. *num.* 2. *vol.* 4. *& cons.* 188. *num.* 9. *volum.* 1. *& consil.* 257. 344. *&* 316. *in eodem volum.* 1. Socin. iun. *consil.* 30. *num.* 17. *part.* 2. Quibus in locis inuenies plures casus contingibiles in materia præter infrascriptos. Quibus adde Peregrinum *de fideicommiss. art.* 33. *num.* 41. *& sequentib.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 1. *& seqq. per totum.* Simon de Prætis *de interpretat. vltimar. voluntat. lib.* 4. *interpretat.* 1. *dub.* 6. *num.* 1. *& plurib. sequentib.* Hondedeus *consil.* 50. *num.* 1. *& seqq. lib.* 2.

2 Sed pro eius clariori cognitione sunt duo casus distinguendi. Primus, inquam, casus potest figurari in debitore voluntario. Secundus in debitore necessario. Voluntarius in materia debitor appellatur, qui ex contractu obligatus est: necessarius autem, qui à lege, & ex eius constitutione ad aliquid tenetur, nullo per ipsum contractu præcedente, vt per Doctores infrà allegandos exemplificatur. Et vide infrà *num.* 10. *& sequenti.* Et ad cognoscendum, an debitum sit voluntarium, vel necessarium, attenditur solùm eius origo, *l. si seruum, ff. de action. empt.* Hieronym. de Monte *quæst.* 3. *num.* 15. & faciunt infrà tradita *num.* 19. *&* 20. & hæc est magis communis, vt per eumdem Hieronym. de Monte *ibid. d. num.* 15. Et de materia vide per Cardinalem Albanum *consil.* 6. *num.* 1. *& sequentib.* Quod debitum sit necessarium illud, quod ex legis, vel statuti dispositione debetur, traditur per eumdem Hieronym. de Monte *quæst.* 3. *num.* 2. *&* 27. Sebastian. Medic. *de compensat. part.* 1. *quæst.* 31. *num.* 11.

3 Deueniendo ad primum casum. Regula sit, quòd legatum factum à debitore voluntario non compensatur cum debito: nec animo compensandi ab ipso relictum præsumitur. Hanc regulam facit & probat Iason *in d. Authent. præterea, num.* 18. & Decius *num.* 11. *C. vnde vir & vxor.* Dilect. *de art. testandi cautela* 5. *sub tit. de legat. num.* 1. Bero. *quæst.* 92. *num.* 2. Villalobos *litera L. num.* 42. Afflict. *decis.* 44. *num.* 9. Corn. *consil.* 210. *num.* 3. *vol.* 1. Couarruuias *de testamentis, pag.* 304. *à tergo, versic. in primo quidem*, &c. Suarez *litera L. num.* 34. Et ita omnes Doctores concludunt, teste Hieronymo de Monte *quæst.* 3. *num.* 1. *l. vnica, §. sciendum, de rei vxor. action. l. creditorem, de legat.* 2. *l. pecunia, ff. de aliment. & cibar. legat.* Vide etiam Sebastianum Medic. *de compensat. quæst.* 31. *part.* 1. *num.* 12.

4 Et hinc est, quòd legatum factum à marito vxori, non compensatur cum eius dote: quia censetur

factum

factum à debitore voluntario. Berous quæst. 92. numer. 1. latè comprobat Roland. consil. 65. num. 18. & sequentib. volum. 2. Hieronym. de Mont. quæst. 1. num. 7. & sub num. 37. prope finem, per l. 1. §. sciendum. C. de rei vxor. act. & num. 4. per l. si compensandi. C. de haeredib. instituen. Sebast. Medic. de compensat. part. 1. quæst. 31. num. 12.

5 Amplia supradictam regulam, nedum quando debitum est merè voluntarium, sed etiam quando est mixtum ex lege & ex contractu simul: quia tunc legatum factum à tali debitore, nec quidem in debitum compensabitur, vt per Boui. de stat. præscript. pag. 163. num. 46. vide infrà num. 10. & 27.

6 Limita regulam non procedere, quando apparet de contraria mente testatoris, quod videlicet etiam quòd sit debitor voluntarius, tamen voluerit suum legatum compensare cum debito: talis enim mens testatoris erit omninò obseruanda, vt per Dilect. caut. 9. num. 2. & 3. sub titul. de legat. vbi etiam per quæ verba testator dicatur mandasse legatario hanc compensationem: de quo videas etiam aliquid per Ancharanum quæst. 41. num. 9. part. 2. & per Beroum quæst. 92. num. 6. per totum, vbi etiam dat plura exempla, in quibus talis mens testatoris colligitur. Afflict. decis. 44. ferè per totam: vbi similiter ponit, quibus coniecturis præsumatur iste animus compensandi; & duudecim coniecturas in proposito remissiuè enumerantur per Couarruuiam de testament. pag. 305. column. 1. in fin. & sequenti. Vide pro supradicta limitatione etiam Hieronymum de Monte quæst. 3. num. 3. & Sebastianum Medic. de compensat. part. 1. quæst. 31. numer. 17. vbi quòd compensatio in legatis admittitur, & non admittitur, iuxta testatoris animum.

7 Et inter alias coniecturas solet afferri illa, quando videlicet sunt instituti filij: tunc enim legatum factum etiam à debitore voluntario, censetur factum animo compensandi, vt per Bero. quæst. 92. pag. 229. in princip. Afflict. decis. 44. num. 17. & sequentib. & numer. 20. & seqq. vbi dicit idem esse si instituantur fratres germani.

8 In secundo autem casu, quando scilicet sumus in debitore necessario, facias regulam contrariam, quòd videlicet legatum factum à debitore necessario in debitum à legatario est compensandum. Diaz regul. 171. Iason in d. Authent. præterea, num. 18. Villalob. lit. L. num. 42. Afflict. decis. 44. num. 9. Couarruuias de testament. pag. 304. colum. 4. Mandell. consil. 17. num. 6. Suarez lit. L. num. 35. & ita omnes Doctores concludunt, teste Hieronymo de Monte q. 3. num. 1. & 4. num. 27. & 34. l. si cum dotem §. si pater. ff. solut. matrim. & Sebast. Medic. de compensat. part. 1. q. 3. num. 11. vbi de ea.

9 Et hinc est, quòd legatum factum ab vxore marito, compensatur cum lucro dotis ei debito ex forma statuti. Iason in Authent. præterea, num. 21. & sequentib. C. vnde vir, & vxor. Et veriorem & magis communem asserit Roland. de lucr. dotis q. 96. Diaz reg. 454. Dilect. de art. testan. sub titul. de legat. caut. 5. num. 1. Villalob. litera V. num. 76. vbi è conuerso loquitur in legato facto vxori à marito. Hanc etiam sequitur Ancharanus quæst. 41. num. 1. & seq. part. 2. vide infrà num. 24. vide pro eadem opinione Hieronym. de Monte quæst. 3. num. 14. & Sebast. Medic. de compensatione part. 1. quæst. 31. num. 1.

10 Amplia I. supradictam regulam secundi casus, vt procedat nedum in debitore ex necessitate legis, verùm etiam in debitore ex conscientia; legatum enim factum ab eo, qui in foro conscientiæ ad aliquid tenebatur, in debiti compensationem factum præsumitur. Iason in d. Authent. præterea, sub num. 19. & Dec. n. 11 Couuarru. de testament. pag. 304. colum. 3.

Amplia II. etiam quòd legatum sit alicuius speciei, & debitum sit quantitatis, vel è contrà: tunc enim legatum factum à debitore necessario, adhuc erit compensandum, vt per Iason. in d. Authent. præterea, num. 26. & Dec. ibi num. 10. Hæc opinio, vti verior, à contrariis defenditur per Hieronym. de Mont. quæst. 3. num. 23. & omnibus sequentib. & numer. 40. & sequentib. vbi quòd hodie contraria opinio forsan non est communis, & dato quòd communis, ea tamen in iudicando & consulendo tenenda non est, vti falsa. Ratio huius opinionis ea est principalis: nam licèt in contractibus non admittatur compensatio de specie ad quantitatem, & è contrà: tamen secus est in vltimis voluntatibus; quia hæc compensatio non regulatur secundùm naturam cōpensationis contractuum, secundùm iura & authoritates adductas, non solùm per Hieronym. de Mont. vbi suprà, sed & per Sebast. Medic. de compensat. quæst. 32. part. 1. num. 1. & seq. qui etiam ipse hanc sequitur opinionem. 11

Contrarium voluit Dilect. in titul. de legat. caut. 5. num. 3. vbi de communi. Bero. quæst. 92. num. 4. & 11. & Couarru. de testament. pag. 304. colum. 4. Anchar. quæst. 41. num. 9. & seq. vbi similiter de communi. De communi etiam testantur relati per Hier. de Mont. quæst. 3. num. 5. & sequentibus, vbi concordantes & rationes referuntur. 12

Amplia III. vt nedum compensetur legatum mihi factum à meo debitore necessario, verùm etiam factum ab hærede mei debitoris necessarij. Couarruu. de testament. pag. 305. col. 1. licèt alij ibi per eum relati tenuerint contrarium. Vide eundem Couarruuiam ibidem pag. 304. colum. 3. vbi de materia. Quid autem de legato facto ab hærede debitoris voluntarij, vide infrà num. 21. & sequent. quòd legatum factum ab hærede debitoris necessarij sit factum animo compensandi, latè defendit Cardin. Alban. consil. 6. num. 1. & sequentib. vbi respondet ad contraria: & pariter, quòd licèt aditionis hæreditatis actus sit voluntarius: hæres tamen debitoris necessarij dicatur etiam debitor necessarius, & animo compensandi legasse præsumatur, traditur per Hieronymum de Monte quæst. 3. num. 2. & sequentib. num. 12. & seqq. & num. 15. vbi de magis communi, & num. 17. & sequentib. & num. 32. vbi pariter respondet ad contraria, & facit infrà num. 27. 13

Limita in legato non perpetuò apud legatarium permansuro, quia istud non compensatur etiam factum ab hærede necessario: & idem tradit Sebast. Medic. de compensat. part. 1. q. 31. num. 14. & quæst. 32. num. 4. vide Iason. in d. Authent. præterea, n. 26. & Dec. ibi sub num. 12. Capr. consil. 143. num. 6. Ancharan. quæst. 41. num. 5. & seq. part. 2. 14

Sublimita procedere, quando statim esset restituendum legatum, secùs si ex interuallo; tunc enim interusurium medij temporis compensatur cum debito, vt per Decium d. num. 12. Ancharan. quæst. 41. num. 7. & sequentib. part. 2. vide infrà num. 28. Et pro hac eadem sublimitatione vide Sebastian. Medic. de compensat. part. 1. quæst. 31. num. 15. & quæst. 32. num. 4. 15

Limita II. principalem regulam secundi casus, vt non procedat, quando fuit dictum à testatore: Lego centum, &c. de bonis meis: nam tunc tale legatum etiam factum à debitore necessario non compēsatur; 16

vt per Iason. *in d. Authent. præterea, num.* 26. & Betoum *quæst.* 92. *num.* 5. Anchar. *quæst.* 41. *num.* 4. *part.* 2. hoc idem tradit Sebast. Medic. *de compensat. q.* 32. *part.* 1. *num.* 4. *in fine.*

17 Contrarium tenuit Decius *in d. Authent. præterea, num.* 13. & Couarru. *de testament. pag.* 316. *num.* 7.

18 Quarto in materia. Ponamus legatum factum in compensationem debiti esse minoris valoris, quàm debitum: An legatarius qui acceptauit, & agnouit istud legatum, possit postea petere supplementum: an verò sibi illud agnoscendo præiudicauerit. vide Betoum *quæst.* 92. *num.* 6. *&* 9. vbi concludit, quòd legatarius agnoscendo legatum simpliciter factum animo compensandi, potest petere supplementum. Si verò testator nedum legauerit animo compensandi, sed etiam dixit, quòd legatarius debeat esse contentus, &c. nec ampliùs petere possit, agnoscendo legatum non potest ampliùs petere supplementum: super quibus vide omnino declarantem Paulum de Castro *in cons.* 73. *vol.* 1. Afflict. *decis.* 44. *n.* 31. *& sequentibus*, vbi concludit, idem quod Berous *vbi suprà.* Couarrunias *de testament. pag.* 308. *num.* 11. vbi concludit idem, quod Berous, & Afflict. *vbi suprà.* Dic quòd talis acceptatio sibi præiudicat, nec poterit petere supplementum, vt per Suarez *litera L. num.* 36. vbi de communi. Adde pro hac eadem opinione Cephalum *consil.* 29. *num.* 20. *& sequentib. volum.* 2. Conferunt ad hanc materiam suprà tradita *quæst.* 24. *num.* 14. *quæst.* 11. *num.* 9 *& infra quæst.* 32. *num.* 3. *& quæst.* 33. *num.* 6. *& sequentib.* Et in materia scias, quòd regulare est, quòd legatarius acceptando legatum, censetur etiam acceptare onus illi annexum, vt tradit, præter supradictos, Natta *consil.* 186. *num.* 1. *volum.* 1. Sed hoc intelligas procedere, dummodo legatarius agnoscens habuerit scientiam oneris impositi; aliter secus, vt per Castrum *in l. si compensandi, post princip. C. de hæredib. instituen.* Alexand. *consil.* 132. *sub num.* 2. *versic. sed ista est, volum.* 2. Et faciunt in proposito tradita in alio Repert. *in Contractib. verb. Ignorans an dicatur*, &c. Et adde in materia, quòd legatarius agnoscendo legatum sibi præiudicat etiam in legitima, vt per Socinum iuniorem *consil.* 122. *lib.* 1. de quo vide infrà *quæst.* 32. *num.* 3. vbi est locus suus.

19 Legatum factum à patre filiæ, censetur factum in compensationem dotis: quia pater cùm teneatur dotare filiam, dicitur ex hoc debitor necessarius. Cephal. *consil.* 84. *num.* 9. *& sequent., volum.* 1. vbi testatur de communi. Hieronym. de Mont. *quæst.* 1. *num.* 11. *part.* 1. Adde in materia Crem. *singul.* 3. Socin. *regul.* 281. & Mandell. *consil.* 7. *num.* 9. vbi ampliùs dicit, quòd licèt pater promiserit filiæ suæ dotem, & sic sit obligatus ex contractu: nihilominùs, quia origo debiti est necessaria, ideò legatum factum à patre filiæ, cui iam promiserat dotem, censetur factum in compensationem istius dotis promissæ, vt per Mandell. *cons.* 17. *n.* 9. & Albanum *cons.* 6. *n.* 1. *& seqq.* Faciunt generaliter infrà tradita *num.* 20. *&* 27. & eamdem ampliationem approbat Hieronymus de Monte *quæst.* 1. *num.* 11. *part.* 1.

20 Et hinc sumi potest alia ampliatio ad regulam supradicti casus, quòd videlicet legatum factum à debitore ex contractu de eo, quod priùs debebat de necessitate legis, adhuc dicitur factum à debitore necessario, & per consequens compensatur; licèt enim debitor ille dicatur voluntarius, qui ex contractu est obligatus: tamen quando id, quod deducitur in contractu, respicit necessitatem legis, dicitur necessarius, & non voluntarius debitor, vide infrà *num.* 27. quia attenditur origo debiti, vt ex dictis per Mandellum *d. cons.* 17. *num.* 9. colligi potest. vide suprà *num.* 3. & adhuc superiùs *num.* 2.

Diximus suprà *in num.* 13. quòd legatum factum 21
ab hærede mei debitoris necessarij, censetur factum animo compensandi, non aliter ac si esset factum à principali debitore necessario. Sed quid è contrà de legatu facto ab hærede debitoris voluntarij, an compensetur? Dic quòd legatum factum ab hærede debitoris voluntarij, censetur factum animo compensandi: quia hæres istius debitoris voluntarij dicitur debitor necessarius, & non voluntarius, vt per Mandell. *consil.* 2. *num.* 14. *& consil.* 17. *num.* 68. Debitum enim dicitur necessarium, quando non habuit originem ab ipso debitore, sed aliunde, vt ibi per eum, cuius contrarium videtur concludere Hier. de Mont. *quæst.* 3. *num.* 37.

Et hinc est, quòd legatum factum fideicommis- 22
sario ab hærede primi testatoris grauato restituere, censetur factum animo compensandi in fideicommissum, vti factum à debitore necessario, vt per Mandell. *d. consil.* 17. *num.* 7. Si grauatus legat fideicommissario eadem bona, quæ relinquere tenebatur, tunc sine dubio compensandi animo factum dicetur; si verò leget alia & diuersa bona, tunc res non transit sine difficultate, ex traditis per Hieronymum de Monte *quæst.* 3. *num.* 2. *& seq.*

Adde ad supradicta, quòd legatum factum à pa- 23
tre filio, censetur factum in compensationem legitimæ. *l. omni modo. C. de inofficios. testament.* Anchar. *quæst.* 41. *num.* 1. *part.* 2. Hieronym. de Mont. *quæst.* 3. *num.* 44. quod fallit in legato vsusfructus, vt per Sebast. Medic. *de compensat. quæst.* 33. *in princip. part.* 1. Sed contra hanc fallentiam videtur facere infrà generaliter tradita *in num.* 28.

Diximus suprà *in num.* 9. quòd legatum factum 24
à coniuge coniugi, compensari debet cum lucro dotis.

Limita modò hoc non procedere in legato non perpetuò apud maritum, seu vxorem permansuro; quia non compensatur, quando illicò veniret restituendum: si verò ex interuallo, tunc compensetur interusurium medij temporis. Anchar. *quæst.* 41. *num* 5. *& sequentib. part.* 2. vide suprà *num.* 14. *&* 15. Et pro hac limitatione vide etiam Sebastianum Medic. *de compensat. part.* 1. *quæst.* 32. *num.* 4.

Limita II. in lucro dotis debito vigore pacti in instrumento appositi de lucrando quartam partem dotis; ratione enim pacti debitum videtur voluntarium, & ideò cum legato non compensatur, vt per Sebastian. Med. *d. quæst.* 32. *num.* 4. Quam limitationem ego intelligo, vt procedat in lucro dotis debito vigore pacti non existente statuto idem disponente, quia pactum de eo, quod vigore statuti debetur, non facit debitum volontarium, vt dixi suprà *num.* 20. & infrà dicam *num.* 27.

Adde in materia, quòd in dubio legatum non præ- 25
sumitur factum animo compensandi, & ideò qui allegat legati compensationem, debet illam probare. Cardinalis Albanus *consil.* 6. *num.* 1.

Quid de legato liberationis facto debitori, vide 26
infra in materia legatorum inter diuersa *num.* 14.

Dixi suprà *num.* 20. quòd debitor dicitur necessa- 27
rius, etiam quòd sponte se obligauerit ad faciendum illud ad quod tenebatur ex legis dispositione, quia originalis causa debiti est attendenda; & ista est vera conclusio, & communis, vt etiam per Hieronymum de Monte *quæst.* 3. *sub num.* 2. & meliùs *numer.* 32. Sed hæc videtur limitanda, vt procedat,

quando

quando debitor procurat ad illud adſtringi abſque eo, quòd ipſe ſponte aliquid ageret: ſed ſi non poterat aſtringi abſque aliquo alio actu voluntario, (exemplum in hærede, qui niſi adeat hæreditatem, non poteſt ad debita defuncti etiam neceſſaria aſtringi, de quo ſuprà particulariter dixi *num.* 13.) tunc ex quo requiritur actus iſte voluntarius, videtur quòd & debitor dicatur voluntarius, etiam quòd debitum veniat ex legis neceſſitate, per ea quæ conſiderantur & allegantur per Hieronym. de Monte *quaſt.* 3. *num.* 2 *& ſeqq.* Cuius tamen contrarium verius eſt, etiam quòd debitum neceſſarium non poſſit exigi ſine aliquo hominis facto voluntario; tamen neceſſarius debitor dicitur, attenta debiti origine, per ea, quæ idem Hieronym. de Monte reſpondendo ad contraria tradit *in d. quaſt.* 3. *num.* 12. *& ſequentib. & num.* 15. vbi de magis communi, *& num.* 17. *& ſeqq.*

28 Legatum vſuſfructus compenſatur cum debito neceſſario, etiam quòd incertum ſit, quanto tempore legatarius viuere poſſit. Heronym. de Monte *quaſt.* 3. *num.* 10. *& num.* 49. *& ſeq.* Faciunt ſuprà tradita *num.* 14. *&* 15. Et quid de legato vſuſfructus facto filio, an computetur in legitimam, vide ſuprà *num.* 23.

29 Quando legatum ſit cum expreſſione cauſæ, quòd videlicet legatur ex mera liberalitate, tunc non compenſatur, etiam quòd debitum ſit neceſſarium, vt per eumdem Hieronym. de Monte *quaſt.* 3. *num.* 44.

30 Adde ſupradictis, quòd legatum compenſatur in debitum neceſſarium, etiam quòd ſit factum pio loco. Sebaſt. Medic. *de compenſat. part.* 1. *quaſt.* 31. *numer.* 1.

31 Item & legatum dotis in debitum neceſſarium compenſatur, *d. quaſt.* 31. *num.* 3.

QVÆSTIO XXVIII.

Præteritio filij quando reddat nullum teſtamentum patris.

SVMMARIVM.

1. *Præteritio filij reddit nullum patris teſtamentum.*
2. *Amplia, etiam quòd de filio ſit facta mentio.*
3. *Amplia quòd tale teſtamentum eſt ipſo iure nullum.*
4. *Amplia etiam in filio emancipato.*
5. *Amplia etiam in præterito cum cauſa.*
6. *Amplia etiam in filijs legitimatis.*
7. *Amplia etiam in fœmina.*
8. *Sed quid ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, &c.*
9. *Amplia etiam quòd ſit nullum de iure pretorio.*
10. *Amplia etiam in poſthumo præterito.*
11. *Sed poſthumo moriente an reconualeſcat.*
12. *Item quid de poſthumo nato in ſeptimo menſe, vbi de materia.*
13. *Amplia etiam in filio præterito à matre, &c.*
14. *Amplia etiam in patre, auo, &c. præteritis à filio.*
15. *Amplia etiam in matre, auia, &c. præteritis à filio.*
16. *Amplia, vt nec valeat inter liberos.*
17. *Amplia etiam in filijs adoptiuis.*
18. *Limita in teſtamento militis.*
19. *Limita in filijs naturalibus.*
20. *Limita quando filius præteritioni conſenſit.*
21. *Limita in filia inſtituta in dote data.*
22. *Limita in filio, pro quo pater in vita ſoluit legitimam.*
23. *Limita in filio bannito.*
24. *Clauſula codicillaris quid operetur iſto caſu.*
25. *Legitima an debeat filio relinqui iure inſtitutionis. Quid de filio Iudæo. ibid.*
26. *Quid ſi filius eſt inſtitutus, ſed in minimo.*

REGVLA ſit, quòd præteritio filij reddit teſtamentum patris nullum. 1 Iura & authoritates huius regulæ allegantur per Clarum *de teſtamentis, quaſt.* 42. *verſic. & hac quidem.* Ad hanc materiam vide omnino Antonium Gomez *tu. de ſucceſſionib. contr. teſtament. num.* 1. *& ſequentib.* & omnino etiam Michael. Craſſ. *in §. teſtamentum, quaſtione* 48. *&* 49.

Præteritus autem dicitur ille, qui non eſt aut inſtitutus, aut nominatim exhæredatus, etiam quòd de eo facta ſit mentio in teſtamento. Clarus *de teſtament. quaſt.* 42. *in princip.* Faciunt ad hæc dicenda in ea quæſtione, videlicet, quando legitima filiis relinqui debeat iure inſtitutionis, &c. de qua infrà *num.* 25. 2

Amplia quòd tale teſtamentum ob præteritionem filij eſt ipſo iure nullum. Tutzan. *opinion.* 59. *&* 114. Clar. *de teſtament. quaſt.* 42. *in princip. & quaſt.* 43. *verſic. ſucceſſiuè*, &c. vbi affert vtilitatem huius ampliationis. Ex quo enim eſt nullum ipſo iure, tale ius dicendi nullum non præſcribetur minori ſpatio, quàm triginta annorum. Quòd ſi veniret annullandum per querelam inofficioſi, tunc quinquennio talis querela præſcriberetur, vt *ibi* per eum. 3

Amplia II. etiam in filio emancipato præterito. Clarus *d. quaſt.* 42. *verſic. & hac quidem.* Sed an iſto caſu ſit nullum ipſo iure, vel veniat annullandum per querelam, vide *ibid.* per Clarum. 4

Amplia III. quòd filius ſit præteritus cum inſertione cauſæ: quia adhuc teſtamentum erit ipſo iure nullum. Clarus *d. quaſt.* 42. *verſ. & hac quidem, in fine.* 5

Amplia IV. in filiis legitimatis. Clarus *d. quaſt.* 41. *verſic. ſed quaro*, &c. *& quaſt.* 84. Roland. *conſil.* 67. *num.* 13. *volum.* 3. *num.* 26. *& ſequentib.* vbi de communi. In quo videas Antoninum Theſaurum *in deciſ. Pedemont.* 84. Couar. *de matrim. pag. mihi* 182. *num.* 2. Pro ampliatione adde Cephalum *conſil.* 277. *num.* 4. *& conſil.* 276. *num.* 4. Roland. *conſil.* 96. *num.* 51. *&* 54. *volum.* 3. & faciunt infrà tradita *verſic. legitima, num.* 13. 6

Amplia V. etiam in filia fœmina præterita: quia hodie ſecundùm ius commune ſublata eſt differentia ſexus maſculini & fœminini, (Clar. *d. quaſt.* 42. *verſ. item quaro*,) quoad ſucceſſionem. 7

Sed quid ſi ſtat ſtatutum, quòd ſtatutibus maſculis fœmina non ſuccedat, an tunc fœmina præterita poſſit dicere patris teſtamentum nullum. Iſta eſt ardua quæſtio; in qua videas Villalob. *lit. F. num.* 60. *& num.* 137. *& ſequentib.* Viui. *pag.* 230. *à tergo*, omnino Gabriel. *pag.* 612. *num.* 16. *& ſeqq. num.* 31. *& ſeqq. & num.* 34. *& ſequentib.* Clar. *de teſtament. dict. quaſt.* 41. *verſic. & hac quidem concluſio, & ſeq.* 8

Amplia VI. vt teſtamentum ob præteritionem ſit nullum, nedum de iure ciuili, ſed etiam de iure prætorio. Clarus *de teſtament. quaſt.* 43. *in princip.* vbi affert vtilitatem huius ampliationis. 9

Amplia VII. etiam in filio poſthumo præterito. Clar. *de teſtament. quaſt.* 45. 10

11 Sed in hoc aduerte, quòd si posthumos viuo testatore decedat, testamentum reconualescit. Clar. *de testament. quæst.* 45. *versic. sed pone*, de quo vide Cephal. *consil.* 138. *per totum*, in discursu.

12 Item aduerte, quòd posthumus natus in 7. vel 8. mense, non rumpit testamentum, etiam quòd sit præteritus, quia dicitur partus immaturus, qui naturaliter viuere non potest. Clarus *d. quæst.* 45. *versic. sed quid si iste*, vbi de materia, immò etiam quòd nascatur in 9. mense, non rumpit testamentum, nisi sit bapizatus, & vixerit per viginti quatuor horas. Anton. Gomez *in tit. de hered. quæ ab intest. num.* 8. *cap.* 1. Cephalus *cons.* 138. *num.* 18. *& seq.* vbi de nato ante septimum mensem.

13 Amplia VIII. etiam in filio præterito à matre, seu ab alio ascendente per lineam maternam. Clar. *de testament. quæst.* 47. vbi optimè declarat.

14 Amplia IX. etiam in patre, seu aliis ascendentibus per lineam paternam præteritis à filio. Clar. *de testamen. quæst.* 48. vbi etiam quid si pater emancipauit filium. Capra *consil.* 30. *num.* 1. *&* 2. Vide etiam Viuium *pag.* 233.

15 Amplia X. etiam in matre, seu aliis per lineam maternam ascendentibus præteritis à filio. Capra *consil.* 30. *num.* 1. *&* 2. Viui. *pag.* 233. Clar. *de testam. quæst.* 49.

16 Amplia XI. vt tale testamentum nullum ob prætetitionem vnius filij, non valeat etiam inter alios liberos, quia in hoc casu præteritionis non habet locum Authent. *Ex imperfecto*. Clar. *de testament. quæst.* 8. *versic. sed quæro*, *Tu scis*, *& seq.* Adde Tunt. *in consil. pro vxore, num.* 545. *& sequentib. & num.* 557. vbi dicit, quòd licèt tale testamentum isto casu non valeat, etiam vti testamentum inter liberos, nihilominus valere debebit, vt voluntas intestati, ad quam seruandam poterunt ipsi liberi iudicis officio compelli, vt *ibi* per eum. Ad quam materiam vide omnino Sforz. *in consil.* 28. *per totum*, vbi latè disputat, an partus octimestris habeatur pro abortiuo, itavt succedere non possit, & quomodo probetur partus ille octimestris.

17 Amplia XII. etiam in filiis adoptiuis. Placa *pagin.* 677. *& seq.* vbi de materia.

18 Limita I. in testamento militis prætereuntis filium, quia eius præteritio habetur pro exhæredatione. Clarus *de testament. quæst.* 41. *versic. benè verum*, &c. vbi optimè declarat.

19 Limita II. in filiis naturalibus præteritis. Clar. *d. quæst.* 42. *versic. sed quid in filiis*. Tiraq. *de reuocand. donat. pag* 477. *num.* 47.

20 Limita III. quando filius præteritioni consensit: sed quomodo hæc limitatio intelligatur, vide declarantem Clar. *de testament. quæst.* 43. *vers. sed quid si*, &c. pro principali limitatione adde Suarez *lit. A. num.* 214. vbi de communi testatur.

21 Limita IV. quando pater instituisset filiam in dote etiam data: quia tunc non dicitur præterita. Clar. *de testament. quæst.* 44. vbi quòd tutius est, quòd instituatur in dote data, & in duobus puta Iuliis: adde in materia Tunt. *in respons. pro vxore, num.* 742. *& sequentib.*

22 Limita V. quando pater iam pro filio condemnato soluisset legitimam: quia tunc præteritio non nocet. Mathes *singul.* 103.

23 Limita VI. in filio bannito præterito. Cotta *pag.* 85.

24 Quid operetur isto casu clausula codicillaris, vide *in seq. quæst.*

25 Adde in materia, quòd non solùm est testamentum nullum ob præteritionem filij, si filio nihil relinquitur: sed etiamsi relinquitur legitima, sed alio iure, quàm institutionis: super cuius conclusionis veritate, & materia, vide omnino Antoninum Thesaurum *decis. Pedemont.* 58. vbi saluat testamentum, in quo legitima fuit relicta per verbum *Lego*, iuncta clausula, *& cætera*, propter quam dicit Notarium posse illud verbum, *Lego*, extendere etiam iure institutionis, est pulchra declaratio. Vide etiam Mathesilanum *singul.* 158. Socin. *regul.* 152. Villalobos *lit. L. num.* 57. Viui. *in communib. opinionib. pag.* 84. Alphan. *in Collectan.* 197. Clar. *de testament. quæst.* 38. *& quæst.* 6. *versic. sextò infertur*, vbi particulariter quid in testamento ad pias causas. Capra *consil.* 30. *num.* 1. Et quid operetur isto casu clausula codicillaris, vide *in sequenti quæst. cap.* 1. *num.* 5. Quòd tegulariter debeat relinqui titulo honorabili institutionis, tradit Roland. *cons.* 62. *num.* 53. *volum.* 3. vbi de communi. Fallit in filio Iudæo, cui sufficit relinquere legitimam, etiam sine titulo institutionis, nec propterea testamentum est inualidum, Natta *consil.* 621. *num.* 1.

Adde etiam in eadem materia, quòd testamentum patris non rumpitur ob præteritionem filij, qui in minimo tantùm institutus est. Tiraq. *in tract. de iudic. in rebus exig. pag.* 57. *vers.* 57. &c. 26

QVÆSTIO XXIX.

Clausula codicillaris quid operetur in testamento nullo, ob præteritionem filij.

CAPVT I.

SVMMARIVM.

1. *Clausula codicillaris habet vim fideicommissi filio nato præterito.*
2. *Sed quid si sit præteritus ignoranter.*
3. *Item quid si in testamento erat iam factum à patre fideicommissum.*
4. *Item quid de clausula non apposita, sed subaudita.*
5. *Item quid si relinquitur legitima, sed non iure institutionis.*

PRIMVM caput huius quæstionis erit in inuestigatione filij iam nati præteriti. Quid, inquam, in huiusmodi testamento operetur dicta clausula codicillaris. In quo conclusiuè respondeas, quòd clausula codicillaris operatur, vt filius censeatur rogatus restituere hæredi scripto hæreditatem per fideicommissum, secundùm magis communem opinionem: de qua per Clarum *de testament. quæst.* 46. *in princip.* & per Gabrielium *pag.* 765. *conclus.* 7. *per totam*, licèt alij multi *ibi* per eos relati tenuerint contrarium. Et pro communi addo Turzanum *opin.* 59. *&* 114. Tunt. *pro vxore, num.* 569. *& sequentib.* Crass. *in* §. *testamentum, quæst.* 50. *num.* 1. *& seqq.* vbi de materia. 1

Ista communis conclusio absque dubio procedit in filio iam nato scienter à patre præterito. Quòd si ignoranter à patre prætereatur, puta quia ignorabat eum esse natum, vel quia credebat eum mortuum. Et tunc non ita absoluè dicendum erit, quòd clausula codicillaris operetur fideicommissum, immò potiùs 2

potiùs contrarium videtur verius, vt tradit Clarus *de testament. quæst. 45. versic. & hac quidem, &c. iuncto versic. qua etiam multò magis*, &c. Sed quia filius iam natus ignoranter præteritus æquiparatur isto casu posthumo ignoranter præterito, vt optimè adnotauit Clar. *in d. vers. & hac quidem*; ideo quæ infrà in huius quæstionis secundo capite dicentur de posthumo ignoranter præterito, conferent ad decisionem huius articuli.

3 Insuper prædicta conclusio magis communis non ita indubitanter fortasse procedet, quando in testamento patris præterceuntis filium hæredi scripto esset datus alius substitutus, seu fideicommissarius. Nam cùm habeamus regulam, quòd legata & fideicommissa etiam vniuersalia conseruantur, & debentur ex testamento nullo ob præteritionem filij, vt per Clarum *de testam. quæst. 4. in princip.* Tunc fideicommissarius scriptus in testamento patris, videns illud nullum, propter præteritionem filij posset dicere: O fili, præterij te, non feritnas hæreditatem hæredi scripto, quia ego sum fideicommissarius nominatus à tuo patre: nec te moueat clausula codicillaris, quia illa non habet locum isto casu, in quo testator expressè de fideicommissario prouidit. Ideo in hoc puncto vide Clarum *de testament. quæst. 46. vers. & hac conclusio*, &c. vbi dicit, quòd ista quæstio suo tempore occurrit de facto, & adhuc non fuerat terminata.

4 Præterea tu scis, quòd in testamento inter liberos, siue apponatur clausula codicillaris, siue non apponatur: semper tamen pro apposita habetur, vt diximus in alio Repert. in materia *vltimar. voluntat. vers. amor, & vers. clausula codicillaris*; dubitari modò ex hoc contingit, an ista clausula codicillaris subaudita in testamento inter liberos, valide illud, & operetur suum effectum, si est nullum ob alicuius filij præteritionem. Vide in hoc Tunt. *pro vxore, n. 573. & sequentib.* vbi concludit, quòd sic, & *ibi* declarat materiam.

5 Præterea etiam scis, quòd legitima debet relinqui filio iure institutionis; aliàs dicetur præteritus, *vt dixi in antecedenti quæst. num. 25.* Quæro modò, q... operetur clausula codicillaris, quando legitima filio non relinquitur iure institutionis. Vide Tunt. *pro vxore, in num. 569.*

Caput II.

Summarium.

1. *Clausula codicillaris habet vim fideicommissi posthumo scienter præterito.*
2. *Sed quid si ignoranter, & num. 3.*
4. *& quid si pater post natiuitatem posthumi superuixit.*
5. *& quid si pater de futuris liberis cogitauit.*
6. *Item quid si clausula codicillaris sit concepta per verba præsentis temporis.*
7. *Vel futuri.*
8. *Sed quid si pater in testamento facit magna legata.*
9. *Item quid si fuerint instituti alij filij.*
10. *Item quid si posthuma esset fœmina, & instituti essent agnati testatoris.*
11. *Item quid si testator habebat mulierem sterilem, vel senem.*
12. *Item quid si testator habebat filium iam natum, & nihilominus apposuit clausulam codicillarem in fauorem aliorum institutorum.*

Secundum caput quæstionis, in quo de filio posthumo agetur, arduam sane continet quæstionem: an videlicet eo præterito, clausula codicillaris operetur suum effectum fideicommissi, sicut in filio iam nato præterito, de quo supra *in primo capite* diximus. Et sanè maximam reperio opinionum contrarietatem, maximè inter Clarum *de testament. quæst. 46.* & Gabrielium *pag. 766. & sequentib. conclus. 8.* ambos latissimè hanc quæstionem explicantes. Ideo non firmando pro nunc veritatem conclusionum, sed solummodò Doctorum auctoritates referendo, duos principales casus distinguo. Et vide omnino ad hanc quæstionem Osascum *consil. 70. per totum*, vbi latè disputat, & respondet contrariis, *lib. 1.*

Primus casus est, quando posthumus est scienter 1 præteritus, & tunc nulla est inter Doctores controuersia, omnesque præsupponunt isto casu clausulam codicillarem operari suum effectum fideicommissi; sicut si esset præteritus filius iam natus, maximè quando clausula codicillaris esset concepta per verba futuri temporis, vt per Gabrielium *pagin. 766. num. 5.*

Sed difficultas residet in secundo casu, videlicet 2 in posthumo ignoranter præterito. Clarus *in dict. quæst. 46. de testament.* relatis hinc inde opinionibus, & distinctionibus Doctorum, indistinctè amplectitur opinionem in fauorem filiorum, tenetque isto casu clausulam codicillarem nihil operari, & hanc testatur esse veriorem, humaniorem, & magis communem, & à Senatu Mediolensi semper receptam. Vide Rolandum *consil. 7. num. 1. & seqq.* vbi *num. 12. in fine*, relatis rationibus huius opinionis numerat triginta sex Doctores, qui eam sequuntur, quorum sex testantur de communi, & quinque de magis communi, *volum. 4.* Et ab hac opinione non videtur dissentire Mantic. *de coniectur. lib. 1. tit. 10. num. 3. & 4.*

Contrariam sententiam, quòd immò etiam in 3 posthumo ignoranter præterito clausula codicillaris habeat vim fideicommissi, post multorum auctoritates hinc inde relatas à Gabrielio *d. conclus. 8.* eam ipse asserit magis communem *ibid. in num. 22. pag. 768.* Hanc eamdem opinionem refutatis contrariis latè Roland. *consil. 7. vol. 4.* vbi *num. 15. & 30.* retulit sexaginta quinque Doctores, qui hanc opinionem sequuntur; quorum nouemdecim de communi, & nouem de magis communi testantur, & loquitur Rolandus, quando clausula codicillaris est concepta per verba futuri temporis, vt *ibi n. 17.* de quo infrà *num. 7.* Adde Cephalum *in consil. 138. num. 31. & sequentib.*

Sed quid si testator post natiuitatem posthumi 4 tandiu superuixit, quòd si voluisset, potuisset testamentum antea factum mutare; & tamen non mutauit, An tunc clausula codicillaris habeat vim fideicommissi, vide Gabrielium *d. conclus. 8. num. 16. 17. & 18.* Clarum *d. quæst. 46. versic. qua opinio secundum aliquos*, &c. & *versic. qua etiam multò magis*, &c. Dic quòd sic. Roland. *consil. 7. num. 30. & seqq. volum 4.* licet alij *ibid.* relati *num. 13. & seqq.* contrarium dixerint.

Item quid si testator tempore conditi testamenti 5 cogitauit de liberis futuris, an isto casu rupto testamento per præteritionem posthumi clausula codicillaris operabitur suum effectum fideicommissi. Vide eumdem Clarum *d. quæst. 16. versic. idemque si aliquando; & in versic. qua etiam multò magis*, &c. Dic quòd clausula codicillaris operatur fideicommissum. Roland. *consil. 7. num. 17. & sequentib.* in discursu,

discursu, *volum.* 4. vbi *num.* 25. *&* 18. quòd sufficit cogitasse in genere.

6 Item quid si clausula codicillaris est facta per verba præscriptis temporis, an tunc similiter isto casu habeat vim fideicommissi, vide Gabriel. *d. conclus.*8. *num.* 1. *& sequentib.* Clarum *d. quæst.*46. *versic. finali.* Vide infrà *vers. clausula codicillaris*, *num.*6. vbi tradita ponas hîc. Dic quòd non. Roland.*d. consil.*7. *num.*18. *volum.*4.

7 Et è contra, quid si clausula codicillaris sit concepta per verba futuri temporis, vide Gabrielium *d. conclus.*8. *num.* 5. *& pluribus seqq. & num.* 22. Clar. *d. quæst.* 46. *versic. quinimmò plerique, & versic. finali.* Vide infra *versic. clausula codicillaris, num.*6. Dic quòd operatur fideicommissum. Roland. *d. conf.*7. *num.*17. *& seqq. volum* 4. in discursu.

8 Item quid si testator in testamento, in quo præteriit filium, fecerit magna legata, quæ absorbeant plus dimidiæ hæreditatis, an tunc clausula operetur fideicommissum, vide Clar. *d. quæst.* 46. *versic. finali*, & Gabrielium *dict. conclus.*8. *num.*9. *& sequentib. & num.*14.

9 Item quid si in testamento, in quo filius est præteritus, sint instituti alij filij, an tunc clausula codicillaris operetur, vide Gabriel. *d. conclus.*8. *num.*17. *& sequent.*

10 Item quid si instituti essent coniuncti testatoris, & de agnatione, & posthuma esset fœmina, an tunc clausula codicillaris vim habeat fideicommissi, vide per eumdem Gabrielium *d. conclus.* 8. *num.*20. & faciunt, quæ dicta sunt *in antecedenti quæst. num.*8.

11 Item quid si testator habebat mulierem sterilem, vel adeò senem, vt nulla erat spes de filiis concipiendis, an tunc posthumo nato, & rupto testamento ob eius præteritionem, clausula codicillaris operetur suum effectum fideicommissi. Gabrielius *pag.*768. *num.*23.

12 Item quid si testator habebat filium iam natum, & apposuit clausulam codicillarem in fauorem aliorum institutorum, an tunc clausula codicillaris operetur etiam posthumo nato, vide eumdem Gabriel. *d. conclus.*8. *num.*19.

QVÆSTIO XXX.

Legatum per rei legatæ alienationem an censeatur reuocatum.

SVMMARIVM.

1. *Materia huius quæstionis generaliter.*
2. *Regula est, quòd legatum per rei legatæ alienationem extinguitur.*
3. *Et ideo legatum pro reparatione molendini censetur extinctum per molendini alienationem.*
4. *Amplia etiam in pigneratione.*
5. *Sed quid si pigneratio fiat ex causa necessaria.*
6. *Item quid si res non fuerit pignerata pro tantumdem.*
7. *Item quid si pignerans erat potens ad reluendum.*
8. *Item quid si pigneratur res maiorum suorum, &c.*
9. *Amplia etiam in alienatione nulla.*
10. *Amplia etiam, quòd res alienata redimatur, &c.*
11. *Amplia etiam in nomine debitoris legato & exacto, & num.*34.
12. *Sed quid si testator rem exactam in deposito conseruauerit, & num.*33.
13. *Item quid si exegerit non spontè, sed coactus.*
14. *Item quid si ex pecunia exacta domum emerit.*
15. *Limita in alienatione necessaria.*
16. *& quando dicatur alienatio necessaria, exempla.*
17. *& in dubio præsumitur causa necessaria.*
18. *& quid si alienatio fit in legatarium.*
19. *& quid de necessitate inducta à lege.*
20. *Limita quando alienans aliam redimat, & subroget.*
21. *Limita quando alienatur tantùm vsusfructus.*
22. *Limita quando res alienata non fuit tradita, nec pretium receptum.*
23. *Limita in alienatione ex titulo oneroso, & num.*24.
25. *Limita in alienatione rei, ex qua erat soluendum legatum.*
26. *Limita in muliere legante, & postea nubente.*
27. *Legatum pecuniæ an reuocetur per eius consumptionem.*
28. *Legatum an censeatur reuocatum per donationem omnium bonorum.*
29. *Legatum pium an censeatur reuocatum per eius alienationem.*
30. *Legatum alimentorum an censeatur ademptum per alienationem, &c.*
31. *Quid de donatione causa mortis.*
32. *Legatum censetur reuocatum per alienationem vtilem.*
35. *Quid de legato dotis.*
36. *Quid si testator legauit non rem alienatam, sed illius valorem.*



QVIA in hac quæstione non omnia à 1
Doctoribus posita transcripsi, sed solùm quædam magis necessaria adnotaui. Ideo in materia præter infrà dicenda recurras ad Socinum *regul.*218. Nouell. *regul.* 66. Capram *conclus.* 108. omnino ad Manticam *de coniecturis*, *lib.*12. *tit.*6. vbi latè.

Regula sit, quòd legatum per rei legatæ aliena- 2
tionem reuocatum, & ademptum censetur, *l. rem legatam, ff. de adim. legat. l. fideicommissa, §. si rem, ff. de legat.*3. *& in §. si rem, Instit. de legat.* Capra *dict. conclus.*108. Socin. *d. regul.* 218. Nouell. *dict. regul.*66. Couar. *de testament. pag.* 237. *num.*19. Tiricz. *de testament. coniug. pag.* 195. *à tergo.* Cephal. *consil.* 144. *num.*32. *& seq. volum.* 1. Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus.*14. *lib.*1. *in* 11. *ampliat.*

Et hinc infertur, quòd si testator legat Titio cen- 3
tum pro reparatione molendini, si postea molendinum alienetur, censetur etiam ademptum legatum; vt per Capram *d. conclus.*108. *num.*5.

Amplia principalem regulam pluribus modis, & 4
primò, vt etiam per pignerationem censeatur reuocatum, vt per Capram *d. conclus.*108. *num.*2. vbi testatur de communi, & Diaz *reg.*738. In contrarium esse communem opinionem dicit Ioseph. Ludouic. *in d.* 11. *ampliat. versic. declara secundò*, vbi distinguit, quòd si pigneratio est facta ad instantiam legatarij, & facto illius, legatum censetur per pignerationem reuocatum: secùs si fuerit facta pro facto alieno.

Subamplia hanc ampliationem, vt per pignera- 5
tionem censeatur reuocatum legatum, siue pigneratio fiat ex causa voluntaria, siue ex causa necessaria; vt per Diaz *d. reg.*738.

Limita I. hanc ampliationem pluribus modis, & 6
primò illam non procedere, nisi quando res fuerit pignerata pro tanto, quanti valet, vel pluris: ita quòd nulla ampliùs sit spes luitionis, quia tunc ista pigneratio æquiparatur alienationi, & per consequens

quens reuocat legatum, aliàs secùs, vt per Capram *d. conclus.* 108. *num.*3. *& seq.* vbi de communi. Diaz *reg.*738. Anchar *quæst.*75.*num.*2. Tiraquell.*de retract. pag.*16. *num.* 36. Et ita etiam hanc primam ampliationem declarat Ioseph. Ludouic. *d.conclus.*24.*in* 11. *ampliat. in versic. declara secundò*, &c.

7 Limita II. hanc ampliationem, vt nedum requiritur, quòd pigneratio sit facta pro tantumdem, verùm etiam, quòd pignerans sit pauper, & impotens ad reluendum, ita quòd nulla penitus adsit reluendi spes: quia tunc censebitur reuocatum legatum, aliàs secùs, vt videre est per Diaz *d. reg.*738.

8 Limita III. eamdem primam ampliationem non procedere, quando pigneratur res, in qua pignerans habebat affectionem: puta si pigneretur fundus vicinus, vel res maiorum suorum, quia tunc etiam quòd pigneratio sit facta pro tantumdem; nihilominus legatum non censebitur reuocatum: quia non videtur pignerata, nisi animo illam reluendi. Diaz *d. reg.*738. Ancharan. *quæst.*75. *num.*4. Tiraquell. *de retract. pag.*16. *num.*30.

9 Amplia II. principalem regulam, etiam quòd alienatio fuerit nulla, & inutilis: quia adhuc legatum censebitur reuocatum per nullam & inutilem alienationem, vt per Capram *d. conclus.*108. *num.*7. *& sequentib.* vbi hanc ampliationem declarat, super qua vide etiam declarantes, Socio. *reg.* 218. *in* 2. *limit.* Conar. *de testament. pag.*238. *col.* 1. *&* 3. Ioseph. Ludouic. *d. conclus.*24. *in* 11. *ampliat. versic. subampliatur, quòd extinguatur legatum*, &c.

10 Amplia III. etiam quòd res alienata in potestatem testatoris redeat, puta quòd eam redemerit: quia non per hoc reuocatum legatum alienatione reconualescit. Capra *d. conclus.*108 *num.*14. Roman. *singul.* 420. Couar. *de testament. pag.* 238. *colum.*1. Anchar. *quæst.*75. *num.* 9. Natta *consil.* 615. *num.*4. *volum.* 3. vbi etiam hoc limitat procedere fauore piæ causæ. Contra hanc ampliationem tenet Ioseph. Ludouic. *d.*11. *ampliat. conclus.* 24. *versic. declara vndecimò.*

11 Amplia IV. etiam in nomine debitoris legato: nam si testator illud postea exigat, censetur legatum ademptum. Capra *dict. conclus.*108. *num.*15. & vide quæ dicuntur infrà *num.*34.

12 Limita hanc quartam ampliationem pluribus modis. Et primò, quando debitum exactum testator conseruauerit in depositum: quia tunc deprehenditur perseuerantia animi, & sic non reuocatur, vt per Capram *d. conclus.*108. *num.*16. Anchar. *dict. quæst.*75 *num.*14. faciunt infrà dicenda *num.*33. Hoc tamen depositum non est necessarium, quando debitor sponte soluit, quia etiam sine eo legatum debetur. Ioseph. *d.* 11. *ampliat. versic. in exactione autem, & seq.*

13 Limita II. quando testator illud debitum non sponte exegit, sed coactus, cùm non potuerit recusare pecuniam sibi à debitore oblatam, tunc enim per debiti exactionem legatum non censetur reuocatum. Capra *dict. conclus.* 108. *num.* 17. Ancharan. *quæst.*75. *num.*13. vbi plus dicit, quòd in dubio præsumitur, quòd exegerit coactus, & non spontè. Pro hac limitatione adde Iosephum *d. conclus.*24. *in* 11. *ampliat. in versic. si autem fuerit legatum*, &c.

14 Limita III. hanc ampliationem, quando testator de pecunia exacta emat fundum, vel domum: quia tunc etiam non censebitur reuocatum legatum per debiti exactionem. Anchar. *dict. quæst.* 75. *num.* 14. Et quid si debitor non pecuniam soluerit, sed bona insolutum dederit, vide infrà *num.*34

15 Limita modò principalem regulam pluribus modis. Et primò illam procedere quando alienatio fit ex causa voluntaria: secùs si ex causa necessitatis; quia per alienationem factam ex causa necessitatis legatum non censetur reuocatum. Capra *d. dict. conclus.*108.*num.*18.*& seqq.* Couar. *de testament.pag.*237. *num.*19. Diaz *reg.* 417. Cephal. *consil.* 84. *num.*1. *volum.*1. Declara & sublimita hanc limitationem *n.*32. & pro limitatione hac adde Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. lib.*1. *conclus.*24. *in* 11. *ampliat. versic. declara quartò.*

16 Multa autem exempla necessitatis in materia remissiuè habentur per Ancharanum *quæst.*75. *num.*5.

17 Et in dubio scias, quòd quando non apparet, an alienatio fuerit facta ex causa necessitatis, vel voluntatis, præsumitur facta potius ex necessitate, quàm ex voluntate, vt per Ancharan. *dict. quæst.*75. *num.*4. *&* 8.

18 Amplia, supradictam limitationem procedere, nedum quando alienatio fit ex necessitate in extraneum, verùm etiam quando fit in legatarium mer; vtroque enim casu non censetur reuocatum legatum per alienationem necessariam, vt videre est apud Cephalum *consil.*84. *per totum*, *volum.*1.

19 Sublimita eamdem primam limitationem procedere, quando alienatio fit ex necessitate, puta rei familiaris: secùs si fieret ex necessitate à lege inducta, vel imposita. Quia isto secundo casu legatum censebitur reuocatum. Diaz *regul.*417. Cephal. *consil.*84 *num.*14. *volum.*1.

20 Limita II. principalem regulam non procedere, quando testator loco rei alienatæ aliam redimat & subroget: tunc enim legatum reuocatum non censebitur. Capra *d. conclus.*108.*n.*24. Super cuius limitationis materia & declaratione, vide Roman. *singul.*420. & Tiricæ. *de testam. coniug. pag.*193. *&* 195. *à tergo.* Et quid si testator leget aliquam pecuniam, ex quo postea emit fundum; an iste fundus censeatur subrogatus loco legati pecuniæ; an verò legatum adhuc in pecunia debeatur, & de materia, videas per Cephal. *consil.*144 *num* 32. *& seq. volum.*1. quem refert Ioseph. Ludouic. *conclus.*14. *in* 17. *ampliat. vers. decimotertiò si testator*, vbi quòd ex fundo empto debetur legatum pecuniæ. Pro principali limitatione adde eumdem Ioseph. Ludouic. *dict. conclus.*24. *in* 11. *ampliat. versic. declara tertiò*, *& in* 17. *ampliatione. versic. duodecimò*, *si testator*; vbi si testator consumpsit granum legatum, & loco illius aliam grani quantitatem subrogauerit, legatum debetur.

21 Limita III. quando testator alienauit solum vsumfructum rei legatæ. Capra *dicta conclus.* 107. *num.* 27.

22 Limita IV. quando res alienata non fuerit tradita, nec pro ea pretium receptum, quia tunc similiter legatum reuocatum non censetur. Capra *dicta conclus.* 108. *num.* 29. Couar. *de testament. pag.* 238. *in* 3. *colum.* vbi declarat hanc limitationem. Ioseph. *d. conclus.*24. *vers. declara decimò.*

23 Limita V. regulam procedere, quando alienatio fit ex titulo lucratiuo, puta donando, quia tunc legatum censebitur reuocatum; secùs si ex titulo oneroso: quia isto casu non reuocabitur legatum, ex quo alienatio præsumitur facta ex causa necessitatis. Ita Socinus *reg.* 218.

24 Sed contrarium præsupponit Couarruuias *de testamen. pag.* 238. *colum.*2. vbi quòd etiam per alienationem factam ex titulo oneroso, legatum censetur reuocatum.

Limita

25 Limita V I. regulam non ptocedere, quando alienatur res, ex qua teſtaror voluit ſolui legatum: quia tunc legatum ex ea re alienara ſoluendum non reuocatur, vt per Socinum *dict. regul.* 218. quam limitationem declara, vt per Roman. *ſingul.* 435.

26 Limita V I I. non ptocedere in muliere, quæ fecit legatum: nam licèt poſtea nubat, & omnia bona ſua dederit in dotem; nihilominus legatum non cenſetur reuocatum, vt per Ancharan. *quaſt.* 75. *num.* 11.

27 Legatum pecuniæ an cenſeatur reuocatum, ſi teſtator pecuniam illam legatam expendat, & conſumat, habetur per Cephalum *in conſil.* 144. *num.* 32. *& ſequentib. volum.* 1. faciunt dicta ſuperiùs *num.* 20.

28 Legatum per donationem omnium bonorum extinguitur. Natta *conſil.* 613. *num.* 1. *& ſeqq. volum.* 3. etiam quòd tale legatum ſit piæ cauſæ.

29 Legatum ad piam cauſam per legatæ rei alienationem extinguitur. Natta *conſ.* 613. *num.* 3. *& ſeqq. volum* 3. vbi reſpondet ad contraria. Sed contrà Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ.* 24. *in* 11. *ampliat. verſic. declara quintò.*

30 Legatum alimentorum an cenſeatur extinctum per eius alienationem, videas Nattam *conſil.* 613. *num.* 5. vbi quòd per generalem ademptionem legatorum, non cenſetur ademptum legatum alimentorum. Et idem tenet Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ.* 24. *in* 11. *ampliat. verſ. declara ſextò.*

31 Quid de donatione cauſa mortis, an cenſeatur reuocata per rei donatæ alienationem, vide infrà *verſic. donatio, il primo, num.* 2.

32 Legatum cenſetur reuocatum per alienationem vtilem. Ioſeph Ludouic. *d. concluſ.* 24. *in* 11. *ampliat. verſic. ſubampliatur hoc procedere*, &c.

33 Legatum non cenſetur reuocatum per rei immobilis, ſeu mobilis legatæ alienationem, quando illius pretium teſtator depoſuit, & conſeruauit. Ioſep. Ludouic. *d. concluſ.* 24. *in* 11. *ampliat. verſic. declara tertiò.* Faciunt in ſimili tradita de legato nomine debitoris ſuprà *num.* 12.

34 Legatum nominis debitoris reuocari per eius exactionem, dixi ſuprà *num.* 11.

Limita modò hanc concluſionem vltra alias limitationes ſuprà poſitas *num.* 11. 13. *&* 14. duobus aliis modis. Primò, quando teſtator in vita ſua contra debitores agitaſſet, eumque condemnari feciſſet: nam ſi ante ſolutionem moriatur, non per hoc legatum cenſetur reuocatum. Ioſeph. Ludouic. *dict. concluſ* 24. *in* 11. *ampliat. verſic. ſi autem fuerit legatum ſecundò.* Limita, quando debitor pro pecunia debita non pecuniam, ſed aliqua bona in ſolutum dediſſet: nam niſi teſtator dicta bona in ſolutum data alienauerit, legatum iſto caſu non cenſetur reuocatum, *ibid. verſic. declara duodecimò*; & faciunt pro hac 2. limit. ſuprà tradita *num.* 4.

35 Legatum dotis rei legatæ alienationem non cenſetur reuocatum, quia generalis ademptio non comprehendit iſtud legatum, niſi fiat expreſsè. Ioſeph Ludouic. *d. concluſ.* 24. *in* 11. *ampliat. verſic. declara ſeptimò.*

36 Legatum non cenſetur reuocatum per rei alienationem, quando teſtator non illam rem, ſed illius valorem legauit. Ioſeph Ludouic. *d. concluſ.* 24. *in* 11. *ampliatione, verſic. declara nonò.*

QVÆSTIO XXXI.

Legitima an poſſit tolli à ſtatuto.

SVMMARIVM.

1. *Legitima an poſſit tolli in totum à ſtatuto, & num.* 2.
3. *& quid ſi adeſt aliqua rationabilis cauſa.*
4. *Statutum poteſt minuere legitimam, & augere.*
5. *Amplia etiam reſpectu temporis, & num.* 6.
7. *Limita, quia non poteſt minui vltra quantitatem alimentis neceſſariam.*
8. *Legitima poteſt tolli à ſtatuto, quando filius habet, vnde ſe alat.*
9. *Legitima poteſt tolli à ſtatuto, videlicet parentum, & num.* 10.
Legitima ſublata non cenſetur ſublatum ius petendi alimenta, num. 7.
11. *Legitima non cenſetur etiam ſublata ex generali diſpoſitione, & num.* 12.



1 ICET magna ſit inter Doctores controuerſia, An ſtatutum poſſit in totum tollere legitimam, necne: quia partem affirmatiuam, quòd videlicet ſtatutum poſſit in totum illam tollere, tenuerunt multi relati à Couarruuia *de teſtament. pag.* 173. *num.* 4. & ab Alciato *pag.* 64. *& ſequentib. in tract. præſumpt.* & à Villalobos *pag.* 239. *lit. L. num.* 62. & à Natta *de ſtatut. excludend fœmin. pag.* 149. *à tergo.* Socin. iun. *conſil.* 25. *num.* 26. *volum.* 1. Cephal. *conſil.* 146. *num.* 11. *volum.* 1. à Decio *in l. iura ſanguinis*, & *ibid.* à Gagnolo *ff. de regul. iur.* & præſertim ab Hieronymo Cuchalon. *in additionib. ad Decium in d. l. iura ſanguinis*, quibus in locis reperies Doctores multos teſtantes & de communi, & etiam de magis communi opinione.

2 Et contrariam partem, quòd videlicet ſtatutum non poſſit in totum tollere legitimam (quam ego etiam veriorem puto) tenuerunt multi alij, videlicet Hieronym Cuchalon. *in additionib. ad Decium in d. l. iura ſanguinis, pag.* 83. *& ſequenti, ff. de regul. iur.* vbi allegat plures alios idem tenentes Cagnol *ibid. num.* 5. Alciat. *de præſumpt. pag.* 67. *num.* 6. qui omnes teſtantur hanc negatiuam opinionem eſſe veriorem, & æquiorem opinionem, & magis communem de iure Canonico, quam etiam videtur ſequi Couar. *de matrim. pag.* 175. *num.* 4.

3 Nihilominus quando ſtatutum mouetur ex aliqua rationabili cauſa, puta quando propter agnatos maſculos excludit fœminas: tunc tale ſtatutum poſſe in totum tollere legitimam, omnes conueniunt, vt per oblongam diſputationem ita diſtinguendo tradit Brun. *de ſtatut. excludent.* &c. *num.* 18. *& ſequent. pag.* 166. vbi teſtatur de magis communi. Alexandr. *conſil.* 67. *num.* 5. Cephal. *conſil.* 146. *al.* 145. *num.* 11. vbi ſimiliter de magis communi. Diaz *regul.* 143. *in* 1. *limit.* Dec. *in l. iura ſanguinis*, *num.* 9. *in fine*, vbi de communi, & *ibi in addit. pag.* 83. *in princip. & pag.* 84. *in fine.* Cagnol. *in d. l. iura ſanguinis*, *num* 5. vbi de magis communi. Alciat. *de præſumpt. pag.* 67. *num.* 6. & Æmilian. *conſil.* 1. *num.* 3. vbi ſimiliter de magis communi. Faciunt dicta ſuperiùs *in quæſt.* 8. Capra *concluſ.* 8. *pag.* 8. Cardin. Alban. *in conſil.* 38. *num.* 5.

4 Similiter licèt, vt ſuprà dictum eſt, multi teneant ſtatutum non poſſe in totum tollere legitimam: nihilominus quòd illam poſſit minuere, omnes conueniunt

niunt magis communiter : vt per Brun. *super statut. excinden.*&c.*pag.*165.*a tergo,num.*6.*& sequentibus*.Socin.iun.*conf.*15. *num.*16. *volum.*1. Cagnol. *in d.l. iura sanguinis ff.de regul.iur.* vbi testantur de magis communi.Capra *conclus.*8.*num.*2. vbi de communi.*Decis. Lucen.*18. *num.* 1.*part.* 1. vbi similiter, quòd potest augeri legitima.

5 Quod amplia, quòd statutum potest tollere legitimam, nedum respectu quantitatis,verùm etiam respectu temporis. Natta *super d. statuto exclud fœm.* &c. *pag.*251. *num.*15. Brunus *ibidem pag.* 165. *à tergo, num.*9.

6 Cuius contrarium videtur tenere Baldus *super simili statuto exclud.*&c. *pag.*145.*à tergo,num.*21.

7 Intellige supradicta,quòd videlicet statutum potest minuere legitimam vsque ad quantitatem alimentis necessariam, sed non vltrà. Couarruuias *de matrimonio pag.* 175. & Alciatus *de præsumptionib. pag.*68.*in princip.* In proposito tamen vide Capram *conclus.*8. *num.*7. *& seq.* vbi quòd statutum potest in totum tollere legitimam,licèt benè verum sit quòd exclusus adhuc poterit petere alimenta debita.

8 Item & in hoc Doctores omnes conueniunt, quòd quando filius, vel filia haberet aliunde, vnde se alat : tunc statutum potest in totum tollere legitimam,vt per Brunum *super d. statut. exclud. pag.*165. *à tergo,num.*7.*&* 12. Diaz *regul.*143. *in* 1. *limitatione.* Couar.*de matrim.pag.*175. *a tergo. vers. ex hac* 2. *principali.*Roland *consil.*54. *num.*50. *volum.*2. Capra *conclus.*8.*num.*4. *& seqq.*

9 Insuper quòd statutum possit tollere legitimam parentibus debitam etiam in totum,tenuerunt Brunus *ibidem pag.*166. *num.*16. Natta *ibidem pag.*249. *à tergo,num.*8.*& seqq.* Alexand. *consil.*67.*num.*4. vbi de communi,*& cons.*69.*num.*5. Villalob.*lit. A num.*153. *& lit. L.num* 62. Cephal.*consil.* 5.*num.*26. *volum.*1. *& consil.*291. *num.*3. *& sequentib.vol.*2.

10 Contrarium tenuit Couarru. *de matrim. pag.*175. *column.*3.

11 Et in materia addas,quòd nunquam censetur sublata legitima ex generali dispositione; nisi de ea fiat specialis mentio.Ceph.*consil.*127.*num.*9.*&* 10.*& consil.*120.*num.*2.*&* 10. *& consil.* 148. *num.*26. *fol.*265. *vol.*1.faciunt dicta suprà *in quæst.*8. *num.*6. & in materia renunciationis, quam facit filia, &c.videlicet *in Repert.Contract.quæst.*24. *num.*7. Roland. *consil.*62. *num.*11.*volum.*3.

12 Intellige id procedere,vt habeat locum in dispositione hominis, quæ nisi sit specialis, non censetur tollere legitimam:secùs in dispositione legis.Ceph. *consil.*5.*num.*55.*fol.*17. *volum.*1. & Alban.*in consil.*38. *num.*7.*pag.*389,Roland.*d.cons.*62.*num.*51. *volum.*3.

Qvæstio XXXII.

Legitima an & quando filiis auferri possit ab eorum parentibus.

Svmmarivm.

1. *Legitima filiis à patribus auferri non potest.*
2. *Immò nec minus.*
3. *& quòd filius agnouerit sibi relictum minus legitima.*
4. *Cautela quibus pater potest filiis legitimam auferre. & num.*5.6.7.
8. *Qua cautela non procedent,quando constat de fraude.*

9. *Item non procedent, quando pretium non est numeratum.*
10. *Item non procedent, quando alienatio est facta nulla necessitate cogente.*
11. *Legitima an possit prohiberi filio instituto & grauato.*



LICET recepta sit omnium conclusio, 1
legitimam non posse à patribus filiis auferri, cùm eis sit iure naturæ debita.

Immò nec etiam minui : ita quòd 2
si filio pro sua legitima relinquatur etiam iure institutionis minor summa, seu quantitas,quàm sit ipsa legitima, cum ipsa etiam prohibitione expressa,quòd non possit ampliùs petere : poterit nihilominùs filius petere supplementum legitimæ,vt per Imolam *conclus.*42.*lib.*1.*in* 8.*limitat.* Cephal.*consil.*42.*num.*3.*& seqq & cons.*95.*num.*5.*& seqq. & num.*17. *volum.*1. Gabriel.*pag.*697.*num.*12. *&* 13. *& num.*31.*& seq.*

Quod procedit etiam quòd filius agnouerit lega- 3
tum sibi relictum minus legitima:quia adhuc poterit petere supplementum legitimæ, vt per Cephal.*d. cons.*42.*&* 95. vide super hoc Marzat. *de fideicommiss. quæst.*50.faciunt dicta *in seq quæst.num.*6.*& seqq.& suprà quæst.*24.*num.*14. *& quæst.* 11.*n.*9. *& quæst.*27. *n.*18. quòd filius acceptando legatum censeatur etiam sibi in legitima præiudicasse,tradit Socin.iun.*cons.*122. *lib.* 1. vbi tamen loquitur, quando legatum erat in plus,quàm legitima.Quod autem regulariter per acceptationem legati non censeatur renunciatum legitimæ,tradit Paris.*cons.*43.*num.*34.*& seqq plurib.vol.*3. Et est communis,vt per Crassum *lib.*1.*cap.*10. *quæs.*3. *versic.hæc conclusio,tom.*2. *commun.opinion.* vbi ampliat etiam quòd pater dixerit,quòd filius nihil aliud amplius petere possit.

Tamen multæ fuerunt à Doctoribus inuentę cau- 4
telæ, quibus traditur modus auferendi filio legitimam; & inter alias cautelas fuit inuenta illa, quòd pater vendat omnia bona sua,cautéque pecunias distribuat,ita quòd ignoretur,quomodo distractæ fuerint,quia tunc patre moriente sine bonis,filius remanebit sine legitima patris, nec de hoc conqueri potest,vt per relatos à Menochio *in tractatu de recuper. possess pag.*138.*num.*179.*& sequentib.*

Alia & similis fuit inuenta cautela, vt pater ven- 5
dat bona sua illi cui ea vult deuenire post mortem suam,promittatque ei illa tradere post mortem Isto enim casu, mortuo patre emptor habebit bona sibi vendita,& filius nihil petere poterit.Cæpoll.*caut.*2.

Tertia est cautela, vt pater filio relinquat vsum- 6
fructum, & alteri proprietatem omnium bonorum: quia tunc filius non poterit dicere se grauatum in legitima,vt per Cæpollam.*d.cautel.*21.

Sed in primis ad supradicta aduerte, quòd si cre- 7
dimus Romano *in singul.*66.prædictæ omnes cautelæ erunt nullius roboris,& ex quo continent alienationem omnium bonorum,vti fraudulentæ, & in fraudem filiorum à lege præsumptæ, non erunt admittendæ.

Sed earum validitate præsupposita, scias in primis 8
generaliter, quòd vbicunque ex aliqua coniectura apparere poterit factam fuisse huiusmodi alienationem in fraudem filij,tunc cautela non procedet, & non habebit locum,vt per Cæpoll. *d.caut.*21.

Insuper aduertas,quòd vbi in huiusmodi venditio- 9
nibus non fuerit numeratum pretiū, sed solùm adest confessio de recepto:tunc alienatio præsumetur facta in fraudem filij, & per consequens non valebit,nec

ei in legitima aliquo pacto præiudicabit. Anton. Gomez *in tit. de legat. num.*81. *verſ. Item etiam infertur.* Ioſeph. Ludouic. *in communib. opinionib. in concluſ.*14. *illat.*30. *lib.*1.

10 Item aduertas, quòd iſtæ cautelæ locum non habebunt, quando pater alienauit nulla neceſſitate cogente, quia ex hoc fraus detegetur, & præſumetur, & per conſequens alienatio non valebit. Ita Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. pag.*138. *num.*181. *in fine.*

11 An autem legitima poſſit prohiberi filio instituto, & grauato reſtituere, & ſic quando poteſt detrahete duas quartas, vide ſuprà *quæſt.*24. *num.* 8. & *quæſt.* 33. *num.* 17. in quibus locis hæc ſunt poſita, & eſt propriè locus ſuus. Adde Clarum *de teſtament. quæſt.*72. *per tot.* & Marzar. *de fideicommiſſ. quæſt.*50.

Qvæstio XXXIII.

Legitima ab omni onere libera eſſe debet, omniſque conditio & grauamen adiectum repellitur; & de materia.

Svmmarivm.

1. *Legitima an debeat eſſe libera ab omni onere, & grauamine.*
2. *Regula eſt, quòd ſic.*
3. *Amplia etiam in legitima parentum.*
4. *Amplia, quòd reijcitur grauamen ipſo iure.*
5. *Amplia etiam, quòd fuerit adiecta conditio poteſtatiua, & facilis.*
6. *Amplia etiam, quòd approbauerit patris teſtamentum, & ſeqq & num.*20.
9. *Niſi etiam approbauerit onus ſibi iniunctum.*
10. *Amplia; vt in legitima non valeat prohibitio alienationis.*
11. *Declara non procedere in prohibitione ad tempus.*
12. *Amplia etiam, vt nec etiam ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, &c. non poſſit adiungi onus doti filiæ relictæ.*
13. *Quod limita, niſi filia conſenſerit medio iuramento. Amplia etiam, quòd onus reſpiciat piam cauſam, ibid.*
14. *Limita, quando onus eſſet adiectum propter fauorem filiorum.*
15. *Limita quando onus non eſt iniunctum filio, ſeu eius hæredibus ab inteſtato venientibus.*
16. *Limita in ſubſtitutione vulgari adiecta legitimæ.*
17. *Limita, quando filius eſt inſtitutus hæres vniuerſalis, & grauatus etiam reſtituere legitimam.*
18. *Quid in legitima filij legitimati.*
19. *Quando legitima relinquitur cum onere, an filius petat ſupplementum: an vero poſſit petere, vt ſibi aſſignetur alia res, &c.*

1 OSTQVAM ſuperiùs vidimus in antecedenti quæſtione, quòd filiis non poteſt auferri legitima, cùm eis iure naturæ ſit debita. Non incongruè quæritur modò, an eidem aliqua conditio, ſeu grauamen adiungi poſſit. Super qua materia vide Craſſum §. *legitima, quæſt.*38. Et in caſu tibi occurrenti recurras ad Gabrielium *pag.* 697. *concluſ.*1. *tit. de legitima per totam*, vbi iſtam quæſtionem latè & pulchrè generaliter & particulariter tractat. Iaſon. & Doctores *in l. quoniam in prioribus, C. de inofficioſ. teſtament.* Diaz *reg.*112. Vaſquez *in l. quoniam in prioribus*, §.10. *lib.*1. vbi facit regulam cum centum ampliationibus. Cuchus *in tractat. de legitima,* §. *legitima nullum grauamen admittit, per tot.*

2 Et regula ſit, quòd legitima debet ab omni onere eſſe libera, omniſque conditio & grauamen ei adiunctum repellendum eſt. Quæ regula probatur *in d. l. quoniam in prioribus. C. de inofficioſ. teſtament.* cum aliis adductis per Roland. *conſil.*78. *num.*1. *& ſeqq. & conſ.*25. *num.*4. *volum.*1. Cephal. *conſil.*145. *num.*2. *volum.* 1. & eſt communis, vt per Pariſium *conſil.* 27. *num.*6. *lib.*3. & per Burſatum qui concordantes allegat, *conſil.*102. *num.*2. *lib.*1. quos & alios refert & ſequitur *deciſio Lucen.*28. *num.*2.

3 Amplia iſtam regulam pluribus modis. Et primò illam procedere, nedum in legitima filiorum, verùm etiam & parentum. Gabriel. *pag.*697. *num.*2.

4 Amplia II. vt tale grauamen ipſo iure de legitima reiiciatur. Iaſon *in l. quoniam in prioribus, in* 1. *colum. C. de inoffic. teſtam.* Diaz *in regul.* 112. Declara, dummodò à filio petatur: Gloſſ. Bart. & alij *in l. ſcimus. C. de inoff. teſtam.* Et quid ſi filius viuens non petat reiectionem oneris, an iſtud ius tranſeat ad hæredem, & præſertim in fiſcum. Vide omninò quæ dixi *in meo conſil. Spoletan. confiſcationis, facto de menſe Octobris* 1612.

5 Amplia III. vt legitimæ nec etiam adiici poſſit aliqua conditio poteſtatiua, & facilis. Iaſon *in d. l. quoniam à prioribus, in* 1. *col.* & Gabriel *pag.*697. *n.*3.

6 Amplia IV. principalem regulam, vt procedat, etiam quòd filius conſenſerit, & approbauerit teſtamentum patris: quia adhuc eſt de legitima grauamen reiiciendum; nec ſibi filius præiudicaſſe dicitur patris teſtamentum approbando: vt per Gabrielium *pag.*697. *num.*7. Roland. *conſ.*78. *n.*5 *vol.*1. Super hac materia vide tradita per Marzar. *de fideicommiſſ. q.*50. & 52. vide in materia ſuprà *quæſt.* 11. *num.* 9. & *quæſt.*32. *num.*3. & *quæſt.*24. *num.*14. & *quæſt.*27. *numer.*18. vide infrà *num.* 20. vide etiam Hippolytum Riminaldum *conſil.*50. *num.*73. & 91. *lib.*2. Iacob. Berer. *conſ.*133. *ſub num.*6.

7 Quæ ampliatio procedit etiam quòd approbatio teſtamenti paterni fuerit approbata & facta medio iuramento. Gabriel. *d. pag.*697. *num.*8 & 9. videlicet *tit. de legitima, concl.*8. vbi de magis communi, quam ſequuntur alij relati per Rolandum *conſil.*99. *num.*3. & 4. *lib.* 4. & *deciſ. Lucen.* 28. *num.* 12. *part.* 1. Sed quòd opinio Gabrielij ſit falſa, traditur *in dict. deciſ.*28. *num.*71. ſequitur Roland. *d. conſil.* 99. *num.*10. qui opinionem contra Gabrielium dicit veriorem & communem. Multique alij per ipſummet Gabrielium in loco ſuperiùs citato relati contrarium quoque ſenſerunt: ſed vide infrà *num.* 13. Verùm ego in hac opinionum contrarietate diſtinguerem, vt diſtinxi infra *num.*20.

8 Limita hanc quartam ampliationem duobus modis. Primò quando filius approbauerit teſtamentum patris, adeundo illius hæreditatem, vel etiam ſe immiſcendo nullo facto inuentario: quia tunc filius hoc modo ſibi præiudicabit, & grauamen de legitima non erit reiiciendum. Gabriel. *dict. pag.*697. *num.* 11. in propoſito vide Cephalum *conſil.* 291. *num.*16. & *ſequentib. volum.*2. vbi quòd filius adeundo hæreditatem patris in teſtamento ſibi relictam cenſetur approbaſſe onus in legitima coniunctum.

9 Limita II. dictam quartam ampliationem, quando filius conſenſit, nedum teſtamento patris, verùm etiam oneri per patrem impoſito in legitima. vide per Gabrielium *pag.*701. *num.*55.

10 Amplia V. principalem regulam, vt nec etiam in legitima prohibitio alienationis facta valeat, vt per-

per Gabriel. pag.697. num.15. Viui. pag. 146. in fine. decis. Lucen. 28. num.23. & sequentibus. Vide quoque suprà quæst.1. num.12.

11 Quod limita, quando alienationis prohibitio esset facta in legitima ex aliqua causa rationabili, ad fauorem scilicet, ipsius filij: puta quando testator cognoscit filium minus industriosum, & non benè gubernantem res suas, quia tunc prohibitio alienationis facta in legitima ad tempus, puta triginta annorum, valet ac tenet, nec tale onus, seu grauamen reiicitur. Vide ad materiam quæ dixi in tit. de delict. & pœn. quæst. 25. num.44. Baiard. ad Clarum in pract. crimin. quæst.78. num.46. Gabriel pag.698. numer.21. & pag.701. num.56. Clar. in pract. quæst.78. sub versic. Item quæro nunquid. Viui. pag.146. Roland. consil.98. num.25. volum.2. vbi de communi, & consil.31. num.30. volum. 1. & faciunt dicta inferiùs num. 14. Mandell. consil.7. num. 21. & consil. 57. num. 10. An autem isto casu filius possit intra tempus prohibitum relinquere in testamento legitimam, vide suprà quæst.1. num.7. Adde pro hac limitatione etiam Cardinalem Albanum consil. 41. num. 11. Et an prohibitio alienationis simpliciter facta comprehendat legitimam, vide suprà quæst.1. num.12. Pro primo dicto huius versiculi adde Roland. consil. 31. num. 30. & sequenti volum.1. & consil.98. num.26. volum.2. vbi de communi, & num. 29. vbi quòd creditur patri asserenti filium minùs industriosum: licèt aliqui ibidem relati num. 12. contrarium dixerint. Vide ad præmissa Hippolytum Riminald. consil.50. num. 72. & num 81. & sequentibus lib. 1.

12 Amplia VI. principalem regulam, vt etiam stante statuto fœminas propter masculos excludente, pater non possit in dote filiæ relicta aliquod grauamen imponere, puta quòd ea mortua sine filiis dos ad masculos reuertatur: nam istud grauamen petitùs etiam de dote reiicietur, vt per Gabrielium pag. 701. num.63. & sequentib. vbi de magis communi: licèt multi ibi per eum relati contrarium tenuerint. Natta consil.455. num.10. volum.2. Alex. consil.55. numer.7. & seqq. omnibus, volum.2. Castren. consil.73. incip. Licèt ista Domina, lib.1. vbi etiam quòd agnitio istius oneris nihil agnoscenti præiudicat. Decius consil. 106. colum. 2. versic. nonò benè facit, &c. Bald. in l. quoniam in prioribus, num.3. C. de inoffic. testament. decis. Lucen. 28. num.84. & sequentib. part.1. vide super hac quæst. omninò Cephal. consil.145. per totum, vol.1.

13 Quod limita, quando ipsa filia consensisset cum iuramento tali dispositioni paternę. Gabriel. pag.701. num.64. faciunt supradicta num.7.

Amplia VII. principalem regulam, etiam quòd onus, seu grauamen adiectum legitimæ, respiciat, & contineat fauorem piæ causæ, quia adhuc de ea est reiiciendum. Roland. consil. 78. num. 4. & consil. 25. num.5. volum.1.

14 Limita modò principalem regulam pluribus modis; & primò, illam non procedere, quando onus fuisset adiectum legitimæ in fauorem filij, quia non reiicitur. Gabriel. pag.698. n.21. Iason in d. l. quoniam in prioribus in 2. col. C. de inoffic. testam. Et huius limitationis exemplum habes suprà in num.11.

15 Limita II. principalem regulam, quando onus esset iniunctum non ipsi filio, sed venientibus ab intestato filio; tale enim onus non reiicitur. Licèt enim filius in legitima grauari non possit; benè tamen eius hæres grauari poterit, vt per Gabrielium pag. 669. num.34. Et faciunt, quæ superiùs in materia Trebellianicæ traduntur in quæst.8. num. 11. adde Clarum de testament. quæst.72. versic. in 2. casu, & seqq.

Limita III. principalem regulam in vulgari substitutione, quæ potest fieri in legitima. Gabriel. pag. 700. num.48. 16

Limita IV. quando pater instituisset filium in tota, & vniuersa eius hæreditate, & postea in fideicommissi iniunctione prohibuisset, ne detraheret legitimam: nam tunc filio hærede vniuersali instituto, onus fideicommissi iniunctum legitimæ non est detrahendum, vt per multa concludit Marzar. de fideicommiss. quæstione 50. sed vide superiùs dicta quæst.24. num.8. quæst.32. num.11. & quæst.11. num.7. & Marzarium sequitur Ioseph. Ludouicus in decis. Lucen. 28. num. 42. vsque ad 76. qui refutatis contrariis, præsertim Parisio, Gabrielio, & Bursato ibi per eum relatis, num.21. & 62. dicit, quòd quando filio relinquitur plus quàm sit legitima, puta si instituatur hæres vniuersalis, & in dictis bonis testator iniungat fideicommissum, tunc & eo casu si filius agnoscendo testamentum patris adeat hæreditatem, tale fideicommissi onus nec etiam de legitima reiicitur, & ibi num.79. hanc dicit magis communem, & veriorem opinionem, licèt alij ibi per eum relati, dixerint contrariam communem, allegat inter alios Rolandum consil.99. num.21. & sequentib. lib.4. pro qua etiam adde Beroom quæst.87. num.10. 17

Addendo aliqua supradictis, amplia supradictam regulam alio modo, videlicet, vt non solùm non possit iniungi onus & grauamen legitimæ filiorum legitimorum: sed nec etiam legitimæ legitimatorum, vt per Rolandum consil. 95. num. 14. & sequent. volum.3. 18

Dubitari contingit, fingamus patrem pro legitima filij reliquisse vnam domum, quæ reperiatur affecta, & grauata aliquo onere, an isto casu filius petat supplementum legitimæ; an verò possit petere sibi assignari à iudice pro eius legitima aliam rem, vide de hac quæstione quæ dicuntur infrà in quæst.49. num.16. 19

Quando filius approbauit patris testamentum, tunc onus per patrem iniunctum legitimæ etiam reiicitur, secundùm suprà allegatos, num. 6. quibus addo Bursatum, & alios allegatos in decisione Lucen. 18. num. 20. & sequentib. num. 30. & sequentibus, qui testantur de communi, & magis communi opinione. Sed in contrarium quòd quando filius approbauit patris testamentum, tunc non reiiciatur onus de legitima, tenuerunt relati in d. decisione Lucensi 28. num.42. & sequentib. & num. 72. vbi de veriori, & magis communi opinione. Pro concordia dicas, quòd si filio nihil plus relinquitur, quàm legitima, tunc procedat prima opinio; & ita debeant intelligi authoritates illorum, qui dicunt, quòd per approbationem testamenti paterni non censeatur approbatum onus legitimæ iniunctum, de quibus suprà num. 6. Si verò filio relinquitur plus, quàm legitima, puta quòd si hæres vniuersalis institutus, tunc secùs, & sic procedat secunda opinio, vt dixi suprà num. 17. & ita Doctores relati in d. decis. Lucen. 28. num. 42. & sequentibus, & num. 72. dicentes per approbationem testamenti paterni censeri etiam approbatum onus legitimæ iniunctum, debent intelligi in casu, in quo relinquitur filio plus quàm sit legitima: vt colligitur ex traditis in d. decis. 28. num.16. & num.69. Et secundùm hanc distinctionem limita quartam ampliationem suprà positam num.6. Ad hanc materiam, quando scilicet filius acceptando testamentum patris sibi præiudicet in legitima, vide omninò Petrum Surdum cons.412. num.22. & seqq. plurib. lib.3. 20

QVÆSTIO XXXIV.

Mors quomodo probetur, seu præsumatur.

SVMMARIVM.

1. *Mors probanda est per allegantem eam.*
2. *Vita similiter est probanda per se fundantem in ea.*
3. *Fallit in excipiente de vita, & num.4.*
5. *Fallit in possidente.*
6. *Vita alicuius quomodo probetur.*
7. *Viuere vsque ad centum annos an quis præsumatur, & num.8.*
9. *Mortuus quis præsumitur post centum annos.*
10. *Mors qualiter probetur.*
11. *Quid si agatur de maximo præiudicio.*
12. *Vel leui præiudicio.*
13. *Vel leuissimo.* *& an istis casibus sufficiat præsumptiua probatio, vel requiratur plena, ibid.*
14. *Quid si agatur de prbanda morte in loco longinquo.*
15. *Mors an probetur per famam.*
16. *& an per luctum, seu assertionem consanguineorum, & num.31.*
17. *Mortuus an præsumatur, qui in aciem ingredi visus est.*
18. *Mors an probetur per productionem testamenti, & seq. & num.29. & 32.*
20. *Mors magni domini quomodo probetur.*
21. *Mors an probetur per inscriptionem monumentorum.*
22. *Mors an probetur per missionem exploratorum.*
23. *Mors ciuilis quomodò probetur.*
24. *Mors an probetur per librum Rectoris Ecclesiæ.*
25. *Mors occulta quomodò probanda.*
26. *Mortuus an præsumatur bannitus, vel rixosus, si per quinquennium non reperitur.*
27. *De duobus mortuis, quis prius mortuus præsumatur.*
28. *Testibus deponentibus de morte, vel de vita, quibus magis credendum.*
30. *Mors probatur iuramento.*
31. *Mors probatur per duos testes, qui viderint illum mortuum, & traditum sepultura, etiam quòd sint consanguinei.*
33. *Mors an probetur per testes qui patri dicant se vidisse Titium mori.*
34. *Mors an probetur per dictum vnius testis.*

1 MORS debet probari ab eo, qui se fundat in ea. Corn. *cons.10. num.5. volum.1. & consi. 204. num. 3. volum.3.* Capell. Tholosan. *decis.312. in additionib. in fine.* Boërius *decis. 288. in 3. col. part. 2.* Hercul. *de negatiua, n.10.* Gabriel. *pag.60. n.7.* Lambertenus *in tractat. de contractib. eorum gloss.9. n.4.* vbi de magis communi. Ad hanc materiam vide Mascardum *conclus.1069. lib.2.* Magon. *decis. Lucen.44. n.1.*

2 Vita similiter debet probari ab eo, qui se fundat in ea. Corn. *d. consil.10. num.5. vol. 1. & d. consil.204. num.3. volum.3.* Gozad. *consil.68. num.5. & 6.* Capell. Tholos. *decis.312. in addit. in fine.* Boër. *decis.288. in 3. column. part. 2.* Couartu. *variar. resolut. pag.471.* vbi de magis communi. Villalob. *litera V. num.43.* Gabriel. *pag.60. num.7.* Lambertenus *de contractib. d. num.4.* vbi de communi.

3 Quod limitatur non procedere in excipiente de vita, quia suam exceptionem fundans in vita, non est necesse, quòd eam probet, vt per Gabriel. *p.60. n.8.*

4 Contrarium tenet Couarru. *variar. resol. pag.472.* vbi de magis communi, & Lambert. *de contractib. d. num.4. & num.3.* vbi de magis communi.

5 Similiter limitatur non procedere in possidente allegante vitam, quia possessio eleuat possidentem ab onere probandi vitam. Villalob. *lit. V. num.43.* & faciunt dicta per Gozad. *consil.68. num.8.*

6 Vita autem alicuius quomodo probetur, habentur per Corneum *consil.10. volum.1. per totum,* in discursu.

7 Et an verum sit id, quod dici solet, quòd viuere quis præsumitur vsque ad centum annos, secundùm Corn. *cons.104. n.5. vol.3.* Capell. Thol. *decis.372. in addit. à fol.111.* cum multis aliis relatis à Gabriel. *p.60. n.1. & 2.* quorum aliqui testantur de communi.

8 Sed contrarium est verius, vt per Gozadin. *consil.68. num.6. & seq.* Hercul. *de negatiua pag.77. n.290.* Gabriel. *d. pag.60. num.3. & sequentib.* & Couarru. *variar. resolut. pag.471. & seq.* vbi de magis communi. Menoch. *in l. finali, num.668. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* Lambertenus *d. gloss.9. num.4.*

9 Benè verum est, quòd quis præsumitur mortuus post spatium certum annorum. Couar. *var. resolut. d. p.472.* & Gabriel. *d. pag 60. num.4.* Hercul. *vbi suprà.*

10 Mors autem qualiter probetur, præter infrascripta vide Lanfranc. *in cap. quoniam contrà, pag.96. n.101. & in addit.* Corset. *singul. pag.177.* Hercul. *de negatiua n.290.* Papien. *pag.397. in 2. col. in fine.* Capella Tholosana *decis.312. in addit.* Boër. *decis.288. part.2.* Petrus de Sonceno *consil. matrim. 25.* in discursu. Bartol. & alij *in l. siquidem. C. solut. matrim.* idem Bartol. *in l.2. §. si dubitetur. ff. quemadmod. testament. aperiant.* Bartol. *in tract. de testib. in verb. mortuum, seu mors, qualiter probetur.* Corn. *cons.10. vol.1.* Firm. *in Repert. verb. Mors,* per discursum. Io. Mar. Monticell. *in Repert. testium pag.400. colum.2. & pag.401. colum.1.* in discursu, omninò Mascard. *conclus.1075. & sequenti, lib. 2.* cuius dicta non fuerunt hîc transcripta, vide quæ dixi *in titul. de delict. carn. quæst.140. part.2.*

11 Particulariter autem scias, quòd quando agitur de maximo præiudicio, & irrecuperabili, tunc requiritur mortis plena probatio. Lanfranc. *in d. cap. quoniam contra, pag.96. num.101. in addit. fol.101. in addit.* Hercul. *de negat. num.290.* Capell. Tholos. *decis.312. in addit. fol.111.* Boër. *decis.288. in princip.* Alexand. *consil.117. n.8. & seqq. vol.4.* Corn. *cons.10. n.7. & 15. vol.1.* Menoch. *in l. finali num 672. C. de edict. diu. Adr. toll.*

12 Si verò agitur de modico præiudicio, puta quando damnum est recuperabile, & tunc non est necessaria plena mortis probatio, sed sufficit eam probare per indicia & præsumptiones verisimiles. Lanfranc. *in d. cap. quoniam contra, d. pag.96. num.101. in addit.* *Capell. Tholos. decis.312. in addit. fol.111.* Boër. *decis.288. col.1. part.2.* Corn. *cons.10. n.7. vol.1. & consil. 204. n.4. vol.3.* Corset. *singul. p.177.* vide infrà *n.34.*

13 Quando autem agitur de leuissimo præiudicio, & tunc mors probetur iuramento. Lanfranc. *d. num.101. in additionib.* Capell. Tholos. *decis.312. in additionib. fol.111.* vide infrà *num.30.*

14 Similiter quando sumus in probatione mortis factæ in longinquo loco, tunc etiam sufficiunt probationes præsumptiuæ: super cuius dicti veritate & materia vide Herculanum *de negatiua n.290.* vbi etiam in proposito, quis dicatur locus longinquus. Capell. Tholos. *decis.312. in addition.* Boër. *decis.188. colum.3. pag.126.* Alexand. *cons.4. num.15. vol.2.* Corn. *cons.10. num.7. volum.1. & consil.204. num.6. vol.3.* Menoch. *in l. finali, num.672. C. de edict. diu. Adrian. toll,*

15 An autem & quando per famam mors probata dicatur, dixi in impressis *quæst.47. num.97. & seqq.*

Et

Et vide Lanfranc. *vbi suprà*. Mascardum *conclus.* 1070.*per totam,lib.*2.& dixi aliquid *in quæstionib. criminalib.titul.de indic.& tortur.quæst* 47.*num.*97.*& sequentib.*Duen. *reg.*299.*in* 9. *limit.* vide etiam Herculan. *de negat. num.*290.Papien.*pag.* 357. *in* 1. *colum.* Capell.Tholos.*decis.*312.*in addit.*in discursu, *fol.*111. *& decis.*316. *in additionib.* Boër. *decis.*288. *per totam,* in discursu *part.*2. Petr.de Soncen.*cons.matrim.per totum,*in discursu. Alexand.*cons.*117. *n.*8.*& seqq. vol.*4. Corn.*cons.*10.*num.*5.7.*&*15.*volum.*1.*& cons.*204. *n.*6. *volum.*3.Cephal.*consil.*65.*num.*44.*& seqq. volum.*1.vide Menoch.*in l.finali,num.*672. *& seq.* vbi facit regulam, quòd mors probatur per famam.Sed

Limita I. quando agitur de graui præiudicio,quia tunc fama non sufficit.

Limita II. procedere, quando agitur de probanda morte facta iamdiu, vel in lonquiquis regionibus,aliter fama non sufficeret.

Limita III. quando fama habuit ortum à viris fide dignis, & à causa non leui,aliàs secùs; vt *ibi* per eum.vide infrà *num.*20.

16 Mors an probetur per luctum parentum, seu eorum assertionem, siue consanguineorum. De testimonio consanguineorum, vide infrà *num.* 31. dic, quòd probatur per assumptionem vestium lugubrium.Io.Mar.Monticel.*in Repert. Testium pag.*401. *col.*1.*vers.*2. Et de materia vide Herculanum *de negatiua n.*290. Boët.*decis.*188.*in* 3.*colum.pag.*126. *part.*2. Alexand.*cons.*4.*num.*16.*vol.*2 *& cons.*117. *n.*8. *& seqq. volum.*4.Corn.*consil.*10.*num.*4.*vol.*1.*& ibidem num.*12. *&* 17.*& consil.*204.*num.*6.*volum.*3.*& consil.*96.*num.*6. *volu*[illegible] Orset,*singul.pag.*177.Menoch.*in l.fin.n.*674. *C.de edict.diu. Adrian.tollen.*

17 Mors an probetur ex eo, quòd quis in aciem ingredi visus est, & postea ampliùs non fuerit repertus? Dic quòd sic,vt per Io. Maria Mont. *in Repert. Testium pag.*400.*col.*2.*vers.*5.Et de materia vide Hercul.*de negat. num.*290. Cappell. Tholos.*decis.*312. *in additionib.*Corneus *consil.*104.*num.*8.*volum.*3.

18 Mors probatur per productionem testamenti. Hercul *de negatiua.n.*290.*pag.*77.Capell.Thulos. *decis.*312.*in addit.*Aretin.*in §.quadrupli n.*45.*circa finem, Institut.de actionib.p.*235.Menoch.*in l.finali,num.*661. *& seqq C.de edict. Diu. Adrian.tollen.* vide infrà *n.*29. Et communem dixit Curt. iun.*in l.finali n.*54. & Zuchard.*n.*247. *C.de edict.Diu. Adr.toll.* vide infrà *n.*32.

19 Contrarium tenuit Papien.*pag.*398. *in fine*, & relati à Menochio *in l.finali,num.*667. *& seq. C.de edict. Diu. Adrian.tollend. pag.*63. Et hæc opinio est etiam communis & seruanda in practica,teste Ioseph. Ludouic. *in decis.Rota Lucensis* 49. *num.*3. *&* 19. *part.*1. vbi quòd ita ipse aliàs pronunciauit & pronunciari vidit, cum declaratione tamen,de qua infrà *n.*32.

20 Mors magni domini probatur per famam. Capell. Tholos.*decis.*312.*in additionibus.*Item per Chronicas Boët. *decis.*288.

21 Mors probatur per inscriptionem monumentorum.Boërius *decis.*288 *in* 3.*columna.*

22 Mors probatur,quando iudex misit nuncios, vel exploratores, qui retulerunt non potuisse inuenire aliquid certi de eius vita.Gozadin *cons.*68.*num.*9.vbi de communi concurrente maximè longissimi temporis spatio, vt *ibi* per eum. Sed contrà per Io. Mar. Montic. *in Repert. Testium pag.*400. *colum.*2. *versic.finali.* Hercul.*d.num.*290.

23 Mors ciuilis quomodo probetur. Hercul.*de negatiua num.*291.

24 Mors an probetur per librum Rectorum Ecclesię, vbi fuit quis sepultus. Aymon. *de antiquit. tempor.* *pag.*85.*num.*1.Ioseph.Ludouic.*in communib.opinionib. conclus.*29 *in* 24 *ampliat.lib.*1.

25 Mors occulta probatur per vnum testem. Imol. *conclus.*5.*pag* 22. vide infrà *num.*34.

26 Mortuus an præsumatur ille,de quo non habetur nouum per quinquennium, quando erat homo rixosus,malæ vitæ, putà bannitus, & simil. vide Cephal.*cons* 65.*num.*44 *& seqq.volum.*1.Rolandum *consil.*93.*num.*1. *volum.*3.

27 De duobus mortuis,puta in bello,ruina, seu naufragio,quis priùs mortuus præsumatur,vide Conarruuiam *variar. resolut. pag.* 464. *& seqq.* vbi infert ad plures quæstiones.Tiraquell.*de leg.connub.p.*20.*n.*58. vbi quòd præsumitur prius mortua mater quàm filia. Faciunt dicta *in alio Repert. in vltim. voluntatib verb. lucrum dotis,an & cui,* &c. Vide in materia *decisionem Pedemont.*108.*num.*4 vbi quòd præsumitur etiam potius mortuam esse matrem, quàm filiam.*& consil sequenti n.*5.vbi quòd priùs præsumuntur mortui ascendentes,quàm descendentes.Magon.*decis.Lucen.*44.

28 An magis credatur testibus deponentibus de morte,quam de vita,vide Imolam *conclus.*18. *lib.*2.

29 Dubitatum est suprà *in num.* 18. *& sequenti*, An mors dicatur probata per productionem testamenti;& quia sunt in hoc contrariæ opiniones, ideò distingui potest,vt per Menochium *in l finali,num.*669. *& seq.C.de edict.Diu. Adr.tollen.* hoc modo, videlicet. Aut testamentum productum fuit parti datum à Notario, iudice sic mandante:aut pars illud non habuit à Notario, sed aliunde. Primo casu satis ex testamenti productione censebitur probata mors, si quidem Notarius non dedisset copiam, nisi fuisset mortuus testator.Secundo verò casu non censebitur probata mors ex testamenti productione, quia tunc præsumptio est, vel quòd illud testator ei tradiderit, vel quòd subtraxerit testatori,vt ibi per eum.

30 Mors probatur iuramento. Menoch.*in l.finali,numer.*671. *C.de edict. Adrian.tollen,* vide suprà *n.*13.

31 Mors sine dubio probatur per duos testes,qui viderint illum mortuum, & sepulturæ traditum. Menoch.*in d.l.finali num.*675. *C. de edict. diu. Adr. tollend.* vbi ampliatur, etiam quòd isti testes essent consanguinei mortui: de quo vltimo vide aliquid suprà *num.* 16. Item amplia, etiam quòd testes viderint illum clausum in capsa,quem dicebatur esse talem, vt per Io. Mat.Montic. *in Repert.Testium pag.*401.*col.*1. *vers.*3.4. *&* 5. vbi etiam de materia,de qua etiam infrà *num.*33.*&* 34.& suprà *num.*25.*&* 28.

32 Dixi suprà *num.* 29. quòd ex productione testamenti habiti à Notario de mandato iudicis probatur mors,secundùm Menochium *in l.finali,num.*669. *& sequenti.C.de edict.diu. Adrian.* Si istam conclusionem Menochij intelligere velis in testamento in scriptis,quòd Notario à testatore clausum conceditur, cum expressa prohibitione, ne aperiatur ante eius mortem,iuxta formam legis,*hac consultissima.C. de testa.* tunc vera erit d conclusio.Ratio est,quia talia testamenta non possunt aperiri, nisi saltim semiplenè de morte testatoris iudici constiterit:ideò producto testamento in scriptis, dicitur virtualiter probata mors saltim semiplenè, vt per Iosephum. Ludouicum *decis.Rota Lucen.*49.*num.*11. *& seqq.part.*1. & sic productio testamenti in scriptis probat mortem, non ratione publicationis testamenti, sed ratione præcedentis probationis super morte receptæ. Si verò eamdem conclusionem intelligere velimus in testamento nuncupato, licèt in scriptis redacto; tunc etiam quòd producens illud habuerit à Notario, non dicitur ex eo probata mors.

Ratio est, quia talia testamenta Notarius potest publicare, etiam quòd de morte non constet: vt *in decis. Lucensi* 49. *num.* 22. *& seqq.* vbi tamen *num.* 28. id limitat, quando cum publicatione testamenti nuncupatiui concurreret aliqua alia semiplena probatio, quia tunc probatur mors per publicationem illius, vt *ibi* per eum, qui benè loquitur in materia.

33 Mors Titij an probetur per eum, qui dixit se vidisse Titium mori, vide remissiuè per Ioh. Mar. Monticel. *in Repert. test. pag.* 401. *col.* 1. *versic. primo.*

34 Mors probatur per dictum vnius testis præsumptiuè, & de materia Ioh. Mar. Monticul. *in Repert. testium, pag.* 401. *colum.* 1. *versic. penultimo, & sequenti.*

QVÆSTIO XXXV.

Dos de paragio, seu congrua, quæ dicatur. Quando possit esse minus legitima, stante præsertim statuto excludente fœminas propter masculos; & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Dos filiæ constituenda, seu constituta, an possit esse minus legitima generaliter.*
2. *Quid si statutum mandet dotari de paragio.*
3. *Vel mandet congruenter dotari.*
4. *Quid si dicat filiam debere esse contentam, &c. & sequentibus.*
7. *Quid si mandet eam dotari arbitrio propinquorum.*
8. *Quid si statutum simpliciter excludit filias dotatas, & aliud non dicit circa dotis constitutionem.*

Quid si filia dotetur non à patre, sed ab alio, numer. 5. 6. *&* 9.

10. *Quid de iure communi circumscripto statuto.*
11. *Quid si dos sit valde tenuis.*
12. *Modicitas dotis cuius temporis respectu considerari debeat.*
13. *Dos in dubio præsumetur congrua.*



LATE superiùs in octaua qoæstione materiam statuti excludentis fœminas propter masculos tractauimus, vbi præsertim *in num.* 6. *&* 7. quæsitum fuit, An per hoc statutum fœmina censeatur etiam exclusa à legitima. Et per consequens, an possit, si est dotata minus, quàm legitima, illius supplementum petere. Modò istud idem iterum in dubium reuocando, & specialiùs hanc materiam attingendo,

1 Quæro quanta debeat esse dos constituenda filiæ per patrem, seu alios exclusæ à statuto ab eius successione propter masculos? & an possit esse minùs legitima? Super quo generaliter præter infrà scribenda videas ea, quæ allegantur *in dicta quæst.* 8. *num.* 6. *&* 7. Cottam *in verb. dos constituta, pag.* 247. *& sequentib.* Æmilianum *consil.* 1. *num.* 11. *& sequentib.* Anchar. *quæst.* 28. Cephal. *consil.* 34. *num.* 36. *volum.* 1. Faciunt ad hanc quæstionem tradita *in Repert. Contract. versic. Dos, num* 8. vbi quando dos succedat loco legitimæ, & *ibi* tradita ponas hîc loco præmissi, vel potiùs pœnas infra *num.* 8. vbi est magis proprius locus suus. Ludouic. *decis. Perus.* 21. *num.* 37. *& seqq. part.* 1. Gabriel. *consil.* 3. *lib.* 2. vide etiam decisiones Rotæ, quas allegaui infià *num.* 4. cum *ibi* allegatis.

Et vt aliquid in specie tradatur, sunt prò faciliori intelligentia plures casus distinguendi, iuxta diuersitatem statutorum.

2 Primus constituator casus, quando statutum excludit fœminas, &c. sed mandat eas dotari de paragio: & tunc dic quòd paragium dicitur parium gestus, id est, vt filia nubat secundùm pares suas; & est quid diuersum a legitima, quia illa est limitata, & certa sine personarum distinctione, vt *in Authent. nouissima, C. de inofficios. testament.* Dos autem de paragio est incerta, & regulata tantum à qualitate personarum, & locorum consuetudine. Quibus attentis sequitur, quòd dos de peragio aliquando sit supra legitimam, & aliquando infra. Ita Grammar. *decis.* 101. *num.* 63. *vsque ad* 76. Afflict. *decis.* 260. & *ibi* Vrsill. *in additionib.* Aymon *consil.* 236. *num.* 3. vbi multos allegat concordantes. Brun. *de statut. exclud. fœm. art.* 9. *num.* 52. *cum multis sequentib.* sed Afflict. *in decis.* 162. *num.* 2. *versic. item dicit*, affirmat quòd dos de peragio est par cum legitima. Sed aduerte, quòd ad hoc nihil allegat, & istud ibi non firmatur, & patet ex vltimis verbis in fine decisionis positis; ideo non recedas à prima opinione. Sed vide Menochium *de arbitrar. quæstionib. casu* 147. *pag.* 179. *num.* 34. vbi quòd dus de paragio debet constitui arbitrio iudicis.

3 Secundus sit casus, quando statutum excludit fœminas, &c. sed mandat eas dotari decenter, vel congruenter, vel competenter, & simil. Et tunc dic, quòd dos non potest esse minùs legitima. Cotta *pag.* 248. *in fine, & sequenti.* Villalobos *in D. num.* 158. Cotneus *consil.* 3. *num.* 3. *lib.* 3. Cephal. *consil.* 95. *num.* 13. *& seq. volum.* 1.

4 Tertius sit casus, quando statutum dicit filiam hanc contentam debere esse de dote data, vel constituta: vel dicat, quòd filia sit contenta de eo, quòd pater dederit, &c. Quia tunc dos potest esse minùs legitima, & filia conqueri non potest, vt per Æmilianum *consil.* 1. *num.* 13 *& sequentib.* Viui. *pag* 252. Menoch. *de arbitr. quæst. pag.* 177. *num.* . . *& sequentib.* Roland. *consil.* 95. *num.* 18. *& sequenti, volum.* 3. Cephal. *consil.* 291. *num.* 7. *volum.* 1. Ad hanc materiam vide omnino Gabriel. *consil.* 3. *lib.* 2. Cæsar de Grass. *decis.* 2. *in tit. de Constitut.* & in eadem causa vide aliam decisionem *coram Orano in vna Romana supplementi dotis, die* 12. *mensis Nouembris* 1588.

5 Amplia hunc tertium casum, vt procedat, siue filia dotetur à patre, siue ab alio extraneo, vt per Menochium *vbi suprà.*

6 Contrarium in hac ampliatiooe tenet Cephalus *consil.* 95. *num.* 21. *& seqq. in volum.* 1.

7 Quartus est casus, quando statutum excludit filiam, &c. & mandat eam dotari arbitrio fratrum, seu popinquotum, &c. Et tunc vide in hoc casu latè disputantem Menochium *vbi suprà, num.* 22. *& sequentib.* vbi tandem concludit, quòd relinquitur arbitrio iudicis, qualis debeat esse ista dos. Sed vide Viuium *in pag.* 226. vbi dicit secundùm communem, quòd licèt isto casu dos possit esse plusquam legitima, tamen non potest esse minus.

8 Quintus est casus, quando statutum simpliciter loquitur excludendo filias dotatas, & non vlteriùs procedit explicando qualitatem, seu quantitatem dotis: & isto casu vltra infrascriptam distinctionem crederem inspiciendum, an dos succedat loco legitimæ, vel non: de quo dixi aliàs *in Repert. Contract. versic. Dos, num.* 8. vbi tradita ponas hîc. Vbi enim dos succedit loco legitimæ, tunc non potest esse minus ea: secùs vbi non succedit. Et vide suprà *quæst.* 8. *num.* 6.

num.6. & 7. Et in isto quinto casu proposito sic distingue. Aut filia dotatur à patre, seu ab auo, & tunc potest dos esse minus legitima, vt per Menochium *d. casu 149. num.5. & seqq.*

9 Aut dotatur ab alio, & tunc secùs, quia non potest esse minus legitima. Et ex dictis per eundem Menoch. colligitur, & tenet expresse Cephalus *d. consil.95. num.23. & sequenti, volum.1.*

10 Sextus figuretur casus, circumscripto statuto, & tunc si vis scire, an pater possit filiæ minorem dotem, quàm sit legitima, constituere. Vide Ancharanum *quæst. 28. num.7.* Nouell. *pag. 133.* Menoch. *de arbitrar. pag.178. num.8. & seqq.* Et quid è contra *in Repert. contract vers.Dos, num.6.* & ponas hîc.

11 Ad supradicta aduertas ad multa, & in primis, quòd in casibus, in quibus dos potest filiæ constitui in minus, quàm legitima, non procedet ista conclusio, quando dos esset nimis modica tenuis, & leuis, quia tunc stante ista enormissima læsione, filia semper conqueri potest; & potest supplementum petere, siue dotetur ab extraneo, siue à patre; & siue statutum simpliciter loquatur, siue etiam mandet eam esse contentam dote, &c. & sic indistinctè & semper, vt per Viuium *pag. 232. à tergo,* Cephal. *consil.54. num.35. & consil. 95. num.20.* Menochius *vbi suprà, pag.178. num.15. & sequentib.* Et idem traditur *in dicta decis. coram Orano*, de qua suprà *num.4.*

12 Modicitas autem, & tenuitas dotis an consideretur habito respectu ad tempus dotis constitutæ, an verò mortis patris, vide Menochium *dict. pag. 178. num.16. & sequentib.* vbi quòd spectatur tempus non mortis, sed constitutæ dotis. Cotta *pag.248.* Nouell. *regul.133. num.2.* Cephal. *consil. 142. num 20. vol.1.* vbi quòd secundùm magis communem spectatur tempus mortis. Et faciunt dicta superiùs *quæst. 26. num.1.* & quæ dicentur in ea quæstione, vbi agetur de reconciliatione, quam facit filia hæreditati paternæ, &c. & vide *in Repert. contractuum, vers. Dos, num. 13.* vbi quæ dicatur dos parua, & *ibi* tradita poteris hîc apponere.

13 Insuper pro complemento quæstionis, aduerte quòd in dubio dos à patre constituta præsumitur congrua, & ideo contrarium volens dicere, tenetur probare, vt per Cottam *pag. 246. in fine.*

Qvæstio XXXVI.

Testamentum secundum quando reuocet primum.

Svmmarivm.

1. *Testamentum secundum reuocat primum.*
   Amplia etiam, quòd secundum valeat de iure prætorio, num.5.
2. *Amplia etiam, quòd in secundo adsit institutio in re certa.*
3. *Amplia etiam, quòd secundum valeat de iure speciali, seu statutario.*
   Quod tamen limita, vt in num.4.
6. *Amplia etiam, quòd in secundo nulla fiat mentio de primo.*
7. *Amplia etiam, quòd in secundo non adsit clausula Cessans, &c.*
8. *Testamentum secundum, ex quo non potest adiri hæreditas, non reuocat primum.*
9. *Secùs si poterat adiri, licèt non fuerit adita.*
10. *Testamentum secundum non reuocat primum, in quo erat clausula, Omni meliori modo, &c.*
11. *Testamentum primum non reuocatur per secundum inualidum, & num.40.*
12. *Quid testamento primo condito inter liberos, an reuocetur per secundum non conditum inter liberos.*
13. *Quid etiam si secundum testamentum sit inter liberos, sed cum minori numero testium, & numer.4.*
    & quid si ambo testamenta inter liberos confecta habeant plenum numerum testium, vel ambo valeant de iure speciali, num.25. & num.3. vbi de materia.
14. *Quid si testator in secundo testamento dixit se velle tantùm reformare primum.*
15. *Legata & fideicommissa ex primo testamento reuocato an debeantur.*
16. *Quid de testamento primo condito cum iuramento.*
17. *Testamentum primum an reuocetur per secundam nudam voluntatem.*
18. *& an per cancellationem, seu reuocationem.*
19. *Quibus modis testamentum fiat irreuocabile.*
20. *Quid si in secundo testamento sint instituti incapaces.*
21. *Quid si in primo adest clausula derogatoria, & n.32. & sequentib.*
22. *Quid si testator dixit se nolle ampliùs reuocare testamentum; & casu quo reuocet omnia bona sua, &c.*
23. *Quid si primum testamentum sit factum coram Imperatore.*
24. *Quid si in primo testamento interfuerint viginti testes.*
    Quid de secundo testamento inter liberos, an tollat primum non inter liberos, num.3.
    Testamentum secundum, in quo est instituta pia causa, an tollat primum, in quo similiter est instituta pia causa. ibid.
26. *Testamentum primum præsumitur reuocatum per secundum per inimicitias superuenientes.*
27. *& quid si aliquis de institutis in primo testamento moriatur.*
28. *In materia ista reuocationis primi testamenti attenduntur maximæ coniecturæ.*
29. *& quid si à tempore primi conditi testamenti effluxit magnum tempus.*
30. *In dubio est iudicandum, quòd primum testamentum reuocatum sit per secundum.*
31. *Quid si testator condat secundum testamentum, quia putabat hæredem in primo testamento scriptum esse mortuum.*
36. *Quid si in primo testamento est instituta pia causa, vel in eo sunt multa legata pro anima testatoris.*
37. *Quid si in primo testamento est instituta persona à testatore valde dilecta.*
38. *Testamentorum pluralitas non præsumitur.*
40. *Testamentum secundum reuocat primum, etiam quòd in secundo non sint adhibiti testes, dummodo sit manu testatoris conscriptum.*
41. *Testamentum secundum reuocat primum ipso iure.*
42. *Quid si secundum testamentum sit factum per blanditias, vel suggestionem.*
43. *Testamentum primum reuocatum ampliùs non reconualescit, si secundum irritum fiat: vbi etiam de materia.*
    & quid si testator dixerit se velle primum testamentum valere. ibid.

1  ESTAMENTVM secundum reuocat primum. Probatur hæc regula *in § posteriori, Institut. quib. mod. testamen. infirment. & in l. si quis priore, ff. ad Trebellianum*, cum aliis cumulatis per Rolandum *consil. 33. num. 18. & seqq. volum. 3.* Ad materiam vide Surdum *decis. Mantuan.* 128. Et super infrascriptis, vide in vnaquaque materia Manticam *de coniectur. lib. 12. tit. 8.* in discursu, & Hippolytum Riminaldum *consil. 178. lib. 3.* vbi latè, Couar. *de testament. rubr. part. 2.* omnino Simon de Prætis *de interpr. vltim. volunt. lib. 4. dub. 2. fol. 460* Franc. Becci. *consil.* 66. pro regula adde Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus. 58. in principio, & in 1. ampliatione.*

2 Testamentum secundum reuocat primum, etiam quòd secundum contineat solam institutionem in re certa. Cephal. *cons. 32. num. 2. & 2. & consil. 73. volum. 1. num. 1.*

3 Testamentum secundum, etiam quòd valeat iure speciali, seu statutario, reuocat primum. Cephal. *consil. 32. num. 1. & 2. & consil. 73. num. 1. volum. 1.* Roland. *consil. 33. num. 2. volum. 3.* Faciunt dicta infrà *num. 13.* Adde super dicto principali idem tenentem Tunt *in consil. pro vxore, num. 592.* Pro hac conclusione addo Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. lib. 1. conclus. 58. in 3. ampliat.* Et dum diximus, quòd secundum testamentum de iure speciali tollit primum, etiam de iure communi validum, potest poni exemplum in secundo testamento imperfecto: quod tamen de iure speciali valet inter liberos, per *Authent. hac consultissima, §. ex imperfecto*, &c. quia istud secundum testamentum imperfectum, & validum de iure speciali inter liberos, tollit primum testamentum validum de iure communi. vt per Doctores suprà citatos, & per Iosephum Ludouicum *d. conclus. 18. in 16. ampliat. & in 7. fallentia*, vbi limitat, quando in testamento inter liberos testes essent adhibitæ mulieres.

4 Quod intellige, nisi in primo testamento valido de iure communi, esset instituta pia causa, vel alia priuilegiata persona, seu etiam filij: quia tale testamétum non reuocatur per secundum validum de iure speciali. Cephal. *d. consil. 32. sub num. 10.* sed de hoc vide infrà *num. 13.* Ita quòd Cephalus concludit, quòd licèt secundum testamentum validum de iure speciali, puta quia sit confectum inter liberos: licèt enim non sit tale testamentum, quod de iure communi valeret, puta quia non essent adhibiti septem testes; vel deficeret aliqua alia solemnitas, nihilominus, quia valebit de iure speciali, per *§. ex imperfecto*, &c. tollet primum testamentum validum de iure communi: & idem sit, si secundum testamentum contineat fauorem piæ causæ, cuius causa licèt forrasse sit minùs solemne, nihilominus fauore speciali dictæ piæ causæ sustineatur, & rumpat primum testamentum de iure communi validum. Ad idem Ioseph. Ludouicus *d. conclus. 58. in 7. ampliat.* vbi quòd primum testamentum validum de iure communi cum septem testibus, reuocatur per secundum factum cum duobus, fauore piæ causæ, & *in 9. ampliatione*, vbi ampliat hanc conclusionem vno modo, & *in 10. ampliatione*, vbi ampliat alio modo. Nihilominus, inquit Cephalus, prædicta non procedent, quando in primo testamento valido de iure communi, etiam essent instituti liberi, vel alia pia causa. Tu verò ad prædicta aduerte, quòd immò contrarium est verius: quia si secundum testamentum valeat de iure speciali, puta quia factum inter liberos, tollit etiam primum testamentum, in quo sint instituti similiter filij, vt latiùs infrà dicetur *num. 13.* Item si secundum testamentum sustineatur fauore speciali piæ causæ, tollit primum, etiam quòd in eo sit similiter instituta pia causa, & valeat de iure communi: ita post multa concludit & latissimè disputat Tunt. *in respons. pro vxore, in num. 593. & pluribus sequentib.* Sed pro Cephali opinione vide Iosephum *d. conclus. 58. in 4. & 5. fallentia*, vbi testatur de magis communi.

Testamentum secundum validum de iure prætorio, etiam reuocat testamentum primum validum de iure ciuili. Cephalus *consil. 73. num. 1. 2. 3. 14. 15. volum. 1.* in discursu. 5

Testamentum secundum reuocat primum, etiam quòd in secundo nulla fiat mentio de primo. Roland. *consil. 33. num. 20. volum. 3.* Ioseph. *d. conclus. 58. in 2. ampliatione.* 6

Testamentum secundum reuocat primum, etiam quòd in secundo non adsit clausula illa derogatoria generalis, videlicet, *Cassans*, &c. Roland. *d. consil. 33. num. 22. volum. 3.* Ioseph. *d. conclus. 58. in 4. ampliat.* Surd. *consil. 44. num. 22.* Crass. *de testament. quæst. 86. num. 1.* Simon de Prætis *fol. 466 num. 78.* 7

Testamentum secundum, ex quo de iure ciuili non potest adiri hæreditas, non reuocat primum. Vide ad hoc Cephalum *d. consil. 32. num. 7. vol. 1.* 8

Sed si ex secundo testamento poterat adiri hæreditas, licèt non fuerit adita: nihilominus primum testamentum censetur reuocatum, vt per Clarum *de testament. quæst 96.* vbi de materia; licet enim secundum testamentum non fuerit sortitum effectum suum: tamen sufficit, quòd sortiri potuerit, vt per Cephalum *consil. 73. num. 1. 2. 3. 14. & 15. volum. 1.* videlicet in discursu. Vide Couarruuiam *de testam. pag. 230.* Tunt. *in consil. pro vxore, num. 590.* vbi de communi. Ad idem Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus. 58. in princip.* in duobus locis. 9

Testamentum primum, in quo adest clausula, *Omni meliori modo*, non reuocatur per secundum, in quo non adest dicta clausula. Cephal. *dict. consil. 32. num. 11. & 12.* vbi hoc dictum ampliatur, etiam quòd in secundo testamento adsit clausula illa, *Cassans*, &c. 10

Testamentum primum validum non reuocatur per secundum inualidum. Cephal. *dicto consil. 32. num. 12.* Roland. *consil. 33. num. 4. volum. 3.* vbi de communi, & *ibi num. 5.* hoc dictum ampliat, etiam quòd in secundo testamento adsit clausula illa, *Cassans*, &c. De hac materia vide Diaz *reg. 733.* Clarum *de testament. quæst. 96. & seq.* Couar. *de testam. pag. 227. al 165. num. 2. per totum, in rubr. part. 2.* in discursu. Vide etiam aliquid infrà *num. 40.* 11

Testamentum primum conditum inter liberos, an censeatur reuocatum per secundum, non inter liberos confectum. Diaz *regul. 732.* Clar. *de testam. quæst. 98.* Dic quòd non: nisi fieret dicti primi testamenti reuocatio. Ioseph. *d. conclus. 58. in 16. ampliat.* vbi ampliat, etiam quòd in primo testamento filij sint inæqualiter instituti: ac etiam quòd sit institutus vnus solus filius, & nulli alij. 12

Sed quid si secundum testamentum sit etiam inter liberos, sed conditum sine septem testibus, an reuocet primum testamentum, etiam inter liberos confectum celebratum cum perfecto numero testium. Vide Gabrielium *pag. 432. conclus. 7.* seu Imol. *conclus. 8. lib. 1. pag. 405. & sequent.* Vide etiam suprà *num. 3. & 4.* Vide omnino Tunt. *pro vxore, num. 594. cum pluribus alijs sequentib.* vbi latissimè defendit, 13

quòd

quòd secundum testamentum validum de iure speciali, puta quia conditum inter liberos, tollit primum validum de iure communi, & in quo sunt adhibiti septem testes, etiam quòd in eo similiter sint instituti filij,& quòd idem sit, etiam quòd in secundo testamento inter liberos testes non sint rogati: quia adhuc reuocabit primum testamentum inter liberos, in quo testes sunt rogati, vide Tunt. *ibid. num.674 & pluribus alijs sequentib. vsque ad num. 690.* Et quòd idem sit, etiam quòd in primo testamento inter liberos confecto sint admixtæ extraneæ personæ: quia adhuc hoc primum testamentum validum de iure communi reuocatur per secundum inter liberos validum de iure speciali, puta, quia non sint adhibiti septem testes, ponit & latè defendit idem Tunt. *ibid. num.699. & pluribus sequentib.* quicquid secùs senserit Cephalus *consil.32.num.*10. & Socinus iun.*consil.*64. *num.*10.*& sequent. lib.*4. Et contra istos pro opinione Tunt. addo Crass. *de testam. quæst.* 86. *num.* 8.

14 Testamentum primum an reuocetur per secundum, in quo testator dixit, nolle se reuocare primum testamentum, sed tantùm reformare, vide Cephalum *consil.*73.*seu* 74.*volum.*1.

15 Testamentum primum quando fuit reuocatum per secundum, an legatum & fideicommissum ex eo primo testamento relictum debeatur, vide quæ dicentur in alia quæstione, videlicet, legata quando debeantur ex testamento minùs solemni, &c.

16 Testamentum primum factum cum iuramento de non reuocando, an censeatur reuocatum per secundum, & de materia, vide per Imol. *conclus.*17. *lib.*4.*pag.*756. & Clar.*de testament.quæst.*54. Alexand. *consil.*18.*num.*3.*volum.*2. Couar. *de testamen. pag.*112. *num.*9. Cotta *pag.*849. *in consil.vltimar.voluntat.*156. *num.*20. vbi quòd primum testamentum factum cum iuramento, non censetur reuocatum per secundum per quæcunque verba derogatoria, & per quascunque clausulas derogatorias ad præcedens testamentum, nisi specialiter dicatur, non obstante tali iuramento;& sic nisi de iuramento fiat specialis mentio. Vide Ioseph. Ludouic. *d.conclus.*58.*in* 21.*ampliatione*, & Simoncell. *de decreto lib.*3.*titul.*8.*num.*181. vbi quòd primum testamentum minoris etiam iuratum reuocatur per secundum, & *ibi* testatur de magis communi.

17 Testamentum primum an & quando censeatur reuocatum, seu reuocari possit per secundam contrariam nudam voluntatem, vide Diaz *regul.* 741. & omnino Clarum *de testament. quæst.*91. *&* 92. vbi exemplificat, & nonnulla exempla ponemus infrà *num.* 39.

18 Testamentum an censeatur reuocatum per eius cancellationem, seu reuocationem. Clarus *de testament. quæst.* 93. Ioseph. *vbi suprà*, *in* 18. *ampliatione*,vbi quid si testator mandauit Notario, vt testamentum cancellaret, & *in* 1. *fallent.*vbi quòd secundum testamentum censetur reuocatum firmo primo remanente, si testator dictum secundum testamentum lacerauit. Sed de hoc vltimo vide etiam, quæ infrà dicuntur *num.*43.

19 Generaliter quibus modis possit fieri testamentum irreuocabile, vide per Nattam *in tract. de condit. testamen.irrreuocab.pag.*29.

20 Testamentum primum reuocatur per secundum, etiam quòd in secundo fuerint instituti incapaces, Cephal.*consil.*73.*num.*1.2.3.14. *&* 15. *vol.*1.

21 Testamentum primum,in quo est apposita clausula derogatoria ad sequentia testamenta, an reuocatum censeatur, reuocarive possit per secundum, puta quando testator dixerit: Volo valere hoc meum testamentum, non obstante quocunque testamento per me posthac condendo. Vel si dixerit: Volo aliud testamentum in futurum per me faciendum non valere, nisi in eo sit descripta tota Aue Maria, & simil. Ista est intricata quæstio, & habet plura capita. super qua videas latè Manticam *de coniectur.lib.*2. *tit.*7. vbi plures enumerantur casus. Hippol. Rimin.*consil.*278 *per totum lib.*3. vbi latè, Ioseph. Ludouic. *d.conclus.*58. *in* 13. *&* 15. *ampliat. & in* 2. *fallent. & in* 3.*fallent.* Petrus Pech. *in tract. de testament. coniug. cap.*4. Vide etiam Cottam *pag.* 848. *& sequent.* Couar. *de testament. pag.*110. *num.*19. *per totum*, omnino Neuizan. *consil.*63.*per totum.* Natt. *in d. tractat. de condit. testam. irreuocab.* Clar. *de testament. quæst.* 99. *per totam*, vbi latè & pulchrè. Adde Placam *cap.* 43.*pag.* 741. vbi quòd secundum testamentum inter liberos conditum reuocat primum, in quo adest clausula ista derogatoria,etiam quòd de ea non fit specifica mentio facta, seu specialis reuocatio facta in dicto secundo testamento inter liberos facto.Et idem tradit Tunt. *in consil.pro vxore,num.*919. *& sequentib. & num.*441. Ioseph. Ludouic. *d. conclus.*58. *in* 2. *fallentia.* In materia principali, vide Tiricæ. *de testam.coniug.pag.*19. *& sequenti*, omnino Capra *consil.*30.*num.*9. *& seqq.* Et quid si effluxerit tempus decem annorum à die primi conditi testamenti, an tunc in secundo sit necessaria reuocatio clausulæ derogatoriæ appositæ in primo. Vide Tunt. *pro vxore, num.*913. *& seqq.* Faciunt dicta infrà *num.*29. *& in consil. vltimar. volunt.*156.*num.*18.vbi quòd isto casu obliuio non inducitur, nisi spatio decem annorum. In materia principali, vide infrà *num.*32. *& seqq.*

Testamentum secundum an reuocet primum, in quo testator dixit se nolle illud ampliùs reuocare, & casu quo reuocet donat omnia bona sua alicui; & sic an talis donatio valebit, vide Tiricæ. *de testament.coniug.pag.*61. *à tergo, & pag.*62.*num.*1. Cotta *pag.*849. Clarum *de testament.quæst.*95. Et quid si in primo testamento testator dixerit se nolle posse facere aliud testamentum: dic quòd adhuc potest. Ioseph. *d.conclus.*18.*in* 15. *ampliatione.* 22

Testamentum secundum reuocat primum, etiam quòd illud primum sit factum coram Imperatore, Couar. *de testament.pag.*110. *num.* 2. Clar. *de testam. quæst.*94.*versic. & hæc quidem.* 23

Testamentum secundum reuocat primum, etiam quòd in istò primo interfuerint viginti testes. Tunt. *in respons. pro vxore, num.* 591. Ioseph. *d. conclus.*58. *in* 6. *ampliat.* 24

Testamentum primum conditum inter liberos, quando reuocetur per secundum conditum inter extraneos,dictum fuit suprà *num.*12. Item testamentum primum habens omnes solemnitates iuris communis factum inter liberos,an reuocetur per secundum inter liberos, in quo non sunt adhibitæ omnes solemnitates, & sic validum tantùm de iure speciali: fuit similiter dictum suprà *num.*13.Item an testamentum extranei validum de iure communi factum inter extraneos reuocatum censeatur per secundum testamentum factum inter liberos, dictum fuit similiter suprà *num.*3. Modò pro complemento huius specialis materiei, quæri potest: Quid si primum testamentum sit conditum inter liberos, & validum de iure communi, quia habeat omnes solēnitates,an reuocetur similiter per secundum testamentum inter liberos etiam validum de iure communi 25

muni, & in quo adhibitæ sunt omnes solemnitates. Vel fingamus ambo testamenta valere de iure speciali, videlicet inter liberos; an secundum tollat primum? Dicas, quòd si secundum testamentum est magis fauorabile filiis, quàm primum: tunc secundum reuocat primum, aliàs secus. Et quando dicatur secundum testamentum magis fauorabile filiis, vel minùs fauorabile, latè de hac materia per Tunt. *pro vxore, in num.* 748. *& pluribus alijs seqq. vsque ad num.* 846.

26 Testamentum primum præsumitur reuocatum per secundum, quando post primi testamenti conditum superuenerit inimicitia inter hæredem scriptum in primo testamento, & testatorem. Tunt. *pro vxore, num.*854. *& seqq. & num.*865. *& sequentib. & num.*917.

27 Testamentum primum censetur reuocatum per secundum, quando aliquis ex institutis in primo testamento obierit. Tunt. *pro vxore, num.* 855. *& seqq. & num.*917.

28 Testamentum primum an censeatur reuocatum per secundum, probatur coniecturis, de quibus statur arbitrio iudicis. Et de materia vide Tunt. *pro vxore, num.*906. *& seqq. & num.*941. & vide quæ dicuntur infra *num.*36.

29 Testamentum primum præsumitur reuocatum per secundum, quando post primum testamentum effluxit tempus decem annorum, vel paulò minùs antequam conderetur secundum. Tunt. *pro vxore, num.*923. *& seqq.* Et quid si isto casu in primo testamento adsit clausula derogatoria ad sequentia, vide quæ superiùs dicta fuere *num.*21.

30 In dubio scias, quòd semper iudicandum est, quòd primum testamentum fuerit reuocatum per secundum. Vide Tunt. *in consil. pro vxore, num.*1051. *& omnib us seqq.*

31 Testamentum secundum factum à testatore, quia putabat hæredem in primo testamento scriptum esse mortuum, si reuera non est mortuus, non reuocat primum. Cephal. *cons.*73. *num.*14. *volum.*1.

32 Ad ea, quæ superiùs dicta sunt generaliter *in num.* 21. de testamento primo, in quo adest clausula derogatoria ad sequentia testamenta, quando reuocetur per secundum. Modò particulariùs aliquantulum tangendo materiam, facis regulam, quòd primum testamentum factum cum clausula derogatoria, videlicet, si dixerit testator: Volo aliud testamentum in futurum per me faciendum non valere, nisi in eo sit descripta tota Aue Maria, & simil. non censetur reuocatum per secundum, in quo adest clausula generalis, Cassans & irritans, &c. nisi in eo specialiter sit descriptus tenor illius Aue Mariæ, prout in primo testamento dicitur, *in consil. vltimar. volunt.* 156. *num.*1. *vsque ad* 9. *volum.*1.

33 Ratio istius regulæ & conclusionis ea est, quia à testatore apponitur in primo testamento talis clausula derogatoria, quia dubitat ne eueniente casu mortis decipiatur à coniunctis, seu astantibus eius infirmitati, qui vel metu, vel importunitate, vel alio modo eum adducant ad testandum, prout voluerint, & ideo iura voluerunt succurrere tali suspicioni testatoris, vt *in eodem consilio vltimar. volunt.* 156. *num* 18. *& seq.*

34 Amplia hanc conclusionem, quòd quando primum testamentum habet hanc clausulam derogatoriam: tunc non censetur reuocatum per secundum, etiam quòd in eo expressè dicatur, Non obstante quolibet alio testamento, &c. etiam rogato per manus talis Notarij: quia etiam quòd specificetur persona Notarij, qui confecit primum illud testamentum, non per hoc censetur reuocatum, vt *in eodem consil. vltimar. volunt.* 156. *num.* 10. *& seqq. num.*10. *& sequenti.*

Limita, hanc conclusionem non procedere, quando in secundo testamento fuisset dictum, Cassans & irritans omne aliud testamentum, &c. non obstantibus quibuslibet verbis derogatoriis ibi expressis; quia tunc censetur reuocatum primum illud testamentum, etiam quòd in secundo non sit apposi-tus specificè tenor ille verborum, vt *in eodem consil. vltimar. volunt.*156. *num.*9. *& multis sequentib.* vbi de communi. 35

Diximus suprà *in num.* 28. quòd testamentum præsumitur reuocatum, & non reuocatum per secundum, iuxta coniecturas in casu occurrente. Modò aliquantulum ad particularia descendendo, scias quòd si in primo testamento est instituta pia causa, vel sunt facta aliqua relicta pro anima ipsius testatoris: tunc maxima est præsumptio, quòd testator per secundum noluerit reuocare illud primum, vt *in consil. vltimar. voluntat.*156. *num.*22. *lib.*1. 36

Secundò scias similiter, quòd si persona instituta in primo testamento est valde dilecta ab ipso testatore, tunc similiter non præsumitur, quòd per secundum testator voluerit ita de facili illud reuocare, vt *in consil.*156. *vltimar. volunt. num.*23. *& seqq. volum.* 1. 37

Adde in materia, quòd testamentorum pluralitas non præsumitur. Et ideo, qui plura dicit extare testamenta, id probare debet, *decis. Lucen.*13. *num.*31. *& sequentib.* per *l. omnium, C. de testament.* cum aliis, de quibus *ibi.* 38

Generaliter tradita suprà *num.*17. exemplifica, vt per Ioseph. Ludouic. *in d. conclus.* 58. *in* 5. *ampliat.* vbi de eo, qui non fecit testamentum, sed tantummodò coram septem testibus declarauit nolle primum testamentum valere, & *in* 11. *ampliatione,* vbi quòd idem, si coram duobus testibus vocatis & rogatis dixerit se nolle primum testamentum valere; & ibi testatur de magis communi. Et quid si commisit Notario, vt testamentum cassaret, dixi suprà *num.* 18. 39

Amplia principalem regulam suprà positam *n.*1. quòd videlicet primum testamentum reuocetur per secundum; etiam quòd secundum sit confectum sine testibus, manu tamen testatoris conscriptum. Ioseph. *d. conclus.*58. *in* 8. *ampliat.* vbi de magis communi, vide generaliter suprà tradita *num.*11. 40

Amplia II. quòd secundum testamentum reuocat primum ipso iure. Ioseph. *dicta conclus.*58. *in* 12. *ampliat.* 41

Amplia III. quòd secundum testamentum reuocat primum, etiam quòd testator fuerit inductus blandis verbis ad illud reuocandum. Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 58. *in* 22. *ampliat. & in* 11. *fallent.* vbi contrarium, si ad falsam suggestionem. 42

Amplia IV. quia primum testamentum reuocatum per secundum, non reconualescit, etiam quòd secundum postea fiat irritum. Ioseph. Ludouicus *d. conclus.*58. *in* 11. *fallentia, versic. declara tertiò.* Ratio est, quia res semel extincta ampliùs non reuiuiscit, vt *ibid. in* 1. *fallentia,* vbi ad hanc rationem dat tres limitationes. Et quid si testator lacerauit secundum testamentum, dixi suprà *in num.*18. Et quid si post conditum secundum testamentum testator interrogatus dixerit se velle primum testamentum valere, vide *ibid.* per præfatum Ioseph. Ludouicum *in* 11. *fallentia, in versic. declara quartò.* 43

QVÆST.

QVÆSTIO XXXVII.

Teſtamentum imperfectum, an & quando valeat inter liberos.

SVMMARIVM.

1. *Teſtamentum imperfectum valet inter liberos.*
2. *Quæ ſit ratio huius concluſionis.*
3. *Teſtes in teſtamento inter liberos non ſunt neceſſarij.*
4. §. Ex imperfecto, &c. *habet locum etiam in teſtamento nuncupatiuo.*
5. *Cedula reperta poſt mortem teſtatoris an valeat inter liberos.*
6. *Et quid ſi cedula reperiatur penes aliquem extraneum.*
7. *& quando probetur identitas huius cedulæ.*
8. §. Ex imperfecto, &c. *habet locum in omnibus deſcendentibus.*
9. *& ſuccedens ex teſtamento patris imperfecto dicitur ex teſtamento ſuccedere.*
10. §. Ex imperfecto, *procedit etiam quòd teſtes non ſint rogati.*
11. *Idem in filijs legitimatis.*
12. *Secus in ſpurijs & naturalibus.*
13. *Quid de filio teſtante inter parentes.*
14. *Quid de teſtamento cæci.*
15. *Quid in teſtamento imperfecto ratione voluntatis.*
16. *Quomodo dicatur imperfectum ratione voluntatis.*
17. *Defectus publicationis eſt defectus ſolemnitatis, non voluntatis.*
18. *Quid ſi teſtator volebat rogitum Notarij, & mortuus fuerit, antequam Notarius rogaretur.*
19. *Quòd ſi volebat adhiberi teſtes, & mortuus fuerit antequam adhiberentur.*
20. Volo *verbum an in materia inducat plenam diſpoſitionem.*
21. §. Ex imperfecto, &c. *an habeat locum in alijs reſpicientibus extraneos.*
22. *Quid de teſtamento nullo ob præteritionem.*
23. *Quid de teſtamento facto nutu.*
24. *Quid de patre teſtante inter liberos non ſucceſſibiles.*
25. *Tempus an ſit neceſſarium in teſtamento inter liberos.*
26. *Teſtamentum quando dicatur factum inter liberos.*
27. *Quid de patre teſtante inter filios adoptiuos.*
§. Ex imperfecto, &c. *habet etiam locum in teſtante inter proximiores venientes ab inteſtato, n.* 22.
28. *Excommunicati teſtamentum valet inter liberos; etiam quod ſit excommunicatus propter hæreſim.*
29. *Quid de teſtamento vſurarij manifeſti.*
30. *Teſtamentum imperfectum inter liberos, an valeat vt teſtamentum, an verò vt alia vltima voluntas.*

1 REGVLA ſit in hac materia teſtamenti inter liberos, quòd quælibet diſpoſitio teſtatoris generica, innominata, rudis, informis, efftæna, liberaque eſſe cenſetur ab omnibus iuris ciuilis & pontificijs ſolemnitatibus, nihil aliud requirens ad ſui firmitatem, niſi paternæ voluntatis probationem à iore gentium requiſitam. Quæ omnia optimè tradantur per Tunt. *in reſponſ. pro vxore, num.* 45. *& ſequentib.* Clar. *de teſtament. quæſt.* 8. *in princip.* & probantur præcipuè *in l. hac conſultiſſima*, §. *ex imperfecto, C. de teſtament.* quæ lex eſt clauis huius materiæ, *& in conſilio vltimar. volunt.* 164. *num.* 1. *volum.* 1.

Rationes plures ſupradictæ regulæ afferuntur per Doctores *in d.* §. *ex imperfecto*, quæ remiſſiuè referuntur per Tunt. *in d. reſponſo pro vxore, num.* 47. vbi in hac ratione ſe firmat, videlicet, in reuerentia, quam filij debent habere erga patrem, etiam mortuum, propter quam legi durum viſum fuit, vt eis liceret paternum iudicium circa eos habitum aliquo pacto reſcindere. Et ſic vides, quòd ſi dicta ratio eſt vera, diſpoſitio huius §. *ex imperfecto*, eſt inducta, non in fauorem filiorum, ſed patris, vt *ibid.* per eum, *dict. num.* 47. Sed vide Clarum *de teſtament. quæſt.* 8. *in fine principij*, qui aſſerit talem diſpoſitionem fuiſſe inductam in fauorem filiorum, quibus hæreditas paterna iure naturæ debetur. 2

Ex principali hac regula infertur, quòd ſi teſtator ſiue cum ſcriptura, ſiue ſine ſcriptura, & quomodocunque inter liberos exprimat ſuam voluntatem, talis voluntas valebit, vti teſtamentum inter liberos. Tunt. *in d. reſponſ. pro vxore, num.* 65. *& ſequentib.* Et ſic aduertas, quòd duo teſtes non ſunt neceſſarij ad validitatem huius teſtamenti; ſed tantùm requiruntur ad eius probationem: & ideo ſi teſtamentum poteſt aliter probari, quàm per teſtes, tunc neceſſarij teſtes nullo modo erunt, vt *ibid.* per Tunt. *num.* 66. *& ſequenti, & num.* 70. Et faciunt per nos infrà dicenda *in quæſt.* 61. vbi agetur, quando teſtes ſeptem ſint in teſtamento neceſſarij, &c. 3

Diſpoſitioque d. §. *Ex imperfecto*, habet locum ſiue teſtamentum per patrem conditum ſit in ſcriptis, ſiue etiam ſit nuncupatiuum. Clar. *de teſtament. quæſt.* 11. Tunt. *pro vxore, num.* 61. *& ſeqq.* 4

Hinc etiam inferri poteſt, quòd ſi poſt mortem patris reperiatur in eius capſa aliqua ſchedula, in qua ipſe inter liberos diſponebat de ſua hæreditate, talis ſchedula valebit inter ipſos liberos, ſeu filios vti teſtamentum, & debebit per eos ſeruari, vt per Viuium *pag* 249. ſuper qua materia ampliationes & declarationes videas per Clarum *de teſtam. quæſt.* 7. & latiùs *in quæſt.* 14. Tunt. *in reſponſ. pro vxore, n.* 52. *& ſeqq. & num.* 285. *& ſeqq.* Quod intellige, ſi talis ſchedula ſit ſcripta, ſeu ſaltim ſubſcripta eius manu, aliter ſecùs, vt per Craſſum *in communib. opinionib. lib.* 2. *cap.* 5. *quæſt.* 31. *tom.* 1. 5

Sed quid ſi teſtator dixit, coram duobus teſtibus ſe dimiſiſſe ſchedulam manu ſua ſcriptam penes talem, & illam velit eſſe ſuum teſtamentum, an iſta ſchedula eo poſtea mortuo valeat vti teſtamentum inter liberos? Dic quòd ſic, prout latè defendit hanc opinionem Tunt. *in reſponſ. pro vxore, n.* 71. *& pluribus ſeqq. vſque ad num.* 191. *& num.* 236. *& ſeqq.* 6

De modo autem probandi identitatem huius ſchedulæ, quòd videlicet ſit illa eadem, quam teſtator dixit: & de modo probandi manum teſtatoris iſto caſu, vide Tunt. *vbi ſuprà d. num.* 71. *vſque ad* 191. vbi latè, *& in num.* 244. *& ſeqq.* 7

Amplius ſcias, quòd diſpoſitio d. §. *ex imperfecto*, habet locum, nedum in patre teſtante inter filios primi gradus, verùm etiam inter filios vlterioris gradus, puta nepotes, alioſve aſcendentes. Clar. *quæſt.* 52. *verſic. quæro etiam, &c.* Menoch. *in l. finali, num.* 310. *C. de edict. D. Adrian. tollend.* Cephal. *conſil.* 72. *num.* 7. *& ſeqq. omnibus.* 8

Et liberi ſuccedentes patri ex hoc teſtamento imperfecto, dicuntur non ab inteſtato, ſed ex teſtamento ſuccedere. Clar. *de teſtament. quæſt.* 13. Tunt. *pro vxor. num.* 48. *& ſeq.* Et eſt magis communis opinio, & verior, vt *in conſil. vltimar. volunt.* 164. *num.* 10. *volum.* 1. 9

*volum.*1. Menoch. *in l. finali, num.*313. *& seqq. C. de edict. D. Adrian. tollend.*

10 Adde quòd in testamento inter liberos non est necesse, quòd testes sint rogati, vt diximus *in tract. de testibus, pag.*127. *a tergo.*

11 Insuper dispositiu d. §. *Ex imperfecto*, habet locum, nedum in filiis legitimis & naturalibus, verùm etiam & in legitimatis. Clar. *de testam quæst.*12. *vers. sed quid in legitimatis.*

12 Sed an idem sit in spuriis, seu naturalibus non legitimatis, vide Tiraquellum *de reuocand. donat. pag.*479. *num.* 49. *& pag.* 480. *num.* 51. vbi loquitur de matre testante inter liberos spurios? Dic quòd §. *Ex imperfecto*, non haber locum in filiis naturalibus, seu spuriis, quando pater inter eos testatur; secus in matre: nisi etiam mater esset illustris, & spurius esset de coitu damnato natus; quia tunc nec etiam in matre testante habebit locum d. §. *Ex imperfecto*; prout hæc omnia tradit Clarus *de testam. quæst.*12. *vers.*1. *& sequenti.* Quòd dispositio d. §. *Ex imperfecto*, non habeat locum in patre testante inter filios naturales, dicit communem Menochius *in l. finali num.*316. *C. de edict. D. Adrian. tollend.* vide Anton. Thesaurum *in decis. Pedemont.*94.

13 Scias etiam, quòd licèt patris testamentum imperfectum sustineatur, & valeat inter filios, non erit è conuerso dicendum idem in filio testatore inter parentes, prout concludit idem Clar. *ibi quæst.*12. *vers. vlterius*, &c.

14 Testamentum autem cæci licèt imperfectum, habet locum etiam inter liberos, & in eo procedit dispositio *d. l. hac consultissima, §. ex imperfecto.* Tunt. *in consil. pro vxore, num.*661. Clar. *de testam. quæst.*17. *vers. sed quæro.* Cephal. *consil.*72. *volum.*1. *vbi de materia.* Faciunt infrà dicenda in materia testamenti cæci *in quæst.*74. *num.*21. Crass. *in communib. opinionib. lib.*2. *cap.*3. *quæst.*32. vbi de communi, *tom.*2.

15 Aduerte ad vnum quod est principale in hac materia, videlicet, quòd licèt testamentum imperfectum ratione solemnitatis valeat inter liberos; tamen secùs erit in testamento imperfecto ratione voluntatis: quia testamentum imperfectum ratione voluntatis non sustinetur, nec valet inter liberos. Imola *conclus.* 6. *lib.* 2. Cephal. *consil.* 99. *volum.*1. Viuius *pag.*249. Clar. *de testament. quæst.*8. *vers. habes ergo*, &c. Gabriel. *pag.* 433. *num.* 1. Capra *conclus.*102. *num.*14. *& seqq.* vbi de communi.

16 Dubium autem est, quando testamentum dicatur imperfectum ratione voluntatis, & quando ratione solemnitatis. In hoc plura à Doctoribus afferuntur exempla, & distinctiones: super quibus videas Cephal. *d. consil.*99. *volum.*1. & omnino Tunt. *in suo respons. pro vxore, num.* 263. *vsque ad* 348. *& num.*512. *vsque ad* 331. Clar. *de testament. quæst.*8. *versic. habes ergo, & seq.* Ladetch. Imolen. *consil.*157.

17 Et particulariter, quòd defectus publicationis sit defectus solemnitatis, & non voluntatis, vide per Tunt. *ibid. num.* 502. *& seqq. & in consil. vltimar. volunt.* 164. *num.*2. *vol.* 1. vbi de communi. Ladetch. *vbi supra.* Surd. *decis. Mant.*292.

18 Hinc dubitari contingit. Ponamus, quòd testator plenè ordinauit suam voluntatem: sed volebat, quòd Notarius de ea rogaretur; & fuerit mortuus testator, antequam Notarius ipse rogaretur: an valeat istud testamentum saltim inter liberos. Ista est ardua quæstio continens plura capita, & plures distinctiones, in eamque plura afferuntur exempla per Doctores. Ideo videas in materia Imolam *dicta conclus.*6. *lib.*2. *pag.*377. seu potiùs Gabrielium *pag.*433. *in conclus.*9. *per totam*, & omnino Tunt. *pro vxore, num.*12. *& num.*263. *vsque ad* 348. *& num* 512. *vsque ad* 531. *& consil. vltim. volunt.* 164. *num.* 2. *volum.*2. vbi quòd regulariter non est necessarius rogitus Notarij in testamento inter liberos: & *ibi* testatur de communi Ladetch. & Surd. *vbi suprà.*

19 Et subsequenter quæri potest, An testamentum dicatur imperfectum ratione voluntatis, quando testator plenè exposuerit suam, sed dixit velle super hac sua voluntate adhiberi testes; & antequam adhiberentur, fuit mortuus, vide super hoc Cephal. *d. consil.*99. *vol.*1. Tunt. *in respons. pro vxore, num.*282. *& sequentib.*

20 Fingamus insuper, quòd testator dixerit sic coram testibus: Volo relinquere filiis meis hæreditatem meam, vel aliquo alio modo vsus fuerit hoc verbo: Volo, an per hoc censeatur dispositiuè protulisse dictum verbum, ita quòd talis dispositio valeat etiam inter liberos; an verò potiùs enunciatiuè, &c. vide latè distinguentem & declarantem Tunt. *in suo consilio pro vxore, num.* 348. *vsque ad* 480. Faciunt dicta in alio Repert. *in contract. verb. Volo*, &c.

21 Aduertas etiam ad aliud, quod est in hac principali materia notandum, quòd licèt dispositio patris valeat vt testamentum inter liberos: hoc intelligetur in iis, quæ concernunt fauorem & commodum ipsorum liberorum, inter quos valebit patris dispositio imperfecta. Secus erit quoad legata, fideicommissa, & alia in fauorem extraneorum. Et qui intelligantur isto casu extranei, & de materia, vide Clarum *de testam. quæst.*10. *per tot.* Masuer. *pag.*294. *num.*44. Cephal. *consil.*72. *num.*7. *& seqq. num.*14. *& sequentib. num.*18. *& seqq. volum.*1. vbi quòd extranei non dicuntur ij, qui testatori essent ab intestato successuri: & ideo testamentum imperfectum sicut valet inter liberos, ita etiam valet inter omnes, qui erāt ab intestato successuri, vt videre est *ibi* per eum.

22 An dispositio d. §. *Ex imperfecto*, habeat locum in testamento nullo ob præteritionem filiorum, dixi suprà *quæst.*28. *num.*16.

23 Et an dispositio eiusdem §. *Ex imperfecto*, habeat locum in testamento facto nutu, &c. vide in alio Repert. *in vltim. volunt. verb. hæredis institutio*, &c. vide etiam infrà *quæst.*59. *num.*3.

24 Item an habeat locum in patre testante inter liberos non successibiles, puta inter filias dotatas exclusas à statuto, ponit Clarus *de testament. quæst.*12. *vers. item quæro.* Tunt. *pro vxore, num.*27. *& seqq. & num.*949. *& seqq.*

25 In testamento inter liberos an debeat adesse temporis appositio, & quid si testamentum non sit in scriptis, sed nuncupatiuum. Item quid in schedula reperta post mortem testatoris, & alia ad materiam, vide latè per Tunt. *pro vxore, a num.*191. *vsque ad* 236. Clar. *quæst.*14. *versic. sed nunquid.* Honded. *consil.*66. *num.*45. *lib.*1.

26 Pro complemento quæstionis dubitatur, quando dicatur pater testari inter liberos. Dic quòd illud propriè dicetur testamentum inter liberos, quando est factum in fauorem filiorum, vt per Tunt. *in respons. pro vxore, num.* 747. vnde si pater instituit extraneum, & ei filium substituit, non dicitur tunc testari inter liberos, *ibid. num.*732. *& seqq.* Item non dicetur pater testari inter liberos, si pater instituit filiam in dote sibi data, & nihil aliud sibi relinquit, vt *ibid. num.*742. *& seqq.* Item si filij instituuntur solùm in legitima, tunc nec etiam testamentum dicetur inter liberos, vt *ibid. num.*747.

27 Dispositio d. §. *Ex imperfecto*, an habeat locum in

in patre inter filios adoptiuos testante, videas per Menochium *in l. finali num.* 318. *C. de edict. diu. Adr. tollend.* vbi pro & contra.

28 Testamentum excommunicati propter hæresim valet inter liberos, vt infrà *in quæst. 75. num. 39.*

29 Testamentum vsurarij manifesti nullum ob non præstitam cautionem, de qua *in cap. quanquam, de vsur. in* 6. an valeat inter liberos, vide infrà *quæst. 47. num.* 81.

30 Testamentum imperfectum inter liberos, an valeat vt testamentum: an verò vt alia vltima voluntas. *Decis. Pedemont. 54. num. 7. 8. & 9.*

QVÆSTIO XXXVIII.

Materia l. cùm auus. ff. de conditionib. & demonstrat. *hîc ponitur.*

SVMMARIVM.

1. *Materia l. cùm auus, &c. per quos tractetur.*
2. *Fideicommissum habet in se tacitam conditionem, videlicet, si sine liberis, &c.*
3. *Amplia etiam in filio naturali grauato.*
4. *Amplia etiam in filio decedente cum nepotibus, &c.*
5. *Amplia etiam in nepote instituto & grauato.*
6. *Amplia etiam in legatis & fideicommissis particularibus.*
7. *Amplia etiam in filio grauato restituere alteri filio.*
8. *Amplia etiam in pia causa substituta.*
9. *Amplia etiam in filio instituto à matre.*
10. *Amplia etiam in filia fœmina instituta.*
11. *Amplia etiam in donatione causa mortis.*
12. *Amplia, vt nedum admittantur nepotes ex filio, sed etiam illis postea mortuis succedant filij nepotum, &c.*
13. *Amplia etiam in nepotibus, seu nepotibus à statuto exclusis, &c.*
14. *Amplia etiam stante statuto, quòd testamenta interpretentur, prout iaceat.*
15. *Amplia etiam in filio grauato emancipato.*
16. *Amplia etiam in filio spurio grauato, & legitimato.*
17. *Amplia etiam in filio furioso instituto, & grauato.*
18. *Limita quando testator cogitauit de filiis filiorum.*
19. *Limita quando testator in parte testamenti fecerit mentionem de filiis filiorum.*
20. *Limita quando testator habebat iam nepotes natos.*
21. *Limita in fideicommisso purè, vel in vita restituendo.*
22. *Limita in iure quærendo.*
23. *Limita in fratre instituto.*
24. *Limita in parentibus institutis.*
25. *Limita in filiis adoptiuis grauatis.*
26. *Limita in extraneo instituto.*
27. *Idem in valde amico.*
28. *Limita quando in contrarium sunt coniectura.*
29. *Limita in substitutione legati.*
30. *Limita in contractibus.*
31. *Limita in filio instituto insimul cum extraneo.*
32. *Limita in vxore instituta & grauata.*
33. *Limita quando conditio fideicommissi potest purificari in vita grauati.*
34. *Limita in filio prætertito, qui censetur grauatus restituere, &c. ex clausula codicillari.*
35. *Limita in nepotibus ex filio spurijs.*
36. *Limita in partu immaturo.*
37. *Limita in filio filij, qui non vult esse hæres.*
38. *Limita in filiis filiorum ingressis in Monasterium.*
39. *Limita in deportatis, vel bannitis.*
40. *Limita, quia tales nepotes censentur non expressè vocati, sed positi solùm in conditione.*
42. *Limita in dispositionibus onerosis.*

Lex cùm auus, an sit exorbitans, an fauorabilis, &c. num. 41.

Succedens ex hac l. cùm auus, dicitur succedere ab intestato, d. num. 40.



SI cupis huius quæstionis perfectam habere cognitionem, recurras in materia præter infrascripta ad Doctores, præsertim Socinum *in dicta l. cùm auus. ff. de condit. & demonstr. in l. cùm acutissimi. C. de fideicommiss. & in l. generaliter. §. cùm autem,* vbi præsertim Decius, *C. de institut. & substitut.* Socin *regul.* 167. Diaz *regul.* 287. Nouell. *regul.* 8. Imol. *conclus. 43. pag. 486. & sequentibus, lib. 2.* seu potiùs Gabriel. *pag. 463 & sequentib. conclus. 7. per totam.* 1

Regula sit, quòd filius grauatus de restituendo hæreditatem, debet restituere quando sine filiis decedit: secùs si cum filiis. Probatur ista regula in iuribus & auctoritatibus suprà allegatis: quibus addo etiam Cephal *consil. 134. num. 4 & seq. vol. 1.* 2

Amplia etiam regulam pluribus modis. Et primò illam procedere etiam in filio naturali grauato, seu etiam nepotibus naturalibus grauatis, & sic vlterioris gradus. Gabriel. *pag. 463. num. 2. & 3.* 3

Amplia II. etiamsi grauatus decesserit non modò cum filiis primi gradus; sed etiam si decesserit cum filiis vlterioris gradus: omnes enim descendentes vsque in infinitum faciunt isto casu deficere fideicommissum. Gabriel. *ibi num. 4. 5. & 6.* licèt Angelus *ibi* per eum allegatus contrarium omninò tenuerit, sed malè. 4

Amplia III. vt dicta *l. cùm auus*, non solùm procedat, quando grauatur filius primi gradus; sed etiam quando grauaretur quilibet alius vlterioris gradus descendens. Gabriel. *ibi num.* 7. 5

Amplia IV. vt dicta *l. cùm auus*, procedat nedum in fideicommisso vniuersali; verùm etiam in legatis, & fideicommissis particularibus. Super cuius ampliatione, veritate & materia, vide Gabriel. *ibi num. 8. 9. & 10.* Tiraquell. *de reuoc. donat. pag. 231. num. 1. & 3.* vide eumdem Gabrielium *ibi num.* 30. 6

Amplia V. etiam quòd filius institutus sit grauatus restituere alteri filio testatoris: super cuius ampliationis materia & veritate vide Gabriel. *ibi num. 11. 12 & 13.* Tiraquell. *de reuocan. donat. pag. 403. numer. 240. & pag. 175. num. 61.* Roland. *consil 82. num. 9. volum. 3.* 7

Amplia VI. etiam quòd filius sit grauatus restituere Ecclesiæ, seu alij piæ causæ. Gabriel. *ibi num. 14. & 15.* vbi refert etiam contrarium tenentes, & *ibi* ponit, Quid si pia causa sit substituta pro exoneratione conscientiæ. Adde in materia Tiraquell. *de reuocan. donat. pag. 177. num. 64. 69. & 70.* 8

Amplia VII. & in filio instituto à matre, auia, & similibus. Gabriel. *ibi num. 16.* Tiraquell. *de reuocan. donat. pag. 206. num. e.* 9

Amplia VIII. etiam in filia fœmina instituta & grauata, &c. Gabriel. *ibi num. 17. & seq.* 10

Amplia IX. vt dicta *l. auus*, procedat etiam in donatione causa mortis. Gabriel. *ibi num. 19.* Tiraquell. *de reuocan. donat pag. 387. num. 201.* 11

Amplia X. quòd quando fideicommissum deficit, quia puta institutus decedat cum filiis, vt *in d. l. cùm* 12

auu; tunc omnes alij oepotes supernascentes denuò admittuntur ad dictum fideicommissum: nec substitutus fideicommissatius succedit, donec aliquis ex dictis nepotibus, seu pronepotibus superfit. de cuius ampliationis veritate & materia, vide Gabtiel. *vbi supra num.20.& multis sequentibus.*

13 Amplia XI. dictam *l. cùm auus*, procedere quando grauatus moritur cum filiis non successibilibus, puta filiabus exclusis à statuto, &c. super cuius ampliationis materia & veritate, vide Gabtielium *ibi num.24.& 25.* Tiraquellum *de reuocan.donat. pag.501. num.85. & sequenti.* adde eumdem Gabriel. *pag. 81. pag.469.*

14 Amplia XII. etiam stante statuto, quòd verba testatorum intelligantur, prout iacent, Gabtiel. *pag. 465. num. 31.* vbi etiam refert contrariom tenentes.

15 Amplia XIII. etiamsi filius grauatus sit emancipatus. Gabtiel. *d.pag.465.num.32.*

16 Amplia XIV. etiamsi grauatus sit filius spurius legitimatus: nam si dicta *l. cùm auus*, procedit etiam in filio grauato naturali non legitimato, vt diximus suprà *num.3.* quantò magis procedet in naturali legitimato. Gabriel. *d.pag.465. num.33.* vbi refett etiam multos contrariam tenentes opinionem.

17 Amplia XV. in filio furioso instituto & grauato. Gabriel. *ibidem suprà.* Diaz *regul.287.*

18 Limita modò suptadictam regulam pluribus modis, & primò generaliter illam non procedere, vbicunque testator iam cogitauit de filiis filiorum: quia tunc filio instituto & grauato, moriente cum filiis, de quibus testator cogitauit, succedit fideicommissarius substitutus, & non filius filij grauati. Tiraquell. *de reuocan.donat pag.58.num.63.*

19 Limita II. illatiuè dictam *l. cùm auus*, non procedere, quando testator in aliqua parte testamenti mentionem fecerit de filiis filiorom: nam ex hoe postea illos tacendo in iniunctione fideicommissi, videtur de illis cogitasse, & voluisse excludi ab illis substitutum. Super cuius limitationis veritate, & materia vide Tiraquell. *de reuocan.donat.pag.63 .num.71.* & Gabtiel. *d.pag 465.num 27.& seqq.*

20 Limita III. & similiter illatiuè dictam *l. cùm auus*, non procedere, quando testator habebat nepotes ex filio iam natos, quos sciebat se habere: nam tunc non intelligitur in filio grauato supradicta conditio, *si sine liberis*, &c. De cuius limitationis materia & veritate vide Gabrielium *d. pag. 465. num. 37. & sequentib.* & Tiraquellum *de reuocan. donat. pag. 216. num.17.& 18.*

21 Limita IV. dictam *l. cùm auus*, procedere in filio grauato restituere cum conditione, vel post mortem: secùs in grauato purè, vel in eius vita; quia tunc non subintelligitur dicta conditio, *si sine liberis.* Gabriel. *pag.466. num.42.*

22 Limita V. dictam *l. cùm auus*, procedere in iure quæsito, secùs in iure quærendo. Tiraquell *de reuocan. donat pag.351. num.149.* Gabriel. *d.pag.466. num.45.* vbi refert etiam contratium tenentes.

23 Limita VI. in fratre instituente fratrem, & illum grauante. Gabriel. *pag.466. num.46.* vbi refert etiam conttarium tenentes. Tiraq. *de reuocan.donat.pag.589. num.120.*

24 Limita VII. non procedere dictam *l. cùm auus*, in parente à filio instituto, & grauato. Tiraquell. *de reuocan.donat.pag.589.num.220.* Roland. *consil.39.num.13. vol.3.* vbi de communi. Tu verò in huius limitationis materia, & declaratione, vide Gabtiel. *d.pag.466. num.47.& seqq.*

25 Limita VIII. in filiis adoptiuis grauatis. Super cuius limitationis materia vide Gabriel. *ibi num. 51. & sequentibus.* Tiraquell. *de reuocan. donat. pag. 456. num.10.* Placa *cap.40.pag.680.*

26 Limita IX. dictam *l. cùm auus*, procedere, prout loquitur in filio instituto, & grauato: vnde secùs erit in extraneo instituto. Gabriel. *pag 466. num.54.*

27 Quod amplia X. procedere etiam in instituto maxima amicitia coniuncto, vt per Gabriel. *ibid.num.55.* Tiraquell. *de reuocan.donat.pag.192. num.88.* Placa *in cap.43.pag.743.*

28 Limita XI. generaliter dictam *l. cùm auus*, non procedere, vbi in contrarium adessent coniecturæ. Gabriel. *pag.467.num.56.*

29 Limita XII. in substitutione vulgari. Et quid de vulgari comprehensa sub compendiosa, & quid in fideicommissaria coniuncta cum vulgari, vide super his omnibus Gabtiel. *d.pag 467. num.57. & sequentib.*

30 Limita XIII. dictam *l. cùm auus*, non procedere in contractibus, qui gratia vtriusque conficiuntur. Gabriel. *pag.467. num.61.* Tiraquell *de reuocan.donat. pag.589.num.219.*

31 Limita XIV. in filio instituto insimul cum extraneo. Gabtiel. *pag.467.num.62.* vbi allegat etiam contrariam tenentes opinionem.

32 Limita XV. in vxore instituta & grauata, quia in ea nec etiam subintelligetur conditio, si decesserit sine liberis communibus. Gabriel. *pag.467. numer.64.*

33 Limita XVI quòd dispositio dictæ *l. cùm auus*, non habet locum, quando filius grauatetur fideicommisso conditionali, quod posset effectuari in vita grauati, & per Gabrielium *pag.465.num.66.*

34 Limita XVII. quando filius præteritus à patre, vigore postmodum clausulę codicillaris censetur rogatus restituere extraneo instituto: nam tunc non intelligitur in isto filio d.conditio, *si sine liberis*, &c. Gabriel. *pag.468. num.67.*

35 Limita XVIII. quia ad hoc, vt nepotes ex filio grauato faciant deficere fideicommissum, necesse est, quòd sint legitimi, & naturales: vnde secùs erit in naturalibus tantùm. Tiraquell. *de reuocan. donat. pag.476. num.45.* Super huius limitationis materia & veritate, vide Gabtiel. *d.pag.468.num.68.& seqq.*

36 Limita XIX in nepote ex filio grauato, qui licèt sit natus: tamen naturaliter viuere non potest; puta si esset partus immaturus. Ita Gabriel. *pag. 468. num.72.*

37 Limita XX. Quia tunc demùm nepos ex filio faeit deficere fideicummissum, si suo patri succedat, & sit hæres: aliàs si non vult esse hæres, secus erit. Super cuius limitationis veritate, vide Gabrielium *pag.468.num.73.& seqq.*

38 Limita XXI. quando nepos ex filio esset penitùs incapax hæreditatis, putà de fratribus Sancti Francisci mendicantibus; quia tunc iste non facit deficere fideicummissum. Gabriel. *ibi num.75.* vnde secus erit, si fuerit Monachus in alia Religione, quæ sit capax bonorum, & hæreditatis; quia iste faciet deficere fideicommissum, vt *ibidem num.78. & sequentibus.* Faciunt dicta *in alio Repert.in vltim.volunt.vers. Monasterium.*

39 Limita XXII. in nepotibus ex filio deportatis, vel bannitis Gabriel. *ibi num 76. & seqq.*

40 Limita XXIII quia isti nepotes ex filio veniunt ad dictum fideicommissum, non vt expressè vocati à testatore, sed vti positi in conditione. Gabriel. *pag.469.num.85.* Mandellus *consil.7.num.22.* vbi quòd

succedens

ſuccedens ex diſpoſitione *l cùm auus*, dicitur ſuccedere non ex teſtamento, ſed ab inteſtato.

41 Limita XXIV. quia diſpoſitio dictæ *l. cùm auus*, dicitur exorbitans. Gabriel. *pag.* 469. *num.* 86. Tiraquell. *de reuocan. donat. pag.* 141. *num.* 22. ſed aduerte, quòd licèt ſit exorbitans; tamen dicitur fauorabilis, & per conſequens extendenda. Super cuius limitationis veritate, & materia vide Tiraquellum *de reuocan. donat. pag.* 168. *num.* 49. *& d. pag.* 141. *num.* 12. *& ſeqq.*

42 Limita XXV. quòd diſpoſitio dictæ *l. cùm auus*, non procedit in diſpoſitionibus onerosis. vide Gabriel. *vbi ſuprà*, & Tiraquellum *de reuocan. donat. in gloſſ. donatione largitus. num.* 121.

QVÆSTIO XXXIX.

Damnatus ad mortem naturalem, ſeu ciuilem, quando teſtari poſſit.

SVMMARIVM.

1. *Damnatus ad mortem teſtari non poteſt.*
2. *Immò teſtamentum antea factum rumpitur.*
3. *Ampita, vt nec teſtari poſſit ad piam cauſam.*
4. *Amplia etiam, quòd de carceribus aufugiat.*
5. *Limita in damnato per iudicem incompetentem.*
6. *Limita in teſtante ex reſcripto Principis.*
7. *Limita in milite damnato.*
8. *Limita in damnato, qui appellauit.*
9. *Limita, niſi conſuetudo in contrarium exiſtat, & ſequenti.*
11. *Limita in damnato ad genus mortis prohibitum.*
12. *Limita in teſtante pro malè ablatis.*
13. *Quid de deportato, & num.* 18.
14. *Quid de damnato ad metalla, & d. num* 18.
15. *Quid de damnato ad perpetuos carceres, & numer.* 16. *&* 18.
17. *Quid de relegato.*
19. *Materia generalis huiuſce quæſtionis.*

DAMNATVR hodie quis ad mortem dupliciter. Primò in contumaciam, & quando proceditur contra abſentes vigore ſtatutorum per totam Italiam vigentium, quòd contumax habeatur pro confeſſo. Et an iſti damnati ad mortem in contumaciam poſſint teſtari, hîc non eſt locus ſuus, ſed fuit per nos de illis tractatum in alio Repert. *Quæſtionum criminalium, quæſt.* 26. Secundò damnatur quis ad mortem, dum eſt præſens, & in carceribus, puta conſtitutus: & an iſte poſſit teſtari, in præſenti quæſtione verba faciemus. vide infrà *num.* 19.

1 Conſtituendo in primis regulam negatiuam quòd videlicet damnatus ad mortem teſtari non poteſt. Bart. & Doct. *in l. eius. §. 1. ff. teſtament.* Socin. *regul.* 76. Couaruuias *de teſtament. part.* 3. *rubr. num.* 27. Capra *in concluſ.* 12. *num.* 103. Clar. *de teſtament. quæſt.* 21. *In conſilio criminali vltimo impreſſo* 87. *volum.* 1. vide quæ infrà dicuntur *num.* 19.

2 Amplia prædictam regulam pluribus modis. Et primò, vt nedum damnatus ad mortem non poſſit teſtari: verùm etiam & teſtamentum antea factum rumpatur, & irritum fiat. Bald. *in l. ſi is qui, propè finem. C. ſi pendente appellatione.* Clar. *de teſtament. quæſt.* 21. *in princ.*

3 Amplia II. vt damnatus ad mortem nec etiam teſtari poſſit ad piam cauſam. Aretin. *in § finali, num.* 4. *Inſtit. Quibus non eſt permiſſum facere teſtament.* Couarru. *de teſtament part.* 3. *rubr. num.* 27. *in fine. conſilio crimin. vlt. impreſſo* 86. 87. *&* 88. *volum.* 1. Capra *concluſ.* 102. *num.* 106. *& ſequentib.* vbi etiam de materia. Clar. *de teſtament. quæſt.* 5. *verſic. quæro quid in damnato.*

4 Amplia III. vt damnatus ad mortem non poſſit teſtari, etiam quòd poſt condemnationem aufugiat, antequam contra eum fiat executio ſententiæ. Clarus *de teſtament. quæſtione* 19. *verſic. aliquando verò, & quæſtione* 21. *verſic. ſed quid ſi reus,* vbi declarat Capra *dicta concluſ.* 102. *num.* 104. *& ſequenti.*

5 Limita eamdem regulam pluribus aliis modis. Et primò in damnato ad mortem per iudicem incompetentem. Socinus *in regul.* 76.

6 Limita II. in damnato ad mortem; cui à Principe ex reſcripto data eſt poteſtas teſtandi. Socin. *d. regul.* 76.

7 Limita III. in milite damnato ad mortem. Socin. *d. regul.* 76.

8 Limita IV. in eo damnato ad mortem, qui infra legitima tempora appellauit. Socinus *dicta regul.* 76.

9 Limita V. quando de conſuetudine contrarium ſeruaretur. Socin. *d. reg* 76. *in* 1. *falleatia.* de qua conſuetudine teſtatur Imol. allegatus à Capra *in d. concluſ.* 102. *num.* 111. & à Claro *de teſtament. quæſt.* 21. *in princip.*

10 Qui quidem Clarus *in dicta quæſtione* 21. dicit, quòd prædicta limitatio non habet locum, niſi de hac prætenſa conſuetudine concludenter probetur.

11 Limita VI. in damnato ad aliquod genus mortis à iure prohibitum, puta veneni, mallei, ſecuris, vel præcipitij. Clar. *de teſtament. d. quæſt.* 21. *verſic. ſed pone.*

12 Limita VII. in damnato ad mortem teſtante, ſeu aliquid relinquente pro malè ablatis: quia tunc non dicitur relictum, ſed debitum. Capra *dicta concluſ.* 102. *num.* 112. *& ſequentib.* quod intellige procedere, dummodò de malè ablatis conſtet aliunde, quam ex aſſertione teſtatoris, vt *ibi* per eum.

13 Prædicta omnia procedunt in damnato ad mortem naturalem. Quid igitur dicendum eſt de damnato ad mortem ciuilem, puta deportato? Dic quòd deportatus neque etiam ipſe teſtari poteſt, vt per Clarum *de teſtamentis quæſt.* 22. *verſic. ſi autem.* vide infrà *num.* 18. Quòd deportatus non poſſit teſtari, dixit communem Villalob. *litera D. num.* 62. an autem ſit capax hæreditatis, dixi infrà *verſic. deportatus. num.* 1.

14 Damnatus ad metalla ſimiliter teſtari non poteſt. Capra *d. concluſ.* 101. *num.* 117. quòd fallit ad pias cauſas: *ibidem num.* 122. vide infrà *num.* 18.

15 Condemnatus ad perpetuos carceres ſimiliter teſtari non poterit. Clarus *de teſtament. quæſt.* 23. Capra *concluſ.* 101. *num.* 129. vbi loquitur tam de laico, quàm de clerico. Couarru. *de teſtament. part.* 3. *rubr. num.* 27. vide infrà *num.* 18.

16 Sed quòd immò ad perpetuos carceres damnatus poſſit teſtari, tenuit Clarus *d. quæſt.* 23. vide infrà *num* 18.

17 Relegatus autem teſtari minimè prohibetur. Clarus *de teſtament. quæſt.* 22. *verſic. relegatus autem.*

18 Ad quæ aduertas ad vnum, quòd licèt olim de

iure antiquo deportatus, damnatus ad metallum, ad bestias, vel ad perpetuos carceres non poterant testari, vt suprà dictum est particulariter de omnibus istis: hodie tamen de iure Codicis testari non prohibentur, vt per Couarruuiam *de testam. part. 3. rubr. num. 27. per totum.*

19 De materia generali huius quæstionis, vltra supradicta adde Firman. *in Repert. in verb. testamentum a quibus fiat, num. 39. totum*, vbi latè.

Fuit posita hæc quæstio in impressis *in pract. criminal. part. 2. titul. de variar. ac diuers. quæstionib. quæst. 101.*

QVÆSTIO XL.

Tutor ante confectum Inuentarium, & decretam sibi à iudice administrationem, quando bona pupilli administrare possit, agere, seu conueniri; & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Tutor ante confectum inuentarium, & decretam administrationem, non potest bona pupilli administrare, & num. 7.*
2. *& ideo nec agere, nec conueniri potest.*
3. *& tenetur ostendere inuentarium.*
4. *Limita in tutore, cui est remissa confectio inuentarij, vel rationis redditio, & c.*
5. *Limita in actibus ipsi pupillo vtilibus.*
6. *Limita in actibus, qui non patiantur temporis dilationem.*
7. *Tutor administrans ante confectum inuentarium, & c. remoueri potest vt suspectus,*
& datur contra eum iuramentum in litem, & punitur. ibid.
Sententia lata contra tutorem ante decretam administrationem est ipso iure nulla, num. 1.
In inuentario tutoris an sit necessarium iudicis decretum. ibid.

1 TVTOR non confecto inuentario, & sibi à iudice non decreta administratione, bona pupilli regulariter administrare non potest, *l. finali, §. finali, C. arbitr. tutel. l. tutor, qui repertorium*, vbi Bartol. *ff. de administr. tutor.* Simoncell. *de decret. in præfat. num. 86. & 87.* Et an sit necessarium decretum iudicis in confectione inuentarij tutoris, vide Simoncell. *ibid. lib. 2. tit. 6. num. 63. & sequenti*, omniaque per tutorem ita gesta nulla sunt & inualida, vt *in consil. crimin. vltim. impress. 152. num. 10. vol. 1.* In materia adde Corneum *consil. 164. num. 3. volum. 4.* vbi etiam de tutore legitimo, & testamentario. Adde in materia etiam Vant. *pag. 229. num. 114.* & infrà *num. 7.* Vide etiam infrà *versic. tutor, num. 3. 4. & 5.* vbi tradita conferunt ad hanc materiam. Pro primo dicto adde etiam Rolandum *consil. 72. num. 6. vol. 4.* Tob. Non. *consil. 108. num. 14.* Simoncellum *de decreto lib. 2. tit. 6. inspect. 6. num. 60.*

2 Hinc est, quòd talis tutor ante dicti inuentarij confectionem, &c. nec agere, nec conueniri potest, vt per Angel. *in l. hoc iure, num. 2.* & Alexand. *in l. in illa, num. 11. ff. de verb. obligat.* Corn. *consil. 207. num. 4. vol. 3.* & clatiùs per Boërium *decis. 53. num. 5. part. 1.* Aretin. *in §. actionem autem, Institut. de actionib.* Roland. *consil. 49. num. 10. volum. 1.* Et ideo sententia lata contra tutorem, cui non est adhuc decreta administratio, nec confecit inuentarium, est ipso iure nulla, *l. si inter, C. in quib. caus. in integr. restit.* vbi Bald. *in 2. summario, & l. 3. in fin. C. de tutor. vel curat. qui non satisd.* Matant. *in speculo in 15. distinct. iudic. num. 33. pag. mihi 76. à tergo.*

Hinc est, quòd tutori agenti si opponitur de non confecto inuentario, ei incumbit onus producendi inuentarium, vt per Alexand. & Angel. *in d. l. in illa, la 1. ff. de verbor. oblig. & d. l. hoc iure*, Hercul. *de negat. num. 88. & seq.* de quo videas per Imolam *in conclus. 34. lib. 3. pag. 1018.* 3

Limita supradictam regulam, quando in testamento tutor est factus legitimus administrator, ad idem Simoncell. *de decreto, in præfat. num. 88.* vel ei est remissa confectio inuentarij, aut redditio rationum: nam tunc absque alio poterit bona pupilli administrare, vt per Afflictum *decis. 262. num. 6.* Neuizan. *consil. 17. num. 34.* Roland. *consil. 49. num. 17. & 22.* & in discursu Consilij *vol. 3.* vbi quòd quando est remissa confectio inuentarij, tunc ante illius confectionem potest administrare: sed de hoc vide in suo loco particulari in alio Repert. *Quæst. iudic. quæst. 41. in 1. limit.* 4

Limita II. in actibus ipsi pupillo vtilibus, qui valent etiam quòd sint gesta à tutore non conficiente inuentarium, vel cui non est decreta administratio, vt *in consil. crimin. 151. num. 38. & sequentib. volum. 1. in vltim. impressis.* Sed contra Simoncellum *de decreto, in præfatione, num. 88. in versic. declaratur quartò.* 5

Limita III. in actibus, qui non requirunt temporis dilationem, sed celeritatem, vt per Neuizan. *d. consil 17. num. 33. & in d. consil. crimin. 151. num. 38. & seqq.* Et hinc est, quòd tutor ante confectum inuentarium, & decretam administrationem potest alienare bona pupilli, quæ non possunt seruari, sed corrumpuntur ex dilatione temporis, vt per Betoum *quæst. 68.* Roland. *consil. 49. num 9 volum. 3.* Simoncellum *de decreto, in præfatione, num. 88. versic. declaratur tertiò.* Roland. *consil. 30. num. 15. & sequent. volum. 3.* vbi quòd potest ex causa necessitatis administrare bona pupilli, etiam ante confectum inuentarium. 6

Pro confirmatione regulæ superiùs firmatæ *n. 1.* addas, quòd in tantum prohibetur tutorem administrare bona pupilli ante confectum inuentarium, & decretam sibi à iudice administrationem, vt si aliter fecerit, & bona pupilli administrauerit, præsumetur esse in dolo, contra eum iurabitur in litem, & vt suspectus de tutela remouebitur. Rolandus *consil. 49. num. 9. volum. 3. & consil. 72. num. 6. & sequentibus, volum. 4.* vbi ampliùs quòd debet puniri. 7

QVÆSTIO XLI.

Vsufructuarius an teneatur soluere debita & legata hæreditaria.

SVMMARIVM.

1. *Vsufructuarius non tenetur ad debita testatoris, sed hæres.*
2. *Hæres tamen potest alienare bona hæreditaria, pro eorum solutione.*

3. Quid

3. *Quid in vsufructuario tertia partis hæreditatis, &c.*
4. *Quid in vsufructuario aliquarum rerum particularium.*
5. *Quid in vsufructuario bonorum mobilium & immobilium.*
6. *Quid si apparet de coniecturata mente testatoris.*
7. *Quid si testator dixit, solui debita de bonis suis.*
8. *Quid de impensis funeris.*
9. *Quid de debitis contractu post constitutum vsumfructum.*

1 IN primo capite constituamus regulam, quòd onus soluendi debita testatoris non spectat ad vsufructuarium; sed ad hæredem secundùm communem opinionem, de qua per Aymon. *consil.* 187. *colum.* 1. Rolandum *consil.* 8. *volum.* 2. Couarru. *variar. resolut. pag.* 389. *num.* 4. Mathes. *singul.* 4. & *ibi in addit.* Viui. *cart.* 316. Villalob. *lit. A. num.* 70. & *lit. H. num.* 20. & *lit. V. num.* 62. Turzan. *opin.* 105.

2 Sed aduerte, quòd isto casu hæres non tenetur soluere dicta debita de suo proprio, sed potest bona testatoris alienare pro eorum satisfactione, licèt diminuatur vsusfructus, vt per Aymon. *d. consil.* 187. licèt Cotneus *ibi* per eum allegatus contrarium tenuerint. Roland. *cons.* 8. *num.* 6. 12. & 13. *volum.* 2. Eamdem opinionem sequitur, & communem dicit Kircou. *in communib. opinionib. tom.* 2. *centur.* 5. *conclus.* 12. vide Couarruuiam *variar. resolut. pag.* 391. *num.* 6. vbi ex hoc infert, quòd antequam hæres tradat bona vsufructuario, poterit de illis satisfacere creditoribus defuncti, & insuper ab vsufructuario petere cautionem de soluendis debitis postmodum emergentibus, vel retinere bona æquiualentia ad eorum solutionem. Idem tenet etiam Tiricæ. *de testament. coniug. pag.* 174. *num.* 6. Viui. *cart.* 316. Villalob. *lit. V. num.* 63. Turzan. *opin.* 105. Sed quid si hæres non fecit inuentarium, an habeat hanc potestatem vendendi res hæreditarias pro satisfactione creditorum, & legatariorum, vide Monticulum *de Inuentar. pag.* 72. *num.* 49.

3 Et hoc procedet, nedum in vsufructuario omnium bonorum, sed etiam in vsufructuario tertiæ, quartæ, vel quintæ partis hæreditaris: quia tunc etiam hæres poterit ob solutionem debitorum testatoris vendere & alienare bona hæreditaria etiam in diminutionem, pro rata tamen illius tertiæ, vel quartæ partis vsusfructus: vt per Coautruuiam *variar. resolut. pag.* 386. *num.* 1. *vers.* 2. *conclusio.*

4 Contrarium erit in vsufructuario aliquarum rerum certarum, & particularium: nam isto casu nedum vsufructuarius non tenetur ad dicta debita, immò nec etiam hæres potest alienando bona hæreditaria ob solutionem debitorum diminuere talem vsumfructum, vt tradit idem Couarru. *variar. resol. d. pag.* 386. *num.* 1. quem refert Villalob. *lit. V. num.* 64. Franc. Marc. *decis.* 835. *num.* 6.

5 Idemque similiter erit dicendum in vsufructuario quartæ, vel quintæ partis bonorum mobilium, & immobilium: quia talis vsufructuarius æquiparatur vsufructuario aliquarum rerum particularium, vt per Couar. *ibidem num.* 3. & Franc. Marc. *d. decis.* 835. *in princip.* & *num.* 7. vbi de materia.

6 Et insuper scias, quòd vbicunque apparet de testatoris coniecturata mente volentis non diminui vsumfructum legatum, vel relictum ob debitorum solutionem; tunc eius mens erit attendenda, & sic hæres tenebitur soluere de suo proprio, & non de rebus hæreditariis ad diminutionem vsusfructus, vt per Couarruuiam *variarum resolutionum pag.* 391 *num.* 6.

Sicut è conuerso, quando testator mandat solui debita de suis bonis, tunc hæres non soluet de suo, sed de rebus hæreditariis ad diminutionem vsusfructus, vt per Couarru. *variar. resolut. &c. vbi suprà.* Sed vide omninò Aymon. *d. consil.* 187. 7

Sed quid dicendum erit de impensis funeris, an eas soluere teneatur hæres, vel vsufructuarius? Dic quòd hæres; sed de bonis hæreditariis, etiam ad diminutionem vsusfructus. Rolandus *consil.* 8. *num.* 12. & 13. *vol.* 2. Kircou. *in communib. opinionib. tom.* 2. *centur.* 5. *conclus.* 12. 8

Quòd si debita sint per testatorem contracta post relictum vsumfructum: tunc non hæres, sed vsufructuarius soluet dicta debita Aymon *d. consil.* 187. declarat Couarruuias *in variis resolutionibus pag.* 392. *num.* 6. *in fine.* 9

Caput II.

Summarium.

1. *Vsufructuarius an teneatur ad solutionem legatorum.*
2. *Regula est, quòd tenetur hæres, & non vsufructuarius.*
3. *Hæres tamen alienat bona hæreditaria pro eorum solutione.*
4. *Quid si legata essent nimis magna.*
5. *Quid in legatis annuis.*

DEueniendo modò ad secundum caput, Quæro, an hæredi, an verò vsufructuario spectet onus soluendi legata à testatore relicta. Pro huius capitis cognitione vide præter infrascripta ea, quæ superiùs posita fuerunt in primo capite, quia licèt loquantur in debitis, tamen possunt trahi etiam ad legata. 1

Facias similiter regulam, quòd vsufructuarius non tenetur ad solutionem legatorum, sed hæres. Aymon. *consil.* 187. Rolandus *consil.* 8. *num.* 10. & *sequentibus, volum.* 2. vbi testatur de magis communi. Couarru. *var. resolut. pag.* 392. *num.* 7. vbi de communi. Mathes. *singul.* 4. *in addit.* Villalob. *lit. V. num.* 64. Kircou. *in communib. opinionib. tom.* 1. *centur.* 5. *conclus.* 13. vbi secundùm communem dicit, quòd onus soluendi legata competit hæredi, quia vsufructuarius in vsufructu legato concurrit cum aliis legatariis, vt *ibi* per eum. 2

Quod similiter intellige, vt suprà in capite debitorum diximus, quòd hæres teneatur soluere legata; sed poterit pro eorum solutione alienare & vendere res hæreditarias, etiam ad diminutionem vsusfructus. Aymon. *d. consil.* 18. Roland: *d. cons.* 8. *num.* 28. *in fine, vol.* 2. Cnuar. *var. resol. pag.* 393. *vers. cæterum*, &c. Tiricæ. *de testament. coniug. pag.* 174. *num.* 16. 3

Quod tamen limita non procedere, quando ex solutione talium legatorum multùm diminueretur vsusfructus, ita quòd plus haberent legatarij, quàm ipse vsufructuarius: nam tunc debet legatariis fieri defalcatio pro rata. Aym. *d. cons.* 187. *num.* 1. *in fine.* Couar. *var. resol. pag.* 394. *versic. scribit sanè,* & *seq.* vbi de materia. Franc. Marc. *decis.* 835. *num.* 3. 4

Legata autem annua non tenetur soluere hæres, sed vsufructuarius, vt per Rolandum *consil.* 8. *num.* 17. & *sequentibus, volum.* 2. vbi de magis communi. Alexand. *cons.* 158. *num.* 2. Couar. *var. resol. pag.* 393. *vers.* 3. *considerandum est*, &c. vbi de materia. 5

QVÆSTIO XLII.

De extensione substitutionis, & fideicommissi. Et an fideicommissum dicàtur odiosum, seu fauorabile; & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Substitutio an sit largè interpretanda & extendenda, & num. 2. 15.*
3. *Substitutio quando extendatur de persona ad personam.*
4. *Substitutio pupillaris an fauorabilis & extendenda.*
5. *Substitutio an extendatur ratione æqualitatis seruandæ.*
6. *Substitutio an extendatur ex verisimili mente testatoris.*
   Substitutio non extenditur, quando in ea apponitur conditio voluntaria. num. 14.
   Qui dicit se comprehensum in substitutione, debet hoc probare. num 2.
   Substitutio an extendatur gratia conseruandæ agnationis. num. 15.
7. *Fideicommissum an dicatur fauorabile, vel odiosum, & num. 8.*
9. *Fideicommissum an inducatur, seu extendatur ex coniecturis, & num. 16.*
10. *Fideicommissum inducitur ex verbis enunciatiuis.*
11. *Fideicommissum non extenditur de persona ad personam.*
12. *Fideicommissum conceptum per hæc verba: Tunc & eo casu, an extendatur.*
13. *Fideicommissum an extendatur ratione minoris dilectionis.*
   In dubio an sit iudicandum pro fideicommisso. numer. 7. 8.

1 VBSTITVTIO recipit largam interpretationem. Cephal. *consil.* 114. *num.* 19. *volum.* 1. & ideò extendi potest ex coniecturata mente testatoris de casu expresso ad casum non expressum. Villalob. *lit. S. num.* 156. Viuian. *cart.* 18. *verb. casus*, &c. Clarus *de testament. quæst.* 76. *versic. in aliis*, *& sequent.* Et faciunt dicenda infrà *num.* 2. *& 9.* Adde pro eadem opinione Tiraquellum *de reuocan. donat. pag.* 158. *num.* 41. *& sequenti.* Achill. Personal. *de adipiscen. possess. num.* 218. vbi quòd extenditur etiam contra verborum proprietatem, *& numer.* 232.

2 Contrarium, quòd immò substitutio sit strictè interpretanda, & quòd non extendatur de casu expresso ad non expressum, videas per Parisium *in tabula eius consiliorum, verb. argumentum in substitutionibus.* Et Cephalum *consil.* 17. *num.* 31. *volum.* 1. Et vide quæ dicentur *in sequenti quæst.* vbi agitur de interpretanda testatoris mente, & quatenus an ea debeat esse expressa, vel sufficiat tacita. *num.* 5. facit in materia id quod tradit Rolandus *in consil.* 56. *num.* 4. *volum.* 3. vbi quòd ille, qui dicit se comprehensum in substitutione, debet hoc probare, quia in dubio præsumitur contrarium; & idem repetit *in consil.* 58. *num.* 73. *eodem volum.* 3, *& in consil.* 70. *num.* 12. *eodem volum.* quòd substitutio non extendatur ad casum expressum, tradit etiam Cardinalis Albanus *consil.* 41. *num.* 1. Quibus adde relatos per Achillem Personal. *de adipiscen possess. num.* 202. vbi quòd regulariter dici solet, substitutio hoc casu non loquitur: ergo non facta censetur.

3 Substitutio licèt quandoque extendatur de casu ad casum, nunquam tamen extenditur de persona ad personam. Cephalus *consil.* 107. *num.* 18. *volum.* 1. vide infrà *num.* 11. & quæ dicentur *in sequenti quæst. num.* 11. Adde pro hac eadem conclus. Rolandum *consil.* 59. *num.* 38. *& sequenti.* vbi hoc ampliat procedere, etiam quòd sit eadem ratio, ac etiam, quòd testator idem verisimiliter interrogatus respondisset de casu omisso. Vide super hac conclusione Parisium *Repert. Consiliorum, verb. extensio.* vide insuper ad hanc materiam, quæ generaliter dixi *in fragmentis criminalibus, in rubr. de extensione facienda de persona ad personam.*

4 Substitutio pupillaris recipit largam interpretationem, & non strictam. Cephal. *consil.* 114. *num.* 19. *volum.* 1. quia talis substitutio dicitur fauorabilis, & non odiosa, vt *ibi* per eum.

5 Substitutio extenditur ad alium casum ratione æqualitatis seruandæ. Cephal. 114. *num.* 16. *& 17. volum.* 1. & faciunt dicenda in alio Repertorio, in materia, *Æqualitas seruanda*, &c.

6 Substitutio extenditur ad casum non expressum, quando testator de eo si fuisset interrogatus verisimiliter idem respondisset. Cephal. *d. consil.* 114. *numer.* 16. *& 17. vol.* 1. & faciunt infrà dicenda *in sequenti quæst. num.* 9. & infrà *in hac eadem quæst. num.* 9. vide in proposito Cephalum *d. consil.* 114. *num.* 10. vbi quòd substitutio non inducitur ex tacita mente testatoris, nisi in successione ascendentis, vel patrui: sed contrarium videtur asserere *in num.* 12. vide suprà *num.* 1. *& 2.*

7 Fideicommissum an dicatur fauorabile, vel odiosum: & in dubio, an sit pro fideicommisso iudicandum, vel contrà, latè hanc quæstionem disputat Marzar. *de fideicomiss. quæst.* 1. *per totam.* Tandem concludit, quòd dicitur fauorabile, maximè quando est inductum propter conseruationem bonorum in familia, seu agnatione: & ideò in dubio pro fideicommisso est iudicandum, vt *ibi* per eum; qui tamen postea in materia refert nonnullas distinctiones Doctorum: & vnam distinctionem in materia tradit Cephalus *consil* 134. *num.* 21. *& sequentibus, volum.* 1. vide suprà *num.* 1. vide etiam in hac materia Manticam *de coniecturis.*

8 Contrarium, quòd immò fideicommissum dicatur quid odiosum, & per consequens in dubio sit contra illud iudicandum, videas per Cephalum *consil.* 46. *num.* 13. *& 16. & consil.* 67. *num.* 4. *& 5. & 27. volum.* 1. Tunt. *in consil. pro vxore, num.* 799. vbi quòd fideicommissum dicitur odiosum, etiam quòd sit inductum ratione conseruandæ agnationis. Adde Rolandum *consil.* 56. *num.* 35. *& sequentibus volum.* 3. Adde pro hac eadem opinione Cardinalem Albanum *in consil.* 41. *num.* 5. Et quòd in fideicommisso stricta interpretatio fieri debeat, iura & concordantes adducit *decis. Lucen.* 64. *num.* 5. Et quòd in dubio iudicandum sit fideicommisso locum non esse, tradunt relati per Achill. Personal. *de adipiscenda possess. num.* 201. *in fine*, & Rolandum *consil.* 46. *numer.* 3. *volum.* 3. *& consil.* 59. *numer.* 34. *eodem volum.*

9 Fideicommissum inducitur ex sola voluntate defuncti, etiam coniecturata, etiam quòd de eo testator expressè non dixerit. Tunt. *in responso pro vxore n.* 386.

vbi

vbi plures allegat concordantes : & demum aſſerit hanc eſſe receptiſſimam omnium opioionem. Villalobos *lit.F. num.*47. Cott. *in ſuis memoral.pag.*890. Et in materia inducendi & extendendi fideicommiſſum ex coniecturata mente teſtatoris, videas per Clarum *de teſtament. quæſt.*76. *verſic. idque maximè, & verſic. quinimmò.* Tiraq.*de reuocand.donat.pag.*159. vbi latè *num.* 42. Tiriex. *de teſtament. coniug. pag.*27. *num.*1. *& pag.* 28. *à tergo, num.*4. *in fine, & per totum cap.* vbi etiam quid de legato. Cephalus *conſil.* 114. *num.* 22. *& conſil.* 134. *num.*16. *& ſeqq. volum.*1. vbi quòd fideicommiſſum inducitur ex coniectutis, &c. cuius contrarium videtur poſtea aſſerere *in conſil.*17. *num.*31. *eod. volum.*1. Faciunt dicta ſuprà *num.*1.*&* 2. *& num.*6. vide etiam iofrà *num.*16.

10 Fideicommiſſum inducitur etiam ex verbis enunciatiuis. Cephalus *conſil.* 134. *num.* 26. *& ſequentib. volum.* 1.

11 Fideicommiſſom licèt aliquando extendatur de caſu ad caſum, nunquam tamen extenditur de perſona ad perſonam. Relati per Achillem Perſonal. *de adipiſcend. poſſeſſ.num.*197.Cephal.*conſil.*107.*num.*18. *& ſeqq. volum.* 1. *& conſil.* 114. *num.* 7. *eodem volum.* vide ſuprà *num.* 3. & quæ dicentur infra *in ſequenti quæſt. num.* 11. Hanc eamdem regulam ponit Rolandus *conſil.* 36. *num.* 24. *volum.* 3. vbi ampliat hoc procedere etiam quòd adſit rationis identitas,& veriſimilis mens teſtatoris. Sed vide Cephalum *in d. conſil.* 114. *num.* 30. *& ſequentib.* vbi dicit ſecundùm magis communem opinionem, quòd in fideicommiſſis fit extenſio, etiam de perſona ad perſonam, maximè quando materia eſt fauorabilis; licèt aliqui *ibi* per eum relati *num.*6. *& ſeq.* tenuerint contratium : & hanc ſimiliter dixit eſſe veriorem, & magis communem, Pariſ. *in conſil.*66. *num.*66. *& ſequentib. volum* 3.*pag.*88. quòd videlicet ex coniecturata mente teſtatotis debeat fieri extenſio etiam de perſona ad perſonam, & *ibi* latè eam comprobat.

12 Fideicommiſſum conceptum per hæc verba, videlicet, *Tunc & eo caſu*, &c. an extendi poſſit ad caſum non expreſſum, videas per Marzar. *de fideicommiſſ. quæſt.*24. Dic, quòd quando eſt appoſita iſta dictio, *Tunc*, non fit extenſio in fideicommiſſis de vno caſu ad alium, licèt aliàs fieret. Rolaod. *conſil.* 59. *num.*10. *volum.*3. *& conſil.* 58. *num.* 11. *eodem volum. & conſil.*56. *num.* 18. *& ſeqq. volum.*3. vbi *num* 20. *in fine*, dicit hoc multò magis procedere, quando fuetit dictum, *Tunc & eo caſu.* Adde idem tenentem eumdem Rolandum *conſil.*70. *num.* 13. *& num.*15. *volum.*3.*& ibid.num.*49. *& ſeqq.* vbi limitat prædicta quando in contratium appareret de præſumpta mente teſtatotis : quia tunc fideicommiſſum, ſeu ſubſtitutio extenditur, etiam quòd adſiot prædictæ dictiones, vt *ibi* latiùs videre eſt per eum.

13 Fideicommiſſi onus ſi eſt iniunctum filiis, ſeu deſcendentibus, an cenſeatur etiam iniunctum aliis agnatis, & ſic an iſto caſu liceat arguere. Teſtator grauauit filios & deſcendentes : ergo multò magis præſumitur voluiſſe grauare alios agnatos & tranſuerſales, vide Marzatium *de fideicommiſſ. quæſt.* 26. Vide etiam ea, quæ dicentur *in ſequenti quæſt.num.*15. *& ſeqq.* Adde Achillem Perſonal. *de adipiſcend. poſſeſſ. num.* 215. vbi quòd in ſubſtitutionibus & fideicommiſſis minùs dilecti non debent eſſe melioris conditionis, quàm magis dilecti.

14 Subſtitutio non extenditur de vno caſu ad aliom, qnando conditio appoſita per teſtatorem in ſubſtitutione eſt voluntaria. Rolandus *conſil.* 56. *num.*22. *& ſequenti, volum.* 3. vbi de communi, *& conſil.* 59. *num.*20 *eodem volum.* 3. vbi ſimiliter de communi, *& conſil.*58. *num.*55. *eodem volum.*3.

Subſtitutiones vltra teſtatoris diſpoſitionem non ſunt addendæ, nec ſomniandæ ex ratione, ſeu fauore conſeruandæ agnationis. Achill Perſonal. *de adipiſcend. poſſeſſ. num.*197. *& num.*228. vbi quod quando adſunt coniecturæ, tunc ſubſtitutio extenditur ex coniecturis, & non dicitur addi, neque ſomniari. 15

Ad ea, quæ ſuprà tradita ſunt *num.*9. adde Achillem Perſonal. *de adipiſcenda poſſeſſione, num.*101. vbi quòd ad inducendum fideicommiſſum coniecturæ debent eſſe neceſſariæ, & multum probabiles; *& num.* 203. *& ſequenti*, vbi ad contraria reſpondendo pulchrè exornat, quòd ad inducendum fideicommiſſum ſufficit tacita etiam coniectutata mens teſtatoris. Et idem tradit *in num.*128. De communi verò teſtator, & concordantes allegat Ioſeph. Ludouic. *in communib. opinionib. concluſ.*14. *verſic. declara tamen omnia.* 16

QVÆSTIO XLIII.

Teſtatoris mens an præualeat verbis. Quomodo ſit interpretanda; & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Teſtatoris mens præualet verbis; & de materia, num.*28.
2. *& iudex eam ſequitur, vt venator leporem.*
3. *Sed ſæpè in illius interpretatione fallimur.*
4. *& ideo coniecturæ debent eſſe legis, & vrgentes.*
5. *Teſtatoris mens an debeat eſſe expreſſa; an ſufficiat tacita, & num* 25.
6. *Verba impropriantur pro ſeruanda teſtatoris mente.*
7. *Teſtatoris diſpoſitio trahitur etiam ad caſum ſimilem.*
8. *Teſtatoris mens ſeruanda eſt, etiam quòd actus reddatur inutilis.*
9. *Teſtatoris mens veriſimilis attenditur, &c.*
10. *Teſtatoris mens coniecturata non attenditur niſi in ſucceſſione patris & patrui.*
11. *Teſtatoris mens de perſona ad perſonam non extenditur.*
12. *Teſtatoris verba interpretantur verè, & non fictè.*
13. *Item interpretantur groſſo & naturali modo.*
24. *Teſtatoris mens præſumitur fauere venientibus ab inteſtato.*
15. *Teſtatoris mens latè interpretatur ratione coniunctionis.*
16. *Item ratione dilectionis.*
17. *& primò ſcriptus præſumitur magis dilectus.*
18. *Sed inter ignotos non cadit affectio.*
19. *Teſtatoris mens interpretatur ab eius conſuetudine. Item à regione, in quam teſtator verſatur.*
20. *Item ex qualitate perſonarum.*
21. *Item ex præcedentibus & ſubſequentibus verbis.*
22. *Ex iſtis coniecturis an vna ſit potentior alia.*
23. *Teſtator præſumitur minùs grauare hæredem, &c.*
24. *Item præſumitur ſe conformare cum iure communi, &c.*
25. *Teſtator quod non loquitur, velle non præſumitur, & ſimil.*
26. *Teſtatoris verba interpretantur taliter, ne ſequatur repugnantia.*

Testamenti vna pars aliam declarat, num.21.

27. *Æqualitatis seruandæ causa verba testatoris interpretantur.*

Qualitas in testamento quando repetita censeatur, d. num.21.

29. *Verba testamenti interpretantur, vt absurdum vitetur.*

30. *Item secundum communem vsum loquendi.*

Item secundum vsum & consuetudinem loquendi testatoris. ibid.

31. *Testatoris mens colligitur etiam ex verbis prolatis post testamentum factum.*

32. *Testator præsumitur velle prouidere in casu magis necessario.*

33. *In vltimis voluntatibus fit latior interpretatio, quàm in contractibus.*

1 TESTATORIS mens coniecturata præualet verbis, & ea est maximè attendenda. Cephalus *consil.37.n.10. & sequentib. volum.1.* Clar. *de testam. quæst.76. reg.5.* vbi iura & authoritates adducuntur. Rolandus *consil.82. num.24. & seqq. volum.3.* Quòd voluntas testatoris magis attendi debeat, quàm verba, vide Roland. *consil.70. num.52. & sequentib. volum.3.* vbi latè exornat. Non enim intentio verbis, sed verba intentioni deseruire debent, *ibi num.53.* Præponenda est enim intentio verbis, sicut anima corpori, *ibi num.55.* & alia similia videas *ibi* per eum. Sed vide eumdem Rolandum *in consil.59. num.42. & sequentib. eod. volum.3.* vbi quòd licèt mens sit potius inspicienda, quàm verba, hoc tamen debet intelligi, quando de mente clarè constat, & verba illi non repugnant; secùs si repugnarent. Quis enim præsumitur habere voluntatem, prout verba sonant, & non aliàs, vt *ibi* per eum: & humanæ mentis nullum maius, & potentius est testimonium, quàm qualitas inspecta verborum, vt per Cardinalem Albanum *consil.41. num.1. in fine,* vide infrà *num.25.*

2 Hinc dici solet, quòd iudex sectari debet mentem testatoris, vt venator leporem. Bald. *in l. cùm quidam. C. de seru. necess. hæred. instit.* Corn. *consil.102. num.12.* Socin. iun. *consil.84. num.1. & 101. num.1. & 152. num.12.* Grat. *respons.124. num.10. part.2. & respons.125. num.36.* Clar. *de testament. quæst.76.* vbi latè Roland. *consil.82. num.27. volum.3.* Vide inferiùs *num.28.*

3 Aduerte tamen, quòd dum testatoris mentem interpretari volumus, sæpè fallimur, propter nimiam subtilitatem, cùm testantis animum non videamus, vt per Cephal. *consil.45. num.16. & consil.46. num.17. & seqq. volum.1.* Neuizan. *consil.31. num.1.* Tunt. *in respons. pro vxore, num.533.*

4 Et ideo dixit Cephalus *in d. consil.45. & 46.* vbi suprà, quòd in coniecturanda mente testatoris, non attendetur nisi coniecturæ legis & vrgentes. Achilles Personal. *de adipiscend. possess. num.201.* vbi quòd debent esse coniecturæ necessariæ, & multum probabiles.

5 Igitur in hac materia, An testantis mens sufficiat tacita; an verò requiratur vt sit expressa, vide Tiricæ. *de testament. coniug. cap.6. lib.1. pag.27. & sequentib.* Tiraquell. *de reuocand. donat. pag.137. num.18.19. & 20.* vbi quòd non sufficit tacita. Sed contrà *in pag.151. num.35.* De hac materia vide *ibi* per eum *pag.158. & seqq.* vbi latissimè, & Cephal. *consil.107. num.23. & seqq. vol.1. & infrà num.25.*

6 Testatoris mens ad hoc vt seruetur, verba debent impropriari. Cephal. *consil.37. num.11. vol.1.* Roland. *consil.70. num.56. volum.3.* Quando autem hoc sit verum, vide Manticam *de coniecturis, lib.3. tit.5.* Pro primo dicto adde Rolandum *in consil.35. num.1. & seqq. volum.3.*

Testatoris mens trahitur de casu simili ad casum similem. Cephal. *d. consil.37. num.12. volum.1.* 7

Testatoris mens seruanda est, etiam quòd actus, seu dispositio reddatur inutilis. Cephal. *d. consil.37. num.13. volum.1.* Sed vide omnino in hoc Neuizan. *consil.26. num.7. & sequentib.* vbi quòd testatoris mens semper interpretari debet, ita quòd actus valeat, & non pereat: & loquitur in materia testamenti. Faciunt ad hæc ea, quæ per nos dicentur in alio Repert. in materia *contractuum*, in ea quæstione, videlicet, verba quomodo interpretentur. Ad materiam vide Manticam *de coniecturis, lib.3. tit.6.* 8

Testatoris mens extenditur à verisimili mente ipsius, puta si interrogatus idem verisimiliter respondisset. Super qua materia, vide Marsilium *singul.499.* Aymon *consil.186. num.10. pag.158.* Neuizan. *consil.31. num.6. & num.19. & 20.* vbi declarat. Faciunt dicta *in antecedenti quæst.6.* & ea, quæ per nos generaliter dicentur in alio Rupert. *Quæstionum contractuum,* in materia verisimilitudinis, vbi videas *in versic. verisimilitudo, num.6.* Quòd testator præsumatur voluisse, & censeatur expressisse id, quod verisimiliter interrogatus respondisset, tradit Roland. *consil.70. num.36. & seqq. volum.3. & consil.59. num.38. & seq. eodem volum.3.* (vbi limitat) Gloss. *in l. tale pactum, §. finali, ff. de pact.* Achilles Personal. *de adipiscend. possess. num.213.* 9

Aduerte ad vnum in materia, quod est notabile, quòd tunc demum ad coniecturas super mente testatoris recurrimus, quando agimus de successione patris, vel patrui: secùs in aliis successionibus, in quibus attenduntur solùm verba expressa. Cephal. *consil.174. num.10. & seq. volum.1.* 10

Insuper aduerte, quòd licèt in aliquo casu testatoris mens extendatur de casu expresso ad non expressum, nunquam tamen extenditur de persona ad personam, vt per Tiraquellum *de reuocand. donat. pag.142. num.23.* Faciunt dicta *in antecedenti quæst. num.3.* & ea, quæ dicentur in alio Repert. *Quæstion. contract.* videlicet in materia extensionis, &c. Contrarium, quòd immò testatoris mens verisimilis & coniecturata sit etiam extendenda de persona ad personam, latè defendit Parisius *in consil.66. num.66. & seqq.* vbi *num.73.* dicit hanc esse veriorem, æquiorem, & magis communem, *volum.3.* quam sequitur, & de qua etiam testatur Achill. Personal. *de adipiscend. possess. num.215.* vbi & concordantes allegat, *& sub num.221.* vbi de crebriori opinione. 11

Testatoris verba sunt verè & non fictè interpretanda. Cephalus *consil.16. num.28. volum.1.* Facient dicenda in alio Repert. *Contractuum*, in quæstione videlicet extensionis faciendæ, &c. 12

Item testatoris verba debent grosso, & vulgari, ac naturali modo interpretari, cùm regulariter testatores sint idiotæ, & illiterati, & ideo non capiunt differentias intellectuales legum. Marzarius *de fideicommiss. quæst.4.* Adde in proposito Cardinalem Albanum *in consil.41. num.6.* vbi quòd testatoris verba sunt interpretanda secundùm communem vsum loquendi. Adde quæ in alio Repert. dicta sunt in materia, *Vsus communis loquendi,* &c. 13

Testatoris mens debet interpretari, vt faciat potiùs venientibus ab intestato, quàm ex testamento. Cephalus *consil.37. num.43. volum.1.* 14

Testatoris

15 Teſtatoris mens latè interpretatur ratione coniunctionis, declara, vt per Cephal. *conſ.*14. *num.*13. *& ſeqq. & num.* 20. *& ſeqq. volum.*1. Clar. *de teſtam. quæſt.*76. *regul.*2.

16 Teſtatoris mens maximè coniecturatur ex dilectione, ſeu affectione, &c. Clarus *d. quæſt.*76. *reg.*2. Cephalus *conſil.*81. *num.*16. *& conſil.*16. *num.*12. *volum.*1. Et an teſtator præſumatur magis dilexiſſe filias, quàm neptes, videas per Cephalum *conſil.*293. *num.*3. 11. *& ſequentib.* vide *in antecedenti quæſtione num.* 13.

17 Et magis dilectus præſumitur ille, qui eſt primò ſcriptus in teſtamento. Cephal. *d. conſil.*16. *num.*16. *& alijs ſequentib. volum.*1.

18 Affectio autem, ſeu dilectio non præſumitur in teſtatore erga ignotos. Cephalus *conſil.*105. *num.*23. *& multis ſeqq. volum.*1.

19 Teſtatoris mens inſuper interpretatur, & coniecturatur ab ipſius conſuetudine: ideo in interpretanda mente teſtatoris attenditur id quod ipſe erat ſolitus facere etiam extra teſtamentum. Concordantes allegat *deciſ. Lucen.*64. *num.*9. *& ſeqq. part.*1. Deinde à regione, in qua verſatus eſt. Clarus *de teſtament. d. quæſt.*76. *reg.*2.

20 Teſtatoris mens coniecturatur ſecundùm qualitatem perſonarum, vide Clarum *de teſtamentis in prædicta quæſt.*76. *in regul.*2.

21 Teſtatoris mens coniecturatur ex præcedentibus, ſeu ſubſequentibus verbis. Clar. *d. quæſt.*76. *in* 2. *reg.* Et facient per nos dicenda in alio Repert. *Quæſtionum contractuum*, in materia videlicet, Præcedentia quando declarent ſequentia, &c. vna enim pars teſtamenti aliam declarat. *l. qui filiabus, in princip. ff. de legat.* 1. cum concordantibus allegatis per Alphan. *in Collectan. num.*166. *l.* 1. *ff. de reb. dub.* Achill. Perſonal. *de adipiſcend. poſſeſſ. num.*222. Et nos diximus etiam in ſimili *in Repert. Contract. quæſt.*60. *per totum*, potiſſimùm *num.*12. *&* 14. vbi quando in teſtamento qualitas repetita cenſeatur.

22 Et in materia ſi vis ſcire, quando vna ex iſtis coniecturis tollit aliam, item quæ ex ſuprà nominatis coniecturis ſit potentior alia, vide Clarum *dicta quæſt.* 76. *in* 2. *reg.* omnino Manticam *de coniecturis, lib* 12. *tit.*17.

23 Teſtantis mens ſemper eſt interpretanda taliter, vt minùs dicatur grauaſſe hæredem, quàm ſit poſſibile. Clar. *de teſtam. quæſt.*76. *in* 4. *reg.* Aymon *conſil.*187. *num.* 3.

Limita, vt per Cephalum *conſil.* 81. *num.* 16. *volum.* 1. adde eundem Cephalum *conſil.* 122. *num.*20. *eodem volum* Cardinalem Albanum *conſil.*41. *num.*5. Et potius legatum debet inutile remanere, quàm dicere, quòd teſtator voluerit hæredem grauare. Hieronym. de Monte *quæſt.*3. *num.*3.

24 Teſtatoris mens cenſetur ſemper eſſe talis, vt ſe conformauerit cum diſpoſitione iuris communis, ſtatuti, loci, vel conſuetudinis. Neuiz. *conſil.*1. *num.*4. *& ſeqq. & conſil.*31. *num.*7. Tunr. *in reſponſ. pro vxor. num.*449. Super qua materia, vide ea, quæ dicentur in ſuo loco particulari, in alio videlicet Repertorio *Quæſtionum contractuum*, *quæſt.* 10. *num.*5. *& alijs ſequentib.* Et quòd teſtatoris mens cenſeatur conformis iuri communi, eſt textus *in cap.* 1. §. *filia verò, de ſucceſſ. feud.* not. Hieronym. de Monte *quæſt.* 1. *num.*28. *l. ſi duo*, & *ibi* gloſſa & Doctores, *ff. de acquir. hæred.* cum aliis per Simoncellum adductis *de decret. lib.*2. *tit.*4. *num* 12. Adde Clarum *de teſtamentis*, *quæſt.*76. *in* 6. *reg.* Cardinalem Albanum *in conſil.* 41. *num.*6. vbi quòd teſtator præſumitur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione ſtatutorum. Cephal. *conſil* 16. *num.*33. *volum.*1. vbi quòd verba teſtamenti impropriantur ad hoc, vt ſe conforment cum iure communi, & idem tradit *in conſil.* 105. *num.* 13. *& ſeqq. volum* 1. Super qua materia, an verba teſtamenti, & quando interpretentur ſecundùm ius commune, vel municipale, adde Villalobos *litera T. num.*72. *deciſ. Bononien* 85. *num.* 2. *&* 4. Bard. *de iur prothomiſ. pag.*58. *num.*9. Neuizan. *conſil.*33. *num* 8. vbi quòd teſtatoris mens magis recipit interpretationem à ſtatuto, quàm à iure communi.

25 Ad ea, quæ ſuperiùs dicta fuerunt *in num* 5. adde id quod regulariter dici ſolet in materia, videlicet, quòd teſtator non loquitur, velle non præſumitur: & non ſufficit dicere teſtatorem ita voluiſſe, niſi probetur talem voluntatem tranſiiſſe in diſpoſitionem; voluntas enim in mente retenta nihil operatur, & ſimilia, de quibus per Rolandum *conſil.*56. *num.*5. *& ſeqq. volum.*3. *& conſil.*51. *num.*8. *&* 9. *eodem volum.* 3. *& conſil* 59. *num.*45. *& ſeq. eod. volum.* & per Cephalum *conſil.*144. *num.*1. *& ſequentib. volum.*1. Cardin. Alban. *conſil.*41. *num.*1. Achilles Perſonal. *de adipiſcend. poſſeſſ. num.* 199. *& ſequenti*, per *l. quidam cum filium, ff. de hæredib. inſtituend.* vbi ſcribentes, *& l. vnic.* § *ſin autem deficientis, C. de caduc. tollend.* Prædicta declara, niſi ex coniecturis teſtamentariis appareat teſtatorem aliquid voluiſſe; nam tunc ſatis dicitur de eius voluntate conſtare; ita declarat Achilles *de adipiſcend. poſſeſſ. vbi ſupra n.*230.

26 Teſtatoris verba ſunt ſemper taliter interpretanda, ne ſequatur in teſtamento aliqua repugnantia. Cardinal. Alban. *conſil.*41. *num.*3.

27 Item interpretantur, vt æqualitas ſeruetur inter hæredes. Corta *pag.*283. ad quod faciunt dicta infrà *verſic. exorbitans, num.* 2. *& in Repert. contractuum, verſic. æqualitatis ſeruandæ*, &c. Quòd enim præſumatur teſtatorem voluiſſe æqualitatem ſeruare inter filios, traditur *in deciſ. Lucen.* 16. *num.* 16. *part.* 1. vbi adducit plura Conſilia Pariſij. Cephal. *conſil.* 114. *num.*16. vide Tunr. *in reſponſo pro vxore, num.*751. *& ſequentib.*

28 Ad ea, quæ ſuprà traduntur *num.* 1. *&* 2. adde Achillem Perſonal. *de adipiſcend. poſſeſſ. num.*201. vbi quòd, qui ſe fundat in voluntate teſtatoris, illam debet euidenter docere, quia in dubio contra ſe fundantem in ea iudicandum eſt, ſed vide *ibid. num.*203. *& ſequenti*, vbi pulchrè exornat illud fundamentum, quòd videlicet in materia teſtamentaria ante omnia teſtatoris voluntas ſit perquirenda, & *num.*230. vbi quòd ſatis dicitur conſtare de voluntate teſtatoris, ſi de illa ex coniecturis appareat. Ad hanc materiam, quando ſcilicet in teſtamentis attendatur potius mens, quàm verba, vel è contra, vide latè per Manticam *de coniectur. lib.*3. *tit.*3. 4. *&* 5. Pro primo dicto, quòd teſtatoris mens præferatur verbis, adde Cephalum *conſil.*137. *num.*31.

29 Teſtamenti verba ſemper ſunt interpretanda, ne abſurdum ſequatur. Mantic. *de coniectur. lib.*3. *tit.*7. vbi de materia. Faciunt dicta *in Repert. contractuum, quæſt.* 10. *num.* 31. *& in fragmentis, verſ. abſurdum, num.* 31. *inter diuerſa.*

30 Teſtamenti verba interpretantur ſecundùm communem vſum loquendi, quod quando verum ſit, & de materia, vide Manticam *de coniecturis, lib.*3. *tit.*8. & generaliter tradita *in Repert. contract. in fragment. inter diuerſa. verſic. vſus communis loquendi.* Item interpretantur ſecundùm conſuetudinem loquendi ipſius teſtatoris. Idem Mantica *de coniecturis, lib.*3. *titul.* 9.

31 Testaroris mens colligitur etiam ex verbis prolatis post testamentum. Cephalus *consil.*144.*num.*29. *volum.* 1.

32 Testatoris mens sempet præsumitur esse, vt voluerit prouidere in casu magis necessario, vt per Simoncellum *de decreto*, *lib.* 2. *tit.*4. *num.* 12. *versic. pratcrea & secundò.*

33 In vltimis voluntaribus fit latior interpretatio, quàm in contractibus. Roland. *consil.*59. *num.*22. *& seqq. pluribus*, *volum.*3.

QVÆSTIO XLIV.

De exhæredatione liberorum.

SVMMARIVM.

1. *Quibus causis possit exhæredari filius.*
2. *& an ex alijs causis, quàm expressis, in §. causas.*
3. *& an filia exhæredetur propter meretricium, & num.*4. *&* 5.
6. *Furiosus an possit exhæredari, & num.*7.
8. *Exhæredari an possit filius ex iniuria verbali.*
9. *Exhæredari an possit filius, quem pœnituit.*
10. *Filia, quæ clam nupsit, an possit exhæredari.*
11. *Filius patriæ proditor an possit exhæredari.*
12. *Quid si venenum patri propinauerit.*
13. *Quid si est incantator & veneficus.*
14. *Exhæredationis causæ debent probari, &c.*
15. *Exhæredatio an euanescat per reconciliationem, & num.*16.
17. *Exhæredatio sine causa facta à milite nou valet.*
18. *Filius emancipatus sine causa non exhæredatur.*
19. *Exhæredatio sine causa, &c. an reddat ipso iure testamentum nullum & inualidum.*
20. *Exhæredatio sub conditione facta an valeat.*
21. *Exhæredatio facta in principio testamenti trahitur ad omnes gradus sequentes.*
22. *Exhæredatus filius est alendus à fratre instituto.*
23. *Maledictio an inducat exhæredationem.*
24. *Exhæredatus non dicit testamentum nullum, si illud approbauit.*
25. *Exhæredare potest pater, etiam quòd promiserit non exhæredare.*
26. *Impubes & posthumus exhæredari nequeunt.*
27. *Exhæredatio facta de filijs an trahatur ad nepotes.*
28. *Exhæredari an possit spurius legitimatus.*
29. *Exhæredatio non trahitur ad bona feudalia.*
30. *Exhæredari an quis possit propter homicidium.*

1 XHÆREDARI quibus causis possit filius à suo patre. Enumetantur quatuotdecim *in* §. *causas*, *in Authent. vt cùm de appellat. cognosc.* Adde Clarum *de testament. quæst.* 41. Diaz *regul.* 275. quibus in locis repeties omnes causas exhæredationis, ptæter infrascriptas. Ad quam materiam vide Couarruuiam *de testament. ad cap. Raynutius, num.*1. *& sequentib. omnibus, fol. mihi* 71. *in magna impressione.*

2 Exhætedati potest filius nedum ex causis enumetatis in dicto §. *causas*, sed ex aliis *ibi* non expressis, dummodo similibus, vel maioribus, secundùm commuuem opinionem, de qua per Viuium *pag.*85. *versic. filius vltra*, &c. Marsil *singul.*88. Placa *cap.*25. *num.*13. *& sequentib.* Clarum *de testament. quæst.* 41. *versic. sed quæro.* Menoch. *de arbitrar. quæstionib. casu* 267. *num.*5. *& sequentib.* vbi ampliùs dicit, qoòd istæ causæ non expressæ remittuntur arbitrio iudicis. Suarez *litera E. num.* 205. Surdus *de aliment.*

3 Exhæredari potest filia propter meretticium. Viui. *pag.*87. Titaquell. *de legib. connubialib. pag.*14. Suarez *litera F. num.* 287. *decis. Pedemontana* 124. *num.* 2.

4 Quod limita duobus modis. Primò, nisi filia meretrix resipuerit, & ad bonam & honestam vitam reuersa fuerit. Viui. *dict. pag.* 87. Tiraquell. *de pœn. temp. pag.*149. *num.*2. Suarez *lit. F. num.* 289.

5 Limita II. vt licèt pussit ezhæredari à patre, tamen non potest exhætedari à matre, quæ etiam ipsa sit meretrix. Tiraquellus *de legib. connubialib. pag.*14. Diaz *regul.*457. vbi hoc sublimitat remissiuè duobus modis. Suarez *lit. F. num.*288. Roland. *consil.*63. *num.*14 *volum.*3. vbi quòd quando mater fuit reducta & emendata ad honestam vitam, potest filiam meretticem exhæredare. Et

Limita III. nisi pater fuerit negligens in maritando filiam infra viginti quinque annos. Couarruuias *de testament. ad cap. Rayuntius*, *num.*15. *fol.*74. *in magna impress.*

6 Exhætedari potest filius furiosus, si causam legitimam commisit ante aduentum furoris. Viuius *pag.* 87. *à tergo*, *verb. filius furiosus.* Suarez *litera E. num.* 213. vbi in specie teptehendit Clarum contrarium tenentem.

7 Contrarium videtur tenere Clarus *de testamentis*, *in quæst.*41. *versic. sed pone filius.*

8 Exhætedari potest filius ex iniuria verbali in pattem illata. Villalobos *lit. E. num.* 142. Clar. *de testament. quæst.*41. *versic. sed an propter*, vbi dicit, quòd iniuria debet esse grauis: adde pro primo dicto Suar. *lit E. num.*209.

9 Exhæredari non potest filius, quem de causa commissa pœnituit. Villalobos *lit. E. num.* 141. Clar. *de testament. quæst.* 41. *in versic. præterea*, &c. Cotta *pag.*341. Suarez *lit. E. num.*212. *decis. Pedemont.*124. *num.* 14.

10 Exhæredari potest filia, quæ clam contraxit matrimonium. Duen. *reg.*373. Clar. *de testam. quæst.*41. *vers. sed quid si filia.* Vide etiam ea, quæ dicentur in materia filij nubentis sine consensu patris, &c. *in Repert. contract. versic. filius*, *num.* 12. *in fragment.* & ponas hîc. Vide tamen Suarez *lit. E. num.* 207. *& seq.* vbi quòd nec filius, nec filia possunt exhæredari ex eo quòd nupserint sine consensu patris, etiam quòd duxerint in coniugem aliquam personam ignominiosam, & *ibi* testatur de communi: prout etiam de communi testatur *in lit. F. num.*286.

11 Exhæredari an possit filius, si est tepertus patriæ proditor. Vide Placam *pag.* 26. *sub num.* 5. & in resolutione illius quæstionis Gig. *lib.*3. *tit. de proditor. quæst.*3.

12 Exhætedati potest filius, si venenum propinauerit patri, etiam quòd mors inde secuta non fuerit; dummodo per filium non steterit, quominus pater illud sumeret. Placa *pag.*316. *num.*3.

13 Exhæredari quando possit filius ex eo, quòd sit incantator, vel veneficus, videas per Placam *cap.*20. *pag.*317.

14 Exhætedationis causæ debent per testarotem, vel ipso viuente probari legitimè filio ezhæredato citato, vel eo mortuo per eius hæredem: alioquin exhætedatio non nocet. Viui. *pag* 87. Suarez *litera E. num.* 210. *& seq.* vbi tamen dicit, quòd ex pluribus causis per testatorem expressis sufficit per hæredem vnam probari sufficientem. Ioseph. Ludouic. *in communib.*

munib. opinionib. lib. 1. conclus. 16. in 33. illatione, vbi de communi testatur.

15 Exhæredatio facta propter causam aliquam ingratitudinis euanescit, si sequatur deinceps reconciliatio filij cum patre. Viui. *pag. 87. verb. filius furiosus*. Cotta *in memoral. pag. 342.*

16 In quo aduertas, quòd non sufficit simplex reconciliatio, sed etiam debet interuenire expressa voluntatis paternæ mutatio per testes, vel scripturam probanda; alioquin reconciliatio nihil iuuat, si credimus Petras. *in singul. 3.* vbi latè defendit hanc declarationem.

17 Exhæredatio facta sine causa non valet etiam patre milite. Clarus *de testamentis, in quæst. 40. versic. sed quæro nunquid*, &c.

18 Exhæredatio filij emancipati facta sine causa etiam non valet. Clar. *de testament. quæst. 40. in versic. Item quæro quid in filio*, &c.

19 Exhæredatio facta sine causa, vel cum causa, sed minùs legitima, quando reddat patris testamentum nullum ipso iure, vel veniat annullandum per viam querelæ. Clar. *de testam. quæst. 40.* vbi distinguit plures casus. Emmanuel Suarez *litera E. num. 206.* vbi quòd secundum communem sententiam redditur nullum ipso iure, quando exhæredatio est facta cum causa minùs iusta: licèt ipse credat veriorem esse opinionem, quòd imò sit necessaria querela, & sic testamentum non sit nullum ipso iure. Adde in materia eumdem Suarez *lit. E. num. 217. & seqq.*

20 Exhæredatio sub conditione facta an valeat. Duen. *reg. 278.* Petras *singul. 3. num. 19. & seq.*

21 Exhæredatio facta in principio testamenti trahitur ad omnes gradus sequentes. Villalobos *lit. E. num. 140. & seq.*

22 Exhæredatus filius à patre potest à fratre diuite petere alimenta, si non habet aliunde vnde se alat. Vide Cæpollam *in caut. 247.*

23 Exhæredatio non inducitur per maledictionem. Cotta *pag. 343. 558. & 659. in fine.*

24 Exhæredatus filius si patris testamentum approbauerit, non potest ampliùs illud ex causa exhæredationis oppugnare. Suarez *lit. E. num. 214.*

25 Exhæredare potest pater filium ex causa iusta, etiam quòd promiserit ex pacto illum non exhæredare. Suarez *in lit. E. num. 215.*

26 Exhæredari regulariter nequeunt posthumus infans & impubes. Suarez *lit. E. num. 216.* de qua materia vide Iulianum Cæsarem Ruginell. *practic. quæst. cap. 35. num. 29.*

27 Exhæredatio facta de filiis, an trahatur ad nepotes, vide in materia, filiorum appellatione, quando veniant nepotes.

28 Exhæredati etiam potest spurius legitimatus, qui propter ingratitudinem perdit legitimam. Villalobos *lit. F num. 82.*

29 Exhæredatio non trahitur ad bona feudalia. Rolandus *consil. 53. num. 17. volum. 3.*

30 Exhæredati an quis possit propter homicidium, vide Boss. *in tit. de bonor. publicatione, num. 8.* Laur. Ienuin. *in pract. cautel. 92. num. 21. & sequentib. fol. mihi 267. & seqq.* Et vide quæ dixi in impressis *in quæst. 25.* in illa præsertim quæst. an possit confiscari legitima, quando pater confiscationem prohibuit in casu delicti.

QVÆSTIO XLV.

Legata, fideicommissa, & substitutiones, an debeantur ex testamento non solemni; & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Legata ex testamento minùs solemni, &c. non debentur.*
2. *Amplia etiam quòd hæres partem legatorum soluere cœperit.*
3. *Limita, quia saltim hæres tenetur naturaliter.*
5. *& ideo hæres tenetur in foro conscientiæ.*
& legatarijs datur retentio, num. 4.
6. *Limita in legatis relictis amicis, coniunctis, & alumnis, & seqq.*
9. *Limita quando legatarijs data est auctoritas capiendi propria auctoritate.*
10. *Limita quando testamentum est nullum, quia institutio est erronea.*
11. *Limita quando hæres per triennium cœpisset soluere legatum alimentorum.*
12. *Limita quando hæres promisit viuo testatore soluere.*
13. *Legata relicta in testamento fratris nullo ob eius præteritionem, & institutionem turpis personæ, an debeantur, & num. 14. & 15.*
16. *Legata an debeantur ex primo testamento reuocato per secundum, & seqq.*
21. *An isto casu debeatur fideicommissum in primo testamento relictum.*
22. *Legata debentur ex testamento nullo ob præteritionem, vel exhæredationem filij, & n. sequenti. vide in num. 39. & seqq.*
24. *Amplia siue præteritio fiat à patre, vel à matre, &c.*
25. *Amplia etiam in præteritione filij emancipati.*
26. *Amplia etiam in legatis relictis in codicillis factis ante testamentum, in quo fuit præteritus filius.*
27. *Amplia etiam in præteritione filij posthumi scienter facta.*
28 *Amplia, vt sustineatur etiam institutio in re certa.*
29. *Amplia, vt sustineantur etiam legata, & fideicommissa vniuersalia.*
30. *Amplia etiam, vt sustineantur substitutiones pupillares, & exemplares.*
31. *Limita in præteritione ignoranter facta, & seq.*
33. *Quod sublimita primò, quando adesset clausula codicillaris.*
34. *Vel quando essent legata ad pias causas.*
35. *Vel verisimile sit testatorem legasse, etiam quòd de liberis cogitasset.*
36. *Limita in vulgari substitutione.*
37. *Item limita in legatis factis ipsi filio præterito.*
38. *Legata an debeantur ex testamento rupto per ingressum religionis.*
39. *Legata debita ex testamento minùs solemni ob præteritionem, debentur vti ex testamento debito, & non vti ab intestato.*
40. *Legata non debentur ex testamento nullo ob præteritionem, quando reperitur hæres scriptus in alio priori testamento.*
Legata ad pias causas an debeantur ex testamento nullo, & non adita hæreditate, & n. 48. & seqq.
41. *Legata quando non debeantur non adita hæreditate.*
42. *Regula sit, quòd legata non adita hæreditate non debeantur.*

43. *Limita*

43. *Limita in legatis repetitu etiam ab intestato.*
44. *Limita quando est apposita clausula, Si non valet, &c.*
45. *Limita quando hæres in fraudem legatorum succedere vult ab intestato.*
46. *Limita quando hæreditas aufertur ab indigno.*
47. *Limita quando testator prohibuit falcidiæ detractionem.*
48. *Limita in legatis ad pias causas, & seqq.*
54. *Limita in legatis alimentorum.*
55. *Limita quando adest statutum, vel consuetudo in contrarium.*
56. *Limita in legatis relictis venientibus ab intestato.*
57. *Limita in donatione causa mortis.*
58 *Legata quando debeantur repudiata hæreditate.*
59. *Legata an debeantur ex testamento vsurary manifeste.*



1 LEGATA regulariter ex testamento minùs solemni non debentur. iura & allegationes huius regulæ ponuntur per Mathes. *singul.* 41 & *in addit.* Clar. *de testament. quæst.* 90. Ista regula est repetita infra *in num.* 41. *& sequentib.* licèt per diuersa verba, vbi ponuntur etiam aliæ limitationes.

2 Amplia etiam, quòd hæres partem legatorum soluerit, quia non per hoc poterit cogi ad soluendum reliqua legata in testamento minùs solemni relicta. Clar. *de testament. quæst.* 90. *versic finali.* Et faciunt dicta in alio Repertorio *in contractibus, verb. soluens partem debitorum*, &c.

3 Limita quòd licèt hæres non teneatur ciuiliter soluere legata ex testamento minùs solemni, tamen tenetur naturaliter. Mathes. *singul.* 41. & *in additionibus* Villalobos *litera L. num.* 21. Clarus *de testament. versic præterea.*, &c. *& seq.* Contrarium quòd immò nec legata ex testamento minùs solemni naturaliter debeantur, & quòd ex testamento non solenni nulla prorsus oriatur obligatio nec ciuilis, nec naturalis, tenet Couarruuias *in cap. cùm esses, num.* 4. *& omnibus sequentibus*, præsertim *in num.* 5. *&* 9. extrà *de testamentis*, vbi respondet ad contraria.

4 Et hinc infertur, quòd legatario vti licebit isto casu retentione, licèt non habeat actionem. Mathes. *dict. singul.* 41. & *in additionib.* Villalobos *litera L. num.* 24. & Clarus *de testament. dict. quæst.* 90. *vers. hinc infertur*, &c. Sed in hoc videas omnino Couarruuiam *in cap. cùm esses, num.* 4. *& omnibus sequentib* præsertim *in num.* 9. extrà *de testament.* vbi videtur tenere contrarium, *& ibid. sub num* 10. *in vers. tertiò ex hoc deducitur.*

5 Hinc etiam infertur, quòd hæres saltim in foro conscientiæ tenetur soluere legata debita ex testamento minus solemni. Mathes *dict. singul.* 41. *in additionib.* Clar. *de testament. dict. quæst.* 90. *vers. secundò infertur*, &c. Sed contrarium latè tenuit Couarruuias *in dict. cap cùm esses, num.* 4. *& omnibus sequentib. extrà de testament.* vbi respondet ad contraria, & *ibi sub num* 8. testatur de communi. Adde pro hac eadem illatione Capram *conclus.* 102. *num.* 165.

6 Limita II. in legatis relictis coniunctis, quæ etiam ex testamento minus solemni debentur. Mathes. *singul.* 41. *in additionib.* & hoc est propter dilectionem, & pietatem, vt per Capram *in sua conclus.* 11 . *num.* 31.

7 Et idem erit in legatis relictis amicis maxima amicitia coniunctis. Mathes. *dict. singul.* 41. *in additionib.* Placa *cap.* 43. *pag.* 742. Et faciunt dicta in alio Repertorio *in contract. verb. amicitia*, &c. Nouell. *regul.* 65. *in* 1. *ampliatione*, vbi quòd legata huiusmodi amicis debentur etiam non adita hæreditate.

8 Idemque erit etiam in legatis relictis alumnis, quibus legata etiam ex testamento minus solemni relicta debentur. Placa *cap.* 42. *pag.* 727. vide quoque ad hoc Capram *conclus.* 111. *num.* 51.

9 Limita III. quando testator dedit legatariis auctoritatem capiendi legata propria auctoritate, quia tunc debentur etiam ex testamento minùs solemni. Mathes. *d. singul* 41. *in addit pag.* 263. Villalobos *lit. L. num.* 20. Menoch. *de adipiscend. possess. pag* 78. *num.* 32.

10 Limita IV. in testamento inualido ex eo quòd testator errauit in institutione, credendo scilicet institutum esse sibi filium, vel coniunctum, cùm reuera non esset. Isto enim casu legata relicta in hoc testamento inualidò adhuc legatariis debentur. Villalobos *lit. L. num.* 22. Capra *conclus.* 111. *num.* 10. vbi similiter de communi, & prætetea *num.* 43. *& num.* 54.

11 Limita V. quando testator reliquit legatum alimentorum, & illud hæres per triennium soluerit: quia tunc etiam in futurum potest cogi, licèt sit relictum in testamento inualido. Mathes. *d. singul* 41. *in addit. pag.* 263. *a tergo, in princip.* Capra *conclus.* 102. *num.* 164.

12 Limita VI. quando testator fecit, vt hæres promitteret legatariis soluere legata: nam tunc vigore huius promissionis, hæres poterit cogi etiam quòd testamentum minùs solemne sit & inualidum. Mathes. *d. singul.* 41. *in addit.* Et istud pro bona cautela tradit Cæpolla *in caut.* 119.

13 Sed quid dicendum erit, quando testamentum fratris est nullum ob præteritionem sui fratris, & institutionem turpis personæ, an tunc legata relicta in hoc testamento nullo debeantur legatariis. Dic quòd non debentur, secundùm communem, de qua per Rolandum *consil.* 87. *num.* 11. *volum.* 3. & Clarum *de testament. quæstione* 52. *versic. sed quæro, Tuscus*, &c.

14 Contrarium asserit ipse Clarus *in dict. vers. quæro, Tuscus*, &c.

15 In quo aduertas, quòd quando legatum factum à fratre est factum eidem personæ turpi, quæ etiam est instituta, tunc nullo pacto tale legatum sustineri ex huiuscemodi inualido testamento, tradit idem Clarus *de testament. quæst.* 54. *versicul. Item quid*, &c.

16 Insuper quæro, quid si primum testamentum sit reuocatum per secundum, an legata ex primo testamento, ita per secundum reuocato debeantur legatariis. Facias regulam negatiuam, de qua per Cephalum *in consil.* 73. *num.* 5. *&* 8. *& consil.* 74. *num.* 2. *& sequentib. volum.* 1. Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus.* 58. *in* 19. *ampliat. & in* 21. *fallentia, versic. declara secundò.*

17 Limita hoc multipliciter. Et primò quando testator dixit se nolle reuocare primum testamentum, sed tantùm illud reformare: quia tunc legata relicta ex primo testamento debebuntur, si non vt ex testamento, tamen vt ex codicillis. Cephalus *consil.* 73. *num.* 10. *& sequentib. & num.* 24. *& consil.* 74. *num.* 1. 4. *& seqq. & per tot.* 1. *volum.* 1.

18 Limita II. quando testator reuocauit primum testamentum; quia credebat hæredem ibi scriptum esse

eſſe mortuum : tunc enim ſi hæres ille non eſt mortuus, teſtamentum illud primum ſuſtinetur, & quoad inſtitutionem, & quoad legata: ſecundum autem teſtamentum viriatur quoad inſtitutionem tantùm, ſed non quoad legata. Cephalus *dicto conſil.* 73. *numer.* 14.

19 Limita III. quando in ſecundo teſtamento ſunt inſtituti incapaces : quia licèt iſto caſu primum teſtamentum non ſuſtineatur quoad inſtitutionem, legata tamen ex vtroque teſtamento debentur. Cephal. *d. conſil.* 73. *num.* 15. 16. *&* 17. *volum.* 1.

20 Limita IV. quando in contrarium adeſſet voluntas teſtatoris etiam coniecturata. Cephal. *d. conſil.* 73. *num.* 18. 20. *& ſeqq. & num.* 26. *vol.* 1 Iſto enim caſu etiam quòd teſtamentum primum ſit per ſecundum reuocatum : tamen ex eo primo teſtamento legata relicta debebuntur, vt *ibi* per eum. Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ.* 58. *verſic. declara* 2.

21 An autem reuocato primo teſtamento, cenſeatur etiam reuocatum fideicommiſſum in eo appoſitum, videas per Ceph. *conſ.* 125. *per totum, vol.* 1.

22 Sed quid ſi teſtamentum ſit nullum, & inualidum ratione præteritionis filij, an ex eo teſtamento legata, cæterave relicta debebuntur : habes de hoc textum clarum *in Authent. ex cauſa. C. de liber. præterit.* cuius textus verba ſunt hæc. Ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis irritum eſt teſtamentum quantum ad inſtitutionem. cætera namque firma remanent. Ex quo communiter Doctores omnes ſumunt regulam, quòd legata & cætera relicta ex teſtamento nullo ob præteritionem filij debentur. De qua regula habetur per Clarum *de teſtament. quæſt.* 52. *in princip.* Rolandus *conſ.* 71. *num.* 56. *volum.* 2. Capra *concluſ.* 111. *num.* 39. vide quoque quæ traduntur infrà *num.* 39. *& ſeqq.*

23 Amplia ſupradictam regulam pluribus modis, & primò, nedum in teſtamento nullo, ob præteritionem filij; verùm etiam quando eſt nullum ob exhæredationem: putà ſi facta ſit exhæredatio ſine cauſa, vel cum cauſa, ſed minùs legitima; vel legitima, ſed non probata, prout in antecedenti quæſtione ſatis dictum eſt. Iſto enim caſu etiam habebit locum d. Auth. *ex cauſa*, prout expreſsè *ibi* habetur, & traditur per Clarum *d. quæſt.* 52. *verſic. ſed nunquid generaliter*, &c. Capra *concluſ.* 111. *num.* 12.

24 Amplia II. vt prædicta procedant, ſiue teſtamentum ſit nullum ob præteritionem factam à matre, auia, & ſimilibus, ſiue etiam ſit facta à patre, auo, & ſimilibus, quia adhuc debentur legata, &c. Clar. *d. quæſt.* 55. *verſic. Et quia*, &c. *& ſeq.*

25 Amplia III. vt procedat etiam diſpoſitio dictæ Auth. *ex cauſa*, in teſtamento nullo ob præteritionem filij emancipati. Clarus *de teſtament. d. quæſt.* 52. *verſ. ſed quid in præteritione*, &c. *& ſeq.*

26 Amplia IV. vt ſi fiant aliqua legata in codicillis, deinde ſequatur teſtamentum, in quo prætereatur filius, & ſic reddatur nullum: tamen legata in dictis codicillis facta adhuc ſuſtinebuntur. Clarus *de teſtament. quæſt.* 54 *verſ. ſed pone, teſtator*, &c.

27 Amplia V. vt legata debeantur etiam ex teſtamento nullo ob præteritionem filij poſthumi ſcienter factam. Clar. *de teſtament. d. quæſt.* 52. *verſic. item quæro.*

28 Amplia VI. vt nedum ſuſtineantur legata ex teſtamento nullo ob præteritionem filij, verùm etiam ſuſtinetur inſtitutio facta in re certa: quod declara, vt per Clar. *de teſtament. quæſt.* 53. *per totam.*

29 Amplia VII. vt ſuſtineantur etiam iſto caſu legata & fideicommiſſa vniuerſalia. Capra *conſil.* 30. *num.* 3. *&* 4. vbi teſtatur de communi. Vide Clarum *de teſtamentis quæſt.* 54.

30 Amplia VIII. vt ex teſtamento nullo ob præteritionem, &c. ſuſtineantur etiam ſuſtitutiones pupillares & exemplares. Clarus *de teſtament. d. quæſt.* 54. *verſic. quæro etiam nunquid*, &c.

31 Limita modò diſpoſitionem d. Authent. *Ex cauſa*, pluribus modis: & primò, non procedere in præteritione poſthumi ignoranter facta, quia iſto caſu nedum teſtamentum redditur nullum, verùm & legata, & cætera ex eo relicta irrita fiunt, ſecundùm veriorem, æquiorem, & magis communem opinionem, de qua per Clarum *de teſtament. quæſt.* 52. *verſic. ſed quid ſi poſthumus*, & Menochium *de arbitr. quæſt. caſu* 147. vbi ſimiliter de magis communi. Capr. *concluſ.* 111. *num.* 16.

32 Amplia, hanc limitationem procedere etiam, quando teſtamentum redditur nullum, ob præteritionem nedum filij poſthumi; ſed etiam ob præteritionem filij iam nati ignoranter factam: nam adhuc iſto caſu legata & cætera relicta ex eo teſtamento irrita fient, ſecundùm magis communem, de qua idem Menoch. *d. caſu* 147. & faciunt dicta per Clar. *de teſtament. quæſt.* 46. *verſic. & hæc quidem*, &c. vide Capram *in concluſ.* 111. *num.* 16.

33 Sublimita hanc limitationem aliis modis. Primò, quando adeſſet clauſula codicillaris: quia tunc etiam quòd teſtamentum ſit nullum, ob præteritionem filij ignoranter factam; nihilominus vigore dictæ clauſulæ legata ſuſtinentur. De cuius ſublimitationis veritate & materia videas tradita per Gabrielium *pag.* 767. *num.* 9. *& ſequentibus.* Roland. *conſil.* 71. *num.* 57. *volum.* 2. Et faciunt dicta ſuperiùs *in quæſt.* 29. *cap.* 2. vide omninò Capram, qui latè diſputat & declarat hanc ſublimitationem *in concluſ.* 111. *num.* 17. *& ſequentib. vſque ad num.* 40. ſed pro ſublimitatione vide Roland. *conſil.* 7. *num.* 26. *volum.* 4. vbi de communi: licèt aliqui ibi relati *num.* 10. contrarium mordicus ſuſtinuerint.

34 Suhlimira II. illatiuè in legatis ad pias cauſas quæ ſuſtinentur vigore clauſulæ codicillaris, etiam quòd teſtamentum ſit nullum ob præteritionem filij ignoranter factam. Gabriel. *pag.* 767. *num.* 12. generaliter de iſta materia vide infrà *num.* 48. *& ſequentib.*

35 Sublimita III. quando in contratinm præponderat coniecturata & veriſimilis mens teſtatoris: puta quando veriſimiliter teſtator illud idem legatum feciſſet, etiam quòd de filiis cogitaſſet, quia tunc legata talia debentur ex teſtamento nullo ob præteritionem filij ignoranter factam. Menoch. *de arbitr. quæſtionib. d. caſu* 147. vbi etiam quòd quando hoc dicatur eſſe veriſimile, relinquitur arbitrio iudicis: ſequitur Gabriel. *pag.* 767. *num.* 13.

36 Limita II. diſpoſitionem dictæ Authent. *ex cauſa*, in vulgari ſubſtitutione, quæ non ſuſtinetur, ſi teſtamentum reddatur nullum ob præteritionem filij. Clarum. *de teſtament. quæſt.* 54. *verſic. ſecùs ergo*, &c.

37 Limita III. etiam in legatis factis ipſi filio præterito: quia talia legata non ſuſtinentur, quando per eius præteritionem redditur nullum teſtamentum. Clar. *de teſtam. quæſt.* 54. *verſ. præterea quæro*, &c.

38 Tu ſcias quòd per ingreſſum Religionis teſtamentum antea factum rumpitur, vt dicemus infrà *in quæſt.* 65. Nunquid iſto caſu legata, & cætera relicta debeantur ex hoc teſtamento rupto, vide infrà *in d. quæſt.* 65. *num.* 9.

39 Addendo aliqua iis, quæ ſuperiùs *in num.* 22.

& sequentib. tradita fuerunt in materia Authent. *ex causa, C. de liber. praterit.* Amplia dictam Authent. quòd videlicet legata, caeteráve relicta debentur ex testamento nullo, ob praeteritionem filij; in tantum quòd ipsa peteotur vti debita ex testamento, & non ab intestato, secundùm communem, de qua per Capram *conclus.* 111. *num.* 15.

40 Limita modò, eamdem Authent. tunc demum procedere, quando rupto testamento ob praeteritionem filij, vel exhaeredationem, habet locum successio ab intestato. Quòd si non habeat locum talis successio ab intestato, sed adsit putà aliud testamentum priùs conditum, tunc legata & relicta in hoc secundo testamento nullo, ob praeteritionem, nullatenus debentur, vt per Capram *d. concl.* 111. *num.* 13. *& sequentib.*

41 Aduerte in hac quaestione, quòd omnia superiùs tradita in materia legati, quando debeatur ex testamento minùs solemni, procedunt etiam in alia materia, videlicet legati, quando debeatur non adita haereditate, & è contra. Et reperio Doctores, praesertim Capram *in concl.* 111. *per totam*, aequiuocè super vtroque disputare, & terminos aliarum quaestionum simul confundere: ideo attingendo particulariùs hanc aliam materiam, videlicet legati, quando debeatur adita, vel non adita haereditate, facias regulam in hunc qui sequitur modum. Super qua materia praeter infrascripta, videas Capram *d. concl.* 111. *per totam.* Diaz *reg.* 411. Suarez *in addit ad Gomez. in tit. de legatis, num.* 11. *in lit. E.* vbi remissiuè.

42 Regula sit, quòd legata non adita haereditate non debentur. Capra *d. conclus.* 111. *num.* 3 *&* 4. Diaz *regul.* 411. *in princ.* est text. *in l si nemo, ff. de testam. tutel. in l si haereditas, eod. tit. in l.* 2. *§. adeò, ff. de vulgar. & pupill.* cum aliis, de quibus per Gomez *in tit. de legat. num.* 11. vbi quòd hoc procedit, siue legata debeantur ex testamento, siue in codicillis ab intestato, *l.* 2. *ff. de fideicommiss. liber.* vbi Atetio, Bart. Alberic. & communiter Doctores, teste Gomez *d. num.* 11. vbi etiam Suarez *in addit. lit Q.*

43 Limita hanc regulam pluribus modis. Et primò, quando legata relicta in testamento fuissent etiam repetita ab intestato: quia eo casu legata debentur etiam non adita haereditate, & sic à venientibus ab intestato. Capra *d. conclus.* 111. *num.* 5. *& seqq.* vbi testatur de communi, & etiam *num.* 41.

44 Limita II. qnando in testamento est apposita clausula: Si non valet iure testamenti, valeat iure cuiuslibet vltimae voluntatis; quia tunc legata similiter debentur etiam non adita haereditate. Capra *d. conclus.* 111. *num.* 6. *& seqq.*

45 Limita III. quando institutus in fraudem legatorum, omissa causa testamenti accepit haereditatem ab intestato. Tunc etiam non adita haereditate legata debentur. Capra *in praedicta concl.* 111. *num.* 11.

46 Limita IV. quando auferiur haereditas ab haerede scripto, vti ab indigno, & fisco applicatur: quia tunc legata debentur etiam non adita haereditate. Capra *d. conclus.* 111. *num.* 52. vbi etiam refert contrarium tenentes.

47 Limita V. quando testator prohibuit haeredi detractionem falcidiae: quia tunc etiam non adita haereditate legata debentur. Capra *d. concl.* 111. *num.* 58. Couar. *de testam. cap. Raynaldus*, §. 3. *num.* 11.

48 Limita VI. in legatis ad pias causas, quae etiam non adita haereditate, puta propter inualiditatem testamenti, adhuc debentur. Super cuius limitationis materia vide praeter infrascripta, Couarruuiam *de testament. cap. Raynaldus*, §. 3. *num.* 11. vbi distinguit plures casus. Diaz *regul.* 313. vbi declarat & limitat nonnullis modis remissiuè. Verùm, quia haec limitatio non transit sine aliqua difficultate: ideò pro eius resolutione facias infrascriptas conclusiones.

Prima sit conclusio, quòd quando in testamento, ex quo postea non aditur haereditas, est à testatore institutus aliquis suus haeres; tunc ratione suitatis etiam non adita haereditate legata ad pias causas sustinentur, & debentur. Turzan. *opin.* 40. vbi de communi. Nouell. *reg.* 65. *in* 3. *fallentia.* Couar. *de testam. pag.* 389. *col.* 2. *vers. tertius est casus.* & in hoc non inueni contradictorem. 49

Secunda sit conclusio, quòd si in testamento non est institutus aliquis suus haeres testatori, sed alius extraneus; tunc legata ad pias causas non adita haereditate non debentur, nec sustinentur. Turzan. *d. opinion.* 40. vbi de communi. Diaz *reg.* 313. vbi similiter de communi. Relati à Couarruuia *de testament. cap. Raynaldus*, §. 3 *num.* 11. vbi similiter vnanimes testantur de communi. 50

Contratiam opinionem, vti etiam communem, & practicam testatur & defendit Couarruuias *de testament. cap. Raynaldus*, §. 3. *num.* 11. vbi indubitanter asserit, quòd legata pia debentur non adita haereditate, etiam quòd non sit institutus suus haeres. Addo Capram *d. conclus.* 111. *num* 60. *& sequentib.* vbi de communi. Nouell. *reg.* 65. *in* 1. *fallentia.* Mathesil. *singul.* 161. Qui omnes simpliciter asserunt non adita haereditate legata pia deberi, nulla facta distinctione super suitate, vel non suitate haeredis instituti. 51

Tertia sit conclusio praesupposita hac secunda opinione, de qua in numero antecedenti, quòd legata pia debentur etiam quòd testamentum sit imperfectum ratione voluntatis: quia sufficit voluntatem repetiri perfectam quoad legatum solum. Capra *d. conclus.* 111. *num.* 65. Sed in contrarium videtur facere alia regula communis, de qua per eumdem Capram *in conclus.* 101. *num.* 13. *& sequentib.* Et nos diximus in alio Repertorio *in vltim. voluntat. versic. Testamentum imperfectum ratione voluntatis non valet, etiam quoad piam causam*, ideo considera. 52

Quarta sit conclusio, quòd legata pia nominatim iniuncta certo haeredi non debentur non adita haereditate ab illo certo, & nominatim specificato haerede. Capra *d. conclus.* 111. *num.* 63. 53

Limita VII. supradictam principalem conclusionem non procedere in legato alimentorum facto pauperi; quod debetur etiam non adita haereditate. Capra *d. conclus.* 111. *num.* 67. *& seqq.* 54

Limita VIII. nisi statutum, vel consuetudo esset in contrarium, disponens videlicet, legata deberi etiam non adita haereditate: quia erunt huiusmodi statuta seruanda. Capra *dicta conclusione* 111. *num.* 72. Videas etiam Nouell. *regul.* 65. *in* 2. *fallentia.* 55

Limita IX. in legatis relictis venientibus ab intestato, quae debentur etiam non adita haereditate. Nouell. *reg.* 65. *in princip.* 56

Limita X. in donationibus causa mortis. Nouell. *reg.* 65. *in* 5. *fallentia.* Capra *d. conclus.* 111. *num.* 75. 57

Quando autem debeantur legata repudiata haereditate, videas particulariter de hoc Nouell. *reg.* 69. & Couarruuiam *de testamentis, cap. Raynaldus*, §. 3. *num.* 9. *& sequentib.* 58

Legata an debeantur ex testamento vsurarij manifesti nullo, ob non praestitam cautionem, de qua 59

in

in cap. quanquam, de vſuris, in 6. vide infrà *in quæſt.74. num.82.& ſeqq.*

Qvæstio XLVI.

Alimentorum appellatione quæ veniant. Quid comprehendatur ſub legato alimentorum, præſertim in caſu vxoris relictæ à ſuo viro vſufructuariæ.

Svmmarivm.

1. *Alimentorum appellatione quænam veniant.*
2. *Dic quòd veniunt cibaria.*
3. *Item habitatio.*
4. *Quæ habitatio poteſt legatario mutari per hæredem.*
5. *Item veſtitus.*
6. *Item monilia.*
7. *Item expenſa Medicorum, & medicinæ.*
8. *Item lectus.*
9. *Item expenſa pro præceptoribus, & num.10.*
11. *An veniant expenſa pro famulis.*
12. *Legatum victus, & alimentorum idem ſunt.*
13. *Alimentorum appellatione in odioſis quidnam veniat*
14. *Tranſactio facta ſuper alimentis, ad quæ extendatur.*
15. *Vxori relicta vſufructuaria, &c. quænam alimenta præſtari debeant. Et quid veniat iſto caſu appellatione alimentorum, & num.16.17. & 18.*

1 Alimentorvm appellatione quænam veniant, habetur remiſſiuè per Rolandum *conſil.89. num.18. vol.3.*

2 Alimentorum appellatione, ſeu legatum alimentorum in primis continet cibaria. Tiricæ. *de teſtament. coniug. pag.176. num.1.* Roland. *conſil.22. num.2. & 7. volum.1.*

3 Alimentorum appellatione venit etiam habitatio. Tiricæ. *de teſtament. coniug pag.176. num.1.* Roland. *conſil.22. num.1.* Menoch. *de arbitrar. quæſtionib. caſu* 170. *num.* 27. *& ſequentibus pluribus, lib.2.*

4 In quo aduertas, quòd ſi hæres alimentario dederit vnam habitationem, poterit eam recipere, & aliam aſſignare, & ſic mutare illi habitationem. Rolandus *conſil.22. num.1. volum.1.*

5 Alimentorum appellatione venit etiam veſtitus. Tiricæ. *de teſtament. coniug. pag.176. num.1.* Roland. *d. conſil. 22. num. 4. & 5. vol.1.* Menoch. *de arbitrar. quæſtionib. caſu* 170. *num.* 27. *& ſequentibus pluribus, lib.2.*

6 Alimentorum appellatione veniunt etiam monilia. Tiricæ. *de teſtament. coniug. pag.176. num.1.*

7 Alimentorum appellatione veniunt etiam expenſæ medicinarum & Medicorum adueniente infirmitate. Rolandus *conſ.22. num.3. volum.1.* Menoch. *de arbitr. quæſtionib. vt ſuprà.*

8 Alimentorum appellatione venit etiam lectus. Roland. *conſil.22. num.6. vol.1.* Menoch. *de arbitrarijs quæſtionibus, caſu* 170. *num.27. & ſeqq. lib.2.*

9 Alimentorum appellatione veniunt etiam expenſæ pro præceptoribus & Magiſtris, quando puta alimenta ſunt relicta pupillis. Roland. *d. conſil.22. num.8. vol.1.* Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 170. *num.* 27. *& ſeqq. lib.2.*

Sed contrarium videtur dicere Grat. *in reſponſ.87.* 10 *num.17. & ſequenti. lib.2.*

Alimentorum appellatione non veniunt ſalaria 11 & alimenta famuli. Grat. *d. reſp.87. num.14. & ſeqq. lib.2.* vbi de materia.

Alimentorum legatum, & legatum victus æqui- 12 parantur, ſecundùm Rolandum *in conſil.22. num.7. volum.1.*

Aduerte ad ſupradicta, quòd licèt appellatione 13 alimentorum veniant nedum cibaria, ſed etiam veſtitus, lectus, habitatio, & cætera ſuprà narrata, debet hoc intelligi in fauorabilibus ipſi alimentario: puta quando ei debentur alimenta vel ex legato, vel ex contractu. Quòd ſi ſimus in ipſis odioſis, tunc alimentorum appellatione non veniunt, niſi cibaria. Ita Menochius *de arbitr. quæſt. caſu* 170. *num.17. & ſequentib lib.2.*

Et hinc eſt, quòd tranſactio facta ſuper alimentis, 14 non extenditur ad veſtitum, habitationem, lectum & alia ſuperiùs deſcripta, ſed tantùm ad cibaria, vt per eumdem Menochium *d. caſu* 170. *num.17. & ſeqq. lib.2.*

Præterea tu ſcis, quòd quando vxor eſt relicta à 15 ſuo viro vſufructuaria omnium bonorum, ſecundùm conſuetudinem Bulgari, & ſecundùm ea, quæ latè ſuprà deduximus *in quæſt.7.* non conſequitur niſi alimenta tantùm. Quæro igitur, quid debeat iſto caſu vxor habere pro alimentis: & ſic in hoc articulo quid veniat appellatione alimentorum. Tu videas ſuper hoc.

Et particulariter ſcias, quòd vxori relictæ vſufru- 16 ctuariæ, &c. nedum debentur cibaria, verùm etiam & veſtitus. Tiricæ. *de teſtament. coniug. pag.176. num.1. & 2.* Æmilianus *conſil.10. num.5.* & faciunt quæ ſuperiùs dicta ſunt *in num.5.*

Sed iſte veſtitus, qui debetur vxori relictæ vſu- 17 fructuariæ, &c. an debeat eſſe ſumptuoſus & pretioſus, ſicut vxor portare ſolebat viuente ſuo viro; an verò debeat eſſe humilis iuxta qualitatem vidualis conditionis. Dic quòd non debet eſſe ita pretioſus; ſed ſufficit, quòd ſit decens viduarum qualitati. Tiricæ. *de teſtament. coniug. pag.176. numer.2.*

Vxori relictæ vſufructuariæ, &c. an debeantur 18 ſalaria, & alimenta pro ancilla? Et quid ſi teſtator non erat ſolitus pro ſua vxore particulariter tenere ancillam, & de materia, habetur per Grat. *reſp.87. num.14. & ſeqq. volum.2.*

Qvæstio XLVII.

Alimenta alicui relicta vbi debeant præſtari: & de materia.

Svmmarivm.

1. *Alimenta vbi præſtari debeant.*
2. *Regula eſt, quòd debent præſtari in domo hæredis.*
3. *Limita quando legatarius non poteſt cum commoditate ibi morari.*
4. *Niſi forſitan iſta cauſa incommoditatis proueniat culpa legatarij.*
5. *Limita, quando legatarius non poteſt cum honeſtate morari.*
6. *Limita quando hæres eſt nimis ſæuus.*
7. *Limita quando eſt orta lis inter hæredem & legatarium, ſeu aliqua inter eos nata eſt inimicitia.*

8. *Limita quando hæredes diuiserint habitationem.*

9. *Limita quando legata relinquuntur absque eo quod dicatur, si cum hæredibus habitauerit.*

10. *Limita quando legatarius habet vxorem & filios.*

11. *Limita quando tempore alimentorum legatorum erat separata domus legatarij à domo hæredis.*

12. *Limita quando hæres nollet cum legatario habitare.*

13. *Causa, quibus legatarius non vult cum hærede habitare, debent per ipsum sufficienter probari.*

14. *Quid in legato alimentorum facto nouercæ hæredis instituti.*

15. *Quid in alimentis præstandis vxori viduæ infra annum luctus.*

1 AD decisiooem huius quæstionis videas præter infrascripta Bero. *quæst.* 11. Aretin. *de testament.* Gloss. *item reliquit F. mulieri, pag.* 24. *à tergo.* Brun. *de cess. bonorum, quæst.* 28. Paris. *consil.* 74. *num.* 73. *volum.* 3. Tiricæ. *de testament. coniug. pag.* 177. *num.* 4. Roland. *consil.* 22. *num.* 9. *& sequentib. volum.* 1. *& consil.* 89. *num.* 10. *& sequentibus omnibus, volum.* 3. Surdus *in tract. de alimentis titul.* 3. *quæst.* 13.

2 Regula sit, quòd alimenta debent præstari in domo grauati, & sic hæredis. Socinus iunior *consil.* 134. *num.* 10. *&* 12. *volum.* 1. Tiricæ. *de testament. coniug. pag.* 177. *& sequentibus.* Roland. *consil.* 22. *num.* 9. *& sequent. volum.* 1. Menoch. *de arbitr. quæstionib. casu* 168. *num.* 12. *& casu* 170. *num.* 9. *lib.* 2. Surdus *vbi suprà num.* 1.

3 Limita istam regulam pluribus modis. Et primò generaliter illam non procedere vbi alimentarius non posset aliqua iusta de causa commodè cum hærede morari, tunc enim poterunt ista alimenta peti extra illius domum. Æmilianus *consil.* 3. *num.* 2. Tiricæ. *de testament. coniug. pag.* 177. *& sequentibus. num.* 4. Roland. *consil.* 22. *num.* 11. *volum.* 1. *& consil.* 89. *num.* 14. *volum.* 3. faciunt dicta infrà *num.* 5. Ancharan. *quæst.* 1. *num.* 23. *part.* 2. & isto casu, quòd quis non posset cum alio habitare, non probatur ex eo, quòd testes deponant in ipsa domo fieri altercationes, & contentiones; nisi etiam dicant, quòd propter illas contentiones insimul stare in eadem domo noo possunt, vt per Mascardum *conclus.* 467. *num.* 24.

4 Sublimita, hanc limitationem non procedere, quando ista causa incommoditatis procederet ex defectu & culpa ipsius alimentarij: quia tunc talis ipsius culpa non debet hæredi nocere, & per consequens non tenetur alimenta extra domum præstare. Rolandus *dicto consil.* 89. *numer.* 12. *volum.* 3.

5 Limita secundò, qnando alimentarius non posset cum honestate morari in domo hæredis, puta si esset mulier & iuuenis, & in eius domo morarentur alij iuuenes, puta luxuriosi: tunc enim extra eius domum alimenta præstantur. Menoch. *de arbitrar. quæstionib. casu* 170. *num.* 12. Grat. *consil.* 87. *part.* 2. vbi de materia. Roland. *consil.* 22. *num.* 10. *volum.* 1. *& consil.* 89. *num.* 14. *volum.* 3. Adde Brun. *de cession. bonor. quæst.* 28. Aretin. *de testament.* Gloss. *item reliquit F. mulieri, pag.* 24. *à tergo.* Paris. *consil.* 74. *num.* 75. *volum.* 3. Tiricæ. *de testament. coniug. pag.* 177. *& sequentibus, num.* 4. Ancharan. *quæst.* 1. *num.* 24. *part.* 2.

6 Limita III. & illatiuè, quando alimentarius ob nimiam sæuitiam hæredis, & eius malos mores non posset cum ipso morari. Menoch. *de arbitrar. quæstionib. d. casu* 170. *num.* 14. Anchar. *quæst.* 1. *num.* 22. *part.* 2.

7 Limita IV. & similiter illatiuè, quando inter hæredem & alimentarium esset orta lis, seu inimicitia: quia tunc poterunt peti alimenta extra domum ipsius hæredis. Menoch. *de arbitr. quæstionib. casu* 170. *num.* 16. Roland. *consil.* 22. *num.* 12. *vol.* 1. vide etiam ad hoc Anchar. *quæst.* 1. *num.* 23. *part.* 2.

8 Limita V. quando hæredes grauati præstare alimenta hæreditatem inter se diuiserint, & communem habitationem separauerint: tunc enim poterunt alimenta peti extra domum hæredum. Menoch. *de arbitr. quæst. d. casu* 170. *num.* 16. Sed omninò in hac limitatione vide Rolandum *consil.* 22. *num.* 14. *& seqq. volum.* 1. *& consil.* 89. *num.* 19. *& omnibus sequentibus, volum.* 4. Tiricæ. *de testament. coniug. pag.* 178. *versic. nihilominus*, &c. vbi loquitur de vxore relicta à viro suo vsufructuaria, si cum filiis habitauerit, &c. *decision. Perusin.* 91. *num.* 29. vbi quòd sufficit, quòd habitet in domo vnius ex hæredibus.

9 Limita VI. qoando alimenta fuerint relicta absque eo, quòd dicat, si cum filiis vel hæredibus habitauerit: quia tunc ex præsumpta mente testatoris alimenta peti poterunt extra domum hæredis, &c. Menoch. *de arbitrar. quæstionib. d. casu* 170. *num.* 19. *lib.* 2.

10 Limita VII. quando alimentarius haberet vxorem & filios: quia tunc non præsumitur, quòd testator voluerit illum ab vxore & filiis separare. Roland. *consil.* 22. *num.* 13. *volum.* 1. & Menoch. *de arbitrar. quæstionibus dicto casu* 170. *numer.* 19. *lib.* 2.

11 Limita VIII. qnando tempore alimentorum relictorum erat separata habitatio hæredis ab habitatione alimentarij: quia tunc ex præsompta mente testatoris poterunt alimenta peti extra domum testatoris & hæredis. Menochius *d. casu* 170. *dicto num.* 29.

12 Limita IX. prædictam regulam procedere, quando hæres vellet cum legatario habitare: quòd si hæres nollet cum eo habitare, tunc poterunt etiam alimenta peti extra illius domum. Tiricæ. *de testament. coniug. pag.* 178. *versic. nihilominus*, &c. vbi loquitur de vxore relicta vsufructuaria, &c. cum qua & eius filij nolunt habitare.

13 Sed aduerte ad omnes supradictas limitationes, quòd quando alimentarius vult petere alimenta extra domum hæredis, ex aliqua ex supradictis causis, debet illam causam sufficienter probare. Ita traditur per Rolandum *consil.* 22. *num.* 17. *& sequenti, volum.* 1. Tiricæ. *de testament. coniug. pag.* 177. *& sequentibus, num.* 4. Menochius *de arbitrariis quæstionib. casu* 170. *num.* 23. Gratus *respons.* 87. *part.* 2.

14 Limita X. in legato alimentorum facto nouercæ hæredis instituti: quia talis nouerca non cogitur habitare cum suo priuigno. Anchar. *quæst.* 1. *num.* 27. *& seq part.* 2.

15 Limita XI. in alimentis præstandis vxori viduæ infra annum luctus per hæredes mariti, quæ possuot peti extra domum ipsorum hæredum, de quo dixi *in Repertorio Contractuum quæst.* 34. vbi vide.

QVÆST.

QVÆSTIO XLVIII.

Alimenta debita, ſeu relicta, quomodo moderari, taxarique debeant; & de materia, præſertim in vxore relicta vſufructuaria.

SVMMARIVM.

1. *Legata alimenta taxantur ſecundùm qualitatem perſonæ legantis, & legatarij.*
2. *Item habito reſpectu ad bona, de quibus potuit liberè teſtari.*
3. *& ideò non habetur ratio bonorum emphyteoticum, feudalium, ſeu fideicommiſſariorum.*
4. *Alimenta præſtantur deducta legitima, & ære alieno.*
5. *Alimenta relicta vxori quomodo taxanda ſunt.*
6. *Maximè ſi vltra alimenta relinquatur etiam dos.*
7. *Vxori relicta vſufructuaria, &c. alimenta quomodo ſint taxanda, & num. 8. 9. & 10.*



1 ALIMENTORVM legatorum taxatio fieri debet ſecundùm qualitatem perſonæ, cui legantur, & à qua legantur. Romanus *ſingul.* 538. Pariſ. *conſ.* 98. *num.* 30. *volum.* 2. Tiricæ. *de teſtament. coniug. pag.* 176. *num.* 1. Faciunt dicta infrà *num.* 9.

2 Alimentorum taxatio fieri debet non habito reſpectu ad omnia bona teſtatoris, ſed tantùm ad ea, de quibus liberè teſtari poterat. Pariſ. *conſil.* 98. *numer.* 28. *volum.* 2. Tiricæ. *de teſtament. coniug. pag.* 176. *num.* 1.

3 Et ideò in taxatione dictorum alimentorum non debet haberi reſpectus ad fructus qui percipiuntur de bonis emphyteoticis. *Deciſ. Bononien.* 89. *num.* 6. Pariſ. *conſil.* 98. *num.* 27. *volum.* 2. vbi idem aſſerit de bonis feudalibus, & fideicommiſſariis. vide infrà *verſ. alimenta, num.* 9.

4 Alimentorum taxatio fieri debet habito reſpectu ad bona teſtatoris, deducto tamen ære alieno & legitima. *Deciſ. Bononien.* 89. *num.* 6. Rolandus *conſil.* 22. *num.* 19. *& ſeqq. volum.* 1.

5 Alimenta relicta vxori ad quam rationem, & quomodo præſtari debeant, habetur per Tiricæ. *de teſtament. coniug pag.* 176. *num.* 1.

6 In quo aduertas, quòd quando vxori vltra alimenta legatur dos, tunc eorum moderatio fit tantùm habito reſpectu ad æſtimationem dotis, & non ad omnes facultates patrimonij teſtatoris. Roman. *ſingul.* 538. Pariſ. *conſil.* 98. *num.* 28. *volum.* 2. Tiricæ. *de teſtament. coniug. pag.* 176. *num.* 1.

7 Vxori autem à viro relictæ vſufructuariæ cui ſecundùm conſuetudinem Bulgari debentur tantùm alimenta, quomodo iſtorum alimentorum taxatio, & moderatio fieri debeat, habetur per Tiricæ. *de teſtament. coniug. pag.* 176. *num.* 1.

8 Particulariter autem ſcias, quòd vxori relictæ vſufructuariæ, &c. alimenta debent præſtari arbitrio boni viri. Æmilian. *conſ.* 139. *num.* 6.

9 Item vxori relictæ vſufructuariæ, &c. alimenta præſtantur iuxta qualitatem ipſius vxoris, etiam vltra vires dotis. Æmilian. *conſil.* 3. *num.* 5. & 6. vide ſuprà *in num.* 1.

10 Item vxori relictæ vſufructuariæ, &c. præſtantur alimenta non ſecundùm quantitatem patrimonij, ſed ſecundùm quantitatem reddituum. Brun. *de*

Farinacij Repert. de Vltimis voluntatib.

ceſſion. bonor. quæſt 28. *num.* 2. & 3. *pag.* 171. Æmilian. *conſil.* 146. *num.* 14. & 15.

QVÆSTIO XLIX.

Legitima in qua re ſit ſoluenda filios & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Legitima in qua re ſit filio ſoluenda.*
2. *Dic quòd filius non poteſt eligere rem ad ſui libitum pro ſua legitima.*
3. *Sed & erit aſſignanda arbitrio iudicis.*
4. *Legitima non debet ſolui de ſingulis rebus hæreditariis.*
5. *Legitima eſt filio aſſignanda in re arbitrio boni viri.*
7. *Legitima an poſſit filio aſſignari in rebus legatis, & num. 8.*
A iudicis aſſignatione ſi quis ſe læſum dicit, poteſt appellare. num. 6.
Legitima an detrahatur in rebus fideicommiſſariis, & c. d. num. 7.
9. *Praxis qua poteſt vti Iudex in aſſignanda legitima.*
10. *Filius inſtitutus & grauatus, an poſſit pro legitima vnam rem ſibi eligere.*
11. *Legitima an ſolui poſſit in pecunia.*
12. *Legitima an poſſit aſſignari in fructibus.*
13. *Hæres non poteſt filio aſſignare pro legitima rem, quam voluerit.*
14. *Fœminis excluſis à ſtatuto in qua re ſit conſtituenda dos.*
15. *Legitima poteſt à patre filiis in vna re relinqui, & num. 16. vbi limitatur, &c.*
17. *Inuentarium facit, vt legitimam filius detrahat in vna re.*



LEGITIMA in qua re ſolui debeat fi- 1
lio, videas generaliter de materia per Rolandum *conſil.* 78. *num.* 16. & *ſequentib. colum.* 1. Menoch. *de arbitr. quæſtion. caſu* 153 *per totum.*

Dic quòd filius non poteſt ſibi vnam rem pro ſua 2
legitima ad ſui libitum eligere. Rolandus *conſil.* 12. *num.* 3. *volum.* 1. & *conſil.* 78. *num.* 16. & *ſeqq. eodem volum.* 1. & eſt communis, vt per Menochium *de arbitrar. quæſt. caſu* 163. *num.* 16. & *ſeqq. lib.* 2. licèt aliqui *ibi* per eum relati *num.* 17. & *ſequentib.* contrarium tenuerint.

Sed ei iudicis arbitrio dicta legitima erit aſſig- 3
nanda. Roland. *d. conſil.* 78. *num.* 16. *volum* 1. cum aliis relatis per Menochium *de arbitr. quæſt. caſu* 163. *numer.* 21. *lib.* 2. *deciſ. Lucen.* 28. *num.* 39. *part.* 1. Put. *in deciſ.* 420. *lib.* 1. vbi quòd legitima detrahitur de rebus & bonis, vna vel pluribus, prout & quemadmodum vir bonus arbitrabitur.

Qui quidem iudex conſideret, quòd licèt legiti- 4
ma filiis debeatur de ſingulis rebus hæreditariis, ad textum *in l. omni modo. C. de inoffícioſ. teſtament.* tamen non debebit de ſingulis rebus filio legitimam aſſignare. Roland. *conſil.* 75. *num.* 16. *volum.* 1. Menoch. *d. caſu* 163. *num.* 22. *lib.* 2. *deciſ. Lucen.* 28. *num.* 37. & *ſeqq. part.* 1.

Sed poterit iudex modò vnam, modò plures res 5
filiis pro legitima aſſignare, prout qualitas rerum &

negotij summa semper æquitate expostulabit. In summáque suum arbitrium iudex isto casu regulabit arbitrio cuiuslibet boni viri, vt per Cephal. *consil.* 42. *num.* 7. *volum.* 1. Rolandus *consil.* 78. *num.* 16. *volum.* 1. *decis. Lucen.* 28. *num* 39. *part.* 1.

6 Quòd si iudex in ista assignatione rerum pro legitima aliquam partem læserit, sciat partem ipsam læsam posse ab eius sententia & arbitrio appellare, vt per Menoch. *d. casu* 163. *num.* 32. *& seq. lib.* 2.

7 Aduertat etiam iudex, quòd non potest assignare pro legitima filio rem alteri legatam, nec ex dictis legatis aliquid detrahere pro legitima filij. Roland. *consil.* 12. *num.* 1. *& sequenti, vol.* 1. *& consil.* 65. *num.* 31. *& seqq. eodem volum.* Menoch. *d. casu* 163. *num.* 20. *decis. Lucen.* 28. *num.* 13. *part.* 1. vbi de communi. Et idem dicit de rebus prohibitis alienari, seu fideicommissariis, *ibi num.* 33-34. *&* 67.

8 Quod limita non procedere, quando res legatæ essent pretiosiores aliis rebus hæreditariis: quia tunc iudex poterit etiam ex illis filio legitimam assignare, vt per Rolandum *d. consil.* 12. *num.* 2. *& consil.* 65. *num* 31. *& seqq. volum.* 1. Si enim aliæ res non legatæ essent deteriores, tunc legitima debet detrahi de rebus legatis, vt *in decis. Lucen.* 18. *num.* 35. *part.* 1.

9 Videas tamen in hac materia Menoch. *dict. casu* 163. *num.* 33. *lib.* 2. vbi tradit optimam praxim, qua iudex vti potest, vbicunque oritur aliqua controuersia inter filium & hæredem super assignatione legitimæ: hoc modo, videlicet, quòd iubeat iudex hæredem facere partes ex tota hæreditate, deindeque electionem filio det, vt vnam earum eligat: vel è contra iubeat filium facere partes, & hæredem eligere. Quòd si nemo eorum partes facere velit, sorte dirimat, quis illas faciat, & ita magis tutè procedet, & à tali assignatione, seu electione hoc modo facta, nemo poterit dicere se læsum, nec reclamare, vt *ibi* per eum.

10 An autem filius institutus, & grauatus restituere possit pro sua legitima capere quam rem voluerit, & de ea ad sui libitum disponere, faciunt dicta suprà *in quæst.* 2. *num.* 19. videas Rolandum *consil.* 78. *num.* 16. *& sequentib. volum.* 1. Menoch. *de recuper. possess. pag.* 143. *num.* 216. *&* 217 *& arbitrarijs quæstionib. casu* 63. *num.* 19. *& num.* 22.

11 Legitima an possit filio inuito solui in pecunia, maximè si à patre ita dispositum fuerit in testamento, & de materia, videas per Menochium *de arbitr. quæst. d. casu* 163. *num.* 2. *& seqq. vsque ad num.* 13. *& num.* 27. *vsque ad num.* 31. Cephal. *cons.* 6. 7. *&* 8. *volum.* 1. vbi de supplemento legitimæ, an possit filio in pecunia assignari. Viui. *pag.* 88 *à tergo, verb. filij debent*, &c. Roland. *consil.* 39. *num.* 14. *volum.* 3. vbi loquitur de legitima parentum.

12 Legitima an possit per iudicem filio assignari in fructibus, & de materia, videas per Menochium *dict. casu* 163. *num.* 31.

13 Adde in materia, quòd sicut filius pro sua legitima non potest sibi eligere quam rem voluerit: ita nec hæres poterit filio assignare rem ad sui beneplacitum. Menochius *d. casu* 163. *num.* 24.

14 Sed quid si filiæ dotatæ excluduntur à statutis propter masculos, an tunc dos ipsis à fratribus dotantibus constituenda possit assignari in qua re voluerint ipsi fratres, videas distinguentem eumdem Menochium *d. casu* 163. *num.* 25. *& seq. lib.* 2.

15 Adde etiam in materia, quòd si pater in vna re filio legitimam relinquat, tunc filius illam tenetur capere, nec aliam potest petere. Menoch. *de arbitr. quæstionib. d. casu* 163. *num.* 1 *lib.* 1.

16 Quod limita, nisi res per patrem filio relicta pro legitima esset minoris valoris, quàm legitima, vel haberet aliquod onus annexum: quia tunc filius non potest cogi illam capere. Sed an isto casu possit petere aliam rem, an verò supplementum, videas per eumdem Menochium *dicto casu* 163. *num.* 13. *& seq. lib.* 2.

17 Aduerte insuper, quòd filius hæres patris cum inuentario poterit suam legitimam retinere, & deducere in vna re, quæ sibi magis placeat, licèt secus esset, si inuentarium non confecisset. Monticul. *in tract. de inuentar. pag.* 67. *num.* 15. vbi tamen videtur hoc limitare, vt non procedat reclamantibus legatariis, & creditoribus hæreditariis.

QVÆSTIO L.

Quomodo probetur quem esse alteri priximiorem.

SVMMARIVM.

1. *Proximiorem se quis probat eo ipso quòd probat se proximum.*
2. *Limita quando agitur contra possidentem.*
3. *Limita vt saltim probari debeat aliquis gradus proximitatis.*
4. *Maximè quando sumus in casu, in quo proximi non admittuntur, nisi intra certum gradum.*
5. *Limita quando est controuersia inter duos consanguineos.*



1 QVIA sæpissimè in vltimarum voluntatum quæstionibus dubitari, & controuerti contingit de proposita quæstione; ideo facias regulam, quòd proximiorem se esse probatur, eo ipso quòd quis probat se proximum, & allegat neminem esse eo proximiorem. Si enim isto casu alius prætendat se proximiorem, probare tenebitur, ita traditur per Tiraquellum *de retract. pag.* 500. *num.* 6. *& sequentib.* vbi etiam refert contrarium tenentes. Imol. *conclus.* 34. *lib.* 5. *pag.* 1015. seu potiùs Gabriel. *pag.* 16. *num.* 23. *vers. contrarium*, &c. vbi etiam referuntur contradicentes. Cephal. *consil.* 90. *num.* 26. *& consil.* 133. *num.* 53. *& seqq. volum.* 1. vbi de magis communi: sicut & de magis communi post contrariorum relationem testatur Couar. *variar. resolut. pag.* 457. *num.* 6. Adde Neuizan. *cons.* 10. *num* 9.

2 Limita hanc regulam pluribus modis: & primò, quando ageretur contra aliquem, qui esset in possessione, quia tunc non sufficit probare se proximum, nisi etiam se proximiorem esse probetur. Imol. *conclus.* 34. *lib.* 5. *pag.* 1025. seu potiùs Gabriel. *pag.* 16. *num.* 23.

3 Limita II. vt licèt sufficiat probare se proximum: tamen ista proximitas debet saltim esse probata in aliquo gradu, alioquin non reuelet. Imol. *dict. conclus.* 34. *lib.* 5. *pag.* 1025. seu potiùs Gabriel. *pag.* 16. *num.* 24. Couar. *variar. resolut. pag.* 457. *num.* 6. *in fine*. Neuizan. *consil.* 10. *num.* 9. Tiraq. *de retract. pag.* 501. *num.* 9. Rolandus *consil.* 32. *num.* 24. *& sequentib. volum.* 3.

4 Limita III. & illatiuè, quando essemus in casu, in quo non admitterentur, nisi proximiores vsque ad certum gradum, puta quintum, vel sextum, & tunc non sufficit probare se proximum, nisi etiam

probetur

probetur proximitas intra illum gradum requisitum. Rolaodus *consil.* 32. *num.* 20. *& seqq. & num.* 24. *volum.* 3. *& consil.* 10. *num.* 25. *& seqq. eod. vol.* 3.

5 Limita IV. quando esset controuersia inter duos consanguineos; quia tunc non sufficit probare se proximum, nisi specificè etiam probetur se esse proximiorem. Tiraquell. *de retract. pag.* 500. *num.* 5. Placa *cap.* 39. *pag.* 663. *& seq.* Roland. *consil.* 32. *num.* 24. *volum.* 3. Lambert. *de contract. gloss.* 11. *num.* 51.

QVÆSTIO LI.

Filiusfamilias quando possit testari, & de quibus bonis. Item quando possit causa mortis donare.

SVMMARIVM.

1. *Filiusfamilias testari non potest.*
2. *Amplia etiam accedente patris consensu.*
3. *Amplia etiam in peculio aduentitio spectante pleno iure ad filium.*
4. *Amplia etiam in filia testante de bonis maternis, ac dote.*
5. *Amplia etiam patre existente captiuo apud hostes, sed reuerso.*
6. *Amplia vt nec possit codicillari.*
7. *Amplia, vt nec possit legare.*
8. *Sed an tale legatum valeat in vim donationis causa mortis propter clausulam codicillarem, & seqq. vsque ad* 15.

15. *Limita in peculio castrensi, vel quasi, & num.* 41.
16. *Limita in testamento ad pias causas, & seqq. vsque ad* 20.
20. *Limita in bonis donatis à Principe, vel Augusta.*
21. *Limita quando in contrarium adest statutum, & num.* 38.
22. *Limita in filio emancipato.*
23. *Limita in Clerico filiofamilias, & num.* 24. *&* 25.
26. *Limita in bonis acquisitis ex transitu patris ad secunda vota.*
27. *Limita in filio, cuius pater est ingressus monasterium.*
28. *Limita in filio bannito, & quid de filio deportato, ibid.*
29. *Limita in filiis presbyterorum.*
30. *Filiusfamilias non potest donare causa mortis, nisi cum consensu patris.*
31. *Qui consensus requiritur ad integrandam personam filii, & num.* 37.
32. *Sed quid de bonis aduentitiis, in quibus pater non habet vsumfructum.*
33. *& an talis consensus sufficiat tacitus.*
34. *Quid in filiofamilias donante patri, & seq.*
36. *Donatio hac causa mortis facta cum consensu patris, quomodo morte confirmetur: & quomodo pœnitentia reuocetur.*
37. *& an patris consensus sufficiat post donationem.*
39. *Filiusfamilias testari non potest, etiam quòd reputetur sui iuris.*
40. *Idem etiam quòd tempore mortis sit effectus sui iuris.*
42. *& an de bonis feudalibus testari possit.*

1 EGVLA sit, quòd filiusfamilias testari non potest, *l. qui in potestate, ff. de testamentis.* quæ regula ab omnibus infrà allegandis, nemine discrepante recepta est, *l. filiusfamilias, ff. de testament.* cum aliis per Iosephum Ludouicum *in communib. opinionib. conclus.* 61. *in princip.* vbi de communi.

Amplia istam regulam pluribus modis. Et primò, quòd nec etiam testari potest cum consensu patris. *d. l. qui in potestate.* Filius enim testari prohibetur non ratione interesse & præiudicij paterni solùm: sed quia eius persona à lege non reputatur legitima ad testandum. Clar. *de testament. quæst.* 18. *in princip. & in vers. sequenti.* Capra *conclus.* 101. *num.* 60. *& seq.* Socinus *regul.* 154. Viui. *pag.* 79. Couar. *de testament. pag.* 243. *num.* 28. Alexander *consil* 93. *num.* 1. *& sequent.* Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 61. in prima ampliatione. 2

Amplia II. etiam in peculio aduentitio pleno iure ad filium spectante, & in quo pater nec habet vsumfructum, adhuc enim de eo filius testari non poterit, etiam cum consensu patris. Socin. *regul.* 154. *in vltim. fallent.* Alexander *consil.* 46. *num.* 2. Couar. *de testament. pag.* 233. *num.* 9. *&* 243. *num.* 18 Villalobos *lit. F. num.* 86. Viui. *pag* 79. Clar. *de testament. quæst.* 18. *versic. versic. vera igitur*, &c. vide etiam Alexandr. *consil.* 93. *num.* 2. *& sequenti.* Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 61. *in* 2. *& in* 4. *ampliat.* vbi quòd filiusfamilias non potest testari neque de profectitiis, neque de aduentitiis, etiam iis, quibus patri non quæritur vsusfructus. 3

Amplia III. & in filia volente testari de bonis maternis, seu de dote habita ab extraneis, & sic de dote aduentitia. Villalobos *lit. F. num.* 85. Viuius *pag.* 79. *à tergo.* Clarus *de testament. quæst.* 18. *vers. secundò adde*, &c. De dote vide Ioseph. *d. conclus.* 61. *in* 5. *&* 6. *ampliat.* 4

Amplia IV. etiam in filio testante patre existente captiuo apud hostes: quia si postea reuertitur, testamentum factum per filium penitus nullum redditur, ac si à principio pater non fuisset captiuus. Clar. *de testam. quæst.* 18. *vers. sed pone quòd pater.* 5

Amplia V. vt nedum testari, verùm etiam codicillari prohibeatur. Alexander *consil* 46. *num* 2. vide Capram *conclus.* 102. *num.* 56. & ea, quæ per Doctores traduntur in ea quæstione, videlicet, an prohibitus testari censeatur etiam prohibitus codicillari. Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 61. *in* 7. *ampliat.* 6

Amplia VI. vt nedum etiam possit legare. Alexander *consil.* 46. *num.* 2. Viui. *pag.* 50. *à tergo.* 7

Amplia VII. vt nec tale legatum factum à filiofamilias in testamento sustineatur vigore clausulæ codicillaris in vim donationis causa mortis. Couar. *de testament. pag.* 234. *num.* 10. Clarus *de donationib. quæst.* 6. *versic. sed quæro, Tu scis.* 8

Limita hanc ampliationem duobus modis. Primò, nisi ille cui fit legatum, esset præsens: quia tunc tale legatum valet in vim donationis causa mortis, etiam quòd tacuerit, & non expressè acceptauerit. Clarus *de donat. quæst.* 6. *vers. sed quæro, Tu scis, & sequenti.* Couar. *de testament. pag.* 234. *num.* 10. *in fine*, in quo videas Alexandrum *consil.* 93. *num.* 4. vbi ait, quòd isto casu præsentia cum taciturnitate non sufficit. 9

Limita II. hanc septimam ampliationem similiter non procedere, quando in tali legato interuenisset vnus, qui nomine absentis illud acceptaret, & reciperet: vel quando interuenisset nuncius, vel epistola. Istis enim casibus vigore clausulæ codicillaris legatum à filiofamilias factum, valebit in vim donationis causa mortis, vt per Clarum *de donationib. dicta quæst.* 6. *dicto versic. sed quæro, Tu scis, & sequent.* 10

11 Sublimita I. has duas limitationes procedere in primis!, dummodo in tali testamento interueniat consensus patris, & non aliàs, per ea, quæ dicentur infrà *num.* 1.

12 Sublimita II. illas procedere, quando fuerit dicta clausula codicillaris concepta expressè faciendo mentionem de donatione causa mortis, puta si non valet, vel valebit iure testamenti, valeat in vim codicillorum, seu donationis causa mortis. Quòd si simpliciter & generaliter fuerit dictum, si non valet, aut valebit iure testamenti, valeat iure codicillorum, seu alterius cuiuslibet vltimæ voluntatis, tunc secus erit; quia tale legatum non potest valere in vim donationis causa mortis, cùm illa non veniat appellatione vltimæ voluntatis. Ita dixit Couar. *de testam. pag.* 234 *num.* 10.

13 Sed contra Couarruuiam tenet Clarus *de donat. quæst.* 6. *vers. finali.*

14 In quo aduertas, quòd etiam quòd non fuerit in clausula codicillari facta mentio expressa de donatione causa mortis, sed dictum sit hoc modo. Si non valet, &c iure testamenti, valeat iure codicillorum, seu cuiuslibet alterius voluntatis, & dispositionis. Tunc propter illud verbum *dispositionis*, sustinebitur istud legatum factum à filiofamilias in casibus, de quibus supra *num.* 9. *&* 10. etiam in vim donationis causa mortis. Couarruuias *de testamentis, d. pag.* 234. *num.* 10.

15 Limita modò principalem regulam suprà positam *in num.* 1. quòd videlicet filiusfamilias regulariter testari non possit, pluribus modis. Et primò, illam non procedere in peculio castrensi, vel quasi, de quibus filius ad sui libitum etiam fine patris consensu testari potest. *l. finali, C. de inoffic. testament.* Mathes. *singul.* 19. videlicet *in addit. pag.* 239. *colum.* 2. Socin. *reg.* 154. *in vltim. fallent.* Viui. *pag.* 80. Capra *conclus.* 102. *num.* 54. *&* 64. Clarus *de testam. quæst.* 18. *versic. scias tamen, & sequenti.* Quid si filiusfamilias in eodem testamento fuerit testatus cum peculio castrensi, vel quasi, etiam de aliis bonis, vide infrà *num.* 41.

16 Limita II. in testamento ad pias causas, secundùm magis communem opinionem, de qua per Clarum *de testament. quæst.* 5. *vers. sed nunquid filiusfamilias, & seq.* vbi latè ponit materiam huius limitationis tam in legato ad pias causas, quàm in legato pro anima, & tam de iure ciuili, quam de iure Canonico. Socin. *reg* 154 *in* 1 *& penult fallent.* Villalobos *lit. F. num.* 87. Viui. *pag.* 79. *à tergo.* Couar. *de testament. pag.* 243. *num.* 28. Latè hanc limitationem disputat & defendit Tiraquell. *de priuileg. pia causa, priuileg.* 78. *per totum*, in cuius principio asserere videtur eam procedere solummodo in foro Ecclesiastico.

17 Amplia, hane limitationem procedere etiam in bonis aduentitiis, in quibus pater habet vsumfructum: nam in iis testamentum factum ad pias causas etiam validum est. Clarus *de testamentis, quæst.* 5. *versi.. quæ quidem*, &c.

18 Amplia II. hanc eamdem limitationem procedere etiam in bonis profectitiis, de quibus filiusfamilias, accedente tamen consensu patris (ptovt *in num. sequenti*, dicitur) ad pias causas testari poterit. Capra *conclus.* 102. *num.* 76. *& seqq.*

19 Sublimita hanc limitationem, interueniente tamen consensu patris in huiusmodi testamentis ad pias causas; aliàs secus, vt per Viuium *pag.* 79. *à tergo.* Tiraquell. *d. priuileg. pia caus. pag.* 113. Conar. *de testam. pag.* 243. *num.* 25. Clarus *de testament. quæst.* 5. *versic. sed nunquid filiusfamilias.*

Limita III. principalem regulam in bonis filiofamilias donatis à Principe, seu ab Augusta: quia de illis filiusfamilias testari poterit, sicut de castrensibus, vel quasi. Socin. *reg.* 154. *in* 1. *limitat.* Capra *conclus.* 102. *num.* 67. *& seq.* Viui. *pag.* 80. 20

Limita IV. quando filiusfamilias habilitatur ad testandum à statuto: super cuius limitationis materia vide Captam *conclus.* 102. *num.* 82. *& sequentib.* Ioseph. Ludouic. *dict. conclus.* 61. *in* 8. *ampliat.* vbi quòd filia maritata potest testari stante statuto, quòd maritata sit exempta à potestate patris. Et hoc amplia, etiam quòd remaneat vidua, quia semel exempta à patria potestate, semper remanet exempta, secundùm veriorem & magis communem, de qua *ibi* per eum, licèt alij relati contrarium dixerint. Vide infrà *num.* 38. 21

Limita V. in filio emancipato. Cæpoll. *caut.* 113. *in fine*, vbi etiam, an filius possit emancipati quoad hunc actum testandi solùm; *& cautel.* 147. *num.* 1. Viui. *pag.* 80. 22

Limita VI. in filiofamilias Clerico, qui testari non prohibetur. Capra *conclus.* 102. *num.* 100. *& sequent.* Cæpoll. *cautel.* 113. Mathes. *singul.* 19. *pag. mihi* 239. *à tergo*, videlicet *in addit.* Capr. *concl.* 102. 100. *& seq.* Faciunt dicta per Cephalum *consil.* 41. *num.* 13. *volum.* 1. vide in materia Couarruuiam *de testament. pag.* 288. *num.* 1. Ioseph. *d. conclus.* 61. *in* 4. *fallent.* vbi pro limitatione. Menoch. *in l. finali, num.* 282. *C. de edict. D. Adrian. tollend.* 23

Amplia hanc limitationem etiam in Clerico primæ tonsuræ. Cæpoll. *cautel.* 113. Mathes. *singul.* 19. *in addit. pag.* 239. *à tergo.* Socin. *regul.* 154 *in* 5. *limitat.* Couarruuias *de testam. pag.* 280. *num.* 3. Menoch. *in prædicto num.* 282. 24

Amplia II. hanc eamdem limitationem nedum in bonis obuenris ratione Clericatus, & Ecclesiasticæ dignitatis, verùm etiam & de aduentitiis, & aliunde quæsitis. Cæpoll. *cautel.* 113. vbi etiam refert contrarium tenentes. Mathes. *singul.* 19. *pag.* 239. *à tergo, in addit.* Socin. *regul.* 154. *in* 4. *&* 6. *limitat.* Tu verò in materia videas omnino Couarruuiam *de testament. pag.* 280. *num.* 1. *&* 248. *num.* 11. Menoch. *d. num.* 282. 25

Limita VII. principalem regulam in bonis acquisitis à filio ex transitu patris ad secunda vota, quia de illis testari non prohibetur. Mathes. *singul.* 19. *in addit. pag.* 239. *à tergo.* Socinus *in reg.* 154. *in* 3. *limitat.* 26

Limita VIII. in filiofamilias, cuius pater est ingressus monasterium. Talis enim filius similiter testari non prohibetur. Mathes. *singul.* 19. *in additionib. pag.* 239. *à tergo.* Viui. *pag.* 79. *à tergo*, vbi de communi testatur. 27

Limita IX. in filio banniti. Mathes. *d. singul.* 19. *in addit. pag.* 239 *à tergo.* Et quid si pater bannitus, vel deportatus post factum testamentum restituatur à Principe, an testamentum filij corruat, vide distinguentem Oddum *de restit. in integrum part.* 2. *quæst.* 95. *art.* 5. *per totum.* 28

Limita X. in filiis Presbyterorum. Socin. *reg.* 154. *in* 4. *limitat.* vbi etiam quid de filiis Clericorum primæ tonsuræ. 29

Pro complemento huius quæstionis particulariter quæro, An filiusfamilias possit donare causa mortis. Facias regulam negatiuam, hoc modo, videlicet, quòd filiusfamilias non potest donare causa mortis fine consensu patris: cùm consensu autem patris non prohibetur causa mortis donare. Sumitur ista regula ex textu *in l. filiusfamil. ff. de donationib.* 30

Clarus

Clarus *de donat. quæst.6. verſ. aut verò, & ſeq.* Capra *concluſ.*102. *num.*57. Viui. *pag.*80. *à tergo.* Tiraquell. *de priuileg. pia cauſ. pag.* 110. Couar. *de teſtament. pag.*232. *num.*6.

31 Amplia hanc regulam, quòd talis cõſenſus patris à lege requiritur, non propter intereſſe, & præiudicium paternum, ſed ad integrandam ipſius filij perſonam. Alexandrinus *conſil.*46. *per totum*, in diſcurſu. Couar. *de teſtament. pag.*233. *num.*6. *in fine, & num.*8. Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. pag.*269. *num.*314. & eſt magis communis opinio, teſte Claro *de donat. quæſt.*6. *verſ. habes ergo*, &c.

32 Amplia II. hanc regulam procedere etiam in peculio aduentitio pleno iure ad filium ſpectante, & in quo pater nullum habet vſumfructum: nam nec illud filius poterit cauſa mortis donare ſine conſenſu patris. Alexandrinus *conſil.* 46. *per totum.* Couar. *de teſtament. pag.* 233. *num.* 8. Clarus *de donationib. quæſt.*6. *verſic. aut verò*, &c.

33 Amplia III. vt talis patris conſenſus non debeat eſſe tacitus; quia tacitus non ſufficit, ſed debet eſſe expreſſus. Tiraq. *de legib. connubialib. pag.*479. *num.*9. Clar. *de donat. quæſt.*6. *verſ. ſucceſſiuè*, &c.

34 Sed an filiusfamilias poſſit cauſa mortis donare ſuo patri, & ſic, an pater iſto caſu poſſit in ſui commodum præſtare conſenſum? Dic quòd non, ſecundùm veriorem, & magis communem opinionem, de qua per Clarum *de donat. quæſt.* 6. *verſic. quæro etiam nunquid*, &c. Alexandrin. *conſil.* 46. *num.* 5. Cotta *pag.* 338. *& ſequenti.* Couarruuias *de teſtam. pag.*233. *num.*7. Sed vide in hoc omnino Tiraquellum *de legib. connubialib. pag.* 533. *num.* 115 *& ſequentib.* vbi refert hinc inde contrarias opiniones, rationes, & authoritates, *gloſſ.*8. cum Claro, refutatis, & relatis contrariis, qui etiam teſtantur de magis communi, tenet Ioſeph. Ludouic. *in communib. opinionib. concluſ.*2. *in princip. & verſic. ſed ſine dictus conſenſus*, vbi cum Claro teſtatur de pluſquam communiori opinione, & concordantes allegat, *& verſic. & hæc opinio eſt tenenda*, & per totam concluſionem in diſcurſu, vbi multa, quando pater poſſit conſentire in contractu filij.

35 Iſto igitur caſu, ſi pater velit talem donationem cauſa mortis ſibi à filio factam valere, adhibeat iudicis decretum, & ſufficiet. Cotta *pag.* 338. *& ſeq.* Couar. *de teſtament. pag.*233. *num.*7. Clarus *de donat. quæſt.*6. *verſ. quæro etiam, nunquid*, &c. Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ.* 2. *verſ. & hæc opinio eſt tenenda, in fine, & verſ. fallit quintò*, &c.

36 Diximus, quòd filiusfamilias non poteſt donare cauſa mortis ſine conſenſu patris. Quæritur modò, an donatio talis cauſa mortis facta per filium cum conſenſu patris, confirmetur per mortem ſolius filij, an verò requiratur etiam mors patris. Item, *Tu ſcis*, è contra, quòd donatio cauſa mortis reuocatur pœnitentia. An requiratur iſto caſu pœnitentia etiam patris; an verò ſufficiat ſolius filij, vide ſuper primo capite Tiraquellum *de legib. connubialib. pag.*441. *num.* 87. ſuper ſecundo autem, vide *ibid. pag.* 442. *num.*91.

37 Conſenſus autem patris requiſitus in donatione prædicta poteſt præſtari ante actum, in actu, & poſt actum, etiam ex interuallo, ex allegatis per Ioſeph. Ludouicum *in communib. opinionib. concluſ.*2. *verſ. nec mirum.* Sed in contrarium facit, quia iſte conſenſus iſto caſu à lege quæritur, non propter intereſſe, & iudicium paternum, ſed ad integrandam perſonam filij, & ſubſtantiam actus, vt dixi ſuprà *num.*31. ergo de neceſſitate requiritur in actu. Conſequentia probatur ex traditis per eundem Ioſeph. *d. concluſ.*2. *eod. verſ. nec mirum.*

Ad ea, quæ ſuprà tradita ſunt, *num.* 21. *in* 4. *limitatione*, adde Ioſephum Ludouicum *in communib. opinionib. lib.*1. *concluſ.*61. *in* 2. *fallentia*, vbi quòd filiusfamilias poteſt teſtari, quando extat ſtatutum diſponens quemlibet maſculum maiorem quatuordecim annorum, & fœminam maiorem duodecim poſſe teſtari, tale enim ſtatutum comprehendit filiumfamilias, etiam quòd de eo non faciat mentionem, & *ibid. in verſic. eſt tamen aduertendum*, vbi quòd ſtatutum volens filiumfamilias poſſe teſtari, non comprehendit filiamfamilias forenſem. 38

Amplia regulam ſuprà poſitam *num.* 1. quòd filiusfamilias teſtari non poteſt, etiam quòd reputetur ſui iuris, & ſit in quaſi poſſeſſione exiſtente ſui iuris. Ioſeph. Ludouic. *dicta concluſ.* 61. *in* 4. *ampliatione.* 39

Amplia etiam, quia teſtamentum filijfamilias non valet, etiam quòd tempore mortis eſſet effectus ſui iuris. Ioſeph. *d. concluſ.*61. *in* 10. *ampliat.* 40

Dixi ſuprà *num.* 15 *in* 1. *limitatione*, quòd valet teſtamentum filijfamilias factum de peculio caſtrenſi, vel quaſi. 41

Amplia hanc limitationem, vt idem ſit, ſi in eodem teſtamento vnà cum peculio caſtrenſi teſtatus fuerit de aliis bonis, de quibus non poteſt teſtari, quia adhuc teſtamentum valebit in totum. Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ.* 61. *in* 3. *fallentia*; vbi tamen reprobato Cephalo *in conſil.* 406. *num.*15. *& ſeq. lib.*3. dicit contrariam opinionem eſſe veriorem.

Feudalia bona an dicantur caſtrenſia, & de illis filiusfamilias quomodo teſtari poſſit, vide Rolandum *conſil.* 54. *num.* 6. *& ſequentib. & num.* 28. *& ſequentib. volum.*3. 42

QVÆSTIO LII.

Filiæ nubenti ſi mille legantur, & centum ſi ingrediatur Monaſterium; an ei in Monaſterium ingreſſæ debeantur mille, vel centum; & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Filia ſi legantur mille ſi nupſerit, & centum ſi ingrediatur Monaſterium, ei ingreſſæ in Monaſterium an debeantur mille, & num.*2.
3. *Quòd ſi efficiatur Monialis tertij Ordinis ſancti Franciſci.*
4. *Quid ſi legatum concipiatur in perſonam mariti, & num.*5. *& 6.*
7. *Quid ſi conſtet de expreſſa teſtatoris voluntate.*
8. *Plures caſus ſimiles in materia.*
9. *Quid ſi Monaſterium ſit incapax.*
10. *Quid ſi mille legata excedant legitimam.*
11. *Quid ſi dixit: Si ingrediatur tale Monaſterium.*



QVOD debeantur centum, & non mille, & ſic contra Monaſterium, tenuerunt multi relati à Rolando *in conſil.*35. *num.*13. *& ſeqq. volum.* 3. à Gabrielio *pag.* 459. *num.*7. à Ferretio *in caut.*9. Hanc tenuit etiam Couarruuias *variar. reſol. pag.* 341. *num* 9. Villalobos *lit. R. num* 19. *decif. Pedemont.* 126. *num.* 22. Quibus in locis ferè omnes teſtantur 1

testantur hanc esse magis communem, veriorem, æquiorem à consuetudine totius mundi approbatam, & de facto seruati solitam opinionem: tenuerunt etiam eam multi relati ab Anchatano *quæst.* 20. *num* 1. *part.* 2.

2 Contrariam opinionem, quòd immò debeantur mille legata, & sic ad fauorem Monasterij tenuit nouissimè Rolandus *d. consil.* 35. *num.* 16. *& omnibus sequentib. volum.* 3. vbi latè defendit hanc opinionem respondendo ad contrariam, & asserit, *ibi num.* 16. hanc esse melioribus rationibus, & authoritatibus fundatam, refertque plures eam approbantes, qui testantur de communi, veriori, & magis recepta opinione, sicut etiam plures alij secuti sunt hanc Rolandi opinionem, relati *in decis. Pedemontana* 126. *num.* 6. & Gabrielio *d pag.* 459. *num.* 1, quorum multi testantur de magis communi. Ferrar. *cautel.* 9. vbi quòd licèt præcedens opinio sit in puncto iuris verior: tamen ab hac tanquam communi non est in iudicando, & consulendo recedendum. Mathes. *singul.* 52. Viui. *pag.* 83. *in fine.* Marsil. *singul.* 215. Villobos *lit. L. num.* 10. Cotta *pag.* 151. Dilect. *caut.* 64. *tit.* 3. *pag.* 150. Latè eam defendit & sequitur Anchar. *quæst.* 20. *part.* 2. vbi dicit *in num* 8. quòd valde temerarium esset ab illa recedere.

3 Licèt prima opinio vti consuetudine approbata esset, iudicio meo, in occurrenti casu tenenda, nihilominus posito pro vera secunda opinione, quòd scilicet debeantur mille legata filiæ monasterium ingressæ; eam amplia etiam quòd efficiatur Monialis tertij Ordinis sancti Francisci. Gabriel. *pag.* 459. *num.* 2. Ad quam materiam vide Lambertenum *de contractib. gloss.* 2. *quæst.* 20. *num.* 74. *&* 75. Et quæ generaliter dixi *in Repertorio contract, vers. Monachus, num.* 48. *in fragmentis inter diuersa.*

4 Limita, quando legatum non fuisset conceptum in personam filiæ, sed mariti eam ducentis in vxorem, puta si dixerit; Reliquo filiæ meæ centum; & illi, qui eam ducet in vxorem, relinquo mille. nam isto casu Monasterium non poterit petere dicta mille. Dilect. *cautel.* 64. *num.* 3. *in tit. de legat. pag.* 159. Gabriel. *pag.* 459. *num.* 3. Rolandus *d. consil.* 35. *in fine, volum.* 3. Anchar. *quæst.* 29. *num.* 14. *part.* 2.

5 In quo aduertas, quòd ad hoc, vt tale legatum non sit proprium ipsius mariti, sed vt deseruiat loco dotis, addi possunt ista verba, videlicet: Quæ mille debeant esse pretium dotis. Ferrar. *caut.* 9. *num.* 1. *in fine.* Rolandus *d. consil.* 35. *in fine*, *volum.* 3. Anchar. *quæst.* 20 *num.* 15 *part.* 2.

6 Sed contra principalem limitationem, quòd immò, etiam quòd legatum concipiatur in personam mariti, nihilominus hoc non præiudicet Monasterio, late disputat & defendit Ferrar *caut.* 9. *per totam,* licèt in fine postea hoc non decidat, sed cogitandum relinquat.

7 Limita II. quando testator expresè declarauerit filiam non posse consequi dicta mille, nisi matrimonium contrahat; ista enim expressa voluntas testatoris erit omnino seruanda. Sed quòd siue expresè, siue tacitè testator id mandet; quòd nihilominus semper Monasterium debeat habere mille, & non centum, videas per Ancharanum *quæst.* 20. *num.* 5. *part.* 1. Et ita indubitanter procedere posset prima opinio superiùs relata in principio quæstionis. Viui. *pag.* 84. vbi dicit hanc esse magis communem, & quam totus mundus seruat, teste Iasone *ibi* per eum relato. Dilect. *caut.* 64. *sub tit. de legat. num.* 2. *decis. Pedemont.* 126. *sub num.* 6. *pag.* 506.

8 Plures alios similes casus in materia, videas per Rolandum *d. consil.* 35. *volum.* 3. in discursu. Gabriel. *pag.* 459. *conclus.* 1. vide infrà *in versic. legatum dotis, num.* 8.

Limita III. quando Monasterium non esset capax bonorum: quia tunc Monasterio nullo pacto debebuntur mille legata. Anchar. *quæst.* 20. *num.* 12. Gabrielius *vbi supra.* 9

Limita IV. quando ista mille legata excederent legitimam ipsius filiæ; quia in eo, quòd exceditur legitima, Monasterio non debentur. Anchar. *dicta quæst.* 10. *num.* 13. *part.* 2. 10

Limita V. quando testator dixit, si ingredietur tale Monasterium; quia si in eo loco extant plura Monasteria, & filia ingressa sit in Monasterium à patre prohibitum, non debentur vllo pacto mille. Anchar. *d. quæst.* 20. *num.* 16. *part.* 2. 11

QVÆSTIO LIII.

De probatione vltimæ voluntatis alio modo, quàm per testamentum.

SVMMARIVM.

1. *Testamentum potest probari per testes, nec de necessitate requirit scripturam.*
2. *Qui testes probantes testamentum debent esse septem.*
3. *Nisi essemus, vbi ageretur de æquitate.*
4. *Vel quando alij testes fuissent mortui.*
5. *Vel quando ageretur de probando substitutionem omissam per errorem a Notario.*
6. *Vel quando in testamento non essent necessarij septem testes.*
7. *Isti testes debent deponere de tempore.*
8. *Testamentum quomodo probetur, si illud est amissum.*
9. *Fideicommissum quomodo probetur.*
10. *Quomodo sacerdoti credatur in materia.*
11. *Legata pia quomodo probentur.*
& quid de testamento. ibid.
12. *Legata inter liberos quomodo probentur.*



ESTAMENTVM non est necesse, quòd de eo fiat scriptura, seu rogetur Notarius: quia poterit etiam per testes probari. Neuizan. *consil.* 26. *num.* 3. *& seq.* 1

Sed quot testes requirantur ad probandum testamentum. Dic quòd requiruntur septem, non aliter ac si de eo factum fuisset instrumentum. Neuizan. *d. consil.* 26. *num.* 4. *in fine.* Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus.* 60. *versic. declaratur, & ampliatur primò,* vbi quòd ad probandam defuncti voluntatem, vel tenorem testamenti, vel vbi agitur illud solemniter factum, requiruntur septem testes, licèt duo sufficiant, quando simpliciter agitur de probando testamentum fuisse factum, vt infrà *in num.* 8. De hac materia vide aliquid *in Repert. iudicial. inter diuersa, versic. amissio, num.* 14. vbi quòd testamenti tenor etiam probatur per duos testes; & sic contra Iosephum. 2

Limita hoc pluribus modis. Et primò, nisi essemus in causa, in qua ageretur de æquitate, & omisso iuris rigore: quia tunc testamentum probatur per duos testes. Neuizan. *d. consil.* 26. *num.* 15. *&* 32. 3

Limita II. quando essent mortui alij testes, qui inter 4

interfuerunt teſtamento, quia tunc ſufficiunt duo. Neuizan. *d. conſil.26. num.20. & ſeqq.*

5 Limita III. quando quis veller probare, quòd Notarius omiſir per errorem ſcribere, & ſe rogare de ſubſtitutione, ſeu alio relicto, quod teſtator fecit, & ipſe non ſcripſit: nam tunc ſufficiunt duo teſtes. Neuiz. *d.conſil. 26. num.24.*

6 Limita IV. & generaliter, quando eſſemus in caſu, in quo non requirerentur in teſtamento ſeptem teſtes, prout infrà ſuo loco dicetur: quia in illis iiſdem caſibus ſimiliter teſtamentum poterit probari per minorem numerum teſtium, quàm ſeptem. Neuiz. *d. conſil.16.* in diſcurſu per totum, vbi infert.

7 Scias vnum in materia, quòd teſtes volentes probare teſtamentum, non ſufficit quòd deponant de teſtatoris præciſa voluntate, ſed debent etiam præciſè deponere de tempore. Tunt. *in reſponſ. pro vxore, num.220. & ſeqq. & num.230.*

8 Quomodo per teſtes probetur teſtamentum quando illud eſt amiſſum, vide de hoc in alio Repert. *iudicial. verb. amiſſio, num. 24.* & ponas hîc. Quibus adde Ioſeph. Ludouic. *in communib. opinionib. concluſ.6. verſ. declaratur & ampliatur primò*, vbi quòd licèt ad probandum tenorem teſtamenti, & ſic voluntatem defuncti, ſeptem teſtes requiruntur; tamen ad probandum teſtamentum fuiſſe factum, duo teſtes ſufficiunt.

9 De probando fideicommiſſum alio modo quàm per teſtamentum, videas per Marzar. *de fideicommiſſ. quæſt.56.*

10 Sacerdoti autem facienti fidem de legato, ſeu alio relicto ſibi ab infirmo commiſſo in actu confeſſionis, quomodo credatur, vide infra *quæſt....* vbi agetur de legato facto pro exoneratione cõſcientiæ.

11 Legata pia poſſunt per duos teſtes probari. Firman. *in Repert. verb. legatum pium, num. 33. pag.15, à tergo, & pag.16. à tergo, num.69.* vbi limitat. In materia vide Aretin. *in §. ex maleficijs, num.28. pag.224. à tergo, Inſtitut. de actionib.* Faciunt dicenda *infrà in quæſt.* vbi agemus. Teſtes ſeptem an requirantur in teſtamento ad pias cauſas, &c. Pariſ. *conſil.24. num.3. & ſequentib. volum.3.* vbi quòd legatum pium probatur per duos teſtes, & *ibid. num. 13. & ſequentib. & num.37.* dicit, quòd tales teſtes debent eſſe idonei, & omni exceptione maiores. Et idcirco iſto caſu Monachus non erit teſtis idoneus de legato facto ſuo Monaſterio. Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ. 60. eodem verſic. declaratur & ampliatur primò*; vbi quòd voluntas teſtatoris ad pias cauſas, & teſtamentum probatur per duos teſtes.

12 Legatum factum liberis, poteſt probari per duos teſtes, Alexander *conſil. 128. num.2. volum.7.*

QVÆSTIO LIV.

Clericus, ſiue Prælatus, de quibus bonis teſtari, ſeu diſponere poſſit. Item bona per Clericum acquiſita an præſumantur ab Eccleſia proueniſſe; & de materia.

CAPVT I.

SVMMARIVM.

1. *Clericus habet bona diuerſi generis, & quæ.*
2. *Clericus an poſſit teſtari de bonis patrimonialibus, ſeu acquiſitis ante Clericatum.*
3. *& quid de acquiſitis in Clericatu, de illis videlicet, quæ prouenerunt non de rebus Eccleſiæ, ſed de paternis.*
4. *& quid de ijs, quæ fuerunt acquiſita de bonis Eccleſiæ, & num.5. 6. & 7.*
8. *Clericus an poſſit teſtari de bonis proprijs Eccleſiæ, & num.9.*
10. *Clericus non poteſt teſtari de fructibus beneficij.*
11. *Limita quòd benè poterit diſponere inter viuos, & ſic donare.*
12. *Dummodo moderatè donet.*
13. *Limita quòd benè poterit fructus in eleemoſynam dare pauperibus.*
14. *Limita in Clerico non habente adminiſtrationem Eccleſiæ. Sed contrà, num.15.*
16. *Clericus beneficiatus an æquiparetur vſufructuario; an verò vſurario.*
17. *Limita de generali conſuetudine, & num.18.*
18. *Limita in Clerico habente à Principe licentiam.*
19. *Limita in Clerico, qui aluit ſe de ſuo, & fructus ſeruauit.*
20. *Limita in acquiſitis per Clericum de ſuo labore, puta in audiendo confeſſiones, &c.*
21. *De diſtributionibus quotidianis Clericus poteſt teſtari.*



QVÆSTIONEM hanc in duo capita diuidam. In primo capite tractabimus de Clerico. In ſecundo autem agemus, de quibus bonis præſumatur ditatus Clericus, an de bonis Eccleſiæ, an verò de patrimonialibus. Ad cognitionem enim primi capitis neceſſaria erat cognitio ſecundi. Et ideo inſimul has materias diſcutiendas putaui.

1 Pro faciliori cognitione huius primi capitis, præmittendum eſt, quòd Clericus poteſt habere bona diuerſi generis. Primò enim poteſt habere bona ſua antiqua patrimonialia & paterna, ſiue acquiſita per ipſum quomodolibet ante Clericatus promotionem. Secundò bona acquiſita tempore Clericatus. Tertiò poteſt habere bona Eccleſiæ, quorum ipſe ſit adminiſtrator. Quartò poteſt habere fructus ex beneficio ſuæ Eccleſiæ perceptos, & adhuc extantes, puta frumẽtum, vinum, oleum, & ſimil. Quintò & vltimò, poteſt habere diſtributiones quotidianas, prout optimè hæc omnia adnotauit Clar. *de teſtam. quæſt.27. in princip.* Videamus ergo ſigillatim, qualiter de ſingulis iſtis bonis teſtari poſſit Clericus.

2 Circa primum genus bonorum, videlicet patrimonialium, ſeu quomodolibet acquiſitorum ante Clericatum, nulli dubium, quòd indiſtinctè de illis Clericus diſponere & teſtari poteſt ad ſui libitum, quia ſunt ſua ipſius propria, vt per Cæpollam *conſil.51. num.2.* Couar. *de teſtament. cap. 1. vſque ad 5. pag. 244.* Clarus *de teſtament. quæſt. 27. verſic. circa bona*, &c.

3 Circa ſecundum genus bonorum, videlicet acquiſitorum in Clericatus tempore, diſtinguendum eſt, quòd aut talia bona fuerunt acquiſita, & empta ex fructibus bonorum patrimonialium ipſius Clerici, ſeu ex lucro per ipſum facto, & habito ex aliquo officio, ſeu exercitio; & tunc ſimiliter Clericus de iſtis bonis teſtari poterit, vt per Cæpoll. *conſil.51. num.2.* Couar. *de teſtament. pag.249. num.11.* & Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu 195. num.4.*

4 Si verò iſta bona acquiſita fuerint tempore Clericatus, & empta fuerint, ſeu prouenerint de bonis Eccleſiæ, ſiue fructibus beneficij, tunc nulli dubium,

bium, quòd de istis non poterit testari, vt pes Clarum *de testament. d. quæst. 27. versic. sed quid dicendum, & vers. tertiò dixi*, vide Redoanum *de rebus Eccles. non alien pag. 293. §. quod autem dictum fuit, num. 1. & sequentib.*

5 Quod limita I. nisi à Pontifice Clericus habuerit licentiam de testandi istis bonis acquisitis, & prouentis ab Ecclesia, quia tunc habita à Pontifice tali licentia, nulli dubium, quòd testamentum valeat, vt per Couarruuiam *de testam. pag. 276. num. 7.* & Clarum *de testamento. d. quæst. 27. versic. sed an poterit.* Faciunt dicta infrà *num. 9. & 18.*

6 Limita II. pluribus aliis modis, de quibus infrà *num. 10. & sequentib.* quia omnes illæ limitationes loquentes in fructibus Ecclesiæ, procedunt etiam in bonis acquisitis ex fructibus & bonis Ecclesiæ, vt ex Couarruuia *in cap. cùm in officijs, de testament.* facilè colligi potest.

7 Sed quid in dubio, quando nescitur, vnde prouenerint talia bona, vide *in cap. sequenti.*

8 Circa tertium genus bonorum, videlicet ipsius Ecclesiæ. Et tunc de istis bonis Clericum non posse testari, nemo est qui dubitet, ex allegatis per Clar. *de testam. d. quæst. 27. vers. dixi secundo.*

9 Nisi similiter fuerit de hoc à Principe, hoc est, à Pontifice dispensatus, vt per Clarum *d. quæst. 27. vers. sed quæro nunquid*; vbi dicit, quòd Papa debet multum aduertere, ne id faciat sine iusta causa; sed ad hæc vide quæ superiùs dicta sunt *num. 5.* & inferiùs *num. 18.*

10 Circa verò quartum genus, hoc est, fructus ex beneficio perceptos, & adhuc extantes. Et tunc facias regulam, quòd Clericus de istis fructibus testari minimè poterit. Viui. *pag. 23. à tergo.* Clarus *de testament. quæst. 27. versic. quartò videndum.* Anchar. *quæst. 10. num. 7. part. 2.* Circa fructus quando de iis Clericus ad libitum disponere possit, vltra infrascripta, vide distinguentem Redoanum *de rebus Ecclesiæ non alienandis, pag. 294. §. in hac igitur materia, num. 1. omnibus sequentib. & pag. 289. vsque ad 293.* cuius dicta infrà particulariter distribuendo in sequentibus numeris posui.

11 Limita hanc regulam ploribus modis. Et primò, quòd licèt non possit testari Clericus de fructibus beneficij, tamen benè poterit disponere inter viuos, & sic donare, vt per Clarum *d. quæst. 27. dict. versic. quartò videndum.* Couar. *de testament. pag. 275. num. 5.* quem videas, & Anchar. *d. quæst. 10. num. 7. part. 2.* Ad hanc materiam, quando scilicet Prælatus possit de fructibus Ecclesiæ ad sui libitum in vita disponere & donare, dixi etiam, & eam posui *in Repert. contract. quæst. 16. sub num. 30. & sub num. 10.* & de ea etiam tractat Redoan. *de rebus Eccles. &c. pag. 289. & sequentib. vsque ad pag. 298.* cuius dicta infra particulariter in sequentibus numeris distribuendo posui.

12 Sublimita, dummodo moderatè donet; aliter secus, vt per Clarum *d. quæst. 27. d. versic. quartò videndum*, & Couarruuiam *d. pag. 275. num. 5.* quem videas. Aduerte tamen, quòd si donatio est in pios vsus, & pro eleemosyna, tunc valet etiam quòd sit immoderata, & in quantacunque quantitate, vt videre est inferiùs, *in sequenti num. 13.*

13 Limita II. quòd licèt Clericus non possit testari de fructibus Ecclesiæ: tamen benè poterit eos in eleemosynam dare, & in pios vsus erogare, vt per Clarum *dict. quæst. 27. d. versic. quartò videndum*, & Couarruuiam *de testam. pag. 274. versic. secundò hinc infertur, & pag. 275. num. 5.* vbi omnino videas. Pro hac eadem limitatione, adde Redoanum *de rebus Eccles. pag. 288. colum. 1. per totam*, vbi etiam eam declarat procedere, dummodo Clericus id faciat in vita, & per viam donationis, seu dispositionis inter viuos, secùs si per viam testamenti; quia id non potest, etiam quòd in pios vsus testetur, vt *ibi*, vbi etiam ponit, quòd de fructibus Ecclesiæ Clericus potest etiam in ægritudine constitutus aliquid pro eleemosyna, & in pios vsus donare, & idem tradit *in pag. 290. num. 11. & sequentib.* dummodo moderatè donet. At si Clericus sit sanus, tunc etiam immoderatè, & in omni quantitate donare potest in pios vsus, & pro eleemosyna, vt *ibi in pag. 291. num. 24. & sequent.*

Limita III. dictam regulam procedere in Clerico, qui non est simpliciter beneficiatus; sed in eo, qui est & beneficiatus, & habet beneficij administrationem: quia tunc verum est, quòd non potest de fructibus Ecclesiæ testari. Quòd si Clericus sit simpliciter beneficiatus, & non administrator: tunc poterit tam inter viuos, quàm in vltima voluntate de illis disponere, secundùm opinionem in praxi receptam, & consuetudine obseruatam, de qua per Clarum *d. quæst. 27. in dicto vers. quartò videndum*, Viuium *pag. 23. à tergo.* Couarruuiam *pag. 276. num. 6. de testam.* Redoan. *de reb. Eccles. pag. 289. num. 1. & seqq. omnibus, vsque ad num. 11.* 14

Sed aduerte, quòd contra hanc limitationem senserunt multi relati à Claro & Viuio supra allegatis, & præsertim ei expressè contradixit Couar. *d. pag. 276. num. 6.* asserens, quòd siue Clericus habeat beneficij administrationem, siue non habeat, nunquam poterit de Ecclesiæ fructibus testari, nisi sit simplex pensionarius, ideo considera De pensionario vide Redoanum *de rebus Eccles. non alien. pag. 296. num. 24. & sequentib. & pag. 292. num. 8. & seq.* Et contra præcedentem tertiam limitationem tenet etiam ipse Redoan. *de rebus Eccles. pag. 290. num. 11. vsque ad num. 21. & pag. 291. colum. 1. num. 1. & seqq. & pag. 292. num. 4. & pag. 294. num. 1. & 2.* vbi quòd hæc opinio est magis bono, & æquo conrraria. 15

Et hinc sumpta occasione Doctores modò in antecedente numero allegati disputant, An Clericus æquiparetur vsufructuario, an verò vsuario? Et concludunt, quòd si beneficium est curatum, & cum administratione, tunc in vita æquiparatur vsufructuario; in ægritudine autem, & in morte æquiparatur vsuario. Si verò beneficium est simplex, & sine administratione, tunc æquiparatur semper vsufructuario. Sed vide in hoc pulchrè declarantem Couar. *de testam. in cap. cùm in officijs, num. 1.* 16

Limita IV. principalem regulam non procedere de generali consuetudine totius orbis, & tali, vt non existat in contrarium memoria; secundùm quam more receptum est, quòd Clerici liberè testantur de fructibus Ecclesiæ, de qua latè per Couarruuiam *de testament. pag. 277. num. 9.* Anchar. *quæst. 10. num. 7. part. 2.* Viui. *pag. 24. à tergo.* Vide Redoan. *de rebus Eccles. pag. 295. num. 3. & sequentib.* Sed aduerte, quòd contra hanc limitationem tenuerunt multi relati à Couarruuia *in dict. num. 9.* asserentes talem consuetudinem nullo pacto valere. Et licèt Couarruuias ibi defendat limitationem; nihilominus in contrarium esse magis communem opinionem testatur, prout eam non valere dixit Redoanus *dict. num. 3. & sequentib.* 17

Limita V. principalem regulam non procedere in eo Clerico, qui impetrauit à Pontifice licentiam testandi 18

testandi de fructibus Ecclesiæ, quia talis licentia valet & tenet, vt per Couartruuiam *de testament. pag.276.num.7.* Viui.*pag.14.* faciunt dicta supra *num.9. & num.5.*

19 Limita VI. in casu notato per Couatruuiam *de testament. pag.275. versic. tertiò ex eodem*, videlicet, quando Clericus aluisset se de suo proprio, & seruasset fructus Ecclesiæ, quia tunc pro concurrenti quantitate eius, quod de suo proprio in sui victum & vestitum impendit necessarium, poterit liberè de fructibus Ecclesiæ disponere, & testari, vt *ibi* per eum.

20 Limita VII. dictam regulam procedere, prout loquutur, in fructibus Ecclesiæ; secus in acquisitis per Clericum pro sua mercede & labore seruitij, & reginimis præstiti in ipsa Ecclesia, pura in excipiendo confessiones pœnitentium, & simil. &c. quia de istis liberè testari poterit, & non connumerantur inter fructus, vt per Couartruuiam *de testamentis d. pag. 275. d. versic. Tertiò ex eadem.* Redoanum *de reb. Eccles. non alienan. pag. 291. num.2. & num.6.*

21 Circa verò quintum genus bonorum, videlicet, circa distributiones quotidianas, dic, quòd de illis Clericus liberè testari potest. Cooarr. *de testament. pag.276. num. 4.* Clar. *de testament. quæst. 27. versic. quintò dixi*, Ancharan. *quæst. 10. num. 4.* Cardinal. Alban. *consil. 15. per totum*, vbi quòd tales distributiones quotidianæ spectant ad hæredes Clerici tam ex testamento, quàm ab intestato. Redoan. *de rebus Eccles. pag. 196. num. 16. & sequentibus omnibus, vsque ad num. 24. & pag. 292. num. 1. & numer. 7.*

Capvt II.

Svmmarivm.

1. *Clericus præsumitur acquisiuisse de bonis Ecclesiæ.*
2. *Idem de Cardinali.*
3. *Limita quando beneficium esset modici emolumenti.*
4. *Limita in Episcopo habente Episcopatum apud Saracenos.*
5. *Limita in Clerico, qui habebat aliquod officium, seu exercitium, vel habebat bona paterna, &c.*
Quod declara, vt in num.6. & 7.
8. *& quòd credatur isto casu assertioni Clerici.*
9. *Limita quando hæres Clerici est in possessione. Quod declara, vt in num.10. & sequentib.*

1 Diximus supra in antecedenti capite, quòd Clericus de bonis acquisitis ex rebus patrimonialibus poterit ad libitum disponere etiam in vltima voluntate. De bonis autem acquisitis, & prouenientibus de rebus & fructibus Ecclesiæ, nullo pacto poterit testari. Restat modò videre in hoc secundo capite, an & quando bona acquisita per Clericum præsumantur acquisita de bonis Ecclesiæ; an verò de bonis patrimonialibus & suis. In quo facias regulam hoc modo, videlicet. Bona per Clericum acquisita præsumuntur in dubio acquisita de bonis, & redditibus Ecclesiæ, & non de bonis propriis ipsius Clerici. Cæpoll. *consf.51. num.3.* Cotta *pag.146. & 149.*

2 vbi etiam remissiuè quid de Cardinali. Couartuuias *de testament. pag.147. num.6. in princip. & in fine.* Menoch. *de recuper. possess. pag.134. num.131. & de arbitrar. quæst. casu 195. num.9.* Clar. *de testam. quæst. 17. vers. sed quid dicendum.* Anchar. *quæst.10. num. 11. & 13. part.2.* Cephal. *consf.162. num.14. vol.2.*

Farinacij Repert. de Vltimis voluntatib.

Limita hanc regulam pluribus modis. Et primò 3 illam non procedere, quando Clericus habebat beneficium modici emolumenti, qui vix sufficiebat victui & vestitui: quia tunc Clericus non præsumetur acquisiuisse de bonis Ecclesiæ. Ancharan. *quæst. 10. num.3.* Menoch. *de arbitr. quæst. casu 195. num.5.*

Multò magis habebit locum hæc limitatio in eo, 4 qui nihil percipit de beneficio, puta in Episcopo, qui habet Episcopatum apud Saracenos, vt per Cæpoll. *consil. 51. in 3. col.* & Menoch. *d. casu 195.*

Limita III. in Clerico, qui habet aliquod officium, 5 seu exercitium, ex quo aliquid industria sua lucratur; vel si habeat aliqua bona patrimonialia, & acquisita ante Clericatum: nam tunc bona acquisita in Clericatu non præsumentur acquisita de rebus Ecclesiæ, vel bonis ipsius. Clarus *de testament. quæst. 27. vers. sed quid dicendum.* Couarru. *de testament. pag. 148. num. 10.* Ancharan. *quæst. 10. num. 3.* Cephal. *consil. 162. num. 14. in vol.2.*

Sed medietas istorum bonorum præsumetur ac- 6 quisita de bonis Ecclesiæ: altera autem medietas de bonis ipsius Clerici propriis, vt per Cæpollam *d. consil. 51. in 3. colum.* Menoch. *d. casu 195. num.7.* & Anchar. *d. quæst. 10. num. 9. & 12.*

Quod intellige, quando bona propria ipsius Cle- 7 rici concurrerent cum quantitate bonorum Ecclesiæ. Item quando æqualiter Clericus poterat lucrari de suo officio & exercitio, ac de fructibus beneficij: tunc verum est, quòd medietas præsumetur acquisita de bonis Ecclesiæ; & altera medietas de artificio, seu patrimonio Clerici. Secùs si bona Ecclesiæ sunt magni valoris & fructus: bona autem patrimonialia sint minimi valoris; vel lucrum quod ex industria percipiebatur, erat paruum; vel è contra: quia tunc secus erit. Et iudex iudicabit isto casu diuersimodè iuxta quantitatem lucri, patrimonij, & bonorum Ecclesiæ: prout considerauit Clarus *d. quæst. 27. vers. sed quid dicendum.* Anchar. *quæst. 10. num. 11.* Menoch. *d. casu 195. num. 8.* Couarru. *de testament. pag. 148. num. 10.* Cæpoll. *consil. 51. in 3. colum. in fine.* vbi id totum isto casu iudicis arbitrio remittatur.

Et in proposito adde. Quòd assertioni Clerici 8 se acquisiuisse de bonis patrimonialibus, & non Ecclesiæ, multum creditur, quando cum tali assertione concurrit aliqua coniectura, vt per eumdem Menochium *d casu 195. num.6.*

Limita III. quando hæres Clerici esset in pos- 9 sessione rerum, de quibus disputatur: nam tunc fauore possessionis inductum est, vt si Ecclesia vult dicere talia bona possessa per lucrum fuisse acquisita ex Ecclesia, id debet probare. Anchar. *d. quæst. 10. num. 13. & 15. in part. 2.* Menoch. *d. casu 195. num. 10.* Couarru. *de testament. pag. 147. num. 7.* Cæpoll. *d. consil. 51. num. 2.*

Sublimita hanc limitationem primò non proce- 10 dere, quando ista bona per hæredem possessa essent in domo Rectoris Ecclesiæ, & post eius mortem fuissent asportata ad domum hæredis: quia tunc non præsumerentur Clerici, sed Ecclesiæ, etiam quòd per hæredem possiderentur. Anchar. *d. quæst. 10. n. 16.*

Sublimita II. illam non procedere secundùm Co- 11 uarru *ibidem pag. 247. num. 7. & seq.* quando vnà cum possessione hæredis concurrit aliqua alia coniectura, puta fama: quia tunc possessionis præsumptio coniuncta cum ista alia coniectura præponderabit fauori Ecclesiæ: aliàs secus, vt per Couarr. *ibidem.*

Vel quãdo vnà cum possessione probaretur, quòd 12 Cler. habebat bona sua propria & paterna: quia tunc

iuncta possessione bæredis, Clericus præsumetur aequisiuisse de bonis propriis & non Ecclesiæ: aliàs secùs, vt per eumdem Couar *d. num. 7. & seqq.*

13 Sed quòd immò etiam quòd probetur Clericum habuisse bona paterna, & quòd hæres sit in possessione; adhuc non præsumaotur bona acquisita de bonis Clerici, sed quòd medictas præsumatur prouenisse de bonis Clerici, & medietas de bonis Ecclesiæ, prout suprà diximus *num. 6.* Et sic quòd isto caso possessio hæredis nihil operetur, tenuit Cæpoll. *d. consil. 51. in 3. columna.*

QVÆSTIO LV.

Hæres non adimplens voluntatem testatoris, in quas pœnas incidat. Pœnaque per testatorem adiecta, an & quando exigi possit, & cui applicetur; & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Materia generalis huius quæstionis.*
2. *Hæres debet adimplere voluntatem testatoris.*
3. *& non adimplendo cadit ab omni commodo hæreditatis.*
4. *Pœna priuationis hæreditatis por testatorem apposita potest exigi.*
5. *Testatoris præceptum est ad vnguem seruandum.*
6. *Pœna priuationis hæreditatis an incurratur ipso iure.*
7. *Nec excusat minoritas.*
8. *Nec datur restitutio in integrum.*
9. *Filius hæres non adimplens an incurrat pœnam.*
10. *& an perdat legitimam.*
11. *Hæres non adimplendo dicitur renunciare hæreditati.*
12 *An admittatur pœnitentia & purgatio moræ.*
13. *An hæres teneatur etiam restituere fructus perceptos.*
14. *Quid si præceptum sit leuis solemnitatis.*
15. *Hæres non adimplens potest à quolibet accusari.*
16. *An sit necessaria monitio, seu interpellatio.*
17. *Quid in legatario non adimplente.*
18. *Hæres priuatur hæreditate, &c. non directò, sed per fideicommissum.*
19. *Quid in præcepto testatoris non honesto.*
20. *Pœna priuationis, &c. quomodo præscribatur.*
21. *Quid in præcepto nudo, hoc est, sine causa, & seq.*
23. *Quid in præcepto non facto de re familiari.*
24. *Quid si hæres fecit quicquid potuit.*
25. *Quid si præceptum sit impossibile, seu difficile.*
26. *Quid si testator ostendat nimiam duritiem.*
27. *Quid in præcepto facto in odium particulare alicuius personæ.*
28. *Quid in præcepto facto solùm ad pompam, & in periculum animæ testatoris; vbi exemplificat.*
29. *Quid si testator mandauit se sepeliri in vna Ecclesia potius quàm in alia.*
30. *Quid si præceptum sit superuacuum, vel ineptum.*
31. *Quid si inualidum & contra legem, & seq.*
33. *Quis debeat probare hæredem non adimplenisse.*
34. *Hæreditas ablata non adimplenti cui deferatur: & pœna à testatore apposita cui applicetur.*
35. *Pœna apposita hæredi prohibito alienare quando incurratur.*

Quid in Monasterio hærede contraueniente. num 8.
Hæres tenetur facere omnem conatum, vt adimpleat voluntatem testatoris. num. 14.

& tenetur etiam litigando curare, vt omne tollatur impedimentum, aliàs non excusatur.

36. *Quo remedio hæres compellatur adimplere, &c.*
37. *Quid de præcepto de assumendo nomen & arma testatoris.*



IN materia huius quæstionis vide omninò latè disputantem Parisium *conclus. 19. vol. 2.* Firman. *in Repert. verb. hæres implere tenetur, per totum*, in discursu. Æmil. *cons.* 16. similiter *per totum.* Quibus io locis reperies præter infrascripra ferè omnes casus cootingibiles in materia.

2 Regula in hunc modum, formari potest. Hæres debet adimplere voluntatem & præceptum testatoris, & non adimplendo dicitur ipsi testatori factus odiosus, immò ei iniuriam facit non seruando eius volontatem; prout hæc & alia similia traduntur per Paris. *cons. 19. num. 39. 52. & 56. 53. & 56. vol. 2.* Æmil. *cons. 16. num. 4. & cons. 44. num. 1.* Paris. *cons. 91. num. 54. & seq. eodem vol. 2. & cons. 1. num. 64. & seqq. vol. 3.* Neuizan. *cons. 21. num. 19. & seqq.* vbi ampliùs dicit, quòd hæres seruando voluntatem testatoris consequitur meritum: non seruando autem dicitur facere contra iura pietatis, & peccat saltim venialiter. Roland. *consil. 70. num. 7. & num. 62. volum 3.* Et idem per Ioseph. Ludouic. *conclus. 16. illat. 79. & 81.* vbi etiam, quòd publicè interest seruari testatoris volontatem, & non adimplens dicitur violare iura pietatis.

3 Amplia supradictam regulam pluribus modis. Et primò, vt talis hæres non adimplens cadat ab omni commodo & relicto sibi à testatore. Paris. *consil. 19. num. 55. & consil. 91. num. 56. volum. 2. & consil. 1. num. 68. & 74. vol. 3.* Roland. *cons. 70. num. 63. volum. 3.* Ioseph. Ludouic *in communib. opin. conclus. 16. illat. 67. lib. 1. & ibidem illat. 73.*

4 Quæ quidem pœna multò magis habet locum, quando testator expressè præcepit aliquid sub pœna priuationis hæreditatis. Nam hanc & omnem aliam pœnam posse per testatorem apponi hæredi contrafacienti, nemo est qui dubitet Æmil. *cons. 112. num. 2.* Paris. *consil. 19. num. 134. & consil. 91. num. 61 & sequentibus, volum. 2. & consil. 1. num. 72. & seq. volum. 3.* Mandell. *cons. 57. num. 11.* Clar. *de testam. quæst. 69. in princip.* & faciunt dicta suprà *in 1. quæst. num. 31. & 47.*

5 Amplia II. vt hæres teneatur seruare præceptum testatoris formaliter, & ad vnguem. Paris. *d. consil. 19. num. 42. vol. 2.*

6 Amplia III. vt talis pœna priuationis incurratur per hæredem non adimplentem ipso iure; licèt benè requiratur iudicis declaratoria pœnam fuisse incursam. Firman. *in Repert. verb. hæres implere, num. 14.* Incurritur priuatio hæreditatis ipso iure, si directè hæres contrauenit defuncti voluntati: secùs si contrauenit omittendo, vel non adimplendo, quia tunc non priuatur ipso iure, vt per Ioseph. Ludou. *conclus. 16. illat. 67.*

7 Amplia IV. vt ab incursu istius pœnæ non excuset minoritas. Paris. *d. consil. 19 n. 83. & 247. vol 2.* Menoch. *de adipiscen. possess. pag. 11. num. 75. & seq.*

8 Amplia V. vt nec etiam possit concedi restitutio in integrum. Paris. *d. consil. 19. num. 83. & 247. volum. 2.* Menoch. *de adipiscen. possess. pag. 11. num. 75. & sequent.*

9 Amplia VI. etiam in filio hærede non adimplente. Paris. *d. consil. 19. num. 84. volum. 2.*

10 Sed an iste filius hæres non adimplendo perdat etiam legitimam, & quando, habetur per Firman. *in Repert. verb. hæres implere, &c. num. 34. & 37.*

Amplia

11 Amplia VII. vt talis hæres non adimplendo dicatur voluntatiè renunciasse hæreditati. Parisſ.*d.consil.*19.*num.*139.*volum.*2.*& ibidem num.*140. 144. 151. *& seqq.* Roland.*consil.*70.*num.*68.*volum.*3.

12 Amplia VIII. vt hæredem non adimplentem non possit ampliùs pœnitere: & sic non admittitur ampliùs purgatio moræ. De cuius ampliationis & materiæ veritate, vide Parisium *consil.*19. *num.* 140. 141.196.217.*& sequentibus,& num.*239. *& sequentib. volum.*2. Mandell. *consil.*57. *num.*12. Pro hac ampliatione vide Rolandum *consil.*70. *num.* 69. *& seqq. volum.*3. Ioseph. Ludouic.*d.conclus.*16.*illat.*82. *versic.& in vltimis voluntatibus.*

13 Amplia IX. vt hæres non adimplens teneatur etiam restituere fructus medio tempore perceptos. Firman.*in Repert. in verb. hæres implere*, &c. *num.*33. Parisſ.*d.consil.*19.*num.*186. *& seq.vol.*2.

14 Amplia X. vt hæres teneatur seruare præceptum testatoris, etiam quòd sit leue, & paruæ solemnitatis,&c. Parisſ.*d.consil.*19. *num.*186. *& seq.vol.*2. vbi respondet ad contraria. vide in hoc Ioseph. Ludouic. *d.conclus.*16. *illat.*82. *versic. & præceptum testatoris, & sequentib.* vbi quòd præceptum testatoris etiam leue est seruandum, quando est iniunctum sub modo formæ, vel quando testatoris mens apparet, quòd ita illud præceptum seruari voluit.

15 Amplia XI. vt hæres non adimplens possit à quolibet accusari. Firman. *in Repert. in verb. hæres implere, num.*23.

16 Amplia XII. vt hæredi non adimplenti non sit necessaria aliqua monitio, seu interpellatio, de cuius ampliationis materia & veritate vide Parisium *d. consil.* 19.*num.*192. *& sequentib.& num.*197. *& sequentib. volum.*2. Mandell. *consil.* 48. *per totum.* Menoch. *de adipiscen. possess. pag.* 11. *num.* 75. *& sequentib.* Ioseph. Ludouic. *d. conclus.*16. *illat.*73. *versic. ad hoc tamen*, vbi quòd est necessaria monitio, *& versic. & in vltimis volunt.illat.*82. vbi quòd quando in præcepto dies est appositus, tunc non requiritur interpellatio, *& illat.*93. vbi quòd quando monitio iudicis interuenit, post dictam monitionem habet hæres annum ad adimplendum. De hac monitione vbi aliquid per Peregrin.*de iur.fisc.lib.*2.*tit.*10.*num.*18.

17 Amplia XIII. etiam in legatario non adimplente, qui legato priuabitur. Parisius *d.consil.*19.*num.*219. *volum.*2.

18 Limita supradictam regolam pluribus modis. Et primò, quòd pœna priuationis hæreditatis in hærede non adimplente, non incurritur taliter, vt hæreditas directò veniat restituenda: sed in vim fideicommissi, vt videlicet hæres contrà faciens, &c. teneatur illam restituere, non aliter ac si esset rogatus. Ita Clar. *de testam quæst.*69. *vers.Intellige*,&c. Et propterea, an isto casu possit detrahere Trebell. vide Peregrinum *de iur fisci lib.*2. *tit.*10. *num* 22.

19 Limita II. quando præceptum testatoris esset turpe, vel contra bonos mores: tunc enim hæres illud non adimplendo nullam incurrit pœnam. Æmilian.*consil* 16. *num.*6. *& seq. & consil.*112. *num.*11. vbi idem, *si esset contra christianam charitatem.*

20 Limita III. vt talis pœna præscribatur per hæredem, siue eius successores spatio triginta annorum. Æmilian.*d.consil.*16. *num.*8. & quando contra hæredem, qui adimplere debebat, non est facta declaratio pœnæ, censetur remissa, nec eius successor potest molestari. Ioseph. Ludouic.*d.conclus.*16. *illat.*73. *vers. subdit. Tob.* &c.

21 Limita IV. quando præceptum est nudum, hoc est, sine causa, quia illud hæres adimplere non tenetur. Æmilian.*d.consil.*16. *num.*6. Peregrin.*de iur. fisc. lib.*2. *tit.*10.*num.*18.*in fine.*

Sublimita procedere istam limitationem quando 22
istud præceptum nudum, & sine causa esset contra legem; secùs si secundùm leges: quia tunc etiam sine causa est seruandum per hæredem. Firman.*in Repert. in verb.hæres implere*.&c. *num.*19.

Limita V. quando præceptum testatoris non est 23
factum de re familiari. Æmilian.*cons.*112.*num.*8.

Limita VI. quando per hæredem non stetit, quo- 24
minùs adimpleretur, cùm fecerit quicquid potuit: quia tunc nulla incurritur pœna. Æmilian.*d.cons.*112. *num.*25. Roman.*singul.*474. vide *in sequent. versic.* Et dicitur isto casu hæres fecisse omnem suum conatum, quando etiam litigando curauit omne remouere impedimentum, vt adimpleatur testatoris voluntas, aliàs non excusatur. Ioseph. Ludouic.*d.conclus* 16. *illatione* 77.*&* 78.

Limita VII. quando tale præceptum esset impos- 25
sibile, vel saltim difficile. Æmilian.*d.cons.*112. *num.*9. 18. *& seqq.* vide suprà *in num.antecedent.*

Limita VIII. quando ex præcepto colligeretur 16
magna durities testatoris: quia tunc hæres non teneatur illud seruare. Æmil. *d.cons.*112.*num.*12.*in fine.*

Limita IX. quando tale præceptum est factum in 27
odium particulare alicuius personæ, & vt alicui noceat. Æmilian.*d.consil.*112.*num.*13.

Limita X. In præcepto testatoris facto ad pom- 28
pam, seu ad periculum animæ ipsius: puta si præceperit sibi fieri sumptuosam sepulturam vltra sui status conuenientiam. Vel si mandauit se sepeliri cum melioribus vestibus, quas habebat, vel cum annulis: quia hæc & similia præcepta non sunt seruanda per hæredem. Æmil.*d.consil.*112. *num.*15. Mandell.*consil.*48. *num.*16. Anchar.*quæst.*54.*num.*9.*part.*2.

Limita XI. & illatiuè, quando testator mandauit 29
se sepeliri in sua Ecclesia potius, quàm in alia; hæres enim isto casu non adimplendo non incurrit pœnam. Mandell.*cons.*48.*num.*15. *& seq.*

Limita XII. quando præceptum testatoris est su- 30
peruacuum & ineptum. Æmil.*d.cons.*112. *num.*16.

Limita XIII. quando testatoris præceptum esset 31
inualidum, puta factum contra legem, vel statutum: quia per non adimplentem nulla incurritur pœna. Mandell.*consil.*42. *num.*6. Tiricæ. *de testament.coniug. pag.*172. *à tergo, versic.& quando.*

Sed an isto casu hæres in foro conscientiæ tenea- 32
tur seruare & adimplere præceptum testatoris inualidum, & contra legem, & an ad id possit cogi per denunciationem Euangelicam, habetur per Tiricæ. *de testament.coniug.pag.*133.*& seqq.*

Pro complemento huius quæstionis de nonnullis 33
quærendum est.

Primò quæro, quis debeat probare hæredem non impleuisse voluntatem testatoris: an hoc onus incumbat hæredi, an verò ei qui agit. Dic quòd si ille qui agit, non est ille, in cuius fauorem fuit factum præceptum, tunc ipsi incumbit onus probandi hæredem non adimpleuisse. Si verò est ille, in cuius vtilitatem est factum præceptum, tunc hæres tenetur probare se adimpleuisse: vt per Imolam *conclus.*34. *lib.*5. *pag.*1027.

Quæro II. postquam suprà diximus, quòd hæ- 34
res non adimplens priuatur hæreditate, maximè si hoc testator expresè disposuit, cuinam applicabitur ista pœna, & sic cui deferatur ista hæreditas. Dic, quòd si testator expresè disposuit cui deferatur, eius dispositio erit attendenda: si verò testator nihil disposuit, tunc si ille hæres habebat

cohæredem, seu substitutum, defertur hæreditas cohæredi, seu substituto: si verò non habebat cohæredem, seu substitutum, tunc defertur proximioribus venientibus ab intestato ipsi testatori: non autem filiis, seu proximioribus hæredis non adimplentis. Colliguntur ista ex traditis per Clarum *de testament. quæst. 69. versic. sed pone.* Diaz *regul. 2. in 2. fallentia.* Cardin. Alban. *consil. 57. num. 4. & seqq. & num. 18. & sequentib.* Roman. *singul.* 690. Parisius *consil. 91. num. 67. volum. 2.* Adde Roland. *consil. 70. num. 64. volum. 3.* vbi quòd hæres, qui non adimpleuit, &c. excluditur, & admittitur ille, qui adimpleuit; vide Ioseph. Ludouic. *d. conclus. 16. illat. 93.* vbi quòd hærede non adimplente, hæreditas primo loco deuoluitur venientibus ab intestato, & deinde fisco illis non adimplentibus cum eodem onere adimplendi. Vide Peregrinum *de iure fisci, lib. 2. tit. 10. num. 18. & sequentib.*

35 Quæro tertiò, si testator prohibuit alienationem sub pœna priuationis hæreditatis, an ista pœna incurratur per hæredem contra facientem, videas de hoc suprà *quæst. 1. num. 31.*

36 Adde in materia, quòd non solùm iudicis officio, sed etiam Principis, ac Pontificis auctoritate hæres cogendus est adimplere voluntatem testatoris. Ioseph. Ludouic. *d. conclus. 16. illat. 80.*

Adde etiam in materia, quòd præceptum testatoris factum hæredi, vt assumat nomen suum, & arma sua, ac familiæ suæ, non dicitur leue, ideoque est seruandum, & non seruando hæres priuatur hæreditate. Ioseph. Ludouic. *d. conclus. 16. illat. 82. vers. & præceptum testatoris, & seqq.* Facit, quia hæres non seruando voluntatem testatoris, maximè in iis, quæ concernunt ipsius memoriam & honorem, dicitur ipsi testatori odiosus, vt per Anchar. *quæst. 1. n. 19. part. 2.*

QVÆSTIO LVI.

Institutio, seu substitutio quando censeatur facta ordine successiuo; & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Ordo charitatis, & ordo necessitatis quomodo differant.*
2. *Plures vocati copulatiuè an censeantur vocati ordine successiuo in iis, in quibus cadebat ordo charitatis.*
3. *& quid in iis, in quibus cadit ordo necessitatis, & num. 4.*
5. *& quid in iis, in quibus non cadit nec ordo charitatis, nec ordo necessitatis.*
6. *Plures vocati alternatiuè an censeantur vocati ordine successiuo.*
7. *& quid in pluribus vocatis per dictionem cum.*
8. *& quid in pluribus vocatis collectiuè, & seqq.*
9. *Maximè in contractibus.*
10. *Vel institutis, & seq.*
11. *Quid si plures vocantur vnà cum eorum hæredibus.*
13. *Quid si dictum sit, salua gradus prærogatiua, vel ordine successiuo, vel succedant, sicut abintestato succederent.*
14. *Quid si vocantur incerti, puta filij nascituri. Materia generalis huius quæstionis, sub num. 1.*
15. *Quid si vnica oratione & constructu plures vocantur etiam gradu dispares.*
16. *In hac materia attenditur subiecta materia, & verisimilis mens testatoris.*



Difficiltis est admodum ista quæstio propter diuersitatem casuum, & idcirco multum ardua mihi semper fuit visa. Quocirca ad faciliorem & certiorem eius agnitionem præmittendi sunt duo termini in materia occurrentes. Necesse enim est priùs scire: Quid sit ordo charitatis, seu affectionis, & quid sit ordo necessitatis. Ordo igitur charitatis est, quando vocantur personæ in diuersis gradibus existentes, quas testator non habet necessitatem instituendi, sed solùm erga eos charitatem quandam, & affectionem habet: puta quando instituo fratrem meum, & eius filios. Ordo autem necessitatis erit, quando personæ à testatore instituendæ debebant de necessitate institui, ne testamentum rumperetur; puta quando testator instituit filium suum in potestate, & nepotem ex eo natum, seu nasciturum, prout hæc omnia optimè considerauit, & declarauit Clarus *de testament. quæst. 8. versic. sciendum est tamen.* 1

Hoc sic præmisso distinguas in materia plures casus. 2 Primus, quando plures vocantur à testatore per copulam, &, tunc si vis scire, an isti plures copulatiuè vocati censeantur simul, an verò ordine successiuo instituti, distingue. Aut inter hos cadebat solùm ordo charitatis, seu affectionis absque vlla instituendi necessitate, puta si testator dixerit: Instituo Titium fratrem meum, & eius filios; & tunc tales personæ censentur vocatæ simul, & semel, non autem ordine successiuo, secundùm magis communem opinionem, de qua per Clarum *d. quæst. 8c. vers. hoc præmisso* Mathes. *singul. 156. & in addit.* Villalob. *lit. I. num. 71. in 1. versic.* Æmilian. *cons. 11. num. 3. decis. Pedemont. 81. num. 1. 2. & seqq. & num. 18.* vbi hoc limitatur pluribus modis, adde pro primo dicto Clari Cephalum *in consil. 162. num. 18. volum. 2.*

Aut verò vocantur plures copulatiuè, in quibus 3 non solùm cadit ordo charitatis & affectionis; sed etiam cadit ordo necessitatis, puta si testator instituit filium suum, & nepotè ex eo, prout suprà exemplificauimus; & tunc facias conclusionem, quòd isti censentur vocati non simul & semel, sed ordine successiuo, prout dixit idem Clarus *in d. quæst. 8. versic. quando inter eos* Villalob. *lit. I. num. 71. in 1. versic. & decis. Pedemont. 81. num. 12.*

Ad quod aduerte, quòd isto casu nepos censetur 4 vocatus ordine successiuo, non per fideicommissum, sed per vulgarem substitutionem. Et vtilitas huius differentiæ est maxima: nam si esset vocatus ordine successiuo per fideicommissum, non posset filius de ipsa hæreditate liberè disponere & testari, sed teneretur illam restituere nepoti. Sed cùm succedat per vulgarem substitutionem, quæ habet locum, si hæres non erit; sequitur quòd adita per filium hæreditate, substitutio ipsa expirauerit, prout hæc omnia adnotauit Clar. *de testam. d. quæst. 80. vers. sed quæro.*

Aut verò vocantur plures copulatiuè, in quibus 5 non cadit nec ordo charitatis, seu affectionis; nec etiam ordo necessitatis, puta, si instituo Titium, & eius filium mihi penitus extraneos. Et tunc censentur isti insimul vocati, nunc autem ordine successiuo. Villalob. *lit. I. num. 71. versic. instituto patre.*

Secundus est casus, quando plures vocantur non 6 copulatiuè, sed alternatiuè. Et tunc dicas, quòd si in istis alternatiuè vocatis cadit ordo charitatis, & affectionis, puta si dico, Instituo Titium fratrem, vel eius filios, tunc videntur non simul & semel, sed ordine successiuo vocari; primò videlicet Titius, & deinde eius filij non per vulgarem substitutionem,

stitutionem, vt suprà dictum fuit *in num.* 4. sed per fideicommissum. Clar. *de testam. quæst.* 80. *vers. quando plures, il* 1.

7 Tertius est casus, quando plures vocantur, inter quos cadit ordo charitatis, non copulatiuè per dictionem, *&*, nec alternatiuè: sed per dictionem, *Cum*, puta, Instituo Titium cum Mæuio eius filio. Hoc casu Titius & Mæuius censentur vocati non ordine successiuo, sed simul & semel. Clarus *de testament. quæst* 70. *in* 4. *conclus. decis. Pedem.* 81. *num.* 1. *&* 2.

8 Quartus est casus, quando plures vocantur sub nomine collectiuo. Et tunc distingue. Aut isti vocantur collectiuè sub vnica denominatione, puta si dicatur: Instituo meos descendentes, vel omnes de familia, vel meos agnatos, & simil. Et tunc censentur isti vocati non simul & semel, sed ordine successiuo, vt qui prior sit in gradu, primitùs admittatur. Clar. *de testament. quæst.* 76. *versic.* 2. *infertur.* Nouell. *regul.* 111. Villalob. *litera I. num.* 71. *versic. institutio pluribus.* Natta *consil.* 474. *num.* 26. Placa *cap.* 39. *num.* 5. Adde *decis. Pedemont.* 81. *num.* 14. vbi simpliciter dicit, quòd institutio censetur facta ordine successiuo, quando plures vocantur sub nomine collectiuo, licèt aliqui ibi per eum relati tenuerint contrarium, Adde pro eadem opinione Cephalum *consil.* 261. *num.* 12. *& sequentib. volum.* 2. vbi etiam exemplificat institutionem factam sub nomine collectiuo.

9 Quæ conclusio habet locum etiam in contractibus. Nouell. *d. regul.* 111. *in* 1. *ampliat.*

10 Item habet locum etiam in statutis, puta vocantibus descendentes, seu agnatos ad hæreditatem alicuius: quia censentur vocati non simul & semel, sed ordine successiuo. Placa *d. cap.* 39. *num* 5.

11 An isti plures vocantur collectiuè sub duplici denominatione, quando scilicet vnus specialiter vocatur, & alij collectiuè. verbi gratia, si dicatur: Instituo Titium, & descendentes Mæuij, quia Titius specialiter nominatur: descendentes autem Mæuij collectiuè vocantur, & sic adest duplex denominatio, vna specialis, altera collectiua. Et tunc dicas, quòd censentur vocati non ordine successiuo, sed simul & semel: hoc modo, videlicet, quòd Titius specialiter nominatus habebit medietatem hæreditatis. Altera verò dimidia diuidetur inter illos plures collectiuè vocatos. Clarus *de testament. d. quæst.* 80. *in* 5. *conclus.* Nouell. *d. regul.* 111. *in* 2. *fall.*

12 Quintus est casus, quando plures vocantur vnâ cum eorum hæredibus, puta, si dicatur: Instituo Titium, & eius filios & hæredes, & tunc vbicunque fit mentio à testatore de hæredibus instituri. Et tunc dicas, quòd vbi aliàs instituti censerentur vocati simul & semel, eo casu censebuntur vocati ordine successiuo. Et ratio est, quia viuus non dicitur habere hæredem. Ita Æmilianus censet *d. consil.* 11. *sub num.* 4.

13 Sextus est casus, quando testator vtitur quibusdam clausulis, siue tacitis, siue expressis, quibus importatur successio non simul, sed successiua; puta quando dixit: succedant salua gradus prærogatiua; vel succedant eo modo, quo ab intestato erant successuri: vel succedant ordine successiuo, tunc cùm clarè dicatur constare de voluntate testatoris, ideò censebuntur vocari non simul & semel, sed ordine successiuo, vt per Marzar. *de fideicommiss. quæst.* 16. *& quæst* 32.

14 Septimus sit casus, quando vocantur incerti, puta filij nascituri: tunc institutio censetur facta ordine successiuo, vt *in decis. Pedem.* 81. *num.* 16.

Adde in materia, quòd quando sub vnica oratione, vnicoque structu verborum vocantur duæ personæ, etiam dispares gradu: tunc, inquam, institutio non censetur facta ordine successiuo, vt *in decis. Pedem.* 81. *num.* 8. 15

Adde insuper in proposito, quòd secundùm quòd subiecta materia patitur, & iuxta verisimilem mentem testatoris ita iudicatur institutio facta, vel non facta ordine successiuo, vt *in decisione Pedemont.* 85. *num.* 18. 16

QVÆSTIO LVII.

De testamento, seu institutione metu facta. Et quid si interuenerunt solùm blanditiæ, vel importunæ persuasiones petentis. Necnon, quomodo puniatur ille, qui compellit metu, seu minis aliquem ad testandum.

SVMMARIVM.

1. *Compellens aliquem ad testandum, extraordinariè punitur.*
2. *Institutio metu facta non valet.*
3. *& quid si minans non est solitus minas exequi.*
4. *& quid de vxore denegante viro seruitia, vt instituatur.*
5. *Quid de institutione facta ad importunas persuasiones.*
6. *& quid si facta sit blanditijs, & seqq.*
10. *Institutio facta metu non est nulla ipso iure.*
11. *Quid si testator poterat reuocare testamentum, & non reuocauit.*
12. *Quid si metus non cadat in constantem virum.*
13. *Quid in metu illato sine dolo.*
14. *Hæreditas isto casu cui applicetur.*
15. *Metus illatus isto casu clarissimè probandus est.*
16. *Testatori asserenti se per metum esse testatum quantum credatur.*
17. *& quid de protestatione, quod testatur per metum.*
19. *Qua actione retractetur institutio metu facta.*
Vxor importunè instigata à marito, si ob id secretò condat testamentum alium instituendo hæredem; an hoc testamentum præualeat alio postea facto, in quo maritum instituit. num. 18.

REGVLA constituatur hoc modo, quòd compellens aliquem ad se, vel alium instituendum extraordinariè iuxta facti qualitatem arbitrio iudicis punitur. Clar. *in pract. quæst.* 85. *vers. compellent.* Menoch. *de arbitr. quæst. cas.* 395. *num.* 3. vbi quòd siue metus sit illatus armis, vel siue armis, semper pœna est arbitraria, licèt in vno casu magis grauiter puniatur, quàm in altero, iuxta facti qualitatem. Ad hanc materiam vide Peregrin. *de priuileg. fisci. lib.* 5. *tit.* 6. in discursu, *fol.* 151. *& seqq.* 1

Et ex hac indubitanter concludunt omnes Doctores, quòd testamentum, seu institutio metu facta nulla & inualida est, etiam quòd hæres institutus ignorauerit metum illatum testatori, vt per Aymon. *consil.* 120. quem videas. 2

Amplia supradictam regulam pluribus modis. Et primò, quòd institutio dicitur metu facta, & per consequés non valet, etiam quòd non probetur minantē 3

esse solitum minas exequi. Ita Tiricæ. *de testament. coniug. pag. 13. à tergo, & seq.*

4 Amplia I. vt institutio dicatur facta metu, & per consequens non valeat in casu notato, per eumdem Tiricæ. *pag. 16. num. 7.* videlicet, quando vxor denegat præstare seruitia suo marito languenti & infirmo ad hoc, vt hæres instituatur: quia tunc per indirectum metus dicetur illatus, & per consequens subsequuta institutio non valebit, vt *ibi* per eum, quem videas, quia loquitur remissinè.

5 Amplia II. regulam procedere in institutione facta ad importunas petitiones, seu violentas persuasiones petentis; quia istæ petitiones, & persuasiones ita violentæ, & importunæ æquiparantur metui & minis. Ita Menoch *de arbitr. quæst. casu 395. num. 41.* Diaz *regul. 798. in 3. limit.* Tiricæ. *de testament. coniug. pag. 14. num. 4. & seq.* faciunt ad hanc materiam dicta in alio Repertorio in materia *Metus.* Decian. *consil. 65. num. 3. lib. 1.* vbi de legato facto viro ad importunas eius preces.

6 Limita modò principalem regulam pluribus modis. Et primò, illam non procedere in institutione facta blanditiis; quia ista non æquiparatur institutioni factæ metu, & blandis verbis testatorem allicere licet in iure, *l. fin. C. si quis aliquem test. prohib.* Diaz *regul. 798.* Gramm. *decis. 73. num. 30.* Cotta *pag. 848.* Tiricæ. *de testament. coniug cap. 3. lib. 1. num. 1.* Menoch. *de arbitr. quæst. cas. 3.8. num. 42.*

7 Sublimita hanc limitationem non procedere, quando minæ præcesserunt blanditias; quia institutio isto casu censetur facta ob præcedentes minas. Tiricæ. *de testam coniug. pag. 13.* Menoch. *d. casu 395. num. 41.* Diaz *reg 798. in prima limitat.*

8 Sublimita II. illam non procedere, quando institutio facta blanditiis reuocaret institutionem factam in alio priori testamento: quia tunc licèt secundum testamentum factum blanditiis valeat; tamen hæres primò scriptus reuocabit hæreditatem à secundo hærede instituto cum blanditiis per actionem de dolo, vel in factum, vt per Menochium *d. casu 395. num. 43.* Cottam *pag. 848. versic. fallit, nisi.* Diaz *regul. 798. in 2. limit.* Tiricæ. *de testament. coniug. pag. 16. num. 8.*

9 Sed contra istam limitationem tenuerunt multi relati à Tiricæ. *ibidem in pag. 17.* vbi tandem ipse fœdere distinctionis nititur concordare has opiniones. Ideò ibi videas.

10 Limita II. principalem regulam, quòd licèt institutio metu facta sit nulla: tamen non est nulla ipso iure. Menoch. *cas. 395. num. 7.* vbi de communi testatur opinione, licèt aliqui *ibi* per eum relati, tenuerint contrarium.

11 Limita III. quando post metum illatum testator tandiu vixit, quòd si voluisset, potuisset institutionem illam metu factam reuocare; quia tunc institutio illa à principio nulla propter metum efficitur valida ex præsumpta mente testatoris: ita colligitur ex dictis per Menochium *d. casu 395. num. 25.* faciunt dicta *in Repert. Quæstionum crimin. quæst. 121. num. 19.*

12 Limita IV. quia ad hoc vt institutio dicatur metu facta, necesse est, quòd metus non sit leuis, sed talis qui cadat etiam in virum constantem: alias valebit institutio facta propter leuem metum. Menoch. *d. casu 395. num. 32.* Ancharan. *quæst. 76. in fine part. 1.*

13 Limita V. quia ad hoc vt inferens metum puniri possit, necesse est, quòd dolo id faciat; aliàs secùs, vt per Menoch. *d. casu 395. num. 33.*

14 Pro complemento modò huius quæstionis quæro de aliquibus. Et primò. Quando institutio metu facta est nulla, cui defertur isto casu hæreditas, an fisco, an verò venientibus ab intestato, videas Menoch. *d. cas. 393. n. 5. & sequentibus:* vbi distinguit plures casus. Clar. *in pract. quæst. 79. versic. si testator.* faciunt dicta *in Repert. Quæst. crimin. quæst. 121. num. 18.* gloss. Bartol. & alij *in l. 1. ff. si quis aliquem testari prohib.*

Quæro II. Quomodo probetur institutionem factam fuisse metu: videas tradita in alio Repert. *Metus quomodo probetur*, &c. Et particulariter dicas, quòd metus isto casu debet probari clarissimis, & apertissimis probationibus; nec sufficiunt isto casu præsumptiones. Menoch. *d. casu 395. num. 30.* cuius contrarium, quòd immò sufficiant coniecturæ, cùm hæc soleant secretè committi, habetur *in consil. 156. vltimar. volunt. num. 29. lib. 1.* 15

Benè verum est, quòd testatori asserenti sibi fuisse illatum metum, & ob id condidisse testamentum, satis creditur, vt *ibidem* per Menochium *d. casu 395. num. 40.* 16

Quantum autem credatur vxori, seu alteri protestanti antequam testatur, se instituere & taxari non sponte, sed propter metum illatum, videas Tiricæ. *de testament. coniug cap. 4. lib. 1.* in discursu. 17

Qui quidem Tiricæ. *in pag. 18. num. 1. & omnibus sequentib.* ponit in proposito pulchram quæstionem, videlicet. Quid si vxor satis importunè instigata à marito, vt eum hæredem faciat, secretè condat testamentum, in quo alium hæredem instituendo apponit clausulam derogatoriam ad sequentia testamenta: deinde facit aliud secundum testamentum, in quo maritum instituit, an primum, vel secundum testamentum isto casu valeat; vbi videas per eum. 18

Quæro III. qua actione annulletur testamentum metu factum? Dic quòd retractatur per officium iudicis, & non per actionem, *Quod metus causa*, quæ datur solùm, quando interuenit metus mortis, vel cruciatus corporis. Tiricæ. *de testament. coniug. pag. 16. à tergo.* 19

Posui *in tit. de crim. falsi. quæst. 161.*

QVÆSTIO LVIII.

De institutione facta ad interrogationem Notarij, hæredis, seu alterius, an & quando valeat; & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Institutio facta ad interrogationem Notarij, hæredis, seu alterius, an valeat, remittitur arbitrio iudicis.*
2. *Regula sit, quòd valeat.*
   Limita, vt in num. 13.
3. *Limita in testatore grauiter infirmante, &c. & num. 4.*
   Sublimita, vt in num. 4.
   Vbi etiam quid si non erat sanus mente, &c.
5. *Limita, dummodò testator habuisset animum testandi.*
6. *Limita, nisi per prius fecisset aliud testamentum.*
7. *Notarius si scribat de se testamentum, & testatori illud legat, &c & testator interrogatus respondeat, quòd sic, an valeat, & num. 8. & seqq.*

11. Nota

11. *Notarius an dicatur falsarius, si dicat testatorem nominasse ore proprio hæredem, quem reuera non nominauit, & seq.*
13. *Testamentum in scriptis non valet ad interrogationem Notarij.*
Quid si interrogatio, seu preces sint importuna, num 4.
15. *Quid si interrogatio fiat à persona suspecta.*
Quid si interrogatio fiat sine Notario, num. 14.
16. *Quid de testamento facto ab insestato, vel non sana mentis.*
17. *Quid si extet statutum, quòd institutio fiat ore proprio.*
18. *Quid si responsio ad interrogationem est facta nutu.*
19. *Quid si sint instituti venientes ab intestato.*
20. *Clausula codicillaris quid operetur in testamento facto ad interrogationem inualido.*

1 RÆCEDENTI quæstioni similis est hæc altera quæstio, quam modò discutiendam assumo. An scilicet institutio facta ad interrogationem hæredis, Notarij, siue alterius, valeat, necne. In qua præmittas vnum, quòd scilicet in hoc puncto multum tribuitur arbitrio iudicis, qui consideratis facti qualitatibus optimè iudicare poterit, an valeat, necne, ptout adnotauit Tiricæ. *de testament. coniug. pag. 14. num. 7. cap. 5. per totum.* Menoch. *de arbitr. quæstionib. casu 97. num.* 4. Ad hanc materiam vide Ladetch. Imol. *consil.* 39. Mandell. *consil.* 414. Sotd. *consil.* 414. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 8. *per totam.* Cephal. *consil.* 546. Sfort. Oddo *consil.* 76. in discursu. Viui. *opin.* 361. Hippol. Riminald. *consil.* 261. *lib.* 3. Menoch. *consil.* 45. *lib.* 1. Michael. Crass. *successionib.* §. *institutio, quæst.* 17. Rot. diuers. *decisione* 638. *part.* 1. Mantic. *de coniectur. lib.* 2. *tit.* 6.

2 Regula tamen constitui potest affirmatiua, quòd videlicet institutio facta ad interrogationem Notarij, hæredis, seu alterius, valeat secundùm communem, de qua per Viuium *pag.* 100. *verb. hæres quilibet.* Titicæ. *de testament. coniug. cap.* 5. *lib.* 1. *pag.* 21. licèt aliqui *ibi* per eum relati contrarium tenuerint. Clar. *de testament. quæst.* 37. *versic. sed quid si Notarius, & seq.* vbi de magis communi. Grammat. *decis.* 73. *num.* 36. Aymon *consil.* 117. *num.* 1. Syluan. *consil.* 54. *pag.* 400. *in* 2. *colum.* Crass. *in communib. opinionib. lib.* 1. *cap.* 3. *quæst.* 11. vbi de testamento facto ad interrogationem Notarij, & *ibi* quòd hæc opinio approbatur in iudicio & scholis, & quòd sit magis communis, traditur *in decis. Lucen.* 13. *num.* 19. *part.* 1. teste Franc. Beccio *consil.* 102. *num.* 8. *& sequenti, lib.* 1. vbi plures congerit Boss. *in tit. de exam. reor. num.* 13. Cartar. *in pract. interrog. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 56. *& seq.* Etiam ad interrogationem priuatæ personæ nedum Notarij testamentum factum valet, Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus.* 59. *in* 1. *ampliat.* vbi de veriori opinione, licèt alij *ibi* per eum relati contrarium dixerint. Contrarium quoque prædictorum tenuerunt plures relati à Tiricæ. *vbi suprà*, à Grammatico *d. decis.* 73. *in princip.* & sequitur idem Grammat. *in consil.* 59. *num.* 9.

3 Sed præsupposita prima opinione vti magis communi; limita, eam non procedere, quando testator esset valde oppressus vi & violentia morbi, & conturbatus sua infirmitate interrogaretur à persona suspecta, & suam hæreditatem ambiente, (vide infrà *num.* 15. vbi de persona suspecta,) quia tunc præsumit lex ægrum non sua libera voluntate, sed ad remouendas illas vexationes respondisse, & sic isto casu institutio ad interrogationem facta non valet. Titicæus *de testament. coniug. pag.* 23. *num.* 6. Clarus *de testament. quæst.* 37. *versic. sciat ergo,* &c. *& sequent.* Cartar. *in pract. interrog. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 59. Aymon *consil.* 143. *num.* 13. *& consil.* 117. *num.* 1. *&* 3. Viui. *pag.* 100.

In quo aduertas, quòd multi ex modò prædictis 4
Doctoribus simpliciter loquuntur, quòd institutio facta ad interrogationem à testatore grauiter infirmante non valet. Quæ quidem opinio non est vera, secundùm Syluan. *in consil.* 54. *num.* 10. *& omnibus sequentib.* vbi dicit, quòd institutio facta ad interrogationem Notarij, etiam quòd testator grauiter infirmaret, nihilominus valeat, si erat sanus mente, & articulatè loqui poterat, & hanc dicit esse magis communem, & *ibi* respondet ad contraria. Et ideo prædicta limitatio posset haberè locum, quando vnà cum graui infirmitate testatoris, concurreret; vel quòd non erat sanus mente, vel quòd non poterat benè loqui; vel quòd interrogatio fiebat à persona suspecta, (de quo vide infrà *num.* 15. vbi contrarium) vel quòd interrogationes essent impotrunæ. Hinc quæri potest, an legatum factum per vxorem marito per importunas ipsius preces valeat. Vide Tiber. Decian. *respons.* 65. *num.* 5. *lib.* 2. sed de hoc dixi suprà *quæst.* 57. *num.* 5. vbi est locus suus. Quando autem testator non est sanus mente, tunc testamentum factum ad interrogationem Notarij, seu alterius, non valet. Ita colligitur ex Menochio, qui ad plura infert *in consil.* 45. *num.* 34. *lib.* 1. *& ibid. num* 33. Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. lib.* 1. *conclus.* 59. *in* 11. *ampliat. versic. & vt vno verbo,* &c. Aliàs simplex infirmitas grauis non facit, quominus institutio facta ad interrogationem non valeat, si testator erat sanus mente, vt *ibi* per dictum Syluanum. Et faciunt infrà tradita *quæst.* 60. *num.* 6. *& alijs seqq.*

Limita II. principalem regulam procedere, quan 5
do testator habebat eo tempore animum testandi, & ob id vocauit Notarium, siue alium: quia tunc institutio facta ad interrogationem valet; secùs si ipse non rogauit Notarium, nec habebat eo tempore animum testandi, quia tunc talis institutio non valet, quia præsumitur extorta potius ad importunitatem petentis, quàm de libera voluntate testatoris. Aymon *consil.* 143. *num.* 13. *& consil.* 117. *num* 1. Tiricæ. *pag.* 24. *num.* 8. *& sequenti,* quem videas. Clar. *de testament. quæst.* 37. *sub versic. tertiò sciatur,* &c. relati per Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 19. *in* 3. *ampliat.* veriùs dicit, quòd valeat isto casu testamentum, etiam quòd non constet testatorem voluisse testari, dummodo tamen fuerit sanus mente.

Limita III. quando testator fecisset priùs aliud 6
testamentum validum, & solemne: nam tunc secundum factum ad interrorionem non tollit illud primum, vt per Clarum *de testament. quæst.* 37. *versic. tertiò sciat.* Aymon *consil.* 117. *in fine.* Contrarium, quando cessat falsi suspicio, & nisi aliud suadeatur ex coniecturata mente testatoris, dicit veriùs, concordantes allegat, & respondet contrariis Ioseph. Ludouicus *d. conclus.* 59. *in* 5. *ampliat.*

Ex supradicta regula inferunt Doctores, quòd si 7
Notarius scribat de se testamentum, deinde illud legat testatori, eumque interroget, an velit illud esse suum testamentum: si respondeat, quòd sic, in præsentia testium, illud testamentum valet ac tenet, licèt sit factum ad interrogationem. Tiricæ. *de testament. coniug. pag.* 24. *à tergo.* Clar. *de testam. quæst.* 37. *versic. hinc etiam, & versic. tertiò sciat,* vbi videas.

Et latè defendit Syluan. *in consil.54. per totum, vol.1.* Boss. *in tit. de fals. num.55* Ioseph. Ludouic. *conclus.59. in communib. opinionib. lib. 1. in princip. in vers. sed reuera*, &c. vbi de magis communi opinione, & concordantes allegat; licèt alij *ibi* per eum relati *in versic. contrarium*, &c. in contraria fuerint opinione, quam & ipsi testantur magis communem, & pro eorum opinione aliàs in Rota Romana iudicatum fuit, sed Ioseph. *vbi suprà*, pro sua opinione, & sic pro validitate testamenti testatur in pluribus Italiæ Rotis fuisse iudicatum, vide Iosephum *ibid. in fine, d. conclus. 59. in versic. scribit etiam post alios, & seq.* Vide ad materiam Franc. Beccium *consil.* 102. in discursu, & Surdum *consil.* 414. pariter in discursu, & præsertim *num.9. & seqq.*

8 Limita hanc illationem procedere, quando Notarius, qui scribit testamentum, de se esset informatus de voluntate testatoris ab eodemmet testatore; secùs si esset informatus ab alio: quia tunc non valet. Et quòd testator respondeat quòd sic, vt per Clarum *de testament. quæst.37. versic. tertiò scias*, & per Tiricæ. *de testament. coniug. dicta pag.* 24. vbi videas; & latè hanc limitationem defendit, exornat, & declarat Collegium Patauinum *in consil.1. inter consilia vltimar. voluntat. lib.* 1. ad quam semper recurras in materia. Hanc limitationem etiam sequitur Bossius *in tit. de fals. num. 55. pag. mihi* 202. *colum.* 3.

9 Contrarium asserit Siluanus *in d. cons.54. pag.* 401. *in 1. column.* vbi dicit, quòd si testator erat sanus mente; tunc tale testamentum ita scriptum à Notario, & ita lectum testatori, &c. valet, siue Notarius sit informatus de voluntate testatoris ab ipso testatore, siue ab alio. Et cum hac opinione videntur etiam concurrere Doctores suprà citati pro affirmatiua opinione *num.* 7. qui generaliter loquuntur, nulla habita distinctione, à quo sit informatus ipse Notarius.

10 Limita II. præfatam illationem procedere, quando Notarius scribit testamentum in conspectu testatoris, & postea illud ei legit, &c. secùs si scribat seorsum à testatore. Viuius *pag.* 100. *à tergo, in princip.* Sed hæc limitatio Viuij videtur contra mentem omnium Doctorum suprà citatorum pro affirmatiua opinione, *num.*7. qui simpliciter & generaliter loquuntur nulla facta distinctione, coram quo scilicet sit scriptum testamentum.

15 Sed hîc congruenter quæri potest, an Notarius, qui priùs scripsit testamentum, deinde illud legit testatori, qui ad eius interrogationem responderit sibi illud placere, &c. si in eo dicat, quòd testator hæredem ore proprio nominauit, an dicatur falsum committere. Ista quæstio latè disputatur per Bossium *in tit. de fals. num. 54. & pluribus sequentib. pag. mihi* 202. *& seq.* & ad eam faciunt, quæ infrà dicentur *in sequenti quæst. num.* 10. Pro eius resolutione, vide omnino Beccium *consil.* 102. Surd. *consil.414. num.3. & num.8. in fin. & num.53. ad medium.* Et distinguas duos casus principales. Primus casus erit, quando tale testamentum ita factum ad interrogationem Notarij, valet de iure communi, prout suprà diximus *num.* 7. Et tunc etiam quòd Notarius dixerit, quòd testator hæredem ore proprio nominauit, nihilominus non per hoc testamentum corruit, nec per hoc Notarius de falso punitur, vt *ibi* per Bossium. Sed hoc vltimum de pœna falsi limita, vt infrà *in seq. num.*

12 Si verò sumus in casibus, in quibus testamentum lectum coram testatore, &c. non valet, de quibus suprà diximus *in num. seqq.* Et tunc similiter facias conclusionem, quòd non per hoc Notarius dicetur falsum commisisse, sed potius error in eo præsumetur, quàm dolus.

Limita, hanc conclusionem procedere, quando Notarius examinatus ingenuè fatetur, quòd testator non nominauit ore proprio hæredem, sed quòd ipse ita scripsit, credens sibi licere; quòd si neget & dicat, quòd immò ipse testator nominauit, prout ipse scripsit; tunc ex hoc mendacio falsarius præsumetur, & poterit de falso condemnari, vel saltim torqueri ad sciendum, an dolosè scripserit, necne. Et ita etiam traditur *in decis. Lucensi 13. num.* 20. *part.* 5. vbi sic distinguendo respondet ad Corn. & Beccium *ibi* in contrarium allegatos.

Limita II. supradictam regulam in Notario malæ famæ, & aliàs solito similia committere: quia tunc etiam, quòd examinatus ingenuè fateatur rem, prout se habet, & alleget errorem, nihilominus falsarius præsumetur.

Limita III. in eo Notario, qui solet in similibus testamentis facere, vt testator ore proprio nominaret hæredem: nam si modò omiserit istud consuetum, & tamen scripserit, quòd testator ore proprio nominauit, cùm non sit verum, tunc falsarius præsumetur.

Limita IV. in Notario Iurisperito, vel qui aliàs sciret iuris conclusiones, quæ volunt talia testamenta non posse in supradictis casibus fieri, & stipulari ad responsionem testatoris, quia tunc falsarius similiter præsumetur, si scripsit, quòd testator ore proprio nominauit hæredem, cùm tamen non fuerit verè nominatus. Hæc omnia eliciuntur ex dictis per Bossium *in d. tit. de fals. num. 54. vsque ad num. 69. pag. 202. & seqq.* Multa ad hanc materiam spectantia posui *in tit. de fals. quæst.* 154.

Addendo suprà traditis *in num. 2. & seqq.* scias, 13
quòd licèt testamentum factum ad interrogationem Notarij valeat, vt *ibi*, tamen hoc intelligitur procedere in testamento nuncupatiuo, secùs in scriptis, vt per Crass. *in communib. opinionib. lib. 1. cap. 3. quæstione 11. tom. 2.*

Amplia regulam suprà positam *num.* 2. quòd va- 14
leat testamentum factum ad interrogationem alterius etiam sine Notario, dummodo coram septem testibus. Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus. 59. in 2. ampliat. lib.* 1.

Amplia eamdem regulam etiam quòd interro- 55
gatio sit facta à persona suspecta, puta ab vxore; quia si testator erat sanus mente, valet testamentum secundùm communem, de qua per Iosephum Ludouicum *d. conclus 59. in 4. ampliat.* vbi etiam refert contrarium tenentes. Dixi de hac ampliatione aliqua suprà *sub num. 3. & 4.*

Amplia etiam, quia licèt testamentum furiosi, vel 16
testatoris non existentis in sana mente valeat, quando est tale, vt quilibet sanus mente illud condidisset, prout respectiuè dixi infrà *quæst.60. num. 11. & q.74. num.* 2. Tamen quando est factum simile testamentum ad interrogationem Notarij ab insano, vel non sanæ mentis, non valet, etiam quòd sit sapienter factum. Ioseph. Ludouic. *d. conclus. 59. in 7. ampliat.* quem videas. Et hæc reuera non est ampliatio, sed limitatio ad regulam suprà positam *num.* 2. Posui *in fragment. crimin. in verb. furor. in vlt. rubr.*

Amplia, quia valet testamentum ad interroga- 17
tionem alterius factum etiam stante statuto, quòd institutio debeat fieri ore proprio testatoris, ac etiam quòd nominatio hæredis esset de forma testamenti,

ac

ac etiam ſtante alio ſtatuto, quòd verba ſtatutorum ſint intelligenda ad literam, prout iacent. Ioſeph. *d. concluſ. 59. in 10. & 11. ampliat.*

18 Limita eamdem regulam ſuprà poſitam *num. 2.* vt reſponſio ad interrogationem teſtatoris debeat eſſe expreſſa, non autem ſignis, nutu, &c. prout dicetur *in ſequenti quæſt.* quam pones hîc, pro limitatione præſertim *num. 11.*

19 Sublimita omnes præcedentes limitationes datas ad regulam, vt in caſibus, in quibus non valet teſtamentum factum ad interrogationem alterius, valeat tamen quando ſunt inſtituti venientes ab inteſtato. Ioſeph. *dict. concluſ. 59. in 8. ampliatione*, vbi declarat.

20 Sublimita II. vt etiam in caſibus, quibus dictum teſtamentum factum ad interrogationem non valet, valet tamen in vim fideicommiſſi virtute clauſulæ codicillaris. Ioſeph. *d. concluſ. 59. in 9. ampliat.* vbi declarat, quando hoc ſit verum.

Qvæstio LIX.

Teſtamentum, ſeu inſtitutio facta nutu, an & quando valeat; & de materia.

Svmmarivm.

1. *Teſtamentum nutu factum non valet.*
2. *Amplia in teſtamento militis.*
3. *Amplia in teſtamento inter liberos.*
4. *Amplia etiam, quòd teſtator loqui non poſſit.*
5. *Limita in codicillis.*
6. *Limita in legatis.*
7. *Limita in fideicommiſſis.*
8. *Limita in teſtamento facto fauore piæ cauſæ.*
9. *Quòd ſi teſtator non erat ſanus mente.*
10. *Si inſtitutio ſit nutu, Notarius debet ſe de ea rogare.*
11. *Inſtitutio nutu facta ad interrogationem Notarij tanto minus valet.*
12. *Quid de æquitate Canonica.*

1 Regvla ſit, quòd teſtamentum, ſeu inſtitutio nutu facta non valeat. Viui. *pag. 100. à tergo.*

2 Amplia etiam in teſtamento militis. Tunt. *in conſil. pro vxore, num. 55. & ſequentib.* vide Alphan. *in Collectan. num. 493.* vbi remiſſiuè.

3 Amplia quòd nec etiam valeat inter liberos. Tunt. *ibid.* Clar. *de teſtam. quæſt. 8. verſic. vlteriùs*, &c. Alphan. *in Collectan. num. 493.*

4 Amplia quòd teſtamentum nutu factum non valet, ſiue teſtator loqui poſſit, ſiue non poſſit, ſecundùm communem, de qua per Tunt. *ibid.* vbi de communi, licèt aliqui *ibi* per eum relati contrarium tenuerint, vide Grammat. *decis. 73. num. 31.*

5 Limita in codicillis factis nutu. Grammat. *dicta decis. 73. num. 6. & num. 35.* Cephal. *conſil. 546. num. 55.*

6 Limita in legatis factis nutu. Grammat. *ibidem.* Alphan. *in Collectan. num. 493.* vbi etiam idem in fideicommiſſis, vide *in ſeq. num.*

7 Limita in fideicommiſſis factis nutu. Viuius *pag. 100. à tergo.* Alphan. *in Collect. num. 493.*

8 Limita in teſtamento facto fauore piæ cauſæ. Clarus *de teſtament. quæſt. 6. verſ. quintò infertur*, &c. Alphan. *Collectan. num. 493.* vbi remiſſiuè. Ioſeph. Ludouicus *in communibus opinionib. concluſ. 67.* vbi videas.

Sublimita omnes ſuprà dictas limitationes procedere, quando teſtator erat ſanus mente, aliter ſecùs. Grammat. *d. decis. 73. num. 6. & num. 35.* 9

Aduerte in materia, quòd quando inſtitutio, ſeu legatum fit nutu, tunc Notarius debet ſcribere, quòd cùm talis fuerit interrogatus, ipſe annuit capite, vel humeris, &c. Grammat. *d. decis. 73. num. 31.* Boſſ. *in tit. de falſ. ſub num. 63. pag. 203. colum. 3. in princip.* vide in hac materia dicta *in antecedenti quæſtione 58. num. 11. & ſeqq.* Poſui etiam *in tit. de falſ. quæſt. 154.* 10

Moltò magis non valet inſtitutio facta nutu, quando ea fit ad interrogationem Notarij, puta dicentis teſtatori: Si vis Titium hæredem, ſtringe mihi manum. nam licèt teſtator ſtringat manum Notarij, inſtitutio non valet. Ioſeph. Ludouic. *in communib. opinionib. lib. 1. concluſ. 59. in 11. ampliat. verſic. animaduertendi ſemper*, &c. 11

Quid autem ſentiendum ſit in hac materia ſecundùm æquitatem Canonicam, vide Cephalum *conſil. 546. num. 52. & ſeqq.* 12

Qvæstio LX.

De teſtamento facto ab eo, qui loqui non poterat; vel grauiter ægrotabat; vel non erat in recto ſenſu.

Svmmarivm.

1. *Articulatè loqui quando quis dicatur.*
2. *Qui articulatè non loquitur, non poteſt teſtari.*
3. *Limita in balbutiente, & num. 4.*
5. *Limita in loquente debili & ſubmiſſa voce.*
6. *Grauiter ægrotans an teſtari poſſit.*
7. *Grauiter ægrotare quando quis dicatur.*
8. *Quid de eo, qui propter morbum non potuit ſumere corpus Christi.*
9. *Qui non eſt ſanus mente non poteſt teſtari. Limita, vt in num. 10. & ſequent.*
12. *Teſtator in dubio præſumitur ſanus mente.*
13. *Teſtibus deponentibus de ſana mente magis creditur, &c.*
14. *Teſtes deponentes, quòd teſtator non erat ſanus mente, debent eſſe medici.*
15. *Notario aſſerenti teſtatorem eſſe ſanæ mentis qualiter credatur.*
16. *Teſtes deponentes quem non ſanæ mentis, debent rationem reddere etiam non interrogati.*
17. *Clauſula codicillaris quid operetur in hoc teſtamento.*

Pro reſolutione huius quæſtionis, Quæro in primis particulariter, an ille, qui loqui non poteſt, poſſit teſtari? Pro cuius faciliori cognitione ſcias in primis, quid ſit articulatè, ſeu inarticulatè loqui. Dic quòd articulatè quis loqui dicitur, quando taliter loquitur, vt audiatur, & intelligatur, quicquid dicit. Syluan. *conſil. 54 pag. 400. in 2. column.* Et è conuerſo inarticulatè ille loqui dicitur, quando clarè audiri, & intelligi non poteſt. Menoch. *de arbitr. quæſtionib. caſu 97. num. 3.* Ad materiam huius quæſtionis vltra infraſcriptos, vide omnino Hippol. Riminald. *conſil. 261. lib. 3.* Mantic. 1

de

de coniecturis, lib. 1. *tit.* 6. Mandellum *consil.* 414. & vide etiam omnes Doctores allegatos supra *in antecedenti quaestione*, qui & ipsi pununt hanc materiam.

2 Regula sit, quòd qui articulatè loqui non potest, nec etiam testari potest. Tuot. *pro vxore*, *n.* 943. *& sequentib.*

3 Limita, hanc regulam procedere, prout loquitur, in eo qui non potest loqui articulatè: & sic quando non percipitur quicquid ab eo dicitur. Secùs in eo, qui ob morbi acerbitatem, & mortis vicinitatem habet linguam grossam & balbutientem, quia si quicquid dicat, intelligatur, & percipiatur, licèt difficulter, valet tamen talis institutio & testamentum. Tunt. *pro vxore*, *d. num.* 943. *& seqq. & in consil. vltim. voluntat.* 164. *num.* 7. *lib.* 1. Franc. Beccius *consil.* 102. *num.* 10. *versic. rursus*, &c.

4 Sed contrarium in hoc videtur tenere Viuius *in communib. opinionib. pag.* 100. *à tergo.* Firman. *in Repert. verb. Testamentum à quibus fiat*, *num.* 35. Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus.* 59. *in* 6. *ampliatione*, *versic. sextus casus est.* Franc. Beccius *consil.* 102. *num.* 5.

5 Limita II. non pocedere illam regulam in eo, qui loquitur debili & submissa voce; quia si intelligatur quod iste dicit, licet difficulter, eius testamentum similiter valet; vt traditur per eumdem Tunt. *in response. pro vxor. d. num.* 943. *& seqq.* Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 59. *in* 6. *ampliat. vers. secundus casus est.*

6 Quaero secundò particulariter, an grauiter infirmus, & prope mortem existens possit testari, necne. Breuiter concludas, quòd sic, dummodo sit sanus mente, & quòd loqui possit, vt pulchrè per Syluan. *in consil.* 54. *num.* 10. *& omnib. seqq.*

7 Grauiter autem aegrotare quis dicitur, quando ex ea decessit infirmitate, & quando est in instanti mortis periculo, vt per Syluanum *dicto consil.* 54. *num.* 4.

8 Et particulariter qoid dicendum sit de eo, cui Sacerdos propter eius grauem infirmitatem noluit administrare sanctissimum Euchatistiae sacramentum, videas per Aymon. *consil.* 117. *sub num.* 3.

9 Quaero tertiò, an ille, qui non erat sanus mente, possit testari. Breuiter facias regulam negatiuam, de qua nemo dubitat.

10 Limita hanc regulam procedere, quando testator erat taliter à mente alienatus, vt furioso esset similis: secus in eo, qui in mente aliquantulum persistit, licèt sit valde morbo grauatus. Grammat. *dict. decisione* 73. *num.* 25. Syluanus *dict. consil.* 34. *pag.* 400. *in* 1. *colum.*

11 Limita II. quando testamentum factum ab isto non mente sano, & non in rectò sensu persistente esset tale, quòd quilibet sapiens & mente sanus illud fecisset. Grammat *d. decis.* 73. *num* 38. *in consil. vltim. volunt.* 164. *num.* 3. *volum.* 1. Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 59. *in* 7. *ampliat.* Fallit si ad interrogationem Notarij, vt supra *quaest.* 58. *num.* 16. vide infrà *quaest.* 74. *num.* 2. Posui *in fragment. criminal. verb. furor. in vltim. rubr.*

12 Sed quomodo probabitur quem non fuisse, vel fuisse sanae mentis. In hoc facias plures conclusiones, sicut posui *in fragment. crimin. vers. furor.*

Prima sit conclusio, quòd testator in dubio praesumitur sanus mente. Et ideo contrarium dicenti incumbit onus probandi. Grammat. *dict. decis.* 73. *num.* 21. Syluanus *consil.* 34. *num.* 13. *in consil. vltim. volunt.* 164. *num.* 3. *& seqq. lib.* 1. Crass. *in communib. opinionib. lib.* 2. *cap.* 3. *quaest.* 15. *tom.* 2. vbi quòd testes depoonentes quem esse sanae mentis habent pro se praesumptionem. Ioseph. *d. conclus.* 59. *in* 7. *ampliat. vers. in dubio autem.*

Secunda sit conclusio, quòd testibus deponentibus de sana mente testatoris magis creditur, quàm deponentibus contrarium. Grammat. *dict. decis.* 73. *num.* 22. *& sequentib.* Faciunt dicta in alio Repert. videlicet in materia, furor quomodo probetur, &c. Crassus *in communib. opinionib. lib.* 2. *cap.* 3. *quaest.* 15. *tom.* 2. Posui *in fragment. crimin. verb. furor.* 13

Tertia sit conclusio, quòd testes, qui volunt deponere testatorem non fuisse sanae mentis, necesse est, quòd sint Medici, aliter non probant, vt per Grammat. *d. decis.* 73. *num.* 38. Posui *in fragmentis crimin. verb. furor.* 14

Notario autem asserenti testatorem fuisse sanae mentis qualiter credatur, vide in alio Repert. in materia, Notario quando & in quibus credatur, videlicet in Repertorio *contractuum quaest.* 17. *num.* 7. Posui *in fragment. crimin. vers. furor.* 15

Item testes deponentes testatorem non fuisse sanae mentis, debent rationem reddere sui dicti etiam non interrogati, vt *in consil. vltim. volunt.* 164. *num.* 7. *lib.* 1. Roizius *decis.* 2. *num.* 75. *& aliis seqq.* 16

Clausula codicillaris nihil operatur in testamento eius, qui non potest loqui, & non est in sana mente. Ioseph. Ludouicus *in communib. opinionib. conclus.* 59. *vers. ampliatur nonò*, &c. 17

QVAESTIO LXI.

Testamentum quando valeat sine septem testibus.

SVMMARIVM.

1. *Materia generalis huius quaestionis.*
2. *Testamentum sine septem testibus regulariter non valet.*
5. *Amplia, quòd tali forma non potest à testatore derogari.*
   Amplia, quòd talis numerus dicitur de forma substantiali, num. 3.
   Quid sit substantia, quid solemnitas, & quid natura, num. 4.
6. *Testes duo cum Parocho sufficiunt de iure Canonico.*
7. *Amplia etiam quòd testamentum non sit ad pias causas.*
8. *Amplia, quòd Parocho deficiente sufficiunt alij duo testes.*
9. *Amplia nedum in foro Ecclesiastico, sed etiam temporali.*
10. *Quid si non interuenit Parochus.*
11. *Quid si testes sint omni exceptione maiores.*
12. *Quid in terris Imperij, num.* 13. *&* 14.
15. *Quid in testamento condito tempore pestis, & seqq. vsque ad* 23.
23. *Quid in testamento rustici.*
24. *Quid in testamento facto coram Imperatore.*
25. *Quid in statuto requirente minorem numerum septem testium, & seqq.*
29. *Quid in testamento ad piam causam.*
30. *Quid in testamento inter liberos.*
31. *An deferatur iuramentum in supplementum, quando non adest numerus septem testium.*
32. *Vbi agitur de aequitate, septem testes non requiruntur.*

33. *Item*

33. *Item nec requiruntur in testamento militis.*
34. *Quid in ciuitate Romana.*
35. *Quid in testamento Iudæi.*
Quid in codicillis, seu alijs vltimis voluntatibus, num. 1.



1 DE materia generali huius quæstionis, videas per Firman. *in Repert. verb. Testamentum qualiter & quando fiat, n.7.* & omnino Monticellum *in Repert. testium*, post hæc scripta visum, *pag.328. in fine, & sequentib. vsque ad 834.* in discursu, vbi etiam quot testes requirantur in codicillis, & aliis vltimis voluntatibus.

2 Regula sit, quòd in testamento, siue in scriptis, siue etiam nuncupatiuo, debent interuenire septem testes, *l. hac consultissima, & l. in testamentis, C. de testament. §. finali, Institut. eodem.* Couar. *in cap. cùm esses, num. 1. extra de testament. pag. 282.* Roland. *consil. 33. num. 2. volum. 3.* Viui. *pag. 251. verb. testes septem, Instit. de testament. in princip.* Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. lib. 1. in princip. conclus. 28.* Mantic. *de coniecturis vltimar. voluntat. lib. 1. tit. 16. numer. 3.*

3 Amplia istam regulam, quòd talis numerus septem testium est nedum de forma probatoria testamenti, verùm etiam de forma substantiali. Couar. *in cap. cùm esses, num.8. de testament.* vbi de communi. Clarus *de testament. quæst. 56. versic. & scias*, vbi etiam ponit vtilitatem huius conclusionis.

4 Quid autem sit substantia, quid solemnitas, & quid natura, videas per Menochium *de arbitr. quæstionib. in vndecima quæstione, num.7.*

5 Amplia II. hanc regulam procedere, vt nec tali formæ numeri septem testium possit aliquo pacto per testatorem derogari. Clar. *de testament. quæst. 56. vers. & scias.*

6 Limita hanc regulam pluribus modis, & primò, vt non procedat de iure Canonico, secundùm quod testamentum factum coram Parocho & duobus testibus valet & tenet, textus est *in cap. cùm esses, de testament.* vbi Couar. *num. 1.* Neuizan *consil. 26. num. 16.* Clar. *de testament. quæst. 51. versic. qua quidem.* Viui. *pag. 251. verb. testes septem.* Villalobos *lit. T. num. 23.* Roland. *consil. 33. num. 41. & sequentib. vol. 3.* Capra *conclus. 104. num. 1. & sequentib.* vbi etiam de materia. Ioseph. Ludouic. *d. conclus. 28. in 1. fallent.* vbi de communi.

7 Amplia hanc limitationem procedere, siue testamentum sit factum ad pias causas, siue non, secundùm communem, & veram opinionem, de qua per Neuizan. *consil. 26. num. 16.* Couar. *in dict. cap. cùm esses, num. 12.* Clar. *de testament. quæst. 57. versic. & in primis quidem.*

8 Amplia II. quòd si Parochus non adest, sufficiunt duo alij testes loco Parochi. Couar. *in d. cap. cùm esses, num. 13.* Clar. *de testam. quæst. 56. versic. sed pone, aliquis.* Viui. *pag. 251. à tergo.* Villalob. *lit. T. num. 23.* Roland. *consil. 33 num. 41. & seqq. volum. 3.* Neuizan. *consil. 26. num. 17.* Ioseph. Ludouic. *d. conclus. 28. in 1. fallent.* vbi de communi.

9 Amplia III. vt prædicta conclusio procedat nedum in foro Ecclesiastico, sed etiam in foro temporali. Clarus *de testam. quæst. 57. versic. qua quidem, &c. & versic. & sic.*

10 Sublimita modò istam primam limitationem procedere, prout loquitur, quando scilicet cum duobus testibus interuenit Parochus, aliàs secus, vt per Clarum *d. quæst. 57. versic. sed quid si duo.*

Sublimita II. procedere quando isti duo testes 11
sunt omni exceptione maiores: alias secùs. Clar. *de testament. versic. benè verum est*, vide infrà *num. 27.*

Sublimita III. vt dispositio dicti cap. *cum esses*, 12
procedat solùm in terris subiectis Ecclesiæ quoad temporalem iurisdictionem, secùs in terris Imperij. Couar. *ibi num. 12.* Clar. *de testament. quæst. 57. versic. qua quidem, & versic. extra vero.* Viui. *pag. 251. à tergo.* Capra *conclus. 104. num. 5. & sequenti*, vbi testatur hanc opinionem esse consuetudine roboratam, videtur de mente Iosephi Ludouici *d. conclus. 28. in 1. fallent.* Sed contrarium tenet Mantic. *de inuentar. pag. 20. num. 10.* vbi de magis communi

Hanc autem sublimitationem intelligas primò 13
non procedere in foro Ecclesiastico, iuxta quem etiam in terris Imperij habebit locum dispositio dicti cap. *cùm esses.* Clar. *dict. quæst. 57. versic. quod tamen, & seq.*

Secundò intelligas illam non procedere in ciui- 14
tate Neapolis, Ferrariæ & Vrbini, & simil. quæ mediatè sunt subiectæ Ecclesiæ: quia in illis habebit locum dispositio dicti c. *cùm esses*, vt per Viuium *d. pag. 251. à tergo.*

Limita II. principalem nostræ quæstionis regu- 15
lam, quòd videlicet in testamento requirantur septem testes, non procedere in testamento condito tempore pestis. Verùm, quia hæc limitatio nonnullas patitur difficultates; ideo pro faciliori eius cognitione, scias, quòd in hac difficultate plures reperiuntur opiniones.

Prima fuit opinio, quòd in testamento condito 16
tempore pestis, sufficiant duo testes, quam tenuerunt multi relati à Claro *de testament. quæst. 56. versic. & hac quidem conclusio, in fine*, & à Rolando *in consil. 81. num. 44 & seqq. volum. 1.* vt videre est apud eos. Sed ista opinio communiter reprobatur, vt per Clarum & Rolandum *vbi suprà.*

Secunda fuit opinio aliorum, quòd sufficiant 17
quinque testes in tali testamento condito tempore pestis, quam sequuti sunt plures relati à Claro *in d. quæst. 56. d. vers. & hac quidem*, & a Turzan. *in opinion. 45.* quam sequuti sunt Viuius *pag. 251. à tergo.* Villalobos *lit. T. num. 22.* Nouell. *regul. 209. in vlt. fallent.* Rolandus, qui latè eam disputando defendit, *in consil. 81. volum. 1. per totum*, vbi post alios suprà relatos dicit hanc esse veriorem, æquiorem, & si enumerentur Doctores, etiam magis communem opinionem, secundùm quam aliàs fuit iudicatum, *& in consil. 30. num. 12. 21. & 29. volum. 3.* & Neuizan. *consil. 26. num. 5.* æquiorem etiam, & in iudicando sequendam asserit Crassus *in communib. opinionib. lib. 2. cap. 3. quæst. 31. versic. secundè limita, tom. 2.* Ioseph. Ludouic. *d. conclus. 28. in 4. fallent.* vbi de communi.

Tertia fuit opinio illorum dicentium, quòd 18
etiam in testamento condito tempore pestis debent interuenire septem testes, quam tenuerunt multi relati à Clar. *in d. quæst. 56. in d. versic. & hac quidem*, & à Roland. *in dict. consil. 81. num. 13. volum. 1.* quorum vnus *ibi* relatus dicit hanc opinionem esse magis communem, & Clarus *in d. versic. & hac quidem*, inquit, negari non posse, quòd si enumerantur Doctores, quòd hæc est magis communis opinio cæteris aliis, & magis communem relati per Crassum dixerunt *in d. quæst. 31. versic. contraria tamen.*

Sed retenta secunda opinione, à qua, meo iudi- 19
cio, non esset recedendum, cùm videatur magis communis, æquior, & verior: & secundùm quam aliàs fuit iudicatum, vt per Rolandum *vbi suprà*,

in

in d. consil. 81. quòd videlicet in testamento condito tempore pestis sufficiant quinque testes.

Amplia illam procedere, etiam quòd testator conualuerit, & aliud testamentum non fecerit: quia illud tempore pestis celebratum cum quinque testium numero semper valet quandiu non reuocatur. Roland. *d. consil.* 81. *num.* 60. *volum.* 1.

20 Amplia II. vt sufficiant etiam testes inhabiles in tali testamento condito tempore pestis. Neuizan. *consil.* 26. *num.* 39.

21 Limita eamdem communem opinionem procedere, quando hæc duo concurrunt, videlicet, quòd pestis esset magna, & talis vt verisimiliter maior copia testium ibi haberi non potuisset. Secundò, quòd testamentum fuerit conditum tempore dictæ pestis, aliàs septem requirentur testes, nisi hæc duo insimul concurrant. Probatur ista limitatio per Clar. *de testam. in d. quæst.* 56. *vers. & hæc quidem.* Turzan. *opin.* 45. *in fine.* Roland. *in consil.* 81. *num.* 37. *volum.* 1.

22 In quo aduertas, quòd qui dicit tempore pestis plures testes potuisse reperiri, id debet probare, secundùm Neuizan. *in consil.* 26. *num.* 5. & faciunt tradita per Roland. *cons.* 30. *num.* 10. *volum.* 3.

23 Limita III. principalem regulam non procedere testamento condito à rustico ruri, in quo sufficiunt quinque testes. Clar. *de testam. quæst.* 56. *versic. sed quid in testamentis, & sequent.*, vbi de communi obseruantia. Roland. *consil.* 81. *num.* 3. *vol.* 1. Menoch. *de arbitr. quæstionib. casu* 194. *num.* 71. vbi videas, & faciunt dicta in alio Repertorio in materia, *Rusticus quando & à quibus excusetur,* videlicet *in Repert. iudic. quæst.* 64. *num.* 46. Capra *conclus.* 104. *num* 9 *& sequent.* Crassus *in communib. opinionib. tom.* 2. *quæst.* 31. *cap* 3. *sub versic. tertiò limita, lib.* 2. vbi ampliat hoc procedere, siue testamentum sit in scriptis, siue nuncupatiuum, & testatur de communi obseruantia, & practica opinione, *l. final. C. de testam.* Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 28. *in* 2. *fallentia.*

24 Limita IV. in testamento facto coram Imperatore, in quo non est necessarius numerus septem testium. Super qua limitatione, & eius materia videas per Clarum *d. quæst.* 56. *versic. est etiam alius casus, & seq.* Villalob. *lit. T. num.* 24. *& seq.* pro limitatione generali, vide textum *in l. omnium, C. de testam.*

25 Limita V. quando à statuto requireretur minor numerus testium: quia talia statuta sunt obseruanda, & valent. Cephal. *consil.* 32. *num.* 4. *& seqq. vol.* 1. Villalob. *lit.* 2. *num.* 28. Crassus *in communib. opinionib. lib.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 35. vbi de communi, *tom.* 2. *decis. Lucen.* 13. *num.* 10. *part.* 1. vbi quòd est magis communis opinio, teste Riminald. iunior *cons.* 56. *n.* 25. *& sequent. lib.* 1.

26 Sublimita, istam quintam limitationem procedere in statuto condito à ciuitate non recognoscente superiorem; aliàs secùs. Cephal. *d. consil.* 32. *d. num.* 4. *& sequentib.*

27 Sublimita II. dummodo isti testes requisiti à statuto sint omni exceptione maiores; aliàs secùs. Cephal. *d. consil.* 32. *num.* 17. *& sequentib.* vbi ampliùs dicit, quòd ista qualitas est articulanda & probanda. Faciunt superiùs dicta *in num.* 11.

28 Sublimita III. quia ista statuta non ligant forenses. Villalobos *in lit. T. num.* 29.

29 Limita VI. principalem regulam non procedere in testamento ad pias causas, in quo sufficiunt tam de iure ciuili, quàm de iure Canonico duo testes. Viui. *pag.* 252. Villalobos *lit. T. num.* 26. Clarus *de testament. quæst.* 6. *versic. hinc infertur.* Capra *conclusione* 104. *num.* 8. vbi similiter de communi, *& ibid. num.* 3. *&* 4. vbi similiter quòd hæc limitatio procedit etiam in terris Imperij.

30 Limita VII. in testamento patris inter liberos: quia tunc similiter duo testes sufficiunt. Viuius *pag.* 252. *à tergo.* Clar. *de testament. quæst.* 8. *vers. hinc infertur.* Villalobos *lit. T. num.* 27. Faciunt ad hæc dicta suprà *in quæst.* 37. *num.* 3. Capra *conclus.* 104. *num* 11. Crass. *in communibus opinionib. lib.* 2. *cap.* 3. *quæst.* 30. *in versic. primò non procedit*, vbi de magis communi, *tom.* 2. Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 28. *in* 3. *fallent.* vbi ampliat, siue sit testamentum patris, siue etiam matris.

31 Limita VIII. quia licèt testamentum non habeat nisi sex testes, adhuc defertur iuramentum in supplementum, &c. Neuizan. *consil.* 26. *num.* 31.

32 Limita IX. quando ageretur de æquitate: quia tunc similiter non est necessarius numerus septem testium. Neuizan. *d. consil.* 26. *num.* 32.

33 Limita X. in testamento facto à milite in actu belli: quia tunc sufficiunt duo testes, *l. Diuus, & l. Lucius, ff. de testam. milit.* Capra *conclus.* 104. *num.* 12. & faciunt generaliter tradita in materia priuilegiorum militis, vbi disputatur etiam, quando eius testamentum valeat sine solemnitatibus iuris communis. Vide infrà *in versic. militis, num.* 7. & *ibi* tradita ponas hîc.

34 Limita XI. in ciuitate Romana, in qua quatuor testes in testamento sufficere dixit communem Socin. iun. *consil.* 89. *num.* 8. *lib.* 1. refert & sequitur Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 28. *in* 7. *fallent.* vbi declarat, dummodo isti quatuor testes sint omni exceptione maiores.

35 Limita XII. in testamento Iudæi, in quo sufficiunt duo testes, vt dixi infrà *in fragmentis inter diuersa, in versic. Iudæi testamentum*, *num.* 11. & ponas hîc.

QVÆSTIO LXII.

Legatum vestis & ornamentorum quid comprehendat.

SVMMARIVM.

1. *Legatum vestium quid comprehendat, generaliter.*
2. *An comprehendat vestes nondum scissas apud sartorem existentes.*
3. *& an vestes factas post conditum testamentum.*
4. *& an vestes sericas & pretiosas.*
   & an prohibitas portari à statuto. ibid.
5. *Legatum vestium lugubrium quid comprehendat.*
6. *& quid de legato vestium annalium, hyemalium & æstiualium.*
7. *Si testator mandet, vt hæres vestiat vxorem, an intelligatur de prima vice.*
8. *Legata an censeantur vestimenta vxori, si testator mandet eam honorificè tractari.*
9. *Legatum vestium an comprehendat vestes festiuas.*
10. *& an comprehendat fascias margaritis consutas, quibus caput ligatur.*
11. *& an comprehendat ornamenta aurea & argentea.*
12. *Legatum vestium factā viduæ quomodo intelligatur.*
13. *Legatum pannorum quid comprehendat.*
14. *Legatum vestis an transeat ad hæredes legatarij.*
15. *& quid si legatarius non indigeat vestibus.*
16. *& quid si pecunia data legatario, vt se vestiat, fuerit per ipsum alibi consumpta.*
17. *Legatum ornamentorum quid comprehendat.*

Legatum

1 LEGATVM vestis quid comprehendat, videas generaliter de hac materia per Tiricæum *de testament. coniug. pag.* 194. *& aliis seqq.*

2 Legatum vestium comprehendit vestes nondum scissas, & quæ apud sartorem sunt. Tiricæ.*d.pag.*194.*num.*1 Nouell.*regul.*57.

3 Legatum vestium an comprehendat vestes pactas post conditum testamentum. Tiricæ.*ibid.pag.*195.*n.*3.

4 Legatum vestium an comprehendat vestes sericas & pretiosas, seu prohibitas portari à statuto. Tiricæ. *ibi pag.*198.*versic.pari modo,& pag.*202.*vers.nihil.* &c. Nouell.*d.regul.*57.vide quæ dicuntur infrà *num.*9.

5 Legatis vestibus lugubribus, an tales vestes possint peti post annum luctus. Tiricæ.*ibi pag.*199.*num.*4. vide infrà *num.*12.

6 Legatum vestium annalium, æstiualium & hyemalium,quid comprehendat. Tiricæ.*ibi pag.*200. *n.*6.

7 Legatum factum à testatore, vt hęres vestiat vxorem,an intelligatur de prima,an verò de pluribus vicibus. Tiricæ.*ibidem d.num.*6.*in vers.rursum*, &c.

8 Legata an censeantur vxori vestimenta ex eo quòd testator mandet illam honorificè tractari. Tiricæ.*pag.*200. *vers.sic & su prius diximus.*

9 Legatum vestis an comprehendat vestes festiuas. Tiricæ.*ibi pag.*200. *versic.quod eo casu.* Vide quæ tradita sunt suprà *num.*4.

10 Legatum vestium an comprehendat fascias sericeas margaritis consutas,quibus caput colligatur. Tiricæ.*pag.*201. *versic.& si legauit.*

11 Legatum vestium an comprehendat ornamenta earumdem vestium aurea, vel argentea. Tiricæ. *ibi pag.*201.*versic. Maritus.*

12 Legatum vestis factum viduæ quomodo intelligatur,& de materia,vide suprà *in num.*5.Roman.*singul.*295. 628. Corser.*singul.conditio.pag.*147.*& singul. legatum.pag.*172.

13 Legatum pannorum quid comprehendat, & particulariter an comprehendat vestes. Tiricæ.*de testament.coniug.pag.*149.*num.*2. *& pag.*201. *vers.adde quòd si maritus*, vbi de materia.

14 Legatum vestis an transeat ad hæredes legatarij. Æmil.*consil.*10.

15 Legatum vestis an debeatur, si legatarius non indigeat veste. Æmilian.*d.consil.*10.

16 Legatum vestis an possit repeti ab hærede,si probet, quòd legatarius pecuniam sibi datam ad restituendum, alibi consumpsit. Ibidem per præfatum Æmilianum *consil* 10. *per totum.*

17 Legatum ornamentorum an comprehendat vestes, & ornamenta pretiosa, & de materia, vide Tiricæum *de testam.coniug. pag.*201. *num.*7. *& pag.*202. *versic. è contrà verò.*

QVÆSTIO LXIII.

De legato facto pro exoneratione conscientiæ. De confessione debiti facta in testamento,an & quando valeant, reuocarique possint, & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Legatum factum pro exoneratione conscientiæ reuocari non potest.*
2. *Quid de legato pro malè ablatis.*
3. *Vxori dicenti sibi à viro commissum, vt distribuat sua bona pro eius anima,&c.quantum credatur.*
4. *& quid de sacerdote idem asserente, maximè si apud eum reperiatur aliqua litera cambij,& num.*5.
6. *Confessio debiti facta in testamento an possit reuocari,& num.*7.
8. *An valeat in vim legati,seu fideicommissi,& n.*15.
9. *Quid si fuerit acceptata & iurata.*
10. *An contra eam possit apponi exceptio non numeratæ pecuniæ.*
11. *An valeat facta parte absente.*
12. *An valeat in præiudicium legitimæ filiorum.*
13. *Quid si referat se ad scripturam, quæ non reperiatur.*
14. *Confessio dotis facta in testamento an valeat.*
16. *Confessio debiti facta in testamento interrumpit præscriptionem.*
17. *Item inducit semiplenam probationem.*
18. *Hæres tenetur exonerare defuncti conscientiam.*
19. *Confessio facta in mortis articulo valet, etiam facta sine causa.*
20. *Quid inter personas prohibitas.*
Quid vbi adest aliqua fraudis præsumptio.

LEGATVM factum pro exoneratione conscientiæ, nedum valet,sed reuocari minimè potest,ex allegatis per Cottam *in suis memoralib. pag.*6. Arno. *in suis singularib.* Mascard. *de probat. conclus.*347.*num.*102.*&* 103. 1

In quo aduertas, quòd testatori asserenti propter malè ablata se quid relinquere, puta Tirio, non creditur, nisi aliunde constet de malè ablatis. Et sic tale legatum non valebit, nisi in vim puri, & simplicis legati, si credimus Roland. *in tract. de lucr. dot. quæst.*80. *num.*7. Quod dictum si est verum, multum restringit conclusionem suprà positam. Et addo præter Roland. Capram *conclus.*102. *num.*167. *pag.* 155. *à tergo.* 2

Quæro in materia. Vxor dicit sibi secretè à suo viro commissum fuisse, dum infirmus in extremis laborabat, quòd pro eius anima, vel pro exoneratione suæ conscientiæ distribuat, putà centum de suis bonis: an tali assertioni plenè credendum sit. Dicas quòd non. Nisi vxor diceret testatorem sibi dixisse,quòd solueretur debitum aliquod,quod reuera erat, & apparebat debitum; quia tunc eius assertioni plenè crederetur. Vel nisi testator in præsentia testium dixerit se aliquid commisisse vxori suæ circa bonorum suorum distributionem: nam tunc vxoris postea reuelanti, & specificanti istam commissionem plenè credatur. Et generaliter dicas, quòd vbi cum assertione istius vxoris concurrit aliqua alia verisimilitudo, & præsumptio, tunc plenè probat, aliàs secùs: prout hæc omnia tradit Tiricæ. *de testament. coniug. cap.* 9. *num.* 1. *& sequentib. lib.*1. 3

Quæro secundò, an similiter credatur Sacerdoti asserenti sibi à testatore in actu confessionis & pœnitentiæ commissum fuisse, vt de suis bonis pro anima sua,& conscientiæ exoneratione distribuerentur aliqua bona. Videas de hoc Tiricæ.*d.cap.*9.*num.*5.*& seqq.pag* 38. & per Beroum *quæst.*12. *per totam*, in discursu, vbi videtur concludere, quòd non. 4

Sed quid si apud Sacerdotem reperta fuerit aliqua litera cambij, quam hæres testatoris vult repetere: Sacerdos autem id negat, asserẽs illam sibi à testatore cõsignatã ad hoc, vt distribueretur pro anima sua, & pro illius exoneratione, an Sacerdoti id asserenti credatur. 5

credatur. Dic, quòd sic, dummodo iste sacerdos sit homo bonæ conditionis & famæ, & solitus, vt illi testator confiteretur peccata sua, & præsertim in ea infirmitate, antequam mortem obiret, fuerit confessus, aliàs secus. Ita concludit Betous *d. quæst.* 12. & Titicæ. *d. cap.* 9. *pag.* 38. *& seq.*

6 Quæro tertiò, in materia principali huius quæstionis, an confessio facta à testatore de aliquo debito, probet plenè ipsum debitum taliter, vt non possit ampliùs reuocari. Diuersas reperio Doctorum opiniones. Nam vna est opinio, quòd talis confessio non faciat plenam debiti probationem, & per consequens reuocari possit. Mascardus *conclus.* 345. *num.* 32. & hanc opinionem defendit Rolandus *de lucr. dotu*, *quæst.* 80. *per totam*, vbi refert Alexandr. dicentem hanc esse communem, & magis communem. Sequitur etiam Cephalus *in consil.* 85. *num.* 29. *& sequentib.* vbi similiter dicit & probat, quòd nisi de debito aliter constet, ista confessio non dicetur aliquo pacto illud probare. Addo Socinum *regul.* 63. *in* 3. *ampliatione*. Cotta *in memoral. pag.* 161. *per totam*, quem videas. Gomez *in tit. de legatis*, *num.* 81. Textus expressus *in l. Lucius la* 2. §. *quisquis* el 2. *ff. de legat.* 2. & *ibi* allegat plura alia iuta, & concordantes. Et quid si talis confessio testatoris contineat delictum, puta si testator dixerit se vsuras commisisse, dixi *in tit. de reo confess. & conictur. quæst.* 82. *num.* 15.

7 Contrarium quòd talis confessio censeatur facta pro exoneratione conscientiæ, & quòd consequenter plenè probet debitum, & non possit reuocari, tenuerunt multi relati ab eodem Rolando *in dicta quæst.* 80. *num.* 4. à Cephalo *d. consil.* 85. *num.* 28. *volum.* 1. Albetic. *in l. generaliter*, *num.* 10. *C. de non numer. pecun.* Cephalus sibi contrarius *in consil.* 86. *num.* 11. *&* 18. *eod. volum.* 1. Rolandus similiter sibi contrarius *in consil.* 37. *num.* 4. *& seq. volum.* 3. Cotta *pag.* 161. Socin. iuo. *consil.* 90. *num.* 4. *volum.* 2. Faciunt pro hac eadem opinione tradita *in Repert. Quæstion. iudic. quæst.* 10. *num.* 6.

8 Stantibus igitur his opinionibus contrariis, si vis tenere primam opinionem, quòd videlicet talis confessio non plenè probat debitum, eam intellige procedere, quòd licèt non valeat hæc confessio in vim debiti, tamen benè valebit in vim legati, seu fideicommissi. Cephal. *d. consil.* 85. *num.* 29. *& consil.* 86. *num.* 12. *volum.* 1. Rolandus *de lucr. dot. dicta quæst.* 80. *num.* 6. *& sequent.* Gomez *dicto titul. de legat. num.* 81. *per textum*, *in dicta l. Lucius*, *dicto §. quisquis*, & per alia iuxta *ibi* per ipsum allegata, *& in dicto num.* 81. *versic. ex quo subinfertur*, vbi concordantes allegat; vide infrà *num.* 15. vide quoque Lambertenum *de contractib. gloss.* 22. *num.* 13. *pro primo dicto.* Mascard. *conclus.* 345. *num.* 31. *& conclus.* 350. *num.* 30.

9 Limita I I. non procedere illam primam opinionem quando fuisset acceptata talis confessio, & iurata. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 5. *num.* 3. quia tunc plenè probabit debitum, & per consequens non poterit reuocari. Cephal *cons.* 85. *num.* 32. *volum.* 1. Roland. *de lucr. dot. d. quæst.* 80. *num.* 5. Iurata confessio valet; aliter secus. Cephal. *consil.* 276. *num.* 36. Quòd iurata confessio facta in testamento etiam parte absente sit irreuocabilis, ponit Lambert. *de contractib. gloss.* 22. *n.* 12. Adde Mascard. *concl.* 345. *num.* 33. 34. *& seq.* vbi quòd non potest reuocari, quando vel est acceptata, vel iurata, & idem *in conclus.* 350. *num.* 30. vbi sufficit esse iuratam, vel acceptatam etiam à Notario nomine absentis.

Si verò vis tenere secundam opinionem, quòd 10 videlicet talis confessio in articulo mortis in testamento facta plenè probet debiti confessionem, & sic quòd sit irreuocabilis, &c. Amplia illam procedere, quòd propterea non poterit contra eam nec per testatorem, nec per hæredem opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Mascardus *conclusione* 174. *num.* 4. vbi quòd non potest opponi talis exceptio aduersùs confessionem factam in articulo mortis, & idem Menoch *de præsumpt. lib.* 5 *præsumpt.* 5. *n.* 13. *&* 14. Roland. *d. consil.* 37. *num.* 4. *& sequenti*, *volum.* 3. Alberic. *in l. generaliter*, *num.* 10. *C. de numer. pecun.* Felinus *in cap si cautio*, *num.* 54. *de fid. instrument.* Anton. Gomez *tit. de contract. mutui*, *cap.* 6. *numer.* 5.

Amplia I I. vt procedat etiam quòd confessio sit 11 facta parte absente. Cotta *pag.* 161. Socin. iun. *consil.* 90. *num.* 4. *volum.* 2. Faciunt in proposito tradita *in Repert. Quæstion. iudicial. quæst.* 10 *num.* 6. vbi agitur de confessione extraiudiciali facta ad exonerationem conscientiæ. Vide in proposito Lambertenum *de contractib. gloss.* 22. *num.* 10 vbi quòd confessio in testamento facta parte absente, seu nemine pro absente recipiente, reuocabilis est: secùs si facta parte præsente, seu Notario, aut alio pro absente recipiente, & ita cum hac distinctione concordat opiniones contrarias. Et ita etiam tradit Mascatdus *conclusione* 347. *num.* 21. Sed quid de iure Canonico, an ista confessio etiam facta parte absente possit reuocari, vide *ibidem* remissiuè *num.* 11. Item amplia, etiam si facta sit sine causa, vt tradit Mascatdus *dicta conclusione* 345. *numer.* 30.

Limita, vt talis confessio valeat in præiudicium 12 ipsius testatoris confitentis, ac ipsius hæredis: secùs in præiudicium filiorum, & ad ipsorum legitimæ diminutionem. Rolandus *de lucr. dot. quæst.* 80. *num.* 5. Cephalus *consil.* 85. *num.* 30 *&* 32. *volum.* 1. Gomez *in tit. de legat. num.* 81. *versic. Item etiam quia sola*, *& sequent.*

Limita I I. illam non procedere, quando testator 13 in tali confessione se refert ad aliquas scripturas, quæ postmodum non repetiantur: nam tunc vti erronea poterit reuocari. Cephal. *d. consil.* 85 *num.* 29.

Confessio autem dotis receptæ facta in testamento, &c. quid probet, vide in alio Repert. in materia, *Dotis recepta confessio*, &c. 14

Aduerte in materia, quòd confessio debiti facta 15 per testatorem in testamento, tunc demum operatur legatum, seu fideicommissum, quando testator vltra confessionem debiti iubet illud per hæredem creditori solui, secùs si simpliciter fatetur debitum absque alio iussu solutionis. Ita Castren. *in dicta l. Lucius la* 2. §. *quisquis el* 2. *de legat.* 2. per illum textum *ibi*, dum dicit. *Confiteor me debere Titio decem, quæ solui iubeo*, &c. Sed contrarium, etiam quòd non sit facta mentio solutionis, talis confessio habeat vim legati, traditur per Gomez *in tit. de legat. num.* 81.

Aduerte etiam quòd licèt confessio debiti facta 16 in testamento non habeat vim debiti, nisi illud aliunde probetur: tamen benè per eam interrumpetur præscriptio, si aliunde constet de debito. Gomez *in tit. de legat. num.* 81. *in fine.*

Aduerte etiam, quòd talis confessio saltim facit semiplenam probationem, ita quòd erit locus iuramento in supplementum. Gomez *d. num.* 81. *in fine.* 17

Aduerte etiã, quòd regulariter hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti, vt dixi infrà *in fragm.* 18

in

in versic. hæres. num. 6. vbi de materia, & ponas hic.

19 Item aduerte, quòd confessio debiti facta in mortis articulo, valet etiam quòd sit facta sine causa. Marsil. *in rubr de probat. num.* 80. Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 5. num.* 15.

20 Aduerte etiam, quòd confessio debiti facta à testatore etiam in articulo mortis non valet, quando ea est facta inter personas prohibitas: vel vbi adest aliqua præsumptio fraudis, vt per Menochium *de præsumptionib. lib. 5. præsumpt. 5. num. 10. & 21.* vbi infert.

QVÆSTIO LXIV.

De legato domus, seu habitationis.

SVMMARIVM.

1. *Legatum domus cum iis quæ ibi sunt, quid comprehendat.*
2. *Legatum habitationis an trahatur ad alimenta.*
3. *Legata habitatione an hæres possit cogere legatarium, vt habitet cum ipso in domo testatoris.*
4. *Legatum domus an valeat à testatore nullam habente domum.*
5. *Legatum domus quomodo intelligatur, si testator plures habebat domos.*
6. *Legatum domus, ita quòd toto tempore vitæ suæ legatarius possit in ea habitare, quid importet.*
7. *& quid si testator prohibeat hæredi, ne ipsum molestet.*
8. *Legatum domus an comprehendat hortum, apothecam, ac granarium.*
9. *Legatum domus, an extinguatur, si domus ita resarciatur, vt nihil remaneat de pristina materia.*

1 LEGATVM domus cum iis quæ ibi sunt, ad quæ trahatur, vide Romanum *singul.* 649. pulchrè per Tiricæ. *de testament. conieg. pag.* 186. *& sequentibus, cap.* 12. vbi particulariter, an contineantur merces venales: an instrumenta & scripturæ: an nomina debitorum: an ea, quæ fuerunt posita in domo post conditum testamentum: an pecunia quæ erat domi: an animalia ibi morantia; an ea, quæ in domum fuerunt allata de prædio rustico: an argentum pototium & escarium. Et generaliter quid aliud sub hoc legato contineatur, eò semper recurras.

2 Legatum habitationis an & quando trahatur etiam ad alimenta. Cotta *in memor. pag.* 370.

3 Legatum habitationis taliter interpretari debet, vt si testator habeat propriam domum, tunc legatarius non potest cogere hæredem, vt aliam sibi conducat pro habitando, vide Tiricæum *pag.* 184. *num.* 1.

4 Legatum domus an valeat, si testator nullam habebat domum. Tiricæ. *pag.* 184. *vers. si verò nullam.*

5 Legatum habitationis domus, si testator plures habebat domos, in dubio intelligitur de ea, in qua idem testator habitabat. Et quid si ea sit multùm ampla, & splendida; an isto casu hæres possit legatario consignare aliam. habitationem, *ibidem* per Tiricæum *pag.* 185. *versic. quòd si verò. & num.* 2. *& seq.*

6 Legatum domus cum hac adiectione: Ita tamen, quòd legatarius possit in ea toto tempore vitæ suæ habitare, resoluitur in simplex legatum habitationis. Tiricæ. *pag.* 185. *num.* 4.

7 Legatum domus cum prohibitione facta hæredi, ne legatarium molestet, quid operetur. Tiricæ. *pag.* 185. *num.* 5.

8 Legatum domus an comprehendat hortum, apothecam, & granarium. Tiricæ. *pag.* 185. *num.* 6. faciunt dicta in alio Repertorio *in Contractib. verò domus*, &c. *num.* 1. *& versic. Apotheca, num.* 18. quæ ponas hic.

9 Legatum domus non extinguitur si domus legata ita resarciatur, vt nihil omninò ex pristina materia supersit; prout traditur per præcitatum Tiricæum *pag.* 186. *num.* 6. *in fine.*

QVÆSTIO LXV.

Monachus quando testari possit, quandòve eius testamentum factum ante ingressum Religionis rumpatur per talem ingressum.

SVMMARIVM.

1. *Monachus ante ingressum Religionis testari potest.*
2. *Amplia etiam sine solemnitate iuris communis.*
3. *Amplia etiam in minore, prodigo, & furioso.*
4. *Testamentum rumpitur per ingressum Religionis.*
5. *Quid si Religio est incapax bonorum immobilium.*
6. *Quid si sit capax, sed testator de ea cogitauit.*
7. *Quid si ei nihil reliquit.*
8. *Quid si de ea non cogitauit, & num.* 9. 10. *&* 11. *Legata sustinentur ex testamento rupto per ingressum. d. num.* 9.
12. *Ingredientis Religionem bona cuius sint, & numer.* 14.
13. *Monachus ante professionem testari potest.*
14. *Sed eo decedente sine testamento, cuius sint bona.*
15. *Monachus post professionem factam non potest amplius testari.*
18. *Etiam quòd esset Prælatus. Nisi testetur inter liberos. num.* 17.

1 DVO sunt consideranda tempora in materia huius quæstionis. Vnum scilicet ante ingressum Religionis: aliud verò post ingressum. Deueniendo ad primum, facio regulam affirmatiuam, quòd Monachus antequam ingrediatur Monasterium, potest liberè de suis rebus disponere, textus est *in §. illud in Authent. de Monach.*

2 Amplia hanc regulam, primò; vt isto casu si testatur propter ingressum Religionis futurum, poterit etiam testari sine solemnitate iuris communis. Clar. *de testament. quæst.* 28. *versic. in primo tempore.*

3 Amplia II. vt isto casu poterunt etiam minores, prodigi, & furiosi testari sine interuentu suorum curatorum, si quos habent. Clar. *de testament. quæst.* 28. *versic. sed nunquid minor.* Sed id quod dicitur de furioso, intelligas procedere, dummodò non testetur tempore furoris, vt per Clarum *ibidem.*

4 Verùm supradictæ regulæ multùm aduersatur altera regula, quæ habet, quòd cùm Monasterium succedat loco filij, ideò sicut agnatione postbumi rum-

pitur testamentum antea factum: ita isto casu testamentum factum ante ingressum Religionis, rumpitur per ingressum, secuudùm communem opinionem, de qua per Villalobos *lit. T. num.* 53. Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. lib.* 1. *conclus.* 58. *in* 17. *ampliat.*

5 Sed pro clariori intelligentia huius contrarietatis, faciendæ sunt io hac materia plures conclusiones.

Prima sit conclusio, quòd per ingressum Religionis incapacis booorum immobilium, testamentum non rumpitur antea factum, immò ab eius ingressu vires assumit, non aliter ac si naturaliter mortuus esset testator. Clarus *de testament. quæst.* 28. *versic. sed retenta.*

6 Secunda sit conclusio, quòd per ingressum in Religionem capacem bonorum immobilium, testamentum non rumpitur, si testator in ipso testamento cogitauit de futuro ingressu. Clar. *de testament. d. quæst.* 28. *versic. aut verò.* Capta *conclus.* 102. *num.* 39. *& seqq.*

7 Amplia, hanc secundam conclusionem procedere, siue testator reliquerit aliquid ipsi Monasterio, siue etiam nihil reliquerit; quia sufficit quòd de ipso cogitauerit etiam quòd nihil reliquerit. Clar. *de testament. quæst.* 28. *vers. aut verò*, vbi hanc dicit esse magis communem. In quo videas etiam Captam *in conclus.* 102. *num.* 39. & alij sequentibus.

8 Tertia sit conclusio, quòd per ingressum Religionis capacis bonorum immobilium, rumpitur testamentum antea factum, si de Monasterio, & futuro ingressu testator nihil cogitauit. Clarus *dicta quæst.* 28. *versic. sed retenta.* Capta *conclus.* 102. *numer.* 38.

9 Limita hanc tertiam conclusionem, vt testamentum isto casu rumpatur, quoad institutionem; non autem quoad legata & cætera in eo relicta. Clar. *d. quæst.* 28. *in prædicto versic. sed retenta, in fine.*

10 Limita II. hanc tertiam conclusionem multùm notabiliter procedere, non quàndo simpliciter quis ingreditur Monasterium; quo casu tacitè se, suaque bona ipsi dedicare dicitur: sed quando expresè in ipso ingressu dedicat se & sua bona Monasterio. Nam tunc verum est, quòd tale testamentum rumpitur de expressa eius voluntate, aliàs secùs. Ita Clar. *de testament. dicta quæst.* 25. *& dicto versic. sed retenta.* Et ideò aduerte, quòd si hæc limitatio est vera, taliter destruit hanc tertiam conclusionem, vt videatur potiùs faciendam esse re-
11 gulam in contrarium; & dicendum quòd etiam quòd testator ingrediatur Religionem capacem bonorum immobilium, ac etiam quòd de ipso Monasterio non cogitauerit, nihilominus testamentum non rumpitur, nisi constet de eius expressa voluntate, quòd videlicet expresè se suaque bona illi dicauerit. Sed considera, quòd Clarus *ibi* non loquitur affirmatiuè, sed per verbum *crederem*, & nihil allegat pro hac sua limitatione.

12 Ad quem autem spectent bona ingredientis Religionem, si de illis non testetur, videas *in versic. Monachi ingredientis*, &c. *num.* 5. infrà *in fragmentis inter diuersa*; vide etiam inferiùs in hac eadem *quæst. num.* 14. & dicetur *in titul. de substitut. & fideicommiss.* in materia, quando monasterium succedat loco filij.

13 Et hæc sufficiant pro nunc quoad primum tempus. Circa verò secundum tempus, scilicet quando iam Monachus est ingressus Religionem, distinguas: aut non fecit professionem; aut fecit professionem. Si non fecit adhuc professionem, dicas quòd liberè potest de rebus suis testari, non aliter ac si non esset Monachus. Clar. *de testamen. quæst.* 28. *versic. dixi secundum.* Capt. *conclus.* 102. *num.* 46. Tiraquell. *de retract. titul.* 1. §. 1. *gloss.* 8. *num.* 29. & latè per Lambertenum *de contractib. gloss.* 2. *quæst.* 19. *numer.* 61. *& num.* 70. vbi hoc videtur declarare, vt procedat, quando Monachus ante professionem factam etiam exeat de Monasterio: secùs si postea professionem faciat; quia professio tunc retrotrahitur, ideò inualidat testamentum Nouitij, vt *ibi*, & faciunt tradita *in Repert. contract. vers. Nouitius, num.* 42.

Sed an isto casu, Monacho Nouitio moriente sine testamento, bona deferantur Monasterio, an verò proximioribus, fuit per nos dictum *in versic. Monachi ingredientis*, &c. infrà *in fragmentis inter diuersa, num.* 5. 14

Aut verò Monachus ingressus iam fecit professionem: & tunc non potest aliquo pacto testari, seu iam conditum testamentum reuocare, siue eius religio sit capax, siue incapax bonorum immobilium. Clar. *de testament. quæst.* 28. *versic. tertium tempus.* Diaz *regul.* 472. vbi remissiuè de materia. 15

Amplia etiam in Monacho effecto Prælato, vt per Capràm *in d. conclus.* 104. *num.* 32. 16

Limita, quia poterit testari inter liberos, iuxta tamen dispositionem *Authent. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles.* Clar. *de testament. d. quæst.* 28. *versic. scias tamen*, &c. 17

QVÆSTIO LXVI.

Monacho legatum, seu hæreditas relicta, quando ei acquiratur, seu Monasterio; & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Monachi non mendicantes sunt capaces hæreditatis & legatorum.*
2. *Mendicantes verò non sunt capaces.*
3. *Mendicantium duo genera.*
4. *Fratres minores sunt incapaces hæreditatis & legatorum.*
5. *Amplia quòd sunt etiam incapaces fideicommissi.*
6. *Amplia etiam in Monialibus talis Ordinis.*
7. *Amplia vt contraria consuetudo non valeat.*
8. *Amplia quòd sunt incapaces etiam ab intestato.*
9. *Amplia vt nec in foro conscientiæ ipsis relicta debeantur.*
10. *Amplia etiam in annuis legatis, seu redditibus, & seqq.*
14. *Amplia, vt nec possint legata vendere, & æstimationem recipere, & seqq.*
17. *Amplia etiam in fratre minore facto Cardinali.*
18. *Limita in legato facto pro alimentis, & seqq.*
22. *Limita in fratre minore facto capace à Papa.*
23. *Limita in fratribus retinentibus hæreditatem nomine Ecclesiæ Romanæ.*
24. *Limita in legato pro emendis libris.*
25. *Limita in legato facto pro concernentibus diuinum cultum.*
26. *Sed quid in fratribus mendicantibus non ex regula, sed ex constitutionibus, & seq.*
28. *Quid in Monialibus sanctæ Claræ.*

29. *Hære*

29. *Hereditas delata Monacho an acquiratur ipſo iure Monaſterio.*

30. *Monaſterium, ſeu Abbas an poſſit adire pro Monacho.*

32. *Monacho repudiante cui acquiratur hereditas. Monacho inſtituto decedente ante aditam hereditatem, cuinam deferatur hereditas. num. 31.*

33. *Legatum Monacho factum cum hoc, vt non acquiratur Monaſterio, an valeat.*

34. *Cautela in hoc optima.*



DIXIMVS in antecedenti quæſtione, an & quando Monachus habeat teſtamenti factionem actiuam. Videamus modò, quando habeat teſtamenti factionem paſſiuam. Et ſic quando ſit capax legati, ſeu fideicommiſſi, ſeu hæreditatis ſibi debitæ. Et quia iſta quæſtio eſt admodum diffuſa, & confuſè à Doctoribus tractatur: ideò vt per nos quoad fieri poterit clarior reddatur, facias duas principales concluſiones.

1 Prima ſit concluſio, quòd Monachi non medicantes, & quibus eſt permiſſum poſſidere bona immobilia, proculdubiò poſſunt ex teſtamento ſibi relicta capere, idque totum in communi Monaſterio acquiritur. Et hanc concluſionem omnes differenter tenent, teſte Claro *de teſtament. quæſt. 29. verſic. quò verò ad alios.*

2 Secunda ſit concluſio huic primæ contraria, quòd mendicantes Monachi, quibus eſt prohibitum poſſidere bona immobilia, non poſſunt ex teſtamento aliquid capere, & in hoc ſimiliter omnes conueniunt, teſte eodem Claro *d. quæſt. 29 in princip.*

3 Verùm quia hæc ſecunda concluſio nimis vaga & generalis eſt: quia ex fratribus mendicantibus, & quibus nõ eſt permiſſum poſſidere bona immobilia, alij ſunt mendicantes ex regula, prout ſunt fratres minores primi Ordinis Sancti Franciſci. Alij verò ſunt mendicantes non ex regula, ſed ex conſtitutionibus poſtea emanatis; prout ſunt fratres Prædicatores Ordinis Sancti Dominici, ad tradita per Clar. *de teſtament. d. quæſt. 29. verſ. debes tamen ſcire.*

4 Ideò ſigillatim de vnoquoque iſtorum generum videamus. Et in primis loquamur de iis, qui ſunt mendicantes ex regula, prout ſunt fratres minores primi Ordinis Sancti Franciſci. In quo facias regulam negatiuam, quòd iſti fratres minores nec in proprio, nec in communi poſſunt aliquid capere ex teſtamento, text. *in cap. exijt. de verbor. ſignificat. in 6. Clement. exiuit, de verbor. ſignificat.* Clar. *dicta quæſtione 29. verſic. hoc præmiſſo.* Duen. *regul. 381. in princip.*

5 Amplia hanc regulam pluribus modis. Et primò quòd iſti fratres minores non poterunt capere etiam ex fideicommiſſo. Duen. *regul. 381. in prima limit.* Capta *conſil. 30. num. 8.*

6 Amplia II. in Monialibus de ordine Minorum. Cephal. *conſil. 98. num. 2. & ſeqq. vol. 1.*

7 Amplia III. quòd nec in contrarium conſuetudo valeat. Cephal. *d. conſ. 98. num. 2. & ſeqq. vol. 1.*

8 Amplia IV. quòd nec ab inteſtato poterunt ſuccedere. Duen. *regul. 381. in 3. & 8. ampliat.*

9 Amplia V. vt quicquid ipſis relinquitur, nec etiam in foro conſcientiæ ſolui debet, tutéque per hæredem retineri poteſt. Duen. *regul. 381. in 5. ampliat.*

10 Amplia VI. etiam in legatis annuis, ſeu annuis redditibus: quia nec horum iſti fratres minores ſunt capaces. Duen. *reg. 381. in 7. ampliat.* Abbas *in conſ. 63. in princip. lib. 2.* Tiraq. *de retract. pag. 63. num. 5.* Cephal. *conſ. 98. num. 2. & ſeqq.* vide inferius *num. 21.*

11 Subamplia, hanc ampliationem procedere etiam in reditu modicæ quantitatis. Cephal. *d. conſil. 98. num. 2. vol. 1.*

12 Limita, hanc ſubampliationem non procedere in annuo reditu legato non magnæ quantitatis, & non perpetuo; ſed ad tempus, puta ad vitam vnius fratris, quia tale legatum valebit. Abbas *conſil. 63. num. 6. lib. 2.* Tiraquell. *de retractu. pag. 65. num. 7. & ſequent.*

13 Sed vide Cephalum *d. conſil. 98. num. 2. & 3.* vbi dicit, quòd iſti fratres minores deberent adhuc ſe abſtinere à tali legato annuo temporali.

14 Amplia, vt iſti fratres minores & mendicantes ex regula non ſunt capaces hæreditatis, ſeu relicti ſibi delati, nedum quoad proprietatem, ſed nec etiam quoad æſtimationem. Et ideò non poſſunt bona ſibi relicta vendere, vt ex eis accipiant æſtimationem. Duen. *regul. 381. in 8. ampliat.*

15 Contrarium videtur aſſerere Villalob. *lit. L. n. 36.* & vide infrà *in num. 21.*

16 Sed ſi illud quod eſt relictum ſit modicum, poſſunt iſti fratres illud vendere, & capere pecuniam. Duen. *d. regul. 381. in 8. ampliat.* vbi dicit hoc procedere in modico fratribus relicto ex teſtamento: ſecùs ſi vellent ab inteſtato in modico ſuccedere, quia tunc non poſſunt, nec quoad proprietatem, nec quoad æſtimationem, vt ibi per eum.

17 Amplia etiam in fratre minore, qui promotus eſt ad Epiſcopatum, ſeu Cardinalatum, quia adhuc erat incapax, &c. Dueñas *in d. regul. 381. in 9. ampliat.*

18 Limita modò hanc principalem regulam de fratribus minoribus loquentem pluribus modis. Et primò non procedere in legato ſibi facto pro alimentis: quia talis legati ſunt capaces. Duen. *regul. 381. in 1. limitat.* Abb. *conſ. 63. ante num. 7. volum. 2.*

19 Sublimita, hanc primam limitationem non procedere, quando hoc legatum alimentorum eſſet paruum: quia tunc habebit vim proprietatis, & ideò non valebit. Duen. *d. regul. 381. in 1. limitat.* Villalob. *lit. L. num. 36.*

20 Sed circa hanc ſublimitationem in primis aduertas, quòd licèt legatum pro alimentis ſit annuum, ſi tamen non eſt perpetuum, ſed temporale, puta factum ad vitam vnius fratris, & non ſit magnæ quantitatis; tunc valet & tenet, eiuſque fratres minores ſunt capaces. Abb. *dicto conſil. 63. num. 6. lib. 2.*

21 Item aduerte, quòd quando legatur quid annuum & perpetuum fratribus minoribus, poterunt iſto caſu fratres vendere illum annuum reditum, & ex pecunia ſe alimentare. Villalob. *lit. L. num. 36.* vide ſuprà *num. 14. & 15. & num. 10. & ſeqq.*

22 Limita II. hanc regulam non procedere in fratre minore facto capace ex priuilegio Apoſtolico. Duen. *regul. 381. in 2. limitat.*

23 Limita III. quando iſti fratres minores retinerent hæreditatem nomine Romanæ Eccleſiæ. Duen. *d. regul. 381. in 3. limitat.*

24 Limita IV. in legato annuo facto pro emendis libris. latè Abbas *conſil. 63. per totum,* vbi de communi *lib. 2.* Cott. *pag. 3. verſic. vlterius,* &c.

25 Limita V. in legato annuo facto fratribus minoribus pro concernentibus diuinum cultum, puta frumentum pro hoſtiis, vinum pro ſacrificiis, oleum pro luminaribus, pecunia pro reparatione Eccleſiæ, & ſimil. Abbas *conſil. 63 lib. 2. num. 4.* Follet. *in pract. cenſual. pag. 170. num. 56.*

26 Quò verò ad fratres Prædicatores, & alios mendicantes,non ex regula, sed ex constitutionibus,facias conclusionem, quòd isti possunt acquirere ex testamento, non vt bona immobilia apud se retineant,sed vt illa vendant, pecuniamque in suis vsibus necessariis conuertant. Capra *consil.* 30. *num.* 7. Duen. *regul.* 381.*in* 8. *ampliatione.* Clarus *de testam. quæst* 29. *vers. hoc præmisso.* Corset. *singul. pag.* 175. *verb. mendicantes.* Marsil. *singul.* 132. vbi etiam remissiuè de materia. Villalobos *lit.F. num.*163.

27 Caue tamen, quòd hodie fratres Prædicatores habent priuilegium à Sixto Papa concessum,vt possint in communi possidere bona immobilia.Et ideo sequitur, quòd erunt capaces hæreditatis, &c. nedum, vt eam vendant, &c. sed etiam vt eam apud se retineant, teste Claro *d. quæst.* 29. *sub versic. hoc præmisso*, &c.

28 Pro complemento huius quæstionis quæro de multis. Et primò, an Monachæ sanctæ Claræ sint capaces hæreditatis,&c. Dic,quòd sic,acquiruntque io communi pro Monasterio. Cephalus *consil.* 56. *num.*16.*& seqq. & consil.*98. *num.*7. *vol.*1.

29 Quæro secundò, quando Monachi sunt capaces hæreditatis sibi delatæ, an ista hæreditas acquiratur ipso iure Monasterio; an verò mediatè per personam Monachi, vt primò, videlicet acquiratur Monacho,deinde Monasterio.Et vtilitas huius quæstionis est maxima,vt per Clarum *de testam quæst.*30. vbi dicit, quòd Canonistæ tenent, quòd acquiratur ipso iure Monasterio: Legistæ verò, quòd mediatè. Et sic ipse crederet opinionem Canonistarum esse seruandam in terris Ecclesiæ, in terris verò Imperij esse seruandam Legistarum opinionem. Adde Menochium *in l.finali, num* 294. *& seqq. C. de edict.D. Adrian.tollend.* vbi facit eamdem distinctionem, inter ius videlicet ciuile, & ius Canonicum, super qua distinctione, vide etiam Viuium *pag.* 1. *verb. Abbas.*

30 Hinc tertiò quæri potest, an Monasterium, seu Abbas possit adire hæreditatem nomine Monachi sui; an verò sit necessaria aditio per Monachum? de quo videas Clarum *d. quæst.* 30. Capram *de regulis in tract.substit. pag.*171. *num.*53. *& sequentib.* Viui. *pag.*1. *& seq.* vbi, an Abbas possit repudiare hæreditatem delatam Monacho sine eius consensu.

31 Hinc quartò quæritur, si Monachus institutus decedat ante aditam hæreditatem, an illam transmittat ad Monasterium, super quo videas similiter Clarum *d. quæst.*30. Capram *in regul. in tract.substitut. pag.*171. *num.*64. *& seqq.*

32 Hinc quintò quærendum est,Monacho instituto repudiante, an hæreditas deferatur Monasterio; an verò substituto, si adest, seu proximioribus testatoris, super qua materia, vide eumdem Clarum *dicta quæst.*30. Capram *d. pag.*171. *num.* 51. *& pluribus sequentib.* Villalobos *lit. M. num.*19. Menoch. *in l. finali, num.* 295. *C. de edict. D. Adrian. tollend.* vbi quòd Monacho recusante adire, Monasterium illo etiam reluctante adire potest.

33 Quæro sextò, diximus suprà,quòd fratres Prædicatores,& alij non mendicantes ex regula, item fratres nullo pacto mendicantes sunt capaces legati sibi delati in proprio, non autem io communi. An valeat legatum factum Monacho cum hac conditione, vt nihil acquiratur Monasterio. Dic quòd conditio reiicitur, sed legatum valet, & acquiritur Monasterio. Abbas *consil.*63. *num.*8. *lib.*2.

34 Sed ad hoc, vt legatum factum Monacho acquiratur ipsi Monacho, non autem Monasterio,cautela erit, quòd testator dicat. Lego Monacho, puta vsumfructum talis domus, donec Abbas illum non molestauerit in perceptione talis vsusfructus, vt per Cæpollam *caut.*152.

QVÆSTIO LXVII.

Vsufructuarius quando cauere, & inuentarium facere teneatur.

SVMMARIVM.

1. *Vsufructuarius tenetur cauere de vtendo,& fruendo.*
2. *Qua cautio debet esse cum fideiussoribus.*
3. *& debet præstari etiam re tradita.*
4. *& non præstando hanc cautionem non facit fructus suos, & seqq.*
8. *Cautio in rebus mobilibus debet præstari.*
9. *Sed qualis debeat esse ista cautio,& seqq.& n.*51.
15. *Cautio est præstanda, & etiam quod testator mandet heredi ne molestet vsufructuarium sub pœna, &c.*
16. *Ac etiam quòd vsufructuarius sit idoneus & diues.*
17. *An & quomodo hac cautio possit per testatorem remitti, & seqq.*
24. *Quid si testator grauat heredes, vt caueant pro vsufructuario; vel nominet fideiussorem, quem hæres capere debeat.*
25. *An isto casu sufficiat cautio iuratoria, & seqq.*
30. *Heredi datur retentio, donec cautio præstatur.*
31. *Quod procedit etiam in vsufructuario ad tempus incertum.*
31. *Ac etiam in vxore relicta vsufructuaria.*
33. *Nec in contrarium valet statutum.*
34. *Quid si testator dederit licentiam vsufructuario alienan*[illegible]*, &c.*
35. *Vsufructuarius non dando cautionem priuatur vsufructu.*
36. *Cautio non est præstanda,nisi petita fuerit, & seq.*
37. *Item non est præstanda,quando proprietarium etiam remisit tacitè vel expressè, & seq.*
39. *Cautio non præstatur à donante reseruato vsufructu.*
40. *Nec ab eo, cui postea est obuenienda etiam proprietas.*
41. *Nec à fisco vsufructuario.*
42. *Nec à patre vsufructuario aduentitiorum filij.*
43. *Item quando quis est hæres institutus post mortem vsufructuarij.*
44. *Vsufructuarius tenetur facere inuentarium.*
45. *Quod inuentarium debet fieri in instrumento cautionis.*
46. *An autem confectio inuentarij possit à testatore remitti, & multis seqq.*
51. *In vsufructu animalium puta gregis, qualiter cauendum.*
52. *Hæres granatus an teneatur cauere, & inuentarium facere.*
53. *Vsufructuarius si in inuentario non describit omnia bona, priuatur vsufructu.*

REGVLA sit, quòd vsufructuarius tenetur cauere de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendo rem finito vsufructu,*l.*1.*C. de vsufruct. pag.*585. *num.*1. Roland.*consil.*92. *n.*22. *volum.*1. *& consil.*37. *num.*3. *& seqq volum.*2. Aymon. *consil.*187. 1

*consil.*187. *num.* 7. Viui. *pag.* 316. *à tergo.* Villalobos *lit.V. num.* 59. Tiricæus *de testament. coniug. pag.*171. *num.* 4. Bellon. *consil.*54. *num.*1. *decis. Pedemont.*152. *num.* 1. Ad materiam vide Andr. Gayl. *obseruatione* 46. *lib.*2.

2 Amplia istam regulam pluribus modis. Et primò, vt talis cautio debeat esse cum fideiussoribus, & non sine. Gabriel. *pag.*585.*num.*2.Roland. *consil.*92. *num.*11. *volum.*1.

3 Amplia II. vt hæres possit petere istam cautionem, etiam postquam rem tradidit, vt per Gabriel. *d.pag.*585. *num.*9.

4 Amplia III. vt si vsufructuarius non præstet hanc cautionem, non facit fructus suos. Gabriel. *dicta pag.*585. *num.*16. Viuius *pag.* 316. *à tergo.* Rolandus *consil.*37.*num.*3. *& sequenti, volum.*2. Tiric. *de testam. coniug. pag.* 172. *à tergo.* Bellon. *consil.* 54. *num.*4. Benincas. *de paupert. pag.*192. *num.*17. *& in consil.*79. *num.*1. *& sequentib. volum.* 1. *inter consilia vltimar. voluntat.* Andr. Gayl. *dict. obseruat.*46. *lib.*2. vbi de hac materia eum latè disputantem videas.

5 Limita, hanc tertiam ampliationem non procedere, quando vsufructuarius habuisset rem, in qua fuit constitutus vsufructuarius, ab ipso proprietario, & cum hac limitatione transit *in consil. vltimar. volunt.*79. *num.*8. *& sequentib. volum.*1. vel si vsufructuarius sciente & patiente proprietario fructus perciperet: quia tunc tales fructus suos facit, etiam non præstita cautione. Gabriel. *pag.* 581. *num.* 11. Bellon. *consil.*54. *num.*4. Sed videas *in dicto consil. vltimar. volunt.*79.*num.*6.*& sequentib. vsque ad num* 18. *volum.*1. vbi concluditur, quòd sola scientia, & patientia hæredis non operatur, vt vsufructuarius faciat fructus suos non præstita cautione, nisi etiam habuerit possessionem de eiusdem hæredis manu.

6 Limita II. illam procedere in fructibus perceptis post petitam cautionem, quia hos fructus non facit suos, secus in perceptis ante petitam cautionem. Gabrielius *d.pag.*585.*num.*12.*& seq.& num.*40. vbi videas. Tiricæ. *pag.*172. *à tergo.*Benincas. *de paupert pag.* 192. *num.*16. faciunt dicta infrà *in num.*36. sed vide *in consil. vltim. voluntat.*79. *num.*1. *& sequentib. vsque ad num.*18. *volum.*1. vbi concluditur, quòd etiam quòd non sit petita cautio, nihilominus vsufructuarius non facit fructus suos, nisi possessionem habuerit de manu hæredis.

7 Limita III. in eo vsufructuario, qui potest ingredi rem propria authoritate: quia iste facit fructus suos, etiam non præstita cautione. Gabriel. *dict pag.*585. *num.*15. vide *in consil. vltimar. volunt.*80. *num.*1. *& sequentib. plurib. vol.*1.

8 Amplia IV. principalem regulam, vt talis cautio præstari debeat & in vsufructu rerum mobilium. Gabriel. *pag.*585. *num.*16. *& sequentib.* Roland. *consil.*92. *num.*6. *& sequentib. volum.*1. Vide quoque infrà *num.*51.

9 Verùm, quia bonorum mobilium quædam sunt, quæ vsu consumontur; quædam quæ vsu non consumuntur, sed minuuntur, & inueterascunt: quædam autem quæ vsu nec consumootur, nec minuuntur. Ideo vt particularis cognitio habeatur huius quartæ ampliationis, quæro qualis debeat esse hæc cautio in his mobilibus præstanda. Dic quòd in rebus mobilibus, quæ vsu consumuntur, cautio erit præstanda non de arbitrio boni viri, sed de restituendo eorum æstimationem finito vsufructu, vt per Gabrielium *dict.pag.*585. *num.*18.*& sequenti.* Rolandus *consil.*92.*num.*23. *volum.*1. Tiricæ. *de testament. pag.*171. *à tergo, num.*4. Bellon. *consil.*54. *num.*2. Socin. iun. *consil* 9. *num.*5. *part.*1. Franc. Marc. *decis.*817. *num.* 5. vide *in consil. vltim. voluntat.* 79. *num.*28. *volum.*1.

10 Nisi forsan testator remisisset hæredi onus conficiendi inuentarium, & præstandi cautionem: nam tunc non datur cautio de reddendo æstimationem, sed solùm de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, & restituendo in gradu, in quo res reperietur in tempore restitutionis, vt per Gozadinum *consil.*99. *num.*8. Sed de hoc vide infra *num.*21.

11 Æstimatio autem isto casu erit facienda non habito respectu ad valorem rei tempore restitutionis; sed ad tempus traditionis. Et ideo ante præstitam cautionem fieri debet. Roland. *consil.* 92. *num.*23. *volum.*1. Gabriel. *pag.*586. *num.*22. Tiricæus *de testam. coniug. pag.*172.

12 In rebus autem mobilibus, quæ vsu consumuntur, & inueterascunt, similiter debebit præstari cautio de restituendo æstimationem, vt per Gabrielium *pag.*585. *num* 20. *& sequentib.* Rolaod. *in consil.*92. vbi videas *in num* 23. *volum.*1.

13 Contrarium in hoc, quòd non debeat scilicet cautio isto casu præstari de restituendo æstimationem, sed solùm de vtendo arbitrio boni viri, &c. tenuerunt multi alij relati ab eodem Gabrielio *ibi num.*20. *& sequentib.* & Franc. Marc. *decisione* 818. *per totam.*

14 In rebus autem mobilibus, quæ vsu nec consumuntur, nec minuuntur; tunc non datur cautio de restituendo æstimationem: sed solùm, prout suprà diximus *num.*1. *de immobilib.* dabitur cautio de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendo finito vsufructu. Gabriel. *pag.* 586. *num.* 21. Franc. Marc. *decis.*817. *num.*5. vide etiam infrà *num.*51.

15 Amplia V. principalem conclusionem, vt talis cautio sit præstanda, etiam quòd testator sub pœna mandet hæredi, ne vsufructuarium molestet. Roland. *consil.*92. *num.*9. *lib.*1. Tiricæ. *pag.*172. Aymon *consil.*187. *num.*7. Gabriel. *pag.* 586. *num.*23. *& seqq.* vbi refert etiam contrarium tenentes, & hanc eamdem ampliationem teneas per ea, quæ latè traduntur *in consil. vltim volunt.*79. *num.*28 *& sequentib. & consil.* 80. *num.*1. *& seqq.* vbi etiam respondet ad contraria.

16 Amplia sextò, vt talis cautio sit præstanda, etiam quòd vsufructuarius esset diues, & de re idoneus. Gabriel. *pag.*586. *num.*27. Roland. *consil.*92. *num.*11. *lib.*1. Kircou. *in communib. opinionib. tom.*2. *cent.*5. *conclus.*10. vbi restatur de communi.

17 Amplia VII. vt talis cautio nec etiam possit per testatorem vsufructuario remitti, *l.*1. *C. de vsufruct.* Gabriel. *pag.*586. *num.*28. *& seqq.* Roland *consil.*92. *num.* 1. *& seqq. volum.* 1. Aymon *consil.* 187. *num.*7. Viuius *pag.*306. *à tergo.* Tiricæ. *pag.*172. Bellon. *consil.*54. *num.*3. Clar. *de testam. quæst.*64. *in princip.* Franc. Marc. *decis.*820. *num*... *& seq.* Cephal. *cons.*59 *num.*2. *volum.*1. Kircou. *in communib. opinionib. tom.*2. *centur.*5. *conclus.*10.

18 Amplia hanc septimam ampliationem pluribus modis. Et primò, vt talis cautio nec directè, nec per indirectum possit per testatorem remitti. Gabrielius *dicta pag.*586. *num.*19. Sed vide paulò inferiùs *num.*24.

19 Amplia II. vt etiam quòd testator prohibuerit hæredem, ne talem cautionem petat sub pœna priuationis hæreditatis, nihilominus tamen remissio nihil valebit. Neuizan. *consil.*9. *num.*12.

20 Amplia III. vt nec testator possit talem cautionem remittere de licentia Principis. Gabrielius

pag.586. num. 31. Roland. consil. 92. num.4. volum.1. Tiricæ. pag.172. vide infrà num.49.

21 Limita modò hanc septimam ampliationem, primò non procedere in vsufructuario rerum, quæ vsu consumuntur, cui poterit testator remittere cautionem, prout tenuerunt multi relati à Gabrielio d.pag. 586. num. 33. & à Franc. Marc. in decis. 820. num.5. & 817. num. 6. vide quæ superiùs dicta sunt num. 10.

22 Contrarium autem, quòd nec etiam isto casu remitti possit cautio per testatorem, tenuerunt multi alij relati per Gabriel. d. num. 35. & à Marco d. decis. 820. num. 5. & eam sequitur opinionem Clarus de testam. quæst. 64. vers. & hac quidem.

23 Limita II. hanc septimam ampliationem procedere, quando remissio huius cautionis fuit facta in testamento; secùs est, quando fieret in contractu inter viuos extra testamentum, siue vsusfructus sit relictus in testamento, siue etiam inter viuos, quia talis remissio valet. Gabriel. dict. pag. 586. num. 34. Viuius pag. 317. Francisc. Marcus in dicta decisione 820. num.2.

24 Limita III. quando testator grauasset hæredes ad cauendum pro vsufructuario, vel nominauerit fideiussorem, quem habeat accipere hæres: quia per istam cautelam testator poterit liberare vsufructuarium ab onere satisdationis, vt per Francisc. Marc. decis.820 num.5. Vide etiam quæ superiùs dicta sunt num. 18.

25 Amplia VIII. principalem regulam, vt nec sufficiat isto casu iuratoria cautio, si vsufructuarius dicat se non posse reperire fideiussores. Ad quam materiam, vide Caualcan. de vsufruct. mulier. relict. pag.600. num.150. & sequentib. & omnino Andream Gayl. in obseruat. 47. lib.2. vide quoque Gabrielium pag.587 sub num.37. & 41. Roland. consil.92. num.11. lib. 1. & in consil. 43. num.10. 18. & 19. volum. 2. & consil. 37. num. 4. eodem volum. 1. Relati à Tiricæo in pag. 173. Bellon. consil. 54. num.5. Syluan. consil. 37. num.7. & 8 lib. 1. vbi de magis communi. In consilio vltimarum voluntatum 79. num. 21. & 22. volum. 1. vbi ampliùs dicit, quòd isto casu restat vsufructuarius priuatus vsufructu donec eam inueniat: & hanc dicit esse tutiorem & veriorem opinionem de rigore iuris. Sed de hoc particulari vide infrà num.28. & sequenti. Pro hac eadem octaua ampliatione adde decisionem Pedemontanam 152. num 1. & decis. Perusinam 63. num.16. & seqq. part.2.

26 Contrarium, quòd immò sufficiat isto casu iuratoria cautio, tenuerunt multi relati ab eodem Gabriel. d. pag.586. num. 37. & à Tiricæ. in pag.173. & à Rolando consil.43. num. 24. 35. & 46. volum.2. Et faciunt dicenda in alio Repert. Quæstion. iudicial. in materia, fideiubere qui non potest, an admittendus sit ad iuratoriam cautionem, &c. Adde huic contrariæ opinioni multos relatos in decis. Pedemontan. 152. num.4. vbi testantur hanc esse veriorem opinionem. Surd. decis. Mantuan. 141. per totam.

27 Tiricæus autem in suprà citata pag. 173. & ante eum videtur esse de mente Bellon. in consil. 54. num. 7. qui asserit id totum pendere arbitrio iudicis, qui iuxta facti & personarum qualitatem admittet, vel non admittet vsufructuarium ad iuratoriam cautionem, & facit consilium 79. vltimar. volunt. num. 22. volum. 1.

28 Sed retenta prima opinione, quòd videlicet non sit admittendus vsufructuarius ad iuratoriam cautionem, eritne per hoc priuatus vsufructuarius suo vsufructu? Dic quòd non, sed bona remanebunt penes hæredem grauatum, qui de illorum fructibus respondebit vsufructuario arbitrio iudicis. Ita tradit Bellon. d. consil. 54. num. 5. & testatur communem Syluan. in d. consil. 37. num.8. vide suprà num.25.

Vel sequestrabuntur bona apud tertiam personam 29
idoneam, qui similiter de fructibus respondebit vsufructuario, vt suprà, vt per Rolandum d. consil. 37. & quæst. 43. volum. 2. & consil. 92. lib. 1. vbi suprà.

Amplia IX. principalem regulam, vt hæres non 30
teneatur tradere rem, sed illam possit retinere, donec sibi præstetur cautio. Gabrielius dicta pag. 586. num.36. Roland. consil.91. num. 13. lib.2. Tiricæ. suprà pag. 173.

Amplia X. vt procedat etiam in vsufructuario 31
relicto ad tempus incertum, vt per Gabrielium dicta pag.586. num.38.

Amplia XI. etiam in vxore relicta vsufructuaria. 32
Gabriel. d. pag.587. num.42. Tiricæus d. pag.171. & plerique alij superiùs allegati.

Amplia XII. vt nec in contrarium valeat statu- 33
tum. Roland. consil.92. num.4. & seq. volum.1.

Amplia XIII. vt vsufructuarius teneatur cauere, 34
etiam quòd testator dederit licentiam vsufructuario alienandi de illis bonis, in quibus constituit vsumfructum. Roland. consil.92. num. 10. volum. 1. Tiricæ. pag. 172. a tergo.

Amplia XIV. & multum notabiliter, vt si vsu- 35
fructuarius non dederit cautionem requisitus, priuabitur vsufructu; maximè si in eo fuerit malè versatus. Bellon. consil. 54. num.4. & seq.

Limita hanc principalem regulam pluribus aliis 36
modis. Et primò, vt benè verum sit, quòd talis cautio sit petenda; sed tunc demum si petatur, aliàs secùs. Tiricæus de testament. pag.173. in fine. Benincasa de paupert. pag. 192. num. 14. & sequentib. & relati à Gabriel. pag.587. num.40. & 49. vide suprà num.6.

Contrarium tenuerunt aliqui relati ab eodem Gabriel. d. num.40.

Limita II. quando hæres remisisset hanc cautio- 37
nem, siue proprietarius; quando sumus in vsufructu constituto inter viuos. Gabriel. dicta pag. 587. num.43. & seq. Viuius pag. 317. Franc. Marc. decisione 820. num.4.

Et non solùm expresè valet ista remissio cautio- 38
nis facta ab hærede, siue proprietario; sed etiam tacita sufficit, puta, patiendo vsufructuarium tenere, & possidere sine cautione. Franc. Marc. dict. decis. 820. num.4.

Limita III. in donante omnia bona sua sibi re- 39
seruato vsufructu: quia iste non tenetur cauere. Gabriel. pag.587. num.45. latè per Roland consil. 37. volum. 1. decis. Pedem. 152. per totam.

Limita IV. etiam in eo vsufructuario, cui post 40
certum tempus est obuentura proprietas; quia iste nullo modo tenetur cauere, vt per Gabrielium in d. pag.587. num.46.

Limita V. in fisco vsufructuario relicto, vt per 41
eumdem Gabriel. d. pag.587. num.47.

Limita VI. in patre vsufructuario bonorum ad- 42
uentitiorum filij. Gabriel. d. pag. 587. num. 48. Roland. consil. 37. num.7. & 12. volum. 2. Tiricæ. de testam. coniug. pag.173.

Limita VII quando quis est hæres constitutus 43
post mortem vsufructuarij, quia tunc cùm nemo sit, cui sit præstanda talis cautio; ideo ad eam vsufructuarius non tenebitur.

Veniamus modò ad aliud caput eius quæstionis, 44
quando scilicet vsufructuarius teneatur facere inuentarium. Dicas, quòd regulariter vsufructuarius tenetur

tenetur facere inuentarium rerum vsufructuariarum, ad tradita per Gabriel. *in pag.* 585. *num.* 3. Roland. *consil.* 92. *num.* 15. *& seq. lib.* 1. Titiexus *pag.* 170. *à tergo. n.* 3. Bellon. *consil.* 54. *n.* 1. Neuiz. *consil.* 9. *n.* 14.

45 Amplia I. hanc regulam, vt tale inuentarium debeat fieri in eodem instrumento cautionis. Rolandus *consil.* 92. *num.* 21. *lib.* 2. Gabrielius *pag.* 585. *num.* 3. Titicæ. *pag.* 171. *à tergo.*

46 Amplia II. hanc regulam, vt nec talis confectio inuentarij possit à testatore remitti, vt per relatos à Gabriel. *in pag.* 586. *num.* 31. Roland. *cons.* 92. *n.* 17. *& sequentib. volum.* 1. Titicæ. *pag.* 171. Bellon. *consil.* 54. *num.* 3. Clar. *de testament. quæst.* 66. *versic. quoad secundum.* Et faciunt dicta in alio Repert. *Quæstion. iudicial. quæst.* 41. *num.* 26. *& seqq.* & suprà *quæst.* 40. *n.* 4.

47 Et licet multi relati ab eodem Gabriel. *in dicto num.* 31. *& seq.* tenuerint contrarium.

48 Nihilominus hæc est magis communis opinio, quam pluribus modis amplio. Et primò, vt etiam quòd testator prohibeat hæredi sub pœna, ne talem cautionem petat, nihilominus istud præceptum non erit obseruandum, & sic remissio non valebit. Roland. *consil* 92. *num.* 18. *lib.* 1. Kircou. *in communib. opinionib. tom.* 2. *centur.* 5. *conclus.* 11.

49 Amplia III. etiam quòd Princeps dederit licentiam testatori remittendi hanc inuentarij confectionem. Roland. *dicto consil.* 92. *num.* 19. *lib.* 1. Titicæ. *pag.* 171. Faciunt dicta superiùs *num.* 20.

50 Benè verum est, quòd talis remissio operabitur saltim, vt vsufructuarius non teneatur facere solemne inuentarium, sed qualē qualem bonorum descriptionem. Gabr. *d. pag.* 586. *n.* 35. Roland. *cons.* 92. *n.* 10. *lib.* 1. Titiex. *de testam. coniug. pag.* 171. Franc. Marc. *decis.* 810. *n.* 5. Kirc. *in commun. opin. tom.* 2. *cent.* 5. *concl.* 11.

51 Diximus suprà *in num.* 9. *& sequentib.* quòd etiam in mobilibus cadit vsusfructus, & ideo etiam erat cauendum, & qualis deberet esse ista cautio, *ibid.* posuimus. Modò particulariter quæro, quomodo, & qualiter caueri debet ab eo, cui relictus est vsusfructus animalium, puta, alicuius gregis. Dicas, quòd isto casu datur cautio non de reddendo æstimationem finito vsufructu, sed de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendo, &c. Sed aduerte, quòd vsufructuarius isto casu in locum animalium demortuorum debet subistituere fœtus nascituros; aliàs non dicetur vti & frui arbitrio boni viri, vt *in consil. vlt. volunt.* 79. *n.* 23. *& seqq. vol.* 1.

52 Quæro in proposito, an fideicommissarius, hoc est, hæres grauatus sub conditione teneatur cauere de restituendo fideicommissariis, & legatariis in euentum conditionis. Et an teneatur etiam facere inuentarium; vide in alio Repert. *in vltim. voluntatib. versic. hæres grauatus, num* 10. & ponas hîc.

53 Vsufructuarius si in inuentario non describit omnia bona, priuatur vsufructu. Monticul. *in tract. de inuentar. pag.* 16. *à tergo, num.* 1. *in fine.* Et hæc potest esse ampliatio ad secundam regulam.

QVÆSTIO LXVIII.

Remedium l. final. C. de edict. D. Adrian. tollend. *quibus, contra quos, ad quæ bona, & quando concedatur.*

SVMMARIVM.

1. *Remedium hoc an concedatur fœminæ, sicut masculo.*
2. *An hæredi venienti ab intestato, & sequentib.*
7. *An filio præterito à matre, quæ in partu obijt.*
8. *An hæredi scripto in testamento nuncupatiuo, & seq.*
10. *An substituto, & seqq.*
14. *An concedatur fideicommissario, & sequentib.*
18. *An etiam hæredi scripto in Codicillis, & seq.*
20. *An detur contra fideicommissarium.*
21. *An detur hæredi non scripto, sed probanti per testes.*
22. *An vsufructuario concedatur hoc remedium.*
23. *An hæredi instituto in quota hæreditatis.*
24. *An instituto in re certa, & sequentib.*
25. *An substituto in re certa.*
28. *An detur contra legatarium.*
29. *An hæredi scripto ad tempus.*
30. *An filio instituto in legitima.*
31. *An hæredi hæredis scripti, & seq.*
33. *An cessionario hæredis.*
34. *An executori testamenti.*
35. *An patri quando filius est institutus.*
36. *An Monasterio, quando est institutus Monachus.*
37. *An furiosis & infantibus.*
38. *An fisco.*
39. *An hæredi sub conditione instituto, & seq.*
41. *An filio instituto in testamento patris imperfecto.*
42. *An filiæ exclusæ à statuto, & institutæ à patre.*
43. *An bonorum possessori.*
44. *An hæredi, in quem possessio defuncti continuatur.*
45. *An detur pro confirmatione possessionis, & seqq.*
48. *Missio hæc fit in bonis, quæ testator possidebat; etiam quòd de illis non haberet dominium.*
49. *Amplia vt sufficiat naturalis possessio, vel ciuilis, vel ciuilissima possessio.*
50. *Amplia etiam in bonis alienis detentis à testatore; puta in depositis, seu commodatis.*
51. *Amplia etiam in rem, in qua testator erat solùm vsufructuarius in vita.*
52. *An detur in bonis feudalibus; & de materia, & sequentib. & num.* 65.
59. *An in bonis emphyteoticis, & sequentib.*
61. *An in iuribus incorporalibus, puta seruitutibus.*
63. *An contra habentem titulum, & seq.*
64. *An contra illum, qui dicit etiam se hæredem.*
66. *An competat testamento non publicato.*

PRo resolutione huius quæstionis quæro de multis. Et primò, an hoc remedium detur fœminæ hæredi institutæ, sicut datur masculo. Respondeas, quòd sic, secundùm veriorem opinionem, de qua per Menochium *in hac l. finali, num.* 57. *& seqq.* 1

Quæro secundò, an hoc remedium detur hæredi ab intestato succedenti? Dicas, quòd non, secundùm magis communem opinionem, de qua per eumdem Menochium *ibid. num.* 64. *& sequentib.* vbi respondet ad contraria. Roland. *consil.* 1. *num.* 5. *volum.* 1. Cephalus *consil.* 4. *num.* 2. *&* 32. *volum.* 1. vbi de communi. 2

Amplia I. etiam quòd per confessionem patris appareat illum esse, vel fore legitimum successorem ab intestato. Menoch. *in d. l. fin. num.* 87. 3

Amplia II. etiam quòd iam per testes examinatos legitimè constaret similiter hunc esse legitimum ab intestato successorem. Menoch. *in d. l. fin. num.* 85. *& seq.* vbi respondet ad contraria. 4

Limita

5 Limita in filiis primi gradus succedentibus ab intestato, quibus hoc remedium conceditur, secundùm magis communem opinionem, de qua per Menoch. *ibi num.* 75. *& seqq* licèt contraria opinio sit in puncto iuris verior; vt per eumdem Menochium *ibid.*

6 Sublimita in filia nupta & exclusa à statuto à successione patris: quia ei ab intestato venienti non conceditur hoc remedium. Menoch. *in dict. l. final. num* 83. *& seq.*

7 Quæro terriò, an hoc remedium concedatur filio prætetito à matre, quæ cùm antea hæredes instituisset alios suos filios, decessit in eius filij præteriti partu. Dicas quòd sic: quia iste etiam præsumitur tacitè institutus, nisi de contraria matris voluntate constaret. Menoch. *in dict. l. fin. num.* 88. *& sequentib.*

8 Quæro quartò, an hoc remedium concedatur hæredi scripto in testamento nuncupatiuo à Notario rogato, & in scriptis redacto? Dicas quòd sic secundùm communem opinionem, de qua per Menochium *in d. l. fin. num.* 91. *& seqq.*

9 Amplia, quia conceditur etiam si istud testamentum nuncupatiuum non fuerit à Notario receptum, nec in scriptis redactum; sed de illo constat per testes examinatos, secundùm magis communem, de qua per eumdem Menochium *ibi num.* 96. *& seqq.* Sed vide infrà *num.* 21. Adde pro hac ampliatione Tunt. *in consil. pro vxore, num.* 127. vbi & ipse de communi testantur opinione.

10 Quæro quintò, an hoc remedium concedatur substituto? Dicas quòd sic, vt per Menoch. *in d. l. finali, num.* 206. *& sequentib.* vbi quòd conceditur substituto per vulgarem, pupillarem, seu exemplarem expressam.

11 Amplia, vt etiam concedatur substituto ex tacita vulgari, vel pupillari. Menoch. *in d. l. fin. num.* 214. *& sequenti*, vbi de communi, & respondet ad omnia & singula contraria.

12 Amplia, vt etiam concedatur substituto in re certa, cui nullus est datus cohæres vniuersalis. Menoch. *in d. l finali, num.* 211. Et vide quæ dicentur inferiùs *num.* 25.

13 Limita procedere, dummodo euenerit casus substitutionis, & non aliàs, quod quidem est probandum per substitutum. Menoch. *ibi num.* 212. Et vide quæ dicentur infrà *num.* 19.

14 Quæro sextò, an hoc remedium concedatur fideicommissario vniuersali? Pro resolutione huius quæstionis facias plures conclusiones.

Prima sit conclusio, quòd hoc remedium non conceditur fideicommissario vniuersali, cui nec re, nec verbo facta est fideicommissi restitutio Menoch. *in d. l finali, num* 166. *& seqq. pluribus*, vbi de communi, & *ibi* respondet ad contraria.

15 Secunda sit conclusio, quòd hoc remedium non conceditur fideicommissario vniuersali, cui re & verbo facta est restitutio, vel re tantùm, & non verbo; quia cùm per restitutionem factus sit possessor, ideo frustrà perit, quod iam habet Menoch. *in dict. l. finali, num.* 178. *& seqq.* nisi forsan peteret confirmationem possessionis, quam habet: quia tunc ei concederetur, vt *ibid.* & faciunt dicta infrà *num.* 45. *& seqq.* Quòd immò fideicommissario competat hoc remedium, cui est facta restitutio re tantùm, licèt non verbo, tenet Neuizan. *consil.* 33. *num* 13.

16 Tertia sit conclusio, quòd fideicommissario, cui facta est restitutio verbo tantùm, sed non re, conceditur tale remedium, secundùm communem opinionem, de qua per Menochium *ibi num.* 182. *& sequentib.* vbi respondet ad contraria, & ampliat procedere etiam quòd hæres grauatus esset adeptus possessionem rerum hæreditariarum, *ibid. num.* 187. *& sequentib.* Adde pro hac tertia conclusione Neuizan. *consil.* 33. *num* 13.

17 Quarta sit conclusio, quòd fideicommissario, cui licèt non sit facta restitutio verbo, tamen si in eum transeant ipso iure actiones, prout est Ecclesia, & alij ibi enumerati *in num.* 199. *& sequentib.* datur hoc remedium *dicto num.* 199. *& sequentib.* vbi respondet ad contraria.

18 Quinta sit conclusio, quòd etiam fideicommissario hæredi scripto in codicillis datur hoc remedium. Menochius *ibi num.* 192. *& seqq.* vbi respondet ad contraria.

19 Sed ad prædicta aduertas, quòd in omnibus casibus, in quibus hoc remedium conceditur fideicommissario, intelligi debet sano modo, videlicet, postquam euenerit casus fideicommissi, & non antea. Et hoc erit per fideicommissarium probandum, vt per Menoch. *in d. l. final. num.* 205. & faciunt, quæ superiùs dicta sunt *num.* 13.

20 E conuerso autem, an istud remedium detur contra fideicommissarium, vide infrà *in sequenti quæstione* 69.

21 Quæro septimò, an hoc remedium detur hæredi non scripto in testamento, sed solùm probanti per testes testatoris volumatem? Dicas quòd non. Ita colligitur ex dictis per Menochium *in dict. l. finali, num.* 66. *vsque ad num.* 75. sed vide suprà tradita *in num.* 9.

22 Quæro octauò, an hoc remedium concedatur vsufructuario bonorum, nullo sibi hærede vniuersali adiuncto? Dic quòd sic, vt per Menochium *in dict. l. finali, num.* 128. *& seqq.*

23 Quæro nonò, an hoc remedium concedatur instituto in quota hæreditatis. Dic quòd sic. Menoch. *in d. l. finali, num.* 114. *& seq.*

24 Quæro decimò, an hoc remedium concedatur instituto in re certa. Pro resolutione facias plures conclusiones.

Prima sit conclusio, quòd instituto in re certa, nullo sibi cohærede vniuersali adiuncto; vel licèt adiuncto repudiante, datur hoc remedium secundùm communem, de qua per Menoch. *in d. l. finali, num.* 116. *& seqq.*

25 Amplia quòd etiam datur substituto in re certa, nullo sibi hærede vniuersali adiuncto, vt per eumdem Menoch. *ibid. sub num.* 127. vide quæ superiùs tradita sunt *num.* 12.

26 Secunda sit conclusio, quòd instituto in re certa, cui datus est cohæres vniuersalis, qui hæreditatem adiuit, non conceditur hoc remedium, vt per Menochium *ibidem num.* 132. *& sequentib.* vbi de communi.

27 Tertia sit conclusio, quòd instituto in re certa, cui datus est alius hæres vniuersalis, qui adhuc non adiuit, nec repudiauit, non conceditur hoc remedium. Menochius *ibid. num.* 145. *& sequentib.* vbi de magis communi.

28 An autem hoc remedium concedatur contra legatarium, vide *in seq. quæst.* 69. *num.* 15.

29 Quæro vndecimò, quid de hærede instituto ad tempus. Dic quòd hæredi instituto ad tempus nullo sibi dato cohærede vniuersali conceditur hoc remedium. Menoch. *in d. l. finali, num.* 149. *& sequentib.* vbi de materia.

30 Quæro duodecimò, an hoc remedium concedatur

tur filio instituto in sua legitima? Dic quòd sic. Menoch. *ibi num.158. & seqq.* vbi respondet ad contraria, vide *in seq. quæst. num.15.*

31 Quæro decimotertiò, an hæredi hæredis scripti concedatur hoc remedium? Dicas quòd sic, secundùm receptissimam omnium opinionem, de qua *ibi* per Menoch. *num.136. & seqq.*

32 Limita quando primus hæres scriptus adeptus fuisset possessionem rerum hæreditariarum, & deinde ab ea cecidisset: quia tunc ad illarum recuperationem non datur hæredi hæredis scripti hoc remedium. Menoch. *ibi num.248.*

33 Quæro decimoquartò, an hoc remedium concedatur cessionario hæredis scripti? Dic quòd sic. Menoch. *in d. l. fin. num.249. & seqq.*

34 Quæro decimoquintò, an hoc remedium concedatur exequutori testamenti, in quo pauperes sunt instituti. Dicas quòd sic. Immò si executor testamenti isto casu non fuerit datus, tunc datur hoc remedium Episcopo, qui dicitur legitimus pauperum procurator. Menoch. *in d. l. fin. num.256. & seqq.* vbi de communi, & de materia.

35 Quæro decimosextò, an hoc remedium concedatur patri, quando filius est institutus hæres? Dic quòd sic. Menoch. *in d. l. fin. num.272. vsque ad 290.* vbi ampliat & limitat diuersimodè.

36 Quæro iterum, an hoc remedium concedatur Monasterio, quando est institutus Monachus? Dicas quòd sic. Menoch. *d. l. fin. num.293. & seqq.*

37 Quæro decimoseptimò, an hoc remedium concedatur furiosis, seu infantibus hæredibus institutis? Dicas quòd sic, hoc est, eorum tutoribus, vt per eumdem Menoch. *in d. l. fin. num.296. & seqq.*

38 Quæro iterum, an hoc remedium concedatur fisco, quando aufert hæreditatem ab indigno. Dicas, quòd sic. Menoch. *ibi num.299. & seqq.*

39 Quæro decimooctauò, an hoc remedium concedatur hæredi instituto sub conditione, ipsa conditione pendente? Dicas, quòd non. Menoch. *in dicta l. finali, num.305. & sequentib.* Roland. *consil.22. num.17. volum.3.*

40 Limita id procedere, quando iste hæres vellet sub conditione se immitti in possessionem ex sua propria persona. Quia tunc non conceditur hoc remedium, secùs si administratorio nomine veniret; maximè eius interest bona hæreditaria conseruari: quia tunc concederetur, vt *ibi* per eumdem Menochium.

41 Quæro decimonono, an hoc remedium concedatur filio instituto in testamento patris imperfecto. Dicas, quòd sic, vt *ibi* per Menoch. *num.312. & seqq.* Tunt. *pro vxore, num.228. & seqq.* vbi limitat procedere, vt isto casu competat hoc remedium filiis ac descendentibus tantùm, secùs aliis *ibi* descriptis.

42 Quæro vigesimò, an hoc remedium concedatur filiæ institutæ à patre in testamento, quæ à statuto ab eius successione erat exclusa. Dicas quòd sic, vt *ibi* per Menoch. *num.321. & seqq.*

43 Quæro vigesimoprimò, an hoc remedium concedatur hæredi instituto in testamento, quod solùm valet de iure prætorio, & sic bonorum possessori. Dicas, quòd sic, vt *ibi* per Menoch. *num.327. & seqq.* vbi de receptissima opinione.

44 Quæro vigesimosecundò, an hoc remedium concedatur hæredi instituto, in quem vigore statuti possessio defuncti continuatur. Dicas quòd sic, vt per Menoch. *in d. l. final. num.337. & seqq.* vbi de receptissima opinione.

45 Quæro vigesimotertiò, an hoc remedium concedatur, vt quis in possessione, quam habet, confirmetur. Dic quòd sic. Menoch. *ibid. num.348. & seqq.* vbi de communi. Roland. *consil.98. num.7. volum.3. & consil.78. num.12. eod. volum & consil.2. num.7. eod.* item *volum.3.* vbi de communi.

46 Amplia hanc doctrinam procedere, etiam quòd nemo prorsus extet, qui hunc possessorem molestet, *ibid.* per Menochium *num.352. & seqq.* vbi similiter de communi, & respondet ad contraria.

47 Limita quando hæres esset in possessione vitiosa, in qua non poterit petere confirmationem, vt *ibid.* per Menochium *num.361.* Sed vide in hoc Roland. *consil.2. num.7. volum.3.* vbi dicit, quòd immò datur hæredi, vt confirmetur in possessione, quam cœpit propria auctoritate.

48 Quæro vigesimoquartò, in quibus bonis hæc missio in possessionem fieri debeat. Faciendam esse missionem in bonis, quæ à testatore tempore mortis suæ possidebantur, etiam quòd eorum non haberet dominium, posuit pro regula Menoch. *ibid.* vt suprà *num.363. & seq.* vbi de communi.

49 Amplia etiam quòd in istis bonis testator haberet naturalem solùm, vel ciuilem, vel ciuilissimam possessionem: quia adhuc in illis est facienda immissio. Menoch. *ibi num.364. & sequentib.* vbi exemplificat.

50 Amplia etiam in bonis ab ipso testatore solùm detentis, puta apud eum depositis, vel commodatis. Menoch. *ibi num.368. & seqq.* vbi de communi. Roland. *consil.98. num.3. volum.3.*

51 Amplia etiam quòd missio fieri debet in rem, ex qua testator percipiebat vsumfructum solùm, & in qua erat sulummodo vsufructuarius ad vitam. Menoch. *ibi num.371. & seqq.*

52 Quæro vigesimoquintò, an hoc remedium concedatur filiæ institutæ à patre, vt mitti debeat in possessionem honorum feudalium, quæ à patre possidebantur. Dic quòd sic. Menoch. *in d. l. fin. num.375. & sequentib.* vbi de communi, vide infrà *num.65.* Adde Rolandum *consil.98. num.16. & pluribus sequentib. & consil.21. num.16.* & omnino *in consil.2. per totum, volum.3.* vbi latè tractat de hac materia.

53 Amplia, vt hæc conclusio habeat locum nedum in filia instituta, verùm etiam in alia fœmina transuersalis lineæ, vt *ibid.* per eumdem Menochium *in num.378.*

54 Amplia II. vt mitti debeat in possessionem horum bonorum feudalium, etiam quòd clarè constet, vel rei euidentia, vel partis confessione, talia bona esse feudalia. Menoch. *ibi num.379.*

55 Limita I. procedere, quando filia sola esset instituta, secùs si cum fratre in patris successione concurrere vellet, qui frater reperiretur in possessione bonorum feudalium: nam tunc talis filia instituta non est mittenda in possessionem, &c. Menochius *ibi num.380.*

56 Limita II. non procedere in feudo Ecclesiastico. Menoch. *vbi suprà num.382.*

57 Limita III. quando agnati haberent probationes in promptu, quòd hæc bona feudalia essent talis qualitatis, vt à fœminis nullo modo haberi possint. Menoch. *ibi num.381.* adde generaliter pro hac limitatione Rolandum *consil.98 num.32 & sequentib.* vbi etiam isto casu, quando dicatur probatio esse in promptu, *volum.3.*

58 Limita IV. quando feudum esset alicuius muniti castri, cuius recuperatio difficilis esset: quia tunc non conceditur tali filiæ missio, &c. vt per eumdem Menoch. *ibid. num.883. & seqq.*

Quæro

59 Quæro vigesimosextò, quid de missione facienda in bona emphyteutica. Dicas, quòd hoc remedium similiter conceditur filiæ institutæ à patre, vt mitti debeat in possessionem rei emphyteoticæ. Menochius *ibid. num.* 385. *& seq.*

60 Limita quando filia ista esset illegitmè nata, & emphyteosis esset Ecclesiastica, & de vtroque clarè constaret: quia tunc non mittitur in possessionem, &c. Menoch. *ibi num.* 388.

61 Hæredi autem extraneo instituto conceditur hoc remedium, vt mittatur in possessionem rei emphyteoticæ Ecclesiasticæ, *ibid.* per Menoch. *num.* 390.

62 Quæro vigesimoseptimò, an hoc remedium concedatur, vt quis immittatur in possessionem iurium incorporalium, puta seruitutum, quæ circa prædia sunt. Dicas quòd sic. Menoch. *ibi num.* 394. *& seq.* vbi de materia.

63 Quæro vigesimooctauò, an hoc remedium concedatur contra possidentem cum titulo. Ista est ardua, & diffusa quæstio, super qua videas Menochium plures casus distinguentem *in num.* 557. *vsque ad* 611. *& in num.* 761. vbi late & distinctè ponit materiam. Roland. *consil.* 78. *num.* 5. *& pluribus alijs seqq. volum.* 3.

64 Et particulariter, an detur contra eum, qui etiam dicit se hæredem ex eodem, vel ex alio testamento, & sic contra illum, qui allegat similem titulum. Pro hærede vide *ibid.* per Menoch. *num.* 559. 565. 581. *&* 592. Et quid si dicat se hæredem ex alio testamento eodem die confecto, vide *in sequent. quæst.* 69. *num...* & Roland. *consil.* 78. *num.* 27. *volum.* 3.

65 Diximus suprà *in num.* 52. quòd hoc remedium conceditur filiæ institutæ, vt mitti debeat in possessionem rerum feudalium, modò vides, quòd nedum datur hæredi filiæ institutæ, sed etiam extraneo instituto: quia erit ipse mittendus in possessionem bonorum feudalium, etiam agnatis contradicentibus; quia agnati non audientur in possessorio, sed eis reseruatur ius postea in petitorio. Roland. *consil.* 98 *num.* 26. *& pluribus sequentib. volum.* 3. vbi etiam de materia, *& consil.* 22. *num.* 16. & omnino *in consil.* 2. *per totum, eodem volum.* 3. vbi latè de materia.

66 Quæro vigesimononò, an hoc remedium habeat locum, etiam quòd testamentum non sit publicatum. Dicas, quòd sic. Roland. *consil.* 22. *num.* 16. *volum.* 3.

QVÆSTIO LXIX.

De exceptionibus opponendis contra agentem remedio l. finalis, C. de edict. D. Adrian. tollend.

SVMMARIVM.

1. *Contradictor legitimus quis dicatur in hoc iudicio.*
2. *Habens titulum & possessionem an sit legitimus contradictor.*
3. *Dicens se heredem an sit legitimus contradictor.*
4. *An fideicommissarius vniuersalis sit legitimus contradictor, & multis seqq.*
15. *& quid de filio contradicente pro sua legitima.*
16. *An executor testamenti sit legitimus contradictor.*
17. *An hæres in hoc iudicio possit reconueniri.*
18. *Exceptio de viribus testamenti non admittitur in hoc iudicio.*
19. *Quid de exceptione vitij visibilis.*
20. *Quid de excipiente instrumentum cancellatum, & sequentib.*
30. *Quid de excipiente formam à statuto traditam non fuisse in testamento seruatam.*
31. *Quid de exceptione vitij inuisibilis, & seqq.*
35. *Quid verò de exceptione falsitatis, & seqq.*
39. *Quid de excipiente testamentum nullum ob præteritionem, & seqq.*
49. *Quid de excipiente testatorem non potuisse testari, & num 45.*
Quid de exceptione defectus dominij, num. 46. & seqq.
Incontinenti quando quid probari dicatur, num. 48.
50. *Quid de exceptione incapacitatis instituti, & sequenti.*
52. *Quid de exceptione inuasionis & spolijs.*
53. *Quid de exceptione præscriptionis, & seqq.*
56. *Quid de excipiente de altero testamento eodem die confecto.*
57. *Quid de exceptione nullitatis.*



1 VÆRO primò generaliter, quis dicatur legitimus contradictor in hoc iudicio ad hoc, vt impediat summarietatem processus, vel ad hoc, vt impediat missionem ipsam in possessionem. Ista est ardua & diffusa quæstio multa continens capita, de quibus videas latè distinguentem Menochium *in ea l. finali, num.* 564. *vsque ad* 630. *C. de edict. D. Adrian. tollend.* vbi etiam quid de contradictore comparente post sententiam latam volente impedire immissionem, ac etiam quid de contradictore comparente post missionem factam, & instante pro illius reuocatione.

2 Et particulariter, an ille, qui habet titulum & possessionem, sit legitimus contradictor in hoc iudicio, vide suprà *in antecedent. quæst. num.* 63.

3 Et similiter, an ille, qui dicit se esse hæredem, & sic qui allegat titulum similem, dicatur legitimus contradictor, vide suprà *d. quæst.* 68. *num.* 64.

4 Quæro secundò, an fideicommissarius vniuersalis sit legitimus contradictor in hoc iudicio, distinguendi sunt duo casus principales.

Primus casus est, quando iste fideicommissarius non possidet; & tunc facias regulam, quòd non est legitimus contradictor. Menoch. *in d. l. fin. num.* 630. *& seqq.* vbi de communi.

5 Amplia etiam quòd incontinenti esset paratus docere de iure sui fideicommissi: quia si non possidet, non est audiendus. Menoch. *ibi num.* 632. *& sequent.*

6 Limita in casibus, in quibus in fideicommissarium transeunt actiones ipso iure absque alia restitutione: quia tunc etiam quòd non possideat, est legitimus contradictor, si incontinenti de iure suo doceat. Menoch. *ibi num.* 633.

7 Limita II. in fideicommissario, qui potest capere propria auctoritate: nam iste similiter etiam quod non possideat, est legitimus contradictor, & debet audiri. Menochius *ibi num.* 633. & faciunt dicta per Roland. *in consil.* 78. *num.* 16. *& seqq. vol.* 3. Neuizan. *consil.* 33. *num.* 14. *volum.* 1.

8 Secundus est casus, quando fideicommissarius vniuersalis possidet. Et tunc facias regulam, quòd est legitimus contradictor, & audiendus est. Menoch. *ibi num.* 634. vbi de de communi. Roland. *consil.* 78. *num.* 1. *volum.* 3. vide etiam Neuizan. *consil.* 33. *numer.* 12.

Limita

9 Limita hanc conclusionem procedere, dummodò ista possessio non sit vitiosa: quia si vitiosè possidet fideicommissarius, non erit audiendus, nec erit legitimus contradictor. Menoch. *in d.l.fin. n.635. & seqq.*

10 Vitiosè autem fideicommissarius dicitur particulariter possidere, quando habuit fideicommissum non de manu hæredis, sed propria ipsius auctoritate. Et sic ista fit conclusio, quòd etiam quòd fideicommissarius possideat, nihilominus si possessionem cepit propria authoritate, non erit legitimus contradictor, nec audietur, vt per Menochium *in d. l.finali, num.636.* Roland.*consf.78.num.6. & sequentib. & num.14. & sequentib. volum.3.* Neuizan. *consil. 33. num.12. & seqq.*

11 Nisi simus in casibus, in quibus fideicommissarius potest capere propria auctoritate, de quibus suo loco in alio Repert. *Quæstion. criminal.* dictum est: quia tunc est legitimus contradictor, etiam quòd non ceperit de manu hæredis. Roland. *d. consil. 78. num.16. & sequentib. volum. 3.* Neuizan. *consil.33. num.14.*

12 Limita II. dummodò fideicommissarius sit paratus incontinenti docere de iure suo: quia tunc possessione iuncta dicitur legitimus contradictor; aliàs secùs. Menoch.*in d.l.finali, num.638.* & per Roland. *d.consil 78.num.1.& seqq.vol.3.*

13 Sed quid si fideicommissarius habeat possessionem non vitiosam, immò possederit de voluntate hæredis, an sit isto casu legitimus contradictor, si hæres petat restitutionem, vt detrahat Trebellianicam, vide per eumdem Menochium *in dicta l. finali num.638. & seqq.*

14 Item quid in filio grauato restituere, &c. qui debet detrahere duas quartas: an tunc iste filius grauatus, &c. possit agere hoc remedio contra fideicommissarium possessorem. Dicas quòd sic, vt per Rolandum *d.consil.78. num.21. vol.3.*

15 Quæro tertiò, an legatarius ob suum legatum, & filios pro suæ legitimæ detractione sint legitimi contradictores? vide per Menoch. *in d. l.finali, num.642. & seqq.* & suprà *in antecedent. quæst.num.3.*

16 Quæro quartò, an executor testamenti sit legitimus contradictor in hoc iudicio. Dicas quòd non, vt per Menoch.*ibi num.644. & seqq.*

17 Quæro quintò, an ille, qui vt contradictor non potuit audiri in hoc iudicio, possit si velit, in eodem iudicio hæredem reconuenire? Dicas quòd non.Menoch.*in d.l.final.num.648. & seqq.*

18 Quæro sextò, quæ exceptiones possunt opponi contra agentem hoc remedio. Dicunt Doctores generaliter, quòd excipiens de viribus testamenti non auditur, & talis exceptio repellitur. Menoch.*in dicta l.finali num 698.*

19 Quæro septimò, & magis particulariter, an exceptio vitij visibilis impediat hanc missionem in possessionem? Dicas quòd sic, vt per Menoch.*in d.l.final. num.699. & seq.*vbi de communi.

20 Et hinc infertur, quòd excipiens testamentum esse cancellatum, seu abrasum, impedit, ne hæres mittatur in possessionem, &c. quia ista rasura, seu cancellatio reddit testamentum de falso suspectum. Menoch. *in d.l.fin.num.700.*

21 Amplia, vt rasura ista, siue cancellatio sufficiat, quòd reperiatur in instrumento originali testamenti, licèt in Authentico inde sumpto nulla adsit cancellatio, vt per eumdem Menochium *in dicta l.final. num.701. & seqq.*

22 Amplia II. etiam quòd hæres vellet incontinenti testibus probare illud cancellationis, seu abrasionis vitium non esse considerabile: & sic vellet testibus testamentum coadiuuare, quia hæres non admittetur ad hoc probandum. Menoch. *ibi num. 704. & sequentib.*

Amplia III. vt eodem sufficiat abrasio, seu cancellatio; sed etiam sufficit interlineatura, hoc est, vt aliquid sit superadditum inter lineam, & lineam: quia hæc exceptio interlineaturæ sufficiet ad impediendam missionem. Menochius *ibi num. 708.* sed hoc limita, vt infrà *in 3. limitat.* 23

Limita I. quando cancellatio, seu rasura non esset in loco substantiali: quia tunc per huiusmodi exceptionem non impeditur missio ea hac lege. Menoch. *ibi num.709. & sequentibus*, vbi de communi: licèt forsan contraria opinio sit in puncto iuris verior, vt *ibi.* 24

Tunc autem dicetur rasura, seu cancellatio facta in loco substantiali, quando adest circa annos Domini, vt *ibidem* per Menochium, *num.713. & sequentibus*, vel quando adest circa hæredis institutionem, vt *ibi num. 217*, vel circa præfationes testamenti, *ibi num.718.* vel circa legata, *ibi num.720.* 25

Limita II. vt ista cancellatio & rasura non noceat, quando non obstante tali rasura & cancellatione nihilominùs clarus & apertus sensus ex præcedentibus & subsequentibus ibi colligi facilè potest. Menoch.*ibi num.721.* 26

Limita III. quando talis cancellatio, rasura, seu interlineatura esset benè correcta manu eiusdem Notarij; quia tunc talis rasuræ, cancellationis, & interlineaturæ exceptio nihil nocet. Menoch. *ibi num.722.& seqq.* 27

Quòd si correctio non esset facta manu eiusdem Notarij, vel saltim de hoc dubitaretur: tunc talis exceptio impediret missionem, vt per eumdem Menochium *ibidem num.725.* 28

Cætera in hac materia videas in alio Repertorio in materia *Abrasionis, & Cancellationis*, &c. 29

Aliud exemplum vitij visibilis potest afferri, vt quando ex lectione testamenti constat non fuisse seruatam formam à statuto traditam: nam talis exceptio impedit etiam missionem. Menoch.*ibi n.725. in fine.* 30

Quæro octauò, an è contra exceptio vitij inuisibilis impediat hanc missionem? Dic quòd non. Menoch.*ibidem num.726. & seqq.* vbi de communi. Roland.*consf.98. num.42. volum.3.* 31

Limita quando de hoc vitio inuisibili euidenter constaret ex lectura ipsius testamenti: quia tunc impedit missionem. Menoch. *in loco suprà citato, num.629.* 32

Limita II. quando de hoc vitio inuisibili incontinenti probaretur: quia tunc similiter impediretur immissio. Videas per eumdem Menochium *ibidem num.730.* 33

Limita III. quando iudex iam admisisset hanc exceptionem vitij inuisibilis: quia licèt à principio non debuisset admitti; admissa tamen nocet & impedit, vt *ibidem* per Menochium *ibidem num.734.* 34

Quæro nonò particulariter, an exceptio falsitatis testamenti impediat hanc missionem? Dicas similiter quòd non. Menoch.*in d.l.finali num.726. & sequentib.* Roland. *consil.98. num.42. volum.3. & cons.2. num.32. & seqq.eodem volum.3.* 35

Limita quando de falsitate euidenter ex ipsius testamenti lectura appareret. Menoch.*ibi num.729.* 36

Limita II. quando incontinenti probaretur. Menoch- 37

noch. *ibi num.*730. Roland. *consil.*2. *num.* 32. *& seqq. in volum.*3.

38 Limita III. nisi ista exceptio fuisset à iudice admissa. Menoch. *ibi num.*734.

39 Quæro decimò, an exceptio, quòd testamentum est nullum, ob præteritionem filij, impediat hanc missionem. Dicas, quòd non. Menoch. *ibi num.*726. *& seqq.* Roland. *consil.*98. *num.*42. *volum.*3.

40 Limita I. nisi de hac nullitate ob præteritionem euidenter constaret ex lectura testamenti. Menochius *ibi num.*729.

41 Limita II. nisi ea incontinenti probaretur. *ibidem num.*730.

42 Limita III. nisi talis exceptio fuerit à iudice admissa: quia licèt admitti non debeat, admissa tamen nocet, vt per eumdem Menoch. *ibid. in num.*734.

43 Sublimita, omnes istas limitationes procedere, quando ista exceptio nullitatis testamenti ob præteritionem opponitur ab ipso filio præterito: secùs si ab aliis. Menoch. *ibi num.*733.

44 Quæro vndecimò, an admittatur hæc exceptio, videlicet, quòd testator non poterat testari, puta qui a erat vsurarius, seruus, & simil. Dic quòd talis exceptio non admittitur. Menoch. *vbi suprà n.*745.

45 Limita, nisi incontinenti offerrentur probationes: quia tunc admittitur talis exceptio. Menoch. *ibi num.*746.

46 Quæro duodecimò, an exceptio defectus dominij impediat hanc immissionem. Dicas, quòd non. Menoch. *ibidem num.* 747. *& seq.* Roland. *consil.* 2. *num.*32. *& seqq. vol.*3.

47 Limita, quando incontinenti offerrentur probationes: quia tunc admittitur talis exceptio. Menoch. *ibi num.*751. Roland. *consil.*98. *num.* 35. *& consil.* 78. *num.*4. *lib.*3. vbi de communi; *& consil.*2. *num.*32. *& seqq volum.*3.

48 Sed quando incontinenti quis probare dicatur, Dic quòd incontinenti probare quid posse dicitur, quando potest probari infra illud tempus, infra quod causa possessionis mota expediri posset. Roland. *consil.*98. *num.*39. *volum.*3. Item probatio incontinenti dicitur fieri, quando fit arbitrio iudicis, & boni viri, *ibidem d. num.*39. Item incontinenti quis dicitur probare, quando quis habet instrumenta in manibus, & illa ostendit sine nulla alia dilatione. *ibidem num.*33. super qua materia vide eumdem Rolandum *cons.* 2. *num.*32. *& pluribus aliis seqq. volum.*3.

49 Alias limitationes in hac quæstione remissiuè videas per Menoch. *in d. l. fin. num.*752.

50 Quæro decimotertiò, an exceptio incapacitatis instituti obiici possit agenti hoc remedio; puta, quòd sit spurius, bannitus, & simil. Dic quòd sic. Menoch, *ibi num.*753. *& seqq.*

51 Limita procedere, quando probationes incontinenti offerrentur: secùs si altiorem requireret indaginem. Menoch. *num.*759.

52 Quæro decimoquartò, an exceptio inuasionis & spolij obiici possit in hoc iudicio, puta dicendo, quòd hæres sua sponte possessionem occupauit. Dicas quòd non. Menoch. *ibi n.*764. *& seqq.* vbi limitat.

53 Quæro decimoquintò, an exceptio præscriptionis possit obiici agenti hoc remedio. Dicas quòd sic. Menoch. *in loco suprà citato num.*768. *& seq.*

54 Limita, dummodò hæc præscriptionis exceptio possit statim liquidari, & non requirat altiorem indaginem: aliàs secùs. Menoch. *ibi num.*771. *& seq.* vbi etiam quando isto casu dicatur ista exceptio requirere altiorem indaginem.

55 Quanto autem tempore præscribatur hoc remedium, vide infrà *in quæst.*71. *num.*5. Et quæ *ibi* tradita sunt, ponas hìc.

Quæro decimosextò, an exceptio alterius testamenti, quod dicitur factum eodem die, impediat hanc missionem, videas regulam cum limitationibus *ibidem* per Menochium *num.*781. *& seqq.* 56

Quæro decimoseptimò, an in hoc iudicio admittatur exceptio nullitatis sententiæ. Et sic an possit contra sententiam latam opponi de nullitate, vel contra processum. Dicas quòd sic. Menoch. *ibi numer.*879. *& seqq.* vbi etiam latè, quando hæc nullitas impediat exequutionem, necne. 57

QVÆSTIO LXX.

Quid sit probandum, deducendúmve in remedio l. final. C. de edict. diu. Adrian. tollend. *atque de aliis in hoc iudicio necessariis, latè ponitur hæc materia.*

SVMMARIVM.

1. *Remedium hoc quando sit summarium, &c & seq.*
3. *Probationes in hoc remedio non sufficiant semiplenæ.*
4. *An sufficiat probare testamentum per testes, vel per partis confessionem, & num.*5. *& 6.*
7. *Iudex competens in hoc remedio quis dicatur, & sequentibus compluribus.*
8. *Quid si bona sint sita in diuersis territoriis, & seqq.*
20. *An hæc causa possit delegari, & seq.*
22. *An in hoc iudicio sit legitimanda persona hæredis, & seqq.*
25. *An citatio in hoc iudicio sit necessaria, & seqq.*
31. *An sit offerendus libellus, & seqq.*
33. *Si plures sint possessores, an vnus tantùm libellus sufficiat pro omnibus.*
34. *Forma libelli in hoc iudicio.*
Quæ actio nascatur ex hoc remedio.
35. *An hoc possessorium possit cumulari cum alio, &c.*
36. *An in eo contestanda lis.*
37. *An debeat iurari de calumnia.*
38. *An sufficiat producere copiam testamenti, an verò sit producendum originale, & seqq.*
41. *An productio testamenti debeat fieri in actis.*
42. *Quid de productione testamenti sigillati.*
43. *An hæres debeat probare mortem testatoris.*
44. *An debeat probare se adiuisse hæreditatem.*
45. *An testamentum possit produci post conclusionem in causa.*
46. *Sententia lata super hoc possessorio an sit interloquutoria.*
47. *Appellare an liceat ab hoc possessorio, & seqq. pluribus.*
64. *An supplicari.*
65. *An dici de nullitate.*
66. *An peti restitutio in integrum, &c.*
67. *Praxis seruanda in facienda hac missione.*
68. *Missio in possessionem ex hoc remedio quomodo probetur.*
69. *Bona fuisse possessa à testatore tempore mortis suæ, quomodo probetur.*



VÆRO primò, an hoc remedium dicatur plenarium, vel summarium. Dicas, quòd est summarium celeriter ac de plano expediendum: immò magis summarium cæteris aliis possessoriis 1

ſoriis extraotdinatiè, & ſine figuta iudicij agirandum; ac ſine citatione illoram, qui non ſunt legitimi contradictores. Hæc omnia tradit Rol. *conſil.* 98. *num.*8. *& ſequentibus, & ibid. num.*39. *& in conſil.*78. *num.*13. *vol.*3. *& conſil.* 2. *num.*8. *&* 39. *eodem vol.* 3. vbi de communi,

2 Limita I. hanc concluſionem non procedere, quando appatet legirimus aliquis contradictor, prout ſupia *in antecedenti quaſt. num.*1. *& ſequentibus.* dictum eſt: quia tunc tale remedium non diceeur ſummarium, ſed ordinatium: vt per Menoch. *in eadem leg. finali num.*682. *C. de edict. diu. Adrian. tollend.* & faciunt ad hoc dicta *ibidem num.* 55. *& pluribus alys ſequentibus.*

3 Limita II. quod licèt tale iudicium ſir ſummarium: tamen in eo requiruutur plenæ probationes, nec ſufficiunt ſemiplenæ, ſecundùm communem & veriorem opinionem, de qua *ibidem* per Menoch. *num.*678. *& ſeqq.*

4 Quæro ſecundò, Tu ſcis, quòd hoc remedium ad hoc, vt concedatur, neceſſe eſt producere teſtamentum non abolitum, &c. prout in textu. Quæro modò an ſufficiat per confeſſionem aduerſarij conſtare de hoc teſtamento, etiam quòd non producatur. Dicas, quòd ſic, vt per Menoch. *in d.l.fin. num.* 102. *& ſeqq.* vbi eriam de materia. Er licèt *ibi* loquatur ſolùm in confeſſione reſtamenti nuncupatiui: tamen eius rationes generaliter militant in quolibet teſtamento.

5 Si verò actor vellet probare tenorem teſtamenti, non ex confeſſione partis, ſed per teſtes: tunc ſecùs eſſet; quia iſta probatio non ſufficeret; vt *ibi* per Menoch. *num.* 107. *& ſeqq.*

6 Niſi forſan originale teſtamentum aliàs fuiſſet ptoductum, & caſu aliquo deperditum: nam tunc ptobata amiſſione per hætedem, mittetut in poſſeſſionem ex hoc remedio. Menoch. *ibi num.*113.

7 Quæro tertiò, quis dicatut iudex competens in hoc temedio? Dicas, quòd iudex loci domicilij petentis, & contradicentis eſt in huiuſmodi iudicio competens. Menoch. *ibi num.* 402. *& ſequentibus*, vbi de communi.

8 Sed quid ſi bona, quorum miſſio petitur, ſint poſita extra territorium huius iudicis domicilij, quis erit iſto caſu competens iudex? Dic quòd adhuc competens iudex erit iudex domicilij, qui pronunciabit miſſionem eſſe faciendam: factâque hac pronunciatione idem iudex concedet literas remiſſorias ad iudicem, in cuius territorio bona ſunt ſita, vt is exequatur ſuam ſententiam, & iuxta eius tenorem mittat in poſſeſſiooem bonorum ſitorum in ſuo territorio. Vide eumdem Menoch. *ibidem num.* 403. *& ſequentib.*

9 Ad quæ aduertas ad plura. Et primò quòd ſi iudex domicilij pronunciauir hæredem eſſe mittendum in poſſeſſionem, nullo aduerſario contradicente: tunc non poterit has literas remiſſorias concedere, nec aliquid mandare iudici illius loci, vbi bona ſunt ſita, vt per Menochium *ibi num.* 404. vbi hoc limitat, niſi maior pars bonorum eſſet in loco iudicis domicilij: quia tunc etiam quòd pronunciauerit, nullo aduerſante contradictore, nihilominus poterit concedere has literas remiſſorias.

10 Aduerte ſecundò, quòd ſi iudex loci, vbi bona ſunt ſita, noo habeat mixtum imperium, non poterunt ſibi mitti ſuptadictæ literæ remiſſoriæ. Menoch. *ibid. num.* 406. *& ſeqq.* vide infrà *num.* 16.

11 Aduertas tertiò quòd iſte iudex loci, vbi bona ſunt ſita, nihil poteſt exequi, aut innouare, niſi literis ſupradictis ab altero iudice receptis, vt per Menochium *ibid. num.* 409.

12 Aduertas quartò, quòd iudex, qui pronunciauit hæredem fore immittendum, &c. ſi fuerit requiſitus de dictis literis remiſſoriis, non poterit aliquo pacto eas denegare. Menocb. *ibi num* 411.

13 Aduerte quintò, quòd ſi coram iſto iudice loci, vbi bona ſunt ſita, opponitur exceprio nullitatis, deber ſuperſedere in executione, & reſeribere iudici loci domicilij, vt *ibi* per Menoch. *num* 412.

14 Aduertas ſextò, quòd iſte iudex executor noo poterit illas literas exequi, quando ei reſiſteretur armis & vi: niſi in eiſdem literis fuerit appoſita clauſula, vt mittat in poſſeſſionem etiam contra reſiſtentes armis, & vi. Menoch. *ibi num.* 413. vbi de communi.

15 Aduertas ſeptimò, in hac materia, quòd ſi eſt inſtitutus locus aliquis pius, tunc iudex competens poterit etiam eſſe iudex Eccleſiaſticus: vt per Menochium *ibidem num.* 405.

16 Aduertas octauò, quòd nemo poteſt dici iudex competens in hoc iudicio, niſi habeat mixtum imperium, *ibi num.* 414. *& ſeqq.* vbi de communi. Intellige quando nullus adeſt contradictor: quòd ſi contradictor adeſt, tunc poterit hæc miſſio concedi à iudice, etiam non habente mixtum imperium, vt *ibi num.* 435. *& ſeq.* vide ſuprà *num.* 10.

17 Aduerte nonò, quòd ſi in vno loco ſunt plures iudices ordinarij competentes: tunc non omnes debent adiri, ſed habet locum præuentio. Menochius *ibi num.* 474.

18 Aduerte decimò, quòd ſi Clericus poſſidet bona, quorum petitur miſſio; tunc adiri debet, non iudex ſecularis, ſed Eccleſiaſticus, vt per eumdem Menochium *ibidem num.* 476.

19 Aduerte vndecimò, quòd ſi adſint plures poſſeſſores bonorum in diuerſis locis habitantes, an omnes coram vno iudice ſiot trahendi; an verò vnuſquiſque debeat coram ſuo competenti iudice conueniri. Menoch. *ibi num.* 480. *& ſeqq.*

20 Quæro tertiò, an hæc cauſa poſſit delegari. Dic quòd ſic. Menoch. *num.* 437. *& ſeq.* vbi de communi.

21 Limita procedere ſolùm quoad hanc cognitionem, an videlicet ſit mittendus in poſſeſſionem, necne: Quò verò ad ipſam actualem miſſionem, magis recepra eſt opinio, quòd oon poſſit delegari. Menoch. *ibi num.* 440.

22 Quæro quartò, an in hoc iudicio ſit legitimaoda perſona hæredis petentis ſe mitti in poſſeſſionem, &c. Dicas, quòd ſic. Menocbius *ibidem num.* 441. *& ſeqq.* vbi de communi.

23 Amplia I. vt hoc iudex facere debeat ex officio, ne iudicium reddatur eluſotium, vt per eumdem Menoch *ibid. num.* 442.

24 Amplia II. vt talis perſonæ legirimatio debeat fieri per plenas probationes. Menoch. *ibi*, vt ſuprà *num.* 443. vbi de communi teſtatur.

25 Quæro quiotò, an in hoc iudicio ſit neceſſaria citatio aduerſarij. Facias regulam affirmatiuam, quòd ſic. Menoch. *num.* 447. *& ſeqq.* vbi de commuoi.

26 Limita I. quando nototiè conſtaret poſſeſſorem nullum ius babere: quia tunc citatio non eſt neceſſaria. Menoch. *num.* 450. *& ſeqq.*

27 Limita II. vt talis citatio tequiratur, quando per hætedem petitur actualis immiſſio: ſecùs ſi ſimpliciter petatur, vt pronuntietur ſe eſſe mittendum in poſſeſſionem, &c. quia tunc citatio non requiritur. Menoch. *ibidem num.* 453. *& ſeqq.*

28 Limita III. vt licèt citatio noo tequiratur, ne fiat præiudicium tertio; tamen non requiritur, quoad

processus validitatem, vt per eumdem Menochium *ibid. num.456. & seqq.*

29 Limita IV. vt citatio non requiratur, quando bona à nemine possidentur. Menoch. *ibi num.458. & seqq.* vbi de communi, & de materia.

30 Vel si ab aliquo possiderentur, tamen ignotatur possessor, *num.464. & seqq.* vbi de materia.

31 Quæro sextò, an in hoc iudicio libellus sit offerendus. Dicas, quòd si nullus adest contradictor, tunc nullus est offerendus libellus. Si verò adest contradictor, tunc erit offerendus. Menoch. *num.468. & seqq.* vbi de communi.

32 Ad quod aduerte in primis, quòd licèt isto casu requiratur libellus; tamen sufficit qualis qualis petitio, dummodo sit in scriptis redacta. Menochius *ibi num.471.*

33 Aduerte secundò, quòd etiam, quòd sint plures contradictores, tamen vnicus libellus sufficit, vt *ibi* per Menochium *num.473.* vbi de communi. Nisi ex aliqua iusta causa altet ex contradictoribus opponeret, & peteret se separatim conueniri: nam tunc separatim erit illi offerendus libellus, vt per eumdem Menoch. *ibi num.478. seqq.*

34 Quæro septimò, quæ sit forma libelli in hoc iudicio proponenda. Item, quæ actio dicatur ista, quæ competit ex hac lege, vide Menochium *ibidem à num 485. vsque ad num.502.*

35 Quæro octauò, an hoc iudicium, quod est possessorium adipiscendæ, possit cumulari cum possessorio retinendæ, reintegrandæ, vel cum petitorio, vide *ibid.* per Menoch. *num. 502. vsque ad num.557.* vbi latè.

36 Quæro nonò, an in hoc iudicio sit contestanda lis. Dic quòd si nullus adest contradictor, non requiritur litis contestatio, secùs si adest contradictor. Menoch. *ibi num 552.*

37 Quæro decimò, an hæres petens se immitti, &c. debeat iurare de calumnia. Dicas quòd sic. Menoch. *ibi num.553.*

38 Quæro vndecimò, an sufficiat producere copiam testamenti, an verò sit necesse producere originale. Dic quòd non est necesse, quòd producatur originale, quia illud penes Notarium remanere debet. Item nec copia simplex sufficit, sed debet produci copia Authentica sumpta ex ipso originali. Menoch. *ibi num.651. & seqq.*

39 Limita tamen; nisi forsan à parte petatur exhiberi originale: quia tunc originale erit omnino exhibendum, vt per eumdem Menoch. *ibid. num.651. & sequentib.*

40 Sed quid si dicatur originale fuisse amissum, videas per Menoch. *ibi num. 735. & alijs seqq.* vbi plures casus distinguit.

41 Quæro duodecimò, an sufficiat producere istud testamentum coram iudice solùm; an verò in actis sit facienda productio. Dic quòd quando adest aliquis contradictor, tunc debet illa productio fieri in actis; si verò nullus adest contradictor, tunc sufficit illud solùm ostendere iudici. Menoch. *num. 656. & sequent.*

42 Quæro decimotertiò, quid debeat seruari & fieri, quando producitur testamentum receptum à Notario, sigillatum, & à testibus subscriptum, quid debeat deponere testes, antequam dissigilletur, & de materia, vide per Menochium *num.658. & seqq.*

43 Quæro decimoquartò, an hæres debeat probare mortem testatoris. Dicas quòd non, quia ea satis dicitur probata ex productione testamenti. Menochius *ibi num.661. & sequentib.* vbi de communi.

Quæro decimoquintò, an hæres debeat probare se institutũ hæreditatem. Dicas quòd non, quia eo ipso, quòd petit se immitti, &c. declarat se esse hæredem. Menoch. *ibid. num.676. & seq.* 44

Quæro decimosextò, an testamentum possit produci post conclusionem in causa, vide Menochium *vbi supra, in num.681. & alijs seqq.* 45

Quæro decimoseptimò, an sententia lata in hoc iudicio dicatur interloquutoria, vel diffinitiua. Dicas, quòd si nullus adest contradictor, dicitur interloquutoria; si verò adest contradictor, dicitur diffinitiua, vide *vbi supra* Menochium *num. 802. & sequentib.* 46

Quæro decimooctauò, an appellare liceat à sententia lata super hoc iudicio. Vt veram habeas huius quæstionis resolutionem, distinguas de sententia. Aut quæris, an possit appellari à sententia interloquutoria lata in hoc iudicio, puta quando iudex, antequam pronunciet hæredem fore, vel non fore immittendum in possessionem, interloquatur super aliquo incidenti. Et tunc facias regulam, quòd non potest appellari ab hac sententia interloquutoria. Menoch. *ibi num. 807.* vbi respondet ad contraria. 47

Limita I. nisi talis interloquutoria esset super competentia, vel incompetentia iudicis: quia in ista interloquutoria dabitur appellatio. Menoch. *ibid. num.822. & seq.* 48

Limita II. in interloquutoria, qua fuit pronunciatum quem non esse Procuratorem legitimum; vel principalem non habere legitimam personam standi in iudicio: quia illo casu admittetur appellatio, *ibi num 824. & seq.* 49

Aut quæris, an in hoc iudicio possit appellari à sententia diffinitiua, hoc est, à pronunciatione de mittendo in possessionem. Et tunc distinguendi sunt duo casus. 50

Primus casus erit, quando sententia est lata contra hæredem, & pronunciatum illum non fore immittendum; tunc à tali sententia poterit hæres appellare. Menoch. *ibi num.876. & seq.* Contard. *in l. 1. C. si de moment. possess. in 17. limitat. num.18. & seqq.*

Secundus est casus, quando sententia est lata in fauorem hæredis, & pronunciatum illum fore immittendum. Et tunc facias regulam, quòd à tali sententia non poterit quis appellare. Menochius *ibi num. 810. & sequentib. & 826. & sequentib.* vbi de communi. Pro qua adde etiam Contard. *in dicta l.1. in ampliationib. num.96. & sequentib.* Aduerte tamen, quòd quando in appellatione inseritur causa rationabilis, tunc iudex tenetur ei deferre: quia in hoc remedio censetur exclusa appellatio, quæ calumniosa & friuola sit, non quæ rationabilis. Quæ limitatio pulchrè defenditur per Contard. *in d. l. 1. C. si de moment. possess. in ampliat. num. 102. & seqq.* & allegat concordantes. 51

Amplia istam regulam huius secundi casus. Primò quòd à tali sententia non potest appellari, etiam quòd statutum dicat in causis possessoriis posse appellari: quia tale statutum non extenditur ad hoc speciale remedium; nisi de eo fiat expressa mentio. Menoch. *ibid. num.833. & seq.* 52

Amplia II. vt nec etiam de iure Canonico liceat appellare à tali sententia diffinitiua in hoc iudicio lata. Menochius *ibi num.840. & sequentib.* Lancellot. *de attent. appellat. pend. cap.12. limitatione 25. num. 27. & seqq.* vbi ex hoc infert, quòd huiusmodi appellatione pendente attentata non renouantur, 53

licèt

licèt Zuchard. *in l.finali n.442. C. de edict.diui Adrian.tollend.* contrarium dixerit.

54 Limita, hanc ampliationem non procedere, quando sententia esset euidenter iniusta, & iniqua; & de hac iniquitate constaret ex eisdem actis: nam tunc de iure Canonico in hoc iudicio admittitur appellatio, nedum quoad effectum deuolutiuam, sed etiam quoad suspensiuum. Menoch. *ibid. num.* 840. *& seqq.* vide infrà *num.* 57.

55 Limita modò supradictam regulam huius secundi casus. Primò, quòd licèt non admittatur isto casu appellatio quoad effectum suspendendi exequutionem: tamen bene admittitur quoad deuoluendam iurisdictionem. Menoch. *ibi num.* 828. *& seqq. &* 840. *& seqq.*

56 Limita II. vt non procedat quoad tertium non citatum, qui poterit ab huiusmodi sententia appellare. Menoch. *ibi, num.* 845. *& seqq.*

57 Limita III. quando sententia lata esset notoriè iniusta, & iniqua: quia tunc appellabitur etiam quoad effectum suspensiuum. Menoch. *ibi num.* 850. *& seqq.* vide suprà *num.* 54.

58 Limita IV. quando sententia esset lata sine causæ cognitione: quia tunc appellatio similiter admittetur. Menochius *ibi num.* 853.

59 Limita V. quando hæres conuentus in hoc iudicio asserit pariter se hæredem scriptum in alio solemni testamento: quia tunc à sententia lata contra ipsum licebit appellare. Menoch. *ibi num.* 856. *& sequentibus*, vbi de materia. Quando enim reus conuentus contendit se pariter hæredem, & sic disputatur super potioritate tituli, iudicium dicitur mixtum; & ideò datur appellatio, vt per Contardum *in l.1. C si de moment. possess. in ampliat. seu quasi, num.* 109. *& seqq.*

60 Limita VI. quando ex lata sententia in hoc iudicio afferretur damnum irreparabile, vel cum difficultate reparabile per sententiam in petitorio ferendam: puta quando agitur de aliquo munitò castro, seu fortalitio: quia tunc admittetur appellatio, etiam quoad effectum suspensiuum, vt *ibidem* per Menochium *num.* 863. *& pluribus alijs sequentibus, & num.* 866. *& seq.*

61 Limita VII. nisi appellationi interpositæ fuerit à iudice delatum: licèt enim non debuisset admitti; admissa tamen nocebit. Super qua limitatione vide Menochium *ibi num.* 868.

62 Limita VIII. quòd si lata est in hoc iudicio sententia super possessione, & super fructuum restitutione: tunc quoad fructuum restitutionem licitum erit appellare, licèt non quoad possessionem. Menoch. *ibi num.* 869. *& seqq.*

63 Et ad prædicta aduerte, quòd in iis casibus, in quibus à sententia in hoc possessorio licitum est appellare, tunc ista appellatio admittitur, nedum quoad effectum deuolutiuum, sed etiam quoad effectum suspensiuum; vt videre est apud Menochium *in loco suprà citato, num.* 874. *& sequentib.*

64 Quæro decimonono, an poterit ab hac sententia supplicari: vide per Menochium *ibidem num.* 895. *& sequentib.*

65 Quæro vigesimò, an possit dici de nullitate. vide quæ superiùs tradita sunt in antecedenti quæst. *num...*

66 Quæro vigesimoprimò, an possit aduersùs istam sententiam peti restitutio in integrum. Dic, quòd sic, vt per Menochium *ibi num.* 916. *& seqq.* vbi etiam quando ista restitutio impediat exequutionem. Ad quod faciunt tradita in Repertorio *Quæstionum iudicialium, quæst.* 18. *num.* 28. *& seqq. & quæst.* 48. *num.* 10. *& sequentib.*

67 Quæro vigesimo secundò, de praxi seruanda in missione facienda ex hoc remedio. vide *ibidem* per eumdem Menochium *in num.* 913.

68 Quæro vigesimotertiò, quomodo probetur missio in possessionem facta ex hoc remedio, an per testes, per instrumenta; & de materia vide eumdem Menoch. *ibidem num.* 914. *& seqq.*

69 Quæro vigesimoquartò, quomodo probetur, quòd immissio fuit facta particulariter in bonis, quæ tempore mortis testatoris ab ipso testatore possidebantur. Videas per Menoch. *ibidem num.* 921. *& sequentib.*

QVÆSTIO LXXI.

Diuersa in materia l.finalis. C. de edict. diui Adriani tollendo.

SVMMARIVM.

1. *Hæc constitutio an sit fauorabilis, & de materia.*
2. *Quæ sit ratio huius constitutionis.*
3. *In quo differat ab interdicto Quorum bonorum.*
4. *Quæ requirantur ad hoc, vt habeat locum hoc remedium.*
5. *Quanto tempore hoc remedium præscribatur.*
6. *Fructus an sint restituendi in hoc remedio, & sequenti.*



1 VÆRO primò, an hoc remedium dicatur correctorium, vel limitatorium: odiosum, an fauorabile. Dicas, quòd hæc constitutio licèt vno respectu dici possit correctoria, alio verò respectu limitatoria: quia tamen magis participat de limitatoria, quàm de correctoria, ideò limitatoria simpliciter nominari potest: estque constitutio fauorabilis, & ideò ab identitate rationis extendenda. Menoch. *in ea l.finali num.* 17. *& omnibus alijs sequentibus vsque ad num.* 41.

2 Quæro secundò, quæ sit ratio istius constitutionis. Dicas, quòd est publica vtilitas: nam publicè interest, vt quamprimum testatorum voluntates exequantur. Menoch. *ibi num.* 42.

3 Quæro tertiò, In quo differat hoc remedium ab interdicto *Quorum bonorum.* videas vndecim differentias *ibi* per Menoch. *à num.* 46. *vsque ad* 56.

4 Quæro quartò, quæ requirantur ad hoc, vt habeat locum hoc remedium. videas vndecim requisita per eumdem Menoch. *ibi num.* 56.

5 Quæro quintò, quanto tempore hoc remedium præscribatur. Videas Menochium distinguentem *num.* 771. *& sequentib.* Et quando possit opponi talis exceptio præscriptionis, vide quæ suprà dicta sunt *quæst.* 69.

6 Quæro sextò, an in hoc remedio veniat restitutio fructuum. Dicas quòd non, vt per eumdem Menochium *vbi suprà num.* 800. *& seq.*

7 Limita hoc procedere in fructibus perceptis, secùs in fructibus pendentibus: quia isti veniunt in hoc iudicio restituendi. Menochius *ibi numer.* 875.

QVÆSTIO LXXII.

Exequutores testamenti quinam esse possint.

SVMMARIVM.

1. *Exequutor esse potest omnis ille, qui non reperitur prohibitus.*
2. *Quid in filiofamilias.*
3. *Quid in Clerico.*
4. *Quid in Monacho, & seqq.*
5. *Quid in fratribus Minoribus & Mendicantibus, & sequenti.*
7. *Quid in seruo.*
8. *Quid in bannitis, & seq.*
10. *Quid in excommunicato, & sequenti.*
12. *Quid in infame, & sequentibus.*
16. *Quid in minore.*
17. *Quid in milite, & seq.*
19. *Quid in furioso, & seq.*
21. *Quid in muto, & seqq.*
24. *Quid in surdo, & seqq.*
27. *Quid in fœmina, & seqq.*
30. *Quid in debitore, seu creditore.*

1 EGVLA sit, quòd executor testamenti vnusquisque esse potest, qui in specie à iure non reperiatur prohibitus. Capra *in tract. de executione vltim. volunt. membr. 2. num. 1.* omnia enim vnicuique concessa intelliguntur de iure, quæ in specie prohibita non reperiuntur. *l. necnon. §. quod eis. ff. ex quib. caus. maior. l. 1. ff. de testib.* cum aliis, de quibus *ibid.* per Capram *num. 2.* vbi de communi testatur.

2 Amplia hanc conclusionem procedere etiam in filiisfamilias, executores esse poterunt, etiam sine patris licentia. Capra *ibidem d. membr. 2. num. 5.*

3 Amplia II. etiam in Clerico, qui poterit esse executor testamenti indistinctè tam ad pias causas, quàm etiam ad non pias causas. Rom. *sing. 245.* vbi aliquid de materia.

4 Amplia III. etiam in Monachis, qui poterunt esse exequutores testamenti tam in relictis ad pias causas, quàm etiam in relictis ad non pias causas, dummodò à diuinis officiis non retrahantur, secundùm Capram *in d. membr. 2. num. 4. & sequentibus*, vbi dicit ita de consuetudine seruari: licèt nonnulli ibi contrarium renuerint, quòd videlicet isti Monachi solum possint exequi voluntates testatorum ad pias causas, non autem in reliquis.

5 Limita, hanc ampliationem procedere, prout loquitur, in Monachis: vnde secùs esset in fratribus Minoribus Mendicantibus, qui quidem executores nullo pacto poterunt esse, nec etiam in relictis ad pias causas, vt per Capram *in d. membr. 2. num. 7. & sequentib.*

6 Sublimita, vt videlicet fratres Minores & Mendicantes non possint esse executores, procedere solùm in iis, in quibus verti possit litigium, vel administratio bonorum: & sic quando in executione veniunt expedienda aliqua, quæ sunt meri facti. Quòd si sumus in exequutione, quæ potest solo verbo explicari, prout est consulere, ac eligere pauperes, quibus sint distribuenda bona per testatorem relicta: tunc fratres minores adhuc esse poterunt exequutores, dicit *ibidem* Capra *d. num. 7. & seqq.* vbi *num. 11. in fine*, testatur de communi: licèt Baldus per eum allegatus contrarium indistinctè renuerit.

Limita supradictam principalem conclusionem 7
pluribus modis. Et primò in seruo, qui non potest à suo domino in testamento constitui exequutor. Capra *d. membr. 2. num. 15. & seqq.*

Limita II. in bannitis, quibus propter eorum 8
contumaciam fuerunt bona com... , qui similiter non poterunt esse exequutores te... enti. Capra *d. membr. 2. num. 19.*

Sublimita, hanc limitationem non procedere in 9
iis, quæ requirerent solum nudum ministerium ipsius executoris: puta quoad declarationem, vel executionem aliquam faciendam, quia in huiusmodi casibus bannitus poterit esse testamenti executor, vt per Capr. *d. membr. 2. num. 20.* vbi de communi.

Limita III. in excommunicato, qui exequutoris 10
officium prohibitus est exercere, cùm etiam hominum communioni admittendus nequaquam sit. Capra *d. membr. 2. num. 11. & seqq.*

Sublimita, non procedere in actibus extraiudi- 11
cialibus, qui poterunt expediri per executorem etiam excommunicatum. Capra *ibidem num. 23.*

Limita IV. in infame, qui exequutoris officium 12
exercere similiter prohibetur. Capra *d. membro 2. num. 24. & aliis seqq.*

Sublimita id procedere de iure Canonico, secun- 13
dùm quod infamis probibetur esse procurator; secùs de iure ciuili. Vnde in terris imperij sequitur, quòd infamis poterit etiam esse exequutor, quia in iis non seruatur ius Canonicum. Capra *ibidem num. 27.*

Sublimita II. procedere in actibus iudicialibus: 14
secùs in extraiudicialibus, qui poterunt etiam per infamem executorem expediri, vt per Capram *ibidem num. 28.*

Sublimita III. parte non opponente. Capra *ibid.* 15
num 26.

Limita V. in minore vigintiquinque annis, etiam 16
pubere: puta maiore decem & septem annis, qui exequutor esse non poterit in iudicialibus, & in actibus, qui requirunt cognitionem, & industriam personæ. Capra *d. membr. 2. num. 29. & seqq.* vbi declarat hanc materiam; atque etiam refert contraria. Ad illam te remitto.

Limita VI. in milite armatæ militiæ, qui non 17
poterit esse exequutor, cùm non debeat se priuatis negotiis immiscere. *l. qui stipendia. C. de procurator.* vide Capram *ibidem d. membr. 2. num. 35.*

Sublimita hanc limitationem procedere parte 18
opponente; aliàs secùs. *ibidem num. 36. pag. 206.*

Limita VII. in furioso, & mente capto, qui non 19
poterit esse exequutor testamenti. vide Capram *in d. membr. 2. num. 37.*

Sublimita in furioso habente dilucidia interual- 20
la, qui tempore cessantis furoris poterit huiusmodi exequutoris officium exercere, vt *ibidem* per Capram *num. 38. pag. 206.*

Limita VIII. in muto qui executoris officium 21
minimè exercere valebit. Capra *d. membr. 2. num. 39.*

Sublimita procedere in eo muto, qui nihil loqui 22
potest: secùs si aliqualiter loqueretur. *ibidem num. 40.*

Sublimita II. non procedere in muto, qui nihil 23
loquitur; sed nutu & literis potest voluntatem, & conceptum suum exprimere: quia iste poterit exequutor deputari ad negotia, licèt non ad iudicia, vt ibidem per Capram *d. num. 40.*

Limita IX. in surdo, qui similiter esse non potest 24
exequutor. Capra *d. membr. 2. num 41.*

Sublimita procedere in eo surdo, qui nihil penitùs 25
audit; secùs si modicum audiret. Capra *ibid. num. 42.*

Subli

26 Sublimita II. in eo surdo, qui licèt non audiat, nutu tamen & literis intelligit, cùm tunc possit executor esse ad negotia, licet non ad iudicia. Capra *ibid. num. 43.*

27 Limita X. in fœmina, quæ executrix esse non potest, secundùm glossam relatam à Capra *dicto membr. 1. num. 44.*

28 Contraria opinio est verior; & ista de consuetudine seruatur, teste eodem Capra *ibid. num. 44. & sequentib.* vbi de communi. Lambetten. *de contract. gloss. 1. num. 379.* vbi quòd non definit esse executrix, etiam quòd transeat ad secunda vota.

29 Et particulariter de vxore relicta executrice testamenti à suo marito, videas apud Tiricæ. *de testament. coniug. pag. 35. & sequentib.* vbi etiam de materia.

30 Limita XI. in creditore, seu debitore testatoris, qui non poterit à iudice deputari ad eius voluntatem exequendam, licèt benè possit ab ipso testatore executor constitui, maximè si testator huius crediti, seu debiti notitiam habuerit. Capra *d. membr. 1. num. 46. & seqq.*

QVÆSTIO LXXIII.

De successione coniugum ad interpretationem Authent. præterea, C. vnde vir & vxor.

SVMMARIVM.

DEFICIENTIBVS agnatis & cognatis, coniux coniugi succedit regulariter, excluso fisco. Hanc regulam ponit Dueñas *regul. 37.* vbi remissiuè ponit aliquas limitationes; ad illum igitur te remitto. Succedit disputanda illa quæstio, quomodo coniux pauper succedat coniugi diuiti decedenti. Breuiter facias regulam in hunc modum. 1

Regula sit, quòd mulier pauper succedit in quarta parte bonorum mariti sui, si liberi non sunt vltra tres; aliàs succedit in virili portione. Hanc regulam ponit textus *in Authent. præterea, C. vnde vir & vxor.* Cephal. *consil. 245. num. 1. & num. 10. & seq volum. 2.* Benincasa *de paupert. pag. 164. num. 13. & n. 19. & seqq.* vbi pulchrè de materia. Plot. *in consil. crimin. 130. num. 41.* vbi quòd est communis opinio. Communem, & indubitatam omnium Doctorum opinionem dicit Viuius *pag. 310. verb. vxor, seu mulier.* Tiricæ. *de testament. coniug. pag. 131. num. 1.* vbi etiam de materia. Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. lib. 1. conclus. 35. in princip. & versic. quæ autem dicatur,* &c. vbi quando coniux dicatur pauper, remittitur arbitrio iudicis. 2

Ratio istius conclusionis secundùm Cephalum *in d. consil. 245. num. 10. & sequenti,* est: quia curandum est, ne vxor mendicare cogatur. Et sic paupertatis fauor est causa dispositionis illius Authenticæ, vt per Rolandum *consil. 14. num. 27. & consil. 15. num. 4. & sequenti, volum. 3.* vbi de communi. Plot. *consil. crimin. 130. num. 41.* Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. lib. 1. conclus. 35. versic. veritas est,* &c. 3

Amplia hanc regulam pluribus modis. Et primò, eam procedere, nedum in vxore succedente viro suo morienti, sed etiam è contra in viro succedenti vxori, vt colligitur ex eodem textu *in d. Authent. præterea,* & ex infrà dicendis clariùs apparebit. Benincas. *de paupert. pag. 125. num. 16. & seq. & in volum. commun. opin. pag. 313. num. 7.* Ioseph. Ludouic. *dict. conclus. 35. in 5. ampliat.* 4

Amplia II. etiam quòd vxor habeat dotem, sed paruam, puta non sufficientem ad alimenta. Cephal. *d. consil. 245. num. 16.* Viuius *pag. 310. verb. vxor, seu mulier,* vbi de communi. Benincas. *de paupert. pag. 121. num. 19. & pag. 165. num. 23.* & habetur etiam *in volum. commun. opinionum, pag. 447. verb. dos exigua,* vbi etiam isto casu, quæ dicatur parua dos, *& pag. 313. num. 2. & 3.* & ita etiam tenet Roland. *consil. 14. per totum, volum. 3.* quem omnino videas. Ioseph. Ludouic. *d. conclus. 35. in 1. ampliat.* vbi de magis communi. Tiraq. *in tract. de iudic. in reb. exig. pag. 32. vers. nonò ex hoc infertur.* 5

Amplia III. subsequenter, vt dispositio dictæ Authent. *præterea,* habeat locum etiam, quòd vxor tempore contracti matrimonij fuerit congruè dotata, sed postea ex mutatione temporum, personarum & facultatum tempore mortis viri, potest dici incongruè debita. Ita ampliat Rolandus *consil. 15. per totum, volum. 3.* Ioseph. Ludouicus *d. conclus. 35. in 3. ampliat.* 6

Amplia IV. dictam Authenticam *præterea,* procedere etiam in successione sponsæ nondum cognitæ, nec transductæ, vt per Antonium Rosellum *in tract. de success. ab intestato, num. 182. & seqq.* 7

Amplia V. quòd nec dispositio testatoris contraria attendi debet: quia talis quarta coniugi debita ratione paupertatis non potest à testatore prohiberi. Cephal. *d. consil. 245. num. 6. & in volum. commun. opinionum, pag. 313. num. 6.* Viuius *dicta pag. 310. in verb. vxor, seu mulier,* &c. Ioseph. Ludouicus *dicta* 8

conclusione 35. in 4. ampliatione, vbi de magis communi.

9 Amplia VI. vt nec legatum factum coniugi io minus, quàm sit dicta quarta, tollat successionem, ex dicta Authent. *praeterea*; quia solùm huiusmodi legatum computatur in partem, licèt benè verum sit, quòd si huiusmodi legatum sufficeret ad alimenta coniugis, tunc non posset ampliùs petere quartam, vt per Cephalum *d. consil. 245. per totum*, in discursu, & per Viuium *dict. pag. 320. verb. vxor, seu mulier*.

10 Amplia VII. vt dicta Aothent. *Praeterea*, habeat locum, etiam quòd post viri obitum vxori superuenerint diuitiae. Cephal. *d. consil. 245. num 4. & in volum. commun. opin. pag. 403. num 4. & 5.* & Viui. *dicta pag. 320. verb. vxor, seu mulier, in fine*, vbi de communi. Ioseph. Ludouicus *dicta conclusione 35. in 2. ampliatione*.

11 Amplia VIII. vt dispositio eiusdem Aothent. habeat locum tam ab intestato, quàm ex testamento. Viui. *d. pag. 310. verb. vxor, seu mulier, in fine*, vbi testatur de communi.

12 Amplia IX etiam quòd vxor possit suis operibus, puta filando, &c. se alere, vt per Rolandum *consil. 14. num. 45. & seqq. & num. 15. & seqq. volum 3.* vbi respondet ad contraria. Sed contrà per Ioseph. Ludouic. *d. conclus. 35. vers. qui autem, in fine, & vers. limitatur primò*, vbi de magis communi, sed pro concordia dicas, quòd prima opinio procedit, quando vxori esset dedecus operari. Secunda autem opinio procedit, quando non est dedecus, vt *ibid.* per Ioseph. Ludouic. *vers. declara hoc procedere*, &c.

13 Amplia X. hanc Authenticam procedere nedum si vir moriatur morte naturali, sed etiamsi moriatur morte ciuili, puta quòd banniatur, & ei bona confiscentur. Plot. *consil. crimin. 130. num. 41. & sequentib. volum. 1.* in vltimò impressis, vbi de communi, & ampliat procedere etiam quòd bona confiscentur ob crimen laesae maiestatis. Posui *in tit. de delict. quaest. 25. num. 123.*

14 Limita eamdem regulam pluribus aliis modis. Et primò non procedere in coniuge superstite paupere, habente tamen partem diuitem. Cephal. *dict. consil. 245. num 20. & sequentib.* Benincas. *de paupert. pag. 165. num. 14 & seqq.* Ioseph Ludouicus *dicta conclus. 35. in 2. limitatione*, vbi de magis commoni. Et idem si haberet fratrem, seu alium, qui ipsam alere teneretur, vt *ibi* per eum.

15 Limita II. in coniuge, quae secundò nupsit, quia cùm haec quarta sibi debeatur in bonis primi coniugis, eam non potest petere in bonis secundi. Cephal. *d. consil. 245. num. 22.* Plotus *dict. consil. criminal. 130. num. 46.*

16 Limita III. vt non procedat in eo marito superstite, qui vellet etiam esse vsufructuarius in bonis filiorum ex vxore praemortua procreatorum: quia tunc non debet habere quartam, & vsumfructum omnium bonorum simul, vt *in tractat. de paupert. pag 167. num. 31. & sequentib.* & aliis pluribus numeris antecedentibus.

17 Limita IV. quando fuisset facta separatio thori de iure propter aliquam causam; vel etiam de facto propter incomportabiles mores alicuius ex coniugibus: nam ille qui dedit causam tali separationi de iure, vel de facto, non potest succedere vigore dictae Authenticae *praeterea*, vt per Ant. de Rosell. *de success. ab intest. num. 174. & seqq.*

18 Limita V. quòd coniux non succedit in dictam quartam pleno iure; sed solùm quoad vsumfructum ipso viuente, reseruata filiis proprietate, vt in dicta Authent. *praeterea, C. vnde vir & vxor.* si filij adsunt; sed si non adsunt, pleno iure succedit. Ioseph. Ludouicus *dict. conclus. 35. in princip. & versic. dubitari contingit*, &c. *& seq.* Vbi etiam, quid si dicti filij moriantur.

19 Limita VI. in marito, qui non adhibuit Medicum, vel adhibuit, sed minùs idoneum in infirmitate vxoris, & è contra, is enim non gaudebit beneficio dictae Authenticae, vt per Anton. de Rosell. *in d. tract. de success. ab intest. num. 187. & seqq.*

20 Limita VII. dictam Authent. *praeterea*, procedere, prout loquitur videlicet in coniuge succedere; vnde secus esset in patre mariti, aut vxoris paupere, volente succedere coniugi sui filij, vel filiae, quia non potest. Anton. de Rosell. *in d. tract. de success. ab intest. num. 187. & seqq.*

21 Adde in materia, quòd successio, quae defertur ex dispositione dictae Authent. *praeterea*, non praescribitur minori spatio, quàm triginta annorum, vt per Anton. de Rosell. *in tract. de success. ab intest. num. 164.*

22 Adde etiam in materia, quòd antequam vxor detrahat quartam praedictam, deduci debent necessaria pro ipsis haeredibus. Considerandumque est in primis, an haereditas sufficiat ad victum & vestitum ipsorum haeredum, secundùm Iosephum Ludouicum *in communib. opinionib. lib. 1. conclus. 35. vers. veritas est.*

23 Adde etiam quòd vxor dictae quartae non succedit in bonis feudalibus, minùs in bonis emphyteoticis, iis scilicet, quae non transeunt in foeminas, secus est in fructibus bonorum feudalium, & emphyteoticorum, in quibus vxor ratione dictae quartae succedet, secundùm Iosephum Ludouicum *dicta conclus. 35. in 3. limitat.*

24 Adde etiam quòd vxor pro rata quartae partis, in qua succedit iure haereditario tenetur satisfacere creditoribus haereditariis. Ioseph. Ludouicus *dicta conclus. 35. versic. finali, incip. & ista vxor.*

QVAESTIO LXXIV.

Testari qui possint, vel non possint.

SVMMARIVM.

1. *Testari quilibet potest, qui non reperitur prohibitus.*
2. *Furiosus an possit testari, & aliis seqq.*
9. *Prodigus an possit testari, & pluribus seqq.*
13. *Mutus & surdus an possit testari, & seqq.*
19. *Caecus quando & quomodo possit testari, & seqq. 89. & seqq.*
25. *Impubes an possit testari, & seqq.*
34. *Excommunicatus non possit testari, & seqq.*
38. *Haereticus an possit testari, & seq.*
45. *Infamis an possit testari, & seq.*
47. *Monachus an possit testari.*
48. *Clericus an possit testari.*
49. *Filiusfamilias an possit testari.*
50. *Damnatus ad mortem, ad metalla, vel ad perpetuos carceres, an possit testari.*
Deportatus an possit testari. ibid.
51. *Bannitus an possit testari.*
52. *Occidens seipsum an possit testari.*
53. *Vsurarius an possit testari, & num. 56. & seqq.*
54. *Sodomita an possit testari.*

55. Libelli

55. *Libelli famosi author an poſſit teſtari.*
56. *Vſurarius manifeſtus teſtari non poteſt, niſi præſtita cautione, &c.*
57. *Vſurarius manifeſtus quis dicatur, & ſeqq.*
64. *Quid ſi apparet eum eſſe vſurarium poſt mortem.*
67. *Vſurary teſtamentum eſt ipſo iure nullum.*
68. *Amplia quòd talis cautio debet eſſe cum fideiuſſore.*
69. *Amplia in vſurario, qui deſiit vſuras exercere.*
70. *Niſi etiam vſuras reſtituiſſet.*
71. *Amplia quòd nec poteſt donare cauſa mortis, & ſequent.*
73. *Amplia quòd nec valet ſtatutum in contrarium.*
74. *Amplia, vt nec codicillari poſſit.*
75. *Amplia etiam in teſtamento Iudæi vſurary, & ſequent.*
77. *Amplia etiam in exercente vſuras ſub nomine venditionis.*
78. *Amplia, quòd ſi poſt præſtitam cautionem iterum exerceat vſuras, teſtamentum illud irritatur.*
79. *Amplia quòd teſtamentum factum ab eo, qui non erat vſurarius, irritatur, ſi poſtea fiat vſurarius, & ſeq.*
81. *Amplia quòd nec valet inter liberos.*
82. *Amplia quòd nec valet ad piam cauſam, & ſeq.*
Legata an debeantur ex hoc teſtamento nullo. ibid. & ſeqq.
86. *Quid ſi cautio præſtatur poſt teſtamentum per teſtatorem, per eius hæredes; vel per Procuratorem à teſtatore deputatum ante eius mortem, & alijs ſeqq.*
94. *Accuſatus de crimine poteſt teſtari.*
Reus læſæ maieſtatis teſtari non poteſt. ibid. vbi etiam quòd nec habet teſtamenti factionem paſſiuam.
95. *Quid de meretrice.*

1 ESTARI quilibet poteſt, qui in iure prohibitus non reperitur. Capra *concluſ.* 102. *num.* 1. vbi plures allegat concordantes. Ad materiam iuſtaſcriptam vide omnino Durand. *de art. teſtand. tit.* 1 *per totum.* Craſſ. *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 20. *& ſeqq. alijs pluribus.*

2 Furioſus, vel demens teſtari regulariter non poteſt, *l. furioſum, C. qui teſtament. fac. poſſ.* vbi Doctores, præſertim Iaſon. qui *ibi* duas ampliationes, & quatuor limitationes congerit, §. *item furioſi*, vbi ſimiliter Doctor. *Inſtit. quib. non eſt permiſſ. facer. teſtam.* Capr. *concluſ.* 102. *num.* 6. *& ſequenti.* Diaz *regul.* 306. Diten. *regul.* 400. Quomodo autem probetur furor, dixi *in Repert. iudic. quæſt.* 91. *& in Repert. contract. quæſt.* 17 *num.* 7. vbi an credatur Notario aſſerenti teſtatorem ſanæ mentis. Et an fatui teſtamentum valeat, vide plures opiniones relatas per Antoninum Theſaurum *deciſione Pedemont.* 92. *per totam.*

Amplia etiam quòd teſtamentum ſit tale, vt quilibet ſapiens illud feciſſet, vt per Roizium *deciſ.* 1. *num.* 113. *& ſequen.* quem tamen videas. Cuius contrarium videtur colligi ex ſuprà traditis *quæſt.* 60. *num.* 11. & per Ioſephum Ludouicum *in communib. opinionib. concluſ.* 59. *in* 7. *ampliat.* vbi etiam, quid ſi furioſi teſtamentum ſit factum ad interrogationem Notarij. Ad materiam huius ampliationis, vide infrà *num.* 6. & Lambertenum *de contractib. gloſſ.* 8. *num.* 44. *&* 45.

3 Amplia primò, vt nec valeat ſtatutum mandans furioſum poſſe teſtari, vt per Capram *dicta concluſione* 102. *num.* 7.

4 Amplia II. vt nec poſſit furioſus etiam ad pias cauſas teſtari. Capra *dicta concluſ.* 102. *num.* 6. Clar. *de teſtament. quæſt.* 5. *verſ. ſed furioſus*, vide Diaz *in prædicta reg.* 306.

Limita I. in furioſo habente dilucida interualla, qui tempore ceſſantis furoris poteſt teſtari. Capra *d. concluſ.* 102. *num.* 12. Placa *cap.* 19. *pag.* 502. *in fine, & ſequent.* 5

Sed an teſtamentum præſumatur factum tempore exiſtentis, vel ceſſantis furoris, vide in alio Repertorio, in materia, Furor quomodo probetur, videlicet *in Repert. iudicial. quæſt.* 91. *num.* 19. Et dicas, quòd ex ipſius teſtamenti qualitate dignoſcitur, vt per Roizium *deciſ.* 1. *num.* 110. *& ſequentib.* vbi videas. Lambertenus *de contractib. gloſſ.* 8. *num.* 44. *&* 45. Et vide etiam quæ ſuprà dicta ſunt *num.* 2. 6

Limita II. quando teſtamentum fuiſſet factum, & perfectum ante furorem: quia per furoris ſuperuenientiam teſtamentum antea factum non annullatur. Capra *d. concluſ.* 102. *num.* 12. 7

Sublimita, hanc limitationem non procedere, quando furor ſuperuenerit ante perfectum teſtamentum: quia tunc tale teſtamentum imperfectum ratione voluntatis in totum irritatur, propter ſuperuenientiam furoris, etiam quoad piam cauſam. Capra *d. concluſ.* 102. *num.* 12. *& ſeqq.* 8

Prodigus ſimiliter teſtari non poteſt. Faciunt dicta in materia, Prodigi contractus quando valeat, &c. Capra *concluſ.* 102 *num.* 9. Placa *cap.* 29. *pag.* 504. 9

Amplia, quòd nec poteſt teſtari ad pias cauſas. Capra *concluſ.* 102. *num.* 10. Clarus *de teſtam. quæſt.* 5. *verſ. ſecundò infertur.* 10

Limita, niſi ſtatutum habilitaret prodigum ad teſtandum: quia tale ſtatutum valeret. Capra *dicta concluſ.* 102. *num.* 11. 11

Limita II. in prodigo, cui non eſt interdicta adminiſtratio, qui teſtari non prohibetur. Clarus *de teſtam. quæſt.* 33. 12

Mutus & ſurdus naturâ teſtari non poteſt. Capra *concluſ.* 102. *num.* 17. Diaz *reg.* 484. vbi etiam remiſſiuè ponit tres limitationes, ſecundùm Iaſon. *in l. diſcretus, C. qui teſtament. facere poſſ.* Nouell. *reg.* 93. *in princip.* Ioſeph. Ludouic. *concluſ.* 59. *in* 6. *ampliat. verſ. primus eſt.* 13

Limita in muto, & ſurdo naturâ teſtante ad pias cauſas: quia eius teſtamentum valet Nouell. *dict. regul.* 93. *in* 1. *fallent.* 14

Limita quando Princeps diſpenſaſſet mutum & ſurdum naturâ ad teſtandum: quia tunc valeret tale teſtamentum. Nouell. *reg.* 93. *in* 2. *fallent.* 15

Limita in muto & ſurdo naturâ, qui vellet teſtari ex ſignis & indiciis intelligibilibus: quia ſimiliter poſſet. Nouell. *d. reg.* 93. *in* 3. *fallent.* 16

Limita in muto & ſurdo ex accidenti, qui ſi ſcribere ſciat, teſtari poteſt, aliàs ſecùs. Capra *d. concluſ.* 102. *num.* 18. 17

Limita in ſurdo tantùm & non muto, qui teſtari non prohibetur. Capra *d. concluſ.* 102. *num.* 21. 18

Cæcus licèt regulariter teſtari poſſit, eius tamen teſtamentum non valet, niſi ſeruata forma, de qua *in l. hac conſultiſſima, C. qui teſtament. fac. poſſ.* Clarus *de teſtament. quæſt.* 17. *verſ. dicebam.* Capra *dict. concluſ.* 102. *num.* 23. De materia huius teſtamenti, vide infrà *num.* 89. *& ſeqq.* Pro regula adde Ioſephum Ludouicum *in communib. opinionib. concluſ.* 57. *in princip. & verſiculis ſequentib.* vbi ponit quatuor requiſita. Et inter alia, quòd requiritur ſubſcriptio, & ſigillum teſtatoris, licèt aliqui ibi relati contrarium dixerint. 19

Limita in teſtamento cæci inter liberos, in quo 20

non

non requiruntur supradictæ solemnitates, sed cum duobus testibus valet inter eos, vel aliud extranei. Clar. *de testament. quæst.* 17. *vers. sed quæro*, *Tu scis*. Cephal. *consil.* 72. *volum.* 1. vbi ampliat, quòd tale testamentum cæci non solemne, ncdum valet inter liberos, sed etiam inter alios omnes descendentes, seu etiam proximiores venientes ab intestato. Faciunt superiùs tradita in materia testamenti inter liberos, &c. *quæst.* 37. *num.* 14. Pro hac limitatione sic ampliata adde Iosephum Ludouicum *d. conclus.* 57. *vers. secundò limitatur dicta regula*, vbi de magis communi, *& versic. & id quod dictum est, & sequenti*; quam tamen sublimita procedere, quando filij sunt æqualiter instituti, secùs si inæqualiter, *ibid. versic. hec tamen limitatio*, &c. Item sublimita quando solùm filij sunt instituti, secùs si cum filiis extranei, *ibidem versic. tertiò limitatur*, &c. vbi declarat hanc sublimitationem.

21 Limita I I. quando statutum habilitaret cæcum ad testamentum, etiam sine solemnitatibus, & cæteris requisitis, *in dicta l. hac consultissima*, quia tale statutum erit seruandum. Capra *dicta conclus.* 102. *numer.* 24.

22 Sublimita hanc limitationem procedere, dummodo statutum expressè loquatur de testamento cæci, alioquin si simpliciter diceret, Valeat testamentum cum quinque testibus, tunc tale statutum non trahitur ad testamentum cæci. Capr. *dicta conclus.* 101. *num.* 25.

23 Et scias in materia, quòd Notario dicenti testatorem cæcum, non creditur. Cephal. *consil.* 72. *num.* 1. *& seqq. volum.* 1. Ideo aliunde id probandum est. Ioseph. Ludouic. *dicta conclus.* 57. *versic. declarant prædicta*, vbi de communi. Sed quomodo id probandum, & quis dicatur cæcus, vide inferiùs *num.* 89. *& sequentib.*

24 An autem in testamento cæci testitutio debeat præcedere, videas Rolandum *consil.* 81. *volum.* 1. Ioseph. Ludouic. *dict. conclus.* 57. *vers. tertiò requiritur, & sequent.*

25 Impubes pupillus testari non potest. Capra *conclus.* 101. *num.* 26. Viui. *pag.* 178. *in fine*. Aduerte quòd adultus etiam quòd habeat curatorem, potest tamen testari, vt per Cæpollam *caut.* 220. *num.* 3. Tiraq. *de legib. connubialib. pag.* 438. *num.* 72.

26 Amplia quòd nec potest testari ad pias causas. Capra *d. conclus.* 102. *num.* 27. Viui. *pag.* 179. Clarus *de testam. quæst.* 5. *versic. hinc infertur*.

27 Amplia etiam in impubere sagace: quia isto casu malitia non supplebit ætatem. Capra *d. conclus.* 102. *num.* 28. Adde Viuium *pag.* 179.

28 Amplia quòd nec valeat statutum habilitans impuberem ad testandum. Viui. *pag.* 179. Relati à Capra *d. conclus.* 102. *num.* 29. Sed an Princeps ad hoc possit dispensare in præiudicium venienoum ab intestato, ponit Antoninus Thesaurus *in decisione Pedemont.* 87.

29 Contrarium quòd immò tale statutum valeat, tenet idem Capra *dicta conclus.* 101. *num.* 30. *& sequenti*, vbi de communi. Anton. Thesaur. *decis. Pedemont.* 87. *num* 4. *&* 8.

30 Amplia, quòd nec impubes miles potest testari, vide Viuium *in pag.* 178. *in fine*.

31 Amplia quòd nec testari potest testari impubes proximus pubertati. Clarus *de testam. d. quæst.* 5. *dict. vers. hinc infertur*.

32 Limita in impubere doli capace, qui ex licentia & industria Principis poterit testari. Viuius, *dicta pag.* 179.

Limita etiam in impubere doli capace, qui medio iuramento de rebus suis disposuit, cum hac conditione, si decesserit in pupillari ætate: quia talis dispositio valet. Viuius *pag.* 179. Villalobos *in litera I. num.* 15. 33

Excommunicatus regulariter testari potest secundùm veriorem, & magis communem opinionem, de qua per Capram *d. conclus.* 102. *num.* 174. *& sequentib. & num.* 188. Clarum *de testament. quæst.* 24. Adiunge Villalobos *in litera E. num.* 120. Socinum *regul.* 133. Ducñam *regul.* 172. *in princip.* Gabrielium *conclus.* 1. *in tit. de testamen. lib.* 4. *pag.* 426. *num.* 1. *&* 3. vbi de communi, & magis communi. Posui *in fragmentis criminalib. verb. excommunicatus*. 34

Licèt contrarium tenuerint multi relati à Capra *d. conclus.* 102. *num.* 168. *& sequenti*. à Dueña *reg.* 272. *versic. licèt contrarium*, à Gabrielio *pag.* 416. *versic. contrarium sensit*. 35

Amplia primam opinionem, quæ, vt dixi, est magis communis, quòd excommunicatus habet etiam testamenti factionem passiuam. Gabriel. *pag.* 427. *colum.* 1. *in* 1. *ampliat. num.* 4. 36

Amplia etiam in publico & manifesto excommunicato, qui nihilominus testari poterit. Capra *d. conclus.* 102. *num.* 189. Duen. *reg.* 272. *in* 1. *ampliat.* Gabriel. *pag.* 427. *num.* 1. *in* 2. *ampliat.* 37

Limita in excommunicato propter hæresim: quia hæreticus, seu propter hæresim excommunicatus testari minimè potest. Capra *d. conclus.* 102. *num.* 177. 184. 190. 202. Socin. *regul.* 133. *in* 1. *fallent.* Gabriel. *pag.* 427. *colum.* 1. *num.* 6. Posui *in fragment. vers. Excommunicatus*, *in num.* 7. 38

Sublimita in testamento inter liberos: quia excommunicatus propter hæresim inter liberos testari non prohibetur. Duen. *reg.* 272. *in* 1. *ampliat.* Posui *in d. vers. excommunicatus*, *num.* 7. 39

Limita in excommunicato propter vsuras, qui testari minimè potest. Socin. *reg.* 133. *in* 2. *fallentia*. Gabriel. *pag.* 427. *colum.* 1. *num.* 7. 40

Limita in excommunicato, qui percussit Cardinalem; vel auxilium, seu consilium dedit: quia testari iste non poterit. Duen. *reg.* 272. *in* 2. *limitatione*. Gabriel. *pag.* 427. *colum.* 1. *num.* 8. *& seq.* Faciunt tradita *in Repert. Quæstion. criminal. quæst.* 10. *num.* 37. 41

Limita in anathematizato, & solemniter excommunicato, qui testari minimè poterit. Capra *conclus.* 102. *num.* 191. Duen. *reg.* 272. *in* 1. *limitat.* 42

Limita in eo, qui à Principe habet facultatem, & priuilegium testandi: quia per excommunicationem amittitur talis facultas & priuilegium. Gabriel. *pag.* 427. *colum.* 1. *num.* 9. *& seq.* 43

Limita in excommunicato, qui velit relinquere pro anima, quia tunc non potest hoc facere: quia incongruum est, quòd Ecclesia quid accipiat pro anima eius, qui decessit in peccato mortali. Capra *d. conclus.* 102. *num.* 193. *& sequentib.* vbi declarat Socinus *regul.* 133. *in* 3. *fallentia*, vbi etiam amplè de materia. 44

Infamis regulariter testari potest. Capra *conclusione* 102. *num.* 179. *& num.* 200. Clarus *de testament. quæst.* 25. Couarruuias *variar. resolut. pag.* 748. *vers. quartò liceat*, &c. 45

Limita remissiuè, vt per Capram *conclus.* 102. *num.* 199. Posui *in fragment. versic. infamis*. 46

Monachus an possit testari, vide suprà *in quæstione* 65. 47

Clericus an possit testari, vide suprà *in quæst* 54. 48

Filiusfamilias an possit testari, vide suprà *quæstione* 51. 49

Damnatus

50 Damnatus ad mortem, ad metallum, ad perpetuos carceres, an possit testari, *quæst.* 39. vbi etiam de deportato.

51 Bannitus an possit testari, vide *in Repert. Quæstion. criminalium, quæst.* 12.

52 Occidens seipsum an possit testari, *in Repertorio Quæstion. criminal. quæst.* 46.

53 Vsurarius manifestus ao possit testari, vide infrà *num.* 56. *& seqq.*

54 Sodomita an possit testari, *in Repert. Quæstion. crimin. quæst.* 21.

55 Damnatus ex libello famoso an possit testari, *in Repert. Quæstion. criminal. quæst.* 29.

56 Vsurarius manifestus testari non potest, nisi præstita cautione de restituendo vsuras, iuxta formam *cap. quanquam, de vsur. in 6.* & traditor per Couarruuiam *variar. resolut. pag.* 736. *num.* 3. *in fine, versic. cæterùm, & pag.* 748. *versic. quartò licet.* Clar. *de testament. quæst.* 26. *in princip.* Capra *conclus.* 102. *num.* 136. Viui. *pag.* 313. *à tergo.* Peguer. *decis. crimin.* 31. *num.* 6. Ad materiam vide Crassum *quæstione* 33. *in §. testamentum.*

57 Sed antequam ad vlteriora progrediamur, videndum est, quis dicatur vsurarius manifestus, in qno præter infrascripta vide generaliter per Doctores *in d. cap. quanquam, de vsur. in 6.* Bartol. *in l.* 2. *ff. de furt.* Federic. *consil.* 8. *&* 64. Abbas *consil.* 34. Cæpoll. *consil.* 58. Firman. *in Repert. verb. vsurarius,* per discursum.

58 Primò dicas, qoòd vsurarius manifestus dicitur ille, qui palam & publicè fœneratitiam artem exercet, ita vt ipsa euidentia facti excusari non possit, Decius *in l.* 1. *C. de eden. num.* 17. *versic. & maximè,* quem videas. Couar. *variar. resolut. pag.* 736. *versic. primum oportet.* Clar. *in pract. §. vsura, versic. sed hîc quæro.* Menoch. *de arbitrar. quæst. casu* 235. *num.* 16. Peguer. *in decis. crimin.* 31. *num.* 4.

59 Secundò, vsurarius manifestus dicitur ille, qui crimen ipsum in iudicio confessus est. Couartuuias *variar. resolut. pag.* 736. *versic. est item.* Clar. *in pract. §. vsura, in vers. sed hîc quæro.* Menoch. *cas.* 235. *num.* 20. Gabriel. *pag.* 810. *num.* 6. *& seqq.* Peguer. *d. decis.* 31. *num.* 4. *versic. tertiò dicitur.*

60 Tertiò, vsurarius manifestus dicitur ille, qui vsuras confessus fuit, etiam extraiudicialiter coram sacerdote, & testibus, ita vt id in plurium notitiam publicè deuenerit. Couartuuias *variar. resolut. pag.* 736. *versic. tertio loco.* Clar. *in pract. in §. vsura, versic. sed hîc quæro.* Menoch. *dict. casu* 235. *num.* 21. Gabriel. *pag.* 810. *num* 8. Quid si in ipso testamento fatetur se vsurarium. Foller. *in pract. criminal. in* 1. *part.* 3. *part. principalis, verb. etsi confitebuntur, num.* 93. Peguer. *d. decis.* 31. *num.* 4. *vers. secundò dicitur.*

61 Quartò, vsurarius dicitur manifestus, qui de vsura est a iudice per sententiam condemnatus. Couar. *variar. resolut. pag.* 737. *versic. quartò etiam,* &c. Clar. *in d. §. vsura, d. versic. sed hîc quæro.* Peguer. *d. decis.* 31. *num.* 4. *in fine.*

62 Et ideo etiam, qoòd quis sit testibus conuictus, non dicitur tameo manifestus vsurarius, nisi sequuta fuerit sententia. Couartuuias *dicta pag.* 737. *versic. quartò etiam.* Menoch. *dict. casu* 235. *num.* 32. Adde Gabriel. *pag.* 811. *num.* 9.

63 Aduerte tamen ad supradicta, quòd quatenus attinet ad materiam nostræ quæstionis, videlicet, an vsurarius manifestus possit testari; vsurarius non dicitur manifestus, nisi ille, qui palam & publicè fœneratitiam artem exercet; ita vt ipsa operis & pattati sceleris euidentia nollam habeat excusationem. Ad hoc igitur, vt in proposito vsurarius manifestus testamenti factione impediatur, non sufficit, quòd quis simpliciter sit confessus, vel condemnatus de crimine vsuræ, sed necesse est, quòd appareat, etiam publicè, assiduè, & frequenter, vt dicitur, tabulam & mensam paratam ad vsuras habuisse, vsurariámque artem in omnium, vel maioris partis conspectu exercuisse. Ita tradit per Couar. *variar. resolut. pag.* 739. *in fine, & seqq. versic. tandem,* &c. & pulchrè etiam per Menochium *d. casu* 135. *num.* 1. *& plurimis sequentib.* Peguer. *d. decis. crimin.* 31. *num.* 5. *versic. quam quidem extensionem.*

Aduerte secundò, quòd si credimus Gabrielio *in pag.* 811. *num.* 10. ad hoc, vt quis dicatur vsurarius manifestus, non sufficit eum apparere vsurarium post mortem, sed necesse est, quòd probationes sint in eius vita desumptæ, aliàs non habebit locum dispositio dicti *cap. quanquam.* 64

Cætera ad probationem vsurarij maoifesti videas in alio Repert. in materia, Vsura quomodo probetur, &c. 65

His sic præmissis, & firma remanente regula, de qua suprà *in num.* 56. quòd videlicet vsurarius manifestus non possit testari, oisi præstita cautione de restituendo vsuras, &c. eam amplia & limita pluribus modis, prout iofrà, videlicet: 66

Amplia I. qoòd tale testamentum nnn præstita huiusmodi cautione est ipso iure nullum. Couar. *variar. resolut. pag.* 736. *versic. cæterùm, & pag.* 748. *vers. quartò licet,* &c. Adde Peguer. *in dicta decis. crimin.* 31. *num.* 6. 67

Amplia II. quòd talis cautio debet esse vel pignore, vel fideiussore vestita. Clar. *de testam. quæst.* 26. *versic. sed quæro.* Imol. *conclus.* 24. *lib.* 3. quem videas, si hoc dicat. 68

Amplia III. etiam in vsurario, qui desiit vsuras exercere: quia adhuc eius testamentum non præstita supradicta cautione non valebit, secundùm magis communem, de qua per Clarum *de testament. d. quæst.* 26. *versic. item quæro,* & Couarruuiam *variar. resolut. pag* 749. *versic. nonò,* &c. Viuium *pag.* 315. *à tergo.* Peguer. *d. decis. crimin.* 31. *num.* 6. *versic. & hæc primò extendenda sunt.* 69

Limita hanc ampliationem, nisi vsurarius desiisset vsuras exercere, & iam factas restituisset: quia tunc frustratoria esset talis cautio. Clar. *de testament. d. quæst.* 26. *vers. item quæro.* 70

Amplia IV. quòd nec vsurarius manifestus non præstita sopradicta cautione poterit donare causa mortis secundùm tutiorem, magis communem, & animæ fauorabiliorem opinionem, de qua per Clarum *de donationib. quæst.* 7. Tiraquellum *de legib. connubialib. pag.* 458. *num.* 77. qoem videas, si hoc dicat. Couar. *var. resolut. pag.* 748. *versic. sextò eadem,* &c. & ita tenet Viui. *pag.* 314. Peguer. *d. decis. crimin.* 31. *num.* 12. vbi quòd hæc opinio est verior, & tutior pro conscientia & animæ salute. 71

Licèt multi relati per Clarum *in d. quæst.* 7. tenuerint contrarium, qui similiter testantur de magis communi, & per Viuium *in pag.* 314. 72

Amplia V. quòd nec statutum laicorum valet contra dispositionem *dicti cap. quanquam, de vsuris, in 6.* Couar. *variar. resolut. pag.* 748. *versic. quæro licet,* &c. Peguer. *d. decis. crimin.* 31. *num.* 10. 73

Amplia VI. vt nec codicillari poterit, oon præstita dicta cautione. Couar. *var. resol. d. pag.* 748. *versic. quintò idem erit,* &c. Peguer. *d. decis. criminal.* 31. *num.* 11. *vers. octauò hæc.* 74

Amplia VII. vt dispositio dicti cap. *quanquam,* 75

habeat

habeat etiam locum in testamento Iudæi manifesti vsurarij. Posui *in fragmentis, verb. Iudæus*, vide Couarruuiam *variar. resolut. pag.* 749. Peguer. *dict. decis.* 31. *num.* 11. *vers. septimò licet.*

76 Contrarium tenuerunt multi relati à Couar. *d. pag.* 740. & Gabriel. *pag.* 430. *num.* 8. Viui. *pag.* 314. *in fine.*

77 Amplia VIII. vt dispositio dicti cap. *quanquam*, procedat nedum in vsuras exercente sub nomine mutui, sed etiam in vsurario, qui sub nomine venditionis & emptionis vsuras exercet. Couar. *dicta pag* 749. *vers. octauò non tantùm*, &c. vide Peguer. *in d. decis. crimin.* 31. *num.* 11. *in princip.*

78 Amplia IX quòd licèt testamentum vsurarij præstita dicta cautione valeat, tamen irritatur, si testator post illud testamentum iterum vsuras exerceat, etiam secretè. Couar. *variar. resolut. pag.* 750. *versic. decimò quamuis*. Capra *conclus.* 101. *num.* 157. *& seqq.* vbi de communi. Peguer. *d. decis.* 31. *num.* 8.

79 Amplia X. quòd testameotum factum ab eo, qui non erat vsurarius, irritatur, si postea efficiatur manifestus vsurarius. Couar. *var. resolut. pag.* 750. *versic. vndecimò*, &c. Peguet. *d. decis* 31. *num.* 7.

80 Contrarium in hoc tenet Capra *dict. conclus.* 102. *num.* 162.

81 Amplia XI. quòd nec tale testamentum valet inter liberos. Gabriel *pag.* 429. *num.* 3.

82 Amplia XII. quòd nec legata ex hoc testamento nullo debentur, etiam quòd sint ad pias causas. Couat. *variar. resolut. pag.* 351. *vers. duodecimò*, &c. Gabriel. *pag.* 419. *num.* 4. Capra *conclus.* 101. *num.* 137. *& num.* 193. *& seqq.* Socin. *regul.* 133. *in* 2. *fallentia.* Peguer. *d. decis.* 31. *num* 9. *in princip.*

83 Limita hanc ampliationem, quando ex signis appareret hunc vsurarium manifestum decessisse, contritum, confessum & pœnitentem: quia tunc talia legata ad pias causas valida remanebunt. Couarruuias, & Gabrielius *vbi suprà*. Capta *conclus.* 101. *num.* 163. Peguet. post dictum *num.* 9. *in versic. sed Couarruuias*, &c.

84 Limita II. hanc eamdem ampliationem non procedere in relictis pro restitutione vsurarum & malè ablatis, quæ relicta, si de istis vsuris & malè ablatis aliter appareret, quàm per confessionem testantis, debentur ex hoc testamento nullo ob non præstitam cautionem. Capra *d. conclus.* 102. *num.* 166. *& seq.* vbi de communi.

85 Cætera in materia huius ampliationis videas per Capram *quæst* 45. in discursu.

86 Limita modò supradictam principalem conclusionem, quòd videlicet vsurarius manifestus non possit testari, nisi præstita cautione, &c. non procedere, si post conditum testamentum per testatorem ante eius mortem præstetur talis cautio: quia tunc tale testamentum reconualescit, secundùm magis communem, de qua per Clarum *de testament. quæst.* 26. *versic. sed pone quòd.* Couar. *pag.* 750. *versic. duodecimò*, &c. Gabriel. *pag.* 420. *num.* 1. vbi de communi, (licèt aliqui *ibi* per eum relati *num.* 139. *& sequentib.* similiter contrarium dixerint.) adde pro limitatione Peguer. *d. decis.* 31. *num.* 13.

87 Igitur non sufficit, quòd talis cautio præstetur per hæredes testatoris post eius mortem; sed debet præstari ante mortem. Capta *d. conclus.* 102. *num.* 160. Viui. *pag.* 313. *à tergo.*

88 Benè verum est, quòd talis cautio potest præstari per procuratorem specialiter ad id per testatorem deputatum ante eius mortem, vt per Gabrielium *pag.* 419. *num.* 2. immò sufficit eam præstari post mortem testatoris, dummodo præstetur de ipsius testantis speciali mandato, vt per Capram *d. conclus.* 102. *num* 161. & Viuium *pag.* 313. *à tergo*, vbi de communi.

Ebrius an testari possit, posui *in Repert. contract. versic. ebrius, num.* 46. inter diuersa in fragment.

Ad ea, quæ de testamento cæci suprà tradita sunt, 89
num. 19. *& seqq.* adde quòd is dicitur cæcus in materia *d. l. hac consultissima*, qui vtriusque oculi aciem prorsus amisit: secùs si haberet pupillam oculi obscuratam, quia non per hoc dicitur cæcus. Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 57. *in communib. opinionib. lib.* 1. *versic. & is dicitur cæcus.* Mascard. *conclus.* 278. *num.* 2.

Et cæcus de præterito non præsumitur cæcus de 90
præsenti. Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 57. *d. versic. & is dicitur*, &c. Idipsum pluribus comprobat Mascardus *conclus.* 278. *num.* 4. *& seqq.* propterea testes singulares non probant quem cæcum, sed debent deponere de tempore conditi testamenti, *ibid. in versic. declarant prædicta*, &c. *in fine.*

Et ad hoc vt concludenter probetur cæcitas, ne- 91
cesse est, quòd testes dicant semper eum vidisse cæcum, & associatum. Ioseph. *d. conclus.* 57. *versic. & ad hoc*, &c. meliùs explicat probationem cæcitatis Mascard. *d. conclus.* 278. *num.* 1.

Et scias in materia, quòd licèt testamentum cæci 92
sine solemnitatibus, *l. hac consultissima*, non valeat vt testamentum, valet tamen vt donatio causa mortis. Item valet tanquam mortis causa capio. Item valet in vim alterius relicti, quando in eo adsunt clausulæ codicillares, & similes, vel clausula, *& alio quocunque iure*, &c. Ioseph. Ludouic. *d. conclus.* 57. *versic. ampliatur secundò dicta conclusio*, *& seqq.* licèt aliqui *ibi* relati contrarium dixerint.

Et in testamento ad pias causas prædictas solem- 93
nitates non requiri dicit communem Ioseph. Ludou. *d. conclus.* 57. *versic. limitatur primò*, *& seq.* vbi hoc declarat procedere non extantibus filiis, seu aliis descendentibus: secùs illis extantibus, quibus non potest præiudicari etiam fauore piæ causæ, vt *ibi*, & vide eumdem *in conclus.* 67. *in* 2. *limitat.*

Accusatus de crimine regulariter testari potest, 94
l. qui à latronibus, §. finali, & l. si quis post accusationem, ff. de testament. cum aliis per Gigant. *de crimin. læsæ maiest. lib.* 2. *tit. de pœnis*, &c. *quæst.* 28. vbi quòd fallit in accusato de eo crimine; & hanc fallentiam declarat, dummodo accusatus condemnetur; secùs si absoluatur, *& quæst.* 31. vbi quòd reus læsæ maiestatis; nec etiam habet testamenti factionem passiuam; sed isto casu hæreditas cui deferatur, an fisco, an venientibus ab intestato, dixi *in Repert. criminalium Quæstion. quæst.* 11. *num.* 103. *& quæst.* 12. *num.* 11. *& seqq.*

Meretrix an & quando, & de quibus bonis possit testari, vide infrà *in fragment. versic. Meretrix, num.* 1. inter diuersa.

QVÆSTIO LXXV.

Hæres non conficiendo Inuentarium quas pœnas incurrat. Et è contra illud conficiendo quas vtilitates consequatur; & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Inuentarij vtilitates in genere.*
2. *Hæres confecto inuentario non tenetur vltra vires, secùs si inuentarium non confecit.*

Inuen

Inuentarium conseruat haredi omnia iura. ibid.
Inuentarium facit censeri hareditatem iacentem. ibidem.
3. *Sed quid in Clerico, seu Religioso.*
4. *Quid in Milite.*
5. *Quid in muliere, seu rustico.*
6. *Quid in minore.*
7. *Quid in tutore, seu curatore.*
8. *Quid in furiosi curatore.*
9. *Quid in administratore vniuersitatis.*
10. *Quid in patre filio succedente, seu pro eo adeunte, & sequent.*
12. *Quid in fisco harede.*
13. *Quid in fideicommissario, seu substituto, & sequent.*
15. *Quid in harede pro parte tantùm.*
16. *Quid in Iudais, hareticis, & excommunicatis, & sequent.*
18. *Quid si debitum sit mixtum.*
19. *Quid si sit facta noua obligatio per haredem.*
20. *Quid in harede illius, qui si viueret, non teneretur, nisi in quantum facere posset, vbi etiam de harede illius, qui cessit bonis.*
21. *Quid in harede pauperis, seu ignobilis.*
23. *Quid in harede paupere.*
Quid si creditores fassi sunt non adesse alia bona. num. 22.
24. *Quid si statutum, vel consuetudo contrarium disponat.*
25. *Quid si haredi remissa est confectio inuentarij.*
26. *Quid in ijs, qui succedunt alio iure, quàm hareditario.*
27. *Quid in foro conscientia, seu de iure Canonico.*
28. *Quid si ex coniecturis apparet, quòd hares non confecit inuentarium non in fraudem creditorum, sed bona fide.*
29. *An teneatur vltra vires, &c. quoad fideicommissarium.*
30. *Quid in Ecclesia, seu monasterio haredibus.*
31. *Quid si hares fuit impeditus.*
32. *Quid si hares amisit inuentarium.*
33. *Hares infra tempora inuentarij non potest conueniri. vbi etiam de materia.*
34. *Idem est infra tempora deliberandi.*
Quia priuilegia concessa iuri deliberandi, militant etiam in inuentario, licèt non è contra, ibid.
35. *& hac exceptio impedit litis contestationem.*
36. *Item impedit exequutionem sententia.*
37. *Sed an possit conueniri actione hypothecaria.*
38. *Sed quid si hares adiuit hareditatem, licèt non confecerit inuentarium.*
39. *Sed quid si hareditas sit lucrosa.*
40. *Et an possit ipse debitores conuenire.*
41. *Et ab eis reconueniri.*
42. *Sed quid si inuentarium sit perfectum, sed non lapsum tempus.*
43. *Item quid si inuentarium sit confectum, sed non adita hareditas.*
44. *Et an possit conueniri pro legatis pijs, alimentorum, & simil.*
45. *Et an pro commodato, locato, pigneratitio, deposito.*
46. *Sed quid si lis sit cœpta cum defuncto.*
47. *Item quid si conueniatur pro restitutione vsurarum.*
48. *Vel pro impensis funeris.*
49. *Vel pro debito nouato cum harede.*
50. *Et an possit conueniri rei vendicatione.*
51. *Hares non conficiendo inuentarium an prasumatur dolosus: & an contra eum iuretur in litem, & sequentib.*
54. *Hares confecto inuentario potest soluere creditoribus vnum pro alio.*
55. *Amplia etiam quòd creditor habeat hypothecam, vel pactum de ingrediendo, &c.*
56. *Amplia etiam quòd hares ipse promisisset soluere.*
57. *Amplia, quia potest etiam assignare sibi nomina debitorum.*
58. *Limita quando haredi non refert vnum pro alio soluere.*
59. *Limita in debito consistente in certa re, corpore, vel specie.*
60. *Limita quando id quod debetur extat.*
61. *Hares vendendo res hareditarias pro satisfaciendis creditoribus, non tenetur de euictione: ac emptor est securus, nec potest molestari ab alijs creditoribus, & num. 62.*
63. *Amplia etiam quòd res vendita esset alteri hypothecata.*
64. *Limita nisi res vendita esset alicui legata.*
65. *Limita quando res vendita non erat defuncti.*
66. *Limita quando res fuit vendita, vt res haredis.*
67. *Limita quando pretium rei fuit solutum creditoribus, alias secùs.*
68. *Limita quando creditor non haberet alibi regressum.*
69. *Hares confecto inuentario potest creditoribus primò venientibus, licèt posterioribus in iure tutè soluere, & est securus.*
Quod amplia, & limita vt in dicto num. 69. vsque ad num. 77.
77. *Inuentarium non conficiens non amittit nisi beneficia à iure expressa.*
78. *Hares an possit cogi ad conficiendum inuentarium.*
Feudatarius conficiens inuentarium, an teneatur ad debita defuncti num. 26.

ÆRADIS inuentarium ipsum hæredem conseruat sine damno. Item ei conseruat omnia lucra. Item secernit bona hæredis à bonis defuncti. Item facit censeri hæredem, ac si non adiuisset. Quia facto inuentario hæres duas personas repræsentat, suam scilicet, & defuncti. Monticul. *de inuentar. pag.* 10 *num.* 39. *& pluribus sequentib.* vbi infert ad plura, quæ *ibi* videre poteris in casu occurrenti: & alias vtilitates præter infrascriptas videas particulariter per eumdem Monticul. *pag.* 61. *& seqq. vsque ad pag.* 110. *& pag.* 134. *& sequentib. omnibus,* in discursu. Roland. *consil.* 73. *num.* 28. *volum.* 2. vbi remissiuè. 1

Sed deueniendo ad speciales, & particulares vtilitates inuentarij, sciendum est quòd

Prima vtilitas inuentarij ea est, vt hæres illud non conficiendo teneatur nedum creditoribus hæreditariis, sed etiam legatariis vltra vires hæreditatis. Conficiendo autem inuentarium non tenetur, nisi quatenus est in hæreditate. Sumitur hæc vtilitas & conclusio ex traditis per Monticul. *in tractat. de inuentar. pag.* 2. *à tergo, num.* 1. *&* 2. *& pag.* 4. *num.* 11. *&* 18. *in fine, & pag.* 11. *num.* 40. *& pag.* 61. *à tergo num.* 1. *&* 2. *& pag.* 103. *à tergo. num.* 177. *& sequentib.* Benincas. *de paupert. pag.* 205. *num.* 14. 6. 48. *&* 53. Cotta *in memoral. verb. inuentarij confectio multùm prodest haredi, pag.* 453. Villalobos. *litter. I. num.* 96. *in additionib.* Roland. *consil.* 73. *num.* 1. *volum.* 2. Magon. *decis. Lucen.* 6. *num.* 40. *& sequentib.* facit Roland. *consil.* 44. *num.* 6. *volum.* 3. vbi quòd beneficium inuentarij conseruat hæredi omnia iura, perinde ac si hæreditatem non adiuisset, facitque censeri hæreditatem iacentem. 2

3 Amplia hanc primam vtilitatem inuentarij, ac conclusionem pluribus modis. Et

Primò, vt hæres etiam quòd sit Clericus, seu Religiosus non conficiendo inuentarium, tenetur vltra vires hæreditatis. Monticul. *de inuent. pag.* 27. *num.* 11. *& pag.* 30. *num.* 37.

4 Amplia II. vt etiam quòd sit miles, tamen teneatur vltra vires hæreditatis, si inuentarium non confecit. Monticul. *de inuentar. pag.* 30. *num.* 37. *& pag.* 122. *num.* 13. *& pag.* 160. *num.* 201. Tiriex. *de testament. coniug. pag.* 74. *à tergo, num.* 1. *& sequentib.* quem videas.

5 Amplia III. vt ab hac confectione inuentarij nec etiam excusetur mulier, seu rusticus. Monticul. *de inuentar. pag.* 6. *num.* 20. vbi remissiuè, *& pag* 31. à tergo. Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 194. *num.* 67. vbi quòd rusticus quoad venientes ab intestato excusatur à confectione inuentarij; quia illi agunt de lucro captando: secus quoad creditores, qui tantummodò agunt de damno vitando.

6 Amplia IV. vt nec etiam minor excusetur à confectione inuentarij ad hoc ne teneatur vltra vires hæreditatis. Benè verum est, quòd minor isto casu habet postea regressum contra tutorem, vel curatorem, qui omisit inuentarium facere. Et si tutor,
7 vel curator non est soluendo, restituitur in integrum. Monticul. *de inuentar. pag.* 76. *num.* 69 *& pag.* 31. *à tergo*, vbi ampliùs, quòd creditores isto casu habent actionem aduersùs tutorem, seu curatorem, qui non fecit inuentarium. Et *pag.* 34. *num.* 61. vbi quòd nec inuentarium tutoris, quod facit in susceptione tutelæ, non prodest pupillo. Vide pro primo dicto Tiricæum *de testament. coniug. pag.* 74. *à tergo, num.* 1. *& seqq.* in discursu, videas, inquam, quid dicet.

8 Amplia V. vt furiosi curator non conficiendo inuentarium hæreditatis delatæ ipsi furioso, tenetur vltra vires ipsius hæreditatis. Monticul. *de inuentar. pag.* 31. *à tergo.*

9 Amplia VI. vt administrator alicuius municipij, seu vniuersitatis adeundo sine confectione inuentarij hæreditatem delatam ipsi vniuersitati, tenetur vltra vires, &c. Monticul. *in tract. de inuent. pag.* 31. *à tergo.*

10 Amplia VII. vt pater qui filio succedit, teneatur vltra vires hæreditatis, si inuentarium non confecit. Montic. *de inuent. pag.* 28. *num.* 14.

11 Amplia VIII. vt pater, qui adit hæreditatem delatam filio suo nomine ipsius filij, si inuentarium non confecit, tenetur de suo vltra vires, &c. Monticul. *de inuentar. pag.* 31. *num* 42. vbi etiam de materia, *& pag.* 127. *sub num.* 139. vbi dat formam istius inuentarij.

12 Amplia IX vt etiam fiscus teneatur facere inuentarium, si non vult teneri de suo vltra vires hæreditatis. Monticul. *in tract. de inuentar. pag.* 27. *num.* 10. nisi succederet in bonis delinquentis: quia tunc non tenetur de suo, etiam quòd inuentarium non confecerit: vt infrà videbimus *in* 7. *limitatione.* Posui *in quæst.* 25. *num.* 183.

13 Amplia X. vt etiam fideicommissarius vniuersalis, si inuentarium non confecit, teneatur creditoribus vltra vires hæreditatis. Monticul. *de inuentar. pag* 30. *num.* 41. vbi de magis communi, *& pag.* 98. *num.* 157. licèt contrarium asserat *in pag.* 35. *num.* 66.
14 Et hæc eadem ampliatio procedet etiam in substituto pupillariter, qui nisi inuentarium conficiat, tenebitur etiam ipse vltra vires hæreditarias: nec ei proderit inuentarium hæredis grauati, vt per Monticul. *pag.* 100. *num.* 164. vbi hoc limitat non procedere in substituto vulgariter, cui proderit inuentarium sui hæredis grauati, vt *ibi* per eum. Sed in hoc an inuentarium hæredis grauati prosit fideicomissario, seu substituto, vide *ibid. pag.* 34. *num.* 55. *& seqq. & num.* 66. *& pag.* 98. *num.* 157. vbi pro & contrà.

Amplia XI. vt siue hæres sit in totum, siue pro 15
parte non faciendo inuentarium, tenetur vltra vires hæreditatis. Monticul. *de inuent. pag.* 32. vbi etiam an vnus ex cohæredibus possit non conficiendo inuentarium alteri præiudicare. In quo dicas quòd non, vt *in pag.* 123. *num.* 19. vbi etiam quòd si omnes hæredes non faciunt inuentarium, an vnus teneatur pro alio.

Amplia XII. vt Iudæi etiam conficiendo inuen- 16
tarium, gaudeant eius beneficio, nec teneantur vltra vires hæreditatis. Monticul *de inuentar. pag.* 32. *à tergo, & pag.* 51. *num.* 57. & idem est in hæreticis, & 17
excommunicatis in casibus, in quibus sunt capaces hæreditatis sibi delatæ, vt *ibidem* per Monticulum *pag.* 33.

Amplia XIII. vt hæres conficiendo inuenta- 18
rium non teneatur creditoribus vltra vires hæreditatis; etiam quòd debitum sit mixtum: puta quando defunctus & hæres erant correi debendi. Cotta *pag.* 433. Monticul. *de inuentar. pag* 62. *num.* 2. vbi allegantur concordantes, quos tamen ipse videtur reprobare; & ideò distingue, vt per eumdem *in pag.* 136. *num.* 76.

Amplia XIV. vt hæres conficiendo inuentarium 19
non teneatur vltra vires hæreditarias, etiam quòd debitum sit contractum per ipsum hæredem; ex causa tamen hæreditaria, secundùm Benincasam *de paupert. pag.* 215. *num.* 48. Sed vide Monticulum *de inuentar. pag.* 11. *num.* 41. *in fine*; vbi dicit, quòd si hæres nouam subeat obligationem, etiam super rebus & contractibus hæreditariis, non iuuatur inuentario: hæres enim paciscendo cum creditoribus, inuentarij priuilegium amittit, vt *ibidem* per Montic. *pag.* 62. *sub num* 2. *& pag.* 63. *versic. fallit* 2. *& pag.* 69. *num.* 33. & Boër. *decis.* 53. *num.* 8. *part.* 1.

Limita supradictam primam conclusionem, seu 20
primam inuentarij vtilitatem pluribus modis. Et

Primò in hærede illius, qui si viueret, non teneretur creditoribus, nisi in quantum facere posset. Is, inquam, hæres, etiam quòd inuentarium non confecerit, tamen ipse non tenetur vltra vires hæreditarias de suo. Monticul. *in tract. de inuent. pag.* 28. *num.* 18. *& sequentib.* vbi particulariter exemplificat in hærede vsurarij coniugis, qui sit debitor alteri coniugi; socij qui sit debitor alterius socij: patris debitoris filij; patroni debitoris patronæ: donantis debitoris donatarij; & aliis, de quibus *ibi* per eum. Aduerte tamen quòd licèt cedens bonis non possit ampliùs molestari; tamen illius hæres non confecto inuentario tenetur creditoribus de suo: nec in eum transit priuilegium cessionis bonorum, vt per Sarmient. *select. de interpretat. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 7.

Limita II. in hærede alicuius pauperis, seu igno- 21
bilis, qui parùm reliquit in sua hæreditate: iste enim hæres non tenetur vltra vires hæreditarias; etiam quòd inuentarium non confecerit, maximè si hæres sit vir probus. Monticul. *de inuentar. pag.* 30. *num.* 38. vbi tamen dubitat de hac limitatione.

Limita III. quando ipsi creditores fassi essent 22
bona hæreditaria non sufficere ad satisfactionem creditorum: vel si faterentur non adesse alia bona in hæreditate defuncti, nisi quæ hæres manifestauit:

tunc

tunc enim etiam quòd hæres non confecerit inuentarium, tamen non tenebitur creditoribus vltra vires,&c.Mont.de inuent.pag.31. n.39. vbi tamen dicit, quod isto casu amittit falcidiam.Cotta in suis memoral.pag 434. Cæpoll.cautel...Mathes.singul.157.in additionibus.pag.343.

23 Limita IV. in hærede paupere, qui etiam quòd non confecerit inuentarium;tamen non tenetur creditoribus vltra vires, &c. Quinimmò hæres pauper gaudet omnibus beneficiis inuentarij, vt per Benincasam de paupert. pag.217. num.16.

24 Limita V. nisi statuto, vel consuetudine caueatur, vt inuentarij confectio nihil prodesset hæredi: vel eius omissio nihil hæredi noceret, vt per Monticul.in tract.de inuent pag.8. num.29. & seqq.& pag.62. num.3. vbi etiam idem in præcepto testatoris, & pag.20. à tergo.num.11.

25 Limita VI.in hærede, cui à testatore remissa fuit confectio inuentarij: quia is non tenetur vltra vires, &c. sed ista limitatio fuit posita in alio Repert. in vltim voluntatib verb.inuentarium; vbi generaliter agitur, quando valeat remissio inuentarij.

26 Limita VII.supradictamconclusionem non procedere in iis, qui succedunt alio iure, quàm hæreditario, puta fisco bona delinquentis occupante, Monasterio bona ingressi, arrogatore bona arrogati, & similibus. Qui etiam quòd inuentarium non confecerint, tamen non tenentur creditoribus vltra vires hæreditatis, vt per Monticulum de inuentar. pag.10. à tergo in 7. reg. & pag.13. num. 47. & pag.27. num.10. & pag.28. num.14. 15.& 16. & pag. 223. num. 18. de fisco dixi in titul. de delict. quæst.25. num 183. Quid de feudario succedente in feudo, & fecit inuentarium, an teneatur ad debita defuncti. Roland.consil.44. per totum, volum.3.

27 Limita VIII.in foro conscientiæ: in quo si hæres omisit inuentarium bona fide, & sine fraude, non tenetur vltra vires hæreditatis; nec aliquam patitur pœnam, vt per Monticul.de inuentar.pag.18. à tergo num.4. & sequentib. Cotta pag.436. Mathes. singul.157. in additionibus, pag.343. benè verum est, quòd in foro fori etiam de iure canonico tenetur vltra vires, &c. non conficiendo inuentarium, secundùm receptissimam opinionem, de qua ibidem per Monticulum pag.19. num.7. & sequentib. & pag. 30. num. 39. Benincasa de paupertate, pag. 205. numer.12.

28 Limita IX. Quia hæres non conficiendo inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditarias, nec incurrit pœnam aliquam; quando scilicet iudex inspectis circunstantiis loci, causæ, rei, temporis & personarum, facilè poterit coniicere, quòd hæres omiserit inuentarium, non animo defraudandi legatarios, seu creditores: præsertim quando hæres esset vir iustus & probus; quia in eo talis præsumptio fraudis cessat.Montic.de inuentar.pag.20.à tergo, sub num.10. & pag.21. sub num.11.

29 Limita X. licèt hæres non conficiendo inuentarium teneatur vltra vires hæreditarias quoad legatarios & fideicommissarios particulares: tamen secùs est quoad fideicommissarium vniuersalem, cui non tenetur, nisi quatenus reperiatur in hæreditate tempore fideicommissi, etiam quòd inuentarium non confecerit. Montic. de inuent. pag.26. num.6. & pag.29. num.34.

30 Limita XI.in Ecclesia,seu Monasterio:licèt enim non faciant inuentarium, tamen non tenentur vltra vires hæreditatis. Monticulus de inuentar. pag. 27. num.11. Aduerte tamen, quòd administrator Ecclesiæ adeundo sine confectione inuentarij tenetur ipse de suo vltra vires hæreditarias, vt ibidem pag.31. à tergo. Ad quod faciunt superiùs tradita num.9. vide Redoan. de reb. Eccles. non alienan. pag.332. num.2. 3.& 4. vbi quòd communis est opinio, quòd Ecclesia tenetur vltra vires, & de suo, si Prælatus non confecit inuentarium: sed restituitur aduersùs talem omissionem, vide ibi.

Limita XII. in hærede, qui inuentarium non 31
confecit legitima causa impeditus, puta peste, bello, fame, seu alio simili infortunio: is, inquam, non tenetur vltra vires hæreditarias. Monticul.de inuent. pag.110. num.4.

Limita XIII.quando hæres iam confecit inuen- 32
tarium, sed illud amisit Notarius: quia tunc non tenetur vltra vires hæreditatis. Monticul. de inuentar. pag.110. num.6.

Secunda inuentarij vtilitas est, vt hæres infra 33
tempora conficiendi inuentarij non possit à creditoribus, seu legatariis conueniri. Montic. in tract.de inuentar. pag. 56. à tergo, num.6. & pag. 65. à tergo, num.20. & pag.152. num.158. Boët. decis.53. num.1. part.1. Firman. in Repert. verb. hæres deliberat, versic. finali, vbi etiam de materia. Cæpoll. caut.224. Viui. pag.62. versic. Exceptio opposita. Dueñas regul. 267. Scias tamen in materia, quòd habemus Bullam Pij quarti editam de anno 1563. super reformatione signaturæ iustitiæ,qua cauetur, quòd proposita causa discussionis ad instantiam hæredis non debet ex ea impediri creditores, qui habent instrumenta liquida; sed debent consequi suum creditum data per ipsos cautione de restituendo creditoribus anterioribus.

Amplia hanc secundam conclusionem, & inuen- 34
tarij vtilitatem, vt sicut hodie hæres infra tempora conficiendi inuentarium non potest à creditoribus conueniri: ita etiam & olim non poterat conueniri infra tempora deliberandi, vt per Monticul. de inuentar.pag.65. à tergo, sub num.20. omnia enim priuilegia concessa olim iuri deliberandi sunt hodie concessa inuentario, licèt non è contra: vt per Monticulum pag. 154. num.166. & pluribus alijs sequentibus.

Amplia II. vt hæc exceptio, quam opponit hæ- 35
res conuentus, quòd videlicet non potest conueniri infra tempora inuentarij, est talis, vt impediat litis contestationem, & ingressum, vt per Viuium pag.62. & Duen. reg.267.

Amplia III.vt hæc eadem exceptio opposita post 36
sententiam impediat illius executionem, vt per Viuium pag.62. à tergo. Monticul. de inuent. pag.152. num.159. Boët. decis.53. num.3. part.1. vbi hoc limitat non procedere, quando hæredi fuisset priùs datus terminus ad proponendum omnes suas exceptiones: tunc enim in executione sententiæ, nec etiam poterit opponere istam: vt videre est ibi per eum.

Amplia IV. vt infra tempora conficiendi inuen- 37
tarij non potest etiam hypothecaria actione conueniri: vt per Monticulum de inuentar. pag. 153. num.164.

Amplia V. vt infra tempora conficiendi inuen- 38
tarij hæres non possit conueniri etiam quòd adierit hæreditatem. Monticul. de inuentar. pag. 65. à tergo, sub num. 20. Sed in hoc aduerte, quòd si hæres adiuerit hæreditatem, adhucque non compleuerit inuentarium; nihilominus si iudici constaret hæreditatem esse opulentam, poterit isto casu cogere ipsum hæredem ad soluendum; etiam quòd sit infra

tempora conficiendi inuentarium, vt *ibi* per Monticulum, *pag.* 56. *num.* 6.

39 Amplia VI. vt hæres non possit conueniri infra tempora conficiendi inuentarij, etiam quòd hæreditas esset luctosa. Boër. *decis.* 53. *num* 7. *part.* 1. Firman. *in Repert. verb. hæres deliberat, dicto vers. finali.* vide quæ dicta sunt suprà *in quæst. anteced. num....*

40 Limita hanc secundam conclusionem & vtilitatem pluribus modis. Et

Primò quòd licèt hæres infra tempora conficiendi inuentarij non possit conueniri à creditoribus: tamen poterit benè debitores conuenire. Montic. *de inuent. pag.* 66. *num.* 20. *in fine, & pag.* 153. *num.* 164. Benincas. *de paupert. pag.* 208. *num.* 25. *& seq.* Boër. *decis.* 53. *num.* 4. *&* 6. *part.* 1. vbi declarat.

41 Limita II. & illatiuè supradictam conclusionem, vt scilicet licèt hæres non possit conueniri infra tempora conficiendi inuentarium: tamen si ipse conueniat debitores, vt modò dictum est, poterit ab eisdem conuentis reconueniri. Duen. *regul* 267. Montic. *in tract. de inuentar. pag.* 153. *num.* 162.

42 Limita III. quando esset perfectum inuentarium, licèt non fuerit lapsum tempus datum ad illud perficiendum, tunc enim hæredem posse conueniri nihil impedit, vt per Monticul. *de inuent. pag.* 56. *num.* 6. *& pag.* 152. *num.* 139. Cæpoll. *cautel.* 224. *in fine.* Ad-
43 uerte tamen quòd si hæres non adiuit hæreditatem, tunc non potest conueniri, etiam quòd confecerit inuentarium, ac etiam quòd sit lapsum tempus illud conficiendi, quia creditores isto casu debent petere à Iudice, vt præfigatur hæredi tempus, infra quod debeat vel adire, vel repudiare: vt videre est apud Monticulum *de inuentar. pag.* 56. *à tergo, num.* 6.

44 Limita IV. in legatis piis, quæ non patiuntur dilationem, puta in legatis alimentorum, pro quibus hæres conuenitur etiam infra tempus conficiendi inuentarium, vt per Firman. *in Repert. verb. hæres deliberet, vers. finali.* Viui *pag.* 62. *in fine.* Duen. *regul.* 267. *in* 4. *limitat.* Monticul. *de inuentar. pag* 153. *num.* 162. vbi idem in legato facto pauperibus, & pro anima ipsius testatoris defuncti.

45 Limita V. quia hæres infra tempora conficiendi inuentarij potest conueniri pro commodato, deposito, pignerato, & locato. Firman. *in Repert. in d. vers. finali,* & Monticul. *de inuentar. pag.* 153. *num.* 164.

46 Limita VI. quando lis esset cœpta cum defuncto: nam tunc poterit prosequi etiam contra hæredem, etiam infra tempora conficiendi inuentarium, vt per Boër. *decis.* 63. *num.* 7. *part.* 1. vbi videas.

47 Limita VII. quando hæres conueniretur ad restitutionem vsurarum à defuncto perceptarum. Firman. *in Repert. in verb. hæres deliberat, versic. final.* Viui. *pag.* 62. *à tergo.* Duen. *reg.* 267. *in* 1. *limit.* Monticulus *in tract. de inuentar. pag.* 153. *num.* 162.

48 Limita VIII quando hæres conuenitur pro impensis funeris. Firman. *in Repert. d. versic. finali.* Viui. *pag.* 63 Duen *regul.* 267. *in* 3. *limit.* Monticul. *pag.* 153. *num.* 162. vbi quòd non est idem in impensis medicinarum.

49 Limita IX. in debito hæreditario renouato ex noua obligatione inita cum hærede, pro quo poterit conueniri etiam infra tempora conficiendi inuentarium. Boër. *decis.* 53. *num.* 8. *part.* 1. faciunt superiùs tradita *num.* 19.

50 Limita X. in hærede conuento rei vindicatione. Viui. *pag.* 63. vbi de magis communi: licèt aliqui ibi per eum relati tenuerint contrarium. Mont. *de inuent. pag.* 152. *num.* 161. *&* 164.

Tertia vtilitas inuentarij ea est, vt hæres illud non 51
conficiendo præsumatur dolosus, vt per Monticulum *in tract. de inuentar. pag* 10. *à tergo, num.* 6. vbi tamen non se firmat. *& pag.* 13. *num.* 45. vbi quòd ex hoc præsumitur res hæreditarias subtraxisse: & idem tradit *in pag.* 149. *num.* 147. ideo contra eum iuratur in litem, vt etiam *in pag.* 66. *num.* 22. *& pag.* 159. *num.* 196. *& sequent.* vbi declarat. Non conficiendo enim inuentarium lex præsumit, quòd voluerit fraudare legatarios, & creditores, vt *ibidem pag.* 18. *num.* 4. *& pag.* 19. *sub num.* 3. & aliquid *in pag.* 103. *num.* 176. quæ omnia cessant, si confecisset inuentarium.

Contrarium, quòd immò hæres ob non confe- 52
ctionem inuentarij non præsumatur dolosus; maximè si sit vir probus, nobilis, seu religiosus, tenent alij relati à Monticul. *dict. pag.* 13. *num.* 46. à quibus nec ipse dissentire videtur. posui *in fragmentu verb. hæres.*

Quarta vtilitas inuentarij ea est, vt confecto 53
inuentario hæres possit soluere creditoribus hæreditariis, & legatariis vnum pro alio. Et sic si debetur pecunia, potest in solutum dare bona hæreditaria. Benincas. *de paupert. pag.* 216. *num.* 30. Anchatan. *quæst.* 64. *part.* 2. Monticul. *de inuentar. pag.* 63. *num.* 8. *& pag* 68. *num.* 27. vbi de communi, *& pag.* 138. *num.* 90. vbi etiam aliqua in materia, & *ibidem num.* 91. vbi etiam quòd tradendo rem pro pecunia non tenetur de euictione, *& pag.* 142. *num.* 112. *& seqq.* vbi è contrà, quòd potest solui etiam pecunia pro re debita. Faciunt tradita in alio Repertorio *in Contractib. in versic. creditori aliud pro alio.*

Amplia hanc quartam conclusionem, & vtilita- 54
tem inuentarij primò procedere, etiam quòd creditores haberent hypothecam, vel pactum ingrediendi propria auctoritate vt per Anchar. *d. quæst.* 64.

Amplia II. etiam quòd ipsemet hæres promisis- 55
set soluere debita testatoris: quia adhuc potest soluere vnum pro alio. Anchar. *dict. quæst.* 64. *num.* 15. *part.* 2.

Amplia III. vt etiam hæres isto casu possit assi- 56
gnare creditori tot nomina debitorum. Anchar. *d. quæst.* 64. *num.* 16. Montic. *de inuentar. pag.* 68. *num.* 30. *& pag.* 138. *num.* 91.

Limita hanc quartam vtilitatem primò non pro- 57
cedere, quando hæredis non refert tradere potius pecuniam, quàm rem: quia tunc si debetur pecunia, ea debet solui, & non res. Montic. *de inuent pag.* 141. *num.* 110.

Limita II. in legato consistente in certa re, cor- 58
pore, vel specie: quia legatum istud præcisè est soluendum, nec pro eo aliud solui potest. Monticul. *de inuentar. pag.* 63. *num.* 8. & generaliter scias, quòd quando debitum consistit in aliqua specie; tunc per hæredem non potest solui alia species: quia supradicta quarta conclusio solùm habet locum in creditore pecuniæ, generis, vel quantitatis: vnde secùs in creditore speciei. Monticul. *pag.* 141. *num.* 19.

Limita III. quando pecunia debita extaret; quia 59
tunc non potest solui res alia pro pecunia debita. Monticul. *pag.* 63. *d. num.* 8. *& pag.* 141. *sub num.* 10. vbi generaliter, quòd quando res debita extat, tunc hæres non potest vnum pro alio soluere.

Quinta vtilitas inuentarij ea est, quòd si hæres 60
confecto inuentario vendat aliquas res pro satisfaciendis creditoribus, non solùm ipse hæres venditor non tenetur de euictione, vt per Monticul. *de inuent. pag.* 67. *num.* 28. *& pag.* 74. *num.* 60. *& pag.* 106. *à tergo,*

62 *tergo, num.*150. sed isto casu emptor ipse, seu tertius possessor non potest molestari ab aliis creditoribus: quod secus esset, si inuentarium non fuisset confectum Benincas. *de paupert. pag.*216. *num.*51. Monticul. *de inuent. pag.*97. *num.* 155. *& pag.* 106. *à tergo, num.*190. *& pag.*139. *num.*95.

63 Amplia hanc quintam vtilitatem, & conclusionem, vt videlicet isto casu emptor rei hæreditariæ non possit molestari, etiam quòd illa res empta esset alteri hypothecata. Inuentarium enim isto casu operatur exclusionem hypothecæ. Monticul. *de inuent. pag* 139. *num.*96. *&* 97.

64 Limita I. quando res ista empta esset alicui specialiter legata: quia talis legatarius semper poterit illius emptorem molestare, non obstante confectione inuentarij venditoris, *ibid.* per Monticulum *pag.*139. *num.* 96. *&* 97. *in fine*, vbi sublimitat hanc eamdem limitationem.

65 Limita II. quando res vendita per hæredem non erat defuncti, sed alterius: quia illius dominus poterit eam semper euincere, non obstante inuentario hæredis venditoris. Monticul. *de inuentar. dicta pag.*140. *num.*98.

66 Limita III. quando hæres rem illam vendidisset, non vt hæreditariam, sed vt suam: quia tunc similiter non obstante inuentario emptor non erit securus. Monticul. *d.pag* 139. *num.*99.

67 Limita IV. supradictam conclusionem procedere, quando pecunia exbursata per emptorem est soluta creditoribus, seu legatariis: tunc enim emptor non potest molestari ab aliis creditoribus; aliàs secùs. Monticul. *d.pag.*139. *num.*100.

68 Limita V. eamdem conclusionem non procedere, quando creditor non posset repetere suum creditum à legatariis, & aliis creditoribus, quibus fuit solutum pretium rei venditæ; quia tunc illis non existentibus soluendo, creditor iste anterior habet in subsidium regressum contra emptorem. Montic. *pag.*144. *num.* 125. *& seq* vbi declarat id procedere, quando emptor imprudenter, vel dolosè emit; aliàs secus. Et ibi etiam ponit, an isto casu creditoribus, quibus est solutum pretium rei venditæ, non existentibus soloendo, anterior creditor habeat regressum contra hæredem, & alia de materia istius limitationis *ibi* videas.

69 Sexta vtilitas Inuentarij ea est, quòd hæres eo confecto potest legatariis, seu creditoribus primò venientibus etiam posterioribus in iure tutè soluere; nec cæteris anterioribus de suo ad aliquid tenetur, Benincasa *de paupert pag.*216. *num.*49. Montic. *de inuent.pag* 97. *num.* 153. *& seq.* vbi etiam, quòd est securus creditor, *& pag.* 100. *num.* 166. *& pag.* 106. *à tergo, num.* 90. *& pag.* 136. *num.*78. *& num.*86. vbi quod hæres isto casu est ipso iure liberatus, *& pag.*138. *n.*89. *& pag.*63. *num.*6.

70 Amplia hanc sextam vtilitatem, & conclusionem in tantum procedere, vt non possit hæres dicere creditoribus primo venientibus: Ego volo retinere portionem aliorum creditorum non requirentium; sed debet liberè soluere, vt per Montic. *in pag.* 137. *num.*83. *& seq* etiam quòd non potest opponere de iure aliorum creditorum.

71 Amplia II. vt hæres requisitus ab vno creditore primò veniente, vt ei soluat, non tenetur alios creditores perquirere, seu citare: sed ei à quo requiritur, potest tutè soluere. Montic. *de inuentar.pag.*137. *num.*81. *&* vide quæ traduntur infrà *num.*75.

72 Limita hanc eamdem conclusionem pluribus modis. Et primò eam non procedere, quando hæres soluit posterioribus creditoribus in fraudem anteriorum creditorum; putà cùm posset eos posteriores refellere ac reiicere: & tamen non reiecit, sed soluit; tunc tenetur de suo anterioribus creditoribus, vt per Montic. *in tract. de inuentar. pag.*63. *num.*7. *& pag.*137. *num* 87.

Limita II. quando plures creditores simul peterent: nam tunc non est locus gratificationi; nec potest vni eorum petentium potius quàm alteri hæres soluere, vt per eumdem Monticulum *pag.* 137, *num.*79. *&* 85. 73

Limita III. quia hæres non debet soluere alicui creditori, nisi fuerit ab eo requisitus, & à iudice ad id condemnatus: vel saltim sibi ostenso credito liquido, puta per instrumenta; aliàs soluendo non liberatur. Montic. *de inuent.pag.*137. *num.*79. *&* 87. 74

Limita IV. quia hæres soluens vni creditori non liberatur, si sciat alios adesse creditores potiores; nisi exigat cautionem ab eo cui soluit. Montic. *de inuentar. pag.*137. *num.*82. 75

Limita V. quoad legata pia, & facta pro exoneratione conscientiæ defuncti, ad quæ tenetur hæres de suo, nec liberatum ex solutione facta aliis creditoribus primò venientibus. Montic. *de inuent.pag.*137. *num.*89. *vers.*2. *fortè fallit, &c.* 76

Pro complemento huius quæstionis 75. adde quòd hæres non faciens inuentarium, non amitit alia beneficia, nisi expressa à lege. Montic. *in tract. de inuent.pag.*109. *num.*206. 77

Adde etiam quòd licet hæres faciendo inuentarium, nullum incurrat damnum: tamen non potest cogi à creditoribus, seu legatariis ad illud conficiendum. Montic. *de inuentar.pag.*56 *sub num.* 1. nisi sit fideicommissarius vniuersalis: quia tunc poterit cogere hæredem ad faciendum inuentarium. Idem Montic. *in tract. de inuent.pag.*25. *num.* 1. *& seqq. vsque ad numerum* 8. vbi etiam refert contrarios, & alia ponit in materia. In qua aduertas, quòd si hæres iam incœpit facere inuentarium, potest cogi ad illud perficiendum, vt *ibidem in pag.*57. *num.*7. 78

QVÆSTIO LXXVI.

Monasterium an succedat loco filij in substitutionibus; & de materia.

SVMMARIVM.

1. *Generalis materia.*
2. *Regulariter monasterium excludit substitutum.*
3. *Limita nisi in contrarium appareat de mente testatoris.*
   Limita si testator dixit, quòd monasterium non excludatur. ibid.
4. *Idem si dixit: si sine filiis de legitimo matrimonio natis.*
   Vel de suo corpore procreatis. ibid.
5. *Quid si filius efficiatur Clericus.*
6. *Quid si filius, vel alius descendens sit substitutus.*
7. *Quid de monasterio incapace.*
8. *Quid si testator cogitauit de monasterio, & de eo mentionem non fecit.*
9. *Monasterium non sucedit loco filij, nisi in casibus à iure expressis, vbi etiam quid in contractibus.*
10. *Item succedit fictè, & non verè.*
11. *Quid in ingressu Religionem in articulo mortis.*
12. *Ingressus Religionem quando æquiparetur mortuo.*

Farinacij Repert. de Vltimis voluntatib. O 3 Ad

1 AD hanc generalem materiam Monasterij, quando succedat loco filij, & sic quando substitutus excludatur per Monasterium, videas pulchrè per Tiraquell. *de renoc. donat. pag. mihi* 469. *num.* 36. *& seqq. pluribus.* latè Plac. *in epitom. delict. cap.* 42. *pag. mihi* 718. *& multis seqq.* Couar. *var. resolut. pag. mihi* 339. *n.* 6. *& seqq. & sub n.* 11. Æmilian. *consi.* 109. *perrat.* Viui *in communib. opin. pag. mihi* 244. Roland *consil.* 45. *num.* 12. *volum.* 1. omnino præter infrascriptos Manticam *in tract. de coniect. lib.* 11. *tit.* 7. & omnino etiam latè per Cardinalem Tuschum *in verb. Monasterium, conclus.* 144. *per totum*, vbi facit regulam affirmatiuam, eamque ampliat & limitat pluribus modis.

2 Regula sit, quòd Monasterium succedit loco filij, & excludit substitutum, si sine filiis decesserit, vt *in decis. Pedemont.* 126. *num* 1. *& seqq.* vbi de communi. Card. Tusch. qui ad huios regulæ comprobationem plores adducit concordantes, & de communi opinione, & obseruantia testatur; licèt aliquos contrarium tenentes referat *in pract. conclus. verb. Monasterium, conclus.* 344. *num.* 1 *&* 2.

3 Limita primò generaliter id non procedere, quando apparet de contraria mente testatoris, puta si expressè dixit, quòd ingressus Religionem non excludat substitutum: quia tunc Monasterium non succedet loco filij, & voluntas testatoris erit seruanda secundùm veriorem, & æquiorem opinionem, de qua per Marzarium *de fideicommiss. quæst* 31. licet aliqui *ibi* per eum relati contrarium tenuerint. Adde pro hac prima limitatione Card. Tosch. *d. conclus.* 349. *num.* 39.

4 Hinc infertur, quòd si testator dixerit, si decesserit sine liberis legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis; vel si sine liberis ex eius corpore procreatis; tunc ex coniectur ara mente testatoris Monasterium non excludit substitutum, vt *in d. decis. Pedemon.* 126. *num.* 11. *& seqq. n.* 18. *& seqq. & num.* 24. licèt multi *ibi* per eum relati *num* 8. contrarium dixerint. Adde ad hanc eamdem limitationem plures concordantes, & plures alios Doctores contrarium tenentes relatos per Card. Tusch *pract. concl. iuris in verb. Monasterium, conclus.* 344. *num.* 5. *&* 6. *num.* 13. 14. 17. 19. *& seqq.*

5 Limita II. supradictam regulam non procedere in filio effecto Clerico: quia Capitulum Ecclesiæ non succedit loco filij, prout succedit Monasterium, vt per Viuium *in communibus opinionibus in supradicta pag mihi* 244.

6 Limita III. in substituto, filio, vel alio descendente, qui non excluduntur per Monasterium, vt *in d. decis. Pedemont* 126. *num.* 17. 18. 26. *&* 27. *in fine*, licèt aliqui *ibi* per eum relati, *num.* 8. *&* 9. contrarium dixerint.

7 Limita IV. in Monasterio incapace bonorum, quod nunquam succedit loco filij, *d. decis. Pedemontan.* 136. *num.* 26, Cardin. Tusch. cum allegatis per eum, *pract. conclus. in verb. Monasterium, conclus.* 344. *num.* 18. *&* 21. vbi aliis relatis testatur de communi, *& num.* 43. vbi etiam de communi.

8 Limita V. non procedere, quando testator cogitauit aliquo modo de Monasterio & de eo mentionem non fecit: quia tunc ex coniecturata mente testatoris Monasterium non succedit loco filij, nec substitutum excludit, secundùm veriorem & æquiorem opinionem, de qua per Marzarium *in tract. de fideicommiss. quæst.* 31. licèt aliqui *ibi* per eum relati contrariam sententiam sustinuerint.

9 Limita VI. quòd Monasterium succedit loco filij, in vltimis voluntatibus quoad exclusionem substituti; secùs in aliis casibus in iure non expressis. Couar. *var. resolut. cap.* 19. *num* 6. *lib.* 1. Placa *lib.* 1. *cap.* 42. *sub num.* 16. *&* 17. Tiraq. *de renoc. donat. verb. suscepit liberos, num.* 40. *& seq. decis. Pedemont.* 126. *num.* 20. Cons. *vlt. volunt.* 161. *num.* 24. Natt. *consil.* 282. *num.* 13. Viui. *in communib. epinionib. pag.* 144. *à tergo, versic substitutus sub conditione.* Ideo in contractibus non succedit loco filij. Roland *consil.* 58. *num.* 60. *volum* 3. *& consil.* 59 *num* 24. *eod. vol.*

10 Limita VII. quia Monasterium succedit loco filij ficte, & non verè; vt *in consil vltimar volunt.* 161. *num.* 10. *&* 38. Cardin. Tusch. cum relatis per eum *practic. conclus. in verb. Monasterium, conclus* 344. *num.* 8.

11 Limita VIII. quia si quis in articulo mortis ingrediatur Religionem, tunc per Monasterium non excluditur substitutus, vt per Sarmient. *select. interpret. cap.* 6. *num.* 8. *& seqq. lib.* 1.

12 An autem ingressus Religionem habeatur pro mortuo, vide *in Repertor. criminal. vers. Mors ciuilis, num.* 3.

13 Limita IX. vt regula procedat in vltimis voluntatibus; secus in contractu, seu dispositione inter viuos. Card. Tusch. *pract. conclus. in verb. Monasterium, conclus.* 344. *num.* 30. *& num.* 12. vbi tamen hanc limitationem declarat non procedere in donatione, seu quacunque fauorabili dispositione.

14 Limita X. in fideicommisso, seu substitutione facta filiis ad fauorem piæ causæ, vtputa ad fauorem Ecclesiæ, Hospitalis, vel alterius Monasterij: quia tunc Monasterium, in quod ingressus est institutus, non succedit loco filij, ex allegatis per Card. Tusch. *pract. conclus. in verb. Monasterium, concl.* 344. *num.* 35. *& seqq.* vbi hanc limitationem ampliat pluribus modis; & *in vers. Mors, conclus.* 393. *num.* 7. vbi dixit, quòd licèt Monasterium non habeatur loco filij contra piam causam; tamen ingressus, & professus non habetur pro mortuo, sed est expectanda mors naturalis talis professi ad hoc vt dicatur decessisse, ex Baldo, quem allegat *in consil.* 280. *Factum sic se habet*, &c *lib.* 1. *& consil.* 482. *Frater minor, lib.* 2.

Posui *in fragmentis, versic. Mors.*

QVÆST. LXXVII. & vlt.

Fideicommissum quando inducatur per prohibitionem alienationis.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissum an inducatur per prohibitionem alienationis.*
2. *Quid ex simplici prohibitione sine causa.*
3. *Quid ex prohibitione extra familiam.*
4. *Quid ex prohibitionem extra familiã iuncta causa.*
5. *Quid ex prohibitione simplici iuncta causa, vt bona remaneant in familia.*
6. *Quid ex simplici prohibitione iuncta causa, quia volo vt bona remaneant in familia.*
7. *Quid si post validam prohibitionem adijciuntur alia verba fauore agnationis.*
8. *Quid si prohibeatur alienari res maiorum suorum.*
9. *Quid si est apposita dictio, semper, & similia.*
10. *Quid si est facta prohibitio per verba geminata.*
11. *Quid si dictum, quod bona vadant gradatim de vno in alium, & simil.*

FIDEI

1 FIDEICOMMISSVM an inducatur per prohibitionem alienationis, vltra infrascriptos casus recurre ad Gabriel. *in tit de fideicommiss. conclus.9. lib.4.* vbi ponuntur declarationes in materia generales, & speciales. Marzar *in tract. de fideic quæst.44.* vbi remissiue. Mantic. *in tract. de coniect. lib.6. titul. 14. num.24. & seqq.* vbi, præsertim *num.26.* plures remissiuè allegat, qui ponunt plures casus. Doctores & præcipue Socin. *in l qui Roma. §. cohæredes. ff. de verb. oblig.* Anchar. iun. *quæst.71. lib.1.* Roland. *cons.23. volum.4.* omninò Hippol. Riminald. iun. *cons.20. vol.1. & cons.279. num.1. & plurib. seqq lib.3.* Cephal. *consil.193. num.1. & seqq. vol.2.* omninò Peregr. *de fideic. art.14. num.6. & seqq. vsque ad num.35.* vbi plura vltra infrascripta: omninò etiam Petra *de fideic. quæst.5. per totam*, vbi latissimè, & eius dicta hìc extendas, quia non fuit extensa.

2 Primus itaque figurari potest casus in simplici & nuda prohibitione: puta quando testator simpliciter dixit, Prohibeo hæredibus meis bonorum alienationem. Isto casu dubium non est, quòd nullum inducitur fideicommissum; immò, vt suprà vidimus, *in 1. quæst.* talis prohibitio ita nuda & sine causa nihil valet: ideò frustrà dubitatur, an sit inductum fideicommissum. Et de hoc casu nulla est controuersia apud Doctores, quos viderim.

3 Secundus ponatur casus. Quando testator dixit: Prohibeo alienationem bonorum meorum extra familiam; tunc etiam quòd nulla alia adiiciatur causa conseruandæ agnationis post huiusmodi prohibitionem, valet tamen hæc prohibitio: quia de tali conseruatione fuit habitus respectus in illis verbis, *extra familiam*: quod sufficit ad validandam prohibitionem, vt pariter dixi suprà *quæst.2.* Et isto casu inducitur fideicommissum, non simplex & absolutum in casu mortis; sed in casu sequutæ alienationis. Mandell. *consil.7. num.9.* Suar. *in communib. opinionib. lit. A. num.157.* vbi de communi, de qua etiam per Gabriel. *d. conclus.9. num.33. & seq.* vbi etiam adducit contra eam tenentes, & eam limitat nonnullis modis Siluan. *consil.6. num.26. vers. quoties tamen.* Peregr. *de fideicommiss. art.14. num.10.*

4 Tertius est casus, quando testator non solùm prohibuit bona alienari extra familiam; sed vlteriùs adiiciendo causam dixit, vt bona remaneant in eadem familia, seu agnatione. Et tunc inducitur per huiusmodi alienationis prohibitionem fideicommissum purum & absolutum, etiam in casu mortis secundùm magis communem & indubitatam omnium opinionem, de qua per Gabriel. *d. conclus.9. num 37. & seqq* Roland. *consil.13. num.21. volum.4.* Mantic Riminald. & Ceph. *in locis suprà citatis, n.1.* qui plures adducunt concordantes. Et hic casus nullam habet dubitationem, de quo etiam vide idem tenentem Osasc *decis. Pedemont.49. num 14.* Aymon *de antiquit. part.1 sect. ampliatur nunc. num.33.* Syluan. *consil.6 num.26. in princip.* relati per Peregrinum *de fideicommiss art 14. post num.15.* Contrarium verius, *num.18. & sequentib.*

5 Quartus est casus, quando testator simpliciter prohibuit bona alienari, non additis illis verbis, extra familiam; sed adiecit causam, vt bona remaneant in familia. Et tunc cùm illa simplex prohibitio non valeret de se, nisi subsequens causa adiecta fuerit, vt scilicet bona remaneant in familia, ideo talis causa non inducit simplex & absolutum fideicommissum in casu mortis, sed tantùm in casu alienationis, cùm satis sit, quòd operetur validitatem præcedentis prohibitionis, absque eo quòd inducat fideicommissum. Ita in hoc quarto casu concludunt Doctores magis communiter, vt videre est apud Osasc. *d. decis. Pedemont.49. per totam*, præsertim *num.14.* Hippol. Riminald. *d. consil 279. num.1. & seqq. lib.3.* Mantic. *de coniectur. lib.6. tit.14. num.24. & seqq.* Gabr. *d. conclus.9. num.7. & seqq* Mandell. *consil 54. num.1.* Cephal. *d. consil 193. num.1. & seqq. vol.2.* Siluan. *consil.6. n.26. post medium.* Peregrin *de fideicommiss. art.14. num.11. 15. 18. & sequentib.* licet alij *ibid.* relati *num.14.* contrarium dixerint. Et hæc conclusio firmata in hoc quarto casu pariter transit sine difficultate, licèt aliqui relati per Gabrielium, & alios suprà modò citatos contrarium dixerint; isto enim modo quiescunt altercationes Doctorum disputantium, An per prohibitionem alienationis iuncta causa, vt bona remaneant in familia, inducant fideicommissum absolutum. Affirmatiua enim opinio procedit, quando prohibitio non sit simplex, sed de se valida, additis verbis, extra familiam, vt in præcedenti casu. Negatiua autem, quando prohibitio est simplex sine illis verbis, *extra familiam*, vt per Doctores hìc allegatos, qui infinitos cumulant concordantes. Et pro hac eadem conclusione quarti casus adde Roland. *conclus.34. num.64. & seqq. volum.4.*

Limitatur hæc conclusio posita in hoc quarto casu, vt non habeat locum, quando post simplicem prohibitionem, subsequitur causa conseruationis agnationis, seu familiæ, non enunciatiuè, vt puta quando dicitur, vt bona remaneant in familia; sed dispositiuè per verbum *Volo*. Puta quando testator dixit, prohibeo alienationem bonorum meorum; quia volo illa permanere in familia. Tunc enim etiam, quòd prohibitio sit simplex sine illis verbis, *extra familiam*, causa tamen subsequens per verba dispositiua, *quia volo*, &c. nedum validat præcedentem simplicem prohibitionem; sed etiam inducit perpetuum & absolutum fideicommissum in casu mortis. Illa enim verba, *quia volo*, sunt apta importare fideicommissum, etiam quòd prohibitio non præcederet. Ita respondendo contrariis tradit Cephal. *consil.293. num.6. & seqq. & consil.137. n.11. & consil. 134. num.38.* vbi declarat, & ista est verior & magis communis, vt per Clarum *in pract. crimin. quæst.78. sub versic. item quæro.* Roland. *consil.23. n.21. volum 4.* vbi quòd hoc omnes ingenuè fatentur, & nemo discrepat. Iacob. Menoch. *de arbitr. quæst. casu 496. num.9.* Anchar. iun. *quæst.72. num.2. & seqq.* vbi non solùm testatur de communi opinione; sed dicit, quòd est inconcussa conclusio, & quòd eam omnes Doctores vno ore fatentur. Socin. *in l. qui Roma. §. cohæredes, num.18. ff. de verbor. oblig.* Achill. Personal. *de acquirend possess. 205. 221. & 222.* vbi quòd hoc clarum est, & transit sine difficultate. Hippolyt. Riminald *consil. 20. num.13. lib.1.* vbi de magis communi, de qua etiam Bursatus *consil.51. n.40. vol.1.* Gabr. *d. conclus.9. num.29. & seqq.* vbi de communi, de qua etiam Card. Albanus *consil.41. num.8.* Mandell. *consil.54. per totum*, vbi *in princip.* de magis communi; quam per plura iura latè etiam comprobat Petrus Antonius Angus. *lib.6. consil.50.* Cephal. *consil. 134. num 25. & seqq. vol.1.* relati per Peregrinum *de fideicommissis, art. 14. num.13. & 17. in fine.* Sed contra hanc limitationem de directo sensit Hippol. Riminald. *d. consil.279.* præsertim *num.32. & seqq. num.53. & seqq.* vbi plures adducit auctoritates Doctorum, dicentium, quòd nisi in prohibitione adiiciantur illa verba, *extra familiam*, subsequens ratio conseruandæ agnationis, seu familiæ

non inducit absolutum fideicommissum, etiam quòd sit apposita per verba dispositiua, *Quia volo*, &c. Et ita etiam plures adducuntur per Crassum, quos & ipse sequitur *in decis. Pedemont*.49. & latiùs per Manticam *d. tit*.14. *num* 24. *& seqq*. vbi testatur de magis communi opininone. Quibus non obstantibus ego non recederem à præcedenti opinione, & limitatione, quæ videtur magis communis. Et præsertim, quia Mantica, & Osascus præallegati non considerarunt præcisè differentiam hanc inter verba enunciatiua, & dispositiua, prout expresè considerarunt Cephalus, Gabrielius, & alij suprà allegati, sed confundendo hos terminos generaliter loquuti sunt in causa subsequenti post simplicem prohibitionem, non habita ratione, an per verba, *quia volo, vt bona remaneant in familia*; vel per verba simpliciter, *vt bona remaneant in familia*. Et ex Doctoribus per eos allegatis plures loquuntur non in causa adiecta per verba dispositiua, sed enunciatiua; quia, vt dixi, de hoc non disputabant. Et quòd hoc verum sit, apparet, quia Osascus *in d. decis*.49.*num*.14. allegat pro sua distinctione Socinum iuniorem *in d. §. cohæredes*, qui tamen nostam probat limitationem. Riminaldi autem auctoritas est spernenda; primò, quia contrarium consuluit *in cons* 20.*num*.13. *volum*.1. secundò, quia allegat pro sua opinione *ibi, in num* 48. Imolam *in suis conclusionibus*, & Cephal. *in consil*.293. qui, vt præfertur, contrarium dicunt. Item allegat Roland. *in consil*.34.*num*.64. *& seqq. volum* 4. qui loquitur in causa adiecta per verba enunciatiua, non autem dispositiua. Ideo non recedas à præcedenti opinione. Sed pro contraria prædicta opinione, vide omnino Peregrinum *de fideicommiss. d. art*.14. *num*.14. *num*.18. *& seqq*.

7 Limita hanc eamdem conclusionem huius quarti casus, vt non procedat generaliter, quando post prohibitionem alienationis validam adiicerentur aliqua alia verba in fauorem agnationis, seu familiæ. Tunc enim ista verba non est necesse, quòd valident præcedentem prohibitionem, quia de se valida est; ideo ne sint superflua, & aliquid operentur, dicendum est, vt inducant absolutum fideicommissum. Habes exemplum huius limitationis suprà *num* 4. *in* 3. *casu*, vbi inducitur absolutum fideicommissum per causam subsequentem post prohibitionem alienationis extra familiam. Et hoc, quia præcedens prohibitio alienationis extra familiam de se erat valida absque alia adiectione causæ. Hanc limitationem tradit Gabriel. *d. conclus*.9. *num* 41. *&*
8 *seqq*. vbi inter alia exempla ponit illud; quando videlicet testator prohibet alienari rem, quæ erat maiorum suorum: quo casu valet prohibitio etiam sine causa. Tunc si causa conseruandæ agnationis adiiciatur, inducitur simplex fideicommissum, etiam quòd in prohibitione non sit dictum, *extra familiam*. Pro eadem limitatione adde, Mandellum *dict. consil*.54. *per totum*, præsertim *in versic. propterea*, &c. *n*.1. vbi ponit exemplum, quando post prohibitionem, & adiectionem causæ addunt aliqua alia verba, de quibus *ibi* per eum. Adde etiam Rolandum, qui idem considerat *in consil*.23. *num*.22. *in fin. vol*.4. Cephal. *consil*.134. *num*.38. *& seq. vol*.1. Bursat. *consil*.227. *num* 4.. vbi ponit alium casum, *& num*.41. vbi de prohibitione alienationis rerum maiorum suorum. Sed contra hanc limitationem, vide Peregrinum *de fideicommiss art*.14.*num*.18.*& seqq*.& præsertim *num*.20. *ante finem*, *& num*.21.

Limita III. eamdem conclusionem huius quarti 9
casus non procedere, quando in prohibitione alienationis iuncta causa conseruandæ agnationis esset apposita dictio *semper, continuò, perpetuò, in infinitum*, vel alia similis dictio. Tunc enim per prohibitionem inducitur simplex & absolutum fideicommissum, vt per Gabrielium *d. conclus*.9. *num*.12.*& seqq*. Anchar. *d. quæst*.72. *num*.10.*& seqq*. Roland. *consil*.23. *num*.18. *& seqq. volum*.4. Mantic. *de coniectur. d. lib*.6. *tit*.14. *num*.27. Hippolyt. Riminald. *d. consil*.279. *num*.8.*& seqq*. relati per Peregrinum *de fideicommiss. art*.14.*sub num*.14. *ante medium*. Contrarium verius *num*.15. *in fin. & num*.18. *& seqq*.

Limita IV. quando in prohibitione adsunt ver- 10
ba geminata, tunc enim pariter inducitur fideicommissum, vt per Osascum *d. decis. Pedemont*.49.*num*.1. *in fine*. Anchar. *d. quæst*.72. *num*.7.*& num*.15. Cephalus *d. consil*.293. *num*.9. Gabriel. *d. conclus*.9.*num*.14. Mandellus *consil*.14. *num*.3. contra Peregrin. *de fideicommiss. art* 14. *num*.18. *& seqq*.

Limita V. vt pariter per prohibitionem aliena- 11
tionis iuncta causa inducatur simplex & absolutum fideicommissum, quando testator dixit, quòd bona transeant de hærede in hæredem, vel de vno in alium, vel de masculo in masculum, vel quòd vnus alteri succedat, quòd bona perueniant gradatim, seu ordine successionis, vel quando per nomen collectiuum dixit, quòd bona remaneant in descendentibus; & aliis modis similibus, de quibus per Gabrielium *d. conclus*.9 *num*.15.*& sequentib*. Roland. *d. consil*.23. *num*.23. *volum*.4. Anchartan. *d. quæst*.72. *num*.17.*& sequentib. part*.1. Cephal. *consil*.134.*num*.31. *volum*. 1.

FINIS.

INDEX



INDEX RERVM NOTABILIVM.

Prior numerus paginam notat, poſterior eſt marginalis.

A

Alienandi

Vide

Donatio

Index Rerum.

Io

Filiusfamilias.

L

Legatum.

Vbi

M

Quid

Plura


In

Quod

Alimenta

Index Rerum.

FINIS INDICIS.



PROSPERI

PROSPERI

FARINACII,

IC. ROMANI,

AD

REPERTORIVM

DE

VLTIMIS VOLVNTATIBVS

FRAGMENTA.



FRAGMENTA
AD
REPERTORIVM
DE
VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

A

Aditio hæreditatis.



1 DIR a hæreditatem quaodo quis dicatur : & ex quibus actibus aditio hęreditatis inducatur, præter ea, quæ infrà dicuntur in numeris sequentibus, generaliter videas Matthesium *singul.* 35. Firman. *in Repert. verb. aditio, & verb. hæreditas, & verb. hæres adit.* Paris. *in Repert. consil. verb. aditio hæreditatis.* Et faciunt, quæ infrà dicentur *in versic. hæres quando dicatur capere possessionem,* &c. *num.* 1. omninò Mantic. *de coniect. lib.* 12. *titul.* 9. 10. 11. 12. 13. *&* 15. vbi latissimè. Ioseph. Ludouic. *in commun. opin. conclus.* 16. *illat.* 81. *vers. Et cùm ista aditio,* &c. *& seqq. vsque ad versic. ista regula,* &c. vbi ponit plures actus vltra infrascriptos, quibus hæreditas dicitur adita, vel non. vide eum *ibi.*

2 Aditio hæreditatis an in dubio præsumatur ex antiquo, vel alio modo, ponit Cephalus *consil.* 98. *num.* 26. *& seqq. volum.* 1. vide infrà *num.* 15. Dicas, quòd ille, qui dicit hæreditatem esse aditam, debet hoc concludenter probare. *l. non hoc*, vbi Doctores. *C. vnde cognat.* Et præsertim quando hæreditas est adeunti damnosa, tunc aditio hæreditatis non præsumitur. Bald. *in d. l. non hoc, in versic. si ergo hæreditas esset damnosa*, &c. quæ autem probatio admittatur, vide infrà *num.* 30. Et quid in filio, an præsumatur hæres, & aditio hæreditatis, vide infrà *num.* 16. Quòd regulariter aditio non præsumatur, & quòd illam allegans teneatur probare: concordantes citat Ioseph Ludouic. *in communib. opinionib. lib.* 1. *conclus.* 16. *in* 81. *illat. versic. & cùm ista aditio hæreditatis,* &c.

3 Aditio hæreditatis non fit sine animo adeundi. *l. pro hærede, in princip. & l. gerit. ff. de acquir. hæred.* Bald. *in l. non hoc. C. vnde cognat. & in l. potuit. C. de iur. delib.*

4 Adire non dicitur hæreditatem, qui illam sibi delatam esse ignorat. Bald. *in l. cùm antiquioribus, col. penult. vers. sed ignorans. C. de iur. deliber. & in l. non hoc, vers. si autem contenditur, col.* 1. *C. vnde cognat. & in d. l. potuit, in* 1. *opposit. C. de iur. delib.* Et in dubio ignorantia præsumitur. Bald. *in d. l. non hoc, col.* 1. *versic. & in dubio.* faciunt in proposito tradita in contractib. *vers. ignorans non dicitur,* &c. *num.* 44. *inter diuersa.*

5 Aditio hæreditatis an inducatur ex eo, quòd filius faciat pacem de morte patris occisi, vide *in Repert. Quæstion. criminal. quæst.* 43. *num.* 11.

6 Aditio hæreditatis non inducitur ex confectione inuentarij. Montic. *de inuentar. pag.* 56. *num.* 2. *& pag.* 66 *sub num.* 21. *& pag.* 155. *num.* 174. vbi de communi, *& pag.* 44. *num.* 6. vbi pro, & contra.

7 Aditio hæreditatis inducitur ex solutione debitorum hæreditariorum. Ad idem Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. concl.* 16. *illat.* 82. *vers. vel quando filius, & seq.* vbi declarat. Mont. *pag.* 108. *num.* 200.

8 Aditio hæreditatis inducitur ex cultura agrorum. Mont. *pag.* 108. *num.* 200.

9 Aditio hæreditatis inducitur ex locatione domorum. Mont. *pag.* 108. *num.* 200.

10 Aditio hæreditatis inducitur in venditione fructuum. Mont. *pag* 108. *num.* 200. contrarium Simoncell *de decret. lib.* 3. *titul.* 8. *num.* 55. *in fine.* vbi generaliter etiam, qnòd aditio hæreditatis non inducitur ex venditione rerum, quæ tempore sunt perituræ.

11 Aditio hæreditatis inducitur ex funere facto. Mont *pag.* 108. *num.* 200.

12 Aditio hæreditatis inducitur, ex occupatione, seu habitatione domus defuncti. Montic. *de inuentar. pag.* 108. *num.* 200. de hoc vide Iosephum Lodouicum *in communibus opinionibus lib.* 1. *conclus.* 16. *illat.* 82. *vers. si autem non essemus*; & infrà *num.* 29. Ioseph. *ibid. vers. præsumitur etiam aditio,* &c.

13 Adire hęreditatem an possit filius sine patris consensu: posui *in Repert. iudicial. quæst.* 72. *num.* 15.

14 Aditio hæreditatis an inducatur ex eo quòd quis dicat, volo esse hæres: vel, volo adire hæreditatem: Posui *in Repert. contract. q.* 71. *n.* 33. *& seq.* & ex quibus verbis inducatur aditio hæreditatis, vide per Mantic. *in tract. de coniect. lib.* 12. *tit.* 11. *pag. mihi* 338. Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus.* 16. *illat.* 82. *versic. verbo dicitur quis hæres*, vbi quòd verbo etiam aditur hæreditas.

15 Aditio hæreditatis non inducitur ex actu dubio: qui scilicet potest in aditionem, vel in aliam causam sonare; sed datur possidenti iuramentum, quo titulo possideat; & hæc iurandi facultas an transeat

ad hæredes, ponitur materia per Iosephum Ludouicum *in communib. opinionib. lib. 1. conclus. 16. in 55. illat.* vide aliquid suprà *versic. aditio, num. 2.* & faciunt tradita *in Repertorio iudiciali, versic. possessionis causam, num. 10.* Ad hanc materiam, quando ex actu dubio inducatur aditio, & de facultate hoc declarandi generaliter & particulariter, *ibid.* per Iosephum Ludouicum *illat. 82. vers. & quando animus, & sequentib. vsque ad versic. si autem non essemus*, &c.

16 Adire hæreditatem non dicitur filius, sed se illi immiscere, quia dicitur suus hæres patris; ideo non est opus in eo probare aditionem, quia præsumitur. Valet enim consequentia, filius, ergo hæres. Gloss. *in l. 1. C. si minor se ab hered. abstin.* Quod quando verum sit, vide Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus. 16. illatione 82. versic. quinto modo isthæc aliquando confunduntur*, &c. *& sequentibus pluribus*, vbi dat plures declarationes, inter alias dicit quòd filius, ergo hæres; valet consequentia intelligendo de hærede sanguinis; non de hærede bonorum. Item intelligitur, vbi agitur de commodo ipsius filij, secùs si de incommodo. Et propterea agens contra filium vti hæredem, istud debet probare: quia non præsumitur, vt *ibi* per eum. Ad materiam vide *in Repert. Contract. versic. filius viuente patre, num. 6.*

17 Adire hæreditatem quis dicitur ex eo, quòd quis tanquam talis agit in iudicio. Ioseph. Ludouic. *dict. conclus. 16. illat. 82. versic. 2. declaratio.*

18 Aditio hæreditatis, siue tacita, siue expressa, non potest fieri per Procuratorem: nec Procuratoris confessio facit aliquid contra hæredem, nisi habeat speciale mandatum. Item nec per ratificationem Procuratoris dicitur adita hæreditas: nec repudiatio potest fieri per Procuratorem. hæc Ioseph. Ludouic. *d. concl. 16. illat. 82. vers. aditio tamen siue tacita.*

19 Aditio hæreditatis fit etiam solo animo, dummodo sit declaratus hæres vel facto, vel verbis per aliquos actus extrinsecos. Ioseph. Ludouicus *d. conclus. 16. illat. 82. versic. potest etiam adiri animo, & seq.* vbi alia in materia.

20 Aditio hæreditatis non inducitur ex apprehensione modicæ rei mobilis hæreditariæ: quando hoc verum sit, vide per Iosephum Ludouicum *d. conclus. 16. illat. 82. versic. item secundum Nattam*, &c. *& versic. & Corneus*, &c. *& seq. & versic. illud autem quod supra dictum est, & sequenti.*

21 Aditio an inducatur ex apprehensione rei hæreditariæ cum protestatione, quòd id fit non animo adeundi hæreditatem. Dic quòd sic: quia est protestatio contraria facto. Ioseph. Ludouic. *d. conclus. 16. illat. 82. d. versic. & Corneus*, &c. *& seq. & versic. fallit, quòd hæres fuerit protestatus*, &c.

22 Aditio hæreditatis non inducitur ex eo, quòd mater suscepit tutelam filiorum. Ioseph. Ludouic. *vbi suprà, versic. item quando mater*, &c.

23 Adire non dicitur filius patris hæreditatem ex bonorum paternorum possessione: quia illa etiam potest retinere tanquam hypothecata pro dote materna. Ioseph. Ludouic. *vbi suprà, versic. similiter si filius*, vide suprà *num. 12.* & infrà *num. 29.*

24 Aditio hæreditatis inducitur, si filius prosequitur societatem factam à patre. Ioseph. Ludouic. *d. conclus. 16. illat. 82. versic. filius tamen prosequendo*, &c.

25 Aditio hæreditatis inducitur per exactionem debitorum. Ioseph. Ludouic. *d. conclus. 16. illat. 82. versic. si autem non essemus*, &c.

26 Aditio hæreditatis inducitur per venditionem rerum hæreditariarum. Ioseph. Ludouicus *ibid. in versic. præsumitur etiam aditio*, &c.

Aditio hæreditatis inducitur ex perceptione fru- 27
ctuum. Ioseph. Ludouicus *in præcitata conclus. 16. illat. 82. vers. si autem non essemus.*

Aditio hæreditatis inducitur per liberationem de- 28
bitorum. Ioseph. Ludouicus *loco suprà proximè citato.*

Aditio hæreditatis præsumitur ex possessione re- 29
rum defuncti, nisi possidens doceat ex alia causa se possidere. Ioseph. *d. conclus. 16. illat 82. versic. pariter si scriptus hæres, & versic. præsumitur etiam aditio*, &c. Et faciunt suprà tradita *num. 12. & num. 23.* Pro primo dicto adde Cephal. *consil 241. num. 8.*

Aditio hæreditatis est difficilis probationis. An 30
probetur per testes singulares; de hoc vide Hector. Æmil. *de testib. verb. testis aditionem hæreditatis deponens, fol. 43.* Vel an probetur per testes generaliter de aditione deponentes. Ioseph. *ibid. versic. & dicitur difficilis*, &c. *& vers. 10. quòd aditio*, &c.

Aditio hæreditatis non fit in vltimo vitæ spiritu. 31
Ioseph. Ludouic. *ibid. versic. 4. quòd hæreditas*, &c.

Alimenta.

Alimentorum materiam supple infrà *verb. lega-* 1
tum alimentorum. Et in alio Repert. *in contractibus, versic. alimenta*, &c.

Alimentorum appellatione quidnam veniat, su- 2
prà *quæst. 46.*

Alimenta in quo loco debeant præstari, suprà 3
quæst. 47.

Alimentorum taxatio quomodo facienda, suprà 4
quæst. 48.

Alimenta simpliciter legata quomodo præstan- 5
da, videto suprà *quæst. 46. & seqq.*

Alimenta an debeantur extra domum testatoris, 6
suprà *quæst 47.*

Alimentorum legatum ad quæ trahatur, suprà 7
quæst. 46.

Alimenta sunt præstanda deducto ære alieno, su- 8
prà *quæst. 48.*

Alimenta non possunt relinqui in rebus emphy- 9
teoticis, & subiectis fideicommisso. Paris. *consil. 98. num. 8. & num. 12. art. 167. volum. 2.* Faciunt suprà tradita *quæst. 48. num. 2. & 3.*

Alimentorum æstimatio quomodo possit peti. 10
Tiricæus *de testament. coniug. pag 176. versic. quòd si verò*, vbi loquitur etiam in vxore relicta à marito vsufructuaria.

Alimenta an ampliùs debeantur ei, qui ingressus 11
est religionem. Tiricæ. *ibid. pag. 182. vers. quid autem*, &c.

Alimenta relicta an debeantur ei, cui prius ab 12
alio sunt alia alimenta legata? Dic quòd non, vt *ibid.* per Tiricæum *pag. 182. num. 6.* vide infrà *num 16.*

Alimenta præstanda per tutorem pupillo, qualia 13
debent esse. Menoch. *de arbitr. quæst. casu 169. lib. 2.* vide infrà *versic. tutoris expensa, num. 58.* Dic quòd quantitas debet decerni à iudice iuxta qualitatem personarum & bonorum quantitatem, vt per Simoncell, *de decreto lib. 1. in præfatione, num. 63.*

Alimenta an transeant ad hæredes, si sunt legata 14
in fundo, vide infrà *versic. legatum fundi.*

Alimentorum legatum an dicatur pium, infrà 15
versic. legatum pium.

Alimenta legata debentur legatario, etiam quòd 16
aliunde se aluerit: quia non veniunt iudicis officio, sed iure actionis. Ita fuit resolutum in vna Romana alimentorum pro Aloysio Vrsino, contra Nicolaum & alios de Vrsinis, *sub die 30. Aprilis 1572.* coram Seraphino, & latè defenditur *in decisione Pedemontana*

demontana 92. *per totam*, vbi respondetur ad contraria. Vide supra *num.* 12.

Diuersa.

1 Adultus habens curatorem, testari potest, supra *quæst.* 74. *num.* 25.

2 Adultus habens curatorem potest donare causa mortis, etiam sine eius auctoritate. Tiraquell. *de legib. connub. pag.* 438. *num.* 72. *& pag.* 441. *num.* 83.

3 Arrogatus quomodo arroganti succedat. Villalob. *lit. I. num.* 83.

4 Amor licitus an & quando habeat vim clausulæ codicillaris. Cotta *in memoral. pag. mihi* 24. Placa *c.* 45. *pag.* 741. Zuol *in cons pro vxore, n.* 440. *&* 488. *& seqq. &* 567. *& sequentibus.* vbi quòd amor paternus tacitè inducit clausulam codicillarem: ideò clausula codicillaris intelligitur in testamento inter liberos, etiam quòd non sit apposita. Clar. *de testam. quæst.* 8. *versic. vnum tamen*, &c.

5 Auus quando præferatur matri & auiæ in successione sui nepotis. Afflict. *decis.* 281. *num.* 183. Capic. *decis.* 56. *num.* 5. Salycet. *in Authent. matri & auia C. quando mul. tut. offic. fung. potest*, vbi examinat hanc materiam per viginti duas quæstiones. Imol. *conclus.* 19. *pag.* 19. *lib.* 3. Gabriel. *pag.* 501. *conclus.* 3. vbi auus paternus & maternus quomodo succedant nepoti. Vide Antonium Thesaur. *in decis. Pedemont.* 27. & infrà *versic. pater num.* 4. Et quid si nepos obierit infans, antequam patris hæreditatem adire potuerit, an dicto nepoti in hæreditate paterna succedat auus, vel mater, vide Anton. Thesaur. *Decis. Pedemont.* 88. vbi latè.

6 Agnati vsque ad quem gradum inter se succedant. Diaz *regul.* 23. Placa *cap.* 39. *pag.* 656. vide infrà *in versic. consanguineorum*, &c. *num.* 6. & quid de cognatis, vide infrà *versic. cognati. num.* 7. Dic vsque ad decimum gradum. Lamberten. *de contractib. gloss.* 11. *num.* 47. *& seqq.*

7 Adoptiuo filio quæ mater succedat, an naturalis, an adoptiua. Vide infrà *versic. filio adoptiuo. num.* 16. inter diuersa.

C

Clausula codicillaris.

1 Clausula codicillaris cuius sit roboris. Matthes. *singul.* 140. *in additionib.* Diaz *regul.* 90. Paris. *in Repert. consiliorum. verb. clausula codicillaris.*

2 Clausula codicillaris habet vim fideicommissi. Villalob. *lit. C. num.* 67. Iul. Clar. *de testam. num.* 46.

3 Clausula codicillaris non operatur, vbi deficit voluntas testatoris. Grat. *respons.* 8. *num.* 11. *part.* 2. Capra *conclus.* 111. *num.* 33.

4 Clausula codicillaris quid operetur in testamento matris, vel aui materni. Villalob. *littera T. num* 40. *& sequentib.*

5 Clausula codicillaris an inducatur ex amore licito, suprà *versic. amor licitus num.* 4. & ponas hîc.

6 Clausula codicillaris continens tantùm, si valet, operatur idem ac si contineret, si valebit, &c. Mandell. *consil.* 29. *num.* 4. Capra *consil.* 106. *num.* 11. Alexand. *consil.* 123. *num.* 8. *volum.* 1. Corneus *consil.* 233. *num.* 5. *volum.* 3. *& consil.* 44. *num.* 5 *eodem volum.* contrarium tradit Dilect. *de art. testand. de liber. instituend. caus.* 10. *num.* 3. *& seqq.* vide in materia Cephalum *cons.* 138. *num.* 32. & faciunt superiùs tradita *quæst.* 29. *num.* 6. *&* 7. *cap.* 2.

Clausula codicillaris quid operetur in testamento nullo ob præteritionem filij, suprà *quæst.* 29. 7

Clausula codicillaris semper intelligitur apposita in testamento inter liberos: suprà *in versic. amor licitus. num.* 4. 8

Clausula codicillaris instituta turpi persona secundùm magis communem, operatur vt institutio sustineatur in vim fideicommissi. Ancharan. *quæst.* 11. *num.* 3. *& per totum, part.* 1. *& quæst.* 60. *num.* 2. *part.* 2. quod etiam procedit in infame infamia facti; quia isto casu talis dicitur turpis persona. Dec. *consil.* 530. *num.* 2. *&* 3. Contrarium suprà dictis tenet Rolandus *cons.* 87. *num.* 12. *lib.* 3. & Gabriel. *pag.* 766. *num.* 3. vide infrà *in versic. fratris testamentum, num.* 6. & ponas *ibi*. 9

Clausula codicillaris non multum operatur, vbi testator parauit se ad testandum, & non ad codicillandum. Anchar. *quæst.* 11. *num.* 16. *part.* 2. 10

Clausula codicillaris non multùm operatur in testatore rustico. Ancharan. *dict. quæst.* 11. *num.* 14. *&* 19. *part.* 2. 11

Clausula codicillaris an præsumatur apposita ex voluntate testatoris, vel ex stilo Notarij: posui in alio Repertorio in materia clausulæ quando dicantur appositæ ex stilo potius, &c. 12

Clausula codicillaris quid operatur, quando legitima non relinquitur iure institutionis: dixi suprà *quæst.* 29. *cap.* 1. *num.* 5. 13

Farinacij Repert. de vlt. voluntatib.

Codicilli.

Codicilli tolluntur per alios codicillos. Cepoll. *caut.* 87. *&* 163. dummodò sint contrarij. Ioseph. Ludouicus *in communib. opinionib. conclus.* 58. *in* 23. *ampliat.* 1

Codicilli an rumpantur rupto testamento. Socinus *regul.* 60. 2

Codicillis quando directè hæreditas detur. Socin. *reg.* 169. Diaz 309. 3

Codicilli an veniant appellatione testamenti. Cotta *pag.* 126. *& sequentibus.* Tiricæua *de testament. coniug. pag.* 136. *num.* 1. *& seqq.* 4

Codicillans quando in codicillis dicatur repetere omnes qualitates, & conditiones prius positas in testamento. *Decis. Pedemont.* 52. *per tot.* in discursu. 5

Curator.

Curatoris materiam supple infrà *verb. tutor.* 1

Curatoris ad lites materiam posui in materia, *Actor ad lites*, &c. 2

Curator quando possit emere bona adulti, Duen. *regul.* 31. & vide quæ dicuntur infrà *verb. tutor. n.* 14. 3

Curator bonis absentis, præsentis, vel defuncti, vel hæreditati iacenti, an & quando detur de eius potestate, & quæ sint seruanda in eius deputatione. Angel. *consil.* 193. Decius *in consil.* 401. Aretin. *consil.* 110. *in tract. de tutor. & curat. pag.* 102. *num.* 110. Quibus in locis habetur etiam de proclamate faciendo in deputando curatorem hæreditati iacenti: & qui sint in tali deputatione citandi; de quo etiam per Herculanum *de negatiua, num.* 241. *in fine*, & Menochium *de arbitr. quæst. casu* 150. *per totum*, vbi pulchrè ponit totam istam materiam; ac etiam quis possit esse isto casu curator: an teneatur satisdare, vel facere inuentarium, & alia ad materiam, *ibi* per eum videas. 4

Curator testamento datus, & à iudice confirmatus, non tenetur satisdare: gloss. *in* §. 1. *verb. approbata. Institut. de satisdat. tutor.* 5

Curator testamento non datur: sed datus confir- 6

matur à Iudice. §. *sed curator. Instit. de curatorib.* intellige volente, non autem inuito adulto. §. *item inuiti, Instit. eod.* Corn. *consil.* 81. *column.* 2. *versic. praeterea licet, volum.* 4. Socin. iun. *cons.* 97. *num.* 15. *part.* 1. *& consil.* 79. *num.* 10. *& sequent. part.* 2.

7 Curatoris auctoritas præstita in actu statim quòd ipse est deputatus curator, est nulla; quia non præsumitur præcessisse causæ cognitio. Foller. *in pract. crimin pag.* 300. *num.* 16. Roland. *consil.* 3. *num.* 34. *volum.* 3. Anchara. *quæst.* 16. *num.* 13. 14. *&* 15. vbi limitat, *part.* 2. faciunt in proposito in materia decreti festinanter interpositi, vbi ponas hîc.

8 Curator dator etiam ad vnum actum vide infrà *vers. tutor num.* 24.

Diuersa.

1 Concubinæ legatum, seu donatio facta per militem, seu Clericum, an valeat, maximè si sit firmata iuramento, vel sit facta ob benemerita. Videas Iosephum Ludouicum *in communib. opinionib. lib.* 1. *conclus.* 25. *per totam*, vbi de materia. Quæ autem sit concubina, & quæ dicatur, vide *ibidem in versic. & illa*, &c. *& in Repertorio Quæstionum Criminalium vers. concubina*, &c. Videas etiam ad hanc materiam Rolandum *consil.* 98. *volum.* 1. *per totum*. Aymon. *consil.* 129. *& de antiquit. tempor. cart.* 27. *num.* 65. vbi de Clerico donante. Ancharan. *quæst.* 12. *num.* 1. *&* 2. *part.* 2. vbi quòd concubinæ regulariter donari, legarique potest, ac eadem hæres institui. Quod non procedit in concubina Clerici, cui Clericus nec legare, nec donare potest, *ibidem num.* 3. *&* 4. vbi ampliat hoc procedere etiam in quolibet Clerico. Aduerte tamen, quòd si donatio facta à Clerico est iurata, valet & tenet *ibidem num.* 12. Idem de legato, seu donatione facta à Clerico concubinæ ob benemerita, *ibidem num.* 5. Quod vltimum limita pluribus modis. Et *primò* non procedere, nisi per concubinam merita probentur, *ibidem num.* 6. *&* 7. *Secundò* non procedere, si donatio, seu legatum excederet benemerita: quia in eo quod excedit non valet: & ideò talia benemerita sunt taxanda iudicis arbitrio, vt *ibidem num.* 8. *&* 9. Limita *tertiò*, quia in tali legato, seu donatione est facienda specialis mentio meritorum, aliter non valet, *ibidem num.* 14. *& sequentibus*. Vide decisionem Rotæ *in vna Romana legati Veneris* 2. *Aprilis* 1568. coram Seraphino. Quæ decisio fuit impressa post mea consilia criminalia; & vide Bennon *de public. concubin in gloss. contra prædictos, fol. mihi* 173. *num.* 1. *& sequentibus inter tract. crimin. tom.* 11. *part.* 1. Rebuff. *in concordat. in rubr. de public. concubin. in versic. septima pœna, fol. mihi* 369. *column.* 2. Decian. *in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 21. *num.* 24. Posui *in fragmentis criminalib. versic. concubina.*

2 Coniuncti verbis qui dicantur. Cephal. *cons.* 123. *num.* 1. *&* 2. *& consil.* 124. *num.* 3. *volum.* 1. vbi etiam, quomodo in illis habeat locum ius accrescendi, de quo vide infrà *verb. ius accrescendi*, &c.

3 Collatio bonorum non fit, quando ascendens descendenti succedit. Villalobos *lit. C. num.* 100.

4 Collatio professionum quomodo fieri debeat. Viui. *cart.* 94.

5 Conferre an teneatur libros, aliasque expensas in Doctoratu & studio factas frater, & de materia, Aymon. *consil.* 125. Cepoll. *caut.* 187. Petrar. *singul.* 54. Duen. *regul.* 371. Cotta *in memoral. pag.* 300. Cephal. *consil.* 42. *num.* 10. *& sequentibus*; vbi an computentur in legitimam. Clarus *de donat. quæst.* 8. *versic.* 3. *infertur*. Roland. *consil.* 11. *num.* 16. *& seqq. volum.* 1. vbi etiam quid de patre donante libros nepoti. Menoch. *de arbitr. quæstionib. casu* 131. *lib.* 2. Villalobos *lit. D. num.* 121. vbi, quòd donatio facta per patrem filio causa studij non valet. Crassus *in communib. opinionib. lib.* 2. *cap.* 5. *quæst.* 18. *tom.* 2. vbi quòd tales libri non veniunt per filium cum eius fratre conferendi: & *ibi* testatur de communi. faciunt tradita *in Repert. contract. quæst.* 39. vbi agitur, quando donatio inter patrem & filium valeat, &c. *num.* 7.

Consanguineorum successio currit vsque ad decimum gradum. Villalob. *lit. C. num.* 163. suprà *versic. agnati, num.* 6. Lamberten. *gloss.* 11. *num.* 48. 6

Cognati vsque ad quem gradum ad inuicem succedant. Placa *cap.* 39. *pag.* 656. quid de agnatis, dixi suprà, *in versic. agnati num.* 6. 7

Captatoria volontas, &c. vide infrà *vers. testatoris voluntas*, &c. 8

Contractus fiunt in vltimis voluntatibus. Dixi *in Repert. contract. versic. contractus num.* 18. 9

Conferre tenentur dotes suas sorores, quando cum fratribus patri succedere volunt. Roland. *consil.* 26. *num.* 5. *volum.* 3. 10

D

Diuisio.

Diuisio facta inter fratres, an probet bona diuisa fuisse paterna; an verò propria ipsorum filiorum præsumantur, & non hæreditaria, habetur per Marzarium *de fideicommiss. quæst.* 58. 1

Diuisio an possit per testatorem prohiberi. Villalob. *lit. D. num.* 81. Viui. *in communib. opinionib. pag.* 145. Grammat. *decis.* 7. Clarus *de testament. quæst.* 67. Roland. *consil.* 84. *volum.* 1. faciunt in simili tradita *in Repert. contract. versic. pactum, num.* 29. Et adde in materia, quòd prohibita per testatorem diuisione non censetur prohibita diuisio quoad fructus, vel ius vtendi & fruendi. 2

Diuisio prohibita non censetur prohibita diuisio vsusfructus, & commoditatis. Roland. *consil.* 80. *num.* 27. *& multis seqq. volum.* 1. 3

Diuisioni an possit per fratres renunciari, & sic an valeat inter fratres pactum de non diuidendo. Rolandus *consil.* 84. *volum.* 1. Cephal. *consil.* 44. *num.* 1. 2. 21. *& seqq. volum.* 1. vbi etiam an eidem pacto de non diuidendo renunciari possit. 4

Diuisio pluribus mediis potest rescindi, & intrari in litem contra diuidentem, & de modo libelli, ac generaliter de materia videas Plotum *in l. si quando, num.* 518. *& sequentib. C. vnde vi, pag. mihi* 309. *vsque ad* 312. vide Villalob. *lit. D. num.* 87. 5

Diuisio inter duos fratres an præsumatur in materia societatis omnium bonorum, vide *in alio Repertorio.* 6

Diuisio inter duos fratres de eorum bonis paternis, quomodo fieri debeat: & an verum sit, quòd maior debeat partes facere, & minor eligere. In hoc fuerunt contrariæ Doctorum opiniones: super qua contrarietate & materia videas infrascriptos, videlicet Guid. Pap. *decis.* 189. Aretin. *in §. socius. Instit. de societat. num.* 14. *& in §. quadam actiones num.* 9. *versic. quæro de quæstione Institut. de actionib.* Petr. Bobatter. *in summa Roland. in titul. de compromiss. super instrument. diuis. column penult. pag.* 75. Aretin. *de malefic. in verb. dandis & soluendis, num* 2. *pag.* 119. *& in additionib.* Roman. *consil.* 471. Iason *in dict. §. quadam*, Paulus de Castro *singul.* 8. *incip. Frater maior.* 7

ior. Cotn. *consil.* 234. *part.* 1. Fitman. *in Repert. verb. diuisio, num.* 72. Platea *in dict.* §. *Socius.* Masuer. *in titul. de Societate, num.* 8. *pag.* 240. Pert. de Vbald. *in tract. de duob. fratrib.* 4. *part. princip. quaest.* 9. & *sequenti.* Villalob. *lit. D. num.* 82. Mynfing. *obseru.* 37. *centur.* 4. Socin. *regul.* 319. Cagnol. *in l.* 1. *ff. si cert. petat. num.* 164. & *sequent. pag.* 131. Rombin. *consil.* 39. *per totum.* Mcnoch. *de arbitr. quaestionib. casu* 123. & 124. vbi etiam in materia quis dicatur frater maior: omninò etiam Tiraquell. *de iure primogenit. quaest.* 60. Simoncell. *de decreto lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 34. & *sequentib.* & an diuisio facta à minore inualida firmetur iuramento, Aretinus *consil.* 22. Bald. *consil.* 45. *incip. Quandoque contractus. lib.* 2.

8 Diuisio facta à patre viuente inter filios firmata iuramento an valeat: pulchrè in *decisione Pedemontana* 125. *per totam.* Adde in materiam Monticulum *de inuentar. pag.* 15. *num.* 5. vbi an valeat diuisio patris facta inter filios, quorum vni, plusquam alteri assignet.

Donatio caussa mortis quando reuocetur.

1 Donatio causa mortis reuocatur poenitentia. Marsil. *singul.* 63. Couarru. *de testament. pag.* 240. *num.* 23. Roland. *consil.* 8. *num.* 10. *volum.* 1. & *consil.* 61. *num.* 1. *volum.* 2. Et quid de donatione filij facta cum consensu patris, an reuocetur sola poenitentia ipsius filij; an verò requiratur etiam poenitentia patris, dixi suprà *quaest.* 51. *num.* 36. pro primo facto adde Antonium Gomez *in titul. de donationib. num.* 19.

2 Donatio causa mortis an censeatur reuocata per rei donatae alienationem. Couarruu. *de testament. pag.* 237. *num.* 19. Roland. *consil* 61. *num.* 2. Clar. *de donationib. quaest.* 25. & faciunt, quae in simili traduntur de legato suprà *quaest.* 30. Ant. Gomez *titul. de donat. num.* 8. *vers.* 10. *in fin.*

3 Donatio causa mortis firmata iuramento, an possit reuocari, iam dixi suprà *in quaest.* 23.

4 Donatio causa mortis an censeatur reuocata per reconualescentiam donatoris, qui eam fecit in infirmitate, vel in testamento. Couarru. *de testament. pag.* 240. *num.* 23. Clar. *de donationib. quaest.* 25. Ad materiam vide in sequenti titulo *num.* 7. Antonius Gomez *titul. de donationib. num.* 19. *vers.* 3. *reuocatur,* vbi pulchrè declarat.

5 Donatio causa mortis quando aliquo casu est tacitè, vel expressè reuocata, si donans decedit sine haerede ex testamento, vel ab intestato, adhuc praedicta donatio reuocata valet, vt per Couarruuiam *de testament. pag.* 240. *num.* 24. & Clarum *de donat. quaest.* 25.

6 Donatio causa mortis quando censeatur reuocata generaliter vltra hic scriptos casus, vide per Manticam *de coniect. lib.* 12. *tit.* 7. *per totum.*

7 Donatio causa mortis quando censeatur reuocata per subsequens testamentum & institutionem vniuersalis haeredis, vide *in seq. titulo num.* 8.

8 Donatio causa mortis tacitè dicitur reuocata per mortem donatarij ante donatorem. Antonius Gomez *tit. de donat. num.* 19. *versic. secundò reuocatur.* vide *in sequenti titul. in versic. donatio. num.* 1.

Diuersa.

1 Donatio causa mortis an, & quando transmittatur ad haeredes donatarij. Cotra *in suo memoral. pag.* 234. Roland. *consil.* 77. *num.* 1. & *sequentib. vsque* Farinacij Repert. de vlt. voluntatib. *ad num.* 26. *volum.* 1. vide in antecedenti titulo. *num.* 8.

Donatio bonorum post mortem collata an valeat. Turzan. *opin.* 83. 2

Donatio causa mortis firmatur morte donantis, absque eo quòd adeatur haereditas. Clar. *de donat. quaest.* 5. *versic. scias tamen.* Quid de donatione filij facta cum consensu patris, an confirmetur morte solius filij, vel etiam requiratur mors patris, dixi suprà *quaest.* 51. *num.* 36. Ad materiam primi dicti, vide Antonium Gomez *titul. de donationibus num.* 16. *in* 3. *illatione.* 3

Donatio causa mortis facta absenti valet in vim fideicommissi. Clar. *de donationib. quaest.* 5. *vers. sed pone,* &c. si interueniat nuncius, vel epistola, valet donatio causa mortis facta absenti: si verò non interniat, nec nuncius, nec epistola, non erit donatio causa mortis; sed legatum, vel vltima voluntas. Anton. Gomez *titul. de donationib. num.* 16. *in* 2. *illatione,* & *num.* 18. *propè finem.* 4

Donatio causa mortis an sit propriè donatio: & an in statutis veniat appellatione donationis, vel alienationis, Tiraquellus *de legib. connubialib. pag.* 436. *num.* 64. & *sequentib. per totam illam quaestionem,* & *num.* 80. & *sequentib.* 5

Donatio causa mortis accedit potius vltimae voluntati, quàm contractui, vt per Tiricaeum *de testament. coniug. pag.* 138. *num.* 3. & 4. vbi de communi: & *num.* 1. & *sequentibus,* vbi an veniat appellatione legati: & sic an legare prohibitus possit causa mortis donare: vide ibi, & infrà *versic. legare prohibitus,* &c. *num.* 4. inter diuersa. Quid de donatione inter viuos inualida, quae tamen confirmatur morte, puta inter coniuges, & inter patrem & filium: dic quòd aequiparatur vltimae voluntati. Lambertenus *de contractib. gloss.* 13. *num.* 9. in materia vide Tiraquellum *de legib. connubial. pag.* 436. *num.* 68. & *sequentibus,* & *num.* 64. & *sequentib* vbi etiam an veniat appellatione contractus, per totam illam quaestionem. Clar. *de donat. quaest.* 5. Roland. *consil.* 82. *num.* 21. & *sequentib. volum.* 1. vbi distinguit. Mantica *de coniectur. lib.* 12. *titul.* 7. *num.* 1. Anton. Gomez *titul. de donat. num.* 16. 17. & 18. vbi quòd respectu formae solemnitatis, & ordinationis donatio causa mortis aequiparatur contractui: respectu verò confirmationis, & effectus, aequiparatur vltimae voluntati; & ibi testatur de communi, & infert ad plura. Lambertenus *de contractib. gloss.* 13. *num.* 6. vbi quòd aequiparatur contractui, etiam eius naturam sumit, etiam quòd fiat in testamento, aut codicillis, & testatur de magis communi. 6

Donatio causa mortis facta propter certas causas, puta si donans erat iturus in longinquas partes: an eo ipso, quòd saluus redit & incolumis, censeatur reuocata; vide *in decisione Pedemont.* 118. *per totam,* vbi concludit, quòd non censetur reuocata. Et ibi de materia, de qua vide etiam in dictis decisionibus *pag.* 494. *num.* 1. & *sequentibus,* in concilio Ctauettae. vide infrà *num.* 8. & omninò Antonium Gomez *titul. de donationib. num.* 19. *versic. tertiò reuocatur,* & vide etiam dicta in antecedenti titulo *num.* 4. 7

Donatio causa mortis non censetur reuocata, si donans deinde faciat testamentum, in quo instituat haeredem vniuersalem in omnibus & singulis eius bonis, nisi expressè donationem illam causa mortis reuocet, an quòd in testamento adsit clausula cassans, & irritans, *decis. Pedemont.* 118. *num.* 11. vide Manticam *de coniectur. lib.* 12. *titul.* 7. *num.* 6. vide infrà *num.* 9. 8

9 Donatio causa mortis qoando & quomodo per donantem reuocata censeatur, vltra particolariter tradita supra *num.7. & 8.* vide Maoticam *de conie&ura lib.12. titul.7. per totum*, vbi ponuntur plures easus. Vide in titulo antecedente, in alio verbo, *Donatio causa mortis.*

10 Donatæ rei causa mortis dominium post mortem donantis ipso iure transit in donatarium, etiam nulla interueniente traditione. Antonius Gomez *tit. de donationib. num.17.* Quid in dominio rei legatæ, vide infra versic. *legati dominium, num. 16.* inter diuersa legatorum.

Diuersa.

1 Deportatus an sit incapax hæreditatis. Diaz *regul.187.* Clar. *de testament. quæst.22. vers. si autem.* Et an possit testari dixi supra *quæst.39. num.16. & 18.* Posui in impressis *quæst.101.*

2 Dos data filiæ, seu sorori, quando veniat in collatione bonorum, vide Marsil. *singul.344.*

3 Dos matris quando acquiratur filiis viuente patre. Syluanus *cons.44. num.1. in Repertorio contractuum verb. Pater num.12.* & infra *vers. Mater num.1.*

4 Dotis legatum, infra *verb. legatum dotis.*

5 Dos an succedat loco legitimæ. Infra *versic. legatum dotu. Et in Repert. contractuum verb. dos. num.8.*

6 Descendentium appellatione quinam veniant, dixi supra in quæstionibus.

E

Executor testamenti.

1 Exequutor vltimarum voluntatum quis dicatur. Capra *in tract. de execut. testam. in princip. num.6.* vbi ponit definitionem.

2 Exequutoris potestas quæ sit generaliter & particulariter, præter infrascripta recurras ad Capram *d. tract. de execut. testament. in 6. membr. per totum.*

3 Executorum vltimarum voluntatum multiplex est species: de quibus distinctè videas declarantem, & exemplificantem Capram *vbi supra in 4. membr. num. 1. & sequentib. & in princip. tractatus num. 18. pag 204. à tergo.*

4 Exequutor datiuus dicitur ille, qui datur mortuo testatore per Episcopum, vel alium iudicem iurisdictionem habentem. Qui autem sint iudices, qui possint exequutores dare, & ex qua causa dari debeant. Ad quid teneatur iste exequutor datiuus, quid in eo requiratur: de eius potestate, & generaliter de tota materia exequutoris datiui, videas per Capram *vbi supra in 8. membr. num.102. & omnibus seqq.*

5 Exequutor si nullus est à testatore in testamento datus, succedit absque alio Episcopus qui à iure legitimus appellatur executor. Capra *dict. membr. 8. num. 41. & sequentibus.* Mortuo autem Episcopo, ao executoris officium deuoluatur ad Archiepiscopum, an ad capitulum, an ad iudicem sæcularem, & ad quem *ibidem num. 44. & sequenti.* Et an sit legitimus executor Episcopus loci domicilij testatoris, an verò loci origiois, & de materia *ibidem numer. 57. & sequentibus.* Et generaliter de potestate Episcopi legitimi exequutoris, vide *ibidem num.80. & seqq.*

6 Executoris officium post eius mortem deuoluitur ad Episcopum. Villalob. *lit. E. num.133. & sequentibus.* vide *in seq. versicul.*

Executio legati facti ad pias causas quaodo deuoluatur ad Episcopum. Cæpoll. *cautel.109.* vide in antecedenti & sequenti versic. 7

Exequutor debet infra annum exequi voluntatem testatoris. Qui annus an currat à die scientiæ, vel à die monitionis Episcopi, seu iudicis: alias executio deuoluitur ad Episcopum. Super hac igitur materia, quando scilicet executor excusetur ex eo quòd non exequitur infra annum: & quando ex hoc deuoluatur executio ad Episcopum, videas ampliantem, & limitantem Capram *vbi supra in 7. membro*, per Rotam, vbi latè, & infra *in versiculo sequenti.* 8

Exequutor si non exequitur, vel si exequitur, sed non in tempore, voluntatem testatoris, quando priuetur sibi relictis à testatore, an sit necessaria monitio, seu interpellatio, & de materia, vide Capram *vbi suprà d. 4. membro n.12. vsque ad num.17. & num.35. vsque ad num.42.* vide in versic. antecedenti. 9

Executor aliquando tenetur actione negotiorum gestorum: aliquando verò actione mandati, vt Procurator. Capra *in tract. de exequut. testament. in princ. num.4. & sequentibus, & membr.8. num.5. & 6.* 10

Exequutor quando possit conueniri à legatariis, & aliis ad quos spectat, vt eis satisfiat de relictis à testatore, & vt exequi faciat voluntatem testatoris: qua actione, coram quo iudice, & quo ordine, habetur per Capram *in 6. membr. num.49. vsque ad 77.* 11

Executor dari potest ab omnibus illis, qui testari possunt, & è contrà. Capra *vbi suprà in 1. membro num.1. & multis sequentibus.* 12

Exequutor testamenti quinam esse possit, dixi supra *quæst.72.* 13

Executor testamenti per quæ verba deputari possit, seu deputatus censeatur. Capra *in 2. membro num.6. & multis sequentibus.* 14

Executoris deputatio, & electio, licèt alteri demandari minimè possit: nominatio tamen executoris committi potest, puta deputo in executorem, quem nominabit, seu declarabit talis. Capra *d.3. membr. num. 6. & seqq.* Faciunt infrà generaliter tradita *vers. testatoris dispositio.* 15

Executor testamenti deputatur in testamento, & in qualibet vltima voluntate, ac etiam in donatione causa mortis. Capra *in d.3. membr. num.1. & sequentib.* 16

Executoris officium an sit necessarium, vel voluntarium: & sic, an cogi possit executor ad subeundum tale onus; & quomodo & qua actione ad id cogatur executor, vide Capram *in 4. membro num.11. & omnibus sequentibus*, vbi etiam quis sit iudex in huiusmodi causa, & per quos cogi possit, & alia ad materiam, ibi vide. 17

Executoris officium ao deficiat, si ex testamento oon aditur hæreditas; vel alio modo testamentum sit inualidum. Capra *in 5. membr. in num.1. & seqq. vsque ad num.9.* 18

Exequutor testamenti an possit capere & administrare bona testatoris propria auctoritate. Capra *in 5. membr. num.9. & seqq. & membr.6. num.85. & 87.* & quid de exequutore legitimo, puta Episcopo, vide *in 8. membr. num.87. & seqq.* 19

Exequutor antequam administret, an debeat facere inuentarium. Dic quòd non. Montic. *de inuent. pag.27. num.13.* & vide Capram in *5. membr. num.13. & sequentibus, vsque ad num. 30.* Et an teneatur & quando reddere rationem administrationis: à quibus possit ad hoc compelli. Coram quo iudice sit reddenda ratio; de forma reddendi hanc rationem. 20

Quid

Quid credatur libro executoris de distributionibus per ipsum factis. Quid etiam erit eredendum eius iuramento. Et generaliter in tota hac materia in casu occurrenti recurras ad Capram *in 8.membr.num.*8. *& sequentibus vsque ad num.*41. Et quid de executore legitimo, puta Episcopo, an teneatur facere inuentarium,& reddere rationem. Vide *ibidem num.*77. *& sequentib.& num.*159. *& sequenti*, vbi de executore datiuo.

51 Executor an debeat iurare benè & fideliter distribuere, atque voluntatem testatoris exequi. Capra *in tract.de execut.testam.membr.*5. *num* 56. *& seqq.*

52 Exequutor quando possit agere contra debitores hæreditarios, & ab eis credita exigere pro adimplenda testatoris voluntate. Capra *in* 6. *membr.n.*45. *vsque ad num.*49. Et quid de executore legitimo, puta Episcopo, quando possit agere contra debitores hæreditarios, vide *in* 8.*membr.num.*80 *& seqq.* Et eorum quo iudice, & quo ordine possint huiusmodi hæreditarij debitores conueniri, vide *in d.*6. *membr. num* 64. *vsque ad* 77. & an isti debitores testatoris soluendo exequutori sint liberati, vide *in d.*6.*membro num.*82. *& sequentibus*.faciunt infra dicenda *num.* 30.

23 Executores si plures à testatore deputantur, quando vnus possit alio non requisito, nec interueniente expedire negotia. Capra *in d.*6. *membr. num.* 179. *vsque ad* 186. *& num.*194. *& sequentibus omnibus.* Et ipsis exequutoribus discordantibus quidnam sit faciendum, vide Roman. *singul.*639. Tiraquell. *de retract.pag.*50. *sub num.*44. vbi quòd præfertur voluntas coniunctorum executorum. Et idem traditur per Roland.*consil.*16.*num.*42.*volum.*3.in qua materia vide Capram *d.membr.*6. *num.*186.*& sequentibus, vsque ad numerum* 194.

24 Executor testamenti an possit suum officium alteri committere. Diaz *regul.* 269. Cotta *in memoral. pag.*185.*&* 293.*in fine*. Moronus *de fid. tregu.& pace, pag.*102. *quæst.*67.

25 Executor testamenti non potest alienare nisi pecuniam præsentem. Villalob.*lit.E. num.*129. de materia *ibidem num.* 132. Couartu.*de testament. pag.mihi* 394. *num.*6. Et an, & quando, & quomodo executor possit alienare, distrahere, in solutum dare, hypothecare bona testatoris pro adimplenda eius voluntate: & generaliter ac particulariter de materia habetur per Capram, ad quem semper recurras, *d.membr.*6. *num.*85. *& pluribus sequentibus.* Gomez *in tit. de legat. num.* 15. & quomodo quis tutè emat ab executore testamenti, vide *in Repert. contract. versic. emptor, num.*10. adde Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. lib.*1. *conclus.*14. *vers. infertur* 15. vbi quòd executores testamenti non possunt vendere vltra quàm sit necesse. Et idem per Simoncellum *de decreto lib.*3 *titul.*8 *inspect.*4. *num.*35. *in fine.* & debent probare quantum fuerit necesse alienare. vide quæ dicuntur infra *num.* 34.

26 Exequutor testamenti potest agere contra hæredem, vt adimpleat voluntatem testatoris. Villalob. *lit.E.num.*130.super qua materia, an & quando executor possit agere contra hæredem tam suo, quàm alieno nomine, videlicet legatariorum, vt soluat legata & cætera relicta in testamento tam ad piam, quàm non piam causam: & generaliter quando possit cogere,& qua actione hæredem ad adimplendam testatoris voluntatem, Capra *d. membr.*6. *num.* 1. *& sequentib. vsque ad num.*42. & eorum quo iudice, & quo ordine debeat talis causa agitari, vide *ibidem num.* 64 *vsque ad* 77. Et quid de executore legitimo, puta Episcopo, quando possit agere contra hæredem, &c. vide *in* 8. *membr. num.* 80. *& sequentib.*

Exequutor testamenti non tenetur cauere de exequendo, vt per Villalob.*lit.E.num.*131.super qua materia, an & quando executor teneatur cauere & satisdare de adimplendo voluntatem testatoris, ac de seruando indemnem hæredem, videas declarantem Capram *in tract.de exeq testam. membr.*5. *num.* 30. *& sequentibus, & in* 6. *membr. num.*77. *& sequentibus*, in discursu, *& membr.*8. *num.*131. *& pluribus alijs sequentib.* 57

Executor testamenti ad dotandas filias quid debeant, seu possint facere. Cotta *in memoral.pag.*291. *& seqq.* 58

Exequendi ius quomodo præscribatur. Cotta *pag.*594. 29

Executori facta solutio ab hærede, an liberet ipsum hæredem à creditoribus hæreditatis. Capra *vbi suprà in* 6. *membr. num.*77. *& sequentibus*. faciunt ad hoc suprà tradita *num.*22. 30

Exequutor à testatore deputatus ad soluendum eius debita, poterit soluere etiam naturaliter solùm debita. Item debita præscripta: item debita, de quibus testator fuit iniustè absolutus in iudicio, & alia, de quibus per Capram *d.membr.*6.*num.*139.*& plurib. alijs sequentib.* vbi etiam exemplificat. 31

Executor relictus à testatore ad distribuendum aliqua eius bona, quibus, & prout sibi videbitur, & placuerit, debet intelligi, vt distribuat in pios vsus, & non aliter. Capra *num.*145. *& seqq.d.membr.*6. vbi exemplificat. 32

Executor deputatus ad distribuendum bona pauperibus, potest etiam eligere alios pauperes, quàm domicilij testatoris. Capra *d.memb.*6.*num.*156. *& sequenti*, sed non potest eligere alios, qui non sunt pauperes, licèt benè possit eligere minùs pauperes, *ibidem num.*160. item potest eligere nobilem pauperem, *ibidem num.*161. item potest eligere fabricam pauperis Ecclesiæ, *ibidem num.*162. item si relinquitur frater Prædicatorum pro exequutore, poterit eligere pauperes fratres sui ordinis, *ibidem num.*164. item potest eligere nedum pauperes particulares, sed etiam collegium *ibidem num.*167.Non tamen executor potest se ipsum pauperem eligere, nisi esset in summa necessitate constitutus; vel nisi essent etiam concordes alij exequutores, *ibidem num.*168. *& sequentib.* Et quid si exequutor in pauperem eligat suum filium spurium, seu alium coniunctum, *ibidem num.* 173. *& sequentib.* item potest in pauperem eligere inimicum & odiosum testatori, dummodo sit dignus tali eleemosyna, *ibidem num.*176. *& seqq.* item non potest pauperes eligere incertos, puta venientes,& venturos ad eius Sargonam, *ibidem n* 178. vide in materia Rolandum *cons.*16.*num.*43. *volum.*3. vbi debent eligi in pauperes potius coniuncti testatoris, quàm alij. Item an legata pecunia pauperibus possit illa distribui in vnum solum pauperem. Vide Placam *cap.*46.*pag.*783. Viui.*pag.mihi* 247. 33

Exequutor testamenti regulariter non potest bona testatoris alienare, etiam quòd talis alienatio sit vtilis: sola enim vtilitas non est sufficiens causa ad alienandum. Simoncell.*de decreto lib.*3.*tit.*8. *inspect.*4. *num.*33.& dixi de materia suprà *num.*56.Hæc regula fallit principaliter, quando testator pro exequutione suæ vltimæ voluntatis dedisset executori auctoritatem, & licentiam alienandi. Nam tunc ipsum posse alienare, etiam sine iudicis decreto, omnes vno ore fatentur, teste Simoncello *in dict.*4. *inspect. num.* 30. 34

Amplia hanc principalem fallentiam,etiam quòd licentia esset data alienandi in testamento irrito,seu codicillis nullis, *ibidem num.*31. *& num.*39.

Amplia II.vt valeat hæc licentia alienandi etiam data executori à testatore minore, & aliàs à iure prohibito alienare sine decreto, &c. *ibidem num.*32. vbi hanc ampliationem extendit, etiam quòd minor testator daret licentiam alienandi pro executione contractus aliàs per ipsum celebrati in minori ætate, & *ibi* respondet ad contraria.

Amplia III.vt quando exequutoribus data est licentia prædicta, possint ipsi alienare, siue alienatio sit vtilis, siue non, *ibidem num.*33. vbi respondet ad contraria.

Amplia IV. etiam quòd data sit licentia alienandi in genere, absque eo quòd specialiter detur licentia alienandi talem, vel talem fundum: nam adhuc etiam sine decreto per licentiam datam in genere, poterit executor alienare immobilia,*ibidem num.*34. vbi respondet ad contraria.

Amplia V. vt per licentiam alienandi censeatur etiam data potestas in solutum dandi, atque omnia alia faciendi, quæ alienationem sapiunt, *ibidem num.* 38.

Limita hanc eadem principalem fallentiam, vt nisi testator amplam exequutoribus authoritatem dederit,puta distrahendi quamcunque voluerit rem, vel pro libito voluntatis, & simil. per simplicem alienandi licentiam non potest exequutor quam voluerit rem alienare: quia primò scilicet mobilia, si sufficiunt; deinde immobilia, & ea quidem minùs damnosa, & minùs pretiosa alienare potest, *ibidem num.* 35.36.*&* 37.vbi ad contraria respondet,& de magis recepta opinione testatur,dicitque ampliùs *in dict. num.* 37. quòd adhuc illa licentia distrahendi quamcunque rem voluerit, intelligitur, nisi exequutor mala fide interueniente distraxerit.

Diuersa.

1 Excommunicatus an possit testari, dixi suprà in quæstionibus.

2 Æqualitas inter hæredes est seruanda. Cotta *pag.* 283.& vt æqualitas seruetur, semper verba sunt interpretanda, vt disi supra *in quæst.* 43. *num.*17. *& in Repert.contract. versicul.æqualitas seruanda,* &c.*n.*40.

3 Error in persona hæredis quando vitiet testamentum.Villalob.*lit.T.num.*43.Crot.*in* §.*duo fratres, num.* 16.vbi de arrogato, & de errore facto in persona hæredis, quem testator putabat esse filium, vel legitimatum, an & quando vitiet, vide Tiraquellum *de legib. connubialib.pag.*539. *num.*251. *& sequenti.*Roland.*consil.*61. *num.*27.*volum.* 1.*& cons.*22.*num* 10. *volum.*3.Quid de errore in re legata, vide infrà *verb. legatum num.*31.inter diuersa. Vide aliquid *in Repert. contract.quæst.*49. *cap.* 1. *num.*27.

4 Emphyteosis an veniat in restitutione fideicommissi.Roland.*consil.*96.*num.*11.*volum.* 1.faciunt infrà generaliter dicenda *vers. hæres grauatus quæ bona restituat.num.*6.Quid de feudo, vide infrà *verb.feudum, num.*11. vide etiam paulò inferiùs *in num.*8.

5 Ebrij testamentum an valeat, dixi *in Repertorio contractuum, versic. Ebrij contractus non valet regulariter,* &c.

6 Emphyteosis an transeat ad proximiores primi inuestiti, an verò vltimi morientis, dixi suprà *quæst.* 12. *num.*23.

7 Emphyteosis hæreditaria quæ dicatur,dixi *in Repert. contract.*

Emphyteotica bona possunt supponi fideicommisso; & sic hæres grauatus tenetur illa restituere, non solùm si testator expresse de bonis emphyteoticis mentionem fecerit: sed etiamsi tacitè, puta dicendo, omnium bonorum quoquomodo possessorum: vel quorumcunque bonorum, & simil. his enim casibus bona emphyteotica veniunt per grauatum restituenda, tanquam tacitè fideicommisso supposita, dummodò emphyteosis sit hæreditaria:quia si non est hæreditaria, non potest fideicommisso supponi; nec tacitè, nec expresse. Hæc tradit *decis. Lucen.*29.*num.*50. *& seqq.part.*1. vide suprà *num.*4. 8

F

Falcidia.

Falcidia in quibus rebus, & de quibus rebus, soluí, aut detrahi possit, præter infrascripta videas infrà, *versic.Trebellianica,* in discursu. 1

Falcidia an detrahatur de legato filiis, vel parentibus facto, vide Cremam *in singul.*9. 2

Falcidia quando non detrahatur de legaris.Socinus *regul.*331. 3

Falcidia quomodo detrahatur de annuis legaris. Couarru.*variar.resolut.pag.*851. *num.*8. *&* 9. 4

Falcidia an possit tacitè vel expresse per testatorem prohiberi, dixi suprà *in quæstionib.* 5

Falcidia an detrahatur de legaris ad pias causas: multa per Tiraquellum *de priuileg.pia caus.priuil.*26. Cephal.*consil.*111. *num.*35. *& sequenti, volum.* 1. vbi quid si legata perueniant ad Ecclesiam non immediatè, sed mediatè. 6

Falcidia æquiparatur Trebellianicæ. Infrà *vers. Trebellianica.* 7

Falcidia non detrahitur de legato facto pro exoneratione conscientiæ.Cotta *pag.*35.*in princip.* 8

Falcidia an detrahatur de fideicommissis particularibus, infrà *vers.Trebellianica,* &c. 9

Falcidia potest per hæredem detrahi de singulis legaris, quando confecit inuentarium, aliàs secùs: ad quam materiam vide Montic. *de inuentar.pag.mihi* 61.à tergo, *num.*4. 10

Falcidia detrahitur de legato vsusfructus omnium bonorum. Concordantia iura, & rationes, ac responsiones ad contraria tradunmr per Hieronymum de Monte *in quæst.*2 *per totam, lib.*1.vbi id limitat procedere in casu, in quo plus valet vsusfructus, quàm proprietas. Vnde secùs si plus æstimetur proprietas, quàm vsusfructus, vt *ibi num.*9.vbi exemplificat hanc limitationem,& pulchrè ponit practicam detrahendi falcidiam de vsufructu omnium,seu particularium bonorum. 11

Falcidia an detrahatur de re prohibita alienari, vide infrà *in versic.Trebellianica, num.*5. 12

Fideicommissum, Fideicommissarius.

Fideicommissi materiam supple infrà, *versic.substitutio.* 1

Fideicommissarij materiam supple infrà *versic.hæres grauatus, & versic.substitutus,* &c. 2

Fideicommissarius, quæ bona restituat in restitutione fideicommissi, generaliter vide infrà,*hæres grauatus,* &c. & an restituat prælegata, vide infrà *vers. prælegata.* Et quid de bonis emphyteoticis, vide suprà *in verf.emphyteosis, num.*4. & quid de feudo infrà, *vers.feudum num.*11. 3

Fideicommissarius an possit fideicommissum capere 4

pere propria auctoritate, an verò de mano hæredis, & de materia, præter generaliter tradita *in Repert. quæstionum iudicial. quæst.* 1. & meliùs *quæst.*2. vbi est locus suus: vbi agitur, quando auctoritate propria liceat rem suam occupare, &c. vide Cepoll. *caut.* 111. *per totam.* Et an & quando in fideicommissarium transeant ipso iure actiones absque restitutione. Menoch. *in l. finali num.* 200. *& seqq. C. de edict. Din. Adr. tollen.* vbi ponit casus, in quibus ipso iure absque restitutione transeunt in fideicommissarium iura & actiones. Vide insuper Marsilium *singul.* 42. Cephalum *consil* 49. *per totum*, in discursu. Matthes. *singul.* 42. *& in addit.* vide infrà *sub num.* 7. Et quando fideicommissarius possit cogere hæredem grauatum, vt adeat hæreditatem, vt illam sibi restituat, vide infrà *versic. hæres grauatus, num.* 13. vide ad materiam Rolandum *consil.* 46. *num.* 4. *& num.* 6. *volum.* 3. vbi secundùm communem concludit, quòd fideicommissum etiam antequam sit agnitum, & ante aditam hæreditatem transmittitur ad filios. Intellige de fideicommisso puro, secùs de conditionali, *ibidem num.* 5. vbi pariter de communi. Sublimita, nisi conditio fideicommissi esset purificata: quia tunc tale fideicommissum transmittitur, non aliter ac si esset purum, *ibid. num.* 6.

5 Fideicommissarius ad quid teneatur. Cepoll. *caut.* 111. *num.* 2.

6 Fideicommissum qoando possit peti per procuratorem. Cepoll. *caut.* 140. Cotta *in memoral. pag.* 318.

7 Fideicommissarius quomodo agat, & formet libellum contra heredem, vel tertium possessorem pro restitutione fideicommissi, habetur per Marzarium *de fideicommis. pag. mihi* 61. *& pluribus sequentibus.* Roland. *consil.* 78. *num.* 6. *& seqq. num.* 14. *& sequentibus, volum.* 3. vbi qoòd non debet petere se immitti in possessionem bonorum fideicommissariorum; sed quòd sibi fiat restitutio ab hærede grauato, de quo dixi suprà *num.* 4. Et quid debeat isto casu probare fideicommissarius stante fideicommisso, puta si Titius decedat sine liberis, & succedat Sempronius. Quis debeat probare Titium decessisse sine liberis? Et si Titius filios habuerit, & sunt mortui, cui incumbat onus probandi, filios patri, seu matri; an verò parentes filiis superuixisse: disputatur materia *in decisione Pedemontana* 108. *& cons. seq.* & dixi etiam infrà *vers. substitutus. num.* 11. quæ ponas hîc. Et generaliter de hac materia, vide *ibid.* per Marzarium, & faciont suprà tradita *quæst.* 2. *num.* 24. Particulariter autem an fideicommissarius debeat isto casu probare, quòd bona, quæ petit, fuerint in dominio testatoris; an vero sufficiat probare eorum possessionem, videas per Marzarium *ibidem quæst.* 60. Roland. *cons.* 16. *num.* 19. *volum.* 3. vbi quòd debet probari dominium testatoris. Dic quòd si fideicommissarius agit contra heredem grauati, debet probare res, quas prætendit fideicommissarius fuisse in bonis & hæreditate fideicommittentis; & quòd ab eo possidebantur tempore mortis suæ. Roland. *in consil.* 49. *n.* 6. *& sequentib. volum.* 3. Si verò agit contra tertios possessores; tunc debebit probare, nedum quòd dictæ res tempore mortis per fideicommittentem possidebantur; verùm etiam, quòd erant in eius dominio, vt *ibidem num.* 10. *& sequentibus.* Et ao per iouentarium hæredis graoati dicatur probatum bona io eo descripta fuisse in dominio testatoris: dic quòd sic; vt per Montic. *de inuentar. pag.* 98. *num.* 158. *& pag.* 35. *num.* 63. Et an bona per filium possessa præsumantur illa à patre relicta, in quibus pater imposuit fideicommissum, vide *in Repertorio contractuum versic. filius an præsumatur, &c. num.* 7. quæ ponas hîc.

Fideicommissi remissio, seu renunciatio an & quando valeat. Duenas *regul.* 248. *& seq.* 8

Fideicommisso an censeatur renunciatom per simplicem diuisionem. latè Imol. *conclus.* 39. *lib.* 2. *pag.* 466. *& sequentibus*, Gabriel. *lib.* 4. *rubr. de fideicommiss. conclus.* 1. Natta *consil.* 474. *num.* 32. *volum.* 2. Neuizzan. *consil.* 32. *num.* 12. *& sequentib.* vbi etiam an censeatur renunciatum per transactionem, omninò, Cephal. *consil.* 253. *num.* 1. *vsque ad num.* 33. *volum.* 2. Marzar. *de fideicommiss. quæst.* 59. omnioo etiam decisionem vide *Pedemontanam* 112. *num.* 13. *& sequentib.* Posui *in fragmentis in versic. Ignorantia fideicommissi num.*.. 9

Fideicommissum, in quo vocantur proximiores, an intelligatur de proximioribus hæredis, vel testatoris, vide Rolandum *consil.* 100. *volum.* 1. omninò Couarru *pract. quæst. pag. mihi* 264. *& sequentibus multis.* Clar. *de testament. quæst.* 76. *vers. sed hic occurrit*, vbi quòd intelligi debet de proximioribus grauati, & noo testatoris, secundùm veriorem & magis communem, quam etiam sequitur Marzarius *de fideicommis. quæst.* 35. vbi testatur ita aliàs fuisse iudicarom in Rota Florentioa: sed quòd immò intelligi debeat de proximioribus testatoris, & non hæredis grauati, tradit Rolandus *consil.* 70. *num.* 73. *& sequentib. volum.* 3. vbi latè infert. Vide in simili suprà tradita de emphyteosi *quæst.* 12. *num.* 23. omninò Hippolytum Riminaldum *cons.* 296. *per totum lib.* 3. Mantic. *de coniectur. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 3. *& sequenti*, & omoino Aotonium Thesaurarium *decis. Pedemont.* 64. *per totam*, vbi aliis relatis videtur sequi opinioòem Rolandi *d. consil.* 70. 10

Fideicommissum an tacitè inductum dicatur, si testator mandaoit, quòd de pecuoia legata ematur fundus. Cephalus *consil.* 67. *num.* 27. *& sequenti, vol.* 1. vide infrà *num.* 20. 11

Fideicommissi ius quanto tempore præscribatur. Cephal. *consil.* 114. *num.* 11. *in volum.* 1. 12

Fideicommissum inter fratres seu pactum de inuicem succedendo, an & quando valeat, & generaliter de materia, præter quæ inferiùs dicuntur *in versic. Pactum de hæreditate viuentis, &c. num.* 1. ioter diuersa, quæ ponas hîc; vide latè & diffusè per Socinum iuniorem *consil.* 143 *part.* 1. *& consil.* 44. *part.* 2. Turzanus *opin.* 83. Gozad. *consil.* 87. *& 97. num.* 19. *& consil.* 98. *per totum.* Cort. ion. *consil.* 15. *per totum*, *& consil.* 25. *num.* 7. Bombin. *cons.* 3. *num.* 18. 19. 24 *& 25.* Nouell. *reg.* 151. *Decis. Pedemont.* 100. generaliter & particulariter per Sarmient. *select. interpr. lib.* 2. *cap.* 4. *& 5.* Et qoid si vnus fratrum sit valde senex, & infirmus, alius verò iuuenis & robustus, videas per Tiraquellum *de reuoc. donat. num.* 114. *pag. mihi* 330. *& sequentib.* vbi etiam an hæc vicissitudinaria donatio rumpatur natiuitate posthumi. Et quid si vnus reuocet institutionem, an & altera quoque reuocata censeatur, videas per Tiricæum *de testament. coniug. pag.* 68. *& sequentib.* vide in proposito Nattam *consil.* 474. *num.* 8. *volum.* 2. vbi quòd valet pactum inter fratres, quòd si quis eorum decedat sioe filiis, bona deueniant ad superuiuentes. Et particulariter an valeat huiusmodi pactum de inuicem succedendo, si est conforme cum dispositiooibus antecessorum, vide *in d. decisione Pedemontana* 100. *num.* 19. *& seq. & num.* 27. *& sequentibus.* Item an firmari possit statuto, vel coosuetudine, vide *ibidem num.* 11. 32. *& sequentib. & num.* 54. Item si non valet vt pactum, an valeat vt donatio inter viuos, seu vt donatio causa 13

mortis,

mortis, *ibidem num.* 14.41. *& sequentib.* Item an valeat istud pactum inter milites, *ibidem num.* 15. 18.45. *& seqq.* Item an inter personas nobiles & magnificas, *ibidem num.* 15. *&* 45. Et an inter virum & vxorem, posui in alia quæstione, videlicet, donatio inter virum & vxorem quando valeat, &c. dixi etiam *in fragmentis versic. fiscus. rubr. fisco ex quibus causis,* &c.

14 Fideicommissum quando censeatur à testatore factum gratia conseruandæ agnationis, plura afferuntur exempla per Rolandum *consil.* 70. *num.* 23. *& sequentib. volum.* 3.

15 Fideicommissum in quo vocantur agnati, seu cognati, an trahatur ad futuros, vel tantùm ad iam natos: vide infrà *versic. substitutio in qua,* &c. *num.* 19.

16 Fideicommissum conceptum per hæc verba. Item voluit, quòd omnia eius bona sint fideicommisso subiecta, cuius sit naturæ, per Marzarium *de fideicommissis quæst.* 28.

17 Fideicommissum an extendatur vltra decimum gradum. Marzat. *de fideicom. quæst.* 14. Mantic. *de coniectur. lib.* 8. *titul.* 12. *num* 37. Cephal. *consil.* 137. *num.* 1. *& pluribus sequentibus, vsque ad num.* 46.

18 Fideicommissum, in quo vocatur proximior de familia, an admisso vno de familia expiret, an verò extendatur ad alios proximiores. Marzat. *dict. quæst.* 14. *vers. non autem*, vide suprà *num.* 15. In hac materia an admisso vno proximiore cæteri censeantur exclusi: & sic an hoc fideicommissum finiatur vno proximiore admisso; an verò omnes ordine successiuo succedant, vide omninò Doctores allegatos per Marzarium *d. quæst.* 14. Manticam *de coniecturis lib.* 8 *titul.* 12. *num.* 11. *& num.* 34.

19 Fideicommissum iniunctum filio decedenti sine filiis, an censeatur ipsi nepoti iniunctum, sub eadem conditione, videlicet, si sine filiis decesserit. Marzar. *de fideicomm. quæst.* 19. vbi quòd talis conditio non censetur repetita in nepote, nisi in contrarium adsint coniecturæ, putà si testator perpetuò voluerit bona remanere in familia, vt *ibi* per eum: vide aliquid infra *versic substitutio num.* 15. Dic, quòd fideicommissum factum, si sine filiis decesserit, &c. expirat instituto decedente cum filiis, licèt postea illi filij sine filiis decedant. Achill. Personal. *de adipisc. possess. num.* 193. *& sequentib* vbi adducit concordantes, testatur de communi, & respondet ad contraria. Quod fallit, quando contrarium suadent coniecturæ, puta quòd testator alienationem prohibuerit, & quòd voluerit agnationem conseruare: quia tunc illa conditio, si sine filiis, &c. censetur etiam repetita in nepotibus, vt *ibidem num.* 214.

20 Fideicommissum inducitur etiam ex coniecturata mente testatoris. Item inducitur fideicommissum ex quibuscunque verbis, etiam enunciatiuis. Cephal. *consil.* 134. *num.* 25. *& sequentibus.* An autem fideicommissum inducatur per prohibitionem alienationis, dixi suprà *quæst.* 1. *num.* 18. *& num.* 50. posui hæc superiùs *in quæst.* 42. *num.* 9. *&* 10.

21 Fideicommissum an inducatur per hæc verba, videlicet: Volo quòd bona mea remaneant in familia, dixi *Repert. contract. quæst.* 71. *num.* 35. *& seq.*

22 Fideicommissum, in quo vocantur masculi, non trahitur ad masculos natos ex fœmina. Vide Cephal. *consil.* 137. *num.* 17. *vol.* 1.

Diuersa.

1 Filius si non vult adire patris hæreditatem, quid facere debeat. Infrà *in versic. repudiare,* &c.

2 Filium repudiantem hæreditatem paternam quando possit pœnitere. Infrà *versicul. repudiatio,* &c. *num.* 3.

Filio instituto repudiante, an possit adire pater. Villalob. *littera P. num.* 37. & an pater excludat substitutum, infrà *versic. substitutio,* &c. *num.* 1. 3

Filius an præsumatur ignorare contenta in testamento patris, vide infrà *in vers. hæres,* &c. 4

Filij de iure communi tam masculi, quàm fœminæ sublata omni differentia patri succedunt. Roland. *consil.* 26. *num.* 1. *vol.* 3 *& num.* 2. *& sequentib.* vbi quòd patris hæreditas filij debetur de iure communi, immò & maximè de iure naturali, & ibi exornat. Et quomodo è contra parentes succedant filiis, vide inferiùs *in versic. parentes,* &c. 5

Fratris testamentum an & quando rumpatur ob præteritionem fratris, maximè si sit instituta turpis persona, & generaliter de materia habetur per Franc. de Castillo *quotidianar. controuers. iur. cap.* 19. *per totum.* Bald. & alios *in l. fratres. C. de inoffic. testament.* Corset. *singul. pag.* 163. *verb. hæres* 3. Diaz *regul.* 634. Clar. *de testament. quæst.* 50. *&* 52. vbi etiam, an legata ex hoc testamento nullo debeantur, de quo particulariter dixi suprà *quæst.* 45. Et quid operatur isto casu clausula codicillaris, dixi suprà *vers. clausula codicillaris, num* 9. Et quæ dicatur isto casu turpis persona, vide Iason *in d. l. fratres, num.* 10. Et quid si instituatur concubina, vel meretrix, dixi *in fragmentis criminalibus, versic. concubina. num.* 545. Et an spurius isto casu dicatur turpis persona, vide Rolandum *consil* 87. *volum.* 3. vbi concludit, quòd non dicitur turpis persona. Cephal. *consil.* 217. *num.* 5. *& sequentib.* vbi quòd spurius potest institui hæres à fratre, licèt ei ab intestato non succedat. Sed contrarium tenuit Paritius *consil.* 64. *volum.* 3 & faciunt tradita per Ancharanum *quæst.* 66. *num.* 1. *& sequentib. part.* 2. vbi quòd fratri sacerdoti non licet filiam suam spuriam instituere excluso fratre; nec etiam filium spurium, quia dicuntur turpes personæ: sed hoc limitat non procedere in spuria nupta viro legitimo & naturali, vt *ibi* per eum *num.* 4. *& seqq.* Item reputatur turpis persona damnatus ob aliquod delictum infamiam irrogans. Roland *d. consil.* 87. *num.* 13. *& sequentibus vol.* 3. vbi idem dicit in concubina. Similiter meretrix isto casu reputatur turpis persona. Anchar. *dict. quæst.* 60. *num.* 11. vbi id limitat non procedere in meretrice nuptui collocata. Et in proposito scias, quòd quælibet turpitudinis macula etiam leuis facit isto casu reputare turpem personam, vt *ibidem* per Ancharanum *num.* 1. *& quæst.* 11. *part.* 2. *num.* 2. *& sequentibus,* vbi respondendo ad contraria, firmat, quòd ad remouendum fratrem à querela inofficiosi, sufficit illum instituere in legitima; & si instituatur in minus, quàm sit legitima, non potest petere nisi supplementum legitimæ, vt *ibi* per eum. Ad hanc totam materiam, & præsertim, an spurius dicatur turpis persona, & quid si sit legitimatus, vide Gabr. *consil.* 30. *lib.* 2. Thesaurar. *decis.* 126. *num.* 128. *&* 129. Honded. *consil* 47. *lib.* 2. Rota *diuers. part.* 1. *decis.* 505. Peregrinus *de fideicommiss. artic.* 24. *num.* 8. cum allegatis per eos, & vide quæ dixi *in contract. vers. spurius, num.* 7. 6

Frater an propter ingratitudinem priuetur legitima. Villalob. *lit. F. num.* 161. &c. 7

Frater consanguineus solùm, vel vterinus tantùm, an excludantur per fratres vtrimque coniunctos, videas per Alexandrinum *cons.* 16. *per totum.* Gabrielium *pag. mihi* 502. *num.* 4. Cephal. *consil.* 22. *n.* 27. *volum.* 1. *& consil.* 146. *num.* 4. vbi quòd frater consanguineus non succedit cum fratre vtrimque coniun- 8

cto

cto in succeſſione matris. Et quid in ſubſtitutionibus, vide Couarruuiam *pract. quaſt. pag.*264.*num.*2.

9 Fructus legati quando debeantur legatario ab hærede perſolui, vide Romanum *ſing.*389. Villalob. *lit.F. num.*169. Cotta *in memoral. pag.*515.

10 Fructus legitimæ quando debeantur, an verò computentur in illam, vide Hippolytum Riminaldum *conſil.* 50. *num.*73. *iuncto num.* 89. *& ſeqq. lib.*1. *& conſil* 131. *num.*17. *lib.*5. Diaz *regul.*301. Cott. *in memoral. pag.* 531. *in fine.* Cephal. *conſil.* 85. *num.*1. vbi quòd fructus non debentur, quando filius babuit alimenta, & *ibid. num.* 26. vbi quòd fructus legitimæ debentur ad rationem quinque pro centenario. Et an & quando ſint reſtituendi fructus ſupplementi legitimæ, vide eumdem Cephal. *conſil.*56.*num.*49. *& ſeqq. & conſil.*109.*num.*29.*deciſ.Lucen* 28.*num.*100. *& ſequentib. part.*1. vbi quòd fructus percepti iudicio teſtatoris non imputantur in legitimam, prout ſunt illi, qui ex ipſa legitima percipiuntur: percepti verò ex aliis bonis vltra legitimam, vel in legitimam imputantur, vel eorum æſtimatio reſtituitur, ſi enixè apparet de voluntate teſtatoris, quòd videlicet non fuerint ex ipſius iudicio percepti, ſed contra eius voluntatem, vt *ibi*, vbi etiam de materia.

11 Feudum an veniat io reſtitutione fideicommiſſi. Roland. *conſil.*60. *num.*53. *volum.*1.

12 Feudum an & quando & quomodo diuidatur. Roland. *conſil.*80. *volum.*1.

13 Furioſi hæreditas à ſuo curatore agnita, qoando ad ſuos hæredes transferatur, vide ſuper hoc...

14 Fiſcus quando ſuccedat indigno hæredi, vide quæ dixi *in quaſtionib. criminalib. verſic fiſcus*, *num.*4.

15 Filiusfamilias an poſſit adire hæreditatem alicuius ſine conſenſu patris. Poſui *in Repert. iudicial. quaſt.*72. *num.*15.

16 Filio adoptiuo quænam mater ſuccedat, an naturalis, an verò adoptiua. *deciſ. Pedemontan.* 75. *per totam.*

17 Filius adoptiuus ſuccedit patri adoptiuo vnà cum legitimis, & naturalibus, *d. deciſ. Pedemont.*75.*num.*1.

G

Gradus.

GRaduum computatio ſecundùm quod ius, aut ciuile, aut canonicum, aut ſtatutarium fieri debeat, videas per Herculanum *de caus. cap.*36.*n* 8. Cottam *in ſuis memoralibus pag.*367. vbi quid in ſucceſſionibus, & matrimonio. Vide etiam Viuium *in communib. opinionib. pag. mihi* 242.*verſic. ſtatutum diſponens.* Villalobos *litera C. num.*14. vbi quòd eſt facienda ſecundùm ius Canonicum. Nouell. *reg.*243. *in* 3. *fallentia*, vbi quòd computatio graduum eſt facienda ſecundùm ius ciuile; allegat Corneum in pluribus conſiliis, qui nihil dicit, & *in conſil.*101. *in princip. lib.* 2. qui, ni fallor, parum facit ad propoſitum.

H

Hæreditas.

1 HÆreditas non adita, regulariter non tranſmittitur; ſed quid de hæreditate paterna, ſeu materna? item quid in minore non adeunte, vide Cephalum *conſil.*56. *num.*1. *& ſeqq. volum.*1.

2 Hæreditas quando delata propriè dicatur. Matheſius *ſingul.*193. *in additionibus.*

Hæreditas adita non dicitur ampliùs hæreditas. 3
Villalob. *lit.H. num.*28 Tiricæus *de teſtament. 20. ing. pag.* 101. *num.*3. & dicuntur bona eſſe hæredis, & non defuncti. Cephalus *conſil.* 45. *num.* 8. *volum.*1. Vide in materia Benincaſam *de paupert. pag.* 208. *num.* 22.

Hæreditatis aditio quanto tempore præſcribatur, 4
vide infrà, *Ius adeundi, ſeu immiſcendi.*

Hæreditas quando dicatur opulenta, quando lu- 5
croſa, & quando damnoſa; pulchrè per Lambertenum *de contractib. eorum*, &c. *gloſ.*3. *num.*8. *&* 9. *& num.* 7. vbi quòd in dubio præſumitur opulenta & lucroſa, & non damnoſa.

Hæreditas quando ab indigno auferatur & fiſco 6
applicetur, & generaliter de tota materia, Peregrin. *de iur. fiſci, lib.*2. *tit.*2. *& pluribus ſeqq.* vbi ponit omnes caſus, in quibus ab indigno fiſcus hæreditatem aufert, & illos quàm optimè declarat. Poſui etiam multa ad hanc materiam ſpectantia *in fragmentis, in verb. fiſcus*, &c.

Hæres, & Hæredis inſtitutio.

Hæres quando dicatur capere poſſeſſionem, & 1
dominium rerum hæreditariarum, videas per Matheſium *ſingul.*43. *in addit.* Diaz *regul.* 562. Cotta *in memoral. pag.*198. Mynſing. *obſeruat.*39.*centur.*3. Faciunt infrà dicenda *in verſic. poſſeſſio defuncti quomodo continuetur in hæredem*, &c. & quæ dicta ſunt ſuprà, *verſic. adire*, &c.

Hæres & defunctus quomodo cenſeantur vna & 2
eadem perſona. Marſil. *ſingul.* 304. *&* 475. Cotta *in memoral. pag.*475. Benincaſ. *de paupert. pag.*203. *n.*1. *& ſeqq.* vbi etiam quomodo hæres repræſentet perſonam defuncti. Ad quod faciunt tradita in alio *Repert. Contractuum, quaſt.*1. vbi quòd omnia pacta tranſeunt ad hæredes. Regulariter hæres & defunctus cenſentur vna & eadem perſona. *Auth. de iureiur. à morient. praſtit. poſt princip.* Amplia etiam in hærede ficto. Ioſeph. Ludouic. *in communib. opinionib conclus.*16 *in princip.*

Limita vt dicatur eadem perſona fictè, non verè, *d. concluſ.*16. *in verſic declara* 1.

Limita II. vt repræſentet in iure actiuo & paſſiuo formato in perſona defuncti; non autem in iure non creato actiuè, aut paſſiuè tempore mortis defuncti, qoia hæres non poteſt repræſentare perſonam defuncti in eo, quod nunquam apud illum fuit, *d. concluſ.*16 *verſic. declara ſecundò*, *in* 1. *colum.* Et multas illationes ad prædictam regulam videas per Ioſephum Ludouicum *in d. concluſ.*16. *per totam*, ex quibus d. regula exornatur. ibi omnino videas, quia lariſſimè; & *in* 25. *illatione*, vbi ſupradictam regulam nedum in ſuo, ſed etiam in extraneo hærede locum habere dixit. Quid autem io hærede hæredis, dixi ſuprà *quaſt.*13. *num.*20. Amplia etiam in hæreditate iacente, quæ repræſentat perſonam defuncti. Ioſeph. *d. concluſ.*16.*in* 50 *illatione.* Limita in hærede pro parte, qui non repræſentat, niſi pro ea parte, pro qua eſt hæres, vt per Antonium Gomez *titul. de fideiuſſorib. ſub num.*20. *pag.*251. *colum.*4. *in princip.*

Hæres inſtitutus in re certa, quando æquipare- 3
tur legatario, infrà *verſic. Inſtitutus in re certa*, &c. & ponas hîc.

Hæredis materiam, & hæredis inſtitutionis, ſup- 4
ple infrà *in verſic. Inſtitutus, & verſ. inſtitutio.*

Hæredis inſtitutio quando reuocetur propter 5
ſuperuenientes inimicitias. Diaz *reg.*410. vide infrà *verſic.*

verſic. ingratitudo, *num.*8. & ponas hic; vbi generaliter quando reuocetur ob ingratitudinem.

6 Hæres quando teneatur exonerare conſcientiam defuncti, Villalob. *lit.H.num.*1. *& ſequentib.* Benincaſa *de paupertate, pag.*505. *num.*13. Dic quòd regulariter tenetur, quando defunctus aliquid mandauit verè, vel præſumptiuè, vt per Ioſeph. Ludouic. *concluſ.*16. *verſic. & ideo hæres*, *colum.*1. faciunt quæ ſuprà dicuntur de legato pro exoneratione conſcientiæ *quæſt.*63. vide eumdem Ioſephum *dict. concluſ.*16. *in* 71. *illatione*, vbi quòd hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti, quoad damna per defunctum in eius vita illata de iure Canonico, etiam in foro fori; quatenus hæreditatis vires ſufficiant.

7 Hæres an teneatur de damno dato à defuncto. Villalub. *lit.H. num.*2.

8 Hæredi quot remedia dentur ad vendicandam hæreditatem. Villalobos *lit.H. num.*23.

9 Hæres quando præſumatur ſcire contenta in teſtamento. Bartol. *in l. qui Roma*, §. *duo fratres*, *ff. de verbor. obligationib.* vbi etiam alij, præſertim Ripa *num.*50. *& plurib. ſeqq.* Roland. *conſil.* 36. *per totum*, *volum.* 2. Villalobos *lit.I. num.*4. vbi etiam de filio hærede. Alphan. *in collectan.* 163. Roland. *conſil.*85. *num.*19. *& ſeqq. volum.*1. Neuizan. *conſil.*31. *num.*17. vbi quid de ſuo hærede. Cagnolus *in l. qui in alterius*, *ff de regul. iur.* Cephal. *conſil.*253. *num.*13. *& ſeq.* vbi quòd hæres ex teſtamento præſumitur ſcire contenta in teſtamento, maximè in teſtamento nuncupatiuo, vide *in ſequenti verſic.* & poſui *in fragmentis*, *verſic. ignorantia.*

10 Hæres quando præſumatur ſcire facta defuncti? Dic quòd præſumitur, quando factum eſt magni momenti. Ioſeph. Ludouicus *in commun. opin. lib.*1. *concluſ.*16. *illat.*119. vide text. *in l. qui in alterius*, & *ibi* Doctores, *ff. de regul. iuris.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. pag.* 183. *num.* 53. *& ſequentib.* Plotus *in l. ſi quando*, *num.*621. *& ſequenti*, vide in antecedenti verſic. & generaliter tradita in materia ignorantiæ, quando præſumatur, in alio Repertorio. Et poſui *in fragm. verſ. Ignorantia.*

11 Hæres, qui adiuit hæreditatem ab inteſtato, an poſſit illam capere ex teſtamento, & ſic variare, vide *in Repert. iudiciali*, in materia, *Via quam elegiſti, tibi pateat*, &c.

12 Hæres qui ſemel extitit, non poteſt ampliùs deſinere eſſe hæres. Fallit in hærede, qui confecit inuentarium. Montic. *de inuent.pag.*73. *num* 52. *& ſeq.* Faciunt infrà dicenda, *verſic. repudiatio an valeat, poſtquam hæreditas eſt adita*, &c. vide Ioſeph.Ludou. *in communib. opinionib. lib.*1. *concluſ.* 16. *illat.* 82. *verſicul. & regulariter quando quis*, &c. *& pluribus ſequentib.* vbi facit regulam cum quinque limitationibus.

Hæres grauatus.

1 Hæredis fideicommiſſarij materiam, illius videlicet, qui fideicommiſſum recepit, poſui ſuprà *verſic. fideicommiſſarius*, & infrà *verſic. ſubſtitutus.* Hîc ſolùm ponam materiam hæredis grauati reſtituere fideicommiſſum.

2 Hæres grauatus, quæ bona reſtituere debeat, videas in omnibus verſiculis ſequentibus in diſcurſu.

3 Hæres grauatus an teneatur reſtituere prælegata, vide Cephalum *conſil.* 126. *num.*15. *& ſequentib. volum.*1. Socinus *regul.* 303. Villalobos *lit.P. num.*193. Cephal. *conſil.* 291. *num.* 25. *& ſequentib. volum.*2. dicas, quòd prælegata veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, etiam quòd Notarius vſus ſit illis verbis, *In omnibus autem alijs ſuis bonis*, &c. ita Marzar. *de fideicommiſſ. quæſt.*3. vbi de communi, licèt aliqui ibi per eum allegati contrarium dixerint.

Hæres grauatus tenetur etiam reſtituere mobilia, puta pecuniam, merces, fructus, animalia & ſimilia Marzar. *de fideicommiſſ. quæſt.*5. Sed quid ſi talia bona tempore reſtitutionis non reperiantur, vide infrà *num.* 8. & ſint conſumpta, an tunc teneatur hæres dare eorum æſtimationem, vel computare in legitimam, aut Trebellianicam, vide *ibidem* per Marzarium, ſuper qua materia vide etiam per Menochium *de arbitrarijs quæſtionibus, caſu* 49. *lib.*2. 4

Hæres grauatus tenetur reſtituere fideicommiſſario rem a teſtatore venditam, cum pacto de retrouendendo, & ab ipſo redemptam, ſed reſtituto ſibi pretio, non aliàs. Marzarius *de fideicommiſſ. quæſt.* 6. 5

Hæres grauatus ſi pendente tempore ad reſtituendum conſolidauerit dominium directum alicuius rei emphyteuticæ cum vtili, vel è contra, puta quòd illud acquiſierit à domino directo, vel ab eius emphyteota poſt mortem teſtatoris reſpectiuè: an illam rem emphyteoticam teneatur reſtituere fideicommiſſario. Marzar. *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. & faciunt ſuprà tradita, *verſ. emphyteoſis*, *num.*4. *& num.*8. quæ ponas hîc. 6

Hæres grauatus, an teneatur reſtituere res ſibi ab alio obuentas, puta à cohærede & ſimil. vide Marzarium *de fideicommiſſ. quæſt.*36. 7

Hæres grauatus an teneatur reſtituere res, quæ caſu fortuito perierunt. *reg.* 172. adde Menochium *de arbitr. quæſtionib. caſu* 256. *num.*20. *& num.*43. vide ſupra *ſub num.*4.

Hæres grauatus an teneatur reſtituere feudum, vide ſupra *in verſic. feudum*, *num.*11. 9

Hæres grauatus tenetur ſatiſdare ſubſtitutis fideicommiſſariis, & legatariis de reſtituendo bona fideicommiſſaria & legata, in euentum conditionis legis, *hac ſtipulatio*, *ff. vt legat. nom. cau. l. cum tale*, §. *Titius*, vbi gloſſ. & Doctor. *de condit. & demonſtrat.* cum aliis, de quibus per Ioſephum Ludouicum *in deciſ. Peruſin.* 63. *num.*1. *& ſequentibus*; à qua cautione non excuſatur hæres, etiam quòd eſſet ditiſſimus, *dict. l. hac ſtipulatio*, aliàs contra ipſum non iuratur in litem. Plot. *in l. ſi quando*, §.26. *num.*5. verùm etiam, niſi præſtetur dicta cautio ante aduentum diei, ſubſtituti & legatarij ſunt mittendi in poſſeſſionem omnium bonorum fideicommiſſariorum, *l.*1. §. *ſemper*, *in fine*, *ff. vt leg. nom. cau. l. qui legati*, *& l. certa forma*, *C. eodem*, niſi forſan cautio fuiſſet remiſſa per teſtatorem, vel niſi frater eſſet grauatus reſtituere fratri, vel mater filiis: iſtis enim caſibus non eſt neceſſaria cautio, *l. iubemus*, §. 1. *C. ad Trebellian.* Hæc omnia traduntur *in dict. deciſ. Peruſina* 163. vbi etiam quòd non ſolùm tenetur cauere, ſed etiam facere inuentarium, *l. cum tale*, §. *Titius*, vbi Bart. & Caſtr. *ff. de condict. indeb.* De hoc particulariter vide *in Repert. Quæſt. iudicial. quæſt.*41. *num.*20. vbi etiam, an teneatur reddere rationem. Sed an ſufficiat iſto caſu cautio iuratoria? Dic quòd non, *dict. deciſ. Peruſin.*163. vbi quòd ſi hæres grauatus non habet cautionem, bona venduntur, & pecunia redacta ex illis collocatur ad honeſtum lucrum, quod cedat vtilitati hæredis grauati, firma remanente ſorte principali: ad quod faciunt, quæ in ſimili de vſufructuario ſuprà traduntur *in quæſt.*67. *num.* 52. & 10

per

per totum quæstionem in discursu. Sed an fideicommissarius conditionalis possit agere ante conditionis euentum, ad hoc vt grauatus condemnetur ad restitutionem eueniente postmodùm conditione; vide in materia petentis debitum ante tempus, & agentis ante diei euentum, *in Repert. Quæstionum iudicialium*, vbi posui.

1 Hæres grauatus faciendo compromissum, seu transigendo cum creditoribus hæreditariis, an præiudicet substitutis, & de materia. Matzar. *quæst.*72. *in fin. in Epitom. delict.*

12 Hæres grauatus, qui in litigando cum creditoribus, & aliis fecit impensas, & sumptus, an illas detrahat in restitutione fideicommissi; videas per Matzarium *de fideicommiss. quæst.*67. Æmilianum *consil.*15. *per totum.*

13 Hæres grauatus quibus modis sit cogendus ad adeundum hæreditatem. Cepoll. *cautel.*104 & quando ante aditam hæreditatem fideicommissum transmittatur, & de materia, vide suprà *versic. fideicommissarius, num.*4.

14 Hæres grauari non potest, nisi in portione hæreditaria. Crem. *singul.*10.

I

Institutio.

1 INstitutionis hæredis materiam supple suprà *vers. hæredis institutio.*

2 Institutio hæredis an possit à testatore remitti arbitrio tertij, vide infrà *versi. testatoris dispositio.*

3 Institutio hæredis quomodo debeat fieri per testatorem. Villalob. *littera T. num.*67.

4 Institutio hæredis in testamento an debeat præcedere. Cepoll. *caut.*90. Roland. *consil.*82. *volum.*1. vbi de testamento cæci, de quo particulariter videas suprà *in Quæstionibus.*

5 Institutus in re certa an habeatur loco legatarij. Villalob. *littera F. num* 65. Diaz *regul.*340. faciunt suprà tradita *quæst.*12. *num.*12.

6 Institutus in re certa, an in totum succedat, vniuersali hærede deficiente. Infrà *vers. ius accrescendi*, &c.

7 Institutio facta sub conditione, an & quando valeat. Villalob. *littera I. num.*68. *& sequentibus, & littera T. num.*64. Duen. *regul.*368. Clar. *de testament. quæst.*39. vbi latè de institutione filij eum conditione. Et an valeat priuatio hæreditatis cum conditione, puta si hæres nupserit cum tali, priuo ipsum hæreditate: videas *ibidem* per Clarum *quæst.* 69. Et quando institutio dicatur conditionalis, quandove deficiat, non purificata conditione, vide Cephalum *consil.* 52. *volum* 1. vbi latè. Et quid si conditio sit captatoria, vide infrà *versic. testatoris voluntas*, &c.

8 Institutio hæredis trabitur etiam ad bona futura. Aymon. *consil.*139. *num.*4. *part.*2.

9 Institutio hæredis est caput testamenti, &c. & an sufficiat tacita institutio, puta si ille, qui mihi ab intestato successurus est, nolit esse hæres, substituo Caium. Clarus *de testament. quæst.*35.

10 Institutio hæredis incerta an valeat: & quid si certificari possit per relationem. Clar. *de testament. quæst.*36. Vide Menochium *in l. finali num.* 156. *& sequentibus. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* vbi quòd licèt institutio incerta regulariter non valeat; valet tamen, quando instituti sunt pauperes in genere fauore paupertatis. Et isto casu si à testatore non est datus in testamento executor, Episcopus erit legitimus executor; & *ibidem num.*781. vbi quòd institutio incerta valet fauore piæ causæ.

11 Institutio hæredis ad tempus fieri non potest: sed tempus reiicitur, & hæres remaner institutus in perpetuum. Titicæus *de testament. coniugum, in pag.*166. *cap.* 8.

12 Institutio illius, quem putabat testator legitimum, & non erat, an valeat, & de materia. Vide quæ dicta sunt suprà *in vers. error. num.*3.

13 Instituere prohibitus an possit substituere: item an quis possit institui, cui est prohibitum aliquid legari. Infrà *vers. legare*, &c. *& ver. substitutio*, &c.

14 Institui an possit, qui non habet testamenti factionem. Vide Clarum *de testament. quæst.*34.

15 Institutio captatoria quando valeat, vide quæ dicuntur infrà *vers. testatoris voluntas captatoria.*

16 Institutio an reuocetur propter superuenientes inimicitias, vide suprà *vers. hæredis institutio, num.*5. Et an propter ingratitudinem, vide infrà *vers. ingratitudo num.*8.

Ius accrescendi.

1 Ius accrescendi quando habeat locum, generaliter de materia præter infrascripta videas per Socinum *regul.*213. *&* 214. Diaz *reg.*403. *&* 715. Anton. Gumez *titul. de iure accrescendi, tom.*1. *cap.*10.

2 Ius accrescendi an prohiberi possit. Aym. *de antiquit. cart.*155. *num.*129 *& sequentib. part.*4. *in princip.* Nicol. Euerard. *in loco à natura dictionum taxatiuarum. num* 6. *&* 7. Pacian. *de probat. lib.*1. *cap.*31. *n.*19. *& sequent.* Viui. *cart.*89. *à tergo*; latè de materia per Clarum *de testament. quæst.*74. Cepoll. *cautel.*209. *num.*4. Villalob. *littera T. num.*76. Et per quæ verba censeatur prohibitum ius accrescendi, vide Aymon. *vbi suprà.*

3 Ius accrescendi an habeat locum in re emphyteotica. Clar. *de Emphyteos. quæst.*59. & ao io feudis. Cephal. *consil.*29. *num.*7. Clar. *§. feudum, q.*77. & Roland. *consil.*22. *num.*33. *& sequenti volum.*3.

4 Ius accrescendi quomodo procedat in vsufructuario circa portionem hæredis. Cephal. *consil.*59. *n.*13. *& sequentibus, & consil* 60. *num.*11. *& sequentibus*; sed quid de vxore relicta vsufructuaria, &c. posui suprà *in quæstionibus quæst.* 7. & quomodo ius accrescendi habeat locum inter vsufructuarios: quomodóve vsusfructus formalis accrescat casuali, & è contra, vide Cephalum *consil.* 126. *per totum, in volum.*1.

5 Ius accrescendi quomodo procedat in instituto in re certa circa portionem hæredis vniuersalis deficientis. Cephalus *consil.*59. *num.*4. *& sequentib. vol.*1. Villalobos *littera I. num.*67. *&* 177.

6 Ius accrescendi quare inductum. Cephal. *consil.*59. *num.* 17.

7 Ius accrescendi an veniat ex dispositione legis, vel testatoris. Cephal. *consil.*59. *num.*18. *& sequentibus volum.*1.

8 Ius accrescendi facit, vt portio vnius accrescat alteri. Cephalus *consil.*60. *num.*6. *volum.*1.

9 Ius accrescendi an habeat locum in portione obueniente de iure speciali. Cephal. *consil.*60. *num.*5. *&* 9. *volum.*1.

10 Ius accrescendi habet locum inter coniunctos verbis. Cephal. *consil.*123. *num.*1. *&* 2. *& consil.*124. *num.*3. *vol.*1. *suprà versic. coniuncti*, &c. *num.*2.

11 Ius accrescendi inducitur per dictionem *residui, reliqui, cæteri, & simil.* Cephal. *consil.*123. *num.*3. *& sequenti, & consil.*124. *num.*6. *& omnibus sequentibus volum.*1.

12 Ius accreſcendi oon habet locum poſt ius quæſitum : quod procedit etiam in vſufructu accreſcendo. Cephal. *conſil.*126, *num.*1. *& ſeqq. volum.*1. vide tradita ſuprà *num.*4.

13 Ius accreſcendi non procedit inter poſſidentes diuerſo iure, & titulo. Cephal. *conſil.*126. *num.*14. *volum.*1.

14 Ius accreſcendi data coniunctione habet locum in donatione cauſa mortis, ſicut io legatis. Antonius Gomez *in tit. de donat.num.*17.

15 Ius accreſcendi, quando legatum eſt extinctum morte legatarij viuo teſtatore, an habeat locum : an ſcilicet illud legatum accreſcat collegatario, an verò hæredi vniuerſaliter inſtituto. Cephal. *in conſil.*123. *num.*1. *& ſequentibus*. Et latiùs *in conſil.*124. *per totum*, vbi etiam quando legatarij dicantur verbis coniuncti.

Diuerſa.

1 Inuentarium continens errorem an valeat. Cepoll. *cautel.*7. *in addit. littera A.*

2 Inuentarium tutoris an proſit hæredi pupillo. Cepoll. *caut.*216.

3 Inuentarij confectio an poſſit à teſtatore remitti, vide *in Repert. Quæſtion. iudicial. quæſt.*41.

4 Inuentarij exceptio quando opponi poſſit, Cotta *pag.*289. Benincaſ. *de paupert. pag.*105. *à tergo.*

5 Inuentarium tutor tenetur facere, &c. *in Repert. iudic. quæſt.*41.

6 Iuſpatronatus legari poteſt. Romanus *ſingular.*432.

7 Iuriſpatronatus ſucceſſio ad quem ſpectet. Couarr. *variar. reſolut* 619. *num.*6. *& ſeqq.*

8 Ingratitudo quando repellat quem à ſucceſſione. Corſeti. *ſingul. pag* 164. *verſ. ingratitudo*; vide etiam ſuprà, *Hæredis inſtitutio, num.*5.

9 Ius adeundi, ſeu immiſcendi quanto tempore præſcribatur. Diaz *regul* 21. Villalob. *littera D n.*84. *& littera H. num.*3 Viuius *cart.*100. latè Imol. *conclus.*34 *&* 35. *lib.*1. Mynſing. *obſeruat.*71. *centur.*2. Cotta *in memor. pag* 106.

10 Ingredientis religionem bona cuius ſint, vide quæ dicentur infra *in verſic. Monachi ingredientis*, &c.

11 Iudæi teſtamentum non requirit ſolemnitates iuris communis, ſed iuris gentium : ideo cum duobus teſtibus valet. Natta *conſil* 621.

L

Legatum annuum.

1 Legatum annuum tranſit ad hæredes legatarij, videlicet pro eo tantùm anno, in quo moritur legatarius. Roman *ſingul.*71. Noueil. *regul.*61. vbi de materia. Et quid de ſtipulatione, ſeu præſtatione annua. Dixi *in Repert. quæſtionum contractuum, quæſt.*1. *num.*3. *& ſequentibus.*

2 Legatum annuum quando intelligatur factum, Roman. *ſingul.*293. *& ſequentibus.* Crem. *ſingul.*76.

3 Legatum annuum quo tempore debeatur. Roman. *ſingul.*601.

4 Legatum annuum relictum Reipublicæ Eccleſiæ, ſeu priuato, quanto tempore debeatur & duret. Couarr. *variar. reſolut. pag.*855. *num.*10. Villalobos *in littera L. num.*18.

5 Legatum annuum quanto tempore præſcribatur. *in Repertor. quæſtion. iudicial. quæſt.*30.

Legati annui iuſtum pretium & æſtimatio quanta ſit. Couarruuias *variar. reſolut. pag.* 851. *num.* 8. *&* 9. 6

Legatum conditionale.

Legatum conditionale an tranſeat ad hæredes, dixi ſuprà *quæſt.*18. 1

Legatum conditionale an dicatur per adiectionem ætatis. Rom. *ſing.*247. 2

Legato adiecta turpis conditio repellitur. *l. turpia. ff. de legat.* 1. faciunt ad hæc dicta per Cephalum *conſil.*133. *num.*44. *& ſeq. volum.*1. 3

Legato adiecta conditio impoſſibilis repellitur. Neuizzan. *conſil.*31. *num.*10. Et faciunt generaliter tradita *in Repertorio contract. verſic. conditio impoſſibilis*, &c. *num.*6. 4

Legatarius conditionalis an teneatur cauere hæredi de adimplendo conditionem impoſitam. Cotta *pag.*517. 5

Legato adiecta conditio ſi nubat, vel non nubat cum tali : vel ſi nupſerit arbitrio talis, an valeat, vide infrà *in verſic. Legatum dotis*, *num.*8. 6

Legatum conditionale non adimpleta, vel deficiente conditione, an & quando illud deficiat. Ioſeph. Ludouicus *in communibus opinionibus lib.*1. *conclus.*24. *in* 9 *ampliatione*, *verſic. primus caſus eſt*, & omnibus ſequentibus vſque ad finem concluſionis *pag.*67. 7

Legatum dotis.

Legatum dotis factum filiabus de ſcutis 200. & tanto pluri, quantum iudicauerint earum fratres ; an vni ex filiabus poſſit maior dos conſtitui, quàm alteri. Cephal. *conſil.*56. *n.*36. *& ſeqq. vol* 1. 1

Legatum dotis ſuccedit loco legitimæ. Ferrat. *cautel.*9 *num.*10. *in additionibus*, *littera A. In Repert. contract. verſic. Dos an & quando ſuccedat loco legitimæ*, &c. *num.*8. quæ pooas hîc. 2

Legatum factum filiæ, an cenſeatur factum ratione dotis, ſuprà *quæſt.*27. 3

Legatum dotis debetur, etiam quòd mulier aliunde dotem habuerit. Villalob. *littera I. ſiue L. ſub num.*31. 4

Legatum dotis an computetur in legitimam, ac Trebellianicam. Cephalus *conſil.*105. *num.*1. *& ſeqq. alijs pluribus, in volum* 1. 5

Legatum dotis alicui factum, ſi nupſerit, an peti poſſit per legatariam, antequam nubat, & ſic etiam an tranſmittatur ad hæredes, vide Cephalum *conſil.*56. *num.*8. *& ſequentibus.* Imol. *conclus.*42. *lib.* 1. *in* 4 *limitatione.* Gabriel *pag. mihi* 698. *num.*24. *& ſequentib.* Natt. *ſuper ſtatut. excluden. fœmin. pag. mihi* 251. *à tergo num.*15. *& ſequentibus*, *& pag* 184. *num.*235. & omninò *pag.*222. *num.*20. *& ſequentibus pluribus.* Cephal. *conſil.*12. *volum.*1. Grammat. *decis.*59. *num.* 51. Iaſon *in l. quoniam in prioribus in* 2. *col. C. de inoffic. teſtament.* Cephal. *conſil.*145. *per totum*, vbi præſertim loquitur in caſu huiuſmodi legati dotis facti ſtante ſtatuto excludente fœminas, &c. Super quo vide etiam Cardinalem Albanum *conſil.*38. vbi concludit, quòd ſi ſtatutum excludit fœminam dotatam, tunc tale legatum debetur etiam antequam nubat, & poteſt tranſmitti ad hæredes : ſi verò excludit fœminam ſimpliciter, ſed mandat poſtea eam dotari, tunc ſecùs. Et hanc diſtinctionem ipſe dicit magis communem. Vide ſuprà *in quæſt.*8. *num.*21. 6

Legatum

7 Legatum dotis an dicatur pium: vide infrà *versic. legatum pium, num.6.*

8 Legatum dotis si nupserit arbitrio talis an valeat. Cephal. *consil.*133. *num.* 2. 43. *& sequentibus volum.* 1. vbi dicit, quòd legato adiecta conditio in hunc modum, si nupserit de voluntate Titij, reiicitur de legato, & purè debetur: secus si nupserit de consilio Titij. Et quid si fuit dictum, si nupserit in familia talium, &c. vide Zunt. *in consil. suo pro vxore, num.*801. *& sequentibus.* Vel si nupserit Mercatoribus, *ibidem num.*807. *& sequentibus*: vbi etiam de materia. Vide suprà *quaest.* 52. *num.* 8. Et quid si fuit dictum, si non nupserit, vide infrà inter diuersa, *versic. legatum indultiuum viduitatis, num.*11. De legato, si nupserit, vel si nupserit cum consensu & arbitrio talis: vel si nupserit Titio, si Titius sit turpis persona, reiicitur conditio, & legatum purè debetur, *in decis. Pedemont.*154. *num.*2. vel si nupserit infra tantum tempus. Et generaliter de omnibus quaestionibus contingentibus in materia legati si nupserit, vide Manticam *in tract. de coniecturis lib.*11. *titul.*18. vbi latè.

Legatum vxori, seu marito.

1 Legatum factum vxori, seu proximioribus, an extendatur ad vxorem futuram, seu praesentem tantùm: & sic an isto casu subrogatum sapiat, &c. Tiricae. *de testament. coniug. pag.*56. *num.*1. *& sequentib.* Rom. *singul.* 503. Vide infrà inter diuersa legatorum *num.*12.33. vbi haec ponas.

2 Legatum vxori putatiuae factum an valeat, & de materia. Tiric. *de testament. coniug.pag* 80. *& seqq.*

3 Legatum vxori factum, si castè vixerit, quomodo intelligatur. Arnol. *singul.*3. Bald. *in l. Deo nobis, in fine, C. de Episcop. & Cleric.* Villalob. *littera L. num.*12. *& littera V. num.*75. vide super hac materia omninò Manticam *de coniecturis lib.* 11. *titul.* 19. *in fragment. in versic. Mulier.*

4 Legatum marito factum an debeat computari in lucrum dotis. Diaz *regul.* 454. *suprà quaest.*27. vbi posui.

5 Legatum vxori factum, donec steterit cum suis filiis, an mortuis filiis debeatur. *Decis. Bononien.*98. *num.*2. *& sequentib.* Nouell. *regul.*64. *&* 245. Tiricaeus *de testament.coniug.pag.*179. *& sequentibus*, vbi latè: sed latissimè etiam per Iosephum Ludouicum *in communibus opinionibus lib.* 1. *conclus.*24. *in* 19. *ampliatione per totam, vsque ad finem conclusionis.*

Legatum incertum, & generale.

1 Legatum generale an comprehendat venalia. Roman. *singul.*437.

2 Legati dubij, sed incerti electio quando ad haeredem pertineat. Diaz *regul.* 315. 405. 406. 464. Villalob. *littera L. num.*29. *&* 45. Aretio. *in tract. de testament. pag.* 19. *in gloss. item reliquis.*

3 Legatum in genere an & quando valeat. Socin. *regul.* 219. vide *in sequenti versic.* Tiricaeus *de testamentis coniugum pag.*184.

4 Legatum incertum an & quando valeat. Benincas. *de paupert. pag.* 172. *num.*16. 22. *& sequentibus*: vbi quòd in legatis ad pias causas, puta pauperibus, Monasterio pro anima, & similibus incertis legatis, & tandem concludit, quòd sustineantur. Vide Tiricaeum *de testamentis coniugum pag.* 184. Videto quoque, quae paulò antè dicta sunt in antecedenti versiculo.

Farinacij Repert. de vlt.voluntatib.

Legatum pium.

1 Legatum pium factum in vnum vsum, quando possit conuerti in alium. Roman. *singul* 481. Matthes. *singul.*180. latè de materia, Nouell. *regul.*70. Et quando Princeps possit commutare voluntatem testatoris de vno modo in alium, latè Sarmient. *select. interpretat. cap.*8. *num.*21. *& sequentib. lib.*1. *& cap.*11. *num.*10. *eodem lib.* Redoan. *de reb. Eccles. non alienan. rubr. num.*78. 79. 80. 103. 109. 110. *&* 111. *pag.*116. *&* 117. vbi quòd legatum relictum ad vnum vsum, non potest in alium commutari, nisi de licentia, & auctoritate Papae.

2 Legatum pauperibus factum an possit distribui in vnum pauperem, posui suprà *verb. Executor, num.* 33.

3 Legata ad pias causas quando debeantur non adita haereditate, posui suprà *in quaestione* 45. vbi videas.

4 Legatum factum pauperibus coniunctis, an dicatur pium. Firman. *in Repert. verb. legatum pium num.* 3. Dicas quòd sic, vt per Captam *conclus.*102. *num.* 98.. vbi idem de legato facto amico pauperi, & generaliter de materia, vide Decium *consil.*120. *volum.*1.

5 Legatum Ecclesiae factum, de qua Ecclesia intelligatur. Nouell. *regul.*74.

6 Legatum pro maritanda virgine, an dicatur pium. Dec. *consil.* 120. Capra *conclus.* 102. *num.*94. *In Repert. Contractuum versic. dos, & causa pia*, &c. *num.*21. & ponas hîc.

7 Legatum pro anima dicitur illud, quod relinquitur Deo, Sanctis, vel Ecclesiis: item omne id quod relinquitur ad pias causas, dicitur relictum pro anima. Capra *conclus.* 102. *num.* 92. *& sequentibus.*

8 Legatum pro redemptione captiuorum, vel pro pauperibus carceratis, etiam pro maleficio, dicitur pium. Capra *conclus.*102. *num.*95.

9 Legatum alimentorum factum pauperi dicitur pium. Capra *conclus.*102. *num.*96. *& sequenti.* Vide *in Repert. contractuum, versic. Alimentorum causa, num.* 11. & ponas hîc.

10 Legati pauperibus facti materiam posui suprà *versic. Exequutor. num.*33. &c.

Legatum alimentorum.

1 Legatum alimentorum an dicatur pium, vide suprà *vers. legatum pium, num* 9.

2 Legatum alimentorum ad quae trahatur, dixi suprà *quaest.*46.

3 Legatum victus quomodo intelligatur, dixi suprà *quaest.*46. *num.*11.

4 Legatum alimentorum an possit peti extra domum testatoris, dixi suprà *in quaest.*47.

5 Legatum alimentorum quomodo taxandum, suprà *quaest.*48.

6 Legati alimentorum materiam supple ex multis supradictis, & omnioò ex *vers. Alimenta*, &c.

7 Legatum fundi pro alimentis quomodo finiatur, vide infrà in materia legati fundi, & vsusfructus.

Legatum fundi & vsusfructus.

1 Legatum vsusfructus quomodo conuertatur in legatum proprietatis. Ferrat. *cautel.* 21. Ctem. *singul.*28. Tiric. *de testament. coniug. pag.*161. *num.*1. *& seqq. cap.*4.

S 2 Lega

1 Legatum vni factum de fundo, & alteri de vsufructu fundi, quomodo intelligatur : & quid de sententia iudicis. Roman. *singul.* 18. Cotta *in memoral. verb. legatum*, Roman. *singul.* 563. Villalob. *litera V, num.* 53. *& sequentibus*. Roland. *consil.* 8. *n.* 30. *& sequentibus, volum.* 2. Tiricx. *de testament. coniug. pag.* 168. *versic. nam quamuis*. Couarr. *var. resolut. pag.* 390. *num.* 7.

3 Legatum vsusfructus omnium bonorum altero hærede instituto quando valeat. Couarruuias *variarum resolut. pag.* 390. *num.* 5.

4 Legatum fundi pro alimentis quomodo finiatur. Crem. *singul.* 34. & an transeat ad hæredes, ponit Couarr. *de matrim. pag.* 179. *col.* 1. *in fine*. Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 170. *num.* 26. vbi quòd transit ad hæredes secundùm receptam magis opinionem. De materia huius legati vide Tiricæum *de testament. coniug. pag.* 183.

5 Legatum fundi ad vsumfructum quomodò finiatur. Crem. *singul.* 34. Et quid de legato fundi ad vsum, vide Tiricæum *de testament. coniug. pag.* 183. vide *in sequenti versic.* & infra inter diuersa, *versic. vsusfructus num.* 8. & ponas hîc.

6 Legatum fundi ad gaudimentum quomodo finiatur. Erem. *sing.* 34. Cotta *in memorabilib. pag.* 517. Marsil. *singul.* 414. Tiric. *de testament. coniug. pag.* 162. *num.* 3. vide supra *num.* 4. & 5.

7 Legatum vsusfructus quanto tempore debeatur. Couarr. *variar. resolut. pag* 855. *num.* 10.

8 Legatum vsusfructus per quæ verba censeatur factum, vide infrà *versic. vsusfructus, num.* 2. & ponas hîc.

9 Legatum fundi, seu possessionis ad quæ trahatur. Cephal. *consil.* 144. *num.* 1. *& sequentibus, vsque ad num.* 31. *volum.* 1. faciunt tradita *in Repert. contractuum in versic. fundo vendito, num.* 33. inter diuersa, & ponas hîc.

Legatum rei alienæ, vel communis.

1 Legatum rei alienæ an & quando valeat, & generaliter de materia, vide omninò distinguentem Beroum *quæst.* 56. *num.* 8. *&* 9. Capt. *consil.* 4. *num.* 6. & omninò *regul. sine conclus.* 105. 106. 107. vbi latè de materia. Cotta *in memoria, pag.* 515. Roman. *singul.* 741. Diaz *regul.* 30. *&* 416. Villalob. *littera L. num.* 31. faciunt dicta in materia euictionis, vbi agitur an euictio cadat in legatis. Diaz *regul* 412.

2 Legatum rei alienæ factum vxori, vel alteri coniunctæ personæ, aut valdè amico, an & quando valeat. Vide Bellun. *consil.* 9. *num.* 8 Bero. *dicta quæst.* 56. *num.* 8. *&* 9. Menoch. *de arbitr. quæstionibus casu* 146. *num* 1. *& seqq.* vbi etiam quis dicatur isto casu coniunctus: super quo videas Antonium Gomez *in titul. de legatis num* 13. vbi quòd coniuncta persona dicitur vsque ad decimum gradum. Dicas quòd legatum rei alienæ factum coniunctæ personæ valet. Roland. *consil.* 16. *num.* 45. *volum* 3. quod amplia siue scienter, siue ignoranter. *l. cum rem alienam, C. de legat.* vbi gloss. & communiter Doctores, teste Gomez *dicto num.* 13.

3 Legatum rei alienæ valet, si testator sciebat rem esse alienam, & debeatur æstimatio : secus si ignorabat ; quia tunc non debetur nec etiam æstimatio. *l. cum rem alienam, C. de legat.* vbi gloss. & communiter Doctores, teste Gomez *in titul. de legato, num.* 13, vbi etiam quòd legatarius debet probare scientiam: sed hæc scientia probatur coniecturis, vt per Suarez *ibi in additionib. litera F.*

Legatum factum famulo proprio testatoris valet siue scienter, siue ignoranter id fiat. Gomez *d. tit. de legat. num.* 13. *in fine*. 4

Quæ suprà dicta sunt de legato rei alienæ, habent etiam locum in instituto particulariter in re certa aliena : vt per dictum Gomez *d. num.* 13. *versic. aduertendum tamen*, &c. Vnde secus, si quis instituitur hæres in hæreditate alterius: quia tunc illius hæreditatis æstimatio nullo pacto soluenda est. *l. final. C. de hered. instit.* & tradit etiam Gomez *d. versic. aduertendum tamen*, &c. 5

Legatum rei hæredis valet, sicut rei propriæ, siue scienter, siue ignoranter legetur. Gomez *d. titul. de legatis, num.* 14. vbi etiam si sunt plures hæredes instituti, quia debent præstare æstimationem istius legati. 6

Legatum rei communis an & quando valeat. Roman. *singul.* 740. Socin. *regul.* 214. Diaz *regul.* 104. Capra *conclus.* 105. *num.* 8. *& sequenti*. Dicas, quòd non valet, nisi pro parte, quæ est testatoris. *l. serui electione, §. finali, ff. de legat.* 1. vbi glossa, & communiter Doctores, teste Gomez *d. titul. de legat. num.* 15. Amplia etiam quòd fiat coniunctæ personæ, vt *ibidem* per Gomez. 7

Limita quando postea testator emat partem socij: quia tunc tota res legata debetur, vt *ibidem* per Gomez, qui etiam hoc limitat vnomodo.

Limita II. quando legatur res communis cum hærede, quia tunc tota debetur, vt *ibidem* per Gomez.

Limita III. si testator dixisset : Lego totam rem, totum fundum, & simil. vt *ibidem* per Gomez, qui multa alia ponit in materia, præsertim quando legatur aliqua res, in qua testator solùm habet aliquod ius.

Diuersa.

Legata an possint tacitè relinqui. Vide Tiricæum *de testament. coniug. cap.* 6. *lib.* 1. *pag mihi* 17. *& sequentib.* Vide quoque infrà *num.* 24. 1

Legatum si legatarius ignorauit longo tempore, quomodo eidem legatario succurratur. Tiricæus *de testament. coniug. pagin.* 74. faciunt infrà tradita *num.* 43. 2

Legatum factum ei, qui priùs dicebat testatorem fatuum, & prodigum, an valeat. Tiricæus *de testament. coniugum, pagina* 78. *numer.* 1. *& sequentibus*. 3

Legare prohibitus an possit donare causa mortis, vel hæredem instituere. Tiric. *ibid. pag.* 143. *num.* 1 *& seqq.* vide suprà tradita *in versic. donatio causa mortis, num.* 6. 4

Legatum optionis quando valeat. Roman. *singul.* 403. 5

Legatum quando censeatur translatum cum eodem onere, & quid si transferatur de vna in eamdem personam Dic. quòd onus censetur ademptum. Ioseph Ludouicus *in communib. opinionib. conclus.* 24. *in* 2. *ampliat. & conclus.* 58. *sub princip.* latè Cephal. *consil.* 6 . *&* 68. *vol.* 1. Roman. *singul.* 668. Mantica *de coniectur. lib* 12. *titul.* 8. vbi de materia translationis legati. Ioseph. Ludouic. *in comm. opin. lib.* 2. *conclus.* 24. *in princip. in* 3. *principali ampliatione*, vbi quod per translationem legati factam de vna persona in aliam sub commemoratione primi legati, ipsum legatum censetur ademptum, per *l. sicut. ff. de adim. legat.* &c. 6

Legatum caducum quando fit. Cepoll. *caut.* 58. Et quando 7

quando habeatur pro non ſcripto. *ibidem* vide aliquid ad hoc dictum ſuprà *quaſt.* 18. *num.* 10.

8 Legatum rebelli factum quando valeat. Cepoll. *cautel.* 122.

9 Legata quomodo tacitè adimi poſſint. Cepoll. *cautel.* 207. vide infrà *num.* 19.

10 Legare quando quis poſſit prohibitæ perſonæ. Roman. *ſingul.* 294.

11 Legati æſtimatio quando per hæredem præſtari debeat. Roman. *ſingul.* 420. & 434. Diaz *regul.* 318. Quid de æſtimatione legati annui, vide ſuprà *verſic. legatum annuum. num.* 6. & ponas hîc.

12 Legatum an & quando trahatur ad futura. Roman. *ſingul.* 503. Titie. *de teſtam. coniug. pag.* 195. *& ſequentibus num.* 3. vide infrà *num* 33. & ſuprà *verſic. legatum vxori, num.* 1. quæ ponas hîc.

13 Legata quando debeantur non adita hæreditate, dixi ſuprà *quaſt.* 45.

14 Legatum liberationis an inualidetur per præcedentem ſolutionem. Crem. *ſingul.* 104.

15 Legatum ſoluendum ad tempus quando ſit tranſmiſſibile ad hæredes. Crem. *in ſingul.* 112.

16 Legati dominium quomodo transferatur in legatarium. Socin. *regul.* 211. Dic quòd in iuribus incorporalibus, & in legato certæ rei vel quantitatis poſt mortem teſtatoris ipſo iure dominium in legatarium tranſit. *l. à Titio ff. de furt. l. ſi tibi homo. §. cùm ſeruum. ff. de leg.* 1. *l. Titio fundus. ff. de vſufruct. legat. l. ſi partem. §.* 1. *&* 2. *ff. quem. ſeruit. amit.* ſecùs in legato generis, cuius dominium non tranſit ipſo iure in legatarium, vt per Anton. Gomez *titul. de legat. num.* 7. de quo vide etiam *in Repert. Quaſtion. iudicial. quaſt.* 14. *num.* 17. Et quid in donatione cauſa mortis, vide ſuprà *verſic. donatio cauſa mortis, num.* 10. vide Aymon. *de antiquit. part.* 1. *ſect. ampliatur num:, num.* 35. *&* 36. vbi an dominium rei tacitè legatæ tranſeat ipſo iure in legatarium, ſicut rei expreſſè legatæ; videas ibi.

17 Legatum rei pigneratæ quomodo intelligatur factum. Diaz *regul.* 161. *&* 404.

18 Legatum rei, quæ non eſt in patrimonio, an & quando valeat. Diaz *regul.* 412. vide ſuprà in materia legati rei alienæ, *num.* 1.

19 Legatum quantitatis pluries relictum quando valeat. Diaz *reg* 413. Et legatum primum quando cenſeatur ademptum per ſecundum. Abbas *conſil.* 4. *num.* 8. *volum.* 2. Aymon. *conſil.* 167. *num.* 10. Couarruuias *de teſtamentis pag.* 127. *num.* 21. *per totum*, vbi an legatum domus factum puta Titio, cenſeatur reuocatum, ſi eadem domus legetur poſtea Sempronio; de quo etiam vide ſuprà *num.* 9. Et legatum bis vni factum, an cenſeatur multiplicatum. Cephal. *conſil.* 73. *num.* 19. *volum.* 1. vide Manticam *de conjecturis lib.* 12. *titul.* 4. vbi quando primum legatum cenſeatur ademptum per ſecundum, in quo ſit commemoratio primi. Dic quòd regulariter, ſi ſit eidem perſonæ, cenſetur primum legatum ademptum per ſecundum factum ſub commemoratione primi, vt per Ioſephum Ludouicum *in communib. opinionib. concluſ.* 14. *in* 10. *ampliatione, & in* 11. *ampliatione verſic. declara octauò*; vbi quid ſi ſecundo loco legetur diuerſa quantitas à prima. Ad materiam omnium contentorum in hoc verſiculo vide omninò in ſingulis articulis ampliantem & limitantem Ioſephum Ludouicum *in communib. opinionib. lib.* 1. *concluſ.* 54. *in* 15. *ampliat. per totam.*

20 Legatæ rei augumentum an & quando ſit legatarij. Diaz *regular.* 724. Gomez *in titul. de legat. num.* 56. vbi etiam, quid de diminutione, & quid ſi res legata ſit perempta, ibi per eum videas.

Legatum inductiuum viduitatis an & quando 21 valeat. Duen. *regular.* 112. Et quid de legato facto alicui, ſi non nupſerit. Couarruuias *variar. reſolut. pag.* 343. *num.* 10. Multa de conditione adiecta legato, matrimonij libertatem impediente, videas per Zunt. *in ſuo conſil. pro vxore num.* 800. *& ſequentibus, pag. mihi* 78. *& ſequenti.* Et quid de legato facto alicui, ſi nupſerit arbitrio talis: & de materia vide ſuprà *in verſicul. legatum dotis, numer.* 8. vbi de materia huius verſiculi; de qua omnino per Manticam *de coniectur. titul.* 19. *lib.* 11.

Legata data ab inſtituto quando cenſeantur re- 22 petita à ſubſtituto. Socinus *regul.* 334. Villalob. *lit. L. num.* 39. *& ſequentibus.*

Lego verbum quid importet. Villalobos *littera V.* 23 *num.* 24. & an importet inſtitutionem adiectum vniuerſitati bonorum. Tiricæus *de teſtam. coniug. pag.* 143. *num.* 1. *& ſequentibus.*

Legatum an inducatur ex verbis commendati- 24 tiis. Aymon. *de antiquit. tempor. cart.* 90. *num.* 47. vide ſuprà *num.* 1.

Legata latè interpretantur, ſi ſunt facta con- 25 iunctæ perſonæ. Cephal. *conſil.* 14. Grat. *reſponſ.* 87. *num.* 17. *part.* 2. Cephal. *conſil.* 144. *num.* 23. *lib.* 1. Roland. *conſil.* 16. *num.* 38. *& ſequentibus, volum.* 3. Item latè interpretantur fauore religionis. Cephal. *dict. conſil.* 144. *num.* 13. *& ſequentibus.* Regulariter autem legata ſunt ſtrictè interpretanda, vt *ibidem* per Cephalum *dict. conſil.* 144. *num.* 13. *& conſil.* 121. *num.* 20. Rolandum *conſil.* 16. *num.* 30. *& ſequentibus volum.* 3. vbi *num.* 35. ampliat regulam etiam in legato Principis. Cephal. *conſil.* 122. *num.* 20.

Legatum remuneratorium factum puta ob ſerui- 26 tia, an valeat, ſi ſeruitia non probantur, Aymon *de antiquit. cart.* 28. *num.* 73. *& ſequentibus.*

Legatum fructuum primi anni an debeatur, ſi 27 in primo anno nulli naſcantur fructus. Tiric. *de teſtament. coniug. pag.* 169. *verſicul. aliquando*, &c. *& pag.* 192. *verſic. quòd ſi verò*, vbi de materia multa videas.

Legato frumento an cenſeatur legatum frumen- 28 tum veniale. Item an illud, quod collectum non eſt. Item ſub hoc legato an comprehendatur panis. Item legato frumento, quod eſt in vrbe, an cenſeatur legatum illud quod eſt in portu. Et quo tempore ſit ſoluendum iſtud legatum. Hæc & multa alia in materia legati frumenti videas per Tiricæum *de teſtament. coniug. pag.* 190. *cap.* 13. *num.* 5. *& ſequentibus, & pag.* 194. *verſic. quemadmodum ſi legatur*, &c. vbi legato frumento, quod eſt in vrbe, an cenſeatur legatum illud, quod eſt in rure: de quo vide *in Repertorio contractuum in verſic. ciuitas*, &c.

Legatum quibus actionibus peti poſſit? Dicas, 29 quòd ſi legatur certa res, vel ſpecies, vel ſeruitus, ſeu aliud ius incorporale, quorum omnium in legatarium recta via abſque traditione tranſit dominium, vt dixi ſuprà *num.* 16. Et tunc præter actionem hypothecariam & perſonalem competit etiam rei vendicatio. *l. à Titio ff. de furt. l. ſi tibi homo §. cùm ſeruum. ff. de legatis* 1. *l. Titio fundus. ff. de vſufructu legato. l. ſi partem §.* 1. *&* 2. *ff. quemad. ſeruit. amit.* cum aliis, de quibus per Antonium Gomez *titul. de legat. num.* 7.

Si verò legatum consistit in genere ; & sic quando dominium non transit ipso iure in legatarium, tunc rei vendicatio non competit ; sed benè actio personalis & hypothecaria. In qua materia vide Diaz *regul.* 13. Villalobos *littera L. num.46. & sequentibus.* Duen. *regul.*15. Cephal. *consil.* 98. *num.* 1. *volum.* 1. vbi quòd datur etiam actio hypothecaria, & *ibi num.* 15. *& sequentib.* ponit formam libelli in actione hypothecaria ; in quo videas Antonium Gomez *dict. titul. de legat.num.*7. vbi quòd in casibus in quibus dominium rei legatæ in legatarium ipso iure non transit, puta in legato generis : tunc conclusio libelli fiat non ad dandum, & transferendum dominium, sed tantùm ad tradendum. Et an hypothecaria electa possit legatarius ad personalem redire? Dicas quòd non : vt per Cephalum *d. consil.*98. *num.* 18. ad quod faciunt dicta *in Repertorio quæstionum iudicialium*, in materia, *Via quam elegisti*, &c. Vtrùm autem in hac actione hypothecaria legatarius teneatur probare dominium hypothecantis, vide Ceph *d. cons.*98. *num.* 33.

30 Legatum quando reuocetur propter superuenientes inimicitias. Roman. *singul.*199. Nouell. *regul.*59. Petras. *singul.* 2. 3. *&* 5. vbi etiam quomodo reconualescat per reconciliationem. Diaz *regul.*410. Corta *in memor. pag.* 410. Zunt. *pro vxore num.* 865. *& sequentibus.* omninò Mantic. *de coniectur. lib.*12. *titul.* 5. omninò etiam Ioseph Ludouic. *in commun. opin.conclus.*24. *lib.*1.*in* 13.*ampliat.per totam*, vide infrà *num.*44.

31 Legatum, &c. Error in re legata quando vitiet legatum : siue error sit in nomine proprio, siue in appellatiuo. Gomez *titul. de legat. num.* 9. vide suprà *versic.error*, &c. *num.*3. & etiam suprà *versic. legatum vxori num.*2. quæ ponas hîc.

32 Legatum an debeatur re legata perempta, suprà *num.* 10.

33 Legatum factum agnatis, seu cognatis an trahatur ad nascituros, vel solùm ad natos tempore mortis testatoris, vide infra *in versic. substitutio*; & quæ dicuntur suprà *num.*12.

34 Legatum factum concubinæ quando valeat, vide quæ superiùs tradita sunt *in versic. concubina, num* 1.

35 Legatum factum filio patet repudiare non potest inuito filio. Sarmient. *select.interpret.lib.*2. *cap.*8. vbi latè respondet ad contraria.

36 Legati fructus quando debeantur, suprà *in vers. fructus legati.num.*9.

37 Legata domo quid veniat, vide omninò Manticam *de coniecturis vltimar. volunt. lib.* 2. *titul.* 9. *num.* 35. *& sequentibus.* Et dic quòd sub legato domus censeatur etiam legatus hortus continuus Cephal. *consil.* 144. *num.* 18. faciunt generaliter tradita *in Repertorio contractuum, versic. Domus appellatione*, &c. *num.*1. inter diuersa : ad materiam huius versiculi, vide Manticam *de coniect. lib.*2. *titul.* 9. *num.* 36.

38 Legatum non solùm potest per testatorem tacitè adimi, vt dixi suprà *num.*9. Et sunt aliqua exempla huius tacitæ ademptionis suprà *num.* 19. & infrà *num.* 40. Sed etiam expressè, puta quando testator dixit, Quod Titio legaui, non do, non lego. *l.*2. *&* 3. *ff. de adimen. legat. Institut. de adimen. legat. in princip.* Iosephum Ludoicum *in communib. opinionib. conclus.* 24. *in princip. lib.* 1. Amplia quòd legata non solum possunt expressè adimi, sed etiam transferri de vna persona in aliam, de quo dixi suprà *num.* 6. Limita, quia in dubio legatum non videtur ademptum. Iosephum Ludouicum *dict. conclus.* 24. *post princip. versic. in dubio tamen.* Amplia, quòd legatum non solùm in totum, sed etiam in parte adimi potest. Iosephum Ludouicum *d.conclus.* 24. *in* 1. *ampliat.* Amplia, vt etiam legatum conditionale possit expressè adimi, *ibidem dict. conclus.*24. *in* 2. *ampliat. versic. & potest reuocari.* Amplia quòd ademptio probatur per duos testes, licèt regulariter in vltimis voluntatibus requirantur quinque, *ibidem dict. conclus.* 24. *in* 4. *ampliat.* quod non procedit in legato facto in testamento solemni, vel in codicillis, quod non potest adimi, nisi in alio simili testamento vel codicillis coram quinque testibus, vt *ibidem in* 7. *ampliatione, in fine*, vbi de magis communi. Sed de hac declaratione dubito per ea, quæ idem Ioseph. dicit *in dict. conclus.*24. *in* 8. *ampliat.* vbi hanc materiam ampliat, dicitque quòd etiam ex testamento minùs solemni legata adimuntur expressè. Amplia quòd legatum expressè ademptum dicitur ademptum ipso iure *dict. conclus.*24. *in* 6. *ampliatione*, vbi de magis communi. Sed hanc ampliationem declara quatuor modis : primò, dummodò ademptio fiat in testamento, vel in codicillis, *ibidem dict. ampliat.* 6. Secundò, dummodò testamentum sit solemne, *ibidem in* 8. *ampliatione* Tertiò quòd non per hoc tollitur, quin ademptio alleganda, & probanda sit coram iudice, *ibidem in* 5. *ampliat. in fine.* Quartò dicta ampliatio non procedit in tacita ademptione, sed in expressa, de qua nos loquimur: *ibid. in d.* 6. *ampliat.* Amplia denique quòd legatum potest adimi per solam nudam voluntatem etiam factam nutu, *ibidem, in d.conclus.*24. *in* 7.*ampliatione*, vbi hoc declarat.

Legatum alicuius rei, an censeatur reuocatum, si testator illam rem transmutet in aliam formam, quàm erat tempore legati facti. Exemplifica & distingue, vt per Iosephum Ludouicum *in communib. opinionib.lib.*1. *conclus.*24. *in* 16. *ampliatione, versic. decimò si domus, & seq.* 39

Legatum non potest per legatarium pro parte acceptari, & pro parte repudiari. Et quid per hæredes legatarij mortui ante consecutionem legati, si sint plures, an vnus possit acceptare partem suam, alius verò non. Iosephus Ludouicus *dict. conclus.*24. *in* 17. *ampliatione, versic. Octauò legatarius*, &c. 40

Legatum non vitiatur propter difficultatem præstationis, sed difficultas subducitur : nec etiam propter breuitatem temporis ; sed benè propter longitudinem. Ioseph Ludouic. *dict. conclus.* 24. *in* 17. *ampliatione versicul.* 3. *legatum non vitiatur*, &c. 41

Legatum mobilium ad quæ trahatur, posui *in Repert.contract. quæst.*28. *sub num.*1. 42

Legatum quomodo præscribatur per hæredem, & de materia, habetur per Lambertenum *de contractib. gloss.* 3. *num.* 68. *& sequenti*; vide suprà *numer.* 2. 43

Legatum non censetur ademptum propter leuem offensam. *l.licet §. final.ff. de adimen. legat.* Tiraquell. *in tract.de iudic. in reb.exig.pag.*49. *vers. sed modus aliquis*, &c. vide suprà generaliter tradita de inimicitia. *num.*30. 44

Legitima.

Legitima quanta sit, ponitur per Cephalum *consil.* 109. *num.* 30. *volum.*1. Roland. *consil.* 39. *num.* 2. *volum.*3. 1

volum.3. Quid de leginima patris? dic quòd noo est quarta pats, sed triens: ita secundùm veram, & communem opinionem concludit Rolandus *consil*. 39. *volum*.3. licèt alij per eum relati contrariam opinionem tenuerint.

2 Legitima quomodo computetur inter multos fratres, vel sorores, quorum aliqui sunt incapaces: puta, quia fœminæ exclusæ à statuto, &c. vel filij aliqui sint exhæredati à patre, vel non succedant: puta, quia sint ordinis fratrum minorum. Latè de hac materia Boss. *pag. mihi* 286. *num*.2. *& sequentib. titul. de bonor. public*. Michael Crassus *in* §. *legitima, quæst*. 7. *per totam*. Hieronym. Gabriel. *consil*. 11. *per totum*, *lib*.1. Hippol. Riminald. *consil*.187. *in* 2. *dub. num*.46. *& sequentib. lib*.2. Gabriel. *titul. de legitima*, *conclus*.2. Roland. *consil*.25. *num*.7. *volum*.1. Imol. *conclus* 5. *lib*.3. *pag. mihi* 547. Soarez *litera E. num*. 213. vbi quòd exhæredati & incapaces non sunt in numero filiorum ad hoc vt legitima aliorum augeatur, & testatur de communi Cephal. *consil*. 56. *num*. 46. vbi quòd Moniales sanctæ Claræ debent etiam computari in legitimæ portionem. Et an in legitimæ computatione habeatur ratio illius filiæ, quæ renunciauit hæreditati paternæ, videas per Mynsing. *obseruat*.22.*centur*.4. Ad materiam huius versiculi vide allegatos per Bаrardum ad Clarum *quæst*.86. *num*.37.

3 Legitimæ supplementum qua actione petatur. Cephalus *in consil*.42. *num*.1. *volum*.1.

4 Legitima filiis debetur habito respectu eius temporis, quo viuebat testator. Roman. *sing*.128. Diaz *regul*. 421. Villalobos *lit. F. num*.103. Cephal. *consil*.142. *num*.20. vbi quòd legitima computatur habito respectu temporis mortui patris, & ibi testatur de magis recepta & commoni opinione.

5 Legitimæ supplementum quanto tempore præscribatur. Crem. *sing* 129. Villalobos *lit. F. num*.104. *& sequentib*. Viuius *in communib. opinionib. pag. mihi* 145 Mynsing. *obseruat*.12.*centur*.2. Nouell. *reg*.51. Cephalus *consil*.41. *num*.12. *volum*.1.

6 Legitimam amittit filius repudiando hæreditatem patris sui. Vide ad hoc Socinum *reg*.154.

7 Legitima filij est quota bonorum, & oon hæreditatis Villalobos *lit. L. num*. 56. Roland. *consil*. 39. *num*.1. *volum*.3. vbi de communi. Cephal. *in tract. de legitima*, §. *legitima est quota bonorum*, *num*.19. distingue vt per Menochium *in l. finali*, *num*. 162. *& sequent. C. de edict. D. Adrian. tollend*. Ideo legitima debetur, priùs detracto ære alieno. Roland. *consil*.62. *num*.42. *& sequenti*, *volum*.3. vide *in sequent. versic*. Quòd autem legitima detrahatur detracto priùs ære alieno, est textus *in l. Papinianus*, §. *quarta*, *ff. de inofficios. testament*. Et est communis, vt *in decis. Lucen*.28. *num*.14. *part*.1. vbi *num*.17. quòd æs alienum necessarium, non voluntarium minuit legitimam.

8 Legitima est detrahenda ante omnia legata, & relicta, vide infrà *num*.20. *&* 23. Rolandus *consil*.65. *num*.18. *& sequentib. volum*.1. quod amplia, vt sit detrahenda etiam ante legata ad pias causas, vt per Roland. *consil*. 39. *num*.24. *& sequentib. volum*.3. vbi pulchrè.

9 Legitima an debeatur nepoti ex filia. Villalobos *lit. N. num*.11. Cephal. *consil*.109. *num*.27. *& sequentib. volum*.1.

10 Legitima arrogatorum qoota sit. Villalob. *lit. Q. num*.1. Paris. *consil*.30. *num*.1. *lib*.3.

11 Legitimæ detractio transit ad hæredes. Villalobos *lit. Q. num*.5. Nouell. *regul*.53. Rolandus *consil*.78. *num*. 67. vbi de legitimæ supplemento *decis. Lucen*.28. *num*.27. *& sequentib*. vbi quòd ius petendi legitimam transit ad hæredes etiam extraneos. Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus*.16. *in* 20. *illatione*, vbi idem in iure petendi supplementum legitimæ, *& in* 32. *illatione*, vbi de iure petendi legitimam.

Legitima an debeatur filiis patre ingresso Monastenum. Et an debeatur Monasterio filio ingresso in eius religionem. Cotta *in memorab. pag*. 531. & faciunt tradita infrà *versic. Monachi ingredientis*, &c. 12

Legitima an debeatur spuriis legitimatis. Couaruuias *de matrimonio*, *pag*.182. *num*.2. Dic, quòd sic. Roland. *consil*.96. *num*.50. *& sequentib. volum*.3. vbi amplius quòd nec in ea potest imponi onus: item quòd debet relinqui iure institutionis; aliàs tanquam prætetitus dicit patris testamentum nullum: sed de hoc vltimo dixi suprà *quæst*. 28. *num*.6. & faciunt generaliter suprà tradita *quæst*.15. *num*.37. Cephal. *consil*. 276. *num*. 5. & qoid si fuit legitimatus eum clausula, quòd sit contentus eo quòd pater sibi reliquerit. Cephal. *consil*.117. *num*.1. *& sequentib. pluribus*, vbi de materia huius clausulæ. Et quomodo spurij legitimati amittant legitimam, vide infrà *in versic. spurius*. 13

Legitima an priuetur frater propter ingratitudinem, suprà *versic. frater*. Et quid de filio spurio, vide quæ dicentur infrà *in versic spurius*. 14

Legitima an debeatur de bonis allodialibus, seu feudalibus. Roland. *consil*.71. *num* 58. *volum*.2. 15

Legitimæ fructus an debeaotur, suprà *in versic. fructus*, *num*.10. 16

Legitima an debeat filiis relinqui iure institutionis, dixi suprà *in quæst*.28. *num*.25. 17

Legitima, &c. officium emptum per patrem filio, an imputetur in legitimam? Dic quod oon, secundùm Nicolaum de Vbald. *in tract. de success. ab intest. pag mihi* 175. *num*.28. Sed in contrarium esse communem & veriorem opinionem, dixit Vasquius *in tract. de successionum creatione lib*.3. *limitatione* 34. *in Repert*. §. *imputari*, *num*. 218. in qno vide Rolandum *consil*.11. *num*. 1. *& sequentib. vsque ad num*.16. *volum* 2. vbi cum Vasquio testatur de communi. 18

Legitimæ an censeatur derogatum per generalem dispositionem, suprà *quæst*.51 *num*.11. *& quæst*.8. *num* 6. Et an per generalem renunciationem, vide *in Repert. Contract. quæst* 24. *num*.7. 19

Legitima licèt vulgò dici soleat, quòd filiis debetur iure naturæ, ad *l. scripto*, *in fine*, *ff. vnde liberi*. *l. cùm ratio ff. de bonis damnat. l. nam etsi parentibus*. *ff. de inofficios. testament*. §. 1. *in Authent. de hæred. & falcid. &* §. 1. *in Authent. de trient. & semiss.* cum aliis, de quibus *in decis. Lucen*.28. *num*.3. *lib*.1. Hæc tamen commonis conclusio vera non est: non enim legitima debetur iure naturæ, sed quadam naturali ratione: nec iura suprà allegata contrarium probant, vt per Socinum iuniorem *consil*. 52. *colum*. 2. *lib*. 3. Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 149. *num*.11. cum aliis, *in dict. decis. Lucen*.28. *num*.70. Item licèt dici soleat, quòd legitima filiis debetur, tanquam æs alienum: tamen contrarium videtur verius, per ea quæ tradit Rolandus *consil*.62. *num*.41. *& seqq. volum*.3. vbi quòd filius percipit legitimam potius tanquam lucrum, quàm tanquam debitum. 20

Legitima detrahitur ante omnia legata. *Decis. Lucen*. 28. *num*.9. *& sequentibus*, *part*. 1. dixi suprà *num*.8. Amplia etiam ante legata ad pias causas, vel in remunerationem *ibidem num*. 9. *& sequentibus*: 21

vide suprà num.8. Et quid de legato vsusfructus, vide infrà num.23.

21 Legitima, &c. in legitimam imputantur bona per filium alienata; siue mobilia, siue immobilia sint: siue titulo oneroso, siue lucratiuo fuerint alienata. Alienando enim filius censetur elegisse illam rem pro sua legitima, decis. Lucen. num. 112. & sequentib. vbi concordantes adducit, vide aliquid inferiùs in seq. versic.

22 Legitima filij an minuatur ex eo quòd pater viuens aliquid pro eo soluerit, & de materia. Moronus de fide, treg. & pac. pag. 208. quaest.33. per totam. vide infrà num.24. & seq. & posui quaest.26.

23 Legitima detrahitur etiam de legato vsusfructus omnium bonorum, gloss. in l.omnium bonorum, ff. de vsufruct. Hieronym. de Mont. quaest.1. num.1. & sequenti, lib.1. & faciunt generaliter suprà tradita de aliis legatis num.8. & num.20.

24 Legitima filiorum minuitur ea eo quòd pater viuens illis aliquod praedium consignauerit, seu dederit: quia praedium filio datum in vita patris, in legitimam imputatur, nisi ex contrariis coniecturis aliud suadeatur, vt per Sebastian. Medic. qui concordantes adducit in tractat. de compensat. quaest.33. num.3. & 4 part.1. vide suprà num.22. & quae dicuntur infrà num.25. Posui suprà quaest.26.

25 Legitima si semel à patre viuente fuerit filio consignata, ea consumpta pater non tenetur constituere aliam legitimam. decis. Pedemont.124. num 6. Faciunt suprà tradita num.22. & 24. & quae posui suprà in quaest.26.

26 Legitima detrahitur de legatis & fideicommissis particularibus. decis. Pedemont. 34. num. 24. vbi de communi, & eam declarat.

Diuersa.

1 Libros & expensas in studio factas quando frater conferre teneatur, vide quae fuerunt tradita peramplè in Repertorio contractuum, versic. libros, &c.

M

Mater.

1 MAtris dos quomodo acquiratur filiis viuente patre. Syluan. consil. 44. num.1. suprà versic. dos, num.3. & in Repertorio contractuum, versic. pater, num. 12.

2 Mater in successione & tutela filij quomodo praeferatur auo paterno, vel auiae, vide suprà vers. auus, num.5.

3 Mater legitima tutrix an possit in testamento patris & sui viri priuari legitima tutela filij Tiricaeus de testament. coniug. pag.99. à tergo, & seq. & è contra, an pater legitimus tutor, & administrator bonorum filij possit in testamento matris, & sic suae vxoris remoueri. Item an pater possit dare suo filio alium tutorem, qui bona materna administret, quàm illorũ, quem dedit mater, vide ibi pag. 161. & sequentib.

4 Mater quid possit relinquere filiis primi matrimonij, plusquam secundi; & è contra. Tiricaeus de testament. coniug. pag.104. In quo scias, quòd mater tutrix praesumitur, quòd excoriaret filios primi matrimonij, vt daret secundo viro, secundùm Bartolum in l. si quis sub conditione, num.15. ff. de testament. tutel. Addc quae dicuntur infrà num.6.

5 Mater tutria praesumitur, quòd filios primi matrimonij excoriaret, vt secundo viro daret, iuxta ea quae tradit Bartolus in l. si quis sub conditione, num.15. ff. de testament tutel.

Mater transiens ad secundas nuptias, quod debeat, seu censeatur seruare filiis primi matrimonij. 6
Villalobos litera B num.10. & 21. & litera M.n.23. & sequentibus. Cremen. singul.75. 83. & 173. quibus in locis habetur etiam de patre, vide suprà num. 4.

Mater in successione filij admittitur vnà cum 7
aliis filiis; & sic fratribus ipsius defuncti, secundùm doctrinam Rolandi in consilio 81. numer. 1. volum.3.

Diuersa.

Meretrix an & quando, & de quibus bonis possit 1
testari. Ferrar. cautel.6. vide ad hoc omnino Iosephum Ludouicum in suis communib. opinionib. conclus.64. per totam.

Mutus & surdus quando possit testari, posui suprà 2
in quaestionib. videlicet in quaest.74.

Maritus an & quando ab intestato deficientibus 3
agnatis succedat vxori secluso filio, posui superius in quaest.73. num.1.

Minor, siue pupillus quando possit adire haereditatem 4
sine authoritate tutoris, seu curatoris, & de materia, vide infrà versic. restitutio, num.3. inter diuersa, vbi posui, quando minori concedatur restitutio aduersùs aditam, vel repudiatam haereditatem. De caetero vide Villalobos litera H. num.38. Socinum reg.330. Tiraquellum de legib. connubialib. pag. mihi 513. num.59. & pag. 527. num. 77. & sequentib. & pag.452.num.134. & sequentib. Neuizzan.consil.17. num.77. Dixi aliquid in Repert contract. quaest.14. num.27 & faciunt in simili tradita in eodem Repertorio quaest.10. num.5 & num.94. Si haereditas est opulenta, tunc minor sine tutoris auctoritate potest illam adire, vt per Lambertenum de contractib. eorum, &c. gl. q.8. num 4. in fine, vbi de magis communi. Item sine tutoris authoritate potest adire haereditatem fideicommissariam alteri restituendam iubente fideicommissario: aliter secus. Lambert. ibidem num. 18. & 19.

Monachi ingredientis Religionem bona cuius 5
sint. Capra conclus.102. num.31. & sequentibus. Cepoll. cautel.201. Roman. sing.439. Matthes. sing.544. Socinus regul. 180. Diaz regul.794. Corsett. singul. religio. pag. mihi 196. Tiraquellus de legib. connubialib.regul.549. num.190. vbi quòd ipso iure transeunt in Monasterium. Nouell. regul.27. Diaz regul.321. vbi an ingrediens possit paciscì de retinendis pro se bonis propriis Et particulariter scias, quòd si Monachus obierit, antequam faciat professionem, tunc bona non reuertuntur ad venientes ab intestato; sed eidem Monasterio deferuntur, vt per Clarum in §. testamentum, quaest.28. versic. Dixi secundum, &c. Sed in hoc vide Capram conclus. 102. num.47. & sequenti, & Tiraquellum de retract. gloss.8. titul.1. §.1. num.21. & num. 36. Sed quid si Monachus testetur, antequam ingrediatur religionem, vide suprà quaestion. 65. Item an patre ingresso Monasterium filiis debeatur legitima Et an filio ingresso Monasterium debeatur Monasterio legitima, vide suprà versic. legitima, num. 12. Quid si ingrediens Religionem sit minor, vide in Repert. contract. quaest. 14. num 76. vbi tradita consentiunt ad hoc scripta. Adde in materia Simoncellum de decret. lib.3. tit.8. inspect.14. num.93. vbi quod in Monasterium transeunt etiam

etiam bona emphyteotica, & prohibita alienari, ad idem Redoanus *de reb. Eccles. non alienan. rubr. 1. §. declaratio etiam, pag.43.* Fallit quando quis ingreditur Monasterium dolo, vel metu, de quo dixi *in Repert. contract. d. quaest.54.num.76.*

6 Minor quando possit testari, vide suprà *quaestione 74.*

7 Militum testamentum an & quando valeat sine solemnitatibus ordinatoriis. Clar. *de testam. quaest.15. & 16.* Et quòd valeat sine septem testibus, posui suprà *quaest.61.num.33.* Et quando valeat argumentum de testamento militis ad testamentum inter libertos, & è contra, vide Zunt. *in consil. pro vxore, num.647. & seqq. pag.67.*

8 Mortis appellatio in substitutionibus & fideicommissis an intelligatur de ciuili, vel naturali, dixi *in Repert. contract. inter diuersa, versic. mors, num.57. & in mea pract. criminal. quaest.19. num.13.*

N

Notarius.

1 NOtarius an possit sibi adscribere legatum sibi in testamento relictum. *tot. titul. ff. & C. de his, qui in test. sib. adscrib. & in l. filius, & in l. Diuus Claudius, ff. de fals. in consil. crimin. diuers.126. num.91. & sequentibus, pag.141. volum.1. in magnis.* De materia *in breu. pag.393. num.12.* Clar. *in pract.§. falsum, versic. adscribens* Dilect. *de art. testan. titul. de legat. caut.1.* Boss. *in tit. de his, qui sib. adscrib.* Bellonus *consil.79.* Bald. *consil.92. lib.5.* Mantic. *de coniect. lib.1. titul.6. num.5.* Peregr. *de iur. fisc. lib.3. tit.12. fol.217.* Atetin. *consil.88. num.2.* Barbat. *consil.58. num.1.* Summ. Rolandin. *tom.1. fol.211. versic. sed quaeritur.* Portius Imolen. *consil 210.* Brunor. *in suo compend. iur. versic. Not. adscribere, fol.142.* posui *in quaest.150.*

2 Nepotis, seu filij capacitas quando dependeat à capacitate, vel incapacitate patris. Cephal. *consil.10. volum.1.*

O

Occidens.

1 OCcidens filium, seu fratrem testatoris, an priuetur eius haereditate, posui *in Repert. criminali, in materia parricidij*, vbi videas.

2 Officium emptum per patrem filio an imputetur in legitimam: posui suprà *in versic. legitima, num.18.*

P

Pater.

1 PArentes ab intestato quomodo succedant filiis, Duen. *regul.364.* Cotta *in memoral. pag. mihi 379.* vbi quid in aduentitiis. Et è contra, quomodo filij succedant parentibus, posui suprà *versic. filij, num.5.* vide *in sequenti num.* & paulo inferiùs etiam *num.4.*

2 Pater succedit in haereditate filij mortui aequaliter cum altero filio superstite, vt per Rolandum *consil.95. num.2. 45. & sequentib. volum.2.* vide suprà *in anteced. num.*

3 Pater an possit repudiare legatum filio relictum, suprà *versic. legatum, inter diuersa, num.35.*

4 Pater, mater, ac alij ascendentes quomodo succedant in haereditate filij mortui; & quomodo inter eos diuidenda sit haereditas. Vide Antonium Thesaurarium *decis. Pedemont.27.* vide etiam suprà, *num.1.* & superius *verb. Aiuus num.5.* inter diuersa.

Posthumus.

Posthumus in testamento an veniat appellatione filiorum, dixi suprà *in quaest 16. cap.2. num.6.* 1

Posthumi appellatione quid veniat. Turzanus *opinion.60.* 2

Posthumi an & quando habeantur pro iam natis. Nouell. *regul.23.* latè Placa *in Epitom. delict. cap.42. pag.721. & sequentibus*: vbi etiam quòd posthumus adhuc non dicitur suus haeres. Item adhuc non dicitur in patria potestate. Item nec dicitur nec animal, nec homo, vt ibi per eum. Herculan. *de caut. pag 71. num. 2.* vbi quòd posthumus habetur pro iam nato in iis quae concernunt eius vtilitatem. Et idem tradit Placa *ibi num. .vers. quartò suffragari videtur, in fine.* Vide Cephalum *consil.138. num.24.* vbi quòd postquam posthumus est natus, semper dicitur aequiparatus iam nato. 3

Posthumus de ventre matris secto natus vel extractus; an & quomodo succedat, & generaliter de materia vide per Firma. *in Repert. verb. Natus*; vbi etiam de posthumo nato in quinto, vel duodecimo mense. Socin. *in lib. cum anus, ff. de condit. & demonstrat. num.110. & sequentibus.* Neuizzan. *consil. 25. & 26.* vbi si abortus fuit, quomodo probetur puerum esse viuum. Faciunt ad haec tradita *in Repertorio Quaestionum criminalium, quaest. 28. num.7. & 8.* vbi posui an & quando foetus dicatur animatus. Vide omninò Iosephum Ludouicum *in communibus opinionibus lib.1. conclus.57.* vbi facit regulam, quòd natus in 6. vel 8. mense, habetur pro non nato; quia paria sunt quem nasci mortuum, vel viuum, & tamen certum sit viuere non posse: & quomodo probetur quem esse natum in sexto, vel octauo mense. Haec & alia ibi videas ad hanc materiam attinentia. 4

Posthumus alienus quando possit institui. Neuizzan. *consil.34. num.61.* 5

Diuersa.

Pactum super haereditate viuentis, vel de futura successione, an & quando valeat, & de materia. Cepoll. *caut. 198. num.4* Villalob. *litt. P. num.1. & sequentibus.* Viuian. *in communibus opinion.578. pag. mihi 165. in paruis Decis. Pedemont.100. per totam*, ad quam semper recurras. Ponitur & tractatur materia *in l. finali, de pact.* ideò vide *ibi* glossam, & omnes Doctores. Bellon. *consil.60.* Aymon. *consil.19. num.3, & sequentibus*, vbi quòd tale pactum potest tacitè & expressè per paciscentes confirmari post mortem illius, de cuius haereditate agitur. Et an isto casu haereditas ab istis paciscentibus auferatur tanquam ab indignis: vide gloss. *in dicta l. finali, in verb. obseruari C. de pact.* & *ibi* etiam Doctores Peregrin. *de iur. fisc. lib.2. tit. 10. num.2. & sequentibus. fol. mihi 150.* Decian. *lib.9. cap.9. num.13.* vbi de pacto filiorum super futura successione parentum, & è contra posui *in fragment. in verb. fiscus, in rubr. fisc. Ex quibus causis*, &c. Et quando pactum de futura successione non valet, an saltim peti possit interesse, seu poena conuentionalis. Videas *in decisione Pedemontana 100. num.41. & seqq.* Et an valeat pactum de succedendo super certis rebus, & non super tota haereditate. Vide *in dicta decis.100. num.26* Et generaliter quando valeat pactum de non succedendo, vel de non petenda.

petenda hæreditate: vide Socin. *regul.* 280. Diaz *regul.* 522. *& sequentib. decis. Pedemont.* 100. *in discursu*, præsertim *num.* 34. Et quando valeat pactum de inuicem succedendo, vide Cephalum *consil.* 44. *num.* 3. 4. *&* 12. *volum.* 1. & supra *verb. fideicommissum, num* 13. vbi de pacto de inuicem succedendo inter fratres.

2 Prælegata an & quando sint per fideicommissarium restituenda; vide supra *versic. hæres grauatus, num.* 3.

3 Pupillus quando possit adire hæreditatem sine tutoris auctoritate, vide supra *in versic. Minor. num.* 4.

4 Patruo succedunt nepotes in stirpes. Villalob. *littera F. num.* 167.

5 Possessio defuncti quomodo continuetur in hæredem, vide *in Repert. iudicialis quæst.* 14. *num.* 62.

6 Pupillus an & quando testari possit, posui supra in quæstionibus.

7 Pœna adiecta in solutione legati quando sapiat vsuram. Roland. *consil.* 55. *num.* 20. *& seqq.* vide *in Repert. crimin. versic. vsura, num.* 12.

8 Prior in gradu potior in successione. Rolandus *consil.* 68. *num.* 2. *& sequentibus volum.* 1.

9 Proximiores simpliciter vocati in fideicommissis, an intelligantur proximiores hæredis, vel testatoris, vide supra *vers. fideicommissum, num.* 10.

Q

Querela.

1 Querela testamenti an competat ei, qui legatum ex eo accepit. Roman. *singul.* 482. Nouell. *regul.* 67. & an competat filio, qui patris testamento consensit, vide Duenn. *regul.* 349. & faciunt generaliter tradita supra *quæst.* 5.

2 Querelandi ius an transeat ad liberos querelantis. Duen. *regul.* 349.

3 Querelæ inofficiosi testamenti forma, Specul. *de testament.* §. *sequitur, versic. illud quoque.* Firma. *in Repert. versic. querela num* 53. *&* 54.

4 Querela inofficiosi testamenti præscribitur quinquennio. Et istud quinquennium currit à die aditæ hæreditatis. Cephal. *consil.* 148. *num.* 40.

R

Repudiatio.

1 Repudiatio an valeat postquam hæreditas est adita. Cepoll. *caut.* 219. faciunt supra tradita *versic. hæres num.* 10. *& infra hoc eodem vers. repudiatio num.* 10.

2 Repudians hæreditatem quibus casibus teneatur. Cepoll. *cautel.* 229. videlicet *in addit. littera D.*

3 Repudiatio hæreditatis paternæ quando possit per filium reuocari. Duenn. *regul.* 347. Villalob. *littera H. num.* 10. vbi quòd re integra potest reuocari. Vide aliquid infrà *num.* 10. Vide quoque inferiùs *versic. restitutio, inter diuersa num.* 3. quæ ponas hîc.

4 Repudiante filio an possit adire pater, supra *versic. filius, num.* 3. & an admittatur substitutus, vide infrà *versic. substitutus non succedit*, &c. *num.* 1.

5 Repudiare an possit pater legatum filio relictum, vide supra *versic. legatum, inter diuersa, num.* 35.

6 Repudiare si velit filius patris hæreditatem, quid facere debeat. Vide Cepollam *in cautel.* 169.

Repudianti filio an debeatur legitima, supra *vers. legitima num.* 6. 7

Repudiatio hæreditatis quibus verbis aut coniecturis inducatur, vide Manticam *de coniecturis lib.* 12. *titul.* 14. vbi latè. Et an si hæres dixerit: Nolo esse hæres, censeatur repudiata hæreditas, videas per Iosephum Ludouicum per me allegatum *in Repertorium contractuum quæst.* 71. *num.* 33. 8

Repudiatio an possit fieri per procuratorem, dixi supra *versic. aditio, num.* 18. 9

Repudians hæreditatem, si post repudiationem aliquos actus fecerit, qui aditionem importent, censetur non obstante præcedenti repudiatione adiuisse hæreditatem: sed an quoad illas personas solùm, cum quibus dicti actus gesti sunt. An verò generaliter quoad omnes, vide Iosephum Ludouicum *in communibus opinionibus lib.* 1. *conclus.* 16. *illat.* 81. *versic. fallit.* 4. *quando aliquis, & seq.* vide supra *num.* 3. 10

Diuersa.

Relinquo verbum quando importet institutionem, & de materia. Matthes. *singul.* 158. *in addit. in fine.* Villalob. *littera V. num.* 23. Tuzzan. *opin.* 37. Viui. *in commun. opin. pag.* 313. Clarus *de testament. quæst.* 38. *versic. Quid autem si.* Iason *in rubr. ff. solut. matrim.* Zunt. *in consil. pro vxore num.* 561. vbi quòd verbum *relinquo* adiectum vniuersitati bonorum, importat hæredis institutionem, saltim de æquitate Canonica: & ad hoc vt testamentum sustineatur, vt *ibidem num.* 564. *& seqq.* 1

Relegatus quando sit incapax hæreditatis, vide quæ supra tradita sunt *in versic. Deportatus*, &c. 2

Restitutio an & quando minori concedatur, si læsus est, vel in aditione, vel in repudiatione hæreditatis, & de materia, faciunt supra tradita *vers. Minor num.* 4. vbi posui, quando minor, seu pupillus possit sine tutoris, vel curatoris auctoritate hæreditatem adire: & supra *versic. repudiatio, num.* 3. vbi posui, quando pœnitentia detur in repudiatione paternæ hæreditatis. Modò ad eamdem materiam restitutionis, videlicet concedendæ minori aduersus aditam, vel repudiatam hæreditatem, adde Virgilium Bocaciuio *in Constitut. March. gloss.* 8. *sub n.* 99. 130. 131. 132. 133. *&* 134. *atque etiam sub num.* 186. 3

S

Substitutio.

Substitutus non succedit instituto repudianti: sed eius pater admittitur. Villalobos *in communibus littera F. num.* 64. vide quæ superiùs tradita sunt *in verb. filius num.* 2. 1

Substitutio pupillaris an excludat matrem à legitima. Viui. *in communibus opinionibus pag. mihi* 146. *in paruis.* Diaz *reg.* 629. 630. & 714. Couarr. *in cap. cum esses num.* 11. *de testament.* vbi quòd substitutio pupillaris expressa excludit matrem à legitima, filij, etiam in foro conscientiæ. 2

Substitutus an excludatur per monasterium, &c. posui supra *quæst.* 76. 3

Substitutus pupillariter qua cautela possit remoueri à successione, vide Cepollam *in cautel.* 117. 4

Substitutio vulgaris quando contineatur sub pupillari, & è contrà, Diaz 227. *& seq.* Menoch. *in l. final. num.* 222. *& sequentibus. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* vbi quòd pupillaris non continetur sub vulgari 5

gari expressa: quando extat statutum, vt instrumenta seruentur ad literam: quod quando verum sit, ibi videas.

6 Substitutio pupillaris fieri non potest in codicillis. Vide Villalob. *littera P. num.* 19.

7 Substitutio directa continet fideicommissum vigore clausulæ codicillaris. Cotta *in memoral. pag.* 832.

8 Substitutionis compendiosæ materia, vide per Parisium *in eius consiliorum repertorio, verb. compendiosa*, &c.

9 Substitutio compendiosa facta pupillo à pagano per verba communia, ac sit omni tempore fideicommissaria matre existente in medio. Roland. *consil.*69. *volum.*1.

10 *Substituo*, verbum commune. Rolandus *d. consil.*69. *num.*3. *volum.*1.

11 Substitutus an debeat probare institutum decessisse sine liberis. Hercul. *de negatiua num.*98. *& sequentibus*. Imol. *conclus.* 34. *lib.*5. latè Cauar. *var. resolut. pag. mihi* 471. *& sequentibus*. Mantica *de coniectur. lib.*11. *titul.*4. Dixi etiam suprà *versic. fideicommissarius quomodo*, *num.*2. Put. *decis.*45. *in* 1. *libro*, vbi quòd dicens aliquem decessisse sine filiis, habet intentionem fundatam; nec aliud probare tenetur: secùs si dicat filios habuisse, sed quòd mortui sunt, quia mortem probare tenetur.

12 Substitutiones plures si factæ sunt successiuè, & prima defectu conditionis expiret; an cæteræ subsequentes locum habere possint. Vide Cephalum *consil.*17. *per totum*, *volum.*1. Dic quod non, vt per Rolandum *consil.*56. *num* 13. *vol.*3. *& consil.*59.*n.*20. *& seqq. eodem volum.* vbi videas.

13 Substitutio an veniat nomine & appellatione institutionis: & sic qui non potest institui, an possit substitui. Vide Tiraquellum *de testament. coniug. pag.*140. *num.*1. *& seqq.*

14 Substitutio facta pluribus institutis post mortem omnium, an & quando operetur, vt instituti censeantur ad inuicem reciprocè substituti. Vide Marzarium *de fideicommiss. quæst.* 22. Imol. *conclus.* 34. *lib.*4. Cephal. *consil.* 114. *num.*27. *& sequentibus vol.*1. Item substitutis pluribus post eorum mortem, an vno mortuo substitutus admittatur ad portionem illius morientis: an verò debeat expectare mortem omnium. Vide Marzarium *de fideicommissis quæst.*11. & Cephalum *consil.*132. *per totum volum.*1.

15 Substitutio facta, si sine liberis decesserit, expirat, si institutus decedat cum filiis, licèt illi filij postea moriantur. Cephal. *consil.* 88. *num.*52. Roland. *consil.*52. *num.*9. *& sequentibus pluribus volum.*3. vbi *num.*11. ampliat etiam, quòd isti filij vnico tantùm momento vixerint, & hanc eamdem ampliationem ponit Cephal. *consil.*221. *num.* 3. Tiraquellus *in tract. de iudic. in reb. exig. pag.*49. *à tergo, versic. tertiò*, &c. *& sequenti*. Vide in simili suprà tradita, *quæst.*8. *num.*36. & infrà, *versic. Testamentum, num.*4. Circa quam prædictam ampliationem aduerte, quòd si quis è contrà grauatur restituere hæreditatem filiis Titij nascituris, non tenetur restituere si filius Titio nascatur, & statim moriatur, vt *ibidem* per Cephalum *consil.*221. *per totum*, in discursu. Sed quid si isti filij moriantur sine filiis, vide suprà *versicul. fideicommissum*, *num.*19.

16 Substitutio euanescit, si substitutus præcedat, dixi suprà *quæst.*18.

17 Substitutio reciproca expirat per hæreditatis aditionem, Cephal. *consil.* 17. *num.* 1. *& sequentibus volum.*1.

Substitutio facta filiis nascituris post eorum mortem, an verificetur, si filij non fuerint nati. Vide Marzarium *de fideicommissis num.*13. 18

Substitutio in qua vocantur agnati, seu cognati, liberi, proximiores, seu alij, intelligenda est de natis, seu conceptis tempore mortis testatoris, non autem de nascituris. Hæc regula ampliatur, limitatur, & ex ea multipliciter infert Rolandus, ad quem semper recurras in materia *consil.*70. *volum.*3. *per totum*. vide etiam suprà *in versicul. fideicommissum*, &c. *num.*15. 19

Substitutionis materiam supple suprà *in vers. fideicommissum*. 20

Substitutus in casu mortis an succedat in casu mortis ciuilis; an verò naturalis tantùm, dixi *in Repertorio contractuum, inter diuersa, in versiculo Mors num.*57. *& in mea practica criminali quæst.*19. *num.*13. 21

Diuersa.

Spurio regulariter in testamento non potest dari tutor. Rom. *sing.*83. 1

Spurius legitimatus propter ingratitudinem priuatur legitima, vide suprà *in quæst.*44. *num.* 18. 2

Spurius legitimatus rumpit testamentum antea factum. Clarus *de testament. quæst.*84. Tiraquellus *de reuocand. donat. pag. mihi* 488. *num.*65. *& sequenti*, *& num.*80. faciunt ad hoc infrà tradita *in versic. Testamentum rumpitur*, *num.*4. 3

Sepeliri an quis possit in sepulchro alterius. Roman. *singul.*692. Matthes. *singul.*75. *in addit.* vbi multa in materia sepulturæ, &c. 4

Sepeliendi iure spoliatus an debeat ante omnia restitui. Menoch. *de restituen. possess. pag. mihi* 73. *num.*398. *& pluribus aliis sequentibus*. 5

Suitas quando tollatur per vulgarem substitutionem. Socin. *regul.*190. 6

Suorum appellatione quinam veniant. Cotta *in memoral. pag.* 835. vide etiam suprà *quæstione* 13. *num* 3. 7

Solemnitates requisitæ à lege an possint remitti à testatore, vide infrà *versic. testator*, &c. *num...* 8

Succedere verbum an intelligatur ex testamento, vel ab intestato. Rolãod. *consil.*72. *num.*50. *& omnibus sequentibus*, *volum.* 1. vbi latè: *decis. Pedemont.*20. *num.*3. vide *in sequenti versiculo num.* 10. Rolandus *consil.*58. *num.*51. *volum.*3. vbi quòd *succedere* verbum denotat successionem cum effectu: & sic requirit aditionem hæreditatis. Et idem *in consil.*59. *num.*16. *& sequentibus in eodem volum.* & faciunt suprà tradita *in quæst.*13. *num.*19. 9

Successoris appellatione an veniat vniuersalis, vel particularis: item an veniat legatarius. Firma. *in Repert. verb. successor in dubio*, &c. Et vide dicta in antecedente *vers. num.*9. 10

Statuta an possint prohibere quem testari sine consensu, &c. Tiraquellus *de legibus connubialibus pag.*443. *num* 94. *& seqq.* vide in materia statuti prohibentis quem contrahere sine consenso, &c. 11

Sepulturæ & sepulchrorum materiam videas per Sebastian. Medic. *in tract. de Sepultur. suprà*, &c. 12

T

Testamentum, Testator, testari.

TEstamentum cæci an & quando valeat: vide suprà *quæst.*74. *num.*19. *& seqq.* 1

Testa

1 Testamentum non est necesse quod scribatur supra *quæst.53.*

3 Sed testatoris voluntas probatur per testes, & de materia suprà *quæst.53.*

4 Testamentum rumpitur per natiuitatem posthumi: sed quando ruptum reconualescat, vide Romanum *singul.110.* Et an rumpatur per arrogationem, vide Cepollam *caut.117. num.2.* & an per legitimationem suprà *vers. spurius num.3.*& an per ingressum Religionis, suprà *quæst.65.* Et quid si illico natus posthumus decesserit, an adhuc testamentum dicatur ruptum: dic quòd sic, vt per Tiraquellum *in tract. de indic. in reb. exig. pag.49. à tergo, versic. quartus est,* &c. faciunt in simili tradita suprà *quæst.8. num.36.* & suprà *versic. substitutio num.15.*

5 Testamentum clausum an & quando rumpatur. Cepoll. *caut* 88. *& in addit. littera A.* de materia. Socin.*reg.*399.& an testamentum repertum in capsa testatoris propria eius manu scriptum, de quo non fuit rogatus Notarius, valeat, necne Vide Alexandrinum *consil.* 107. *per totum.* Clarus *de testament. quæst.7. & quæst.14.* Et an huiusmodi testamentum valeat inter liberos, dixi suprà *quæst.*37.& an valeat fauore piæ causæ,dicai *in sequenti versic.*& vide etiam quæ dicuntur infrà *num.16.*

6 Testamentum imperfectum & inualidum quando sustineatur fauore piæ causæ, latissimè de materia generaliter & particulariter per Clarum *de testament. quæst.5.6. & 7.* Nouell.*regul.*109. Viui. *in commun. opin. pag. mihi* 140. siue 149. in paruis. Et inter alia scias, quòd testamentum imperfectum ratione voluntatis non sustinetur fauore piæ causæ secundùm communem, de qua per Capram *conclus.*105. *num.13. & seqq.* Cuius contrarium videtur tenere idem Capra *in conclus.*111. *num.65.* Et quòd testamentum ad pias causas valeat etiam sine hærede eùm exequutor habeatur, loco hæredis, vide *in 1. inform. lib. fol.175 num.4. & num.6. part.1.*

7 Testamentum de nocte factum an & quando valeat. Matthes. *singul.* 134. in quo scias quòd testamentum de nocte factum est suspectum;& ideò debet fieri tribus luminaribus accensis. Anchara n, *quæst.11. num.7. & seq. part.2.* ad quod faciunt tradita in simili *Repertorio iudicialium quæstionum, vers. instrumentum de nocte*, &c.

8 Testamentum nullum an & quando valeat. Socin *regul.*398.

9 Testamentum an rumpatur per ingressum Religionis, suprà *quæst.65.*

10 Testamentum debet condi secundùm statuta loci habitationis,& non rei sitæ. Villalob.*littera I. n.57.* vide in simili in alio *Repertorio contractuum vers. contractus num...* Et generaliter tradita *in Repertor. contractuum quæst.*37. vbi posui hanc materiam.

11 Testamenti in scriptis forma, & solemnitas. Roland. *consil.*36. *volum* 1.

12 Testamentum dicendi nullum ius quando tempore præscribatur. Nouell. *regul.*52. Clar. *de testament. in quæst.*41. *versic. neque putes.*

13 Testamentum non potest rumpere, qui legatum ex eo accepit, suprà *vers. querela in num.1.*

14 Testamentum an sit contractus, & in statutis, an illius appellatione veniat. Tiraq. *de legibus connubialibus pag. mihi* 445. *num.93.* & in discursu *quæst.15.*

15 Testamentum quo iure inuentum. Clar. *de testament. quæst.1.*

16 Testamentum an valeat, quòd testator scripsit, vel scribi fecit, deinde coram septem testibus dixit illud esse suum testamentum, quibus tamen lectum non fuit. Clarus *de testament. quæst.4. versic. sed pone.* Vide suprà *num.5.*

Testamentum militis an & quandu valeat, & de materia, posui inter priuilegia militis in alio Repertorio. 17

Testamentum impugnare defectu solemnitatis non adhibitæ est peccatum mortale, quia talis impugnans procedit contra voluntatem testatoris; & è conuerso pium est defendere tale testamentum impugnatum. Zunt. *in respons. pro vxore num.35. & sequentibus.* Contrarium latè defendit Couarruuias *in cap. cum esses, num.4. & omnibus seqq. extra de testament.* vbi ampliùs dicit, quòd hæres veniens ab intestato non tenetur in foro conscientiæ restituere hæreditatem hæredi scripto in testamento minus solemni:& illud impugnandu non peccat, nec etiam venialiter, & alia similia in materia: ibi videas per eum. 18

Testamentum in dubio iudicandum est esse validum, semperque præsumitur pro testamento: latè exornat Zunt. *in respons pro vxore num.*1055. *& sequentibus omnibus,pag.*96.Cephal.*consil.*138.*n.*11. 19

Testamentum si non potest valere vt testamentum in scriptis; saltem valeat vti nuncupatiuum: *in Repert. contractuum, vers. actus*, &c. *num...* 20

Testamenti amissi tenor quomodo probetur. *in Repert. iudicial. ver.amissio*, &c. *num...* 21

Testamenta si duo sint facta eadem die, neutrum valet: limita & declara, vt *in Repert. quæst. iudicial. versic. instrumentorum eadem die*, &c. *num.4.* 22

Testamentum debet vnico contextu,& sine interuallo expediri. Fallit quando superuenit necessitas aliqua, puta morbus testatoris Roland. *consil.* 30. *num.*19. *volum.*3. vbi de communi. 23

Testatus quis pro parte sic, & pro parte non decedere quando possit. Cephal. *consil.*60. *num.*12. *& num.3. & sequentibus volum.1.* Socin *regul.*400. Clar. *de testament. quæst.* 16. vbi de milite. Alphan. *in suis collectan. num.*161. 24

Testari quando duo possint in eadem carta, & an quis eorum possit absque alio suam voluntatem, seu testamentum reuocare. Sirice. *de testament. coniug. pag. mihi* 19. *& pluribus seqq.* 25

Testandi facultas an possit restringi à statuto, suprà *versic. statutum, in num.*11. 26

Testari ad pias causas an possint inhabiles: vide suprà *num.6.* 27

Testari qui nequeunt, an possint ex testamento acquirere, vide suprà *in versic. institui,num.*14. 28

Testandi facultas à Principe concessa an intelligatur cum solemnitatibus iuris communis. Clarus *de testament. quæst.*34. *versic. in proposito*, &c. omninò Menoch. *de arbitr. quæstionib. quæst.7.num.*39 *& sequentibus.* Et faciunt dicta *in Repert.contract.versic. priuilegium inhabili*, &c.*n.*11. & in materia scias, quòd huiusmodi testandi facultas concessa non intelligitur nisi de prima vice, vt per Couarruuiam *de testament.pag. mihi* 276. *num.8.* de quo particulariter vide per Paulum Granutum *Theorem.* 13. *lib.* 1. vbi etiam, an testandi facultas morte concedentis extinguatur. Item an per testamentum iam factum conualidetur. 29

Testatum, seu intestatum quem decessisse quomodo probetur. Couarr.*variar.resolut.pag.mihi.*455. *num.5.* 30

Testatori asserenti in testamento se habere talia & talia bona, an credatur. Marzar. *de fideicommiss. quæst.53.* 31

Testatoris

32 Testatoris voluntas captatoria quæ sit, quando valeat, de materia per Sarmient. *select. interpretat. lib. 2. cap. 4. 5. & 6.* Et an testatoris dispositio collata in personam tertij, putà quòd iste tertius liberè disponat de sua hæreditate, sit captatoria, & quando valeat, & de materia, vide Sarmiento *select. interpretat. lib. 2. cap. 6. per totum, & cap. 4. in princip.* Siluan. *consil. 54. per totum*, in discursu. Titicæus *de testament. coniug. pag. mihi 49. & sequentibus, ca*. 13. & 14. *lib. 1.* vbi etiam quòd si vir conferat suam voluntatem in eius vxorem, an talis vxor possit filios inæqualiter instituere. Et an huiusmodi testandi facultas tertio per testatorem concessa transeat ad hæredes, ibi videas. Et an huiusmodi captatoria voluntas collata in arbitrium tertij, valeat fauore piæ causæ, videas per Clarum *de testamentis quæst. 6. vers. 4. infertur.* latè de materia præfatus Titicæ. *pag. mihi 41. num. 1. & sequentibus.* Et an executoris deputatio possit in alienum arbitrium conferri, dixi suprà *vers. executoris deputatio. num. 15.*

33 Testator non potest tollere solemnitates statutarias. Clarus *de testament. quæst 65.* Diaz *reg. 726.*

34 Testatoris dispositio habetur pro lege. Roland. *consil. 70. num. 3. vol. 1.*

35 Testamenti inofficiosi querela, vide suprà *vers. querela*, &c.

36 Testamentum an & quando habeat exequutionem paratam. Menoch *in leg. final. num. 693. & seqq. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.*

Trebellianica.

1 Trebellianicam an detrahat institutus in re certa, Aymon *consil. 186. num. 1. & sequentibus*, vide infrà *num. 10.*

2 Trebellianica an deducatur, quando quis instituitur ad commodum alterius. Exemplum ponit Titicæ *de testament. coniugum pag. 103. sub num. 8. vers. poteris etiam.*

3 Trebellianica an detrahatur de relictis confraternitati, præter generaliter tradita *in Repert. contract. vers. confraternitas*, &c. vide Imolam *conclus. 6. lib. 5.* Et an detrahatur de relictis hospitali, præter generaliter tradita *in contract. vers. hospitale*, &c. vide Imol. *conclus. 9. lib. 5.*

4 Trebellianica quomodo detrahatur per filios testatoris, Diaz *reg. 297.* Villalob. *lit. F. num. 108.* vide suprà *quæst. 24.*

5 Trebellianica non potest detrahi de re prohibita alienari. Cotta *in memoral. pag. 886.* Neuizan. *consil. 1. num. 3. & consil. 2. num. 45.* vbi etiam quid de falcidia. Falcidia non detrahitur de re per testatorem particulariter alienari prohibita; secùs si sit facta generalis bonorum alienatio; quia tunc non prohibetur falcidiæ detractio, cùm non adsint alia bona. Ita distinguendo respondet ad contraria Roland. *consil. 9. num. 6. & seqq. num. 15. & sequent. & num. 18. volum. 4.* vide etiam quæ dicuntur suprà *quæst. 11. num. 25.* quia materia ibi tradita est eadem cum ista. Dic quòd Trebellianica non potest detrahi de re particulariter alienari prohibita: sed si est facta generalis bonorum alienationis prohibitio, potest de illis Trebellianica detrahi, cùm non adsint alia bona. Roland. *cons. 9. num. 19. vol. 4.* vbi in fine consilij id ampliat procedere nedum in filiis primi gradus: sed etiam in vlterioribus hæredibus vniuersaliter institutis.

6 Trebellianica an transmittatur ad hæredes. Nouell. *regul. 53.* Roland. *cons. 78. num. 8. & sequentib. volum. 1.* Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus. 16. in 32. illat.*

Trebellianica an veniat appellatione falcidiæ. Roland. *cons. 27. num. 3. & seqq. vol. 1.* vide *in seq. vers. decis. Pedem. 147. num. 11.* 7

Trebellianica & falcidia æquiparantur. Neuiza. *consil. 1. num. 1.* vide *in vers. antecedente.* 8

Trebellianica, de quibus rebus detrahi & solui possit: & an possit solui in pecunia numerata non hæreditaria, vide Menoch. *de arbitr. quæst. cas. 164. lib. 2.* vbi etiam quid de falcidia: de quo vide etiam suprà *vers. falcidia. num.* ... 9

Trebellianica, seu falcidia detrahitur etiam de fideicommissis particularibus. Suarez *in communib. opinionib. lit. F. num. 12.* vide suprà *num. 1.* 10

Tutor, tutela.

Tutor & curator tenentur ad multa, de quibus per Plotum *in l. quando, in eius Repert. verb. tutor, & verb. iuramentum in litem in actione tutelæ.* 1

Tutoris putatiui, seu alterius administratoris gesta, an & quando valeant. Imol. *concl. 11. lib. 2. pag. mihi 415. & sequentib.* vbi generaliter & particulariter. Faciunt generaliter tradita in alio *Repertorio Quæstionum iudicialium*, in materia, *Procuratoris falsi gesta quando valeant*, &c. 2

Tutor testamentarius, legitimus seu datiuus quid facere & obtinere debeat, habetur per Aretinum *in § actionum autem num. 33. in fine, & num 34. Instit. de actionib.* Capic. *decis. 50.* latè Vantius *de nullitate pag. mihi 218. num. 148. & sequent.* de materia per Beroum *quæst. 66. & seq.* faciunt infrà dicenda *num. 4. & 5.* Et an possit bona pupilli administrare, non confecto inuentario, ac non decreta administratione, posui suprà *quæst. 40.* 3

Tutor debet iurare vtilia facere, & inutilia prætermittere. Sed dubitatur, an ad essentiam tutelæ debeat etiam suscipere specificam defensionem. Tiraquellus *de legib. connubialib. pag. 403. num. 94. & sequentibus.* In materia vide Neuizan. *consil. 17. num. 32.* Bero. *decis. 27. num. 1.* Alexand. *consil. 80. num. 7.* Grat. *respons. 156. num. 3. volum. 2.* suprà tradita *versic. testamentarius in Repert. Genitoris mei.* Dicas, quòd tutelæ susceptionis forma est, quòd tutor promittat, quòd non derelinquet pupillum in defensum sine dilatione, sine contractione, &c. Sed an hæc verba possint per æquipollens adimpleri, dicas quòd sic, vt per Neuizan. *consil. 16. num. 5. & sequentibus*, vbi relatis contrariis ita concludit: sed quid in matre tutrice, vide *in sequenti versic. num. 5.* 4

Tutrix mater suscipiendo tutelam debet renunciare omni legum auxilio, obligare pro administratione omnia bona sua, renunciare Velleiano, & secundis nuptiis: & quo tempore sint faciendæ huiusmodi solemnitates, per Rolandum *consil. 36. num. 6 & sequentibus, volum. 1.* & de quibus tutela matris sit ipso iure nulla, videas per Matthesium *in singul. 108. in additionib.* 5

Tutoris cautela ad hoc vt non teneatur pro gestis pro pupillo. Petrus. *singul. 57.* Cepoll. *cautel. 24.* Cotta *pag. 890.* Marsil. *singul. 417.* Menoch. *de arbitr. cas. 171. num. 77. & sequentibus.* Et an teneatur pupillo, vel emptori pro eius bonis nulliter alienatis. Posui hoc particulare *in Repertorio Quæstionum contract. quæst. 14. num. 48. & sequenti, & num. 54.* Et è conuerso, quomodo quis tutè contrahat cum tutore, 6

tutore, vide Cottam *pag* 891. Menoch. *d. num.* 77. vide etiam Cepoll. *in cautel.* 141.

7 Tutoris contractus nulliter factus an & quando valeat contra ipsum tutorem. Aymon *de indemnit. mulierum pag. mihi* 242. *num.* 20. 21. *&* 28 Et quid de alienatione rerum minoris facta per tutorem nulliter, an tutor teneatur emptori, dixi *in Repertorio quaestionum contractuum, in quaestione* 14. *num.* 54.

8 Tutor finita tutela tenetur reddere rationem administrationis, & de materia. Ego posui *in Repert. quaest iudicial. quaest.* 41.

9 Tutor creditor pupilli quando sibi ipsi satisfacere possit de eius pecunia. Roman. *singular.* 104. Cagnol. *in l. singularia. num.* 75. *versic. sed non est recedendum. ff. si cert. petatur.* Et quid debeat facere tutrix mater, si vult suam dotem deducere, videas Neuizzan. *consil.* 17. *num.* 84. Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus.* 2. *in* 13. *fallent.* Ad principalem materiam vide Virgilium Buccacium *in constitut. Marcb. gloss.* 3. *num.* 110. vbi quando tutor possit sibi ipsi soluere & facere satis.

10 Tutor creditor pupilli quando esse possit, & quando ex hoc excusetur. Roman. *singul.* 131. Roland. *consil.* 83. *volum.* 1. *per totum.* Et quid si est debitor? vide Menoch. *de arbitr. quaestionib. cas.* 168. *num.* 3. vbi etiam de matre debitrice, *& casu* 196. *per totum*: vbi quantum & quale debeat esse istud debitum.

11 Tutor per quae verba constituatur in testamento. Roman. *singul.* 165. Cotta *in memoral. pag. mihi* 890. Matthes *singul.* 107. *in additionib.*

12 Tutore vno male administrante, contutores pro eo tenentur. Roman. *singul.* 300. super qua materia an & quando vnus tutor censeatur obligatus pro gestis per contutorem, videas omninò per Roncagall. *in l. camdem, in princip. num.* 215. *& plurib. sequentib. ff. de duob. reis.* Et quomodo finita tutela plures tutores teneantur, videas per Fulgosium *in consil.* 178. An autem tutelae administratio possit & debeat diuidi inter coniunctos, videas per Rolandum *consil.* 80. *num.* 36. 37. 39. *volum.* 1. Scias in materia, quòd ex pluribus tutoribus sufficit, quòd vnus tantùm citetur: & gesta ab vno contutore an valeant absque aliorum consensu, videas per Placam *in Epitom. delict. cap.* 46. *pag. mihi* 767. *& sequenti.* De hoc vltimo vide infrà *num.* 49.

13 Tutor, seu curator quando possit procuratorem constituere, posui *in Repert. iudicial.* in materia *Actoris*, seu *curatoris ad lites*, &c.

14 Tutoris contractus gestus cum pupillo est ipso iure nullus, etiam iuratus itaque enormi laesione. Neuizzan. *consil.* 22. *num.* 52. *in fine.* Gomez *titul. de restitut. minor. in fine*: vbi quòd tutor non potest cum pupillo contrahere nisi palam & bona fide, *l. cum ipse. C. de contrahen. empt.* vbi gloss. & communiter Doctores: palam verò & bona fide contractus gestus cum tutore valet, iuxta Virgilium Bocacium *in constitut. March. gloss.* 3. *num.* 107. *& num* 106. vbi idem si ex eo pupillus est factus locupletior. Ad quod vide Meoochium *de arbitr. quaestionib. cas.* 244. *num.* 4. vbi quòd tutor qui pupilli pecuniam mutuò ex se, vel à contutore suscepit, si palàm hoc fecit, non redditur suspectus. Adde in materia *in Repert. contract. versic. administrator num.* 1. *& vers. donatio facta tutori, & suprà versic. curator. num.* 3. Simoncell. *de decret. num.* 47. *&* 48. *lib.* 2. *titul.* 5. *inspect.* 4. vbi quòd licet tutor non possit rem pupilli sibi emere, etiam cum decreto: si tamen alius emit cum decreto, & debitis solemnitatibus, & non soluit pretium, potest ipse tutor rem illam penes se retinere, & pretium cum emptore conuentum soluere. *l. tutor.* Bocac. *in constitut. March. gloss* 3. *num.* 109. Et in materia scias, quod tutor potest auctoritatem praestare in contractu quem palàm & bona fide facit cum pupillo, & sic potest sustinere duplicem personam. Capicius *decis.* 156. *num.* 10. *& sequenti.* contrà Dec. *consil.* 21. *colum.* 1. *ante versic. tertiò praesupponitur*; in quo videas Curtium iuniorem *consil.* 19. *num.* 11. *& sequenti*: & tradita in alio Repertorio in materia mulieris, seu minoris contrahentis sine consensu, &c. *quaest.* 20. *num.* 49. *& num.* 103. *& num.* 29. *& in Repertorio contractuum versic. auctoritas num.* 47. Quando tractatur de tutoris commodo in consequentiam, tunc valet illius auctoritas. Lambertten. *de contract. eorum gloss.* 10. *num.* 13. *& sequentibus.* Bocac. *dict. gloss.* 3. *num.* 105. Vide accuratè ad materiam Cephalum *consil.* 248. *num.* 30. *& sequentibus, volum.* 2. Ioseph. Ludouic. *in communib. opinionib. conclus.* 2. *versic. ampliatur* 8. *& versic. fallit septimò, & sequentibus.* vbi quòd tutor non potest auctoritatem interponere in contractu etiam palam & bona fide cum pupillo gesto, nisi interueniat auctoritas contutoris, vel iudicis decretum. Et hanc opinionem relatis & refutatis contrariis, qui testantur de communi, testantur esse magis communem, & in practica communiter obseruari: sed contrarium etiam sine contutoris, aut iudicis praesentia, tenet Lambertenus *de contractib. eorum gloss.* 10. *num.* 2. *& sequentibus, & num.* 7. *& sequenti*, vbi quando contractus dicatur bona fide celebratus. Nota quòd quando interuenit iudicis decretum, tunc indistinctè valet contractus gestus cum tutore. Lambertenus *de contract. gloss.* 10. *num.* 3. Aduerte etiam quòd quando contutoris authoritas interuenit, indistinctè dicas contractum valere. Idem Lambertten. *ibidem gloss* 10. *num.* 2. 5. *&* 6. Virgil. Bocacius *in constitut. Marchiae gloss.* 3 *num.* 104. vbi etiam, quòd si non adest contutor potest dari curator ad illum actum.

15 Tutor an praesumatur factus diues de bonis pupilli. Crem. *singul.* 6. Couarruuias *variar. resolut. pag.* 588. *versic. septimò erit*, &c. Hercul. *de negat. num.* 26. *versic.* 25. *infertur*; vbi de tutrice. Ad quod faciunt tradita in alio Repertorio in materia, vxor quando praesumatur acquisiuisse de bonis viri, &c. *& in versic. administrator*, &c. *num.* 3. *in Repertorio contractuum.* Bursat. *consil.* 209. *num.* 24. *lib.* 2. posui in fragmentis criminalibus, *versic. administrator.*

16 Tutor quando possit debitori pupilli facere pactum de non petendo. Diaz *regul* 767. Simoncell. *de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *inspect.* 1. *num* 6. vbi secundùm communem, quòd non potest debitori prorogare tempus ad soluendum *Decis. Pedemont.* 58. *num.* 51. vbi quòd tutor non potest facere pactum de non petendo debitori pupilli, quia hoc sapit donationem.

Tutor datus in testamento an & quando confirmetur. Bart. *in l. naturali.* §. *si quaeratur. ff. de legit. tut.*

17 Tutor tenetur facere inuentarium: dixi *in Repert. iudicial. quaest.* 41. *num* 23. *& seqq.*

18 Tutor non potest donare bona pupilli. Cotta *in memoral, pag.* 197. Tiraquell. *de reuocan. donat. pag. mihi* 356. *num.* 159. *& sequentib.* Rolaud. *consil.* 18 *num.* 56.

num.56. & seqq. vbi de materia; ac etiam de curatore. Menoch. *de arbitr. quæst. casu* 173. *num.5.* vbi declarat: quando pupillus est nobilis, tutor potest etiam sine decreto iudicis donare bona pupilli, secundùm communem, de qua per Simoncell. *de decreto lib.1. titul.2. inspect.1. num.11.* 12. & 13. vbi tamen contra communem tenendi dicit, quòd isto casu tutor nec etiam potest donare sine decreto iudicis: sed cum decreto sic; cuius decreti iusta causa erit nobilitas pupilli.

19 Tutor à quo iudice dandus sit, quando pupillus est oriundus ex vna ciuitate, & bona sunt in alia; & ipse habitet in alia. Papien. *in forma libelli ad reddit. rat. tut. gloss. eidem Iacobo, num 3. & sequentibus, pag. mihi* 267. *à tergo.* Rolandus *consil. 14. num.23. & sequentib. volum* 3. vbi quòd iudex ratione bonorum sitorum in suo territorio potest dare curatorem sibi non subdito, sed non tutorem: super qua materia vide Aldobrandinum *Institut. in Authorit. tutor. num. 17. & sequentibus, pag. mihi* 190. *à tergo, in §. sed hoc iure,* &c. *& Institut. de excusat. tutor. §. non esse, num.7 pag. mihi* 151. *& Instit. qui testament. tutor. dar. poss §. ad certum, num. 19. pag. mihi* 155. *à tergo.*

20 Tutor debet melius curare res pupilli, quàm suas, vide Curtium iuniorem *consil.* 29. *num* 19.

21 Tutor tenetur pecunias pupillares dare ad licitum questum, aliàs tenetur ad interesse, Roman. *consil. 28. & singul. 79. siue* 129. ad quod vide textum *in l. si mater,* & *ibi* Doctores, *C. de vsur.* Couarruuias *variar. resolut. lib.3. cap 5. num.1.* Rolandus *consil.49. num.34 & sequenti volum.* 1. Fructus autem, puta vinum, frumentum & oleum, atque alia quæ seruando seruari non possunt, tutor tenetur vendere, alias si pereant, tenetur de suo, vt per Simoncellum *de decreto lib. 3. tit.8. num.33. inspect.7.* Item tutor tenetur pecunias pupilli conuertere in emptionem prædiorum. Bart. *in l. Titio §. altero num.2. ff. de administrat. tut. & in l. tutor, qui repertorium, ff. eodem. §. si post. num.1. & 2.* Sed aduerte, quòd ad hoc, vt tutor possit isto casu redargui de negligentia, debebit pupillus probare tunc temporis extitisse prædia, quæ tanta pecunia fuerunt empta, & non fuerunt empta, vt per Menochium *de arbitr. quæstionib. cas. 49. num. 6. pag.* 103. *à tergo,* & per Mascardum *conclus* 467. *num.* 17. In qua materia vide omninò *Decisionem Pedemontanam* 67. *per totam, part.* 2. vbi generaliter & pulchrè: ac ibi ponit etiam, an tutor possit pecunias pupilli dare ad societatem officij. Simoncell. *de decret. lib.3. tit.8. inspect.16. num.117. & num.120. in fine.*

22 Tutor consanguineus an & quando remoueatur vt suspectus, vel debeat ei dari adiunctus. Gozadin. *consil.* 17. *per totum*: vbi etiam quot modis tutor dicatur esse in culpa, seu in dolo, ita quòd remoueri debeat. Ad quam materiam vide eundem *consil.* 14. & Corneum *in consil. 189. num.4. lib.4.* Et quòd tutor suspectus allegatus pendente lite super suspicione non possit post litem contestatam bona pupilli administrare, traditur per Lancellott. *de attentat. cap.4. declarat.4. num.34. cap.5. num.19.*

23 Tutor an censeatur contraxisse suo, vel tutorio nomine. Gozadin. *consil.* 72. *per totum,* & facit in proposito in alio *Repert. de contractib. versic. Actus, num.* 8. Et an & quando tutor obligans se nomine pupilli, & sic tutorio nomine, censeatur etiam suam personam obligasse. vide similiter *in Repert. contract. versic. administrator num.6*

24 Tutor datur etiam ad vnum actum, videlicet ad

Farinacy Repert. de vlt. voluntatib.

adeundam hæreditatem. Aret. *in §. ad certum tempus, versic. adde tamen. Instit. qui dar. tut. poss.* Aldobrandinus *ibidem num.31. pag. mihi* 155. *à tergo,* vbi reddit rationem Bart. *in l. si hæreditas ff. de testament. tutel.* vbi etiam an iste tutor teneatur facere inuentarium; *& in l. tutor qui repertorium, in princip num.4. & 5. & in additionib. ff. de administr. tut.* Ad quam materiam videas omninò Curt. iun. *consil. 29. num. 5. pag mihi* 46. qui pulchrè declarat.

25 Tutori an possit à testatore remitti confectio instrumenti inuentarij; posui *in Repertorio quæstionum iudicialium quæst.41. num.26.*

26 Tutoris bona sunt tacitè pupillo hypothecata, &c. posui *in Repertorio quæstionum iudicial. d. quæst.* 41. *num.* 19.

27 Tutor facit cumpromissum *in Repert. quæst. iudic. vers. compromissum.*

28 Tutor male litigans condemnatur in expensis, & non pupillus. Posui *in sequent. versic. & in Repertorio iudicialium, versic. expensarum condemnatio. num.* 12.

29 Tutoris expensæ factæ pro pupillo quænam admittantur à iudice in redditione rationum administrationis, præter superiùs tradita *in versic. alimenta, num* 13. vide Menochium *de arbitr. quæst. cas.* 175. vbi quòd debet admittere expensas quotidianas factas in victu pupilli, in salariis præceptorum: secùs verò de expensis immodicis factis in lite prosequenda. Vide Aymon *in pract. §. 32. in 47. amplias.* vbi quòd expensas, quas bona fide fecit tutor in lite, repetit à pupillo, etiam quòd agatur super defensione sui officij, puta si dicatur non iure datum tutorem, vel suspectum, secùs si lis iuridicè mota non fuerit; quia tunc non repetit tales expensas, vt ibi per eum, *& in 10. ampliatione,* vbi, ampliùs quàm tutor temerè litigat, potest ipsemet, & non pupillus à iudice in expensis condemnari: de quo dixi *in Repertorio quæstionum iudicialium, versic. expensarum condemnatio,* &c. *num.* 11. Non debent etiam admitti à iudice in redditione rationum administrationis expensæ immodicæ factæ in funere patris pupilli, & aliorum, & alia multa ad materiam videas in locis paulò antè citatis. Et quando credatur libro rationum circa expensas factas per tutorem posui *in Repert. quæst. iudic. quæst.60. num.* 3. Et an tutori sint reficiendæ expensæ, & alimenta præstita consanguneis pupilli sine iudicis decreto, ponit Simoncell. *de decreto, in præfatione num 66. & seqq.*

30 Tutor non potest ducere in vxorem pupillam adultam de iure ciuili: imò nec tutoris filius. Fallit de iure Canonico, quod isto casu attendi debet, vt per Rolandum *de lucr. dot. quæst.* 101. *per totam.* Menoch. *de arbitr. quæstionib. pag. mihi 215. num.11. & sequentib. in magnis.* Et an isto casu rusticitas excuset tutorem, seu tutoris filium, vide Menochium *casu 194. d num. 11. & seqq.* Et quid de tutore rem habente cum pupilla, posui *in Repertorio criminali. versicul. tutor, num.6.* Posui etiam *in fragmentis versic. fiscus sub rubr. fisco ex quib. caus.* &c.

31 Tutela an præsumatur ob temporis antiquitatem. Aymon *de antiquit. tempor. pag. mihi* 128. *num.* 37.

32 Tutor qualia alimenta debeat pupillo præstare, vide suprà *versic. alimenta num. 13. in hoc eodem titulo, vers. tutoris expensæ. num.* 29.

33 Tutor pater an possit à matre remoueri in eius testamento, & de materia, vide quæ dicta sunt suprà *in versic. mater tutrix.* &c. *num.* 3.

34 Tutela an præsumatur, & sic quomodo probe-

tur exceptio, Tu non es tutor, vide *in decis. Bonon.* 18. *per totam.*

35 Tutor debet facere inuentarium. Posui *in Repertorio quæstionum iudicialium. quæst.* 41.

36 Tutor an sit citandus, an verò ipse pupillus, vide *in Repert indic. versic. citari. num..:*

37 Tutor aliquando capitur pro curatore, & è contrà Neuizzan. *consil.* 17. *num.* 60.

38 Tutor quibus in causis post susceptam tutelam possit eam recusare. Dicas, si mutus euaserit, aut surdus, aut furiosus, aut valetudinarius perpetua valetudine: aut pauper ea paupertate, quæ operi & oneri impar sit, vt habetur *in l. post susceptam. ff. de excusat. tutor.* Item si Reipublicæ causa absit, & trans mare. Item si sit Silentarius Principis, vel Consiliarius, vel Senator. Item si transtulit domicilium iussu Principis, vt *in l. verum* §. *ex falso,* & *ibi* gloss. *ff. de minor.* vbi etiam quòd ad tempus deponunt tutelam ij, qui Reipublicæ causa absunt, vel alicui negotio sunt à Principe præpositi. Adde in materia Aretinum *in* §. *desinunt, Institut. quib. mod. tut. fin.* Lamberten. *de contract. gloss.* 8. *num.* 46. *vsque ad num.* 57. vbi de muto, surdo, & cæco, & valetudinario.

39 Tutor an excusetur ab onere tutelæ, ea eo quòd dicat se habere cum pupillo bona communia. Cotta *in memoral. pag.* 167. & 169. vbi etiam quid debeat facere ille, qui vult se excusare ab onere tutelæ.

40 Tutor an possit esse vitricus pupilli. Curt. iun. *consil.* 94. *num.* 8. *part.* 1. *pag.* 15. Aymon *cons.* 190. *num.* 7. *volum.* 1. Alexandrinus *cons.* 66. *in Repert. verb. vitricus, vers.* 1. Bart. *in Auth. de nuptijs* §. *eiusdem quoque, num.* 1. *pag.* 21. & *ibi in addit. sub littera* C. Menoch. *de arbitr. quæst. cas.* 51. *num.* 5. *pag.* 181. *à tergo.*

41 Tutela defertur auiæ maternæ, excluso patruo, & aliis Dec. *cons.* 16. *num.* 5. & 6. *volum.* 1. adde Grammat. *decis.* 55. *num* 3.

41 Tutoris sola confessio de recepto, nisi aliter de numeratione constet, non præiudicat pupillo. *l. certum* §. *an ad ipsos ff. de confess.* vbi Bart. & Ang. Roman. *consil.* 352. *num.* 5. latè Tiraquellus *de retract. convent* §. 4. *gloss.* 6. *num* 12. Corn. *consil.* 268. *num.* 6. & *seqq. volum.* 1. Natt. *cons* 162. *num.* 17. & *seq. volum.* 1. & 543. *num.* 13. & *seqq vol.* 1. vbi *num.* 16. testatur de communi: licet gloss. *in l. Lucius.* §. *tutela, in verb. apocha. ff. de administ. tutor* & multi alij per Nattam relati *in d. consil.* 543. *num.* 6. & *sequentibus*, contrarium tenuerint; prout similiter contrarium tenuit Crot. *consil.* 43. *num.* 14. Sarmient. *select. interpretat. lib.* 3. *cap.* 11. *num* 3. Ad quam materiam vide Firman. *in Repert. versic. confessio tutoris*, per discursum, & alia tradita in simili de confessione procuratoris *in Repert. quæstionum iudicial. quæst.* 26. *num.* 6. & *num.* 11. & *num.* 25. vbi de confessione patris administrantis, an præiudicet filio: vide in materia patris, quando possit bona filij alienare, & faciunt in proposito generaliter tradita *in Repert. iudic. quæst.* 70. *num.* 14. vbi generaliter quidem confessio de recepto noceat tertio. Vide Paulum Granutum *in theoremate* 7. *num* 1. Ioan. Baptist. Cost. *de facti scientia & ignorantia. Inspect* 78.

43 Tutor præsumitur habere scientiam suæ deputationis, & ideò ei contrarium asserenti incumbit onus probandi secundùm textum *in l. si tutor. C. de pericul. tutor. vel curat.* vide tamen ibi glossam: necnon glossam & Doctores *in* §. *qui autem, in verb. ignorauerunt, Institut. de excusat. tutor.* vbi intelligunt illum textum procedere, quando talis deputatio esset publicè nota, vel denunciata ad domum tutoris: alias secus.

Tutoris authoritas in actu requisita quomodo interponi debeat. *in Repertorio contractuum, versic. auctoritas.* 44

Tutor qualia alimenta debeat pupillo præstare, suprà *vers. alimenta num.* 13. & *supra etiam in versic. tutoris expensa. num.* 29. 45

Tutor ante confectum inuentarium, & decretam administrationem bona pupilli non administra, suprà *quæst.* 40. 46

Tutor an possit dari filio spurio, suprà *versic. spurius. num.* 1. 47

Tutori aliquando ex causa iudex potest constituere salarium de bonis pupilli, vide Simoncellum *de decreto in præfat. num.* 89. regulariter autem eius officium dicitur esse gratuitum. Bald. *in cap. cùm ab omni num.* 1. *de vit. & honestat. Cleric.* Ad hanc materiam, quando scilicet, & quantum, & ex qua causa tutor possit hoc salarium petere, vide Menochium *de arbitrar. quæstionib. lib.* 2. *cas.* 512. *per totum.* Paulus Granutus *in theoremate* 12. *num.* 3. 48

Tutoris officium regulariter censetur insolidum pluribus concessum: ideò ex pluribus tutoribus factum ab vno, censetur factum ab omnibus. *l.* 1. *C. si ex plurib. tutorib.* cum aliis per Placam *de delict. pag. mihi* 767. *in fine versic.* 3. *hanc sententia*, &c. dixi suprà *num.* 12. *fine. versic. tutore vno male administrante*, &c. fallit hæc regula, nisi administratio sit diuisa à iudice, vel à testatore, *l.* 2. *C. si ex pluribus tutoribus. l. si plures ff. de administrat. tutor.* Sublimita hanc fallentiam vt procedat, quando administratio est diuisa, & concessa, vni tutori priuatiuè quoad alios: secùs si simpliciter; quia administratione vni ex tutoribus concessa, non censetur in dubio aliis denegata. *l. quod si fore.* §. *sunt quidam*, & *ibi* gloss. *in verb. cuicunque*, & *ibi* Bartol. *num.* 1. *ff. de solut. l. pupillum. ff. de acquiren. hæredit.* gloss. *in l. & si pluribus, in verb. concessa, ad finem. ff. de auctorit. tutor.* 49

Tutor an possit dari in codicillis, vide Manticam *de coniectur. lib.* 4. *tit.* 2. *num.* 10. 50

V

Diuersa.

VSufructuarius bonorum omnium an debeat etiam habere vsumfructum legatorum particularium. Roland. *consil.* 80. *num.* 300. & *sequentib. volum.* 2. 1

Vsusfructus per quæ verba censeatur relictus. Tiricæus *de testament. coniug. pag.* 161. *num.* 3. faciunt tradita *in Repertorio contractuum. versic. vsufructuarius quando quis dicatur.* 2

Vxor quando succedat marito suprà, in quæstionibus reperies. 4

Vxor quando possit relinquere marito stantibus liberis prioris matrimonij, vide quæ posui superiùs *in versic. mater, num.* 4. 3

Vxor an sit alenda à viro in eius infirmitate: & si decedat, cuius expensis debeat funerari. Campeg. *de dote part.* 2. *quæst.* 61. Rip *in tract. de peste numer.* 134. & *sequent. in titul. de remed. præseruat. contra pestem.* Cotta *in memoral pag* 564. *verb. maritus priuatur:* vbi quas pœnas incurrat vir non alendo vxorem in infirmitate, & cui incumbat onus hoc probandi; de quo etiam per Imolam *consil.* 34. *lib.* 5. Aymon *consil.* 247. *num.* 5. vbi quòd maritus non punitur adhibendo Medicos in infirmitate vxoris incurabili. Ad quod vide Roiaziom *decis.* 1. *num.* 64. & *sequentibus*, vbi non adhibens Medicos, vel imperitos 5

peritos infirmitati vxoris, vel alterius, quando priuetur lucro dotis, quandóve excusetur. Ad quod in materia vide Rolandum *de lucro dotis quæst.* 64. *& sequentibus.* Adde etiam Lambertenum *de contractib. eorum*, &c. *gloss.*1. *num.*205. vbi quòd si in loco habitationis Medicorum copia non adsit, vir non tenetur mittere ad perquirendos Medicos extra ciuitatem, facit Mascard. *conclus.* 467. *num.* 28. vbi quòd non probatur culpa mariti ex eo quòd non adhibuerit Medicos vxori infirmæ: nisi etiam probetur, quòd Medicus facilè haberi potuisset. Quòd tamen videtur declarandum, vt *ibidem vbi suprà*, per Lambertenum *num.* 206. Foller. *in pract. crimin. verb. Item quòd suffocauit vxorem*, &c. *num.* 61. vbi quòd vir non adhibens Medicos vxori infirmæ, nec eam curari faciens, non lucratur dotem, nec dotis fructus, & ibi concordantes allegat. Ad hanc materiam videas multa per Iosephum Ludouicum *in communibus opinionibus lib.* 1. *conclus.* 24. *in* 12. *ampliatione*, *per totam*, vbi declarat pluribus modis. Et ibi etiam ponit, quas pœnas & quando è contra incurrat vxor non faciens curari eius virum infirmum. Vide etiam Peregrinum *de iure fisci lib.* 2. *titul.* 3. *num.* 15. *& sequenti.* Natta *consil.* 462. *num.* 4. *&* 5. *& decis. Auenionen.* 21. *per totam.* Posui in materia parricidij.

Vltima voluntas reperitur in genere, & de materia Dilect. *de art. testan. pag.*108. *num.*7. 6

Voluntas captatoria quæ sit, vide suprà *in versic. testatoris voluntas. num.* 32. 7

Vsusfructus morte vsufructuarij finitur. *l. ficut in annos, in fine, & l. si vsufructuarius, cum gloss. ff. quib. mod. vsusfruct. amittat.* §. *finitur. Institut. de vsufruct. cum concordant.* allegatis per Hieronymum de Monte *quæst.*2. *num.*6. *lib.*1. Faciunt ad hoc appositè suprà tradita in materia legati vsusfructus, *num.* 5. *versic. legatum fundi*, &c. 8

F I N I S.

R 3 INDIC




INDICVLVS

Vocum, de quibus in his Fragmentis.

Indiculus Vocum.

FINIS.



S. ROM.

S. ROM. ROTÆ
DECISIONES
QVÆ
AD REPERTORIVM
VLTIMARVM VOLVNTATVM
PROSPERI FARINACII,
IVRISCONSVLTI ROMANI,
SPECTANT.

CVM INDICIBVS.



INDEX
ARGVMENTORVM
Rotæ Romanæ Decisionum.

Legitimæ

Legatarius

DECISIO



DECISIONES ROTÆ ROMANÆ.

AD QVÆSTIONEM I.

Prohibitio alienandi, an & quando valeat? Quando per eam censeatur inductum fideicommissum?

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Bonorum de Barzellinis.

Die Lunæ 12. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Tempus vocationis alicuius ad fideicōmissum, quando dicatur venisse, & quid sufficiat, vt probet ad obtinendam immissionem. Grauamen iniunctum hæredibus an cēseatur repetitum in aliis vocatis. Ex alienationis prohibitione, an & quando ad grauamen restitutionis non inferatur.

SVMMARIVM.

1. *in Testamento vocato debetur immissio in vim l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.*
2. *de Identitate bonorum fideicommissariorū non est dubitandum, si ea probetur ex inuētario cōfecto à primo instituto, & de præsenti qualiter probetur n. 3.*
4. *de Identitate personæ, quando non sit dubitandum.*
5. *Fideicōmissum factum pluribus successiuè, si sine filiis, &c. expirat si institutus decedat cū liberis, & n. 16.*
6. *ex Vocatione actiua non infertur ad passiuam.*
7. *Quod maximè procedit, quando transuersalis pratēdit positos in conditione, esse grauatos restituere.*
8. *Hæredibus institutis, si sit iniunctum grauamen, non censetur repetitum in filiis in conditione positis, etiam si filij essent vocati.*
9. *ab Oldrad. cons. 21. licèt ex coniecturis soleat recedi, tamen ad hunc effectum coniectura debent esse valdè vrgentes, & concludentes.*
10. *Nepotes, si sint vocati ad portionem patruorum, censentur etiam vocati ad portionem proprij patris, limita hoc vt num. 11.*
12. *ex Alienationis prohibitione non infertur ad grauamen restitutionis, quando prohibitio stat consecutiuè ad fideicommissum antecedens.*
13. *Alienationis prohibitio, quando non inducat nouum fideicommissum.*

14. *Testator, si aliquid voluisset, id expressisset.*
15. *ex Vocatione qua inducatur grauamen in vnoquoque ex vocatis.*
17. *Conditio sufficit, quod semel adimpleatur, quicquid inde postmodum euenerit.*
18. *Donatio bonorum fideicommissariorum non tenet, sicut nec etiam fideicommissa super eis, & num. 19.*
20. *Detractio dotis vxoris ipsiusmet fideicommittentis, quando non impediat immissionem fideicōmissario.*
21. *Fideicommissario non retardatur immissio, propter detractiones oppositas, si illa possint compensari cum fructibus perceptis, ex bonis à die purificati fideicommissi, restituendis.*
Et hoc multò magis procedit, si hæreditas appareat opulenta, cùm tunc facilius remoueatur dictum impedimentum.

DECISIO I.



CVM D. Cosmus Barzellinus prætenderet esse purificatum ad eius fauorem fideicōmissum, de quo in testamento Alphonsi, ei dandam esse immissionem in bonis eiusdem Alphonsi fideicommittentis hodie possessis per D. Vincentium Barzellinum, per DD. fuit resolutum, exceptis tamen Domo, & detractionibus, quæ competebant Pyrro, cùm de eis potuerit disponere, & fecerit fideicommissum ad fauorem Vincentij.

Ea ratione, quia testamentum continet vocationem, & sunt probata omnia extrema, & requisita, ex quo decesserunt omnes instituti, & substituti ante Cosmum, vt ex partitis librorum mortuorum, qui cùm fuerit expressè vocatus in testamento, in
dicto casu ei consequenter debetur † immissio in 1
vim *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.* super bonis in
fideicommittentis hæreditate repertis, de quorum
identitate non potest dubitari, † cùm ea probetur 2
ex inuentario confecto ab Horatio fratre Alphonsi
primo hærede instituto, eademquemet bona de præsenti possideri à Vincentio patet, tam ex eiusdem
confessione facta in possessionibus per ipsum datis, 3

quàm

quam ex ſuſtentatione litis, & aditione hæreditatis
Hnratij, à quo fuit hæres inſtiturus. Caputaq. *de-
ciſ.369.num.3.part.2.* Et ex computationibus,& cita-
tionibus, aliiſque actis, de quibus in proceſſu, re-
manet probata qualitas adiecta à teſtatore nomini
Coſini Aſtorgij, vt propterea nou ſit dubirandum
4 † de identitate perſonæ,maximè cùm non appareat.
alium Coſmum extare in familia Barzellina,& plu-
ralitas non præſumatur.

Nec Dominis viſa fuit obſtare exceptio antiquo-
rum fideicommiſſorum, quæ capiunt bona relicta
etiam in teſtamento Alphonſi,nempe fideicommiſ-
ſum Virgilij,Gaſparis, Pytti,& aliorum, de quibus
infrà, deducta per Vincentium reum conuentum,
& poſſeſſorem.

Nam fideicommiſſum Virgilij de anno 1529. qui
filios inſtituit, eoſque ad inuicem ſubſtituit, ſi ſine
filiis, &c. Ita, quòd vno decedente quandocunque
ſine filiis maſculis,portio illius ſic decedentis deue-
niat ad alium,ſeu alios ſuperuenientes, & ipſis non
extantibus, ad eorum filios in ſtirpes, & non in ca-
pita, & dd. eius filiis quandocunque ſine filiis de-
5 cedentibus, plures alias ſubſtitutiones facit. † Cùm
filij teſtatoris obierint cum filiis, expirauit iuxta
vulg. conſ. Oldr.21. cum adſit in hoc fideicommiſſò
vocatio filiorum cum reciproca ſubſtitutione inter
ipſos, & deinde adſit grauamen eorumdem filiorum
in fauorem nepotum, nempe Horatij, Alphonſi,
Pytti,& aliorum;& quamuis iſti filij ſint vocati,non
6 ſunt tamen grauati reſtituere, cùm ex † vocatione
actiua, non inferatur ad paſſiuam, Pariſ. *conſ.* 31.
*num.28.lib.*1. Socin.iun. *conſ.57.num.4. & ſeqq. lib.*4.
Odd.*conſ.66.num.*32 *& ſeqq.* Honded.*conſ.60.num.*43.
*lib.*1. Rota *in recent. deciſ.*486.*num.*22. *part.*1. & latè
fuit dictum *in Bonon. fideicommiſſi de Turri* 21.
Maij 1621. *coram R. P. D. meo Merlino*, præſertim
7 quando tranſuerſalis † prætendit poſitos in condi-
tione eſſe grauatos reſtituere, ſiquidem grauamen
8 iniunctum inſtituris, † non cenſetur repetitum in
filiis in conditione poſitis,etiamſi filij eſſent vocati,
*l.ſub conditione, ff. de bared.inſt.l.ſi quis heres ita, ff. de
acquir hared.l.haredibus. in princ.ff. ad Senatus conſult.
Trebell.* Peregr. *de fideicom. art.*29. *num.*26. Menoch.
*conſ.*152.*num.*34.*& plur.ſeqq.* bon.mem.Card.Caua-
ler. *deciſ.*513. *num.*5. Rot. *deciſ.* 491. *num.* 4. *part.*4.
diuerſ.

Et licèt ex coniecturis recedatur à d. conſilio Ol-
dradi; at tamen ad effectum recedendi ab eo, con-
9 iecturæ † debent eſſe valde vrgentes,& concluden-
tes. Surd. *conſil.* 448. *num.*13. Fuſar. *conſil.* 17. *num* 4.
& ita pluries cenſuit Rota, quales Dominis oon vi-
ſæ fuerunt coniecturæ allegatæ in præſenti; dum
10 enim dicitur, quòd nepores, † cùm ſint vocati ad
portionem patruorum, cenſentur etiam vocati ad
portionem proprij patris,iſta coniectura ceſſat,quia
11 † non ſunt vocati ſimpliciter, ſed in locum ſui pa-
tris, & dato etiam, quod ſint vocati ad portionem
patris, cùm agatur de ſucceſſione Alphonſi, non
ideo ſequitur, quòd ſit grauatus.

12 Neque ex prohibitione alienationis dedoci † po-
teſt iſtud grauamen, quia dicta prohibitio ſtat con-
ſecutiuè ad fideicommiſſum antecedens, noo au-
13 tem inducit nouum † fideicommiſſum, cum oon
ſit veſtita, nec veſtimentum deductum ſuffragetur,
ex eo, quod legitur reſpectu domos, non autem re-
ſpectu reſidui hæreditatis,dum enim teſtator diſtin-
xit domum à cæteris bonis, & in ea conſtituit pro-
hibitonem realem alienandi, per verba in rem di-
racta, cum ratione, & expreſſa vocatione omnium
deſcendentium in infinitum, in aliis autem bonis
conſtituit prohibitionem nudam, & perſonalem,
reſtrictam ad filios hæredes inſtitutos, & ſubſtitu-
tos, ſtante hoc diſcretiuo modo loquendi talis
prohibitio non afficit nepotes, quos in aliis bo-
nis dempta domo non grauauit, data præſertim
ratione differentiæ, quia dum grauabat filios, gra-
uabat in fauorem nepotum deſcendentium; ſi ve-
rò grauaſſet nepotes, hoc grauamen tenderet in
fauorem tranſuerſalium; nam ſi voluiſſet, † ex- 14
preſſiſſet, prout expreſſit in fideicommmiſſo in do-
mo Rota *deciſione* 607, *num.*5. *part.* 1. *recent.* Quan-
do enim voluit fideicommiſſum perpetuum, & ſic
nedum vocare filios, & alios deſcendentes, ſed
etiam grauare, hoc dixit, inducendo fideicommiſ-
ſum perpetuum inter deſcendentes, ex qua † vo- 15
catione inducitur vocatio, & grauamen in vno-
quoque.

Nec obſtant aliæ ſubſtitutiones factæ per teſta-
torem in infinitum, quia ſunt factæ ſi filij ſine filiis
deceſſerint, & propterea cum obierint cum filiis,
† expirauit fideicommiſſum, & non purificata pri- 16
ma conditione, quod ſcilicet inſtituti deceſſerint ſi-
ne filiis, expirarunt cæteræ omnes ſubſtitutiones,
ſatis enim fuit, † conditionem ſemel impleri, quic- 17
quid inde poſtmodum euenerit.

Donatio † autem Bartholomæi, & fideicommiſ- 18
ſa Gaſparis, & Lactantij non releuant, quia cum
illi per paternum fideicómiſſum Virgilij præter pro-
hibitionem alienationis quorumcunque bonorum
fuerint grauati eadem reſtituere propriis filiis, de
ſola legitima diſponere potuerunt,quam cùm vnuſ-
quiſque eorum conſecutus ſit, & ſpeciali alienatio-
ne conſumpſerit, vt deducebatur in ſummatio par-
tis aduerſæ, *num.* 8. *&* 9. & ex actis probatur, præ-
dicta donatio, † & fideicommiſſa immiſſionem non 19
retardant, iuxta firmata per ſan. me. Greg. X V. *de-
ciſ.* 580. *num.*2. & per R. P. D. meum Merlinum *in
Bonon.fideicommiſſ.de Deſiderijs* 20. *Decembr.*1628. 24.
Martij, *&* 25. *Iunij* 1629.

Nec obſtat detractio † dotis vxoris ipſiuſmet fi- 20
deicommittentis, ea enim,vt ex inſtrumento dotali
colligitur, conſiſtebat in prædio communiter dicto
(*il Caſtellino*,) quod in inuentario hæreditatis Al-
phonſi deſcriptum non legitur,neque per Coſmum
petitum fuit.

Reliquæ verò detractiones ex aduerſo oppoſitæ,
ſummam librarum 2800. conſtituens, vnà cum im-
penſa funeris, & infirmitatis Alphonſi,compenſan-
dæ † ſunt cum fructibus à ſexdecim annis, & vltra 21
per Vincentium perceptis ex bonis à die purificati
fideicommiſſi reſtituendis, quæ cùm ſatis opulenta
eſſe,ex dicto inuentario appareat, faciliùs remoue-
tur huiuſmodi impedimentum immiſſioni obie-
ctum. Simon de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib.*3.
interpret. 3. *dub.* 5. *ſolut.* 4. *num.* 31. & fuit firmatum
in Parmen. ſtatus 14. *Decembris* 1629. *verſ. quantum
verò attinet, coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in
alijs allegatis in Ferrarien. de Taſſonis* 17. *Iun.*1630. *co-
ram R. P. D. meo Pirouano.*

Vnde cùm ex ſupradictis pateat inter nepotes
Virgilij teſtatoris, non adeſſe reciprocam fideicom-
miſſariam, ſed bona apud eos remanſiſſe libera,
quia talis reciproca non legitur in teſtamento, niſi
ſolùm inter filios primi gradus, atque ita cum Al-
phonſus potuerit liberè diſponere, prout diſpoſuit,
Coſmo in omnibus bonis hæreditariis fideicommit-
tentis, iuxta inuentarium ab Horatio primo hærede
confectum, concedéda eſt immiſſio,demptis domo,
&

& aliis corpotibus ab hæreditate Pyrri prouenientibus, in quibus nec petitur à Cosmo.

Et ita vtraque parte informante, &c.

In eadem causa adsunt aliæ decisiones, patt. 6. nempè sub die 22. Martij 1634. & sub die 7. Iunij eiusdem anni coram eodem R.P.D. Ghisiletio, & sub 20. Nouemb. eiusdem anni cotam bo.me. Buccabella.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Bonorum de Barzelinis.

Die Mercurij 7. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum relictum sub conditione, si sine filiis, &c. expirat, vno decedente cum liberis. Fideicommissum, cum sit odiosum, vt inducat, non sufficiunt quælibet coniecturæ, & quid requiratur.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissum factum pluribus substitutis cum conditione, si sine filiis aliquis obierit, &c. tunc si vnus decedat relictis filiis, fideicommissum expirat, & num. 4. & 5.*
2. *Sed ista opinio non habet locum, quando adsunt coniectura pro fideicommisso.*
3. *Fideicommissum vt inducatur, cum sit onus, non omnes coniectura sufficiunt, sed illæ dumtaxat, qua necessariò concludant, & ex verbis à testatore prolatis colliguntur.*
6. *Fideicommissum perpetuum non inducitur ex grauamine dotandi fœminas in infinitum.*
7. *Coniectura vnica non est sufficiens ad inducendum fideicommissum perpetuum, vbi totalia verba testamenti repugnant.*
8. *Prohibitio particularis alienationis non extendit genericam, stante diuersitate rationis.*
9. *Fideicommissum sine necessitate, & vi verborum non est inducendum.*
10. *Institutio cadit in heredibus primi gradus, & respectiuè substitutio, dum ad inuicem, & reciprocè, &c. fuerint substituti.*
12. *Fideicommissi extensio non potest fieri de filiis grauatis ad nepotes non grauatos.*
13. *Copula (&) regulariter ponitur inter diuersa.*
14. *Materia odiosa non debet intelligi extensiuè, sed restrictiuè, & qualificatiuè.*
15. *Copula (&) natura est repetere omnes qualitates præcedentis dispositionis.*
16. *Hæredis confessio non est attendenda, si ex testamento constet, rem aliter se habere.*
17. *Confessio nocere debet confitenti, & habentibus causam ab eo.*
18. *Confessio, si detegatur erronea, non obstat.*

DECISIO II.

ITerum posita causa super iisdem tertiò, fuit dictum esse dandam immissionem Cosmo Barxellino in bonis ex testamento Alphonsi fideicommittentis, quæ nunc possidentur per D. Vincentium Barzellinum, vt in decisiunibus coram me factis in hac causa 12. Decembris 1633. & 22. Martij præteriti, ex quarum lectura probatur interuenire requisita necessaria, ad hoc, vt competat remedium, *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.*

Nec obstare fideicommissum Virgilij senioris fuit dictum, quia dum instituit Gasparem, Bartholomæum, & Lactantium filios, & eos inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, ita, quod vno decedente, quandocunque sine filiis masculis, portio illius sic decedentis deueniat ad alium, seu alios superuiuentes, & ipsis non extantibus ad eorum filios in stirpes, & non in capita. Vnus † autem ex dd. filiis institutis, & substitutis si obierit cum filiis, expirauit fideicommissum, *l. ex facto. § si quis autem*, vbi Castrens. *ff. ad Trebell. l. cum vxorem, ff quando dies legat. cedat.* Oldrad. *consil.* 21. Alexand. *cons.* 139. *lib.* 6. Dec. *cons.* 218. *num.* 6. *& seqq.* Paris. qui de communi testatur *cons.* 31. *num.* 2. *circa med. lib.* 6. & Aymon. *cons.* 67. *num.* 8. 1

Neque obstat, quod huiusmodi communis opinio locum non habeat, † quandu pro fideicommisso adsunt coniecturæ, Dec. *cons.* 480. *num.* 5. Aym. *consil.* 326. *num.* 16. Gabriel. *de fideicommiss. conclus.* 7. *num.* 4. si quidem ad inducendum fideicommissum, quod est onus, † non umnes coniecturæ sufficiunt, sed illæ duntaxat, quæ necessariò concludunt, & ex verbis à testatore prolatis colliguntur, *l. huius. § tres hæredes. ad Trebell.* Paris. *consil.* 14. *num.* 12. *lib.* 3. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.* 8. *tit.* 1. *num.* 23. in decisionibus autem factis, nec ex verbis, nec ex mente Virgilij firmatur colligi coniecturas pro perpetuo fideicommisso, cum singulis deductis per Vincentium, fuerit abundè responsum, quia verè non concludunt continuationem fideicõmissi iam † per susceptionem filiorum à Gaspare eiusdem fideicommittentis filio, & existentiam de tempore eius mortis iam extincti. 2 3 4

Illa enim deducta ex vocatione filiorum, & descendentium Ioannis Galeatij in infinitum, tollitur ex eo, quod procedit † data existentia, & purificatione illorum substitutionis. Ea verò deficiente ob defectum conditionis, sub qua fuit concepta, non habet locum, qua ratione cessat, † & altera desumpta ex grauamine dotandi fœminas in infinitum, vt in puncto responder Dec. *consil.* 513. *ad fin. vers. vltimò non obstat*, & facit Fusar. *de substit. quæst.* 480. *n.* 18. neque ex se sola sufficiens † est ad inducendum perpetuum fideicommissum, vbi præsertim tot alia verba testamenti repugnant. 5 6 7

Prohibitio autem alienationis stat accessoriè, & consecutiuè ad substitutionem, si sine filiis, & alia particularis prohibitio super domo, non extendit antecedentem † genericam prohibitionem super aliis bonis, stante diuersitate rationis, ob particularem affectionem testatoris, vt domus conseruaretur in agnatione iuxta ponderata in aliis decisionibus, in quibus etiam respondetur digressioni ad plures gradus substitutionum. 8

Non obstat, quod dictum fideicommissum Virgilij non expirauerit per obitum filiorum cum filiis, dum prætenditur nepotes etiam fuisse grauatos restituere descendentibus Io. Galeatij, si decederent sine filiis masculis, ponderando verba illa testamenti (& successiuè dd. eius filiis, vt suprà hæredibus institutis, & substitutis decedentibus quandocunque sine filiis masculis legitimis, & naturalibus,) quæ prætenditur non restringi ad filios hæredes testatoris, qui non substituit solùm filiis hæredibus institutis, sed etiam nepotibus substitutis, quoniam imò magis congruum est, vt dictum verbum (substitutis) referatur ad ipsos filios, qui fuerant inuicem,

& reciprocè substitui, tum, quia per hanc interpre-
9 tationem excloditur onus fideicommissi, † quod sine necessitate, & vi verborum, non est inducendum, tum quia verba illa (dictis, vt suprà, &c.) tanqoàm restrictiua ad supranominatos, non debent inducere ampliationem, sed potiùs limitationem ad filios primi gradus, iuxta tradita per Dec. *cons.* 377. *num.*4. *in fine*, & gloss. *in l. Lucius ff. de hered. instit.* Decian. *respon.* 47. *num.* 28. *vers. quia respondeo. lib.* 3. Menoch. *consil.* 610. *num.* 2. *& sequentib.* Surd. *consil.* 230. *num.* 25. Fusat. *consil.* 98. *num.* 6. *& consil.* 99. *num.* 1. *& sequentib.* & maior est superfluitas, quòd testator vsus fuerit verbo, *institutis*, dum de filiis filiorum intellexit, quàm quod verbum, sustitutis, adiunxerit eisdem filiis, in quibus benè verificabatur ob reciprocam substitutionem, quia in filiis primi gradus
10 † cadit institutio, & respectiuè substitutio, dum ad inuicem, & reciprocè vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum fuerint substituti altero ex dd. filiis quandocunque decedente sine filiis masculis, & ideò contrà Decian. *consil.* 84. *num.* 10. *lib.* 3. præter Peregr. *de fideicommiss. art.* 29. *num.* 41. & Fusat. *consil.* 98. *num.* 6. allegatos *in alia decisione* 22. *Martij* in hac causa tenuerunt Dec. Menoch. & Surd. *in locis suprà alleg.* & propterea dum in eodem testamento sequitur (& successiuè dd. eius filiis & suprà hæredibus institutis, & substitutis, decedentibus quandocunquè sine filiis masculis) clare patet sermonem fuisse ex dictione (dictis,) & relatione (eius) de propriis filiis, qui vere erant instituti, & substituti, non autem de filiis filiorum, qui sunt nepores tantummodò vocari actiuè, non autem reciprocè inter ipsos; nepotes enim non grauantur, sed filij tantùm, & quando adsunt verba restrictiua per dictiones
11 † demonstratiuas (dictos) & relatiuas (eius) tunc nepotes non veniunt in capite separato substitutionis, & ad hoc benè facit, quod notat Bart. *in l. Gallus.* §. *instituens circa finem. ff. de lib. & posthum.* Abb. *consil.* 40. *lib.* 1. Alex. *consil.* 51. *in princip. lib.* 3. Dec. *consil.* 217. *num.* 9. *vers. & illa conclusio.* Surd. *consil.* 464. *num.* 2. Honded. *consil.* 60. *num.* 55. *& seqq.* ex Ruin. Bursar. & Rimin. iun. *per eum alleg.* extensionem au-
12 tem fideicommissi † non posse fieri de filiis grauatis ad nepotes non grauatos fuit firmatum in aliis duabus decisionibus, quæ reuidentur in prima in §. nam fideicommissum Virgilij, in secunda verò in §. Neque obstant coniecturæ, in quibus per DD. fuit resolutum, quod quando verba possunt aliquid operari nunquam fit extensio, prout benè operantur in proposito casu dum, vt fuit demonstratum, suprà, filij Virgilij senioris respectiuè sunt instituti, & ad inuicem reciprocè substituti, instituti, respectu ipsius testatoris, substituti respectu reciprocæ substitutionis inter ipsos filius decedentes quandocunque sine filiis masculis.

Pariter nihil faciunt deducta ex copulatiua, &, ibi vt supra hæredibus institutis, & substitutis dece-
13 dentibus &c.) sub prætextu, quod † regulariter ponatur inter diuersa; Quia cum versemur in materia
14 fideicommissi odiosa, non potest † intelligi extensiuè, sed restrictiuè, & qualificatiuè, vt latè per Honded. *consil.* 2. *num.* 25. *& seqq. & cons.* 8. *num.* 48. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 112. *num.* 3. *lib.* 5. Rol à Val. *cons.* 79. *n.* 45. *& seqq. lib.* 3. Rot. *in recent. dec.* 596. *num.* 4. *part.* 1. & sic dicendum est positam inter verba Iostitutionis, & substitutionis, copulatiuè tamen ad repetendas om-
15 nes † qualitates præcedentis dispositionis iuxta naturam ipsius copulæ (&) ad tex. *in l. seria.* §. *Caio*, vbi Bart. & DD. *ff. de fund. instruct.*

Tandem declarationes Horatij, & Alphonsi super perpetuitate fideicommissi nihil concludunt in præiudicium Cosmi, quia cum ex testamentis constet rem aliter se habere, quàm † ex dictis confessio- 16
nibus confessi fuerint Horatius. & Alphonsus non sunt attendendæ, quinimò ipsis consitentibus non nocent. *l. ornamentorum. ff. de auro & argen. leg.* Bart. *in l.* 1. *ff. si cert. pet.* Surd. *consil.* 403. *num.* 76. *& seqq.* Socin. iun. *cons.* 180. *num.* 82. *lib.* 2. & in omnem casum quatenus † assertio Horatij posset nocere, no- 17
ceret habentibus causam ab eo, non autem Cosmo, qui non est hæres Horatij, & ita procedunt inra in contrarium relata, in quibus restringitur præiudicium ad confitentes, eiusque successores, assertio
† verò Alphonsi emanauit in alia causa, & ad alium 18
effectum, & ex deductis in decisionibus detegitur erronea, & ideò non obstat.

Ex quibus DD. vtraque parte informante confirmarunt supradictas duas decisiones.

a Prima est decisio 249. parte 6.
b Altera verò est decisio 272. eadem parte 6.

In eadem causa adest part. 6. altera decisio sub die 20. Nouemb. 1634. coram bo. me. Buccabella.

R. P. D. COCCINO DECANO.

Romana Fideicommissi de Caietanis.

Die Mercurij 7. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Ex prohibitione alienationis bonorũ, quando dicatur inductum fideicōmissum absolutum, ad fauorem illorum de domo, & familia. Fideicommissum reciprocum, quando, & quid requiratur, vt censeatur inductum. Domini translatio impeditur ex prohibitione alienationis cum hypotheca, siue sit generalis, siue sit specialis hypotheca, &c. Restitutio in integrum, quando post quadriennium etiam concedatur.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissum absolutum inducitur ad fauorem illorum de familia ex prohibitione alienationis pro conseruatione bonorum in familia. amplia num.* 2.
3. *Alienationis prohibitio in fideicommisso, quando stat consecutiuè, licèt non inducat nouum fideicommissum, nihilominùs illud declarat.*
4. *Ratio continuati sermonis inducit repetitionem supradictorum.*
5. *Fideicommissum, nedum inter viuos, sed etiam in casum mortis, censetur inductum, ex prohibitione alienationis facta in infinitum.*
6. *Verbum, alienare, est generale, & potest comprehendere alienationem non solùm inter viuos, sed etiam in vltima voluntate, & num.* 7.
8. *Alienationis prohibitio, si per se subsistat, & sit valida, ac efficax, etiamsi non adiecta sit causa, aut vestimentum, si illa modò vestiatur, vt hic, certum est ex illa induci fideicommissum absolutum etiam in casu mortis & num* 10. *&* 13.
Et hoc non intelligo, si dicta prohibitio alienationis per se non subsisteret, num. 9.

11. *Aliena*

11. *Alienationis prohibitio, tunc est inefficax per se importare fideicommissum in casu mortis, quando non est prouisum de aliqua certa persona, qua in casu alienationis per viam vltima voluntatis posset ad reuocandum admitti.*
12. *Nec apparet persona cuius contemplatione dici possit prohibita alienatio per vltimam voluntatem.*
14. *Fideicommissum reciprocum, vt inducatur, requiritur expressio.*
15. *Fideicommissum reciprocum, vt dicatur inductum, opus est Primò, quod qui hoc pratendit, sit expresse vocatus Secundò, quod substitutio sit facta vltimo morienti. Tertiò, quod sit facta in tota hereditate.*
16. *Fideicommissum reciprocum, vt inducatur sufficit tacita expressio, qua elicitur ex coniecturis, & num. 17.*
18. *Fideicommissum reciprocum inducitur ex vnica coniectura, licèt non sit grauis, sed leuis.*
19. *Fideicommissum reciprocum censetur inductum, si fuerit dispositum, quod bona perpetuò remaneant inter illos de domo, & familia.*
20. *Fideicommissum reciprocum ex prohibitione alienationis, regulariter loquendo non inducitur.*
Et ista est communis opinio, quam sequitur Rota num. 21.
22. *Fideicommissum reciprocum ex prohibitione alienationis, tunc inducitur, quando d. prohibitio alienationis est facta extra familiam masculinam, & quod bona ad quemcunque transeant cum eodem onere.*
23. *Fideicommissum reciprocum ex prohibitione alienationis inducitur inter prohibitos alienari.*
24. *Cum aliàs voluntas disponentium suum effectum non sortiretur.*
25. *Fideicommissum, tunc inducitur, quando apparet testatorem disposuisse non ad alium finem, nisi ad effectum inducendi fideicommissum.*
26. *Fideicommissum, eo casu censetur inductum, quando si illud non induceretur, testatoris voluntas non seruaretur.*
27. *Fideicommissum potest fieri etiam in contractibus. Fideicommissum, quādo est validum, certum est, quod ad illud vocati sunt admittendi, num. 27.*
28. *in Fideicommisso relicto familia, succedunt proximiores, & deinde alij ordine successiuo.*
29. *ex Descendentibus testatoris in gradu successibili, si quis ostendat se esse, præsumitur etiam proximior, si alius ex consanguineis non concurrat cum ipso.*
30. *Fideicommissum, si fuerit factum ad effectum, vt bona in perpetuum remaneant inter illos de domo, & familia, si masculus de linea non adsit, tunc admittuntur masculi remotiores alterius linea.*
31. *Alienationis prohibitio, si fuerit facta extra familiam masculinam, &c. intelligi debet per necessè de masculis.*
32. *Bona, si fuerit dispositum, quod remaneant inter illos de domo, & familia, videntur comprehensi, tam masculi, quàm fœmina.*
33. *Fideicommissi vna pars, recipit interpretationem, & intellectum ab altera parte.*
34. *Masculi, etiamsi disponatur, quod præferantur fœminis, nihilominus fœmina vnius linea excludunt masculos alterius linea, sed opinio ista habet suos contradictores, num. 35.*
36. *Dictio, in perpetuum, semper operatur.*
37. *Dictio, semper, ex rigore verborum, quid importet.*
38. *Factum non præsumitur, nisi probetur.*
39. *In fideicommissis factis in contractibus, si bona eis subiecta alienentur, non impeditur translatio dominij, & alienatio non est nulla, licèt alienans teneatur ad interesse erga vocatos, & n. 42. & 43.*
40. *Et hoc procedit, licèt in contractu sit additum iuramentum.*
41. *Fideicommissum pro se esse clarum, quando quis ostendit, si possidens bona fideicommissaria, iactet se habere alium titulum, qui excludat titulum fideicommissi, debet probare dictum titulum.*
42. *Alienatio bonorum fideicommissi, facti in contractu non sustinetur, si cum prohibitione alienationis concurrat reseruatio iuris in re prohibita alienari.*
43. *Et hoc casu impeditur translatio dominij, & res potest vindicari.*
44. *Dominij translatio impeditur ex prohibitione alienationis rei, cum hypotheca bonorum, & licèt aliqui voluerint, quod requiratur specialis hypotheca, tamen secundum veriorem, & communiorem opinionem sufficit generalis hypotheca, num. 45.*
46. *Dominij translatio ex prohibitione alienationis cum hypotheca tunc multò magis impeditur, quando adest iuramentum, & num. 47.*
48. *Verba, omnia, & singula, habent vim specifica expressionis.*
49. *Restitutio in integrum, si post lapsum quadriennij petatur, non debet dari, etiam prætextu læsionis.*
50. *Restitutio in integrum etiam post quadriennium conceditur, si de enormissima læsione constet, cum hoc casu habenda sit ratio, non ad rem, de qua agitur, sed ad totam patrimonij substantiam, declara num. 51. 52. & 53.*
54. *Læsio in restitutione in integrum non debet considerari respectu rei, qua non fuit in lite.*
55. *In Restitutione in integrum, quando suprema Tribunalia non attendant lapsum quadriennij.*
56. *Quadriennium ad petendam restitutionem in integrum est vtile, & ideò non incipit currere, nisi à die, quo reperta sunt scriptura, ex quibus, quis scire potuit ius sibi competere. & num. 57.*
58. *Res iudicata non afficit illos, qui non fuerunt citati.*
59. *Citatio per edictum, seu per proclama requiritur ad effectum præiudicij.*

DECISIO III.

Dubium originale in hac causa est: An constet de causis restitutionis in integrum aduersùs rem iudicatam Rotalem, quod proposui 25. Februarij superioris anni, [a] & Rota tunc respondit instrumentum, ex quo prætendebatur fideicommissum, esse in forma probanti, reseruato, quod de releuantia videretur, & iterum proposita causa 30. Ianuarij huius anni [b] eadem sententia placuit Dominis. Vnde hodie reassumpto dubio principali super restitutione in integrum Domini responderunt constare de causis restitutionis, quia cum ex nouiter deductis fuerit resolutum dictum instrumentum fideicommissi esse in forma probanti, & ex dicto instrumento fuisse vocatos DD. Alexandrum, & Christophorum, vtique satis constat de læsione, ex qua competit restitutio in integrum, Caputaq. *decis.* 94. *part.* 3. Cæs. de Gras. *decis.* 10. *num.* 12. *de sent. & re iudic.* Rot. *decis.* 551. *num.* 5. *part.* 1. *diuers. & in recent. part.* 1. *decis.* 492. *num.* 1. *& part.* 2. *decis.* 381. *num.* 1. Vnde de duobus erit videndum. Primò an constet de fideicommisso. Secundò an, quatenus sie, ad illud sint vocati Domini Alexander, & Christophorus priuatiuè, & ad exclusionem Dominæ Magdalenæ Felicis q. bonæ memoriæ Prosperi,

Et quantum attinet ad primum, quod ex dicto instrumento constet de fideicommisso absoluto & perpetuo, ac reciproco, satis patet, quia septem fratres filij bonæ memoriæ Raimundi de Caietanis venerunt de anno 1517. ad diuisionem certorum bonorum, & in portionem Nicolai, Honorati, Iacobi, & Christophori venerunt Castrum Mageniæ, & Insulæ, necnon prata, & possessiones in territorio Piperni situata, cum omnibus, & singulis iuribus, & pertinentiis, in portionem verò Petri, & Francisci, ac Ioannis Vincentij venerunt Norma, ac Rocca Curga, & domus posita in Pipetno, necnon possessio, quæ vulgariter appellatur l'Acqua del fico, vna cum iurisdictionibus, &c.

Et dicti fratres voluerunt, expresséque consenserunt, (quod omnia, & singula bona huiusmodi in perpetuum remaneant, & remanere debeant inter illos de domo, & familia de Caietanis, & quod non possint, nec eis liceat, illa extra familiam masculinam dictæ domus de Caietanis quomodocunque, & quandocunque alienare, seu alias quomodolibet, & pro quibuscunque etiam vrgentissimis & arduis eorum, & cuiuslibet ipsorum negotiis, & necessitatibus eis incumbentibus, distrahere, vel dismembrare, &c.) Vnde inficiari non potest, quin ex prædictis verbis sit inductum perpetuum, & absolutum fideicommissum ad fauorem omnium de eadem domo, & familia Caietana, ponderando verba illa (quod omnia, & singula bona remaneant & remanere debeant inter illos de domo, & familia de Caietanis,
1 &c.) Aliàs † enim non potuissent omnia bona remanere inter illos de domo, & familia de Caietanis, *l. cùm ita, §. in fideicommisso, l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2.* Curt. iun. *consil. 145. num. 9. in fin. vers. primò quando.* Petra *de fideicommiss. quæst. 5. num. 2. & seqq. vers. est igitur.* Surd. *consil. 247. num. 25.* Fusar. *de substit. quæst. 277. num. 6 & quæst. 288. num. 55.* Rot. diuers. *decis. 568. num. 1. & 2. cum seqq. part. 1. & decis. 121. num. 1. part. 2. & in recent. decis. 10. num. 1. & seqq. & decis. 35. num. 13. & decis. 193. num. 2. part. 1. decis. 282. num. 8. & decis. 681. num. 1. part. 2. recent.* & in similibus terminis Seraph. *decis. 874. num. 1. & coram me in Sabinen. Castri Montis Rotundi 2. Martij 1622.*
2 *& 29. Maij 1623.* quæ eo faciliùs procedunt, † cùm contrahentes expressetint proprium nomen domus, & familiæ de Caietanis, Odd. *consil. 46. num. 53.* Fusar. *de substitut. quæst. 52. num. 9.* Gerius Spir. *consil. 37. num. 2.*

Et prædicta corroborantur ex prohibitione alienationis etiam, quod dici posset, quod dicta prohi-
3 bitio ster consecutiuè, † & quod propterea non inducat nouum fideicommissum, quia nihilominus illud declarat Dec. *consil. 636. num. 7. & seqq* & fuit dictum *in causa Romana fideicommissi de Fulcbus 2. Aprilis 1601. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio* in dicta prohibitione, quæ videtur vestita ex verbis antecedentibus ibi (bona in perpetuum remaneant, & remanere debeant inter illos de domo, & familia de Caietanis) dum immediatè subsequuntur verba (& quod non possint, nec eis liceat illa extra familiam masculinam dictæ domus de Caietanis quomodocunque, & quandocunque alienare.) ratio
4 † enim continuati sermonis inducit repetitionem, scilicet, vt bona remaneant in familia, & domo de Caietanis, *l. in repetendis, & ibi* Bart. *ff. de legat. 3.* Ramon. *consil. 66. num. 11.* & ex hac prohibitione
5 alienationis vestita inficiari non potest, † quin regulariter inducatur perpetuum & absolutum fideicommissum nedum in casu alienationis inter viuos, sed etiam in casum mortis, quia verbum † alienare 6
est verbum generale & potest comprehendere alienationem nedum inter viuos, sed etiam in vltima voluntate. Couar. *var. lib 3. cap. 5. num. 4. vers. & est omnium.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. vltim. num. 13.* cum infinitis cumulatis per Fusar. *quæst. 688. num. 110.* & hanc opinionem Rota pluries sequuta est, Seraph. *decis. 1244. num. 4. & decis. 1373. num. 4. & in recent. d. decis. 681. num. 1. part. 2. & coram Caualer. decis. 34. num. 6. & decis. 167. num. 1. & 2.* & in istis terminis fideicommissi facti † in instru- 7
mento diuisionis bonorum fuit dictum coram me in *dict. causa Sabinen. Castri Montis Rotundi 22. Mart. 1622.*

Et quamuis hæc opinio habeat suos contradictores, ex cumulatis per Fusar. *loco citato num. 111.* tamen vt ipse fatetur ibidem in vers. Ego consulendo, receptissima est, & vt suprà deductum fuit hanc opinionem Rota sequitur. Et in hoc casu cessat omnis difficultas, quia cum prohibitio alienationis per se subsistat, & sit valida, & efficax etiam quòd non fuisset adiecta causa, aut vestimentum, ex illa, modo præmisso † vestita sine difficultate inducitur fidei- 8
commissum absolutum etiam in casu mortis, licèt secùs esset, si prohibitio alienationis † non subsiste- 9
ret absque dicto vestimento. Socin. sen. *cons. 57. n. 2. lib. 3.* Curt. iun. *consil. 116. in princip.* Osasch. *decis. 50. num. 12.* Menoch. *consil. 85. num. 103. lib. 1.* late Vegius *consil. vltim. num 326. & seqq.* Syluan. *consil. 6.* Berrett. *consil. 18* & latissimè Riminald. iun. *consil. 279. n. 35. & seqq lib. 3.* Decian. *consil. 50. num. 12 lib. 1.* Cephal. *consil. 17. num. 22. lib. 1.* Mantic. *de coniect. lib. 6. tit. 24. num. 24.* Gerius Spirius *d. consil. 37. num. 3.*

Quòd autem dicta prohibitio alienationis per se subsisteret, & esset efficax etiam absque vestimento,
& quod propterea importet † fideicommissum etiam 10
in casu mortis, stante dicto vestimento, satis patet, cum tunc dicatur inefficax, & non per se subsistens, quando non est prouisum de aliqua certa persona,
quæ † in casu alienationis per viam vltimæ volun- 11
tatis posset ad reuocandum admitti, nec appatet
† persona, cuius contemplatione dici possit prohi- 12
bita alienatio per vltimam voluntatem, vt considerat Gerius Spirius *d. num. 3. vers. in proposito autem.* At in casu isto secùs est, ex fideicommisso absoluto inducto in princip. ante ipsam prohibitionem alienationis, vt suprà dictum fuit, & propterea prohibitio per se subsistere etiam sine vestimento in euentum alienationis inter viuos; quare cum sit additum vestimentum, & prouisum, quis deberet succedere in euentum alienationis in vltima voluntate, vtique
per hanc prohibitionem alienationis † vestitam in- 13
ducitur fideicommissum etiam in casu mortis, ex suprà deductis.

Quod autem sit inductum reciprocum fideicommissum inter omnes de domo, & familia Caietana,
satis patet. Nam etsi ad inducendum † fideicommis- 14
sum reciprocum requiretur expressio, Castill. *decis. 251. num. 17. part. 1.* vel quod concurrant tria, vi-
delicet, quod qui prætendit reciprocum sit † expres- 15
sè vocatus. Secundò, quod substitutio sit facta vltimo morienti. Tertiò, quod sit facta in tota hæreditate. Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 5. num 15.* infinitos allegat Surd. *consil 315. & 329. num. 6. lib. 3.* Tamen
nos versamur † in primo casu, quando adest expres- 16
sio, quia sufficit tacita expressio, qua elicitur ex coniecturis, quæ in hoc casu sunt euidentissimæ, vt statim dicetur. Turretus *consil. 64. num. 8. & seqq. vol. 2.* vbi dicit sufficere leuiores coniecturas. Bursatt. *consil. 227.*

*consil.*227. qui alios allegat. Surd. *consil.*336. *num.*14.
*volum.*3. Sanch. *in l. hæredes mei*, §. *cum ita, num* 179.
*& seqq part.*6.*ff.ad Trebell* Menoch. *consil.*1071.*n.*31.
*volum.*1. Mantic. *de coniectur. lib.*7. *tit.*5.*num.*15.*vers.*
ex coniecturis. Rauden. *consil.*22. *num.* 458. *vol.*1. qui
17 dicit esse notum, quod reciprocum † fideicommis-
sum inducatur ex coniecturis. Paulus Leonius *con-*
*sil.*27. *num* 88. *vers. idem Cranett. inter consil.vltimar.*
*volunt. lib.*2. Castill. *decis.*153.*num.*52.*& seqq.part.*2.
*& decis.*23 *part.*1. vbi allegat Peregr.*consil.*61 *num.*2.
Decian. *respons.*3. *num.*48 *& seqq. lib.*1 Menoch.*præ-*
*sumpt.*62. *num.* 34. *lib.*4. Laderch. *consil.* 169. *per to-*
tum. Surd. *decis.*161. *per tot.* vbi quod hæc conclu-
18 sio procedit, † etiam quod adsit vnica coniectura,
& quidem non grauis, sed leuis, latè Fusar. *de sub-*
*stit. quæst.*471. *num.*7.

Quod autem coniecturæ sint euidentissimæ in
hoc casu, satis patet, quia fratres voluerunt, quod
bona perpetuò remaneant inter illos de domo, & fa-
milia de Caietanis, & ex hoc sequitur, quod sit indu-
19 ctum † perpetuum reciprocum fideicommissum cum
onere testituendi superstitibus, quia aliàs bona non
possent perpetuò remanere in domo, & familia de
Caietanis. Socin. *consil.*43.*num.*5. *lib.*3. Aymon. *con-*
sil. 130. *num.*10. Curtius iun. *consil.*145. *num.* 9. *in fin.*
Socin. iun. *consil.*140. *num.*8. *lib.* 3. Roland. *cons.*23.
num. 21. *lib.* 4. & fuit dictum coram me *in causa Vr-*
beuetana fideicommissi 27. *Nouembris* 1609. & priùs
in causa *Bononien. de Sauignanis coram bo. mem. Car-*
dinali Seraphino, quæ est supradicta *decis.* 1373. Se-
cunda coniectura est ex prohibitione alienationis,
20 † ex qua licèt regulariter loquendo, non inducatur
reciprocum fideicommissum. Socin.sen.*consil.*69.*col.*
penult. vers. igitur fortiùs, *lib.*3.Ruin.*consil.*96.*num.*11.
*lib.*2.Castill. *d.decis.*251.*num.*21.*lib.*1.& ista est com-
21 munis opinio, † quam etiam Rota sequitur, ex al-
legatis per Fusar. *de substit. quæst.* 689. *num.*1. tamen
hæc communis opinio non procedit in hoc casu.
22 Primò, quia est facta † prohibitio alienationis extra
familiam masculinam de Caietanis: nam tunc ad
quemcunque res vadat transit cum suo onere. Bald.
in l.precibus, *num.*49. & *ibi* Salicet. *col. penult. de impu-*
ber. & alijs substit. Alban. *cons.*87. *num.*13. Peregr.*de*
*fideicommiss.art.*13.*num.*81. Fusar.*d. quæst.*689 *num.*7.
Secundò non procedit dicta opinio in hoc casu, in
23 quo fratres † in vestimento dictæ prohibitionis, vt
suprà consideratum fuit, voluerunt, quod bona per-
petuò remaneant in familia, quia tunc inter prohi-
bitos resultat reciproca substitutio, quia aliàs volun-
24 tas disponentium † quod bona perpetuo remaneant
in familias, non posset sortiri effectum. Peregr.*de fi-*
*deicommiss. art.*13. *num.*77. *post princ. & num.*79. cum
aliis cumulatis per Fusar. loco proximè allegato
num. 12. qui post DD. quos allegat *num.* 13. reddit
25 rationem, quia fideicommissum inducitur, † quan-
do apparet testatorem disposuisse non ad alium fi-
nem, nisi inducendi fideicommissum, & quando hoc
26 non induceretur, † voluntas disponentis non posset
sortiri effectum, vt fuit dictum *in Perusina fideicom-*
missi de Baptistis, *coram R.P.D meo Pirouano* 27. *Mar-*
tij 1626.

Cùm igitur constet de fideicommisso, quod in-
ficiari non potest, † quin sit validum, etiam quod
27 fuerit factum in contractu *l.quoties*, *& l. in rerum C.*
de donat.quæ sub modo, Surd.*consil.*227. *num.*3. Peregr.
*de fideicom. art.*1. *num.*16. *& decis.*828. *num.*2. certum
est ad dictum fideicommissum esse vocatos Domi-
nos Alexandrum, & Christophorum, cum ipsi sint
filij Petri q. Christophori senioris, qui fuit vnus ex
illis qui fecerunt fideicommissum, vt patet ex iu-
ribus in Summario datis *num.* 3. In fideicommissu
† enim relicto familiæ succedunt proximiores, & 28
deinde alij ordine successiuo *l. cum ita*. §. *in fideicom-*
*misso.ff.de leg.*2. Petra *de fideicommiss quæst.*8. *num.* 199.
Menoch. *præsumpt.*97. *num.*6. *lib.*4. Simon.de Prætis
*de interpret. vltim. volunt. fol.*290. *num.* 78. Peregr. *de*
*fideicommiss. art.*22. *num.*64. *& consil.*46. *num.* 16. 17.
& 18.*lib.*2. Surd.*consil.*247.*num.*7. *&* 8. Fusar.*de sub-*
stit. quæst. 358. *num.*1. *& sequentib.* & fuit resolutum
in causa Asculana fideicommissi de Pacificis 10. *De-*
cembris 1627. *coram bon. membr. Card Verili*; quales
sunt prædicti Domini Alexander, & Christopho-
rus, quia sufficit, quod † ipsi ostendant esse in gra- 29
du successibili, cum alius ex consanguineis non con-
currat cum ipsis, Alexand. *in l.si qui putat. num.* 15.
versic.concludo igitur. ff de acquiren. hered. Rip. *in l.in*
*illa.num.*26.*versic.quod tenendum*, *ff.de verb oblig.* Corn.
*consil.*197. *num.*1. *volum.* 4. Tiraquell. *de retract. lig-*
nag §.11. *gloss.*1. *num.* 5. *&* 6. & fuit dictum *in causa*
Aretin. Capellania 4. *Iulij* 1603. *coram bon.mem.* Card.
Pamphilio, *& in causa Tiburtina Capellaniæ*, 16 *No-*
uembris 1605. *coram me*, *& nouissimè in celebri decisio-*
ne in causa Papien. pensionis 17. *Maij præteriti coram*
Reuerendissimo D. meo Durane Episcopo Vrgellen. &
aliàs sæpissime.

Neque obstat, quod cum in dicto fideicommisso
dictum fuerit, quod bona in perpetuum remaneant,
& remanere debeant inter illos de domo, & fami-
lia de Caietanis, hodie dicta filia bonæ memoriæ
Prosperi non habens masculum ex eadem linea,
† qui concurrat cum se ad dicta bona, debeat præ- 30
ferri masculis remotioribus alterius lineæ, Bald. *in*
l.in multis.in princ.ff.de stat. homin. Petr. de Bellapert.
& Iacobus de Aren *in l.pater filium.* §.*quindecim liber-*
*tis.ff.de leg.*3. Abb.*in cap.dilectus.num.*11. *de arbitr.* Ro-
man. *consil.*98. Lupus *in repetit. rubricæ de donat. inter*
*vir.& vxor.*69.*num.*26. Anton.Gomez *ad leg.*40. *Tau-*
ri num 62. Couar. *var. lib.*3. *cap.*5. *num.*5. *vers.rursus*
septimò. Gregorius Lopez *in l.*4. *tit.* 5. *part.* 6. *vers.*
Mugetes, Burgo de Paz *in proœmio*, *ll.Tauri num.*66.
Molin. *de primog. lib.*3. *cap.*4. *num.*4.

Huic fundamento, in quo tota vis huius articu-
li principaliter consistit, fuit responsum, quod in di-
ctis conuentionibus post dicta verba generalia, fue-
rint addita infrascripta verba, videlicet. (Nec liceat
eis bona extra familiam masculinam alienare.) Vn-
de si fuit prohibita alienatio † extra familiam ma- 31
sculinam, ergo pari modo, quando suprà dictum fuit,
bona in perpetuum debere remanere inter illos de
domo, & familia de Caietanis, intelligi debet per-
necesse de masculis, quia licèt verba primo loco pro-
lata scilicet remaneant † inter illos de domo, & fa- 32
milia de Caietanis videantur comprehendere tam
masculos, quàm fœminas, tamen intelligenda sunt
† secundùm significationem, quæ reperitur in alia 33
parte dispositionis expressa, & prout constat dispo-
nentes accepisse, declarasse, & intellexisse, & sic in
casu isto de masculis propter clara verba sequentis
prohibitionis alienationis, *l. si seruus plurium*, § *fin.*
*l. qui filiabus, de legat.*1. Bart. *in l. centurio*, *num.*27. *ff.*
de vulgar. & ita in puncto per istam, & alias similes
rationes respondit Tiber. Decian. *consil.* 7. *num.* 65.
vers. primò quia, *& num.*66. *lib.* 1. Beto. *consil.*120.
*num.*12.*lib.*2. Cephal. *consil.*664. *num.*46.*lib* 5.Goza-
din. *consil.*45.*num.*13.*vers. postea vltimo loco substituit.*
Lauden. *consil.*35. *num.* 60. *&* 83. *lib.*1. Ludouic. de
Casanate *consil.*47. *num.*66. *qui num.*60. *& seqq. exor-*
nat. conclusionem.

Nec istis resistit, quòd etiamsi disponatur vt ma-
34 sculi † præferantur fœminis, nihilominus fœminæ vnius lineæ excludant masculos alterius lineæ. Molin. *de primog. lib. 3. cap. 5. num. 71. & cap. 8. num. 8.* Parlador. *quæst. 1. post sesquicent. different. num. 6.* & alios congerit Ludouicus de Casanate *dict. consil. 47. num. 3.*

35 Quia quicquid sit de hac opinione, † quæ habet suos contradictores, vt videre est apud Parlador. *loco allegat. num. 4. vers. cuius sententia*, vbi allegat Couar. Gregor. Lopez, & Butg. de Pax. Nos non versamur in istis terminis, quia in dictis pactis fuit dictum, quod bona in perpetuum remaneant, & remanere debeant, inter illos de domo, & familia de Caietanis, & propterea cum fuerit intellectum de
36 masculis, vt suprà probauimus, dictio illa, † in perpetuum, excludit semper fœminas, vt de dictione
37 semper, † quæ ex rigore verborum semper, & in quocumque gradu, & linea præfert masculos fœminis. Peregr. *de fideicommiss. art. 17. num. 3. & 5.* dicens, ita fuisse solemniter decisum causa plenè discussa. Anchar. *consil. 359. num. 3.* Castren. *consil. 200. num. 2. lib. 2.* Gregor. Lopez *in l. 3. tit. 13. part. 6. in gloss. vers.* Mugeres *col. 7.* Menoch. *consil. 586. num. 16.* Alba *consil. 237. num. 10.* Panzir. *consil. 91. num. 20.* Casanate *d. consil. 47. num. 67.* vbi respondet contrariis, & benè dicit Parlador. *loco suprà allegato num. 5.* hanc esse non quæstionem iuris, sed facti, scilicet voluntatis disponentium.

Neque etiam obstat, quod prædicti Alexander, & Christophorus prætendant fuisse purificatum fideicommissum per obitum bon. mem. Prosperi qui notum est, quod decessit sine filiis masculis, & tamen non constet, quod dictus Prosper descendetit ab aliquo ex dictis fideicommittentibus, & ex dictis iuribus in summario adductis, probetur solùm, quod dictus Prosper erat filius Francisci q. Antonij, & nullus istorum erat ex dictis septem fratribus, qui fecerunt fideicommissum; quia cum notum sit, vt dictum est, quod Prosper obierit sine filiis masculis, & bona, de quibus agitur, sint subiecta fideicommisso, ad illa consequenda rectè agunt Domini Alexander, & Christophorus vti proximiores, & si possidentes dicta bona prætendunt extare descendentes ex dictis fratribus diuidentibus, tenentur hoc
38 probare, cum sit † quid facti, quod non præsumitur, nisi probetur, Ripa *in l. ex facto, §. si quis autem, num. 9. ff. ad Trebell. & in d. l. in illa, num. 16. ff. de verb. oblig.* Iason *consil. 34. num. 1. & 11. volum. 1.* Cassan. *consil. 19. num. 12.* Put. *decis. 43. lib. 1. in correct.* Couarruuias *variar. lib. 2. cap. 1. num. 6, vers. quando primus substitutus.*

Neque dicatur, quod sit probanda descendentia Prosperi, quia cum versemur in fideicommisso facto in contractu, potuerit acquirere ex titulo emptionis,
39 in similibus † enim fideicommissis non impeditur translatio dominij, & alienatio non est nulla, licèt alienans teneatur ad interesse erga vocatos, *l. at si quis, §. ex lege*, vbi gloss. *ff. de verb. oblig. l. ea lege, C. de condict. ob causam*, Doctor. *in l. filiusfamilias, §. diui*, vbi Bart. *num. 14.* Ripa *num. 85.* & de communi. Socin. *num. 173. ff. de legat. 1.* Surd. *decis. 254. num. 11.* vbi
40 dicit hoc procedere, etiamsi † in contractu fuerit additum iuramentum, licèt in hoc sit sibi contrarius *in decis. 215. num. 6. & 7.*

Huic fundamento fuit responsum. Primò, quod cum Domini Alexander, & Christophorus osten-
41 dant fideicommissum clarum, † si hodie illi, qui possident dicta bona, iactant se habere alium titulum, qui excludat titulum prædictorum fratrum, debent probare dictum titulum. Secundò fuit responsum, quod dicta conclusio non habet locum, † quando cum prohibitione alienationis concurrit reseruatio iuris in re prohibita alienari, puta hypotheca ad fauorem prohibentis. Sicard. *in l. emptorem, n. 12. circa med. vers. ergo si locatur, C. locati.* Tiraq. *de retract. connent. §. 5. gloss. vnica, num. 10.* hoc enim casu impeditur translatio † dominij, & res potest vindicari, vt est textus celebris *in l. si credita, §. fin. de distract. pignor.* Secundum lecturam negatiuam, quæ est communis, vt *ibi* per Bart. *& in d. §. diui, sub n. 14. vers. est alius casus, & in l. qui absenti, §. 1. ff. de acquir. possess.* sequitur Opizo *in d. §. diui, num. 151.* Loaz. *num. 165.* vbi de communi. Crot. *sub num. 94.* Socin. iun. *num. 179. vbi de magis commun.* Gomez *ad ll. Tauri l. 40. num. 18.* Corn. *consil. 321. sub num. 2. lib. 4.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 30. num. 5. & 6.* 42 43

In casu autem, de quo agitur, adest hypotheca in dicto instrumento fideicommissi ibi. (Pro quibus omnibus, & singulis præmissis firmiter adimplendis, & inuiolabiliter obseruandis dictæ partes hinc inde se sese suosque hæredes, & successores, bona mobilia, & immobilia, præsentia, & futura vbicunque existentia in ampliori forma Cam. Apostolicæ quibus suprà nominibus obligantur, hypothecarunt, &c. quæ quidem hypotheca, † licèt generalis sufficiat ad huoc effectum; nam licèt aliqui voluerint requiri specialem, ex allegatis per Ceuall. *quæst. 673. num. 1.* tamen † quòd sufficiat generalis, probatur ex textu *in dicta l. creditor, §. final. ff. de distract. pignor.* quem ponderat Crotus *in d. §. diui, num. 96.* Corn. *d. consil. 321. colum. 2. vers. sed aduertendum, lib. 4.* & hanc opinionem tenet Socin. iun. *in d. §. diui, vbi alios adducit, num. 183. & in consil. 129. num. 3. & 4. lib. 2.* Natt. *consil. 474. num. 15. lib. 2.* Roland. *cons. 62. n. 35. & seqq. lib. 2.* Alex. *consil. 59. num. 6. & seq. lib. 5. & in l. qui absenti, §. 1. ff. de acquir. possess.* & communem ac ab ea non esse recedendum in consulendo, & aduocando, dicit Gratus *consil. 95. num. 12. lib. 2.* & idem repetit Franciscus Beccius *consil. 80. num. 6. lib. 1.* & magis communem dicit Socin. iun. *in consil. 118. num. 20. vol. 1.* & magis veram dicit Suarez *in Thesaur. receptar. sentent. litera A. num. 140.* & magis etiam communem dicit *in litera B. num. 333.* & Ioan. de Amicis *consil. 113.* miratur de illis, qui tenent contrarium, & de communi, ac veriori testatur Ceuall. *loco citato in fine*, & hanc opinionem tenet Rota *in decis. 2. circa finem, de empt. & vendit. in antiq.* quam allegat, & sequitur Aymon *in consil. 381. num. a.* 44 45

Et hæc conclusio eo magis procedit, quia † vna cum hyphotheca adest iuramentum, in fine instrumenti. Roland. *d. consil. 62. num. 39. & seqq.* vbi de magis communi *lib. a.* Socin. iun. *dicto consil. 129. num. 11. lib. 2.* Crot. *in d. §. diui, num. 97.* Marius Anguisciol. *consil. 216. sub num. 26. & seqq.* Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg. 138. in fine.* Polydor. Ripa, qui dicit in hoc omnes DD. conuenire *singular. obseruat. 134. num. 9. & 135. num. 3.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 30. num. 10.* vbi dicit non esse dubium, quod si iuramentum † concurrit cum hypotheca generali bonorum impediat alienationem, & prædicta eo facilius sint admittenda, quia videntur obligata omnia, & singula bona, cum partes se obligauerint in forma Cameræ, vt videre est in formula apud Gallesi. quia † dicta verba omnia, & singula habent vim specificatæ expressionis. Socin. *consil. 3. num. 17. vers. propterea, lib. 3.* Ruin. *consil. 76. num. 7. lib. 3.* Natt. *dicto consil. 474. num. 15. lib. 2.* Berretta 46 47 48

qui

qui alios allegat, *consil.42.num.13. colum.7.* Mantic. *d. tit.20. num.18.*

49 Denique non obstat, quod † petatur restitutio
in integrum post lapsum quadriennij, & ideo non
debeat dari, etiam prætextu læsionis, *cap.1. & 2. de
restit.in integr. in 6. cum alijs*, ex adductis per Giurb.
50 *decis.* 106. *num.* 1. *& seqq. & num.* 5. nisi † læsio sit
enormissima. Giurb. *d.decis.*106. *num.*12. vbi infini-
tos allegat, quo casu habenda est ratio non ad rem,
de qua agitur, sed ad totam patrimonij substautiam.
Socin. senior *consil.* 266. *num.*24. *& seqq. lib.*2. Rot.
diuers. *decis.*428. *part.* 1. Vetall. *decis.*151. *part.*2.
Achill. *decis.*84. *aliàs 6. de restit. in integr.* vbi quòd
ita Rota seruat, & alias decisiones referr Gonzal.
*ad reg.*8. *gloss.*21. *num.*21. *&* 22. cum aliis per Giurb.
51 *decis.*110.*n.*3. Quia fuit responsum, quod † quando
agitur de recuperando ablato per rem iudicatam vi-
detur procedere ista conclusio, quia hoc casu læsio
debet considerari respectu patrimonij ablati, & re-
manentis, & in istis terminis procedunt authorita-
tes prædictæ. Quando verò non agitur de recupe-
52 rando † ablato, sed de acquirendo illud, quod fuit
denegatum per rem iudicatam, tunc doctores de enor-
missima læsione non obstante lapsu quadriennij da-
tur restitutio, & in hoc casu non est consideranda
53 læsio respectu † patrimonij remanentis, quia patri-
monium non fuit læsum, sed respectu illatum re-
rum, quæ per rem iudicatam fuerunt denegatæ,
quia in illis solùm concurrit læsio, non autem in
54 toto patrimonio remanente, quia aliàs † læsio con-
sideraretur respectu rei, quæ non fuit in lite, in hoc
55 etiam casu procedit id, quod dici solet, suprema
† Tribunalia non attendere lapsum quadriennij, &
de stylo Curiæ dicit Simonett. *decis.* 26. & quòd in
Rota non attendatur lapsus quadriennij, fuit di-
ctum *in causa Burgen. legati* 15. *Ianuarij* 1610. *coram
Ottembergo, & in causa Valentina iurisdictionis* 10. *Fe-
bruarij* 1620. *coram Buratto, & in causa Romana re-
stitutionis in integrum* 10. *Iunij* 1624. *&* 18. *Apri-
lis* 1625. *coram bona memoria Patriarcha Manzanedo.*
Guidop. *decis.*368. Cæs. de Grass. *d. decis.*10 *num.*12.
de sent. & re iudic. & fuit dictum *in causa Auximana
decis* 14. *Martij* 1575. *coram bona memoria Cardina-
li Seraphino, & in causa Beneuentana Bonorum* 22.
Aprilis 1614. *coram bona memoria Cardinali Sacrato.*

Secundò fuit responsum, quod quadriennium,
56 † quod conceditur ad petendam restitutionem est
vtile, & ideo non incipit currere, nisi à die, quo re-
57 pertæ fuerunt scripturæ † ex quibus quis scire potuit ius
sibi competere. Bald. *in l. falsam, num.* 3. *C. si ex fals.
instrum.* Abb. *in cap.*1. *num.* 12. Felin. *num.*9. *de præ-
script.* Aretin. *consil.* 15. *in fin.* Tiraquell. *de retract.
lignag.* §.35. *gloss.*4. *num.* 11. *&* 43. & fuit dictum *in
causa Calaguritana Beneficij de Nagera* 12. *Februa-
rij* 1599, *coram Orano*, & propterea, cùm non sit la-
psum quadriennium à die, quo dicti fratres de Caie-
tanis habuerunt notitiam instrumenti, ex quo Rota
deduxit adminiculum ad probandum, quod instru-
mentum fideicommissi sit in forma probanti cessat
hoc fundamentum.

Tertiò fuit responsum, quod venerunt ad cau-
sam filij Domini Alexandri minores, qui cum sint
vocati in eodem fideicommisso, & nõ fuerint citati,
58 eos † non afficit dicta res iudicata. Salicet. *in l.*1.
*num.*4. *C. si aduersus rem indic.* Bald. *in l. ab eo, num.*17.
C. quomodo, & quando iudex, & fuit dictum coram
me *in causa Pampilonen. Parochialis de Stella* 8. *No-
59 uembris* 1602. & ad effectum † præiudicij debuis-
set fieri citatio per edictum, seu per proclama. Put.
*decis.*91. *lib.*3. Peregr. *de fideicommiss. art.*53. *num.*52.

Et ita consideratis etiam deductis in prima pro-
positione dubij super restitutione in integrum, fuit
resolutum vna tantùm parte informante, &c.

a Prima est decisio 184. part 6

b Altera verò est decisio 263. part 6.

In eadem causa adest part.6. altera decisio sub die 17. Nouembr. 1634. coram eodem Reuerendiss.

R. P. D. COCCINO DECANO.

Romana Fideicommissi de Caetanis.

Die Veneris 17. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM.

Fideicommittens, quando disponit, quod omnia, & singula bona in perpetuum remaneant inter illos de domo, & familia, tunc dicitur inductum absolutum, & reciprocum fideicommissum. Sub verbis *de domo, & familia*, fœminæ quando comprehendantur, & quando è contra.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissum absolutum, & reciprocum in illos de familia, quando inducatur.*
2. *Fideicommissum absolutum, & reciprocum inter illos de familia, tunc multò magis inducitur, quando adsunt verba importantia perpetuitatem.*
3. *Fideicommissum, quando fuit factum in contractu diuisionis per plures fratres, signum euidens est, quod voluerint facere reciprocum fideicommissum.*
   *Aliàs absque eo, quod facerent fideicommissum potuissent simpliciter diuidere, & vnusquisque prouidere propria soboli, vel fideicommissum ad beneplacitum constituere, num.*3.
4. *Et licet aliqui Doctor. contrarium teneant, tamen non sunt attendendi, cum loquantur contra communem.*
5. *Fœminæ veniunt sub illis verbis, de domo, & familia.*
6. *Fœminæ, licet veniant in fideicommisso sub vocatione eorum de domo, & familia, tamen id non procedit, quando immediatè fuit facta prohibitio alienationis extra lineam masculinam, & num.*7.
8. *In fideicommisso facto sub illis verbis, quod bona remaneant inter illos de familia, & domo, veniunt etiam fœminæ saltem durante vita sua.*
9. *Sed opinio ista est valde difficilis.*
10. *Fœminæ, sub nomine illorum de domo, & familia non comprehenduntur in fideicommisso, quando fideicommittens intellexit de domo, & familia masculina.*
11. *Ad fideicommissum, quando quis vocatur sub nomine agnationis, tunc non attenditur, siue sit masculus, siue fœmina succedens, dummodo sit agnatus, vel agnata.*
12. *Ad fideicommissum, si vocentur masculi agnati, tunc succedere volens debet esse, & masculus, & agnatus.*
13. *Alienationis prohibitio, quando subsequitur fideicommissum intelligenda est quoad personas, &*

& casus in fideicommisso comprehenses.
14. *Alienationis prohibitio, si stet de per se, & sit vestita, particulare fideicommissum inducit etiam in casu mortis.*

DECISIO IV.

DOmini perstiterunt in resolutis 7. Iunij proximi præteriti, a scilicet constare de fideicommissu reciproco inter masculos de Caetanis. In instrumento namque diuisionis fuit conuentum, quod omnia, & singula bona in perpetuum remaneant, & remanere debeant inter illos de domo, & familia de
1 Caetanis; hæc enim verba important † absolutum, & reciprocum & fideicommissum inter masculos de Caetanis. Anchar. *consil.* 152. *Plura sunt dubia, num.* 9. Socin. sen. *consil.* 12. *num.* 13. *& consil.* 43. *num* 9. *lib.* 3. Corn. *consil.* 38. *col.* 2. *lib.* 1. Dec. *consil.* 23. *num.* 3. *& consil.* 371. Rip. *respons.* 14. *num.* 24. *de substit.* vbi testatur de communi opinione. Dec. *consil.* 1. *num.* 178. *& seqq. & consil.* 3. *num.* 61. *lib.* 1. quæ opinio eo ma-
2 gis procedit, ex quo adsunt † verba importantia perpetuitatem, ibi in perpetuum. Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib* 8. *tit.* 2. *num.* 18. & quia huiusmodi fideicommissum fuit factum in contractu
3 diuisionis † per plures fratres, signum euidens est, quod voluerint facere reciprocum fideicommissum, aliàs absque eo, quod facerent fideicommissum, potuissent simpliciter diuidere, & vnusquisque prouidere suæ soboli, vel fideicommissum ad beneplacitum constituere. Neque sunt attendendi DD. tenentes contrarium, quia loquuntur contra commu-
4 nem, & quando non adest † verbum, remaneāt, prout in casu isto, vt aduertit Fusar. *de substit.* 479. *num.* 102. *vers. sed aduerte*; nec loquuntur quando plures fratres in instrumento diuisionis faciunt fideicommissum, prout fuit factum in casu isto.
5 Neque obstat, quod sub illis † verbis de domo & familia de Caetanis veniant etiam fœminæ, quia secùs dicendum est in casu isto, ex verbis in eadem oratione immediatè seqq. & quod non possit, nec
6 eis liceat illa, scilicet, bona † extra familiam masculinam dictæ domus de Caetanis, quomodocunque, & quandocunque alienare, seu aliàs quomodolibet, & pro quibuscunque etiam vrgentissimis, ac arduis eorum, & cuiuslibet ipsorum negotiis, & necessitatibus eis incumbentibus distrahere, & dismembrare, ex quibus dum diuidentes primo loco simpliciter dixerunt inter illos de domo, & familia, & in eadem oratione subdiderunt extra familiam
7 masculinam, dicendum est, quod in prima † parte intellexerunt de domo, & familia masculina, quicquid esset, si hoc fuisset dictum in diuersa oratione. Odd. *de compend. substit. part.* 6. *art.* 4. *num.* 5. vbi dicit communiter hanc concordiam esse approbatam, & infinitos allegat Fusar. *de substit. quæst.* 404. *num.* 8.
Neque obstat, quod ex verbis illis remaneant,
8 † & remanere debeant inter illos de domo, & familia de Caetanis, veniant etiam fœminæ, saltim durante vita sua, ex allegat. per Fusar. *de substitut. quæst.* 346. *num.* 19. vbi exemplificat, quando sunt vocati descendentes per lineam masculinam, vel virilis sexus, vel per virilem sexum, quia quicquid
9 † sit de hac opinione, quæ multum difficilis est, vt patet ex adductis per ipsum Fusar. *dict. loco & num. seqq.* & per Peregr. *de fideicommiss. art.* 26. *num.* 29. *vers. circa verò secundum*, in hoc casu sumus extra difficultatem, quia fratres diuidentes, vt dictum est, intel-
10 lexerunt de domo, & familia masculina, † & ideo indubitatum remanet fœminas excludi, vt benè per Castren. *in consil.* 190. *num.* 4. *vers. nam interdum, lib.* 2. qui inquit, quod aut quis vocatur ad aliquod † com- 11
modum sub nomine agnationis, & tunc curatur, an sit masculus, vel fœmina dummodo sit agnatus, vel agnata, aut vocatur aliquis nomine masculorum, & tunc requiritur † vtraque qualitas scilicet, quod sit 12
agnatus & masculus, & hoc dictum sequitur Peregr. *d. art.* 17. *num.* 19. *vers. aut vocatur.*
Neque facit, quod duo videantur fideicommissa, vnum in euentum mortis, in quo vocantur illi de familia, & domo, alterum in euentum alienationis, in quo censentur vocati masculi de domo, & familia, quia fuit responsum, quod prohibitio alienationis, cum subsequatur fideicommissum, aut est intelligenda † quoad personas, & casus in fideicommisso 13
comprehensos, ex allegatis per Fusar. *quæst.* 83. *num.* 2. & solùm declarat fideicommissum præcedens, & quod intellexit ad illud vocare masculos, vt dictum est, & penitus cessat prædictum obiectum. Aut verò † prohibitio alienationis censetur, *stare da per se*, & 14
cum sit vestita, particulare fideicommissum inducit etiam in casu mortis. Gabr. *consil.* 123. *ante num.* 31. *vers. etenim cum prohibitio, volum.* 1. Berret. *cons.* 142. *post num.* 29. *vers. cum verò*, latè Menoch. *consil.* 348. *num.* 43. vbi hac distinctione concordat omnes DD. inter se circa hoc dissentientes. Petra *de fideicommissis, quæst.* 11. *num.* 560. & hanc distinctionem sequitur Rota *decis.* 23. *ante num.* 1. *vers. respondetur, quod in casu Decij, & decis.* 45. *num.* 3. *& decis.* 568. *num.* 9. *part.* 1. *diu.* & fuit dictum *in causa Ianuen. fideicommissi de Pallauicinis* 24. *Septembr.* 1586. *coram bon. me. Hieronymo Card. Pamphilio, & in causa Perusina de Bigazinis* 14. *Nouemb.* 1605. *coram Litta*, Odd. *de fideicommissis, quæst.* 10. *art.* 6. *num.* 128. Fusar. *quæst.* 688. *num.* 7. & fuit tentum *in causa Perusina de Baptistis* 27. *Martij* 1627. *coram R. P. D. Pirouano*, & retento hoc intellectu pariter cessat obiectum. Et ita vtraque, &c.

a Est decisio 184. part 6. ibi aliæ decisiones in hac causa referuntur.

R. P. D. DVNOZETTO.

Perusina Fideicommissi de Cinciis.

Die Veneris 19. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum non censetur inductum in casu mortis, ex verbis consequutiuis post prohibitionem delicti, &c. Item pariter, quando fideicommissum non censeatur inductum in casu mortis, ex prohibitione alienationis.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissario immissio denegari non potest, si doceat de fideicommisso, de identitate bonorum, & de possessione fideicommittentis.*
2. *Fideicommissum non censetur inductum in casu mortis ex verbis consequutiuis ad substitutionem.*
3. *Verba, vendere, & alienare, simul posita, faciunt, vt sicut vendere significat actum inter viuos, ita pariter alienare, de eodem actu intelligatur, non autem de vltima voluntate.*

4. *Et*

4. *Et hoc procedit, siue verbum vendere, sequatur siue procedat verbum alienare.*
5. *Alienationis prohibitio, quando non stat principaliter, & de per se, sed continuatiuè ad praecedentem substitutionem, non potest ex ea resultare fideicommissum in casu mortis.*
6. *Quodque multò magis procedit, quando adest in casu mortis particulare fideicommissum praecedens.*
7. *Legatarius non potest vti beneficio vniuersalis haeredis.*
8. *Haeres institutus in re certa, & determinata, comprehenditur sub reciproca in defectum haeredum vniuersalium.*
9. *Fusar. quaest. 261. num. 7. cum alijs ab eo allegatis, in quo casu loquantur.*
11. *Dispositio corruit, conditione deficiente.*
12. *Alienationis prohibitio, quando fuit posita continuatiuè per viam qualificationis praecedentis substitutionis, debet intelligi retento eodem themate.*
13. *Fideicommissi casus, quando venit, cessat illius effectus.*
14. *De iure tertij, quis dare non potest.*

DECISIO V.

CVm per tres decisiones [a] in hac causa emanatas duas coram bon. mem. Card. Vitili, & alteram coram me fuerit firmatum D. Ludouico Ciucio vocato ad fideicommissum q. Petri Hieronymi dandam esse immissionem in possessionem quarundam Domorum, & censuum per dictum fideicommittentem acquisitorum, reseruato tamen videre de reliquis bonis tunc in controuersiam deductis, super quibus sub die 19. Aprilis 1630. [b] DD. dixerunt ei
etiam esse dandam immissionem, ea moti ratione,
1 quia docebatur † de fideicommisso de identitate bonorum, de quibus agitur, & de possessione d. Petri Hieronymi vsque ad eius obitum. Cumque hodie reassumpta causa, & firmato per binas decisiones illi non obstare exceptionem compromissi initi ad componendam litem inter ipsum, & DD. de Columbis haeredis ex testamento q. Olimpiae sororis, & haeredis grauatae dicti Petri Hieronymi, iidem de columbis institerint pro reuisione d. decisionis, & super eisdem audientiam obtinuerint; iterum proposui causam super iisdem, & DD. steterunt in decisis ex rationibus, & fundamentis in decisione deductis.

Non obstant praetensa fideicommissa, q. Francisci patris, & Herculis patrui Olimpiae, super quibus Columbi, aliàs magnam vim faciebant.

Nam quoad fideicommissum Francisci patris, aut praetenditur illud deduci ex verbis adiectis post prohibitionem delicti, ibi, *& hoc fecit ad hoc, vt bona sua conseruentur*, &c. & subsistere visa fuit responsio decisionis, videlicet, ex illis verbis tanquam con-
2 sequutiuis ad substitutionem in casu † delicti induci non posse fideicommissum in casu mortis, vt vltra allegata *in decis.* tenent Odd. *de fideicommiss. quaest.* 11. *num.* 175. Rota *decis.* 30. *num.* 20. *&* 21. *part.* 1. *recent. & fuit decisum in Bononien. de Barzellinis* 12. *Decembris* 1633. *&* 22. *Martij* 1634. *coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Aut verò ex prohibitione alienationis ex verbis, ibi (casu, quo dd. instituti, & substituti venderent, vel alienarent, voluit bona vendita, vel alienata deuenire ad alios institutos, vel substitutos, vt supra) & nullum ex inde resultat fideicommissum ad fauorem d. Olimpiae sub praetextu, quod Petrus Hieronymus haeres alienauerit in extraneum illum instituendo haeredem, ex quo verbum alienare, subiectum legitur, verbo vendere, & sic prohibitio non comprehendit alienationem per viam institutionis,
† & substitutionis testamentariam, sed solùm per 3
actus inter viuos, ad text. *in l. pater filium* 36. §. *fundum, ff. de leg.* 3. Ruin. *consil.* 126. *num.* 15. *in fin. & seqq. lib.* 2. Odd. *de fideicommiss. d. quaest.* 11. *num.* 116. *& quaest.* 18. *num.* 132. Gratian. *discept.* 594. *num.* 7. & fuit dictum *in Romana fideicommissi de Milesijs* 15. *Nouembr.* 1624. *coram R. P. D. meo Pirouano.*

Quod procedit siue verbum (vendere) sequatur,
† siue prout hîc, praecedat verbum *alienare*. Alexand. 4
consil. 155. *num.* 1. *& seqq. lib.* 2. Curt. iun. *consil.* 45. *num.* 22. *vers. ergo illa verba.* Socin. *consil.* 13. *sub num.* 8. *&* 9. *lib.* 3. Ruin. *consil.* 7. *num.* 10. *ad fin. vers. nec obstat, & consil.* 116. *num.* 15. *in fin. &* 16. *lib.* 2. Riminald. iun. *consil.* 632. *num.* 50. *&* 51. *& consil.* 673. *num.* 27. *& seqq. lib.* 6. Gratian. *disceptat.* 594. *num.* 7. Rota *de-
cis.* 49. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* Cumque ista † prohibi- 5
tio non stet principaliter, & de per se, sed continuatiuè ad praecedentem substitutionem, non potest ex ea resultare fideicommissum in casu mortis. Rota *decis.* 568. *num.* 9. *part.* 1. *& decis.* 473. *sub num.* 2. *part.* 4. *diuers. cum alijs in d. Bononien. de Barzellinis*, cùm
praesertim in casu mortis adsit particulare † fidei- 6
commissum praecedens, eaque sit personalis facta institutis, & substitutis. Seraph. *decis.* 482. *num.* 2. Rota *decis.* 316. *num.* 6. *part.* 1. *diu.*

Et quatenus etiam censeretur prohibita alienatio per viam institutionis, & substitutionis, adhuc tamen non esset comprehensa d. Olimpia, ex quo testator vocauit alios haeredes instituros, & substitutos, quorum appellatione cum veniant solùm haeredes, & substituti vniuersales, non fuit in hac vocatione ipsa Olimpia comprehensa tanquam haeres in re certa, & indeterminata quantitate instituta pro illius dotatione cum ampla prohibitione ni-
hil amplius petendi, ideoque † vti legataria non po- 7
test frui beneficio vniuersalis haeredis. Bart. *in l. fin. num.* 2. *ff. ad Trebell.* Ruin. *consil.* 158. *num.* 9. *& consil.* 90. *num.* 11. *lib.* 2. Menoch. *consil.* 125. *num.* 1. *& seqq. lib.* 6. Honded. *consil.* 63. *num.* 15. *lib.* 2. Curt. iun. *consil.* 14. *num.* 2. Gabr. *consil.* 132. *num.* 42. *ad med. vers. nam id procedit, & seqq. lib.* 1. & firmauit Rota *in Perusina fideicommissi de Baptistis* 15. *Decembris* 1618. *coram R. P. D. meo Pirouano, & in eadem causa* 17. *Martij* 1631. *coram me.*

Nec dicatur comprehendi † sub reciproca in de- 8
fectum haeredum vniuersalium, vt per Bald. & alios, quos refert, & sequitur Fusar. *quaest.* 261. *num.* 7. Quia ratio, qua dd. auctores mouentur, non applicatur casui nostro, † quòd scilicet ratio recti sermo- 9
nis non admittat institutionem ad masculos. Nam in praesenti casu, post institutionem haeredum vniuersalium cum substitutione, decedente Carolo, ad fauorem Petri Hieronymi, & filiorum fuit subiecta prohibitio alienationis, ibi, *& quod bona in casu alienationis deuenirent ad alios haeredes institutos, & substitutos, vt suprà*, & sic verba restringuntur necessariò ad Petrum Hieronymum, & filios, nec Olimpiae conuenire possunt tanquam supra non substituta,
† & pluralitas potest in filiis Petri Hieronymi veri- 10
ficari, vt in his ferè terminis tenent Cuman. *cons.* 15. *num.* 1. *vers. caeterùm.* Tob. Non. *consil.* 40. *num.* 10. *& seqq.* Menoch. *consil.* 198. *sub num.* 27. Intrigl. *de substit. cent.* 2. *quaest.* 68. *num.* 15.

Minus visum fuit obstare fideicommissum Herculis patrui d. Olimpiae, quia licèt testator institutis haeredibus

hæredibus vniuersalibus Francisco, & Ludouico fra-
tribus, alteri eorum sine prole decedente substitue-
rit superuiuentem, & præmortui filios, tamen Olim-
pia nihil potest exinde prætendere ex fideicommis-
so in casu mortis, postquam per obitum Ludoui-
11 ci fideicommissum † expirauit per superuiuentiam
Francisci alterius cohæredis instituti, cuius filij dici
non possunt vocati, quia vocantur filij præmortui,
non filij superuiuentis. Decian. *resp. 1. num. 191. vers. item vocauit, & 192. lib. 1. Greg. XV. decis. 207. num. 1.*

Non obstat prohibitio alienationis in casu con-
trauentionis deducta, ex illis verbis ibi (quod dd.
eius hæredes, & filij, ac descendentes ipsorum in in-
finitum non possint vendere, neque alienare, vo-
cando in casu contrauentionis Hospitale misericor-
diæ. Nam ista prohibitio nō potest suffragari Olim-
piæ, & causam ab ea habentibus; tunc quia non su-
mus in casu alienationis, vt fuit supra firmatum; tum
12 etiam, quia prohibitio fuit posita † continuatiuè per
viam qualificationis præcedentis substitutionis, &
sic debet intelligi retento eius themate. Decian. *con-
sil. 291. sub num. 2. vers. non obstat, & consil. 384. num. 6.
vers. non obstant.* Gabr. *consil. 138. num. 25. & 26. lib. 2.*
Rota *decis. 473. num. 3. part. 4. diuers.* & sic cum non
13 venerit casus præcedentis substitutionis † cessat il-
lius effectus. Decian. in Rot. *in locu prox. cit.* Tum
demum, quia vocatio ex d. testamento esset ad fauo-
14 rem tertij, scilicet Hospitalis, † de cuius iure nec
Olimpia, nec ab ea causam habentes dare possunt.
Alex. *in l. fin. num 23. post med. vers. & isto casu, C. de
edict. D. Adrian. tollend.* Rota *in Romana fideicommis-
si 9. Iunij 1617. coram Remboldo.*

Et ita vna tantùm parte informante, & altera li-
cèt sæpiùs citata informare recusante fuit reso-
lutum.

a Idest, sub diebus Veneris 8. Iunij 1628. & Veneris 9. Iunij 1629. & Vener. 19. Aprilis 1630.

b Est decisio 368. part 5. Recent.

R. P. D. MERLINO.

Romana Fideicommissi de Formicinis.

Die Mercurij 7. Februarij 1635.

ARGVMENTVM.

Ex prohibitione alienationis quando non videatur inductum fideicommissum simplex, & absolutum in casu mortis Testator, quando præsumatur vocasse ad fideicommissum familiam effectiuam, & quando contentiuam. Ad fideicommissum si quis asserat se esse vocatum, quid probare debeat.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissum simplex, & absolutum nullum resultare videtur in casu mortis, ex prohibitione alienationis.*
2. *Alienationis prohibitio facta absque causa, est nulla, tanquam nudum preceptum.*
3. *Alienationis prohibitione nullum videtur inducere simplex, & absolutum fideicommissum, nisi in casu contrauentionis.*
4. *Fideicommissum simplex, & absolutum ad fauorem substitutorum, ex prohibitione alienationis, pro conseruatione bonorum in familia, censetur inductum.*
5. *Alienationis prohibitio non ampliat, aut extendit fideicommissum, sed intelligi debet iuxta terminos fideicommissi præcedentis, cui annectitur.*
6. *In alienationis prohibitione, dum exprimitur familia, debet intelligi de familia effectiua.*
7. *Familia effectiua, & descendentes alicuius quando fuerunt vocati, tunc appellatione familiæ, posita in adiacenti prohibitione alienationis, venit familia effectiua tantùm, & descendentes, de quibus in vocatione.*
8. *Verba, dictis, &c. sunt restrictiua, & relatiua personis, de quibus in præcedenti dispositione.*
9. *Verba consequutiua, ad supra expressa restringuntur.*
10. *Dictionis aduersatiue (sed) ea est natura, vt retentis ijsdem terminis, & qualitatibus, prohibitio dicatur facta personis eiusdem generis cum præcedentibus.*
11. *Alienationis prohibitio dicitur personalis, si sit adiecta solùm hæredibus vocatis, pro maiori robore vocationis.*
12. *Alienationis prohibitio, quando est generalis, tunc illa inducit fideicommissum, seu extendit illud etiam vltra vocatos in præcedenti substitutione.*
13. *Quod intellige, vbi prohibitio alienationis stat de per se independenter per viam principalis dispositionis in separata oratione.*
14. *Sed secus si accessoriè, & consequutiuè subnectatur, ac deseruiat præcedenti vocationi, tunc tam prohibitio, quàm ratio prohibitionis non egreditur personas nominatas.*
15. *Dictio, perpetuò, adiecta in prohibitione alienationis extra familiam ex ea desumitur coniectura, quod vocata fuerit familia contentiua, non autem effectiua.*
16. *Paris. consil. 22. num. 2. lib. 3. & Riminald. iun. 482. num. 41. in quibus terminis loquantur.*
17. *Fideicommissi multiplicatio, quando non inducatur ex alienationis prohibitione.*
18. *Verbum, perpetuò, secundùm subiectam materiam debet interpretari.*
19. *Fideicommittens, quando nullos habuit descendentes, & ad fideicommissum vocauit alium, qui nullos legitimè potest habere descendentes inde infertur, quod vocatio intelligit de familia contentiua.*
20. *Familiæ appellatio debet capi pro contentiua, quando agnati sunt principaliter, & indefinitè vocati.*
21. *Agnationis conseruandæ ratio considerari etiam potest ex persona hæredis instituti.*
22. *Descendentes suos, vel alicuius tertij si quis vocauerit, semper vocatio est restricta ad tales descendentes, & sic ad familiam effectiuam.*
23. *In vocatione actiua, dum versamur, veniunt propriè filij, & cæteri descendentes, siue vocentur hæredes, siue vocentur hæredes, & successores.*
24. *Familia contentiua ad fideicommissum censetur vocata, si addatur nomen proprium familiæ.*
25. *Familiæ propriæ nomen, si exprimatur, ex se non potest operari extensionem ad familiam contentiuam, & num 26. & 27.*
28. *Causa, & ratio in specie restringit dictum in genere.*
29. *In fideicommisso, si quis dicat se esse comprehensum, omnia requisita necessaria ad hoc probare debet.*
30. *Agens tanquam talis, probare debet esse talem, quamuis de hoc pars non opponat.*
31. *Insignum stemmatis gentilitij discrepantia, etiam in coloribus solet inferre familiæ diuersitatem.*

32. *Agna*

32. *Agnatio, & descendentia ab vno stipite, quamuis remotissimo sufficit ad probandam identitatem familiæ, & ad hoc nequaquam sufficit identitas cognominis.*

33. *Testes, si de auditu deponant non probant.*

DECISIO VI.

FRancisca Formicina, disposuit in contractu donationis de Domo hodie controuersa, his verbis; *Quod Domus sit, & esse debeat, prout iure legati eam reliquit Reuerendiss. Episcopo Strongolen. ac filiis, & heredibus q.D. Io. Baptista de Formicinis ipsius Donatricis fratris, quam Domum voluit, & vult nullo vnquam tempore posse à dictis Episcopo, & filiis q. Io. Baptista, eorumque heredibus, & successoribus vendi, alienari, vel quouis modo etiam in aliqua eius parte distrahi, vel obligari, sed perpetuò penes familiam Formicinorum illam esse voluit, ac mandauit, &c.* In vim cuius dispositionis successerunt in domo filij Ioan. Baptistæ, & successiuè nepotes, quorum postremus superstes, nempè Ioannes Franciscus in hac domo hæredem proprietariam scripsit Venerab. Archiconfraternitatem Sanctiss. Annunciatæ, vsufructuariam verò D. Catherinam vxorem, à qua post obitum testatoris capta, etiam fuit possessio istius domus, sed cum prætenderetur per Vincentium ex familia de Formicinis de Monte Rotundo fideicommissum in dicta domo sibi apertum esse, post latam sententiam absolutoriam ab impetitis in fauorem D. Catherinæ per Iudicem Capitolinum, ab ea Vincentius interposoit appellationem, & cum Archiconfraternitas prædicta Sanctiss. Annunciatæ admissa fuerit ad causam, in Signatura Sanctiss. causa commissa fuit R. P. D. Facheuetro Iudici eiusdem Sanctiss. Annunciatæ de Voto Rotæ, in qua hodie per me proposito dubio; An constet de fideicommisso purificato ad fauorem Vincentij negatiuè fuit resolutum.

Quamuis enim, quoad existentiam fideicommissi Domini non essent concordes, aliqui enim putabant ex dispositione, vt supra per Franciscam con-
1 cepta, † nullum resultare simplex, & absolutum fideicommissum in casu mortis, eo quia prohibitio alienationis facta per Franciscam, licèt habeat causam subsequentem, quia voluit domum perpetuò esse penes familiam, tamen qoia hæc causa addita videtur solùm ad confirmandam prohibitionem,
2 † quæ alioquin sine ea fuisset nulla, tanquam nudum præceptum, *l. filius fam. §. Diui il 1. ff. de leg. 1. l. pater filium, § Iulius Lucius in princip. ff. de leg. 3.* Hinc est, quod eadem prohibitio oullum videtur indu-
3 cere † simplex, & absolutum fideicommissum, sed tantùm in casu contrauentionis, ex Socin. sen. *consil. 227. num. 3. versic. ex quibus omnibus. lib. 2.* Curt. iun. *consil. 43. num. 9. versic. ego tamen, & consil. 167. num. 2. & 3,* Card. Mant. *de coniect. vltim. vol. lib. 6. tit. 14. num. 24.* Peregr. *de fideicommiss. art. 14. num. 15.* qui refert Rimin iun. attestantem sic Rotam iudicasse, Odd. *consil. 65. num. 20. 21. & 22.* cum aliis congestis per Bellon. iun. *consil. 1. num. 89. & 92.* Fusar. *de substit. quæst. 688. num. 9. & 14.* & sæpiùs sequuta fuit Rota, vt *in dec. 568. num. 2. ac 7. & 8. part. 1. diuers. & dec. 203. num. 3. part. 2. recent. & coram bo. me. Card. Caual. dec. 481. num. 4. & nuper in Romana fideicommissi de Donatis 23. Iuny 1634. coram R. P. D. meo Panzirolo.*

Alij verò ex Dominis existimabant reuera ex dispositione Franciscæ resultare simplex, & absolutum fideicommissum etiam in casu mortis, quia post vocationem, & substitutionem saltem vulgarem descendentium filiorum Ioannis Baptistæ facta fuit prohibitio alienationis, quo casu cum censeatur valida, etiam sine alia adiectione causæ, tanquam facta fauore substitutorum, & ad maius præcedentis substitutionis robur, propterea, vt verba sequentia, *Sed perpetuò penes familiam Formicinorum illam esse voluit, &c.* aliquid † operentur, debent induce- 4
re fideicommissum simplex, & absolutum iuxta distinctionem in omnibos Italiæ Tribunalibus receptam, de qua Socin. sen. *d. consil. 227. num. 3. lib. 2.* Cephal. *consil. 153. num. 54. & 56.* Peregr. *de fideicommiss. d. art. 14. num. 16. & consil. 45. num. 16. lib. 1.* Odd. *consil. 46. num. 6. & 23.* Laderch. *consil. 92. num. 1.* Belloo. iuo. *consil. 1. num. 74. & consil. 61. num. 10.* & admittit Rota *in d. dec. 568. num. 8. part. 1. diuers. & in dec. 681. num. 1. part. 2. recent.* & in aliis decisionibus præallegatis.

Attamen in hoc Domini conuenerunt, quod quatenus citra veri præiudicium extet fideicommissum, illud tamen ad fauorem Vincentij non fuerit purificatum.

Quoniam prohibitio alienationis extra familiam, ex qua deducitur fideicommissum, non stat independenter, ac principaliter de per se, sed accessoriè, & consequutiuè ad præcedentem vocationem descendentium Ioann. Baptistæ & respicit easdem personas, & eadem bona, quæ respicit substitutio, & consequenter censetur facta fauore dumtaxat substitutorum, vt robur adiiciat vocationi præcedenti, quam propterea non ampliat, aut extendit, † sed 5
ipsa prohibitio accessoria restringitur ad terminos, & declaratur secundùm qualitates ipsius substitutionis cui adnectitur iuxta celebre Dec. *consil. 636. num. 7.* cum quo transeunt communiter Doctores cumulati post alios per Bellon. iun. *cons. 12. num. 43. & cons. 17. num. 90.* Fusat. *de substit. quæst. 688. num. 36.* & millies amplexa fuit Rota, vt apud Card. Seraph. *dec. 482. num. 3. & dec. 883. num. 4. & 5. ac dec. 1023. num. 10. & diuers. dec. 698. num. 16. part. 1. atque in rec. dec. 54. num. 5. & dec. 100. num. 7. ac dec. 300. num. 20. & dec. 316. num. 6. part. 1. & decis. 267. num. 5. ac decis. 707. num. 7. part. 2. & coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 294. num. 7.* & apud Card. Caual. *dec. 481. num. 5. & dec. 513. num. 3.* quæ loquitur etiam in fideicommisso reali, & *in Romana de Milesiis 15. Nouemb. 1624. coram R. P. D. meo Pirouano, & 29. Maij 1616. coram bo. me. Remboldo.* Quo posito sequitur, quòd dum in hac † prohibitiooe exprimitur fami- 6
lia, intelligi debeat de familia effectiua, hoc est descendentium Ioannis Baptistæ, quos prius vocauerat, qualis non est Vincentius, noo autem de familia contentiua de Formicinis, prout in his terminis, quod scilicet vbi † vocata fuit familia effectiua, & 7
descendentes alicuius, tunc appellatione familiæ positæ in adiacenti prohibitione alienationis, veniat familia effectiua tantùm, & descendentes, de quibus loquitur præcedens vocatio, scripserunt Ruin. *consil. 153. num. 11. lib. 2.* Soc. sen. *inter cons.* Curt. sen *consil. 40. num. 14. & 15.* Socin. iun. *cons. 97. num. 62. lib. 2.* Cephal. *cons. 510. num. 16.* Torniel. *cons. 76. num. 19.* Peregr. *cons. 57. num. 11. & 12. lib. 5.* vbi conciliat contrarias doctrinas, *& decis. Patauin. 134. num. 3. & 7.* Fusar. *de substit. quæst. 351. num. 14. & 21.* & consuluerunt celebres I. C. inter eiusdem Fusar. *consil. 18. num. 18. & cons. 169. num. 61.* Marta *cons. 96. num. 6. & seqq.* & dixit Rota *in decis. 300. num. 21. & 31. part. 1. recent.*

Quod antem prohibitio prædicta ftet accessoriè,
& consequutiuè ad vocationem præcedentem de-
scendentium, & familiæ effectiuæ Io. Bapt. desum-
pserunt Domini, tnm ex verbis illis, *voluit & vult*
nullo vnquam tempore à dictis filiis, & heredibus posse
8 *alienari*, &c. quæ verba *dictis* sunt restrictiua, † & re-
latiua personarum, de quibus in præcedenti dispo-
sitione, ita tradunt Crauet. *cons.* 98. *num.* 8. Menoch.
cons. 86. *num.* 44. *& cons.* 1005. *num.* 3. *ac consil.* 1177.
num. 1. *& præs.* 69. *num.* 7. *lib.* 4. Fusar. *cons.* 115. *num.* 10.
& fuit dictum *in Perusina fideicommissi de Baptistis*
17. *Martij* 1631. *coram R. P. D. meo Dunozetto*, & in
specie prohibitionis alienationis scripsit Ruin. *con-*
sil. 96. *num.* 12. *lib.* 2.

Tum ex alio relatiuo, *Quam domum*, immediatè
dispositioni in fauorem descendentium annexo, ex
quo pariter secundùm eius naturam restringitur pro-
9 hibitio † ad limites substitutionis, & operatur, vt
connectatur prohibitio cum substitutione, itaut vna
alteri inesse dicatur, ex trad. per Curt. iun. *cons.* 115.
num. 21. *ad med.* Rota *coram Card. Caual. decis.* 296.
num. 1. *& in rec. decis.* 167. *num.* 5. *part.* 2. tum demum
ex aliis verbis, *sed perpetuò esse penes familiam*, &c.
10 cuius aduersatiuæ † (*sed*) ea est natura, vt retentia
iisdem terminis, & qualitatibus, prohibitio dica-
tur facta personis eiusdem generis cum præceden-
tibus, & sic, descendentibus, & familiæ effectiuæ
Ioan. Baptistæ, vt est text. *in l. peto. §. fratre, ff. de leg.* 2.
& notat Cyn. *in auth. Sacramenta num.* 2. *C. si aduers.*
vend. Natt. *cons.* 570. *num.* 10. latè Surd. *cons.* 315. *num.* 2.
Citiac. Negt. *controuers. forens. cap.* 400. *num.* 121. &
dixit Rota *in Beneuentana territorij* 2. *Maij* 1586. *co-*
ram Gypsio, quæ omnia verba videntur etiam inferre
11 prohibitionem alienationis † esse personalem, & sic
adiectam solùm descendentibus vocatis pro maiori
robore eorum vocationis, & pro difficiliori eius
euersione, Surd. *consil.* 77. *num.* 22. Fusar. *de substitut.*
quæst. 673. *num.* 19. *&* 20. & Rota apud Card. Seraph.
decis. 482. *num.* 2. *& dec.* 1216. *num.* 12. *& in dec.* 316.
num. 6. *part.* 1. *rec.*

12 Non obstat, quod vbi ratio † prohibitionis est
generalis, prout in casu præsenti, tunc illa inducat
fideicommissum, seu extendat etiam vltra vocatos
in præcedenti substitutione ex theorica Bart. *in l.*
pater filium, § fundum num. 3. *ff. de leg.* 3. Quia id lo-
13 cum obtinet, † vbi prohibitio alienationis stat de
per se independenter per viam principalis dispo-
sitionis in separata oratione, sed dum accessoriè, &
consequutiuè subnectitur, ac deseruit præcedenti vo-
14 cationi, tunc tam prohibitio, quàm † ratio prohibi-
tionis non egreditur personas vocatas, sed ad illas
restricta censetur, vt post alios declarat Gabr. *con-*
sil. 132. *num.* 21. *lib.* 1. & Rota apud Card. Seraph. *d.*
decis. 481. *num.* 3. *& diuers. decis.* 698. *num.* 16. *part.* 1.
ac in rec. decis. 300. *num.* 20. *part.* 1. vbi plenè satisfit
contrariis obiectis, *& in d. Rom. de Milesiis coram bo.*
me. Remboldo.

15 Nec etiam obstat dictio (*perpetuò*) † adiecta in
prohibitione alienationis extra familiam, ex qua
desumi coniecturam, quod vocata fuerit familia
contentiua, non effectiua prætenditur ex Paris. *con-*
sil. 22. *num.* 61. *lib.* 3. Rimin. iun. *consil.* 482. *num.* 41.
16 Quia loquuntur † præallegati Doctores in casu quo
prohibitio stat independenter, & in separata ora-
tione de per se; secus autem vbi, vt hic, est acces-
soria, & consequutiua præcedenti vocationi; tunc
enim intelligitur demandata conseruatio bonorum
perpetuò in familia effectiua, & descendentia, de
qua disponens loquutus est in præcedenti vocatio-
ne, quæ apta est esse perpetua, & sic operatur fu-
turam durationem fideicommissi in casu disposito,
† non autem operatur fideicommissi multiplica- 17
tionem, vt consuluerunt Cephal. *consil.* 510. *in prin-*
cip. & num. 16. Menoch. *consil.* 85. *num.* 104. *& con-*
sil. 326. *num.* 38. latè Mart. *de success. part.* 3. *quæst.* 1.
art. 5. *num.* 34. Fusar. *consil.* 169. *num.* 24. Rota *de-*
cis. 698. *num.* 16. *part.* 1. *diuers. & dec.* 490. *num.* 10.
part. 4. *diu. & coram Card. Caual. dec.* 454. *num.* 11.
& signanter in his terminis *in dec.* 300. *num.* 28.
& decis. 486. *num.* 12. *part.* 1. *rec.* & verbum, *perpe-*
tuò, secundùm † subiectam materiam nedum ve- 18
rificari dicitur in vna familia effectiua, sed etiam
in vita vnius vocati, vt per Roland. *consil.* 84. *nu-*
mer. 11. *lib.* 1. Surd. *consil.* 123. *num.* 14. *&* 15. Fusar.
consil. 4. *num.* 56.

Minus aduersatur, quòd Francisca fideicommit-
tens nullos haberet descendentes, & ad fideicom-
missum vocauerit etiam Episcopum Strongoleñ qui
nullos † legitimè poterat habere descendentes, & 19
inde inferatur vocationem intelligendam esse de
familia contentiua, ex Rota *decis.* 193. *num.* 10 *part.* 1.
rec. cum aliis.

Quoniam dum Francisca vocauit descendentes
Ioannis Baptistæ fratris, non autem agnatos sim-
pliciter; ad eos etiam dicitur restricta familiæ ap-
pellatio, etiam si proprios descendentes non ha-
beret fideicommittens, & in ea tunc solùm, con-
tineri transuersales etiam, & capi † pro familia 20
contentiua, quando agnati sunt principaliter, &
indefinitè vocati, resoluit *d. dec.* 193. & ita fuit de-
clarata in alia decis. in eadem causa emanata, quæ
est *decis.* 300. *num.* 19. *part.* 1. *rec.* Dumque vnà cum
Episcopo vocati fuerunt descendentes alterius
fratris, ad illos refertur subsequens vocatio fami-
liæ, in quibus potest verificari, non autem ad Epi-
scopum, ad trad. per Fusar. *consil.* 91. *num.* 8. & de quo-
rum agnatione censetur † intellexisse Francisca, 21
non autem de propria cum esset mulier ex dedu-
ctis per Gabriel. *consil.* 116. *num.* 6. *lib.* 2. Nullum-
que est discrimen, quòd quis vocauerit suos de-
scendentes, † vel alicuius tertij, semper enim voca- 22
tio est restricta ad tales descendentes, & sic ad fa-
miliam effectiuam, & propterea censentur exclusi,
qui non sunt descendentes, sed sunt in familia con-
tentiua.

Nec facit, quod non fuerint vocati descenden-
tes Ioannis Baptistæ, sed filij, & eorum hæredes,
ac successores; Quoniam dum † versamur in voca- 23
tione actiua, veniunt propriè filij & cæteri de-
scendentes, siue vocentur hæredes, siue vocentur
hæredes, & successores, vt latè comprobat Menoch.
consil. 958. *num.* 3. *& seqq. & consil.* 1177. *num.* 2. *&* 10.
& fuit dictum in Spoletana fideicommissi 27. *Nouemb.*
1628. *&* 30. *Aprilis* 1619. *coram Eminentiss. D. Card.*
Vbaldo.

Minus releuat quòd in prohibitione fuerit voca-
ta familia addito proprio nomine Formicinorum,
ex † qua expressione censeri vocatam familiam con- 24
tentiuam arguunt Peregr. *consil.* 149. *num.* 21. *lib.* 5.
Fusar. *quæst.* 351. *num.* 37.

Quoniam si prohibitio non esset accessoria, &
dependens, connexaque vocationi restrictæ ad fa-
miliam effectiuam procederet obiectum, & appli-
carentur allegati Doctores, sed data consequutiua
hac editione familiæ Formicinorum † non po- 25
test expressio nominis proprij operari extensione
ad contentiuam, vt in his terminis consuluit Soc.
sen. inter cons. Curt. sen. *consil.* 40. *num.* 14. vbi vo-
cata

26 cata † fuerat familia de Fontana, & tamen ob consequutiuam accessionem venire solùm descendentes probat, & censeri exclusos alios ex familia contentiua, plenè Menoch. *consil.* 233. *num.* 17. *&* 27. *&* *cons.* 732. *num.* 41. Marta *cons.* 96. *num.* 4. Roger. *cons.* 37. *sub num.* 28. *lib.* 2. idemq. Fusar. *cons.* 107. *num.* 2. *&* 4. & hac distinctione conciliantur quotquot alij in contrarium facere videntur, præsertim quia in casu
27 præsenti pro restrictione † ad familiam effectiuam vrget etiam duplex ratio per fideicommittentem expressa; prima scilicet charitatis, qua prosequebatur descendentes Ioannis Baptistæ; secunda Iurium, quæ iidem habere poterant ratione dotis super bonis fideicommittentis, quæ rationes quemadmodum non applicantur Transuersalibus, & aliis de familia contentiua, hinc neque ad illos trahi
28 potest vocatio, causa † enim, & ratio in specie restringit dictum in genere, vt est text. *in l. cum pater*, *§. dulcissimis, ff. de leg.* 2. & dixit Bald. *in l. iubemus. in* 2. *notab. C. ad Velleian.* Aneliat. *consil.* 254. *num.* 4. Alexand. *consil.* 170. *num.* 9. *lib.* 2. Surd. *d. consil.* 77. *num.* 33.

Addebant aliqui ex Dominis, Vincentium non posse agere ad fideicommissum domus, dato etiam, quod vocata fuerit familia contentiua, quia ad hoc,
29 vt ipse censeatur comprehensus, † probare debet concludenter se descendere à communi stipite, & eodem colonello, à quo descendit Ioannes Baptista, cuius filij, & successores fuerunt vocati, ita vt sit illis coniunctus, & de eadem prosapia, ita tradunt Paris. *cons.* 51. *num.* 6. *lib.* 2. Peregr. *cons.* 42. *num.* 4. *lib.* 5. Roger. *cons.* 37. *num.* 28. *lib.* 2. Rota apud Card. Mant. *dec.* 88. *num.* 2. *&* 3. Neque solùm se esse descenden-
30 tem, † sed etiam descendentem, & agnatum legitimum, quamuis de hoc pars non opponat, Roland. *cons.* 32. *num.* 19. *lib.* 3. Cephal. *cons.* 82. *num.* 10. *lib.* 1. Honded. *cons.* 4. *num.* 103. *lib.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 491. *num.* 15. *&* 16. Et stemmatis gentilitij, In-
31 signiumque identitas est iustificanda; † cum discrepantia etiam in coloribus soleat inferre familiæ diuersitatem, vt monuerunt Alex. *cons.* 213. *in princ. & num.* 2. *lib.* 6. Paris. de Put. *de re militar. lib.* 6. *tit. de Insignijs num.* 8. Chass. *in catalog. glor. mund. part.* 1. *conclus.* 20. Peregr. *de fideic. art.* 22. *num.* 26. adeò non suf-
32 ficiat sola identitas cognominis, cum † non cognomen, sed agnatio, & descendentia ab vno stipite, quamuis remotissimo operetur identitatem familiæ, ad *l pronunciatio, ff. de verb. signif.* Peregr. *d. art.* 22. *num.* 26. Surd. *consil.* 316. *num.* 10. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 78. *num.* 2. *& consil.* 1177. *num.* 3. *&* 7. *ad med.* vbi reprobat Gabr. *cons.* 132. *num.* 59. *lib.* 1. contrarium consulentem, Bellon. iun. *cons.* 45. *num.* 55. *& seqq.* quas probationes ita concludentes visum fuit, non esse, quæ deducebantur ex testibus pro Vincentio, quia hanc descendentiam, & quidem legitimam à communi stipite concludere non videntur, dum
33 deponunt † de auditu, & rationes dicti sufficientes reddere neque videntur; in quo tamen motiuo alij Domini dissentiebant putantes sufficere allatas probationes dum familiam Formicinam Vrbis descendere à familia Montis Rotundi, & descendentes vtriusque inuicem vti agnatos se gessisse semper affirmant.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

Decisiones Rotæ.

R. P. D. DVNOZETTO.

Sancti Seuerini Dotis.

Die Lunæ 12. Februarij 1636.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum successiuum, & perpetuum ad fauorem illorum de linea, quando dicatur inductum. Lineæ appellatione, qui veniant. Hæreditas, quando dari possit in Codicillis.

SVMMARIVM.

1. *Obligationi Camerali alienius, quando est factus locus, contra eum relaxatur mandatum.*
2. *Liberè ad aliquem, vt aliqua res dicatur tradita, quid requiratur.*
3. *Alienationis prohibitio facta inter vocatos, inducit fideicommissum.*
4. *Fideicommissum clarum ad fauorem illorum de linea, dicitur inductum, si testator voluit, quod finita d. linea, bona reuertantur ad aliquam Ecclesiam. & num.* 5.
6. *Testator, quando deficiente linea, vocauit Ecclesiam, ex hoc resultat successiuum, ac perpetuum fideicommissum, inter illos de linea.*
   Alioquin d. vocatio locum habere non posset, nisi omnes de linea vocati essent. ibid.
7. *Lineæ appellatione regulariter venit solum linea effectiua vocatorum.*
8. *Lineæ appellatione veniunt omnes descendentes.*
9. *Hæreditas in Codicillis nec dari, nec adimi directò potest.*
10. *Sed quando præcessit hæredis institutio in testamento, secunda substitutio facta in codicillis sustinetur in vim fideicommissi.*
    Adeo vt hæredes in testamento scripti censeantur grauati communicare hæreditatem, cum hærede dato in Codicillis.
11. *in Legatorum reuocatione regulariter non comprehenduntur legata conditionalia, & difformia.*
12. *Ecclesiæ, & loci pij fauor in dubio attendendus est.*
13. *Demonstrationes duæ sufficiunt ad probandum identitatem.*
15. *Res in alio acta, non præiudicat ei, qui in ea non interuenit.*
16. *contra Donatarium non potest procedi via executiua, si donans erat obligatus in forma Cameræ.*
17. *contra Hæredem potest procedi via executiua propter obligationem testatoris in forma Cameræ.*

DECISIO VII.

QVondam Camillus Seruantius cum interuentu Alphonsi, Gregorij ac Virgilij eius filiorum de anno 1605. nuptui tradidit Deciam filiam Palmilio Seruantio filio quondam Fuluij cum dote scut. 3000. soluenda in annuis paghis scut. 300. & cum pacto, quòd illa poni deberent in tuto. Vice versa Fuluius, cum interuentu dicti Palmilij filij, nuptui quoque tradidit Liuiam Clearcho Seruantio alteri filio dicti quondam Camilli, ac dd. Alphonsi, Gregorij, & Virgilij respectiuè fratri cum simili dote scut. 3000. soluenda in annuis paghis scut. 300. quæ pariter dicti Alphonsus, & alij fratres de Seruantiis insolidum promiserunt ponere in tuto.

Ortis hinc inde diffidiis super solutione dd. dotium, prædictæ partes de anno 1610. fecerunt compromissum in bon. mem. D. meum Archiepiscopum Seleucień tunc ciuitatis sancti Seuerini gubernatorem, qui de anno 1611. laudum tulit, in quo inter alia condemnauit d. Palmilium ad cedeń ratam scut. 1300. dotis sibi promissæ pro Decia vxore dicto Clearcho, cui pro eadem rata dotis sibi promissæ pro Liuia vxore assignauit quando domum, quam d. Alphonsus vnà cum eodem Clearcho, & aliis prædictis fratribus de Seruantiis possidebat, ea tamen lege, quòd Alphonsus teneretur illam tradere liberam ab omni fideicommisso, etiam respectu portionis spectantis ad Clearchum.

Defuncta Liuia, Clearchus eius maritus conuolauit ad secundas nuptias, & postea decessit relictis quibusdam filiis masculis, qui cum occupauerint d. domum vti subiectam fideicommisso quōdam Laurentij Lauri, Maria filia, & hæres d. Liuiæ conuenit Constantiam vti hæredem dicti Alphonsi pro recuperatione dotis maternæ, vel ad docendum dotem pro dicta rata scut. 1300. fuisse positam in tuto iuxta obligationem Alphonsi eius auctoris, aliàs videtur relaxari mandatum executiuum pro eadem rata; causaque ad Rotam delata, & mihi commissa, dubitaui, an dictum mandatum esset relaxandum, & Domini responderunt affirmatiuè.

Clara siquidem est obligatio dicti Alphonsi, qui vnà cum aliis fratribus de Seruantiis insolidum, ac in forma Cameræ promisit ponere in tuto dotem dictæ Liuiæ vxoris Clearchi fratris, vt in apocha materiali data in sum. n. 1. Cumque idem Alphonsus dictam ratam scut. 1300. cessam à Palmilio dicto Clearcho pro dote eiusdem Liuiæ non posuerit
1 in tuto, vtique factus est locus stipulationi, † & sic iure merito venit contra eius bona relaxandum mandatum pro dicta rata loco damnorum, & interesse. Marescott. *var. resolut. cap. 90. lib. 1.* Gratian. *discept. cap. 301. num. 1.* Rot. *decis. 741. num. 1. part. 1. diuers. & decis. 139. num. 1.* post Cenc. *de cens. & coram Gregor. XV. decis. 88. num. 3.*

Non obstat, quòd Alphonsus pro dicta rata scut. 1300. iam assignauerit d. Clearcho domum, de qua agitur vigore dicti laudi, etenim cum filij eiusdem Clearchi ex secundo matrimonio eamdem domum occupauerint tanquam vocati ad fideicommissum quondam Laurentij Lauri, & contra Mariam filiam, & hæredem d. Liuiæ obtinuerint etiam inhibitionem ab A. C. ne eos molestaret in possessione eiusdem domus, satis deprehenditur, dotem maternam pro dicta rata non esse in tuto, neque domum traditam esse liberam à dicto Alphonso iuxta formam
2 dicti laudi, cum † ad vtrumque effectum requiratur, vt nullum præstetur impedimentum. Abb. *in cap. 2. num. 2. de pact.* Imol. *ibid. num. 2.* Strac. *de assecur. in rubr. num. 6.* Gloss. *in cap. Romanam, §. deinde, in verb. liberò, de censib. in 6.* Ruin. *cons. 119. num. 3. lib. 1.*

Quòd autem d. domus fuerit subiecta fideicommisso quondam Laurentij, satis desumitur ex eius testamento, in quo institutis hæredibus Alphonso, Antonio, Francisco, Virgilio, ac Seuerino de Seruantiis de Lauris, per hæc verba disposuit.

L'infrascripti saranno i miei heredi nominati da me, cioè il Signor Alfonso Seruantio, &c. *alli quali lascio tutto il mio stabile, cioè la casa mia, doue io habito, nel modo, che si troua hoggi fabricata da me, horto, e cortile, con conditione, che trà loro non si possa diuidere, ne darla per dote à qualsiuoglia Donna Giouane, maritata, non maritata, ouero Religiosa, o vedoua, ne per qualsiuoglia eccesso, che loro facessero, ò commettessero possa esser confiscata, ne manco horto di detta casa, che non vi si possa far censi, ne compagnio d'officio*, &c.

Deinde subdit. *E perche la casa della Palombara è del mio patrimonio, non voglio, che sia compresa nello stabile, che io lascio in questo presente testamento, lo lascio à M. Clearco Seruantio de Lauri*, &c *con patto che sia sottoposta al fideicommisso, come sta specificato in questo presente testamento.*

Et inferius. *Intorno al regresso, che voglia ordinare per la Santissima Madonna de Lumi, mia auuocata, e di tutta questa famiglia*, &c. *Dico che il regresso s'intenda sopra la casa vecchia, finita la linea de' Seruantij de' Lauri, che li successori siano di legitimo matrimonio nati, cioè padre, o madre, & loro figliuoli medesimamente nati. Escludo figliuoli naturali, e donne*, &c.

Ex quibus liquido constat de fideicommisso super d. domo, nedum quia testator † prohibuit illius 3
alienationem, & diuisionem inter ipsos de familia, quæ prohibitio regulariter inducit fideicommissum, Gozadin. *consil. 32. num. 5.* Dec. *consil. 584. num. 8. & consil. 637. num. 6. & 9.* Sim. de Præt. *vlt. vol. fol. 263. num. 10.* Gabr. *de fideicommiss. concl. 9. num. 26.* Fusar. *de substit. quæst. 688. num. 109.* Verùm etiam quia deficiente linea de Seruantiis, testator voluit, quòd domus reuerteretur ad Ecclesiam Diuæ Mariæ Luminum, quo casu resultat † clarum fideicommissum 4
ad fauorem illorum, qui sunt de linea. Decian. *consil. 3. num. 64. l. 1.* Cephal. *consil. 386. num. 14.* Fusar. *de substit. d. quæst. 688. num. 89.*

Hinc non obstat, quòd dictum fideicommissum fuerit extinctum, ex eo quòd hæredes primo loco vocati decesserint absque filiis. Quandoquidem cum testator in tota eius ferè dispositione vsus fuerit verbis collectiuis, familia, linea, & successoribus ibi: *Per esser mutato l'ordine della famiglia*, &c. *Dico, che il regresso à fauore della Santissima Madonna de Lumi s'intenda, finita la linea de Seruantij, de Lauri*, &c. *Che li successori siano di legitimo matrimonio nati*, &c. Sicque appareat testatorem vocasse familiam, lineam, & successores, bene desumitur, d. fideicommissum non expirasse inter ipsos vocatos,
sed omnes de familia, ac linea de Seruantiis † ad 5
illud vocatos fuisse, vt in terminis vocationis familiæ tradunt Peregr. *de fideicommiss. art. 22. num. 26. vers. verum.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 12. & seqq.* Fusar. *de substit. quæst. 351. num. 1. & num. 9. vers. ego in puris*, & in terminis lineæ idem Peregr. *de fideicommiss. d. tit. 22. num. 24.* Fusar. *de substit. quæst. 345. num. 1. & seqq.*

Præsertim cum testator deficiente dicta linea de Seruantiis vocauerit Ecclesiam Diuæ Mariæ Luminum, quo casu resultat successiuum, ac perpetuum fideicommissum inter illos de linea, nam alioquin
† d. vocatio locum habere non posset, nisi omnes 6
de linea vocati essent. Decian. *d. consil. 3. num. 64. lib. 1.* Fusar. *de substit. quæst. 382. num. 44.*

Non obstat, quòd regressus intelligatur super domo *della Palombara*, & non super domo *con horto, e cortile*, ex eo quia dixit testator, *che il regresso s'intenda sopra la casa vecchia.* Quoniam fuit responsum, quòd ex supradictis verbis, ibi: *Con patto che stia sottoposta al fideicommisso come stà specificato in questo presente testamento*, liquet vtramque domum subiectam esse fideicommisso ad fauorem familiæ de Seruantiis, & ex aliis etiam rationibus per informantes deductis.

Non obstat quòd neque Clearchus, neque eius filij

filij fuerint instituti hæredes in testamento, sed dumtaxat Alphonsus, Antonius Franciscus, Virgilius, ac Seuerinus, sicque cesset fideicommissum ad fauo-
7 rem dicti Clearchi, eiusque filiorum, cum † appellatione lineę, veniat regulariter linea effectiua vocatorum. Bald. *cons.* 321. *per tot. lib.* 1. Menoch. *cons.* 234. *n.* 8. *l.* 3. Peregr. *de fideic. art.* 22. *num.* 14. cum aliis cumulatis per Fusar. *de subst. quæst.* 345. *num.* 1. *& seqq.*

Etenim testator in eodicillis per eum deinde factis d. Clearchum hæredem instituit eodem modo, & cum eisdem prætogatiuis quibus alij fratres fuerunt instituti hæredes in testamento. ibi: *Che il Sig. Clearco figliuolo di M. Camillo Seruantio sia nominato herede, e s'intenda nominato, quanto e come, e nel medemo modo dell'altri heredi in detto testamento nominati è com tutte quelle prerogatiue.* Vnde tam Clearchus, quàm eius filij, qui sunt de illius linea effectiua, vocati
8 censentur, † cum appellatione lineæ veniant omnes descendentes. Fusar. *d. quæst.* 345. *num.* 1. *&* 6. Peregr. *de fideic. d. art.* 22. *num.* 24.

9 Non obstat, quòd hæreditas in † codicillis dari, nec adimi directò possit. *l.* 2. *C. de codicil.* §. *codicillis. Instit. eod. tit.* Nam cum præcesserit hæredis institutio in testamento, secunda institutio facta in codicillis, sustinetur in vim fideicommissi, adeout hære-
10 des in testamento † scripti censeantur grauati committuoicare hæreditatem, cum hærede dato in codicillis. *d. l.* 2. *versic. verbis tamen. C. de codicil. l.* 2. §. *fin. vers. sed &* *fideicommissa petitur*, vbi Bart. & alij. *ff. de iur. codicil.* §. 4. *codicil. vers. nam per fideicommiss. Inst. de codicil. l. Scæuola. ff. ad Trebell.* Molin. *de primog. Hisp. l.* 1. *c.* 8. *num.* 38. latè Castil. *quotid. contr. part.* 4. *cap.* 21. *num.* 73. *& seqq.*

Non obstat, quòd testator in eisdem eodicillis reuocauerit omnia legata pia, & non pia, duobus exceptis, & per consequens fideicommissum super domo, de qua agitur, ad quod fuit vocata Ecclesia S. Mariæ Lumioum, finita linea de Seruantiis, sit itidem reuocatum.

Nam contrarium Domini censuerunt ex eo, quòd
11 io † reuocatione legatorum regulariter non comprehenduntur legata conditionalia, & difformia, iuxta tradita per Ruin. *cons.* 13. *sub n.* 10. *lib.* 2. Franc. *dec.* 167. *num.* 3. & cum adempto in aliis legatis verificati possit, non videtur trahenda ad fideicommissum. Seraph. *decis.* 1409. *num.* 4. præsertim in præiudi-
12 cium Ecclesiæ, † & loci pij, cuius fauor in dubio attendi debet. Bald. *in c. in præsentia. col. pen. de prob.* Tiraquell. *de pia caus. priuil.* 98. *in fin.* Gratian. *c.* 88. *num.* 6. *& cap.* 131. *num.* 2.

Non obstat, quòd domus, super qua fuit impositum fideicommissum, non sit illamet, quæ fuit assignata Clearcho pro dote Liuiæ. Quoniam illius identitas satis apparet ex combinatione demonstrationum, & confinium expressorum in testamento eom illis, quæ in instrumento dictæ assignationis expressæ fuere.

In testamento namque ista domus hisce finibus enunciatur, *Alli quali lascio tutto il mio stabile, cioè la casa mia, doue io habito nel modo, che hoggi si ritroua fabricata da me cō horto e cortile*, &c. & in clausula (Actum) prædicta domus eum istis finibus enunciatur ibi: Actum in ciuitate S. Seuerini, in Quartterio S. Marci in domo prædicti D. Lautentij iuxta bona D. Scipionis Lazzarelli, vias publicas, & alia latera; in Instrumento autem assignationis domus vigore d. laudi dicitur: *Diamo, e concediamo, & assegnamo al detto Sig. Clearco per pagamento delli detti scudi* 1500. *che gli hà conceduti il detto Sig. Palmilio la casa, che hora tengono, e possedono li sopradetti Signori Virgilio, Alfoso, Antonfrancesco, Clearco, e Seuerino fratelli nella Città di S. Seuerino, nel Quartiero di S. Marco in contrada detta la Gadetta, presso li beni, e casa di M. Scipione Lazzarelli da vna parte, & da altri suoi notissimi confini ceu horto ad essa contiguo, e Palombara alle mura della Città, &c.* Demum Seruantij filij dicti Clearchi, qui obtinuerunt inhibitionem pro manutentione in hac domo vigore dicti fideicommissi illam cum eisdem ferè confinibus descripserunt, ibi: Pro parte, & ad instantiam Catoli, Camilli, &c. exponentium ipsos instantes esse in pacifica, & quieta possessione vnius domus positæ in ciuitate S. Seuerini Quartetio S. Marci, & contrada nuneupata la Gadetta, eon hotto contiguo; e eortile, iuxta bona Scipionis Lazzarelli ab vno viam communitatis, & alia latera.

Ex quibus satis apparet de identitate istius domus, eum ad hunc effectum etiam † duæ demon- 13
strationes sufficiant iuxta theoricam, quam tradit Bart. *in l. demonstratio falsa. num.* 14. *& seq. ff. de cond. & demonstr.* Crau. *cons.* 111. *num.* 3. Surd. *cons.* 44. *num.* 10. Greg. XV. *dec.* 575. *num.* 4. *& seq.*

Non obstat, quòd in dicto laudo fuerit conuentum quod Palmilius deberet cedere iura Clearcho, quæ cessio cum adhuc facta non fuerit, actio competens contra Alphonsum, seu illius hæredem repellitur exceptione non adimplementi. Quoniam vltra quod de dicta cessione satis constare videbatur ex assignatione prædictæ domus facta vigore dicti laudi, eodem Palmilio ratificante, fuit responsum Liuiam, seu Matiam illius hæredem non agere vigore dicti laudi, sed vigore promissionis † factæ per Al- 14
phonsum in apocha matrimoniali de ponendo in tuto dotem eiusdem Liuiæ, ratione cuius promissionis benè competit actio eontra bona Alphonsi, ex supra alleg.

Minos obstat transactio inita de anno 1618. inter Alphonsum, & Cleatchum, in qua fuerunt cassata priora instrumenta, & actiones hincinde remissæ.

Nam, quicquid sit, an comprehendat necne apocham matrimonialem, cuius vigore hodie agitur, illa tanquam res inter alios acta non † præiudicat 15
Liuiæ, quæ in ea non interuenit. *l. inter alios C. res inter alios acta. l. Modestinus. ff. de except. cap. inter dilectos, de fide instr.*

Demum non obstat, quòd Constantia non sit hæres, sed donataria Alphonsi, ideoque † contra ipsam 16
agi non possit via executiua, quoniam in duobus Instrumentis datis in summ. Mariæ. *num.* 7. apparet ipsam Constantiam se vocasse hæredem Alphonsi, & sic videtur contra † ipsam posse agi executiuè 17
propter obligationem in forma Cametæ præstitam per Alphonsum eius auctorem. Gallesf. *de obl. Cam. quæst.* 4. *num.* 1. *&* 12. Rot. *dec.* 630. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana Fideicommissi de Cardellis.

Die Veneris 19. *Decembris* 1636.

ARGVMENTVM.

Positi in conditione censentur vocati vigore Statut. Vrb. lib. 1. cap. 142. consil. Oldrad. 21. quando non sit locus. Testator,

quando appareat desiderasse agnationis conseruationem.

SVMMARIVM.

1. *Filij positi in conditione censentur vocati ex dispositione Statut. Vrb.lib.1. cap.142.*
2. *Et perinde est, ac si testator verbis dispositiuis vsus substituisset dictos positos in conditione.*
3. *Vocati successiuè, quando plures sunt, licèt aliquis caducetur gradus, adhuc tamen postea vocati admittuntur.*
4. *Testator, si hæredem instituerit sub conditione, quod si filios non habuerit, teneatur restituere hæreditatem alteri, & sic etiam disposuit de alteris substitutis, tunc vno decedente cum filiis, expirat substitutio.*
5. *Testator, quando apparet, quod voluit absolutum fideicommissum, tunc receditur à cons. Oldrad.21.*
6. *Consequens, qui vult, censetur velle etiam antecedens necessarium.*
7. *Dictiones semper, & in perpetuum, interpretantur sine aliqua præfixione temporis.*
8. *Alienationis prohibitio, quando non fuit facta per modum principalis, ac separata dispositionis, sed consequutiuè, tunc restringenda venit iuxta terminos præcedentis substitutionis.*
9. *Fideicommissum absolutum resultat ex dictionibus semper, & in perpetuum.*
10. *Testator apparet enixè desiderasse perpetuam suæ agnationis ac familiæ conseruationem ex eo, quod vocauit masculos exclusis fœminis, quas competenter dotari voluit.*
11. *Item si in defectum agnatorum vocauit alios, cum onere assumendi nomen, & insignia suæ domus. & num.12. & 13.*
14. *Testatoris verba, quando habent tractum successiuum, tunc receditur à consil. Oldrad.21.*
15. *ad Voluntatem testatoris indagandam tota testamenti series, & coniectura, vnde resultantes coniungenda, & perpendenda sunt.*

DECISIO VIII.

IVlius Cardellius hæredem instituit Fabritium filium naturalem legitimatum, qui semper, & quando moreretur sine filiis legitimis, & naturalibus, seu descendentibus illorum, & in defectum legitimorum, & naturalium, sine naturalibus tantum masculis exclusis fœminis, quas mandauit competenter dotari, substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum Alexandrum de Vrsinis eius ex filia nepotem, cum onere assumendi cognomen, & insignia familiæ testatoris; & casu quo d. Alexander nollet prædicta adimplere seu si decederet sine filiis legitimis, & naturalibus masculis substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum filium masculum natu maiorem Sulpitiæ, & Iouiæ filiarum d. testatoris, cum conditione, quod debeat se cognominare de domo, & familia de Cardellis, eisque Insigniis vti.

Item prohibuit expressè dicto hæredi instituto, & substituto, & successoribus eorum quamcumque alienationem largissimè sumpto vocabulo quorumcumque bonorum stabilium; cum intentio testatoris esset, quod sua bona remanerent semper, & in perpetuum in domo, & familia patris.

Defuncto supradicto testatore obiit Fabritius hæres institutus, superstite tamen Iulio filio, cui sine
filiis decedenti prædecessit d. Alexander relictis Sci-
pione, & Mario filiis, qui hodie prætendunt fidei-
commissum esse ad ipsorum fauorem purificatum.
Vnde dedi dubium, An de tali fideicommisso consta-
ret, eoque proposito, Domini affirmatiuè respon-
derunt. Nam quamuis Scipio, & Marius expressè
substituti non legantur, nihilominus cum tanquam
filij legitimi, & naturales masculi d. Alexandri fue-
rint in † conditione positi ex dispositione Statuti 1
Vrbis *lib.1.cap.142.* censentur tacitè vocati, Rota *de-
cis.424.num 1.part.2. & dec.355.num.11.part.5. recent.*
Greg. *decis.575. num.* 1. Itaut perinde sit, ac si testa-
tor verbis dispositiuis vsus, substituisset Alexan-
drum, & si ipse tempore mortis filios haberet, ex-
pressè substituisset eius filios; † si vero non haberet, 2
sed sine aliquibus filiis legitimis, & naturalibus mas-
culis decederet, substituisset filium masculum na-
tu maiorem dictarum Sulpitiæ, & Iouiæ vt supra,
vt dicit Gabr. *in consil.115. num.11. lib.1.* Rota *coram
Greg.XV. dec.315.num.10.* Vnde quamuis d. Alexan-
der eorum pater prædecesserit, & fideicommittentis
bona consequutus non fuerit, sed substitutio quoad
ipsum fuerit caducata, † adhuc tamen illius filij tan- 3
quam successiuè vocati admittendi veniunt, ad text.
in l.1. §.pro secundo. C.de caduc.toll. Bart. *in l. quamdiu
institutus.ff.de acquir. hæredit.* Castr. *cons.152. num.1.
lib.1.* Socin. *cons.52. num.15. lib.1.* Curt. iun. *cons.83.
num.4.* Ias. *cons.148.num.15.lib.1.* & in terminis Gabr.
d.cons.115.n.3.lib.1. & Rota *dec.332.num.6. part.2. rec.*

Nec visum fuit obstare, quod Fabritius hæres vt
supra institutus decesserit cum filiis, & consequen-
ter substitutio ad dicti Alexandri, & aliorum succes-
siuè vocatorum fauorem omnino † expirasse videa- 4
tur, iuxta vulg *cons.* Oldr.21. communiter receptum,
& in Rota pluries canonizatum, vt *in decis.486.
num.1. & dec.519.num.2. & 7.part.1. recent. & dec.454.
num.1. & 4 & dec.577.num.1. & dec.647.num.2.coram
Card. Canalerio.* Quoniam à consilio prædicto & re-
gula in eo firmata passim receditur, † quando extant 5
coniecturæ suadentes testatorem absolutum fidei-
commissum omni casu inducere voluisse, Dec. *con-
sil.477. num.4. & cons.480. num.5.* Curt.iun. *cons.121.
num.15.* Gabr. *de fideicom.concl.7. num.4.* Rot. *dec.580.
num.3. part.4. recent. & dec.1373. num.1. coram Card.
Seraph. & dec 463.num.6.coram Reuerendiss.D.meo De-
cano, & in Romana fideicommissi de Casareis 21. Apri-
lis 1636. coram R. P. D. meo Motmanno.*

In proposito verò testator expressè prohibuit
hæredi instituto, & substituto, & successoribus eo-
rum, quamcumque alienationem etiam largissimo
sumpto vocabulo quorumcumque eius bonorum
stabilium ex eo, quia eius intentio erat, quod illa
remanerent semper, & in perpetuum in eius domo,
& familia, ex qua prohibitione non quidem nu-
da, ac simplici, sed vestita ex ratione prædicta cen-
suerunt Domini resultare absolutum fideicommis-
sum omni casu ad fauorem illorum de agnatione,
ac familia, cum enim ipse mortuus fuerit ad aliena-
tionem prohibendam, vt bona semper, & in per-
petuum in domo, & familia remanerent, & hoc fie-
ri non possit nisi mediante absoluto fideicommisso
de vno in alium, necessariò dicendum est illud con-
stituere voluisse iuxta regulam, quod † qui vult con- 6
sequens censetur etiam velle omne necessarium
antecedens, Aymon. *consil.130. num. 10.* Curt. iun.
cons.145. num.6. & 7. Rot. *diuers. dec.121.num.2. & se-
quent. part.2. & d. dec.1373. num.2. & 3. coram Card.
Seraph. & decis.167.num.1. & 481. num.4. coram Card.
Canalerio, & dec.44.num.2. part.1. & dec.580. num.5.
part.4.*

part.4. recent. & fuit dictum *in Perusina de Bigazinis 14. Nouembr. 1605. coram Luca, & in Bononien. fideicommissi de Seccadenarys 11. Decembris 1623. & in Bononien. fideicommissi Desiderys 26. Iunij 1626. coram R. P. D. meo Merlino.*

Præsertim stantibus dictionibus, illis semper, &
7 in perpetuum,† quæ sine aliqua temporis præfixione interpretatur, *in l. iurisperitus, ff. de excus. tut.* Ias. *in l. videamus, §. deferre, ff. de in lit. iur. num.8. & 9.* cum aliis per Rot. *d. decis. 121. num. 4. part.2. diuers. & decis. 10. num.5. part.1. & decis.93. num.23. & seq. part. 5. recent.* cum aliis congest. per Fusar. *in quæst. 688. num.17. & num. 21. ad fin. vers. non erit igitur.*

Nec quicquam facit, quod prohibitio, quando non fuit facta per modum principalis, ac separatæ
8 dispositionis, † sed consequutiuè, restringenda, ac intelligenda veniat secundum terminos præcedentis substitutionis factæ sub illa conditione, si sine liberis, iuxta *consil. decis.636.* Quoniam verba dictam alienationis prohibitionem continentia visa fuerunt posita non quidem consequutiuè, sed principaliter de per se, & per orationem separatam, ac distin-
9 ctam, proindeque ex illa stante generali † ratione cum dictis dictionibus semper, & in perpetuum, resultare absolutum fideicommissum. Rota *d. decis.481. num.6. coram Cardin. Caualer. & in d. Bononien. fideicommiss. de Desiderys 26. Iunij 1626. coram R.P.D. meo Merlino, & in d. Romana fideicommiss. de Cæsareis 21. Aprilis 1636. coram R. P. D. meo Motmanno*, cum aliis suprà allegatis.

Et præmissa tanto magis Domini procedere consueuerunt. Quia apparet testatorem admodum enixè desiderasse perpetuam suæ agnationis, ac familiæ conseruationem; tum ex eo, quod vocauit mascu-
10 los exclusis † fœminis, quas competenter dotari voluit. Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. in rubr. de test.* Alex. *in l. venia, num.6. C. de in ius voc.* Socin. *consil.73. num. 11. lib.4.* Socin. iun. *consil. 119. num.35.* Ruin. *consil. 101. num. 15. & consil. 146. num.4. lib.2. & consil. 139. num. 17. lib.3.* Natt. *consil. 128. num.2.* Menoch. *consil.432. sub num.5.* Greg. *decis.464. n.16.* Rot. *decis.390. num. 4. part. 3. recent.* tum etiam ex vocatione d. Alexandri ex filia nepotis cum onere assumendi nomen, & insignia suæ domus, & familiæ de Cardellis, & manendi in domo habitationis ipsius testatoris, & ex simili successiua vocatione
11 filij masculi natu † maioris dictarum Sulpitiæ, & Iouiæ eius filiarum, cum simili conditione, quod debeat se cognominare de domo, & familia de Car-
12 dellis, & † vti armis, & insigniis ipsius testatoris, Rip. *in l.1. num.10. C. de pact. & in l. centurio, num. 164. ff. de vulgar.* Alciat. *consil. 482. num.4. & consil. 573. num.7.* Paris. *consil. 18. num. 42. & consil.19. num.32. & seq. lib.2.* Menoch. *consil.117. num.23.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.6. cap.15. num.15.*

Qua enixa voluntate stante multo magis est dicendum per dictam alienandi prohibitionem, & rationem illi adiectam perpetuum, & absolutum fideicommissum omni casu inducere voluisse iuxta superius deducta, vltra quod concurrunt etiam aliæ generales coniecturæ, quas Doctores in hac mate-
13 ria ponderare consueuerunt, nempe processus † ad plures substitutionum gradus. Socin. *consil.250. num.4. lib.2.* Aymon *consil.98. num.3.* Grat. *consil.5. num.18. lib.2.* Menoch. *d. consil.117. num.9. & 20.* Rot. *d. de-*
14 *cis.580. num.3. part.4. recent.* & verba tractum † successiuum habentia. Ruin. *consil. 92. num. 8. & consil.159. num.22. lib.2.* Aymon *consil. 22. num.7.* Rot. *decis. 579. num.10. part.1. diuers. & d. decis.580. num.4. part.4. recent.* Quæ etiam si de per se non sufficerent ad effectum recedendi à dicto consil. Oldr. iunctæ tamen cum dicta alienationis prohibitione, & ratione per testatorem expressa, non parum operantur,
cum ad hunc effectum tota testamenti † series & 15
coniecturæ inde resultantes sint coniungendæ, & simul considerandæ ad certius indagandam testatoris mentem. Rot. *decis. 266. num. 19. & decis. 320. num. 16. part.1. & decis. 355. num. 10. part. 5. recent.* Seraph. *decis.1329. num.13.*



AD QVÆST. II.

Fideicommissaria bona quibus casibus alienari possint.

R. P. D. GHISILERIO.

Spoletana Fideicommissi.

Die Lunæ 30. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Mulier pro restitutione suæ dotis habet intentionem fundatam in Auth. res quæ, C. comm. de leg. itaut si fideicommissarij asserant adesse bona libera, eis incumbit onus probandi adesse talia bona, & illorum existentiam debent probare de tempore restitutionis dotis.

SVMMARIVM.

1. *Dos vxoris, quando non adsunt bona libera mariti, est detrahenda de bonis fideicommisso subiectis, & num.6.*
2. *Dos, quando probatur soluta marito per confessionem receptionis, præcedente promissione, tunc excluditur præsumpta donatio in fraudem.*
3. *Fundamentum intentionis suæ, quis tenetur probare.*
4. *In fideicommisso facto ab ascendente, intrat conclusio, quod bona illi subiecta, tam pro constituenda, quàm pro restitutione dotis valde obligari, & alienari possunt, declara, vt num.10.*
5. *Et hoc procedit, etiamsi grauamen fideicommissi, fuerit impositum ante receptionem dotis.*
7. *Mulier cùm habeat intentionem fundatam in Auth. res quæ, C. comm. de legat. fideicommissarijs incumbit onus probandi existentia aliorum bonorum liberorum.*
8. *Fideicommissarij debent probare existentiam bonorum liberorum, de tempore restitutionis dotis, ad hoc, vt non intret Auth. res quæ, C. comm. de legat.*
9. *Negatiua probatur ex inspectione scripturæ.*
11. *Prohibitio alienationis certorum bonorum, non restringit fideicommissum vniuersale, nec facit, vt particulare censeatur.*
12. *Ex prohibitione particulari alienationis bonorum, non censetur inductum nouum fideicommissum.*
13. *Alienationis expressa prohibitio per fideicommittentem facta, non impedit alienationem necessariam pro dotis restitutione.*

14. *Alienationes bonorum fideicommissorum, quando à testatore certis casibus sunt permissa, neaum inducunt fideicommissum particulare, sed generale destrunnt.*

15. *Ad fauorem alicnius ea, qua sunt inducta, non debent in eius odium retorqueri.*

DECISIO IX.



1 CVM Domini censuerint, dotem Rosatæ vxoris Iulij Cæsaris filij Herculis † esse detrahendam de bonis fideicommisso subiectis, iuxta *Anthent. res qua, C. commun, de legat.* per consequens dixerunt, non esse concedendam immissionem petitam pro parte fideicommissariorum in possessionem Domus alienatæ pro restitutione supradictæ dotis, cùm hæc dos probetur soluta eidem Iulio Cæsari
2 per confessionem receptionis, † quæ præcedente
promissione, & aliis etiam concurrentibus adminiculis excludit præsumptam donationem io fraudem *l. in contractibus. §. sed quoniam*, vbi Cyn. & alij, *C. de non numerat. pecun.* cum aliis apud san. mem. Gregor. XV. *decis. 62. num. 6.* & ab illo postea restitutra Azonis, qui probantur hæredes Rosatæ, in quorum iure ex cessione sibi facta successerunt Pariani. Cùm ergo iidem Pariani sint in possessione huius domus, non vti hæredes Iulij Cæsaris, sed ex titulo particulari, & cessione sibi facta à tertio; quæ dicuntur super non confectione inuentarij, vltra quod in facto non subsistunt, vt ex fide, quæ datur; siue de opulentia hæreditatis Iulij Cæsaris senioris fideicommittentis, non possunt nocere eisdem Parianis, qui non veniunt ex persona Iulij Cæsaris, sed ex cessione facta ab hæredibus Rosatæ, ideo ad hunc effectum deberet priùs impugnari restitutio eiusdem dotis, tanquam malè, & nulliter facta in præiudicium fideicommissi, & ad hoc necessariom esset probari, quod ex aliis bonis potuerit fieri eadem resti-
3 tutio, quod controuerti non potest, † quin sit fundamentum ipsorum fideicommissariorum, ex notat. per Peregrin. *de fideicommiss. art. 42. num. 73.* Couar. *variar. resolut. lib. 2. cap. 6. num. 3.* & alij, qui referuntur per Fusar. *de substit. quæst. 131. num. 123.* vbi testatur de communi, & tenentes contrarium fœdere distinctionis conciliat.

4 Vnde cum simus in fideicommisso facto † ab
ascendente intrat conclusio, quòd bona illi subiecta, tam pro constituenda, quàm pro restituenda dote validè obligari, & alienari possunt, iuxta dispositionem *Anth. res qua, C. commun. de legat.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 42. num. 1. & 3.* Couar. *var. resolut. lib. 4. cap. 6. num. 10.* Surd. *decis. 62. num. 1. & 2.* etiam-
5 si grauamen † fideicommissi fuerit impositum ante
receptionem dotis. Dec. *consil. 376. num. 11.* Gozad. *consil. 97. num. 10.* & quamuis talis conclusio intelligatur in subsidium, quando grauatus non habet
6 alia bona, quia si † bona libera extarent, dos esset
de illis detrahenda, vt probat text. *in §. si verò, in Auth. de restit. & ea qua par.* ibi, *aliam non habens substantiam*, idem probat *d. Auth. res qua ibi, sed si liberis portio legitima non sufficit ad dotis*, &c. Attamen cum mulier pro suæ dotis restitutione habeat
7 † fundatam intentionem *in d. Anth. res qua*, fidei-
commissariis, vt fuit dictum supra, incumbit onus probandi existentiam aliorum bonorum, dum ipsi de ea opponunt. Curt. sen. *consil. 25. num. 17. vers. ergo incumbit hæredibus.* Rota *coram Mant. decis. 152. in fin. & decis. 66. num. 4. part. 1. recent.* & talis probatio
debet percutere tempus restitutionis dotis, † itaut 8
non sufficiat, siue ante, siue post doceatur de existentia aliorum bonorum, vt not. Paul. de Castr. *in d. Anth. res qua, vers. sed pone, idem consil. 131.* Decian. *consil. 519. num. 6. vers. quia ad hoc respondetur*, & firmauit Rot. *in Romana dotis de Paluzijs 24. Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Merinanno.* Ex quibus apparet non obstare, quod pro parte fideicommissariorum dicatur adfuisse plura bona fundacalia, ac decem alia corpora stabilium, ex quibus potiùs, quàm ex domo, & vinea, in quibus petitur immissio, debebat fieri restitutio, quia non constat illud adfuisse de tempore institutionis dotis, prout constare deberet ad effectum de quo agitur, sed ex abundanti, quoad d. decem corpora stabilium, quæ Iulius Cæsar de anno 1598. recuperauit à Catharina eius amita, apparet de anno sequenti illa restituisse eidem Catharinæ ex causa necessaria in exequutionem concordiæ, & propterea satis est, quod de tempore restitutionis dotis Rosatæ non adessent alia bona præter domum, & vineam, vt probatur ex fide communitatis terræ Vissi ex libro Catastri, asserẽ Iulium Cæsarem non possedisse à tempore, quo contraxit matrimonium cum Rosata, vsque ad obi-
tum alia † bona præter domum, & vineam, de qui- 9
bus agitur, & talis fides benè probat negatiuam, iuxta tradita per Bart. *in l. 1. in princip. C. de excell. tribut. lib. 10.* Barbat. *consil. 18. num. 38. lib. 2.* Crauett. *consil. 615. num. 7.* Surd. *consil. 151. num. 35.* Menoch. *consil. 395. num. 14. & præsumpt. 91. num. 51. lib. 3.* Vnde tanto magis fideicommissarij tenentur probare extitisse de anno 1624. alia bona libera pro dictæ dotis restitutione.

Pariter, non obstat quod supradicta conclusio
† procedat in fideicommisso vniuersali, non autem 10
in particulari, & sic non applicetur casui, de quo agitur, ex quo versamur in fideicommisso particulari domus, & vineæ, quia ex lectura testamenti colligitur contrarium, cum testator subiecerit fideicommisso omnia bona sua, mobilia, stabilia, actiones, & iura præsentia, & futura, & licèt in dicto testamento fideicommittentis legatur expressa prohibitio alienationis domorum, & vinearum, ex hoc tamen non sequitur, quòd domus, & vinea particulari tantùm, non autem vniuersali fideicommisso
subiaceant, certorum † enim bonorum alienationis 11
prohibitio vniuersale fideicommissum non restringit, nec facit, vt particulare censeatur. Curt. iun. *consil. 13. num. 5.* Rota *decis. 67. num. 3. part. 1. recent. & 41. num. 2. part. 2.* Nec per dictam particularem
prohibitionem subsequentem censetur † inductum 12
nouum fideicommissum, cum regulariter illa sit consequutiua fideicommissi præcedentis iuxta cons. Decij 636. quod sequitur Rota, præcipuè *decis. 44.*
num. 5. part. 1. recent. Nec dicta expressa † alienatio- 13
nis prohibitio per fideicommittentem facta impedit alienationem necessariam pro dotis restitutione, ex dispositione dictæ *Auth. res qua*, & ibi notaos communiter per Doctores.

Quinimò cum fideicommittens voluerit, quod domus, de qua agitur, & vinea potuerint alienari inter ipsos de familia, & si ipsi de familia requisiti emere recusauerint, liceat alteri, quàm inter se ipsos cui voluerint vendi, & alienari, talis expressa prohibitio resoluitur hoc casu in permissionem alienandi, & sic tantum abest, quod per hanc prohibitionem testator voluerit inducere aliquod fideicommissum particulare, vt immò liqueat apertissimè fuisse tantùm modificatam tacitam illam generalem

ralem prohibitionem resultantem, ex natura fideicommissi generalis, indulgendo, quod filij, & hæredes ea non obstante possent ioter ipsos, & ipsis requisitis alienare cuilibet extraneo, sicut etiam permisit alienatiooem bonorum in casibus beneuisis tutoribus filiorum de communi ipsorum quatuot
14 tutorum interuentu, & voluntate, quæ † permissiones non inducunt fideicommissum particulare, sed generale destruunt.

Difficultas excitata ex eo, quod dos Rosatæ non fuerit inuestita, sicut fuerat promissum in capitulis matrimonialibus Dominis visa fuit non obstare,
15 quia talis conuentio fuit apposita ad † maiorem cautelam illorum de Azonis, & propterea inducta ad illorum fauorem, non debet in odium retorqueri ad *l. quod fauore, C. de legib.* Ias. *in l. legata inutiliter, num. 8. & seq. ff. de leg.* 1. Socin. sen. *consil.* 241. *num.* 16. *lib.* 1. Ita vt omissio reinuestimenti illis præiudicet, maximè quia talis conuentio non excludit generalem hypothecam, & obligationem aliorum bonorum pro restitutione dotis, sed fuit adiecta ad maiorem cautelam, & securitatem, vt ex illis verbis (*oltre alla generale hipoteca*, &c. *per maggior cautela, & securezza*, &c.) neque ex tali omissione resultat præsumptio, quod dos verè, & realiter non fuerit soluta, possunt enim stare, quod dos fuerit soluta, inuestimentum fuerit omissum.

Quoad alias detestationes dotis Prudentiæ, & melioramentorum factorum in vinea, & domo hæreditaria, de eis poterit particulariter videri, si opus erit, &c.

In eadem causa, vide aliam decisionem sub die 4. Decembris 1634. cotam R. P. D. Merlino.

R. P. D. MERLINO.

Spoletana Fideicommissi.

Die Lunæ 4. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommissaria pro dotis constitutione, vel restitutione rectè alienantur, quod procedit etiamsi testator expressè prohibuerit alienationem ex causa dotis, & siue sit hæres ascendens, siue collateralis, vel alius etiam extraneus, quod intellige etiam siue fideicommissum sit vniuersale, siue particulare.

SVMMARIVM.

1. *Alienatio bonorum fideicommissariorum pro dotis restitutione, dum non extant alia bona fieri permissum est, & quare, num. 2.*
3. *Dotibus plurimum lex fauet, ratione publicæ vtilitatis pro replenda liberis humana societate.*
4. *Vtilitas publica præponenda est priuatis hominum placitis.*
5. *Homines contexunt longas, & ambitiosas dispositiones pro conseruandis bonis per fideicommissum in familijs.*
Vtilia præponenda sunt alijs, num. 5.
- *Nuptijs nihil est in hominum vita vtilius, vt quæ sola homines procreare, & producere possint, num. 5.*
6. *Alienationem bonorum licet testator prohibuerit etiam in casu dotis restituendæ, vel constituendæ, adhuc tamen fideicommissa possunt distrahi.*
7. *Pater, non potest tollere obligationem suam dotando filias, prohibendo in testamento, quod bona sua, nec ex dotis constitutione alienantur, & num. 19. vbi de veriori, & communiori sententia.*
8. *Testator, non potest facere, quin leges habeant locum in suo testamento.*
9. *Auth. res quæ, C. commun. de leg. procedit tantùm in portione relicta hæredi ex persona testatoris, non autem in portionibus aliorum cohæredum eidem ex reciproco fideicommisso perueniis.*
10. *Angel. in auth. res quæ, C. commun. de legat. in princip. vers. & hoc patet, intellectus, & num. 24.*
11. *Auth. res quæ, C. commun. de legat. solùm procedit in descendentibus fideicommisso grauatis per ascendentes.*
Isti enim pro dotibus constituendis, & restituendis possunt alienare fideicommissa, cum censeantur facere id, quod fideicommittens facturus fuisset, num 11.
12. *Fideicommittens, quando non tenetur dotem constituere, aut restituere, tunc cessat Auth. res quæ, C. commun. de legat.*
13. *Peregr. de fideicommiss. art. 42. num. 55. & alij rejciuntur, & num 22.*
14. *Auth. res quæ, C. commun. de legat. procedit æquè tam in bonis mediatè, quàm in bonis immediatè prouenientibus ab ascendente.*
15. *Testator censetur voluisse, vt hæres obliget bona pro restitutione dotis ad quam ipse ascendens coactus esset si vixisset.*
16. *Vtilitas publica est principalis ratio Auth. res quæ, C. commun. de legat.*
17. *Ascendentium bona sunt semper hypothecata pro dotium constitutione, & restitutione in fauorem descendentium.*
18. *Ascendentium bona fideicommisso supposita, siue ad collaterales transeant, siue ad extraneos sunt obligata in subsidium pro constitutione dotis descendentibus.*
20. *Testator, sicuti expressè minimè potest disponere ne bona sua alienentur ex causa constitutionis dotis descendentibus.*
Ita nec tacitè id ei permissum est ex substitutione in fauorem collateralis, vel extranei.
21. *Auth. res quæ, C. commun. de legat. facilè eluderetur, si non haberet locum, quando collateralis, vel extraneus substitutus esset.*
23. *Dotandi onus est reale bonis inhærens penes quoscumque existentibus.*
25. *Bona fideicommissaria in subsidium veniunt in generali obligatione bonorum fauore dotis.*
26. *Bona libera, si quis asserat, quod extant, ex quibus dos detrahi possit, ei incumbit onus probandi.*
27. *Fideicommissum particulare inducitur ex prohibitione alienationis bonorum in casu alienationis.*
28. *Fideicommissum particulare non potest alienari in casu restitutionis dotis, nisi in subsidium, idest, quando non adest fideicommissum vniuersale, & asserenti non extare bona vniuersali fideicommisso subiecta, incumbit onus probandi.*
29. *Alienationis prohibitio, si sit adiecta fideicommisso vniuersali, & ad maius eius robur non inducit particulare fideicommissum, sed iuxta illius terminos regulatur.*
30. *In fideicommisso etiam particulari habet locum Authent. res quæ, C. commun. de leg.*
31. *Dos etiam detrahi potest ex re particulari per testatorem*

torem expreßè alienari probibita, ex Auth. res quæ, C. commun. de legat.

32. *Mulieris priuilegium, de qua in Auth. res quæ, C. commun. de legat. pendet non a voluntate testatoris, sed à lege, quæ dotibus fauet.*

33. *Mulier, sicuti innixa priuilegio d. Auth. res quæ, agendo contra fideicommissum vniuersale, non tenetur probare negatiuam, quod non extent bona libera, sed hoc fideicommissario allegan ti incumbit.*

34. *Ita dum ex fideicommisso particulari dotem vindicare contendit, non est cogenda, vt probet non existentiam bonorum fideicommisso vniuersali subiectorum.*

35. *Pro dote distrahi potest tam fideicommissum vniuersale, quàm particulare, & ideo inter eos non est constituenda differentia.*

36. *Pro dotis constitutione, vel restitutione, tam fideicommissum vniuersale, quàm particulare in totum, vigore Auth. res quæ, C. commun. de leg. potest euerti.*

37. *Vxor, dum agit ad dotis restitutionem, ei obijci non potest, quod hæres grauatus non confecit inuentarium, sed illi remanent illæsa iura, & actiones, etiamsi d. grauatus non confecerit inuentarium, & suas quartas consumpserit.*

38. *Dotem vxoris, si maritus non inuestiuerit, si ad id tenebatur, & promissores dotis non procurarunt d. inuestimentum, hoc casu isti promissores non liberantur ab obligatione soluendi, & perinde est, ac si dos soluta non fuerit, & num. 39.*

40. *Contractum adimplere is tenetur, in cuius personam verba sunt directa.*

41. *In fauorem alicuius, si aliquid sit inductum, id non debet in eius odium retorqueri.*

42. *Culpa vnius non debet imputari in culpam alterius.*

44. *In dotem, si fundus fuerit traditus, & maritus illum alienauerit, hæredes mariti si offerant dotem in pecunia, qua mediante fundus potest recuperari, an vxor possit cogi eas accipere.*

45. *Fideicommissarius non admittitur ad vindicandam rem alienatam pro restitutione dotis oblato pretio tertio possessori, vel illi, cui res in dotem fuit assignata.*

46. *Dos semel ex fideicommisso distracta ex iuris remedio remanet semper libera.*

DECISIO X.

PEr sententiam Rotalem, præmissis pluribus decisionibus coram R.P.D. meo Ghisilerio [a] emanatis, pronunciatum fuit Vener. Confraternitati Sanctissimi Sacramenti, vocatæ ad fideicommissum Iulij Cæsaris Rosati senioris, non esse dandam immissionem in possessionem domus detentæ per Patianos, quia licèt ista domus extiterit in bonis fideicommittentis de tempore scripti fideicommissi, tamẽ pro restitutione dotis Rosatæ vxoris Iulij Cæsaris iunioris fuit adiudicata hæredibus eiusdem Rosatæ, à quibus causam habent Patiani, & sic exempta fuit ab onere fideicommissi, iuxta dispositio-
1 nem *Auth. res quæ, C. commun. de leg.* ex qua † per-
mittitur alienatio bonorum per patrem fideicommisso subiectorum, dum vxor filij, vel vlterioris descendentis petit dotis restitutionem, & non extant
2 alia bona libera, nedum quia † patris, vel aui voto,
& mulieris pudicitiæ coogruum id esse existimatur, vt in his termiois scripsit Vlpianus *in l. mulier, §. cùm proponeretur, ff. ad Trebell.* sed & multò magis ratione
publicæ vtilitatis † pro replenda liberis humana so- 3
cietate, quæ propterea plurimum fauet dotibus, &
præponenda est priuatis hominum † placitis, qui 4
longas, & ambitiosas pro conseruandis bonis per fideicommissum, in familiis dispositiones contexunt, vt habetur in ipso text. *Auth. res quæ, in fin. & in Auth. de restitut. & ea, quæ parit in 11. mense, §. sancimus*, vnde fuit desumpta, *d. Auth. res quæ*, ibi, *vt ea, quæ omnibus communiter prosunt, ijs quæ specialiter quibusdam vtilia sunt, præponantur*, & ibi, *maximè in nu-
ptijs, quibus nihil est in hominum vita vtilius, † vt quæ* 5
sola homines procreare, & producere possint, &c. qua de causa scilicet publicæ vtilitatis, etiamsi testator expressè prohibuerit alienationem bonorum in casu
dotis † constituendæ, vel restituendæ, adhuc tamen 6
fideicommissa posse distrahi, iuxta dispositionem
d. Authent. res quæ. Dum igitur de † fideicommisso 7
ascendentium, qui non possunt tollere obligatio-
nem suam dotandi descendentes, & facere † quin 8
leges locum habeant in suo testamento, tradunt post alios Surd. *decis. 62. per tot.* & Doctores, quos plenè congerit Fusar. *de substit. quæst. 531. num. 71. & quæst. 532. num. 10. & consil. 7. num. 17.* Rouit. *consil. 54. num. 10.*, vbi catalogum facit assertorum huius opinionis, & eam latè comprobat; & sæpiùs Rota respondit, vt *in Romana dotis* 30. *May* 1618. *Eminentiss. D. Cardin. Verospio, in Romana dotis* 14. *January* 1628. *coram bon. mem. Cardin. Virile, & in Recanatensis fideicommissi* 29. *Aprilis* 1630. *coram me.*

Hanc sententiam, cuius validitas non controuertebatur, & iustitia deducitur ex dispositione *d. Authent. res quæ, C. commun. de legat.* hodie Domini confirmandam esse responderunt, & quatuor obiecta, quibus impugnabatur, visum fuit non obstare.

Primùm enim non obstat, quod domus, de qua agitur, pertineret ad Iulium Cæsarem iuniorem solùm pro quarta parte, cum tres alij, nempe Ioannes, Paulus, & Cinthius essent æquè, ac Herculis, & successiuè etiam Iulius Cæsar Herculis filius vocati ad fideicommissum, & ideo dispositio *Auth. res
quæ*, procedat solùm † in portione relicto Iulio Cæ- 9
sari ex persona Herculis patris, non autem in portionibus aliorum cohæredum eidem ex reciproco fideicommisso petuentis, iuxta doctrinam Angel. *in d. Auth. res quæ, in princip. vers. & per hoc patet*, quem sequitur Peregr. *de fideicommiss. art. 42. num. 55.* Odd. *de prohibit. alienat. quæst 46. num. 105.* Fusar. *de substit. quæst. 532. num. 42. & consil. 166. num. 4.*

Quoniam Angel. † cuius dicto innituntur Peregr. 10
& alij, dicit, dispositionem *Auth. res quæ*, solùm procedere in descendentibus fideicommisso grauatis per ascendentes, hi enim pro dotibus constituendis,
& restituendis possunt alienare † fideicommissa, 11
quia censentur facere id, quod fideicommittens facturus fuisset, & quodammodo adimplere votum, & officium ascendentium erga descendentes, secùs autem in collateralibus, & aliis extraneis fideicommisso grauatis, quia tunc fideicommittens non tenetur dotem constituere, aut restituere pro filiis ex-
tranei grauati, † prout tenetur erga descendentes, 12
ita Angelum benè declarat Castrens. *in d. Auth. res quæ, num. 4. & in l. mulier, §. cùm proponeretur, num. 2. & 3. ff. ad Trebell.* Petr. *de fideicommiss. quæst. 8. n. 409. in princip.* & concordantes cumulat Fusar. *de substit. q. 531. n. 95. & 114.* quæ doctrina, nedum non aduersatur, sed imò prorsus fauet præsenti casui, quia Iulius Cæsar senior fideicommittens est auus Iulij Cæsaris iunioris, vnde intrat onus, & votum præsumptum ascendentis pro dote in fauorem descendẽtis.

Perperam

13 Perperam autem † Peregr. & alij, ex hac con-
clusione Angeli inferre videntur, fideicommissum
posse distrahi solùm pro portione immediatè reli-
cta descendenti, qui agit de dote constituenda, vel
restituenda, non autem pro portionibus cohære-
dum, ex fideicommisso eidem peruentis; quoniam
14 imò ratio † *Auth. res quæ, C. commun. de leg.* æquè
vrget, tam in bonis mediatè, quàm in bonis imme-
diatè prouenientibus ab ascendente, siue illa consi-
deretur, quod sit præsumpta mens fideicommitten-
15 tis, qui censetur voluisse, vt hæres † obliget bona
pro restitutione dotis, ad quam ipsemet ascendens
coactus fuisset, si vixisset. Crot. *in l. filiusfamilias, §. Diui, num.* 57. *ff. de leg.* 1. Gabr. *consil.* 153. *num.* 1.
lib. 2. Intrigliol. *decis.* 4. *num.* 5. Fusar. *de substit. q.* 531.
num. 6. *&* 69. Rot. *decis.* 889. *num.* 3. *part.* 4. *diuers.*
16 siue quod sit publica † vtilitas, quæ verè est princi-
palis ratio *d. Auth.* & ob id, bona ascendentium sunt
17 semper hypothecata † pro dotium constitutione, &
restitutione in fauorem descendentium, vt habetur
in text. *d. Auth. in fin. & in Auth. de restit. & ea, quæ parit in* 11. *mens. §. quamobrem, & §. sancimus*, & tra-
dunt Castrens. *consil.* 15. *num.* 2. *lib.* 1. Menoch. *con-
sil.* 33. *num.* 13. 19. *&* 23. Eugen. *consil.* 54. *num.* 23 *lib.* 1.
Peregr. *de fideicommiss. art.* 42. *num.* 5. Thes. *decis.* 151.
num. 4. Surd. *decis.* 62. *num.* 22. Rouir. *consil.* 54. *num.* 16.
vtraque enim ratio suadet, vt bona fideicommisso
18 ascendentis supposita, † siue ad collaterales per-
transeant, siue ad extraneos, sint obligata in sub-
sidium pro restitutione dotis datæ descendentibus,
à qua legis obligatione, quemadmodum expressè
19 non potest se eximere testator, prohibendo † alie-
nationem fideicommissi ex causa dotis, vt ex verio-
ri, & communiori sententia suprà deductum fuit, ita
multò minùs id permissum censeri debet tacitè ex
substitutione in fauorem collateralis, vel extranei,
dumque per obitum cohæredum bona omnia con-
fluxerunt in Iulium Cæsarem descendentem, effe-
ctaque vnicum ipsius patrimonium vigore recipro-
20 cæ substitutionis, perinde habentur, † ac si imme-
diatè ab auo fideicommittente deuenerint in ipsum,
& semper fuerint eius portio, iuxta tradita per
Corn. *consil.* 219. *num.* 5. *lib.* 3. Paris. *consil.* 5. *num.* 27.
lib. 2. Giurb. *decis.* 92. *num.* 12. & secuta fuit Rota *co-
ram san. mem. Gregor. XV. decis.* 357. *num.* 3. *&* 4. Vnde
meritò ex vniuerso fideicommisso dos detrahi de-
bet, non attento, an Iulius Cæsar immediatè, vel
mediatè per obitum cohæredum illud acquisiuerit,
& sanè videtur absurdum intolerabile, quod potiùs
attendatur medium tempus, quo bona sunt penes
cohæredem collateralem, quàm primum tempus,
& origo, quo hæc bona deriuarunt ab auo ascen-
dente, cuius totum patrimonium erat obnoxium
pro restitutione dotis, & vltimum etiam tempus,
quo ex voluntate eiusdem aui bona deuenerunt in
Herculem patrem, qui etiam erat obligatus ad hanc
dotis restitutionem, nimisque facilè per huiusmodi
collateralis, vel extranei substitutionem eluderetur
21 † dispositio *Auth. res quæ*, in fauorem publicæ vti-
litatis fundata, vt monuit, & ita extensam Angeli
doctrinam declarauit Petra *de fideicommiss. quæst.* 8.
num. 409. *vers. hac tamen declaratio*; cuius interpreta-
tionem quamuis Peregr. *de fideicom. d. art.* 42. *num.* 55.
22 dicat † esse contra communem, & nulla legis au-
ctoritate munitam, tamen ex rationibus suprà de-
ductis satis esse suffultam Domini existimarunt, &
secundum hanc sententiam ex ea ratione, quod
23 onus † dotandi est reale bonis inhærens penes
quoscunque existentibus respondit Rota *decis.* 457.
num. 2. *vers. non obstat, quod hæc, quæ est repetita in de-
cis.* 889. *num.* 7. *part.* 4. *diuers.* ob cuius auctoritatem
Fusarius non est ausus firmare, & consulere pro
opinione Peregrini, vt patet *ex quæst.* 331. *num.* 154.
& cons. 38. *num.* 10. & hanc opinionem secutus etiam
fuit Marescot. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 69. *num.* 6. Giurb.
ad consuetud. Mess. cap. 3. *gloss.* 5. *num.* 17.

Præsertim verò, quia idem Fusar. *d. quæst.* 532.
num. 42. *& alij*, supponunt illationem Peregrin. ex
doctrina † Angeli eatenus esse veram, quatenus dos 24
fuit assecurata super portione mariti, & non cohæ-
redum, & eius portio sufficiat pro restitutione, in
casu autem præsenti adest obligatio Iulij Cæsaris
super omnibus bonis præsentibus, & futuris, & sic
cadit etiam super portionibus cohæredum vigore
reciproci fideicommissi acquisitis, vel acquirendis,
quæ † in subsidium veniunt in generali obligatione 25
bonorum fauore dotis, ex dispositione *d. Auth. res
quæ*, vt tradunt Castr. *consil.* 15. *num.* 2. *& consil.* 219.
in fin. Gozadin. *consil.* 97. *num.* 10. *in fin.* Roland. *con-
sil.* 85. *num.* 33. *lib.* 1. nec probatur portionem solam
Iulij Cæsaris sufficere pro dicta dotis restitutione,
quæ probatio incumbit alleganti, † quemadmo- 26
dum dicimus asserenti extare bona libera, ex qui-
bus dos detrahi possit, incumbit onus id proban-
di, vt per Curt. iun. *consil.* 27. *num.* 17. Peregr. *de fi-
deicommiss. art.* 42. *num.* 73. Fusar. *de substit. quæst.* 531.
num. 123. & fuit dictum in decisionibus R. P. D. mei
Ghisilerij 30. *May* 1633. *&* 23. *Ianuary* 1634. *in hac
causa emanatis, atque etiam coram Reuerendiss. D. meo
Decano decisione* 143. *num.* 8. *& in Auximana dotis* 6.
February 1623. *coram bon. mem. Rembolдо, & in An-
conitana censuum* 20. *February* 1630. *coram Reueren-
diss. Vrgellen.* quod eo magis nunc recipiendum est,
dum iam pro dote fuit facta alienatio, & mulier,
siue ab ea causam habentes, possident, vt ponde-
rant Caball. *consil.* 11. *num.* 10. *lib.* 2. Paschal. *de patr.
potest. cap.* 7. *num.* 7. Fusar. *de substit. dicta quæst.* 531.
num. 125. Gratian. *discept. forens. cap.* 331. *num.* 22.
Raudens. *decis. Pisan.* 19. *num.* 177. Ioan. Baptista Co-
sta *consil.* 89. *num* 9. *cum seqq.* & fuit dictum *in Rea-
tina bonorum* 11. *Ianuary* 1623. *coram R. P. D. meo
Pirouano.*

Secundum non obstat, quod super domo, de qua
agitur, vltra fideicommissum vniuersale, † fuerit 27
etiam particulare constitutum fideicommissum re-
sultans in casu alienationis ex præcisa prohibitione
alienandi domum. Peregr. *consil.* 64. *num.* 28. *lib.* 3.
Fusar. *de substit. quæst.* 688. *num.* 2. & propterea non
potuerit distrahi domus supposita fideicommisso
particulari, nisi in subsidium, & quatenus non ex-
tarent alia bona, subiecta vniuersali fideicommis-
so, quæ negatiua non existentiæ aliorum bonorum
videtur probanda per mulierem, † vel habentes 28
causam ab ea, prout dicitur de hærede grauato, dum
non confecit inuentarium, iuxta Natt. *consil.* 199.
cum concordant.

Quoniam visum fuit non extare huiusmodi fi-
deicommissum particulare, & quatenus extaret, non
obesse, quin ex domo dos detrahi potuerit.

Non adest fideicommissum particulare, quia, vel
prohibitio, tanquam adiecta præcedenti substitu-
tioni, & ad maius eius robur, non inducit particu-
lare fideicommissum, sed iuxta illius terminos re-
gulatur, † nec quicquam operatur vltra præceden- 29
tem substitutionem. Alexand. *consil.* 59. *num.* 8. *&* 9.
lib. 3. Ruin. *consil.* 134. *num.* 16. *lib.* 3. Peregrin. *de fi-
deicommiss. art.* 14. *num.* 47. *& consil.* 45. *num.* 8. *&* 22.
lib. 1. Surd. *consil.* 448. *num.* 19. cum aliis per Bellon.
iun.

iun. *consil.* 12. *num.* 43. *& consil.* 17. *num.* 90. Vel pro-
hibitio prædicta facta inter filios censetur extin-
cta, dum hodie nullus extat ex ipsis, qui fuerunt
vocati in casu alienationis, *l. cum pater*, §. *libertis*,
l. qui solidum, §. *prædium*, *ff. de legat.* 2. Bellon. iun.
consil. 36. *num.* 52. Fusar. *consil.* 110. *num.* 14. *& con-
sil.* 172. *num.* 5.

Sed quatenus etiam adesset hoc fideicommissum
30 particulare non obstat, quia dispositio † *Auth. res
qua*, habet locum etiam in fideicommiss. particulari,
vt scripsit Bald. *ibid. num.* 6. Castrens. *num.* 2. Iason
num. 32. Padill. *num.* 108. Peregr. *de fideicommiss. art.* 42.
num. 54. Fusar. *de substit. quæst.* 531. *num* 58. *& con-
sil.* 75. *num.* 149. Rota *decis.* 37. *num.* 4. *part.* 1. *diuers.*
31 & in re etiam † particulari per testatorem expresse
alienari prohibita dos detrahi potest, *ex Auth. res
qua*, vt consuluit Decian *consil.* 18. *num.* 27. *lib.* 2. Bur-
sat. *consil.* 179. *num.* 27. Molin. *de iust. & iur. tom.* 3.
disput. 648. *num.* 2. Fusar. *de substit. quæst.* 532. *num.* 10.
32 pendet enim hoc priuilegium mulieris, non † à vo-
luntate fideicommittentis, sed à lege, quæ dotibus
33 fauet, vnde in huiusmodi Anth. beneficio † innixa
mulier, quemadmodum agendo contra fideicom-
missum vniuersale non tenetur probare negatiuam,
quod non extent bona libera, sed hoc fideicommis-
sario alleganti incumbit, vt suprà dictum est, ita
dum ex fideicommisso particulari dotem vindicare
34 contendit, non est cogenda, † vt probet non exi-
stentiam bonorum fideicommisso vniuersali subie-
ctorum, ex identitate rationis, *l. illud*, *C. de sacrosanct.
Eccles.* §. *pari ratione*, *Instit. quibus mod. ius patr. potest.
35 tollatur*, imò cum † tam vniuersale, quàm particula-
re fideicommissum pro dote possit distrahi, non vi-
detur constituenda differentia, an potiùs contra
36 vnum, vel contra aliud dirigatur actio, † cùm
vtrumque pro dote etiam in totum, vbi opus sit, vi-
gore *d. Auth. res qua*, possit euerti, vt inquit Bald.
ibid. num. 4. Castrens. *num.* 5. Padill. *num.* 119. & alij
per Fusar. *de substit. dict. quæst.* 532. *num.* 54. *& con-
sil.* 121. *num.* 5.

Quæ autem dicebantur de non confectione in-
uentarij, ad præsentem casum facere non viden-
tur, quia non agit Iulius Cæsar hæres grauatus, sed
vxor eius pro repetitione dotis, cui omissio in-
uentarij obiici non potest, sed illi remanent illæsa
37 iura, † & actiones, etiamsi Iulius Cæsar inuenta-
rium non confecerit, & legitimam suam, ac Tre-
bellianicam ex fideicommisso detraxerit, & con-
sumpserit, vt consuluit Castrens. *consil.* 15. *num.* 1.
lib. 1. Gozadin. *consil.* 97. *num.* 10. Roland. *consil.* 85.
num. 44. *lib.* 1. Marescot. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 69. *num.* 22.
Fusar. *dict. quæst.* 531. *num.* 238. *& consil.* 7. *num.* 22.
& 25. & dixit Rota apud Card. Seraph. *decis.* 68. *in
fin. ac decis.* 678. *num.* 1. *& decis.* 457. *num.* 2. *part.* 4.
diuers. ac decis. 37. *num.* 4. *part.* 1. *diuers.*

Tertium non obstat, quod cum Iulius Cæsar iu-
nior non inuestiuerit dotem vxoris, prout teneba-
tur, & Azoni promissores dotis, & hæredes Ro-
satæ non procurauerint dictum inuestimentum, vti-
que ipsi Azoni liberati non fuerint ab obligatio-
38 ne soluendi, & † perinde sit, ac si dos soluta non
fuerit, ad tradita per Gratian. *discept. forens. cap.* 45.
num. 22. *&* 23. *& in Romana dotis* 7. *Februar.* 1624.
coram me, & consequenter dum hodie agunt pro
repetitione dotis sint repellendi, vel exceptione
non adimplementi, & non legitimæ solutionis do-
tis, vel exceptione cedendarum, quia actiones con-
tra alios, competentes mulieri vindicanti dotem
39 ex bonis fideicommisso subiectis debent † cedi, &
ipso iure cessæ intelliguntur fideicommissariis. Fu-
sar. *consil.* 52. *num.* 56. Rota *in Perusina dotis* 8. *Fe-
bruarij* 1627. *coram Reuerendissimo Domino meo De-
cano.*

Quoniam placuit responsio, quod obligatio, &
onus inuestiendi incumbebat soli Iulio Cæsari ma-
rito, vt expresse habetur in capitulis matrimonia-
libus, vbi se obligauit facere hoc inuestimentum,
cum consensu, & interuentu fratrum Rosatæ vxo-
ris, & verba sunt directa in ipsum maritum, & illi
iniunctum onus inuestiendi in vim modi, vnde fra-
tres prædicti non tenebantur inuestire, nec † de hu- 40
modi inuestimento esse solliciti, iuxta tradita per
Surd. *decis.* 156. *per tot.* Rot. *coram fel. mem. Greg. XV.
decis.* 511. *num.* 9. & ita loquitur, & resoluit Rota *in
illa Romana dotis suprà allegata, atque in Recanaten.
fideicommissi* 29. *Aprilis* 1630. *coram me.* Et conse-
quenter statim, ac Azoni dotem soluerunt, ple-
nam sunt consecuti liberationem; præsertim quia
in iisdem capitulis matrimonialibus habetur, Iu-
lium Cæsarem se obligare ad hoc inuestimentum
ad cautelam fauore dotis restituendæ, & consen-
sus fratrum vxoris fuit exiguus, vel vt consulerent
circa qualitatem inuestimenti, vel vt inuigilarent
pro indemnitate sororis, ac propria, vt semel solu-
ta dos conseruaretur, & proinde indocta in eorum
fauorem, & ad hoc, vt facilius possent † repete- 41
re dotem, non debent in eorum odium retorque-
ri, itaut priuentur actione dotis, *l. nulla ratio*, *ff. de
leg. l. quod fauore*, *C. eodem*, *cap. quod ob gratiam*,
de regul. iur. in 6. & culpa Iulij Cæsaris ex omissio-
ne inuestimenti, non est in eorum pœnam impu-
tandam, *ad l. sancimus*, *C. de pœn. cap. sine culpa*, *de
regul. iur. in* 6. & in his ferè terminis dixit Petra *de
fideicommiss. quæst.* 8. *num.* 457. & Fusar. *quæst.* 551.
num. 30. Rota *decis.* 457. *sub num.* 2. *part.* 4. *diuers.*
Prout non imputatur † eisdem culpa mariti, ne- 42
dum in distractione ipsius dotis, sed, & propriæ le-
gitimæ consumptione, qua tamen non obstante
† pro repetenda dote mulieri conceditur auxilium 43
Auth. res quæ, *C. commun. de legat.* vt suprà osten-
sum fuit. Et propterea cessante in Rosata, & eius
hæredibus obligatione inuestiendi, non implemen-
ti, aut cedendarum exceptione haudquaquam re-
pelli possunt.

Quartum non obstat oblatio dotis hodie facta
per confraternitatem, & alios fideicommissarios in
pecunia, qua † mediante domum ex causa dotis di- 44
stractam recuperare posse videntur, iuxta Peregr.
decis. Patauí 96. *num.* 3. Fontanel. *de pact. nuptial.
claus.* 5. *gloss.* 5. *part.* 2. *num.* 64.

Quoniam in contrarium stat verior, & commu-
nior sententia, quod fideicommissarius † non ad- 45
mittatur ad vindicandam rem alienatam pro resti-
tutione dotis oblato pretio tertio possessori, vel il-
li, cui res in dotem fuit assignata, vt docuit Castr.
in dict. Authent. res qua, *num.* 6. Iason *num.* 11. Are-
tin. *consil.* 20. *num.* 5. Ruin. *consil.* 137. *num.* 19. *lib.* 2.
Peregrin. *de fideicommiss. art.* 42. *num.* 22. *&* 23. vbi
testator ita per duas sententias fuisse obtentum. Fu-
sar. *de substit. quæst.* 531. *num.* 56. *& quæst.* 532. *num.* 19.
res enim † pro dote semel, ex fideicommisso di- 46
stracta ex iuris remedio semper remanet libera. So-
cin. sen. *consil.* 23. *num.* 58. *lib.* 3. Fusar. *d. quæst.* 532.
num. 19. Rota *decis.* 209. *num.* 3. *part.* 1. *recent.*

Quæ dicebantur de existentia censuum, & alio-
rum bonorum liberorum in decisionibus R. P. D.
mei Ghisilerij abundè fuerunt sublata. Et quod
sententia Rotalis denegauerit immissionem, nedum

in domo, sed etiam in vinea, non subsistere in facto deprehenditur ex lectura ipsius sententiæ, quæ ad solius domus immissionem restricta est.

Quam hodiè, vtraque parte informante, resolutum fuit esse confirmandam.

a Idest, sub diebus 6 Nouemb. 1629. & 14. Februarij 1633. & 30. Maij 1633. prima est decisio 317. part. 5. recent. Aliæ duæ sunt in 6. parte decisiones 179. & 210.

In eadem causa coram Eminentiss. D. Card. Vbaldo adsunt duæ decisiones, videlicet sub die 27. Nouemb. 1628. & 30. Aprilis 1629. sunt decisiones 216. & 269. part. 5. recent.

R. P. D. MACCHIAVELLO.

Spoletana Fideicommissi.

Die Lunæ 28. Ianuarij 1636.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommisso subiecta, quando licitè possint alienari Fideicommissario, si cesset iusta causa, nullatenus est ei deneganda immissio, *l. 1. C. de rescind. vendit.* quando cesset.

SVMMARIVM.

1. *Bona fideicommisso subiecta, rectè possunt alienari, pro restitutione dotis vxoris fideicommittentis.*
3. *Emptor bonorum hæreditariorum si soluerit debitum dotale fideicommittentis, in reliquo potest à fideicommissario pulsari, & pro illa rata ei non denegatur immissio.*
4. *Fideicommissario immissio denegari non potest, si cesset iusta causa denegationis.*
5. *per Contractus resolutionem, & pretij restitutionem cessat remedium l. 2. C. de rescind. vendit.*
6. *Venditor, si de euictione emptori promiserit, & pro ea specialiter aliquas res hypothecauerit, secuta euictione tales res emptor pro sua indemnitate relaxatione, retinere potest.*
7. *Emptionis contractus resolutus per euictionem, perinde reputari debet ac si nunquam fuerit celebratus.*

DECISIO XI.

DOnauit Iulius Cæsar de Rosatis Demetrio Patiano Domum quam ex fideicommisso Iulij Cæsaris senioris restituere tenebatur Confraternitati Sanctissimi Sacramenti, & litis consortibus: & deinde (nulla facta mentione huiusmodi donationis) illam vendidit Francisco Leopardo, qui pro ea soluit scuta quingenta vigintiquinque in restitutionem dotis Rosatæ, ipsius Iulij Cæsaris alienantis vxoris prædefunctæ, & pro residuo pretij duas proprias domunculas in solutum dedit. Sed interim Patianus donatarius, habita notitia huiusmodi venditionis, adiuit Tribunal Auditoris Cameræ, & non solùm mandatum de manutenendo in præfata domo, vigore clausulæ constituti instrumenti donationis, obtinuit, verum etiam sententiam fauorabilem, quoad ipsam donationem, reportauit, à qua Leopardus appellationem interposuit, sed postea cum ipso Patiano transegit, & ab eo scuta quingenta vigintiquinque pro restitutione dotis soluta, rehabuit, eodemque contextu iura omnia dotalia sibi cessa ab Azonis hæredibus Rosatæ, illi retrocessit; dictas vero domunculas in solutum datas (quarum actualem possessionem Iulius Cæsar nunquam apprehenderat) penes se retinuit. Cùm autem postmodum per obitum eiusdem Iulij Cæsaris vltimi grauarij factus esset locus fideicommisso supradicto, Confraternitas vti ad ipsum vocata, petiit eius vigore in rota dicta Domo, immissionem, quæ præuiis pluribus decisionibus a coram RR. PP. DD. meis Merlino, & Ghislerio ab isto in prima instantia, & ab illo in grado appellationis (pro vna tantum vice concessæ) per duas sententias Rotales, fuit eadem Confraternitati denegata, eo videlicet irrefragabili fundamento, quòd cum talis Domus vendita † fuerit 1 pro dote restituenda, valide potuit alienari, atque ab onere fideicommissi exempta remansit, iuxta *Authent. res quæ. C. com. de legat.* Veruntamen quia in vltima R. P. D. mei Merlini decisione, sub die 15. Iunij 1635. emanata, responsum fuerat, Confraternitatem fideicommissariam posse pro supplemento iusti pretij experiri iura sua: Causa in gradu restitutionis in integrum mihi commissa, dubitaui, qualis nam actio Confraternitati competeret, & contra quem esset dirigenda. Quod dubium ita fuit per Dominos hodie resolutum; nimirum facta in æstimatione pretij domus, dandam esse Confraternitati immissionem pro indiuiso; firmis, quo ad reliqua, permanentibus supradictis huius causæ decisionibus, quæ prudentissimæ iuris dispositioni, ac doctissimis rationibus innixæ fœminarum dotibus iustissimè fauent.

Et sic visa fuit actio dirigenda contra Patianum, quia cum ipse vigore cessionis iurium dotalium possideat domum, de qua agitur, ex titulo oneroso solùm pro summa scutorum quingentorum vigintiquinque, & quoad illud magis, quod ex datione in solutum dictarum domuncularum, huiusmodi domum † valere desumitur, habeat super ea simpliciter titulum lucratiuum, ex text. *in l. non quicumque 84. §. fundus*, vbi Castr. *in 1. & 2. ff. de legat. 1.* vtique potest pro valore excedente creditum dotale à Confraternitate fideicommissaria, pulsari, cui † propterea denegari non debet in tali domo immissio pro indiuiso; iuxta deeis. Guidop. 496. cùm Patianus donatarius, vltra illam summam pro dote † solutam, nullam habeat iustam causam impediendi talem immissionem, Rot. *decis. 559. num. 5. part. 1. recent. & in Romana, seu Sabinen. censùs coram Card. Caual.* quæ est inter eius impressas *decis. 652. num. 4. & 5. confirmata die 20. Nouembr. 1624. coram bo. me. Vbaldo, & in Firmana Saluiani 24. Maij 1632. coram R. P. D. meo Pireuano.*

2
3
4

Non obstat quòd in d. vltima R. P. D. mei Merlini decisione conclusum fuerit, Confraternitatem potius agere debere contra Leopardum; nam, vt apparet ex lectura talia decisionis, hoc procederet si Confraternitas valeret agere ex capite læsionis, ex quo sane agere non valet, cum in venditione facta Leopardo, talis læsio amplius perquiri non possit, quia per resolutionem † contractus, ac recuperationem pretij, cessauit hodie contra eundem Leopardum remedium *l. 2. C. de rescin. vendit.* vt in puncto tenet Dec. *cons. 583. num. 9.* & Magon. *decis. Floren. 110. num. 9.* 5

Contra quem Leopardum, nec pariter visum fuit quòd aliqua Confraternitati competat actio, sub prætextu, quòd ipse adhuc retineat illas domunculas, quæ cum fuerint iam pro domo controuersa in solutum datæ, videntur esse pars pretij illius, nam cū in alienatione dictæ domus Iulius Cæsar venditor,

de euictione Leopardo emptori promiserit, & pro ea specialiter dictas domunculas hypothecauerit, secuta euictione per Parianum donatarium) vtique potuit idem Leopardus (molestiis Iulio Cæsari iu-
6 dicialiter intimatis) tales † domunculas pro releuatione suæ indemnitatis retinere, Surd. *consil.* 13. *num.* 23. Rot. *decis.* 135. *num.* 7. *ad med. part.* 3. *recent.* Absque eo quòd Confraternitas vllum ius possit in illis prætendere ex contractu venditionis iam resoluto, qui reputari debet, ac si nunqoam fuerit cele-
7 bratus, cum ita † Leopardus nil aliud egerit, quàm ad sua libera primæua iura redire, Afflict. *decis.* 8. *per tot.* Motos. *de iure offeren. num.* 33. *& seqq.* Thesaut. iun. *quæst.* 88. *num.* 11. *& sequentib. lib.* 2.

Sed quia verus valor dictæ domus adhuc non fuit sufficienter probatus, ideo Domini dixerunt, quòd fieri debeat eius æstimatio, vt exinde clarè desumi possit pro qua certa summa eadem Confraternitas actionem habeat.

Et ita Confraternitate, Patiano, & Leopardo informantibus resolutum fuit.

a Sunt decisiones 317. part. 5. recent. & 179. 210. & 312. part 6.



AD QVÆST. VI.

Filij positi in conditione quando censeantur à testatore vocati; & sic positi in dispositione.

R. P. D. COCCINO DECANO.

Romana de Pacificis.

Die Lunæ 5. Iulij 1632.

ARGVMENTVM.

De prælatione circa hæredes.

SVMMARIVM.

1. *Prælatio in hæredibus, quando considerari possit.*
2. *Coniunctum præferri disiuncto, quando hoc dicimus, significamus etiam disiunctum esse vocatum, licet post coniunctum.*
3. *Mulier agens hypothecaria præfertur creditoribus anterioribus.*
4. *Prælatio non cadit, nisi inter personas habentes ius in eo, in quo prælatio datur.*
5. *Testatoris verba, qualiter sint intelligenda.*
6. *Personæ omnes, inter quas testator declarat se velle seruari prærogatiuam, censentur vocati ad hæreditatem vnam post aliam.*
7. *Prælatio non inducit ex necessitate vocationem.*
8. *Filij in conditione positi non censentur vocati.*
9. *Text. in l. Lucius, ff. de hæred. instit. declaratur, & num. 11.*
10. *Filij in conditione positi, possunt aliquod commodum sperare, per accidens.*
12. *Text. in l. cum plures 78. §. pater, ff. de leg. 2. declaratur.*
13. *Priuatio in certo, & speciali casu, præsupponit vocationem in alijs casibus.*
14. *Inclusio vnius, est exclusio alterius.*
15. *Hoc tamen non procedit, quoad ea, in quibus, vel eadem, vel maior ratio includendi militat.*

DECISIO XII.



IBVRTIVS Pacificus instituit hæredes vniuersales Pacificum, Statilium, & Alexandrum filios, quos & eorum filios, & descendentes masculos legitimos, & de legiomo matrimonio natos ad inuicem substituit, exclusis semper fœminis, itaut linea vnius alteri succedat; quibus omnibus deficientibus sine filiis legitimis, & naturalibus, & sic in casum extinctionis lineæ masculinæ legitimæ, & naturalis, omnium, & singulorum dictorum suorum filiorum, voluit, quod succedat, & succedere debeat Agapitus Pacificus eiusdem testatoris ex fratre nepos, & eius descendentes legitimi, & naturales masculi, de legitimo matrimonio procreati, fœminis & naturalibus, & ex eis descendentibus semper exclusis. Et decedente Agapito, & suis filiis, & descendentibus, vt supra, si superstites fuerint sibi filiæ fœminæ, & descendentes fœminei sexus, voluit, quod ipsæ non præferantur filiabus fœminis, & descendentibus fœminei sexus ex dictis Pacifico, Statilio, & Alexandro, & eorum descendentibus, vt supra, seu illorum altero, quinimò tali casu voluit illas, & descendentes ex eis præferri in successione, & quatenus non extarent filiæ filiarum filiorum, & earum descendentes, voluit isto casu naturales, seu quomodolibet illegitimos masculos ex filiis succedere, & præferri filiabus fœminis, & descendentibus etiam legitimis & naturalibus, ex fœmineo sexu ex dicto Agapito.

Post obitum Pacifici, & Alexandri, vltimo loco decessit Statilius nullis superstitibus filiis, & sic extincta linea ipsius testatoris, cum iam eum prædecesserit Agapitus relictis filiabus fœminis. Dubitatum an constaret de fideicommisso ad earum fauorem, & affirmatiuè fuit resolutum, quia cum testator noluerit filias Agapiti præferri filiabus filiorum, aut illegitimis, sed voluerit filias filiorum, & descendentes ex eis, necnon illegitimos in earum defectum præferri, hæc † prælatio in casu isto non po- 1
test considerari, nisi data omnium vocatione, §. *præferuntur, Instit. ad Tertull.* sic enim, cum dicimus coniunctum † præferri disiuncto, significamus etiam 2
disiunctum esse vocatum, licet post coniunctum, *l. vnica, §. his ita definitis, C. de caduc. tollend. l. hæredes sine partibus 63. ff. de hæred. instit. l. prima, §. idem est, ff. de vsufruct. accresc.* & simili modo, cum † di- 3
cimus mulierem agentem hypothecaria præferri creditoribus anterioribus, vtique supponimus etiam creditores anteriores habere hypothecam, sed in ea mulierem esse potiorem, *l. vlt. C. qui potior. in pignor. habeant. §. fuerat, Instit. de action. §. his consequens, Auth. de æqualit. dot. collat.* 7. aliàs enim hypothecam non haberet si frustra de prælatione disputaretur, quia † prælatio non cadit, nisi inter personas 4
habentes ius in eo, in quo prælatio datur, *toto tit. ff. qui potior. in pignor. habeantur*, & propterea dicendum est, quod verba testatoris † denotant ordinem 5
succedendi, non verò totalem exclusionem, *l. 2. §. si mater, & §. cum enim, ff. ad Tertull.* Vnde fit, quod omnes personæ, inter quas testator declarat, se velle seruari prærogatiuam, censeri debeant ad † hæredi- 6
tatem vocatæ gradatim, vna post aliam, vt ferè in istis terminis post rationes prædictas, considerat Bellonus *in consil.* 72. *num.* 31. *cum seq.*

Non obstat, quod prælatio † non inducit, ex ne- 7
cessitate,

cessitate, vocationem, vt *in l. Lucius, la seconda, ff. de hered. instit.* in qua datur prælatio respectu substituti, nedum fratri expressè vocato; sed etiam filiis fra-
8 tris positis in conditione, qui propterea † non etant vocati, vt ibi in fine: *Non enim fratrem solum heredem prætulit substitutus, sed etiam eius liberos*, & ibi *glos.* dicit, quod cum filij in conditione positi non sint vocati tacitè, præferuntur substituto, scilicet ab intestato. Nam fuit responsum hæc non applicati ad casum nostrum, cum non agatur de excludendo substituto, aut de fauore grauati iuxta casum dictæ *legis*
9 † *Lucius*; conditio enim, si sine liberis, de qua in dicta lege, principaliter ponitur in fauorem grauati, vt minùs censeatur grauatus, vt est de natura omnium conditionum, quæ ponuntur ad suspendendam dispositionem, non autem ad disponendum. Bart. *in l. illis liberis, ff. de condit. & demonstr. & in l. Lucius. ff. de aliment. & cibar. legat.* Alciatus *cons.* 128.
10 *num.* 7. & 8. & licet ipsi filij † in conditione positi possint aliquod commodum sperare, ideft per accidens, si patet grauatus voluerit illis filiis relinquere, quod non est in consideratione, vt *in l. si quis neque causam, ff. si cert. petat.* & sic in casu dictæ *l. Lucius, la seconda*, vtraque prælatio intelligitur ad exclusionem substitotorum, de qua ibi principaliter dubitabatur, Alexander Trentacinquius *de substit. part.* 4. *cap.* 11. *num.* 11. *vers. isti textus ex dictis ponderationibus.* Ludouicus de Casanate *cons.* 48. *num.* 3. sed dicta non applicantur ad casum nostrum, quia filiæ Agapiti non sunt positæ in conditione, ad exclusionem substituti, sed solùm ad effectum prælationis filiorum testatoris, & earum descendentium, & illegiti-
11 morum, quare nō intrat ratio dictæ † *l. Lucius*, quòd filij in conditione positi præferuntur substituto ab intestato; si pater grauatus voluerit illis filiis relinquere, & vt minùs ille censeatur grauatus, quia in hac dispositione, licet filiæ Agapiti fuerint positæ in conditione, id tamen non fuit fauore ipsius Agapiti ad exclusionem substituti, neque etiam eis poterat deberi successio ab intestato, cum alij expressè essent vocati, etiam testator voluerit per fideicommissum præferri in successione filiabus dicti Agapiti, filias filiorum, & eorum descendentes, necnon illegitimos. Vnde dicendum est nos versari in puris terminis, quando in dispositione, vnus in successione alteri præfertur, quo casu ex supradictis omnes sunt vocati gradatim, vnus post alterum.

Et resolutio principalis confirmatur ex textu *in l. cum plures* 78. *§. pater, ff. de legat.* 2. vbi patet instituta filia, sic disposuit: *Peto cum morieris, licet alios quosque filios susceperis, Sempronio nepoti meo plus tribuas in honorem nominis mei*, & subdit textus. Necessitas quidem testituendi nepotibus viriles partes præce-
12 dere videbatur, qui quidem † textus licet ex hoc videatur disponere, quod comparatiuum præsupponit positiuum, vt ibi notat Bart. ratio tamen benè facit ad propositum, quia cùm in hoc casu adsit fideicommissum ad fauorem filiarum, filiorum, & illegitimorum, quibus noluit præferri filias ipsius Agapiti, videtur pernecessè resultare fideicommissum in euentum, in quem nec filiæ filiorum, nec illegitimi adessent, cùm testator non simpliciter excludat filias Agapiti, sed solum, quod non præfe-
13 rantur in dictis casibus, & sic † priuatio in certo speciali casu, præsupponit vocationem in aliis casibus, videlicet non existentibus filiabus fœminis filiorum, & illegitimis, *l. decem* 117. *ff. de verbor. obligat. l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re iudicata. l. nec virilem* 20. *ff. ex quibus caus. maior.*

Neque obstat, quod † inclusio vnius, est exclusio 14
alterius, ideoque cùm sint inclusæ filiæ filiorum, & illegitimi, resultet exclusio filiarum Agapiti, *l. cùm prætor, ff. de iudic.* Quia hæc regula non habet locum, quoad ea in † quibus, vel eadem, vel maior ratio 15
includendi militat, gloss. *in l. cum prætor, in verbo videtur, in princ.* Felin. *in cap. nonne, num.* 5. *de præsumpt.* Dec. *in cap. secundo requiris, num.* 7. *de appellat.* Benincas. *in §. actionum, num.* 217. *Instit. de action.* Geraldus Mazolus *cons.* 10. *num.* 18. Schraderus *cons.* 14. *n.* 298. *volum.* 1. Surd. *cons.* 543. *num.* 41. *in fin. volum.* 4. At in casu isto, vt supra probatum fuit, militat eadem ratio includendi gradatim filias Agapiti, sicuti filias filiorum, & illegitimos, cùm testator illas non simpliciter exclusérit, sed solum extantibus filiabus filiorum, & illegitimis.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

R. P. D. MERLINO.

Cæsenaten Successionis.

Die Veneris 22. *Iunij* 1635.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius ad obtinendam immissionem bonorum fideicommissariorum qua via agere potest. Filij in conditione positi licèt non dicantur vocati, tamen ab hac regula receditur, quando adsunt plures coniecturæ, quæ contrarium suadeant.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissario competit remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. si ostendat testamentum in quo est vocatus, non cancellatum, nec abolitum, neque in vlla sua forma parte vitiatum, & probata identitate persona, & bonorum.*
2. *Fideicommissarius pro assequenda possessione bonorum fideicommisso subiectorum intentare potest vtile Saluianum interdictum.*
3. *Filij in conditione positi non censentur vocati.*
4. *Filij in conditione positi censentur vocati quando pro eorum vocatione plures, & vrgentes coniecturæ concurrunt.*
5. *Filij in conditione positi, dum sunt ex descendentibus testatoris, vt dicantur vocati, admittuntur leuiores coniectura, & præsumptiones.*
6. *Filij in conditione positi censentur vocati, si fuerint substituta persona minus dilecta.*
7. *Descendentes, quando sunt positi sub conditione legitimitatis, censentur vocati.*
8. *Testator, quando digressus est ad plures gradus substitutionum, oritur præsumptio, quod primo loco positi sub conditione, censeantur vocati.*
9. *Testator, si fœminas descendentes ex fratre substituit, descendentibus ex filio positis sub conditione, censetur illos vocasse.*
10. *Fideicommissum reale aque comprehendit vocatos, & positos in conditione.*
11. *Clausula codicillaris, & clausula, Omni meliori modo, deseruire possunt pro firmanda vocatione filiorum in conditione positorum.*
12. *Filiorum appellatione in conditione positorum, veniunt etiam fœmina.*

13. *Præscriptio nulla currere incipit contra pupillum, durante pubertate.*

14. *Præscriptio non perficitur, dum non adest bona fides.*

DECISIO XIII.

Vincentius Maraldus scripsit heredem Andream filium, & illi decedēti sine filiis substituit filios masculos Rocchi eius fratris, & filiis Rocchi decedentibus substituit in mediate bonorum filias fœminas Rocchi, & in alia medietate proximiores agnationis de Maraldi, vt in summar. Blancæ *num.* 1. Successit Andreas primo hæres scriptus, & ex eo defuncto superstes fuit posthuma filia Blanca, cui cum hodie dubitaretur, an esset danda immissio in bonis per Vincentium fideic. subiectis, Domini responderunt dandam esse immissionem, nisi obstent detractiones de quibus particulariter videbitur.

Exhibetur enim testamentum Vincentij non cancellatum, neque abolitum, neque in vlla suæ formæ parte vitiatum, in quo Blanca se ad fideic. Vincentij vocatam ostendit, & descendentia ipsius Blancæ ab Andrea filio fideicommittentis, non controuertitur, & ex testibus datis in summ. *num.* 2. constat
1 identitasque bonorum, & quòd † per Vincentium
fuerint possessa non impugnatur; vtrique Blancæ
competit remedium, *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*
2 vel vtile Saluianum interdictum † pro assequenda
possessione bonorum fideicommisso subiectorum, vt
passim Rota respondet, & decisiones cumulatæ fuerunt *in Verulana fideicommissi* 16. *Iunij, &* 20. *Nouembris* 1634. *coram me.*

De vocatione autem & fideicommisso purificato
ad fauorem Blancæ constare visum fuit, quia licèt
3 † filij in conditione positi regulariter non censeantur vocati, iuxta opinionem Gloss. *in l. Lucius la* 2. *ff. de hered. instit.* quam constanter retinet Rota, attamen vbi plures, & vrgentes coniecturæ filiorum sua-
4 dent vocationem † prout in casu præsenti Rota recedit ab opinione Glosæ, & contrariam amplectitur sententiam, vt dixit coram Put. *decis.* 215. *lib.* 2. Card. Seraph. *decis.* 1329. *num.* 1. *& in recent. decis.* 133. *numer.* 1. *& decis.* 266. *num.* 3. *part.* 1. *& coram Reuerendiss. D. meo Decano decis.* 267. *num.* 4. dumque filij in
5 conditione † positi sunt ex descendentibus testatoris admittit etiam leuiores coniecturas, & præsumptiones ad firmandam illorum dispositiuam vocationem fideicommissariam, & etiam post alios docuerunt Thesaur. *decis.* 96. *num.* 7. Surd. *cons.* 67. *num.* 34. Bell. iun. *cons.* 50. *num.* 14. Rota *coram sanct. me. Gregor. XV. decis.* 315. *num.* 5. *& decis.* 329. *num* 3. *& in rec. decis.* 476. *num.* x. *part.* 1. *cum aliis congestis in Auximana fideicommissi* 4. *Martij* 1630. *coram me.*

Coniecturæ autem hic adsunt plures, & ponderosæ.

Prima pro vocatione filiorum Andreæ coniectura desumitur ex eo quòd Vincentius in subsequentibus substitutionibus dispositiuè vocauit filios Rocchi fratris, & filios tam masculos, quàm fœminas eorumdem filiorum Rocchi substitutorum, vnde si filios Transuersales minus dilectos voluit suc-
6 cedere in fideicommisso, eo † fortius dicendum est vocasse filios Andreæ filij magis dilectos, & descendentes, ita arguunt Honded. *consil.* 54. *num.* 37. *vers. sexta coniectura*, quam concludentem appellat *lib.* 2. Menoch. *cons.* 420. *num.* 9. *vers.* 4. *mouet me.* Surd. *consil.* 344. *num.* 6. *ad finem*, vbi vti vrgentem hanc coniecturam extollit Bellon. iun. *consil.* 19. *num.* 17. & ponderauit Rota apud Card. Seraph. *decis.* 1329. *num.* 9. *coram san. me. Gregor. XV. decis.* 315. *num.* 6. *&* 7. *decis.* 329. *num.* 8. *&* 9. *in Bonon. fideicom.* 14. *Maij* 1621. *coram Eminentiss. D. Card. Verospio.*

Secunda deducitur coniectura ex eo quòd filij
fuerunt in conditione positi cum qualitate legiti-
mitatis, ex qua, † vbi agitur de descendentibus in- 7
fertur, testatorem verè intellexisse vocare ipsos filios legitimos, vt consuluit Socin. ion. *consil.* 120. *num.* 25. *lib.* 3. Crauett. *consil.* 885. *num.* 7. Menoch. *consil.* 420. *num.* 13. Fusar. *consil.* 13. *num.* 8. Bellon. iun. *consil.* 19. *num.* 4. *&* 5. *consil.* 86. *num.* 5. Rot. *coram Card. Seraph. decis.* 1329. *num.* 6. *atque in Meleuitana hereditatis* 27. *Maij* 1619. *coram Reuerendiss. Seleucien. & in Veliterna fideicommiss.* 28. *Iunij* 1632. *coram R. P. D. meo Verospio.*

Tertia resultat ex eo quòd testator digressus est
ad plures gradus substitutionum vnde præsumitur
† primo loco in conditione positos omnino voluis- 8
se vocare, quam coniecturam vbi cum aliis iuncta sit, magni esse ponderis, & vocationem inferre sine difficultate, quamuis ex se sola non sufficiat, tradunt Honded. *consil.* 54. *num.* 35. *&* 36. *lib.* 2. Bellon. iun. *consil.* 19. *num.* 11. *& consil.* 50. *num.* 28. *&* 26. Menoch. *consil.* 613. *num.* 8. Rota *coram san. mem. Gregor. XV. decis.* 315. *num.* 4. *& decis.* 329. *num.* 5. *& in rec. decis.* 133. *num.* 7. *ac decis.* 28. *num.* 14. *part.* 1. *& decis.* 424. *num.* 2. *part.* 2. *& in Auximana fideicommiss.* 4. *Martij* 1630. *coram me.*

Quarta accedit ex eo quòd fœminas † descen- 9
dentes ex fratre expressè substituit ergo, & descendentes ex filio multo magis vocauit, vt ratiocinatur Honded. *dict. consil.* 54. *num.* 41. *lib.* 2. Bellon. iun. *consil.* 50. *num.* 30. *& cons.* 86. *num.* 9. Rot. *decis.* 146. *num.* 6. *part.* 1. *recent. & coram san. me. Gregor. XV. decis.* 551. *num.* 5. *& in d. Auximana fideic. coram me.*

Quinta insurgit ex eo quòd Vincentius substi-
tuendo vsus est verbis realibus, declarans velle hæ-
reditatem peruenire ad substitutos; fideicommissum
† autem reale æque comprehendit vocatos & posi- 10
tos in conditione, vt censuit Rota in his terminis *coram san. me. Gregor. XV. decis.* 315. *num.* 13.

Sexta demum additur coniectura ex clausula co-
dicillari, & clausula omni meliori modo, quas deser-
uire † pro firmanda vocatione filiorum in conditio- 11
ne positorum scripserunt, Gabriel. *cons.* 123. *num.* 30. *lib.* 2. Honded. *cons.* 65. *num.* 41. *lib.* 1. *& cons.* 54. *num.* 47. *lib.* 2. Rot. *decis.* 133. *num.* 7. *part.* 1. *& decis.* 424. *num.* 2. *part.* 2. *recent. & in Senogallien. fideic.* 11. *Maij* 1626. *coram bo. me. Remboldo*, quæ coniecturæ non diuisim, & singulæ de per se, sed coaceruatim sunt ponderandæ, ita vt inuicem fulciantur, & fideicommittentis voluntatem pro vocatione filiorum satis eliciunt, vt mouerunt Honded. *d. cons.* 54. *num.* 53. *lib.* 2. Surd. *consil.* 539. *num.* 2. Cabal. *cons.* 105. *num.* 25. *lib.* 1. Bellon. iun. *cons.* 50. *num.* 33. Rot. *apud san. mem. Gregor. XV. decis.* 315. *num.* 9. *& in recent. decis.* 266. *num.* 19. *& decis.* 320. *num.* 8. *part.* 1. *rec. & in d. Auxim. fideicommiss.* 4. *Martij* 1630. *coram me.*

Posito autem quòd filij Andreæ in conditione
positi, sint ad successionem vocati, non ambigebant
Domini vocatam etiam censeri Blancam, quia ap-
pellatione † filiorum in conditione positorum ve- 12
niunt etiam fœminæ, vt est text. *in l.* 1. *C. de condit. insert.* & perpendit Honded. *cons.* 57. *num.* 25. *&* 27. *lib.* 1. Thesaur. *decis.* 188. *num.* 7. & sæpissimè Rota respondit, vt apud Card. Seraph. *decis.* 880. *num.* 1. *& decis.* 514. *num.* 3. *&* 4. *coram san. me. Gregor. XV. & in rec. decis.* 316. *num.* 2. *&* 3. *part.* 1. *ac decis.* 485. *num.* 1. *part.* 4. *diuers. & nuper in Bonon. fideicom. sub die* 18. *currentis mensis*

mensis coram R. P. D. meo Verospio, & hic apparet testatorem non reiecisse fœminas, dum expresse fœminas neptes ex Roccho fratre vocauit, vnde fortius dicendum est admisisse neptes ex filio, & sic descendentes.

Non obstat exceptio præscriptionis, quam ad impediendam immissionem se tuebatur hæres Laurentij Maraldi, quoniam nec in facto subsistit, quia Blanca nata est de anno 1598. & lis mota fuit de anno 1626. vnde Rocchus pacifice non possedit bona per 30. annos subtracta præsertim pupillari ætate Blancæ quæ durauit vsque ad annum 1610. prout
13 est subtrahenda, cum durante † pubertate contra pupillos nulla incipiat præscriptio, etiam longissimi temporis, *l. sicut C. de præscript. 30. vel 40. annorum.* gloss. *in l. fin. vers. finali*, vbi Cyn. Bart. & Bald. *C. quibus ex caus. in integr. restit. non est necessaria*, & dixit Rot. *in Florentina affrancationis 1. Febr. 1634. coram Reuerendiss. Vrgellen.* Nec quatenus lapsum fuisset tempus integrum 30. annorum suffragaretur præscriptio Roccho, & habentibus causam ab eo, quia ipsi innotescebat Blancam esse vocatam in eodem testamento, ex quo idem iura suæ successionis dedu-
14 cebat, sic † deficit bona fides, sine qua non perficitur præscriptio, *c. fin. de præscript. c. possessor. de reg. iur. in 6.* Geminian. *cons. 23. num. 3.* Honded. *cons. 17. n. 84. in fin lib. 1. cum aliis.*

Minus obstat deducta transactio in qua Blancæ per Rocchum fuerunt assignata plura bona, cum pacto, vt acquiesceret, quoniam illa non emanauit super bonis hodie controuersis, neque super testamento Vincentij, sed Andreæ, & ideo Blancæ non officit agenti ad hæreditatem Vincentij in transactione non comprehensam, prout etiam non obstare resolutum fuit sub die 27. Iunij 1631 coram me, quæ decisio in hac disputatione est præsupponenda.

Demum non obstat, quod Vincentius testator multa bona reliquerit filiis Christophori Maraldi, & pro indiuiduo possederit bona Rocchi fratris, quia super illis non petitur immissio, dum particulariter legata fuerunt per testatorem vel ad eum non spectabant, sed in reliquis bonis, demptis legatis, & bonis spectantibus ad Rocchum eius fratrem.

Quoad alias detractiones oppositas ad impediendam immissionem ratione expensarum funeris legitimæ trebellianicæ & similium, reiiciendas esse ad aliam disputationem Domini censuerunt.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R.P.D. PIROVANO DECANO.

Romana Fideicommissi de Incoronatis.

Die Veneris 13. Nouembris 1637.

ARGVMENTVM.

Flij in conditione positi, vigore statuti Vrb. lib. 1. cap. 142. censentur vocati, quod statutum habet locum non tantùm in descendentibus, sed etiam in transuersalibus Oldrad. consil. 21. quando sit inhærendum, & quando non.

SVMMARIVM.

1. *Filij in conditione positi habent expressam vocationem ex Statuto Vrbis lib. 1. cap. 142.* Decisiones Rotæ.
2. *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 142. non solum habet locum in descendentibus, sed etiam in transuersalibus.*
3. *Nepotes, & pronepotes alicuius, si in infinitum sint vocati ex mente, & verbis testatoris, pariter grauati sunt restituere post obitum eorum aliis à testatore vocatis.*
4. *in Conditione positi, sicuti non differunt in vocatione ab eis, qui directè sunt nominati, ita in referente omnes comprehenduntur, si supradicti sint certi, & sub dictione vniuersali.*
5. *Verbum, supradicti, aut supranominati ad quid sit referendum.*
6. *Fideicommissum ex quibus coniecturis ad infinitum, & in perpetuum præsumatur à testatore præordinatum. num. 7.*
8. *Conditio, si omnes decesserint sine filiis, deficit, si vnus moriatur cum filiis.*
9. *Oldrad. cons. 21. tunc inhærendum est, quando testator iniunxit grauamen tantummodo filiis ad inuicem, vel respectiuè ad alios.*
10. *Secus verò, quando idem grauamen iniunctum est filiis filiorum in infinitum vel expresse, vel per coniecturas, & vide num. 11. vsque ad finem.*

DECISIO XIV.

Marcellus de Incoronatis vsque de anno 1563. testamentum condidit, cum quo decessit institutis hæredibus, Cæsare, Ioanne Baptista, Coronato, Camillo, & Francisco eius filiis, quos ad inuicem substituit, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum quandocumque decesserint sine filiis, nepotibus, vel pronepotibus, & ex eisdem descendentibus in infinitum, legitimis, & naturalibus masculis, fœminis omninò exclusis.

Et casu quo omnes supradicti decederent sine filiis, vel nepotibus, aut pronepotibus ex eisdem descendentibus in infinitum legitimis, & naturalibus masculis, vltimo morienti substituit Paulum de Incoronatis eiusdem testatoris nepotem, si superuixerit, sin autem eiusdem filios, siue nepotes masculos legitimos, & naturales ex eisdem descendentes masculos, vt supra in infinitum.

Decesserunt omnes filij testatoris superextantibus ex Francisco duobus masculis iam professis in Dominicana Religione, & similiter ex Paulo vocato, & multis ab hinc annis defuncto superextat D. Angelus, qui habuit in patrem Marcum Antonium progenitum à Paulo, nominatim per Marcellum primo loco substituto; vnde cum prætenderetur lineam Marcelli fuisse extinctam, & locum factum lineæ Pauli, quæsitum fuit, an constet de fideicommisso, quod suffragetur D. Angelo, & Domini affirmatiuè responderunt.

Quoniam nedum filij Marcelli sunt vocati, & inuicem substituti, sed & eius nepotes, & pronepotes in infinitum, tanquam in conditione positi, habent expressam vocationem † ex Statuto Vrbis 142. 1
lib. 1. itaut in actiua, & successiua vocatione inter se non differant dispositiuè nominati ab aliis in conditione positis, Gabriel. *consil. 115. num. 11. lib. 1.* Peregr. *art. 28. num. 2. & 25.* Bellon. iun. *cons. 86. numer. 30.* Peregr. *consil. 55. num. 1. lib. 4.* Rot. *decis. 403. num. 3. 424. num. 1. part. 2. rec. & 575. num. 2. coram Papa Gregor. XV.* & hanc ex statuto † vocationem, non 2
solum habere locum in descendentibus, sed etiam in transuersalibus resolutum fuit *in Albanen. fideicommissi 13. Ianuarij 1606 in Romana domus ad Peregrinum 11. Martij 1629. coram D. meo Decano, & in Romana*

fideicommiſſi de Surdis 27. Febr. 1617. coram bon. mem. Franciſco Vbaldo.

Quod ſi nepotes, & pronepotes Marcelli in infi-
3 nitum ſunt vocati, † ex mente, & verbis eiuſdem
teſtatoris, pariter grauati ſunt reſtituere poſt obi-
tum profeſſorum deſcendentibus ex linea Pauli.

Ex verbis namque colligitur vltimum morien-
tem, grauatum eſſe reſtituere lineæ Pauli, ibi & ca-
ſu, quo ſupradicti omnes decederent ſine filiis, ne-
potibus, aut pronepotibus ex eiſdem deſcendenti-
bus in infinitum legitimis, & naturalibus maſculis
vltimo morienti ſubſtituit Paulum, ſi ſupranixerit,
ſin autem eiuſdem filios, ſiue nepotes maſculos in
infinitum, illa enim verba, & caſu quo ſupradicti
omnes, ſicuti poſiti in conditione, non differunt in
vocatione ab eis, qui directè ſunt nominati ita in
4 referente omnes comprehenduntur † quia ſupradi-
cti ſunt certi, & ſub dictione vniuerſali ex proprie-
tate ſermonis comprehenſi, prout Rota ſimilia ver-
ba ponderando reſoluit *in deciſ. 315. num. 11. coram
Papa Gregorio XV. & in Spoletana fideicommiſſi, quæ
eſt 269. num. 6. part. 5. diuerſ.* poſtea confirmata 14.
February 1633. coram D. meo Ghiſilerio, & idem re-
ſpondit declarando ſimilia verba Menoch. *conſ.* 334.
num. 8. Gratian. *conſil.* 5. *num.* 59. Corneus *conſil.* 146.
num. 13. *vol.* 2. Decian. *reſponſio.* 84. *num.* 13. *volum.* 3.
5 & in ſpecie quod † verbum ſupradicti, aut ſupra no-
minati ſit referendum ad filios in conditione poſi-
tos, latè comprobat Citiac. *controuerſ.* 96. *num.* 48.

Senſumque ad mentem teſtatoris proximum ma-
6 ximè etiam ſuadent coniecturæ, † & præſumptio-
nes ex eodem teſtamento deſumptæ, & per infor-
mantes pro D. Angelo ponderatæ, & ſignanter di-
greſſio ad plures gradus ſubſtitutionum, qualitas
maſculinitatis, iuncta temporis perpetuitate, ex ver-
bis in infinitum, & fœminarum excluſione, ac for-
mula eadem ſuccedendi inter deſcendentes Pauli,
quæ indicant teſtatorem cogitaſſe, nedum deficien-
tem filiorum hæredum, qui poterant breui tempo-
re deficere, ſed & aliorum deſcendentium ad com-
modum lineæ Pauli, per quam fideicommiſſum ad
remotiſſimum tempus erat protrahendum, quod vi-
detur ex toto contextu teſtatoris præcipuum pro-
poſitum, vt ad infinitum fideicommiſſi ſubordina-
tio deſeruiret, & hanc perpetuitatis præſumptio-
7 nem, & ad remotiſſimum tempus directam, † ſem-
per Domini in pluribus cauſis magni fecerunt, vt
*in deciſ. 231. num. 4. part. 2. deciſ. 6. num. 16. 21. num. 3.
180. num 8. 216. num. 13. part. 5. diuerſ. & in Bono-
nien. fideicommiſſi de Scadinarijs 11. Decembris 1623.
coram D. meo Merlino, & in Viterbien. Caſtrorum co-
ram D. meo Decano, quæ eſt 194. num. 7. eadem part. 5.
diuerſ.*

Neque obſtat, quod cum defecerit conditio, ſi
omnes deceſſerint ſine filiis, ſub qua vtraque linea
fuit vocata, ex quo Franciſcus alter ex filiis Mar-
celli inſtitutis deceſſit relictis duobus filiis maſcu-
8 lis, † ſemper intrat conſilium Oldradi 21. paſſim
receptum ad fideicommiſſi excluſionem. Couar. *in
cap. Raynaldus, num. 3. verſ. ſed & illud, de teſtament.*
Mantic. *de coniectur. lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 8. Surd. *con-
ſil.* 446. *num.* 11. Rot. *deciſ.* 486. *num.* 1. *part.* 1. & 125.
num. 1. *part.* 3. *recent.*

Quia tunc inhærendum eſt rationibus Oldradi,
9 quando teſtator † iniunxit grauamen tantummodo
filiis ad inuicem, vel reſpectiuè ad alios, ſecus au-
tem quando idem grauamen iniunctum eſt filiis fi-
liorum in infinitum, vel expreſsè per illa verba, &
caſu quo omnes ſupradicti, vel per coniecturas
† mentem declarantes, vt in præſenti per ſupradi- 10
cta, quia tunc fideicommiſſum inducitur, & ab opi-
nione Oldradi receditur Grat. *conſil.* 5. *num.* 58. & 85.
Pariſ. *conſil* 7. *num.* 37. *lib.* 3. Decian. *conſil.* 84. *num.* 20.
lib. 3. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 29. *num.* 41. Menoch.
conſil. 334. *num.* 18. & cum hac declaratione tranſiuit
Rota *coram Mantica deciſ.* 375. *num.* 7 *& in Spole-
tana fideicommiſſi* 269. *num.* 2. *part.* 5. *diuerſ.*

Nec mouit Dominos, quod verba illa caſu quo
omnes ſupradicti decederent ſine filiis, † ſint refe- 11
renda ad teſtatoris filios, non autem ad alios in
conditione poſitos. Ruin. *conſil.* 96. *num.* 11. *lib.* 2.
Cephal. *conſil.* 17. *num.* 15. & 30. Bellon. iun. *conſil.* 43.
num. 14. qui omnes videntur loqui in † terminis 12
clauſulæ, Si omnes, & idem dicebatur firmatum *in
deciſ.* 486. *num.* 4. *part.* 1. *recent.*

Quia retenta opinione, quod deſcendentes in
infinitum, ab illis quinque filiis Marcelli teſtatoris,
ſint expreſsè vocati, prout alij nominatim ſubſtitu-
ti, auctoritates prædictæ bene ſe ipſas declarant,
dum præſupponunt in conditione poſitos non eſſe
vocatos, & tunc illorum opinio rectè procederet,
† quia relatio ad non vocatos fieri non poteſt. 13

Et quæ replicantur, quod filij vltimi decedentis
non ſint in conditione poſiti, & per conſequens, ne-
que vocati, & grauati, ſed ſoli illi præcedentium
bene euitatur ex verbis expreſſis teſtamenti, ibi
quos ad inuicem ſubſtituit quandocunque deceſſe-
rint ſine filiis, nepotibus, aut pronepotibus. Vnde
patet omnes † deſcendentes, ſub conditione eſſe 14
comprehenſos, grauamen verò ad fauorem lineæ
Pauli, eſſe iniunctum tantummodo vltimo morien-
ti. Et ita, &c.

AD QVÆST. VIII.

De ſtatuto excludente fœminas propter maſculos.

R. P. D. DVNOZETTO.

Peruſina ſucceſſionis de Alphanis.

Die Mercurij 1. Februarij 1634.

ARGVMENTVM.

Statutum Peruſinum *ſub rubr.* 45. *de dotat. mulier.* excludens filias dotatas à ſucceſſione, &c. intelligitur de dotatis iam tempore delatæ hæreditatis, itaut ſuperueniens dotatio non tollat, nec auferre valeat, ius antea quæſitum, & radicatum in eis, quæ iam adiuerunt.

SVMMARIVM.

1. *Sententia contra ſententiam lata eſt nulla, contraria non reuocata.*
2. *Sententia contra ſententiam lata eſt valida, etiam contraria non reuocata, ſi de eius iniuſtitia appareat ex actis, & num.* 3.
4. *Sorores æqualiter cum fratribus ſuccedunt in bonis maternis.*
5. *Statutum excludens mulieres dotatas à ſucceſſione parentum*

parentum censetur eas excludere ob habitam dotem, ante delatam hereditatem, num.6.& 7.

8. *Hares, postquam adiuit hereditatem, si ab eo illa auferatur, non dicitur exclusus à successione, sed hereditatis iam acquisita verè priuatus.*

9. *Pater retinendo bona materna, censetur nomine filiorum infantium hereditatem matris eiusdem adiuisse.*

10. *Consensus prasumitur ex cursu longi temporis.*

11. *Pater, ex quibus prasumatur voluisse adire hereditatem maternam nomine filiorum.*

12. *Possidentis assertioni statur, quo iure, vel nomine possideat.*

13. *Statutis, censetur, quis se conformasse.*

14. *Exclusionis qualitas, quando cessat, pariter cessat ipsa exclusio.*

15. *Statut. Perusin. sub rubr.45. de dotat mulier. § item si quis etiam, declaratur, & num.16.*

17. *Statut. Perus. sub rubr.45. de dotat. mulier. §. item si aliquis, declaratur, & num.22.23.& 24.*

18. *Hereditatis fructus, non nisi post eam aditam, debentur.*

19. *In statutis exclusiuis fœminarum propter masculos ab hereditate parentum, non debet fieri extensio.*

20. *Ita quod non sufficiat identitas, sed requiratur maioritas rationis.*

21. *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

25. *Fructus à die mortis veniunt in petitione hereditatis.*

26. *Specificatio aliqua non dicitur superflua, etiamsi tacitè insit.*

27. *Singula singulis, congruè referenda sunt.*

28. *Testes, vt probent aliquam obseruantiam, quid deponere debeant.*

29. *Obseruantia in materia exclusionis fœminarum ab hereditate parentum, vt releuet debet esse certa, clara, vniformis, in casu de quo agitur, & in contradictorio iudicio obtenta.*

DECISIO XV.


BIIT ab intestato Dianota Lamberta de Alphanis superstitibus Seuero, Maria, & Hortensia eius filiis, ac Capitaneo Raphaele eius viro, qui quidem Raphael retinendo dotem dictæ suæ vxoris longè post decennium nuptui tradidit Capitaneo Balthassari de Alexandris Martiam eius filiam cum dote scutorum 2000. postmodum ipse decessit instituto hærede vniuersali Seuero filio.

Verùm cùm dicta Martia portionem sibi tangentem ex hæreditate Dianotæ matris prætenderet, immissionis iudicium contra Seuerum fratrem eiusdem hæreditatis possessorem intentauit coram Locumtenente Gubernatoris Perusiæ, à quo lata fuit sententia absolutoria, sed commissa causa appellationis in Rota Perusina, fuit non facta mentione prioris sententiæ pronunciatum prout in prima, eidem Mariæ dandam esse immissionem, à qua quidem sententia appellauit Seuerus, & obtinuit à Signatura causam mihi committi, cum clausula, *Constituta quòd sit locus Ægidiana*. Vnde dato dubio, an esset locus Ægidianæ, cùm pro parte Seueri dedu-
1 ceretur etiam † nullitas ex eo, quod non fuerit reuocata prima sententia, *l.1. C. quand. prouoc. non est necess. cum alijs allegat.* Domini decima Maij 1632. mandarunt informari strictè super iustitia, quia si debetur successio, & consequenter est ex eisdem iniusta prima sententia, valida est secunda † illa non 2
reuocata, & intrat Ægidiana, vt in terminis tenet Rota *coram Put. decis.4. de Ægid. & in Rauennaten. coram bon. mem. Iusto post Pacif. de Salu. decis.144. num.4.& 5.* præsertim stante clausula, † Quam, & 3
quas, in commissione appellationis adiecta. Rota *decis.201. num.1.& 2. lib.2. part.3. diuers. coram Card. Caual. decis.42. num.3. & 5. & decis.69. num.1. & 2. & in Spoletana bonorum 20. Martij 1628. coram Eminentiss. Card. Virili*, & hodie firmando etiam iustitiam locum esse Ægidianæ responderunt.

Iustitia enim dictæ sententiæ fundatur in dispositione iuris communis, qua attenta non poterat eidem Mariæ vti hæredi ab intestato suæ matris immissio denegari, † cum ea æqualiter cum fratribus 4
esset admittenda, ad text. *in l. maximum vitium, C. de liber. prater. cum concord.*

Tota difficultas reducebatur ad intelligentiam statuti Perusini exclusiui fœminarum sub *rubr.45. de dotat. mulier.* An scilicet illud pro exclusione filiæ à successione matris requirat dotationem ante delatam, & aditam hæreditatem, vel sufficiat dotatio superueniens, quia si requiratur dotatio ante delatam, & aditam hæreditatem, non potuit Martia per dotationem factam à patre post delatam, & aditam hæreditatem maternam eadem hæreditate priuari, secùs verò si dotatio superueniens sufficiat.

Circa quam inspectionem DD. ponderatis verbis eiusdem statuti in principio, ibi, *si qua mulier fuerit, vel erit dotata*, &c. & inferiùs, *ipsa mulier dotata*, & postea, *exclusa muliere dotata*, &c. *habita dicta dote*, &c. censuerunt † statutum non excludere nisi do- 5
tatas propter dotem, vt in terminis statuti Perusini tenent Corn. *consil. 300. num.7. lib.4.* Eugen. *cons.4. num.55. & seqq. lib.2.* Rota *coram san. mem. Greg. XV. decis.565. num.4. in Perusina bonorum 27. Iunij 1597. coram Gypsio, & in Perusina fideicommissi de Gratianis 28. Iunij 1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Quo casu ad hoc, vt sit locus statuto, requiritur dotatio † ante delatam hæreditatem, vt in terminis 6
statuti Perusini tenent Bart. *consil.31. n.fin. lib.1.* Corn. *consil. 74. num. 7. & 8. versic. quod etiam alia ratione, lib.1. & consil. 94. num.12. lib 2. & consil. 300. num.2. lib.4.* & generaliter Cephal. *consil. 5. num. 69.* Bec. *consil.102. num 20.* Roland. *consil.96. num.10. & seq. lib.4.* Surd. *consil.95. num. 33. in fin. & 40. & 41.* Sebastian. Medic. *decis. Marchia 42. § praterea*, aliique cumulati.

Multò magis dicendum † est, fuisse necessariam, 7
antequam adita esset hæreditas materna, vt firmant Curt. sen. *consil.44. num.21.* Corn. *consil.188. num.16. lib.2.* Bec. *dict. consil.112. num.2. vers. quod sine dubio.* Thesaur. *decis.101. num.2. & 6.* Sebast. Medic. *dict. decis.42. in fin.* & in terminis dicti statuti Perusini tenet Corn. *d. consil. 300. num.2. post med. vers. & dato, quòd non sufficiat, & num.3. cum seqq. lib. 4.* ea ratio- 8
ne, quia post aditam † hæreditatem non esset exclusio à successione, de qua solum loquitur statutum, sed esset vera priuatio hæreditatis iam acquisitæ, vt explicat Ias. *in l.1. §. veteres, num.31. & 33. ff. de acquir. possess.* Rota *in Bonon. de Armis post Merlin. de legit. decis.47. num.6.*

Quod autem ante dotationem adita fuisset hæreditas materna pro Martia visum fuit iustificari ex eo, quod de tempore obitus matris, erat in infantili ætate constituta, quapropter pater retinendo bona materna † censetur nomine infantis hæreditatem 9
matris eiusdem adiuisse, ad text. *in l. si infanti, C. de*

iur. delib. Surd. *d.decis.*140.*num.*10. Medic.*d.decis.*42.
vers.nam respondetur. Morot. *respons.*11. *num.*1. Gre-
10 gor.X V. *decis.*421.*num.*7. cum præcipuè † terentio
fuerit pet longè vltra decem anoos ante nuptias
Mattiæ, ex quo tempore præsumitur etiam consen-
sus ipsius Mattiæ. Batt. *consil.*129.*num.*2.*lib.*1.Cotn.
*d.consil.*94.*num.*12. & 15.*lib.*2.Morot. *dict. resp.*11.
*num.*11. cum aliis allegatis pet informantes.

Maximè attentis declarationibus factis ab ipso
patre, dum in duobus instrumentis vocauit Mat-
tiam, & alios filios hætedes matris,& vti legitimus
administratot illorum tanquam hæredum contra-
xit, quæ licèt tunc temporis inducere non possent
aditionem pro Mattia, tunc non infante, demon-
strant tamen ad sensum pattem retinendo bona
11 † materna vsque à principio habuisse animũ adeun-
di hæreditatem nomine filiorum. Rota *coram Gre-
gor.X V. decis.*247. *num.* 18. *& in recent. decis.*448.
*num.*4. *part.*3. & in propria materia aditionis *in Ro-
man. hered. & peragij dotis* 20. *Nouembris* 1617.*coram*
12 *bon. mem Buratto.* Et quòd stetur assertioni † possi-
dentis, quo iure, vel nomine ipse possideat, tenent
Alex. *consil.*126. *num.*4. *in fin. lib.*7. Gtegot.X V. *de-
cis.*460. *num.* 12. & firmatut *in Auximana spolij* 10.
Februarij 1620. *coram bon. mem. Buratto.*

Nec releuat, quod paret stante statuto exclusiuo
13 † fœminatum, cui censerur se conformate, censea-
tur adiuisse pro masculo, non aotem pro fœmina à
dicto statuto exclusa. Quia hoc procederet, si statu-
tum simpliciter vsque a principio filias excluderet,
secus quando (ptout hîc) illa non excludit nisi dota-
14 tas, & post dotationem, tunc enim cum † cesset
qualitas exclusionis, & hæreditas de iure tam fœ-
minæ, quàm masculo deferatur, præsumitur pa-
trem tam pro masculo, quàm pro fœmina hæredi-
tatem adiuisse, vt in terminis similis statuti patrem
censeri etiam pro fœmina adiuisse, firmant Corn.
*consil.*94. *num.*14. *lib.*2. Natt. *consil.*74. *num.*10. Mo-
rot. *dict. resp.*11. *num* 12. Medic. *loco suprà citato.* Et
destruitur prorsus obiectum attentis declarationi-
bus patris, vt suprà factis.

Non obstat, quòd statutum *in §. item si quis etiam
pater*, disponat, quòd mulier dotara de bonis pater-
nis, & maternis exclusa remaneat ab hæreditate
15 vttiusque. † Quia ibi statutum loquitur tantùm de
dotata à patre de bonis paternis, & maternis viuen-
te, non autem (prout hîc) mortua matre, vt patet ex
verbis subsequentibus, ibi, *declaramus quòd mater
per talem dotationem non possit cogi ipsa viuente*, &c.
quæ verba per viam declarationis emanata clarè
16 ostendunt, † statuentes disposuisse in eisdem ter-
minis dotationis factæ matre viuente, non autem
ea mortua. Caldet. *consil.*16. *in princip. de preb.* Castr.
consil. 318. *num.* 55. *vers. quinto quæro*, *lib.*1. Decian.
*resp.*8. *num.*211. *lib.*1.

17 Minùs obstat, quod statutum † *in §. item si ali-
quis pater*, mandet, quod fœminæ etiam inuitæ pos-
sint à fratribus dotari, & sic videatur comprehen-
dere dotationem non solùm post delatam, sed etiam
post aditam hæreditatem, ponderatis præsertim ver-
bis subsequentibus, ibi, *excludatur a successione*, &c.
*ac etiam a facultate petendi fructus pro rata sua heredi-
tatis pro tempore tunc præterito*, quæ verba videntur
18 comprehendere etiam casum aditionis, cum † fru-
ctus non nisi post aditam hæreditatem debeantur.

Nam placuit responsio, quod statutum ibi loqui-
tur particulariter de successione in bonis patris, vel
aui, & ideo non potest trahi ad successionem in bo-
19 nis matris, cum in his † statutis exclusiuis non de-
beat fieri extensio. Socio. *consil.*9. *num.*7.*& seqq lib.*3.
Honded. *consil.*1. *num.* 13. *& seqq. & 37. lib.*1. Rota
*decis.*461. *num.*4. *vers. & mouebantur*, *part.*2. *recent.*
vbi, quòd non † sufficit identitas, sed requiritur ma- 20
iotitas rationis, & *in Narnien successionis* 26. *Nouem-
bris* 1629. *coram R. P. D. meo Merlino*, & in simili
statuto Medic. *d. decis.*42.*vers. vbi patet*, sed exceptio
à suprà firmata regula non excludi nisi dotatas, &
sic de tempore delatæ hæreditatis facta in casibus
ibi expressis firmat regulam prædictam in casibus
non exceptis, & ex permissione dotationis post de-
latam † pro excludendo in dictis expressis, censetur 21
prohibere in aliis Honded. *consil.*9.*num.*4.*lib.*2. Gabr.
*consil.*108. *num.*33. *lib.*2.

Nec releuant verba subsequentia, ibi, *& habita
dicta dote ex tunc excludatur à successione prædictorum
patris, aui, & aliarum personarum*, de quibus, &
prout suprà dictum est. Quia † verba prædicta, ibi, 22
& aliarum personarum, debent intelligi in casu do-
tationis, ibi à statuto expressæ, & de personis de-
scendentibus à patre, vel auo, de quorum bonis mu-
lier dotata fuit, à quorum descendentium successio-
ne statutum in principio limitatè, prout ibi dicit,
excludit, non autem vbi sumus † extra casum dictæ 23
dotationis, ibi expressæ, & de matre, vt in terminis
Statutum *in hoc §.* declarat Corn. *consil.*74. *num.*8. *in
fin. lib.* 2. *consil.* 156. *num.* 1. *vers. & materia videtur
differens*, *lib.*2. *& dict. consil.* 300. *sub num.* 4. *& per
tot. lib.*4.

Ideo non videbatur opus insistere in alia respon-
sione, quæ placebat nonnullis ex Dominis, statu-
tum neque in casu mortis patris, vel aui, in quo
loquitur, in hoc § concedere facultatem dotandi
post aditam hæreditatem, cum non exprimat, † & 24
longè minor sit ratio excludendi post aditionem
per quam bona fuerunt effecta filiæ, vt in puncto
per plura firmat Corn *dict.consil.*300. *num.*2. *vers. &
dato, & seq.lib.*4. non obstante dicta exclusione à fa-
cultare petendi fructus, † quia cum fructus à die 25
mortis veniant in petitione hæreditatis, *l. item ve-
niunt*, *§. fructus*, *ff. de petit. hered.* statuentes ad ma-
iorem cautelam specificarunt exclusionem ab illis,
quæ † specificatio etiam quod tacitè inesset, non di- 26
citur superflua. Mantic. *de tacit.lib.*2. *tit.*12. *num.*30.

Neque facit §. *& si casus euenerit.* Quoniam dum
loquitur quocunque masculo, vel fœmina dece-
dente, dicendo obseruetur, prout in præsenti statu-
to, intelligitur iuxta diuersitatem casuum supra ex-
pressorum † singula singulis congruè referendo, vt 27
dixit in specie Engen. *d. consil.*4. *num.*56. *& 58.lib.*2.
adeò vt quoad successionem maternam excludatur
si dotata fuerit, iuxta principium statuti; ex quo
subsistere non potest dicta verba (prout in præsenti
statuto, &c.) intelligi de præcedenti §. *item si aliquis
pater*, cum in §. præcedenti contineantur casus spe-
ciales mortis patris, vel aui, & iste §. loquatur de-
cedente quocunque masculo, vel fœmina, vt di-
ctum est; præsertim quia statuentes vbi voluerunt
se referre ad certum §. id exprimebant, vt patet ex
§. *item declaratur*, *in fin.ex* §. *si autem aliquis*, & alibi.

Nec demum obstare visa fuit prætensa contraria
obseruantia. Quia non probatur † ex testibus, cùm 28
non specificent casus, vt opus est. Alexand.*cons.*45.
*num.*1. *lib.*1. Paris. *consil.* 27. *num.* 37. *lib.*1. Rota *in
Cæsaraugustina fructuum* 10. *Iunij* 1600. *coram Cor-
duba*, & loquatur si acceptata à muliere sit dotatio
de bonis paternis, & maternis, vel si dotatio non
acceptata excedat portionem dotatæ tangentem,
cum tamen † obseruantia, vt releuet in hac materia, 29
debeat,

debeat esse certa, clata, vniformis, in casu, de quo agitur, & in contradictorio obtenta, iuxta plenè inmata *in dicta Narnien successionis 22. May 1628. coram R. P. D. meo Merlino*; & sufficiat, obseruantiam dici posse difformem, ne suffragetur, vt in facto, & in iure deducebatur per informantes, per quos alias exceptiones contra immissionem tolli visum fuit Dominis.

Et ita, &c. vtraque, &c.

AD QVÆST. XI.

Trebellianica quando prohiberi possit. Et quando tacitè prohibita censeatur. Et quid de falcidia.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana de Guidis.

Die Luna 13. Ianuarij 1613.

ARGVMENTVM.

Legitima, quando semel fuit soluta, non potest iterum prætendi. Trebellianica etiam filiis primi gradus potest prohiberi, & quando censeatur interdicta per prohibitionem alienarionis, & alia circa repræsentationis ius in materia successionis.

SVMMARIVM.

1. *Exactum semel, quod iterum exigatur bona fides non patitur.*
2. *Bonorum separatio ob legitimam, si fuerit facta per sententiam, præsumitur facta pro integra legitima.*
3. *Bonorum separatio ex causa legitima, si non expleat integrum eiusdem legitima creditum, illius supplementum, tantum peti potest conditione ex lege.*
4. *Retentio non datur pro actione personali, & ex ea non potest impediri immissio alteri.*
5. *Trebellianica etiã filijs primi gradus prohiberi potest.*
6. *Trebellianica filiys primi gradus non solum expressè, sed etiam tacitè prohiberi potest, & num. 7. vbi de communi.*
8. *Testator censetur prohibuisse detractionem Trebellianica, si insserit quod eius bona perpetuo fideicommisso subiecta sint, addita prohibitione alienationis ex quacunque etiam vrgentissima causa, tam à suis haredibus, quàm ab eorum successoribus, &c.*
9. *Trebellianca detractio censetur interdicta, stante enixa testatoris prohibitione circa alienationem bonorum.*
10. *De falcidia ad Trebellianicam, quando valeat argumentum.*
11. *Fideicommissarius, cui est facta prohibitio alienationis, permittendo detractionem Trebellianica, alienando censetur alienare in ipsum haredem.*
12. *Solutio est quid facti, ideo cum non præsumatur, venit probanda.*
13. *Auctoris factum successor tenetur sequi.*
14. *In dotis credito, quando veniant imputandi fructus bonorum hareditariorum.*
15. *Funeris impensas hares grauatus non potest detrahere, si de eis non constet in actu.*
16. *Creditum, quis non potest pratendere quod ad eum spectet, si ex propria eius confessione appareat ad se non spectare.*
17. *Bonorum fideicommissariorum cessio, ratione commoditatis validè fieri potest, non obstante alienationis prohibitione.*
18. *Successor plus ius consequi non potest, quam suus auctor obtinere potuisset.*
19. *Filius in fideicommisso, cuius dies cessit viuente patre, iure quo admittatur ad commoditatem fructuum, qui in vita eius patris decurrerunt.*
20. *Repræsentationis ius admittitur semper in hareditate ascendentis, quocunque modo illa ex dispositione legis, aut hominis deferatur.*
21. *Repræsentationis ius, super quo sit fundata.*
22. *Fily fratrum defunctis repræsentare debent in successione personam patris.*
23. *Repræsentationis effectus est, vt dum filius personam patris ingreditur ex eiusdem quoque persona succedere videtur, vt præseruetur gradus, & non corrumpatur.*
24. *Proximitas prater gradus prærogatiuam, spectari oportet in successionibus, & fideicommissis.*
25. *Successionis prima causa de iure communi, est descendentium reiecta omni sexus differentia.*
26. *Ex testamenti vna parte desumitur alterius partis interpretatio.*
27. *Testamenti vna pars non potest alteri interpretationem dare si aliqua liceat diuersitatis rationem inter vtraque constituere.*

DECISIO XVII.



CVM in vltima decisione, quæ facta fuit coram me in hac causa sub die 28. Iunij præteriti [a] post firmatum fideicommissum, illius purificationem, & identitatem bonorum, resolutum fuisset, vt Ioanni Matthæo Bussio, & Consortibus danda esset immissio pro indiuiso, & saluo iure detractionem, quæ competiissent Francisco de Alexandris hæredi Antonij iunioris, & vltimi grauati; Quia præter eas detractiones, quarum aliquæ dicebantur etiam consistere in quantitate ad impediendam immissionem, opposuit idem Franciscus de cessione, quam obtinuerat ab altero eorum, quorum fauore declaratum fuit, purificatum fuisse idem fideicommissum. Dedi dubium, pro qua rata concedi deberet hæc immissio: & cum illud hodie proposuetim, Domini reseruata ea portione, quam Franciscus obtinuerat ex ea cessione. Dixerunt in reliqua hæreditate dandam esse immissiouem fideicommissatiis, cum nulla ex detractionibus oppositis illam impedire posset, dum vel non competebant, vel probabantur soluta.

Nam quoad legitimam probabatur illius solutio ex fide Secretarij Montis Farnesij, qui resignationem admiserat viginti sex locorum eiusdem Montis ad fauorem plurium creditorum Ioannis Baptistæ alterius ex filiis testatoris, cum iidem creditores egissent in Curia Capitolina pro separatione legitimæ illi debitæ, à reliquo fideicommisso, & obtinuissent sibi consignari ea loca ab hæreditate Antonij pro satisfactione eiusdem legitimæ. Vnde

quamuis

quamuis illa dici posset debita ex persona eiusdem Ioannis Baptistæ, Antonio iuniori, qui se negaretur illius hæredem, tamen non poterat iterum peti,
1 dum probatur semel soluta, cum † non patiatur id bona fides, vt semel exactum iterum exigatur. *l. bona fides. ff. deposit. l. locum §. condemnatio, ff. de tab. exhiben. l. bona fides, ff. de regul. iur.* & in terminis legitimæ idem notarunt Natt. *consf.* 351. *num* 4. Cephal. *consf.* 189. *num.* 24. Rota *coram Greg. decis.* 580. *num.* 4. Et hæc separatio cum facta fuisset per sen-
2 tentiam Iudicis præsumi debebat † pro integra legitima, iuxta gloss. *in l. si in rem.* 6. *in verb. totam*, & *ibi* Bart. *ff. de rei vindic.* idem Bart. *in l. de pupillo*, §. *qui nunciat. ff. de oper. nou. nunciat.* Dec. *consf.* 146. *n.* 13. & 15 *in fin.* Et quatenus etiam dici posset, vt ea loca Montium non potuissent satis esse pro integro
3 credito eiusdem legitimæ, tamen † illius supplementum solum peti poterat conditione ex lege, iuxta gloss. *in l. omnimodam, in verb. exigere, l. scimus, §. repletionem, C. de inoffic. testam.* atque ita actione
4 personali, pro qua † non competebat retentio, aut impediti poterat immissio, vt pluribus Doctorum auctoritatibus firmat Peregrin. *de fideicommiss. art.* 36. *num.* 153. & hanc esse opinionem Rotæ testantur Addent. *ad decis.* 489. Ludouis. *num.* 54. *& fuit dictum in Romana Saluiani interdicti* 3. *Iulij* 1606. *coram Cardin. Lancellot. & coram Cardin. Caualer. decis.* 459. *num.* 3.
5 Trebellianicam, quæ etiam in filiis † primi gradus prohiberi potest ex opinione, quam tenet Rota vt per Cassad. *decis.* 4. *de testam.* Crescen. *decis.* 1. *eod. tit.* Cardin. Seraph. *decis.* 533. *num.* 8. & *decis.* 580. *num.* 1. & testantur etiam Addent. *ad decis. Ludo-*
6 *uis.* 451. *num.* 16. & † non solum expressè, sed etiam tacitè Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 3.
7 *tit.* 11. qui, & plures refert, & † communem dicit, Rot. *coram Ludouis. decis.* 451. *num.* 11. *decis.* 555. *num.* 2. *part.* 2. *recent. & in Bononien de Poetis* 18. *Martij* 1619. *coram bon. mem. Vbaldo*, satis putarunt DD. hoc casu esse prohibitam ex dispositione testatoris, & præ-
8 cepto ab eo facto in testamento, vt † eius bona perpetuo fideicommisso subiecta esse deberent, addita prohibitione, vt ex quacunque causa etiam vrgentissima, tam à suis hæredibus, quàm illorum successoribus, & descendentibus nullo vnquam tempo-
9 re eadem bona alienari possent: ex ea † enim alienationis prohibitione tam enixa, non solum censebatur interdicta detractio huius quartæ, *Auth. sed & in ea*, & *ibi* Bald. *C. ad l. falcid.* Gabr. post alios, qui & de communi attestatur, *conclus.* 3. *de Trebell. num.* 1. Odd. *consil.* 65. *num.* 64. Menoch. *consil.* 372. *num.* 45. Mantic. *de coniectur. lib.* 7. *tit.* 12. *num.* 19. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 3. *num* 91. & fuit sæpius etiam resolutum, vt cotam Card. Caual. *decis.* 540. *num.* 5. & *in decis.* 155. *num.* 1. & *decis.* 575. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* Sed cùm eadem prohibitio facta esset non magis primis hæredibus, quàm omnibus eorum successoribus, & descendentibus, non videbatur dubitari
10 posse de hac testatoris voluntate, † cum tunc benè procedat argumentum de falcidia ad Trebellianicam, & ratio *Auth. sed & in ea, C. ad l. falcid.* dum fideicommissarius, cui facta est etiam prohibitio alienationis permittendo detractionem eiusdem
11 † Trebellianicæ, censetur alienare in ipsum hæredem, sicut considerarunt Socin. iun. *consil.* 170. *n.* 41. *& seq. lib.* 2. & *consil.* 49. *num.* 21. *lib.* 3. Cotn. *consil.* 160. *num.* 15. Decian. *consil.* 150. *num.* 24. *in fin. lib.* 3. Mantic. *eod. tit.* 13. *num.* 30. *in fin.* & 51. Menochius *præsumpt.* 198. *num.* 28. *vers. tertia fuit opinio*,

lib. 4. Mangil. *de imputat. quæst.* 115. *num.* 33. Ror. *decis.* 313. *num.* 2. *part.* 2. *diuers.* & *decis.* 155. *num.* 1. *part.* 2. *recent.*

Quartum dotale Portiæ Matris Antonij, quod etiam detrahendum dicebatur per scribentes pro Francisco, neque debitum dici poterat; dum non probata fuit in actis aliqua dotis promissio, aut solutio, quam probare debuissent, non solùm tanquam fundamentum huius detractionis, † dum illa 12
non poterat præsumi, tanquam in facto consistens, vt dixit Rota *in Bononien de Poetis* 31. *Ianuarij* 1614. *coram bon. mem. Vbalde inter recent. decis.* 516. *part.* 1. Cardin. Caual. *decis.* 453. *num.* 5. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 35. *num.* 9. & licèt ex parte Francisci data fuerit fides, qua apparebat, vt Portiæ consignata fuerint in causam suæ dotis loca 11. Muntis Sixti secundæ erectionis; vnde dicebatur probata solutio huius dotis, tamen constabat ex ea fide, quod Portia habuerat ea loca Montium sub conditione, vt reuerti deberent post suam mortem, ad Antonium filium, eumdemque Antonium defuncta matre, obtinuisse se ad eadem bona associari, eaque recepisse sub alia conditione, vt essent subiecta fideicommisso Antonij aui, ex quibus & respectu matris sequebatur, vt hoc quartum, quod semel probatur, fuisse restitutum, peti amplius non posset, respectu verò Antonij eius filij, vt cum ille confessus esset, quod eadem loca, quæ post mortem matris ad se reuersa fuerant, fuerint fideicommisso restituta, † eiusdem factum tanquam sui Authoris Fran- 13
ciscus sequi teneretur *vulgat. l. cùm à matre, C. de rei vendic. l. vindicantem, ff. de euict.* Et imputandi erant etiam in hoc credito omnes fructus, qui tam ab eodem Antonio, quàm à Francisco, qui nunc agit, probabantur fuisse percepti, eum hæc dos ex † cu- 14
ius causa non se obligauerat testatur, solum peti posset à fideicommisso in subsidium, vt bene post alios distinguit Peregrin. *de fideicommiss. eodem art.* 35. *num.* 10. Menoch. *consil.* 183. *num.* 51. Gabr. *consf.* 124. *num.* 6. *lib.* 2. Anton. Gabr. *de Trebell. conclus.* 12. *num.* 9. imò ex hac eadem ratione, quod bona fideicommissi solum poterant dici obligata in subsidium, excutienda prius fuisset hæreditas Ioannis Baptistæ Patris Antonij iunioris, cuius erat hæc obligatio, & in cuius hæreditate certum erat, saltem fuisse loca viginti sex Montium, quæ illi fuerunt in causam suæ legitimæ assignata.

Demum neque impensam funeris, dixerunt Domini detrahi posse, ex eadem ratione, quod neque aliqua illius probatio † ex actis ostendebatur, & 15
præterea quia illa facta fuerat à filiis, & hæredibus testatoris, quorum negauit Franciscus Antonium authorem suum, fuisse hæredem, vt ostensum fuit ex repetitis protestationibus eiusdem Francisci; dum tanquam tutor ipsius Antonij comparuit contra creditores eorumdem filiorum, & hæredum, vnde non poterat hoc creditum ab eo retinere, quod vel ex † propria confessione apparebat ad eum non per- 16
tinere, cum solum ad ipsum spectare potuisset, si illud peteret ex persona Antonij ab hæreditate illius patris, aut patrui, *in l. rem suam, ff. de compensat. l. si duo*, & *ibi* Bart. *ff. de duob. reis.* Natt. *consf.* 151. *num.* 4.

Et hæc super detractionibus: quo verò ad cessionem, quam habebat Franciscus ab altero ex tribus vocatis, non dubitarunt Domini, quin ex eius causa competere deberet illi retentio, saltem ratione commoditatis, ad quam se restringebat, † cum po- 17
tuerit ea commoditas validè cedi, non obstante prohibitione alienationis, §. *nec vlli*, vbi gloss. & Doct.

Instit.

Instit. de vsu, & habitat. l. si vsusfructus 67. ff. de iur. dot. l. fin. § sin autem sub conditione, C. commun. de legat. l. seruo legato, §. 1. de leg. 1. Castr. *in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 7.* Rip. *num. 47. ff. de leg. 1.* Menoch. *consil. 777. num. 7. & seq.*

Sola superat difficultas, quanta est hæc portio, quia ex parte fideicommissariorum negabatur illam excedere sextam partem totius hæreditatis, & è contra scribentes pro Francisco contendebant illam esse dimidiam eiusdem hæreditatis. Huius verò diuersitatis ratio pendebat à duplici fundamento, quod constituebant scribentes pro Francisco. Primum quod integra hæreditas à principio ad tres pertinuisset, qui post omnes vocatos in hoc fideicommisso succedere debebant. Alterum quod cum ex eisdem vocatis vnus decessisset, duo in eadem hæreditate successerint, à quorum altero habebat ipse Franciscus cessionem. Verùm vtrumque hoc fundamentum visum fuit Dominis tolli, & solum sextam totius hæreditatis partem. Responderunt posse à Francisco retineri, cum non probaretur, vt in integra hæreditate successerint, qui olim, & initio huius causæ agebant ad hoc fideicommissum, neque subsisteret, vt ex morte alterius deuoluta fuerit illius portio ad alios duos superstites. Cùm enim in hoc fideicommisso descendentes ex filiabus fœminis testatoris, sicut sunt, qui nunc agunt, ius aliquod non habeant, nisi ex renunciatione sibi facta à descendentibus ex masculis, & qui se ipsis erant anteriores in grado; eamdem verò renunciationem solum obtinuerint pro dimidia, non poterat Franciscus,
18 qui cessionem † habuerat ab altero, qui cum iisdem
masculis transegerat, plus iuris consequi, quàm suus author obtinere potuisset, *l. nemo plus iuris 55. l. in iis officijs 136. §. non debeo, ff. de regul. iuris.* Natt. *consil. 398. num. 3.* Quod verò per mortem alterius ius successionis solùm ad alios duos, qui reliqui sunt, pertinere hodie debeat, neque visum fuit Dominis subsistere, cum in hoc fideicommisso, cuius dies cesserat, viuente Ioanne Luca de Fabiis, post eius-
19 dem Lucæ mortem † successerit Mauritius illius fi-
lius, siue ex iure sibi à patre transmisso ad commoditatem fructuum, qui in vita illius decurrerunt, ex notat. *in l. si post diem, ff. quand. dies leg. ced. l. 1. §. cùm igitur, C. de caduc. toll. l. à testatore, ff. de condit. & demonstrat.* Bart. & alij *in l. cum filiofam. ff. de leg. 1.* Roland. *consil. 46. num. 4. lib. 3.* Gabr. *conclus. 121. num. 21. lib. 1.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 22. num. 3. & 5.* siue etiam iure repræsentationis, quæ admittitur semper
20 † in hæreditate ascendentis, quocunque modo illa
ex dispositione legis, aut hominis deferatur, *§. cùm filius, Instit. de hered. quæ ab intestato defer. Auth. post fratres, C. de legit. hered.* gloss. *in l. cum ita, §. in fideicommisso, in verb. primo gradu, ff. de legat. 2.* Ias. *in l. 1. num. 4.* Curt. iun. *num. 9. C. de success. edict.* Corn. *in l. vlt. num. 9. C. de verb. signif.* Dec. *cons. 9. num. 58. lib. 2.*

Et licet hanc repræsentationem negarent scribentes, pro Francisco admitti posse hoc casu, in quo ostendebatur testatoris voluntas minimè conformis cum dispositione iuris communis, super qua
21 ratione videtur potissimum † fundatum ius istud re-
præsentationis, sicut considerauit Peregrin. *de fideicommiss. art. 21. num. 5.* Decian. *consil. 100. num. 8. vol. 3.* Rot. *in Romana fideicommissi de Serlupis 23. Februarij 1601. coram Iusto.* Non tamen visum fuit Dominis, constare de hac contraria testatoris voluntate, cum non id concluderent coniecturæ, quæ deducebantur. Quod enim vocauerit proximiores in suo testamento, non inde argui poterat, vt nepotibus voluerit patruos præferri, qui non erant proximio-
res, quàm essent † filij fratrum suorum, si iidem filij 22
in successione repræsentare debebant personam patris, *d. §. cum filius, Instit. de heredit. quæ ab intest. defer.* Ias. *cosil. 159. num. 2. volum. 4.* Socin. sen. *cons. 152. num. 7. in fin.* Corn. *consil. 131. num. 10. volum. 2.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 21. num. 7.* Intrigl. *de substit. cent. 3. quæst. 87. num. 17. & 19.* cum hic sit effe-
ctus huius repræsentationis, † vt dum filius perso- 23
nam patris ingreditur, ex eiusdem quoque persona succedere videatur, & præseruetur gradus, non corrumpatur, vt considerauit Honded. *consil. 70. num. 49. lib. 1.* Gabr. *consil. 130. num. 32. lib. 2* Tiraq. *de iure primog. quæst. 40. num. 34.* Menoch. *qui de communi, & veriori opinione testatur, consil. 357. num. 27.* Rot. *in eadem Romana fideicommiss. de Serlupis 23. Februarij 1601. coram Iusto*, & quatenus non possent dici proximiores iure sanguinis, adhuc dici poterant proximiores iure successionis, quam etiam proximita-
tem præter gradus prærogatiuam † spectari oporte- 24
re in successionibus, & fideicommissis notatum in his terminis Corn. *consil. 22. num. 15. volum. 2.* Gabr. *consil. 86. num. 3. volum. 1.* Honded *consil. 70. num. 44. lib. 1.* Menoch. *consil. 124. num. 104. consil. 211. num. 87. & consil. 357. num. 34.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 21. num. 9. & 12.* Rot. *decis. 426. num. 6.* sic etiam tollebatur altera coniectura ex substitutione cippi, & familiæ, quam fecerat testator in casu, quo Ioannes Baptista, & Benedictus sui filij, & hæredes sine filiis decessissent exclusis filiabus fœminis, & earum descendentibus, quasi in hoc visum fuerit recessisse à dispositione iuris communis, ex quo prima causa
† successionis debebat esse descendentium, reiecta 25
omni sexus differentia, vt *in §. 1. in fin. & in §. si verò neque fratres, Auth. de hered. ab intest. venien. Auth. in successione, C. de suis, & legitim. hered.* ex vna par-
te testamenti desumeretur † alterius interpretatio, 26
vt visus fuit ratiocinari Menoch. *consil. 215. num. 140. & præsumpt. 95. num. 26. volum. 4.* Possent enim hæc procedere si probaretur ex toto testamento noluisse testatorem in sua dispositione sequi formam à iure communi traditam; sicut accidit in consilio Menochij, cum in casibus, in quibus id non disposuit,
non censeatur † recessisse à dispositione iuris, ne- 27
que possit vna pars testamenti alteri interpretationem dare, si liceat aliquam rationem diuersitatis, inter vtramque constituere. Et ita, &c.

a Alteram decisionem in hac causa sub die 29. Maij 1628. habes decis. 180. part. 5. recent. coram eodem R. P. D. Verospio.

R.P.D. COCCINO DECANO.

Romana, seu Neapolitana hæreditatis de Proyda.

Die Mercurij 19. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

De prohibitione detractionis Trebellianicæ tractatur.

SVMMARIVM.

1. *Heredi vniuersali grauato competit detractio Trebellianica.*
2. *Trebellianica potest prohiberi.*
3. *Trebellianica etiã filijs primi gradus potest prohiberi.*

3. *Verbum*

4. *Verbum, ſolum, eſt taxatiuum, & limitatiuum.*
5. *Dictio, tantummodo, habet vim priuandi.*
6. *Filius hæres institutus, ſi teſtator iubeat, vt ſuam tantùm legitimam habere poſſit, ex hoc videtur prohibita Trebellianica, ſi ſit grauatus reſtituere.*
7. *Trebellianica cenſetur prohibita quando teſtator vult, quod grauatus hæreditatem reſtituat ſine diminutione, & integram.*
8. *Trebellianica prohibitio ſufficit, quod fiat generaliter.*
9. *Diſponentis voluntas colligitur etiam ex verbis generalibus.*
10. *Fideicommiſſum, ſi conſiſtat in certis rebus ſolùm, ſequitur, quod illa ſint ſubiecta fideicommiſſo particulari.*
11. *Ac proinde non eſt locus detractioni Trebellianicæ.*
12. *Trebellianica, quando non poteſt detrahi, quia fideicommiſſum eſt particulare, tunc detrahenda eſt falcidia.*
13. *Falcidia etiam tacitè prohiberi poteſt.*
14. *In Trebellianica, quod eſt diſpoſitum, procedit etiam in falcidia.*

DECISIO XVI.

INſignis Iuriſconſultus, primariuſque in Romana Curia Aduocatus Ginneſius Proyda Hiſpanus, antequam in ciuitate Neapolitana obtineret officium conſiliarij, condidit in Vrbe teſtamentum, in quo hæredem inſtituit Franciſcum filium, adiecto in hæc verba fideicommiſſo: *Laſcia herede vniuerſale il ſuo dilettiſſimo figliuolo Franceſco Proyda, quale di bocca ſua propria nomina vniuerſale herede, però leuata la legitima. Nel reſto ſottopone al fideicommiſſo tutti li Monti non vacabili, che eſſo Sig. Teſtatore diſſe tener in Roma*, &c. Inferiùs verò concedens ampliſſimam facultatem ſuo executori, ſubdit: *E queſta poteſta, ſubito che ſara morto eſſo Sig. Teſtatore, e prima che l'herede accetti l'heredita, e prima che t'habbia notitia, e duri la poteſta dopoi accettata l'heredita, perque non vuole che l'herede s'impacci in amminiſtratione veruna, ma che ſolamente habbia ſua legitima da aſſegnarſele dall' Eſſecutore titulo honorabilis inſtitutionis.*

Vnde cùm deceſſerit Franciſcus ſine filiis, & ſic
factus fuerit locus fideicommiſſo, orta controuer-
ſia inter illius hæredes, & fideicommiſſarios; an
Trebellianica eſſet debita eidem Franciſco. Domini
recedentes hodie à reſolutis ſub die 26. Aprilis 1626.
1 negatiuè reſponderunt; quia licet † hæredi vniuer-
ſali grauato competat detractio Trebellianicæ, toto
titulo *ff. ad Trebell.* hoc tamen eſt verum quando
non eſt prohibita, prout communior ſententia eſt,
2 quod † Trebellianica poſſit probiberi ex cumulatis
per Craſſ. *in §. Teſtamentum, quæſt. 62. num. 4. verſ.*
ſed an Trebellianica, itaut talis prohibitio afficiat
3 † etiam filios primi gradus, ſecundum magis com-
munem opinionem, vt teſtatur Bertrand. *in conſ. 130.*
num. 5. lib. 3. part. 3. Molin. *de primogenit. Hiſpan.*
lib. 1. cap. 17. num. 12. verſ. contrarium tamen, cum
aliis, qui eandem veriorem, & magis communem
ſententiam dicunt, cumulati per Craſſ. *in d. §. Teſta-*
mentum, quæſt. 62 num. 5. verſ. contrariam verè, quam
etiam opinionem Rota ſequitur. Caſſad. *deciſ. 4. de*
teſtament. Sarnen. *deciſ. 94.* Creſcent. *deciſ. 2. de te-*
ſtam. Simonet. *deciſ. 89.* prout ita paſſim Rota ipſa
reſpondit, vt *in cauſa Fulginaten. fideicommiſſi 5. De-*
cembris 1605. coram me.

In propoſito autem Trebellianica videtur prohi-
bita; quia cùm teſtator dixerit, *Ma che ſolamen-*
te habbia la ſua legitima da aſſegnarſeli dall' Eſſecuto-
re, dictio illa, † *ſolamente*, eſt taxatiua, & limita- 4
tiua. Decian. *conſil. 479. num. 2. lib. 2.* Corn. *conſil. 167.*
num. 9. volum. 3. Pariſ. *conſil. 7. num. 12. lib. 2.* ac pro-
hibitiua, & excluſiua non expreſſorum, *l. 2. de patr.*
qui fil. ſuos diſtrax. l. 3. §. cum Titio, ff. de adim. legat.
Gratian. *conſil. 137. num. 18. lib. 2.* habetque vim pri-
uandi, ſicut dictio, † *tantummodo*, & aliæ ſimiles, 5
cap. cum Eccleſia, de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. Itaut
cùm teſtator voluerit, quod filius † tantùm habe- 6
ret ſuam legitimam, perinde ſit ac ſi dixiſſet, hæ-
reditatem debere reſtitui ſine diminutione, totam,
& integram † quibus caſibus cenſeri prohibitam 7
Trebellianicam certum eſt, ex Doctoribus, quos
allegat Craſſ. *in §. Trebellianica, quæſt. 8. num. 3. cum*
aliis ſequentibus, cùm enim non requiratur † ſpeci- 8
fica prohibitio, ſed ſufficiat generalis, vt per Craſſ.
loco modo citato *num. 2.* ſatis conſtat de volunta-
te generali teſtatoris, ex quo voluit, filium debere
habere ſolùm legitimam, & propterea etiam iſta
prohibitio videtur expreſſa, cùm voluntas † diſpo- 9
nentis colligatur etiam ex verbis generalibus. Bart.
in l. 1. ff. de vulgar. Galiaula *in l. centurio, num. 401. ff.*
de vulgar. & pupillar.

Non obſtant rationes alterius deciſionis, quia mouetur ex primis illis verbis teſtamenti, ibi: *Però leuata la legitima*, quæ iure meritò reſpondit, de per ſe non eſſe æquipollentia expreſſæ prohibitioni, nec per neceſſe dictam inducere prohibitionem, quam quidem prohibitionem neceſſariò inducunt verba, quæ vlteriùs fuerunt hodie ponderata, ibi: *Ma che ſolamente habbia la ſua legitima.*

Fuit inſuper conſideratum ex inuentario, & ex
teſtamento ſatis conſtare, quod teſtator habebat
alia bona, vnde cùm † fideicommiſſum fuerit in 10
ſolis locis Montium, ſequitur quòd illa ſint ſubie-
cta fideicommiſſo particulari, ex notatis per Fuſar.
de ſubſtit. quæſt. 268. num. 1. & ſequentib. ac † proin- 11
de non ſit locus detractioni Trebellianicæ, *l. mu-*
lier, §. fin. ad Trebell. Peregr. *de fideicom. art. 3. num. 14.*
Rot. *deciſ. 394. lib. 3. part. 3.*

Neque obſtat, quòd ſi non eſt detrahenda Tre-
bellianica † ex eo, quòd fideicommiſſum ſit parti- 12
culare, detrahenda eſt ſaltem falcidia, vt per Pere-
grin. *loco citato*, & firmat Craſſ. *in §. falcidia, quæſt. 3.*
num. 2. Nam omiſſo, quod hodie agitur de Trebel-
lianica, quatenus etiam ageretur de detrahenda fal-
cidia, illa quoque cenſeretur prohibita ex rationi-
bus ſupra ponderatis circa Trebellianicam, cùm &
† falcidia etiam tacitè poſſit prohiberi. Craſſ. *in §.* 13
falcidia, quæſt. 10. num. 2. qui ibidem ſentit id, quod
dictum eſt de Trebellianica, † procedere etiam in 14
falcidia, & *in §. teſtamentum, quæſt. 62. num. 2. in prin-*
cip. & in fine.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

AD QVÆST. XII.

De ſucceſſione in emphyteoſi.

R. P. D. MERLINO.

Romana domus.

Die Mercurij 26. Februarij 1631.

ARGV

ARGVMENTVM.

Ad deuolutionem, & caducitatem agens, quid probare grauetur. Emphyteusis quando fit transitoria ad hæredes extraneos, etiamsi sit Ecclesiastica. Alienans bona emphyteutica, irrequisito domino directo, quando non incurrat in caducitatem.

SVMMARIVM.

1. *ad Deuolutionem, & caducitatem agens, regulariter eam probare tenetur.*
2. *ad Caducitatem agens ob lineam finitam, dictum finem probare grauatur. & num. 3.*
4. *Linea inuestitæ defectus probari debet ab eo qui agit ad deuolutionem.*
5. *ad Deuolutionem agens, ob non pacti adimplementum, dictum non adimplementum, ipse omnino probare tenetur. & num 6.*
7. *Caducitas incursa ob non adimplementum, censetur remissa ex multiplicatis receptionibus Canonum.*
8. *Deuolutio, quando non iustificetur.*
9. *Emphyteotica bona, si sint translata in aliquem cum consensu domini directi sine præfinitione temporis.*
10. *Et neque fuit restricta ad vitam, neque generationem, sed titulo perpetuæ emphyteusis iure proprio.*
Tunc effecta est transitoria ad hæredes etiam extraneos, & hoc procedit etiamsi emphyteusis sit Ecclesiastica.
11. *Beneplacitum Apostolicum præsumitur interuenisse in alienationibus rerum Ecclesiæ ex cursu 30. annorum.*
Et hoc siue fuerit reseruatum, siue non in instrumento venditionis.
12. *Alienatio emphyteusis facta irrequisito domino directo, non inducit caducitatem, si ea fuerit necessaria, nimirum si sit facta auctoritate Iudicis.*
13. *Caducitas non incurritur ex alienatione necessaria facta vigore Bullæ Iuris congrui.*
14. *Ignorantia præsumitur in succedente in ius alterius.*
15. *à Caducitatis pœna, quis excusatur ex iusta ignorantia.*
16. *ad Deuolutionem agens ex vno capite, vt non obtineat, sufficit quod eam ex illo capite non iustificet.*

DECISIO XVII.



DOMVS ista de qua agitur, de anno 1485. à Monachis S. Mariæ Nouę concessa fuit in emphyteusim Guillelmo Statij, & Guillelmo Petri, insolidum, ad secundam generationem, pacto adiecto, quod ipsi emphyteutæ in casu absentiæ ab Vrbe tenerentur notificare Monasterio sub pœna caducitatis, vt in Summ. *num.* 1. Deinde de anno 1567. cum Georgius, filius Guillelmi Petri domum vendidisset Leonettis, à Monachis præstitus fuit consensus contractui, & inuestiti fuerunt Leonetti in perpetuum, vt in Sum *num.* 3. Quibus quidem Leonettis, ad deteriorem fortunam deuentis, & non soluendo effectis, cum in subbastatione, ad instantiam creditorum facta, domus fuerit primo adiudicata Francisco Caluo, & deinde ab hoc pariter per subhastationem transiuerit in Pulcios, Monachi prætendentes factum esse locum deuolutioni, intentato coram Locumtenente Eminentissimi Vicarij iudicio, per sententiam fuit illis impositum silentium,

qua sententia per alium Iudicem reuocata, pro parte illorum de Pulcis, causa fuit coram me in Rota introducta, & dubitatum, an constet de causis restitutionis in integrum aduersus dictam secundam sententiam, in quo dubio Domini affirmatiuè responderunt.

Quia visum fuit constare de iniustitia posterioris
sententiæ, consequenter de læsione illorum de Pulcis,
cum pro parte Monachorum non fuerit doctum
de deuolutione, & caducitate, quæ † regulariter pro- 1
bari debet ab eo, qui agit ad illam, Speculat. *in tit. de emphyt. §. nunc aliqua. num.* 66. Beto *cons.* 249. *num.* 8. *lib.* 1. & fuit dictum *in Ariminen. Deuolutionis* 17. *Maij* 1602. *coram bon. mem. Card. Pamphilio.*

Aut enim Monachi nituntur Instrumento inuestituræ, factæ de anno 1485. & tunc, vel prætendunt factum esse locum deuolutioni ob generationem finitam, vel ob non adimplementum pacti, quo emphyteutæ tenebantur notificare absentiam ab Vrbe, & neutro ex capite videtur intrare caducitas.

Non quidem ob finitam secundam generationem
masculinam, & fœmininam, vtriusque Guillelmi in-
uestiti, quia à Monachis nullibi probatur † deficien- 2
tia, & finis dictæ secundæ generationis, & quod filij
primorum inuestitorum, quos adfuisse non contro-
uertitur, decesserint sine filiis, prout omnino de iure
requiritur, quando agitur ad effectum deuolutionis, 3
censuit Rota apud Card. Seraphin. *decis.* 1458. *num.* 1.
& coram bo. mem. Card. Caual. *decis.* 558. *num.* 1. & 3.
& in Ferrarien. bonorum 22. *Decembris* 1603. *coram Or-
tembergo*, vbi quod onus probandi † defectum lineæ 4
spectat ad agentem, *& in Ariminen deuolutionis* 16. *Februarij* 1609. *coram bo. mem. Card. Sacrato, & in Romana domus de Blanchis* 10. *Maij* 1619. *coram bo. me. Buratto.*

Minusque deduci potest caducitas ex non adim-
plemento pacti de notificando absentiam inuestito-
rum, quia de tali absentia non constat, quam tamen
Monachi, vti fundamentum † eorum intentionis, 5
probare omnino debuissent, iuxta cons. Feder. de
Sen. 148. *num.* 1. & 2. Siluan. *cons.* 5. *num.* 13. Crauet.
cons. 240. *num.* 3. *vers. sed tamen verius*, Bursat. *cons.* 119.
num. 3. Put. *decis.* 375. *in fin. lib.* 2. *in correct.* præsertim
† ad effectum deuolutionis, Rota *decis.* 170. *num.* 10. 6
ad fin. part. 2. *rec.* & in omnem casum ex multiplicatis
† receptionibus Canonum per longissimum tempo- 7
ris spatium subsequutis, censeri debet omnem prætensam deuolutionem remissam fuisse, Glos. *in l.* 2. *verbo (repellere) vers. item si triennio*, & ibi Doct. *C. de iur. emphyt.* Ruin. *cons.* 110. *num.* 4. *lib.* 1. Gabr. *cons.* 66. *num.* 54. *& seqq. lib.* 2. Surd. *decis.* 6. *num.* 7. *& decis.* 181. *num.* 1. Card. Mantic. *decis.* 100. *num.* 1. *&* 2. *& decis.* 896. *num.* 4. *&* 5. *part.* 4. *diuers.*

Aut verò Monachi agunt ad deuolutionem in
vim secundi Instrumenti de anno 1567. Io; quo ven-
ditio domus, facta Leonettis, tanquam de perpetua
emphyteusi, & ad quoscumque extraneos transito-
ria, approbata fuit, prout re vera eos egisse colligi vi-
detur ex monitorio, Sum. *num.* 4. vbi asseruerunt eue-
nisse casum deuolutionis ob mortem Iuliani, & Ale-
xandri de Leonettis; Et hoc etiam casu deuolutio-
nem non iustificari † Domini censuerunt, siue illa 8
deducatur ex obitu illorum de Leonettis, siue ex de-
fectu beneplaciti Apostolici, siue ex alienatione
istius domus, facta irrequisito domino directo.

Non est factus locus deuolutioni per obitum Iu-
liani, & Alexandri de Leonettis, quia in illos transla-
ta fuit domus de consensu Monachorum † sine 9
temporis præfinitione, neque concessio limitata fuit

ad eorumdem vitam, ſeu generationem, ſed titulo perpetuæ emphyteuſis iure proprio, & in perpetuum conceſſa fuit ipſis, & eorum hæredibus, vt in Sum. *num.* 3. & ſic per mortem dictorum emptorum
10 non eſt deuoluta domus, cùm effecta † fuiſſet tranſitoria ad hæredes extraneos, etiamſi emphyteuſis fuerit Eccleſiaſtica, vt traduut Socin. ſen. *conſ.* 266. *num.* 37. *verſ. ſecundo præmiſſa. lib.* 1. Curt. iun. *conſ.* 4. *num.* 24. *in fin.* Gabr. *conſ.* 76. *num.* 7. *& ſequentib lib.* 2. Becc. *conſ.* 3. *num.* 30. Rimin. iun *conſ.* 461. *num.* 19. vbi de receptiſſima teſtatur opinione, Rota apud Card. Seraphin. *deciſ.* 868. *num.* 3. *& in Mediolanen bonorum 7. Iuny* 1585. *coram Bubale, & in Romana deuolutionis domus* 1. *Decembris* 1600. *coram bo. me. Card. Millino.*

Nec etiam ſuffragatur defectus beneplaciti Apoſtolici ad probandam prætenſam deuolutionem, quia ex lapſu triginta, & vltra aonotum, & ſubſe-
11 cuta obſeruantia contractus † per tantum tempus, illud præſumitur obtentum, ſiue fuerit enuociatum, ſiue non, in Inſtrumento venditionis, Card. Seraphin. *deciſ.* 675. *num.* 1. *& deciſ.* 1042. *num.* 3. *in fine, & deciſ.* 1307. *num.* 7. Rota in *recens. deciſ.* 159. *num.* 4. *& 5. part.* 1. *cum alijs.*

Et demum nec quicquam facit pro inducenda deuolutione, quod iſta domus fuerit alienata in Pulcios, modo agentes ad reſtitutionem in integrum, irrequiſitis Monachis dominis directis, tum quia
12 cùm neceſſaria fuerit alienatio, † & ſequuta fuerit per ſubhaſtationem auctoritate Iudicis perfectam, hinc ſequitur non eſſe incurſam caducitatem, neque factum locum deuolutioni, vt cenſuit Rota *apud bo. me. Card. Cauol. deciſ.* 622. *num.* 6. *verſic. reſponſum fuit, & in ſimili idem reſpondit in Romana deuolutionis* 11. *Decembris* 1583. *coram Orano*, vbi qood non
13 incurritur caducitas ex alienatione † neceſſaria facta vigore Bullæ Iuris congrui; tum etiam quia cùm venditio facta fuerit ad inſtantiam creditorum, &
14 hæredum † inueſtitorum, qui præſumuntur ignotaſſe domum iſtam eſſe ſub directo dominio Monacho-
15 rum, vtrique † ex hac iuſta ignorantia excuſari debent à pœna caducitatis, Gloſ. & DD. *in l.* 2. *C. de iur. emphyt. l. qui in alterius.* vbi Dec. & Cagnol. *ff. de reg. iur.* Iaſ. *in l. fin num.* 127. *de iur. emphyt.* Roland. *conſ* 66. *num.* 19. *lib.* 3. Honded. *conſil.* 41. *num.* 15. *lib.* 2. Rota apud Card. Caual. *deciſ.* 94. *num.* 1. Et denique ſat eſt
16 † quòd non fuit intenta à Monachis deuolutio ex hoc capite alienationis, ſed ex capite lineæ finitæ, quam tamen, vt ſupra dictum fuit, nullatenus iuſtificarunt.

Et ita, vtraque parte informante, &c.

R. P. D. QVEIPO.

Florentina Parochialis à Sala.

Die Mercurij 21. *Aprilis* 1632.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus conceſſum alicui, & ipſis filiis hæredibus, & deſcendentibus, an dicatur gentilitium, vel hæreditarium.

SVMMARIVM.

1. *Præſentate, quando non poſſit denegari inſtitutio.*
2. *In Iurepatronatu gentilitio extraneus penitus excluditur.*
3. *Emphyteuſis conceſſa alicui, & eius filiis, & heredibus eſt hereditaria, & ad heredes extraneos tranſitoria, contrarium num. ſeq.*
4. *Emphyteuſis conceſſa alicui, & eius filiis, & heredibus, vel ex pacto, & prouidentia, vel mixta ſaltem eſt.*
5. *Inter verbum filiis, & verbum heredibus, ſi non ponitur copula, &, tunc verbum heredibus non ponitur argumentatiuè, ſed qualificatiuè.*
6. *Copula, &, quando apponitur in eadem oratione, efficit, vt qualitas in alio videatur repetita.*
7. *Bart. in l. Gallus. §. etiam ſi parentes. num.* 4. *ff. de lib. & poſth declaratur.*
8. *In Iurepatronatu, in emphyteuſi, &c. ſolent homines, heredes, appellare deſcendentes, & agnatos eos, quos ſperant ſucceſſuros in re, de qua agitur, non attendentes ad alia bona, nec nomen heredis. & num.* 10.
9. *Qualitas naturalis, ſeu ratio naturalis conſideranda eſt, & non accidentalis.*
11. *In diſpoſitione qualibet nullum verbum, ſine effectu manere debet.*
12. *Clericus de bonis patrimonialibus, & extra intuitum Eccleſiæ quæſitis, heredes legitimos, & teſtamentarios licitum eſt habere.*

DECISIO XVIII.

CÆſarem præſentatum à Dominis de Venturis inſtituendum eſſe cenſuerunt Domini, & † cum 1
vocatio Beneficij, exiſtentia Iuriſpatronatus, habilitas præſentati, & præſentatio intra legitima tempora non controuertantur; difficultas in eo dumtaxat verſabatur, an Iuriſpatronatus Parochiæ S. Bartholomæi à Sala eſſet gentilitium, vel hæreditarium; nam ſi hæreditarium eſſet, præſentatus à D. Octauia ſine controuerſia eſſet præferendus, cum ſit in dicto Iurepatronatus ſucceſſor Roberti de Puccis, ſuique viri, cui in dicto Iurepatronatus duæ tertiæ partes, & ex altera tertia quarta pars competebant: ſi au-
tem ſit † gentilitium, vel mixtum, D. Octauia tan- 2
quam extranea erit prorſus excluſa. Et quia Iuſpatronatus prædictum ad Parochianos dictæ Eccleſiæ S. Bartholomæi olim pertinebat, à quibus in Antonium, & Laurentium Cardinalem eius fratrem donationis titulo tranſlatum fuit, nam licet de donatione non appareat, confirmata tamen, & enunciata extat in Bulla Alexandri VI. anni 1493. vbi enunciantur hæc verba. *Antonio genitori tuo tunc in humanis agenti, ipſiuſque Antony filiis heredibus, & deſcendentibus, necnon tibi pro te, tuiſque fratribus, eorumdemque fratrum, & cuilibet eorum filiis, & heredibus recipienti liberaliter donarunt*, &c. In quibus verbis huius litis cardo vertitur, cum partes aliam ſcripturam acquiſitionis dicti Iuriſpatronatus præter dictam Bullam non produxerint.

Quamuis autem emphyteuſim † alicui, & eius 3
filiis, & hæredibus conceſſa exiſtimauerint hæreditariam eſſe, & ad extraneos hæredes tranſitoriam, Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 18. *num* 3. ſequutus Bart. *in l. Gallus, §. etiam ſi parente. num.* 4. *ff. de lib. & poſthum.* Aluat. Valaſc. *de iure emphyt. quæſt.* 44. *num.* 17. quam ſententiam communiter receptam eſſe fatetur Pinel. *in l.* 1. 3. *par. num.* 35. *verſ. maior ſcribentium varietas, C. de bo. mater.*

Dominis tamen viſum fuit Iuſpatronatus, de quo agitur, eſſe mixtum, attendentes prædictam communem opinionem, plures habere contradictores, nam contrariam ſententiam, nempè emphyteuſim

4 teusim † in prædicto casu, vel ex pacto, & prouidentia, vel mixtam falrim esse, tenuerunt Dec. *cons. 185. lib. 1.* Paris. *cons. 65. lib. 3. num. 14. & cum plurib.* Pinel. *vbi sup. num. 85. vers. ea tamen, & num. 91.* Rot. *decis. 287. num. 3. part. 1. recent.* quam sententiam in nostro casu facilius admittendam considerabant Domini, quia in dicta Bulla Alexandri refertur Iuspatronatus esse concessum Antonio, & eius filiis hæ-
5 redibus, & descendentibus, atque ita inter verbum filiis, & verbum hæredibus non ponitur copula, &, nam tunc verbum hæredibus † adiectum simpliciter sine copula non ponitur augumentatiuè, sed qualificatiuè, vt successor debeat esse hæres, vt post Bart. notauit Pinel. *in d. 3. par. num. 90. illat. 5.* Pro qua sententia conducit doctrina Peregr. *de fideic. art. 32. num. 48.* Fusar. *de substit. quæst. 339. & num. 6.* Præcipuè, quia quamuis copula apponeretur in eadem
6 oratione, efficit, † vt qualitas adiecta in alio videatur repetita, secundùm text. expressum *in l. Seia 20. §. Caio*, & ibi latè Bart. *ff. de fund. instr. l. fori, §. cui dulcia, ff. de vino, tritico, & oleo legat.* ex quo fundamento priora communis sententia eneruatur; maximè
7 quia Bart. † pro qua allegatur *in d. §. etiam si parente, num. 4.* non loquitur in nostris terminis, sed dumtaxat, quando aliquid relinquitur alicui, & suis hæredibus; quando vero aliquid reliquitur, v. g. Titio, & eius filiis, & hæredibus, ipse Bart. *num. 6.* fatetur extraneos admittendos non esse, propter sensum incongruum, & tacitam voluntatem testatoris; nam communi vsu loquendi receptum est, quod in
8 negociis † similibus solent homines hæredes appellare descendentes, & agnatos, quos successiros sperant perpetuò in feudo, vel maioratu, de quo agitur, non attendentes ad alia bona, neque ad nomen, hæredes, vt post Dec. *consil. 38. num. 6. lib. 1.* tradit in terminis casus nostri Pinel. *vbi supra in d. tertia par. num. 8. versic. ego autem puto, circa fin.* Ra-
9 tio namque naturalis, † seu naturalis qualitas considerando est, non vero accidentalis, *l. tertia, ff. de tutel.* & causa sanguinis non alia extrinseca, *l. tutor. 31. §. 1. ff. de excusat. tutor.* atque ita verbum hæredibus, intelligitur dumtaxat relatum ad successionem rei, de qua agitur, non vero ad augendas per-
10 sonas succedentium; nam si de hæredibus † extraneis intelligeretur, frustraneum prorsus esset verbum descendentibus, vt in specie casus nostri latè docet Paris. *consil. 48. volum. 4* nulla posset esse ratio dubitandi, quin si extranei hæredes admitterentur, descendentes etiam hæredes admitti deberent.
11 In qualibet † autem dispositione nullum verbum sine effectu debet remanere, *l. prima, §. hac verba, ff. quod quisque iur.* & ibi latè Bart. & Iaf. *l. penult. §. penult. ff. ne quis eum qui in ius vocat. l. 1. ff. ad municipal.* Mantic. *de coniect. lib. 3. titul. 6. ex num. 1.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 8. numer. 76.* Ludouis. *decis. 516. ex num. 4.*

Et corroborantur prædicta ex manifesta voluntate Parochianorum in donatione præfata, in qua licet donatio Iurispatronatus ab illis, Laurentio tunc Presbytero, & postea Cardinali facta fuisset, respe-
12 ctu d. Laurentij fuit personalis; nam licet † de bonis patrimonialibus, & extra intuitu Ecclesiæ quæsitis hæredes legitimos, & testamentarios licuisset habere, *cap. cum tibi, de testam. cap. 1. & 2. de pecul. cleric.* prædicta tamen donatio dicto Laurentio tantùm, non autem eius hæredibus facta fuit, respectu autem fratrum illis, & eorum filiis hæredibus scripta reperitur, ex qua differentia apertè notatur Donatores ad hæredes sanguinis respexisse, cum si de ex-

traneis intelligerent eosdem, & Laurentius Cardinalis potuisset habere.

Ex quibus ita fuit vtraque parte informante per Dominos conclusum, &c.

In eadem causa adest altera decisio coram R.P.D. Panzitolu sub die 10. Iunij 1633. part. 6.

R. P. D. MERLINO.

Forosempronien emphyteusis.

Die Veneris 28. Nouembris 1631.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis, quando est finita, an renouatio sit facienda proximioribus agnatis, vel hæredibus, debet inspici qualiter sit facta concessio. Et plura circa clausulam, Ad habendum, in concessione emphyteusis apposita.

SVMMARIVM.

1. *Emphyteusis dicitur ex pacto, & prouidentia, quando concepta est pro filiis, & nepotibus, omissa mentione hæredum.*
2. *Emphyteusis ex pacto, & prouidentia renouatio est facienda agnatis proximioribus, non autem hæredibus.*
3. *Emphyteusis hæreditaria renouatio est facienda hæredibus, & non agnatis.*
4. *Emphyteusis secunda concessio, & inuestitura regularis debet ad normam, & exemplum primæ inuestituræ.*
5. *Hæreditaria qualitas, quando in prima inuestitura emphyteusis est neglecta, de illa, nec est curandum in secunda.*
6. *In emphyteusis concessione, si ponatur clausula, Ad habendum, operatur, vt concessio videatur facta pro quibuscunque.*
7. *Emphyteusis concessio, cum clausula Ad habendum, efficitur transitoria ad extraneos, etiamsi emphyteusis sit ex pacto & prouid ntia, & num. 8.*
9. *Clausula, Ad habendum, in concessione emphyteusis opposita, restringitur inter terminos comprehensos.*
10. *Clausula, Ad habendum, in concessione emphyteusis posita, debet interpretari strictè, & sufficit, vt quid minimum operetur.*
11. *Clausula, Ad habendum, in emphyteusi ex pacto, & prouidentia posita, seruit de vento.*
12. *Emphyteusis renouatio ex iuris æquitate, fit proximioribus agnatis, atque eiusdem generis, & conditionis personis.*
13. *Decis. 642. part. 1. in recent. & alia declarantur.*
14. *In emphyteusi potius est attendenda præcisa vocatio graduum, quàm clausula Ad habendum, quæ multoties apponitur à Notarijs ex quodam stylo, & oscitanter.*
15. *Clausula, Ad habēdum, virtus penitus euacuatur, & eliditur, per prohibitionē alienationis emphyteusis.*
16. *Testes, vt probent consuetudinem immemorabilem, qualiter deponere debeant, & num. 19. & 20.*
17. *Testes, vt probent consuetudinem immemorabilem, debent esse ætatis 54. annorum.*
18. *Ætas in teste, debet attendi de tempore motæ litis.*
21. *Testes suspecti, non probant immemorabilem consuetudinem.*

13. *Obseruantia differri stante, non est recedendum à dispositione iuris communis.*
13. *Emphyteusis hæreditaria hæredibus est renouanda. Emphyteusis ex pacto, & prouidentia proximioribus agnatis, est renouanda. ibid.*
14. *Emphyteotica bona ex pacto, & prouidentia non sunt de sui natura alienabilia, & sic non in pleno, & libero domínio disponentis.*
15. *Consuetudo, si sit contra Ius, & præiudicialis Ecclesiæ, debet strictè interpretari, nec debet extendi.*

DECISIO XIX.

Finita emphyteusi de quibusdam prædiis, Ecclesia Forosempronien fecit renouationem Catharinæ proximiori agnatæ, quam renouationem cum impugnare niteretur Margharita, eo quod ipsa esset præferenda, tanquam hæres instituta à Camilla, per cuius obitum expirauerat emphyteusis, Domini sub die 5. Maij 1627. coram R. P. D. meo Vbaldo, diætrunt, renouationem factam Catharinæ esse attendendam, nec præferendam fuisse Margharitam, quasi hæredem, in qua sententia, & hodie Domini perstiterunt.

1 Certum est enim, hane emphyteusim esse † ex pacto, & prouidentia, ex quo concepta est pro filiis, & nepotibus, omissa mentione hæredum, Bart. *in l. vt iurisiurandi, § si liberi ff. de oper. libert.* Socin. iun. *consil. 42. num. 3. lib. 3.* Surd. *cons. 108. num* 10. Peregr. *cons. 8. num. 25. lib. 1.* Menoch. *cons. 202. num. 53.* Rot. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, dec. 532. num. 11. & decis. 343. num. 3. in eius impress. atque alias passim,*
2 quo posito, sequitur, † renouationem esse faciendam agnatis proximioribus, non autem hæredibus, Rip. *in l. 1. num. 8. vers. tunc tempora, ff. de priuil. credit.* Dec. *cons. 78. num. 4.* Ruin. *cons. 12. num. 21. & consil. 151. num. 21. lib. 1.* bene Ferret. *consil. 103. numer.* 10. & fuit dictum *in Forolinien de Torellis 24. Maij 1604. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio seniore, & 14. Februarij 1605. coram Iusto, & in Imolen bonorum 18. Iunij 2618. & 6. Ianuarij 1619. coram Reuerendiss. D. meo Decano;* quemadmodum si
3 emphyteusis fuisset † hæreditaria hæredibus, non autem agnatis proximioribus foret concedenda, quia tunc qualitas hæreditaria requiritur, nec sufficit qualitas agnationis, Alea. *cons. 10. num. 11. lib. 3.* Anchar. *cons. 38. num. 3.* Gabriel. *de iur. emphyt. concl. 1. num. 18.* benè Beto. *cons. 103. num. 4. & 5. lib. 1.* Matescot. *var. resol. lib. 1. cap. 3. num. 16.* Rota *coram Card. Seraphino decis. 610. num. 10.* & in præallegata *Forolinien de Torellis coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, atque Imolen bonorum coram Reuerendiss. D. meo Decano;* hæc enim renouatio est secunda concessio, &
4 Inuestitura, † quæ regulari debet ad normam, & exemplum primæ Inuestituræ, sique illa solùm agnatos, hæc quoque secunda ab iisdem agnatis est inchoanda, & ad illos restringẽda, non habita consideratione, an extent alij, qui sint hæredes,
5 quæ qualitas hæreditaria, cum fuerit neglecta † in prima Inuestitura, ideoque itidem, & in secunda de illa non est curandum, vt benè per Beto. *d. cons. 103. num 5.* & alios præallegatos.

Non obstat, quod in dictis Inuestituris adsit clausula, *Ad habendum*, &c. sitque inserta in parte dis-
6 positiua, † per quam clausulam concessio, & Inuestitura dicitur facta quibuscunque, & data facultas disponendi de bonis concessis, prout inuestitis pla-
7 cuerit, adeout per hanc, emphyteusis efficiatur, † transitoria ad extraneos, & de natura emphyteusis ex pacto, & prouidentia, transfundatur in naturam emphyteusis hæreditariæ, vt per Crauett. *consil. 256. num. 4.* Laderch. *consil. 1. num. 8. & sequentib.* vbi virtutem istius clausulæ *Ad habendum*, &c. multum extollit, & Rota *coram Cardin. Seraphino decis. 1290. num. 11. & in recent. decis. 642. num. 3. part. 1. & decis. 152. num. 1. & decis. 294. num. 3. & 7. part. 2. & coram bon. mem. Cardinali Caualerio decis. 293. num. 1. & sequentib.*

Quoniam, omisso quod Menoch. *consil. 545. per tot.* & Bertazol. *consil. ciuil. 73. & 74.* qui in eadem causa contra Laderchium consuluerunt, validissimis iuris rationibus vim dictæ clausulæ, *Ad habendum*, extenuant, & impugnant: certè in casu præsenti visum fuit Dominis, non posse clausulam, *Ad habendum*, &c. influere hunc effectum, † vt de emphyteusi ex pacto, & prouidentia transeat in emphyteusim hæreditariam, quoniam concessio, de qua agitur, restricta est ad tertiam generationem, vnde & clausula, *Ad habendum*, &c. restringi debet intra eosdem terminos, & † ad personas in tribus generationibus comprehensas, itaut effectus illius non egrediatur tertiam generationem, alioquin dateretur in eadem inuestitura, & incontinenti nimis exorbitans contrarietas, & repugnantia, dum in vna parte denegaretur transitus bonorum in extraneos, & beneficium concessionis coarctaretur ad tres dumtaxat generationes; in alia verò parte, admitteretur transitus bonorum in quoscunque extraneos, & extenderetur vltra tertiam generationem, quæ repugnantia nullatenus est ferenda. Ita Dec. *consil. 500. num. 6.* Ofasch. *decis. 164. num. 5.* Menoch. *consil. 61. num. 20.* vbi, quod hæc clausula † debet strictè interpretari, & sufficit, vt quid minimum operetur, *& consil. 545. num. 5. 6. & 16.* Bardellon. *consil. 41. num. 2. & 3.* vbi, quod stante forma præcisa emphyteusis ex pacto, & prouidentia, † & restricta ad certas personas, hæc clausula seruit de veoto. Galuan. *consil. 20. num. 40.* atque admittit etiam Laderch. *dict. consil. 1. num. 18. vers. veram enim esse.* Rota *decis. 294. num. 8. part. 2. recent. & in Camerinen domus 4. Iunij 1593. coram Gipsio, impressa post Giouagnon. consil. 44. num. 107. & 108. lib. 2.* ex quibus sequitur, quod cum Margherita non intra illam tertiam generationem, immò nec ex descendentibus vlterioris gradus, non potest illi suffragari dicta clausula, *Ad habendum*, &c. sed ex iuris æquitate, de qua per Bart. *in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotidian. & æstiua*, concedenda † est noua inuestitura per viam renouationis proximioribus, agnatis atque eiusdem generis, & conditionis personis est facienda, quibus prima inuestitura concessa fuit.

Nec applicantur † *decis. 641. part. 1. recent.* & coram Cardinali Caualerio *decis. 293.* & aliæ superiùs deductæ, quia in casibus dictarum decisionum, clausula, *Ad habendum*, non erat adiecta concessioni, quæ certis gradibus, & personis, arctaretur, vt est inuestitura, de qua agitur, nec vrgebat motiuum contrarietatis, & enim contrahentium voluntas, quod emphyteusis esset solum ex pacto, & prouidentia, de quibus supra dictum fuit, potiusque attendenda est præcisa vocatio graduum, & generationum, † quam illa clausula, *Ad habendum*, &c. quæ multoties à Notariis ex quodam solito, & oscitanter apponitur, æquiusque videtur, vel clausula restringatur ad vocationem generationum, quàm quod è contra, vocatio generationum euertatur per illam clausulam, *Ad habendum*, &c.

Præsertim,

Præsertim, quia in casu præsenti post dictam clausulam subsequitur prohibitio alienationis, ex qua appatet de enixa voluntate contrahentium, vt emphyteusis non egrederetur illam tertiam generationem, & sic clausula, *Ad habendum*, non potest habere illum effectum, vt faciat emphyteusim transi-
15 toriam ad hæredes extraneos, sed per † alienationis prohibitionem illius virtus penitùs enacuatur, & eliditur, vt inquit Dec. *consil.* 171. *num.* 3. *versic. quarto, & vltimo.* Curt. iun. *consil.* 130. *num.* 6. Osasch. *d. decis.* 164. *num.* 5. Corbol. *de priuat. emphyt. ob alien. lim.* 5. *num.* 2. *&* 3. & dixit Rota *in Romana domus, & hospitij 7. Iunij 1591. coram Blanchetto, in Imolen̄ bonorum 22. Iunij 1592. coram bo. me. Cardinali Pamphilio, & in Romana domus 9. Martij 1609. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Non obstar immemorabilis consuetudo, quam nixa est probare Margherita, quod scilicet etiam in emphyteusi ex pacto, & prouidentia, consuetum fuerit in Ecclesia Forosempronien̄ vt, finita emphyteusi, ad renouationem tunc solum admittantur agnati, non autem hæredes quando primus acquirens, vel vltimus comprehensus de bonis emphyteoticis non disposuerunt, ex qua consuetudine deinde inferebatur ipsam Margheritam esse in reuocatione præferendam, cum vltimus comprehensus per hæredis institutionem in eius fauorem disposuerit; Quoniam nec probata visa fuit huiusmodi immemorabilis, & quatenus fuisset probata, non inde tamen suffragaretur.

16 Non probatur, quia testes † examinati, non deponunt, cum requisitis, glos. *in cap.* 1. *de rescript. in* 6. Inter quæ illud præcipuum est, vt appareat de ætate
17 testium annorum 54. † scilicet de 40. annis vniformis obseruantiæ, de quibus non possunt deponere, nisi postquam vsum perfectum intellectus habuerint, & doli fuerint capaces, & sic ipsi egerint annum decimumquartum, Rota *decis.* 76. *num.* 3. *& decis.* 254. *num.* 2. *part.* 1. *recent. & coram san. mem Gregorio XV. decis.* 298. *num.* 1. & *ibi* Add. *num.* 12. Ex decem enim, & octo testibus duo non exprimunt eorum ætatem, nempe secundus, & tertius, nouem exprimunt quidem, sed sunt infra dd. annos 54. asserit primus testis se agere annum 43. quintus testis est annorum 35. nonus annorum 37. vndecimus annorum 39. decimus tertius habet tātum annos 30. decimus quartus attingit annum 49. decimus quintus annum agit 50. decimus sextus annos 35. decimus octauus annos 43. Alij vero quatuor testes erant quidem positi supra dictos annos 54. tempore examinis, sed non tempore motæ litis, quod tempus est
18 † præcisè attendendum, cum requiratur probatio obseruantiæ per 40. annos, subducto tempore litis, Rota *decis.* 248. *num.* 4. *part.* 2. *recent. & coram san. mem. Gregorio XV. dec.* 205. *num.* 4. vbi Addent. *num.* 6. *& decis.* 298. *num.* 2. Sextus verò testis super tertio articulo ingenuè fatetur se nihil scire de prætensa consuetudine, quæ in dicto tertio articulo deducebatur. Decimus secundus minus est attendendus, quia non potest deponere de hac obseruantia, quod illam viderit seruari per 40. annos, asserit enim spatio 16. annorum abfuisse à patria, & iuxta decimum quartum articulum admittit contrariam consuetudinem, quod scilicet finita linea bona deuoluuntur ad proximiores per viam renouationis, & defecit in aliis requisitis d. glos. *in cap.* 1. *de præscript. in* 6.
19 † nempe de visu per 40. annos, quod maiores dixerint audiuisse ab aliis maioribus, nec contrarium fuisse seruatum, vel dictum seruari; quartus demum testis est vnicus, non deponit de fama, per verbum fuit, & est, prout in dicta glosa requiritur, nec † con- 20
trariam famam excludit, eiusque depositio caret aliis requisitis eiusdem glosæ.

Verum, quatenus etiam probaretur dicta immemorabilis, non tamen suffragaretur; quoniam ex aliis testibus examinatis per Catherinam constat renouationes factas fuisse agnatis, quamuis, & primus vel vltimus comprehensus aliter disposuissent, vnde testes examinati pro Margherita viden-
tur † suspecti, dum dicunt, nunquam aliter fuisse 21
seruatum, vel saltem apparet non esse vniformem hanc consuetudinem, nec inconcussam, cum diuersimode fuerit obseruatum, nec ideò hæc immemorabilis attendi debet, Put. *decis.* 426. *lib.* 2. *in correct.* Rot. *decis.* 254. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & apud san. mem. Gregorium X V. *decis.* 51. *num.* 3. *& decis.* 434. *num.* 10. & Adden. *ad d. decis.* 294. *num.* 13. data au-
tem † difformi obseruantia, non est recedendum 22
à dispositione iuris communis, Rot. *decis.* 438. *num.* 2. *in fin. part.* 1. *& decis.* 19. *num.* 6. *part.* 2. *diuers.* vt scilicet emphyteusis hæreditaria hæredibus, emphyteusis verò ex pacto, & prouidentia agna-
tis † sit renouanda, sicque primus acquirens, vel 23
vltimus comprehensus potuissent disponere ad sui libitum, non erat opus in Inuestitura facta de anno 1576. concedere facultatem primo Inuestito, vt, deficientibus solummodò filiis, posset in eius testamento nominare vnum hæredem pro illo prædio.

Demum consuetudo hæc non applicatur; quia nec primus acquirens, nec vltimus comprehensus disposuerunt de istis bonis emphyteoticis in fauorem Margheritæ, dispositio enim particularis erat facienda, nec veniebant sub generali dispositione per hæredis institutionem hæc bona emphyteotica,
† cum essent ex pacto, & prouidentia, nec essent de 24
sui natura alienabilia, nec in pleno, & libero dominio disponentis, Bart. *in l. vt iurisiurandi*, *§. si liberi, num.* 5. *ff. de oper. libert.* Aretin. *consil.* 53. *num.* 3. Surd. *decis.* 93. *num.* 18. *& consil.* 395. *num.* 18. Laderch. *consil.* 73. *sub num.* 9. Bellon. iun. *consil.* 30. *num.* 76. Rota plenè *decis.* 375. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & coram san. me. Gregor. X V. *decis.* 271. *num.* 1. *& ibi Addent. num.* 27.

Nominatio verò facta per Camillam est solum restricta ad illud prædium, super quo dabatur facultas nominandi in Inuestitura de anno 1576. & hac facultate sibi data in Inuestitura voluit vti, non autem illa prætensa facultate, inducta ab asserta consuetudine, vnde ad alia prædia in diuersis Inuestituris concessa extendi non potest hæc nominationis facultas.

Sed nec etiam hæc nominatio Camillæ suffragatur ad illud prædium, de quo in Inuestitura de anno 1576. non ex Iure permisso in Inuestitura; quia illud solum concessum est primo Inuestito, quatenus filios non haberet, vnde expirauit dum filios reliquit; nec etiam ex asserta consuetudine de qua per testes, quatenus etiam illam probarent, quia omnes testes restringunt hanc facultatem ad primum Inuestitum, & ad vltimum comprehensum; Camilla autem non erat nec prima acquirens, nec proprie secunda dici poterat comprehensa, dum non erat scripta in Inuestitura, & licet fuerit nominata, hæc tamen nominatio non tribuebat veram, & propriam com-
prehensionem in Inuestitura, & cum dicta † consue- 25
tudo sit contra Ius, & præiudicialis Ecclesiæ, quia, hac admissa, bona in emphyteusim cōcessa difficiliùs

ad ipsam Ecclesiam reuerterentur, essent enim transibilia ad quoscunque extraneos, propterea strictam recepit interpretationem, nec debet extendi, Grat. consil. 132. num. 20. lib. 1. Cephal. consil 345. num. 14. & 15. cum aliis, & multiplicarentur facultates, & specialia, quia extraneus non comprehensus posset nominare, & hic nominatus postea etiam facere aliam nominationem.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. PANZIROLO.

Florentina Parochialis à Sala.

Die Veneris 10. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Plura notanda, circa materiam concessionis Iurispatronatus factæ alicui, & ipsius filiis hæredibus, & descendentibus.

SVMMARIVM.

1. *Donatio facta filiis alicuius, qui essent etiam illius hæredes, tunc requiritur in eis vtraque qualitas.*
2. *Nomen, filij, iniunctum cum nomine, hæredes, absque copula, &, illud restringit, vt non possit intelligi, nisi de hæredibus sanguinis, & vide num. 8.*
3. *Descendentium appellatione, veniunt nedum masculi descendentes, sed etiam fœmina in infinitum.*
4. *Dictio, &, aequaliter copulat, vt idem sit de vno, quàm de altero ex copulatis.*
5. *Verbum, hæres, intelligitur, tam de hæredibus sanguinis, quàm de extraneis, & num. 12.*
6. *In iurepatronatu, an succedat hæres extraneus.*
7. *Dictio, necnon, resoluitur in copulam, & repetit omnes qualitates præcedentes.*
9. *Emphyteusis Ecclesiastica, non transit ad hæredes extraneos, nisi expressè dicatur, vel ex coniecturis colligatur.*
10. *Emphyteusis Ecclesiastica ad alios, quàm ad liberos transire non potest.*
11. *Hæreditaria qualitas tertio gradui adiecta, debet esse eiusdem conditionis, prout alia antecedẽtes sunt.*
13. *Correctio incontinenti non est præsumenda.*
14. *Hæredes extraneos fratrum, velle præferre hæredibus extraneis proprijs, absurdum est.*
15. *Decisiones in causa Florentina Subdecanatus coram R. P. D. Durano declarantur.*
16. *Iuspatronatus gentilitium, aut mixtum, nullo modo potest transire ad hæredes extraneos.*
17. *Iuspatronatus est indiuiduum, & est apud quemcunque insolidum.*
18. *Portio deficiens per ius non decrescendi debetur superstitibus de familia testatoris, non autem transit ad extraneos.*
19. *Iuri non decrescendi est locus, quando vna portio deficit.*
20. *Iuspatronatus concessum alicui, & eius filiis hæredibus, & successoribus, tunc illi, qui succedere volunt, sufficit, quod sint hæredes primi donatarij.*
Et hoc mediante persona suorum antecessorum, licèt nõ sint hæredes vltimè loco defuncti. n. 20. vide n. 21.

DECISIO XX.

Cvm in hac causa dubitaretur, an esset instituendus præsentatus à Dominis de Venturis, vel præsentatus à D. Octauia Cappona, & resolutio penderet ex discussione qualitatis iurispatronatus, an scilicet esset gentilitium, seu mixtum, vt prætendunt Domini de Venturis, vel hæreditarium, vt asseritur pro parte D. Octauiæ. Causa, per quinque vices proposita, & mature discussa, tandem sub die 21. Aprilis anni præteriti 1632. coram R. P. D. meo Quecipo,* conclusum fuit, Cæsarem præsentatum à DD. Venturis esse instituendum. Cui resolutioni, cum D. Octauia non acquiesceret, & D. meus Quecipus in Hispaniam rediisset, proposita per me causa super eisdem, Domini censuerunt, standum esse in decisis, attentis, & consideratis verbis confirmationis Alexandri VI. de anno 1493. emanatæ ad fauorem Antonij Puccij, & Laurentij Cardinalis eius filij, qui Antonius, & Laurentius vigore donationis Parochianorum Villæ S. Bartholomæi, d. Iuspatronatus acquisiuerant, licèt de ipsa donatione aliunde non appareat, quam ex d. confirmatione sub verbis sequentibus concepta, nimirum. *Antonio genitori tuo, tunc in humanis agenti, & ipsius Antonij filiis hæredibus, & descendentibus; nec non tibi pro te, tuisque fratribus, eorumdemque fratrum, & cuiuslibet eorum filiis, & hæredibus recipienti, respectiue liberaliter donarunt.*

Et quidem quoad primam partem d. enunciatiuæ, quę dirigitur in personam Antonij, visa est, quod clare loquatur de filiis, † qui essent etiam hæredes, 1 & sic haberent vtramque qualitatem, vt tradit Paris. consil. 48. sub num. 9. & seqq. lib. 4. Guttier. consil. 1. num. 5. & consil. 4. num. 1. Seraph. decis. 604. num. 5. & fuit dictum in Romana Capellania 4. Maij 1580. coram san. mem. Clemente VIII. Attento præsertim, quòd nomen, † filius, iniunctum cum nomine hæredibus, 2 absque copula, &, illud restringit, & magis qualificat, itaut non possit intelligi, nisi de hæredibus sanguinis, Pincell in l. 1. part. 3. num. 90. vers. inde etiam infertur, C. de bon. mater. Aret. consil. 11. num 15. & 22. Gabriel. consil. 69. num. 9. & 10. lib. 2. Rot. apud Reuerendiss. D. meum Coccin. decis. 137. sub num. 12. & in recent. part. 1. decis. 663. num. 17. vers. quod maxime procedit, Gratian. discept. 530. num. 44. & fuit resolutum in causa Imolen. bonorum 17. Iunij 1616. coram bonæ memoriæ Cardinalis Sacrato.

Et prædicta cõfirmarunt ex eo, quod fortè ad tollendum æquiuocum, an nomine filiorum veniant nepotes, & alij descendentes, post illa verba, filiis hæredibus, additum est aliud verbum, & descendentibus, † quorum appellatione ex proprietate sermonis veniunt, nedum masculi descendentes, sed etiam 3 fœminæ in infinitum, Alex. consil. 60. num. 1. vers. sed his non obstantibus, lib. 2. Paris. consil. 72. lib. 4. Quod quidem verbum intelligendum est de descẽdentibus hæredibus, quia † dictio, &, æqualiter copulat, vt 4 idem sit de vno, ac de altero ex copulatis, l. si mihi, & Titio, ff. de verb. oblig. & l. reos, §. cum tabulis, ff. de duobus reis, Menoch. consil. 56. num. 35. Cened. sing. 50. num. 8. Et sic apparet donantium voluntatem fuisse etiam donandi descendentibus hæredibus, cum illud verbum, hæredibus, sit quodammodo colligatum, cum prædictis verbis filiis, & descendentibus.

Tota igitur difficultas reducebatur ad illa verba, quæ loquuntur de Laurentino, ibi, *Necnon tibi pro te, tuisque fratribus, eorumdemque fratrum, & cuiuslibet eorum filiis, & hæredibus recipienti*, &c. Cum enim verbum, hæres, intelligatur, † tam de hæredi- 5 bus sanguinis, quàm de extraneis, quando agitur de re, quæ sit transmissibilis ad quoscumque hæredes; ideò

ideo contigit dubitari, quod ad succedendum in iu-
6 repatronatus, † de quo agitur, sufficeret, an d. D.
Octauia esset hæres extranea, non autem sanguinis,
prout in emphyteusi tradit Bart. *in l. Gallus*, §. *& si*
parente.ff. de lib.& posth. Alexand. *in l. sed si hac*, §.*li-*
beros, *num.* 3. *ff. de in ius voc.* cum aliis pro parte
D. Octauiæ allegatis.

Attamen; magis placuit Dominis contraria sen-
tentia in casu isto, quia prædicta verba confirma-
tionis visa sunt continere eamdem penitus disposi-
tionem, quæ continetur in prima nominatione. Ex
eo enim, quod omnes, quibus fuit facta donatio, sunt
filij, & descendentes Antonij, pernecesse sequitur,
quod non fuerunt contemplati, vt hæredes simpli-
citer, sed vti liberi, & ideo, ne dicatur, dispositionem
7 continere contrarietatem, † dictio illa, necnon, quæ
resoluitur in copulam, repetit omnes qualitates præ-
cedentes. Bart. *in l. Seio*, §. *Caio*, *ff. de fid. instrum.*
Neuizan.*consil.*72. *num.*14. Cæs. de Grass. *decis.*132.
*num.*5. Gonzal. *regul.*8. *gloss.*5. §.7. *num.*78. Gratian.
*discept.*70. *num.*32. *& discept.*147. *num.* 18.

Cùm igitur idem contineatur in prima, quod in
secunda dispositione, ipsa secunda non alteratur, ex
illis verbis, *Et cuilibet eorum filys, & hæredibus*, pon-
8 derando dictionem, *&*, † positam inter filios, & hæ-
redes, quia, in hoc etiam casu, ex prædicta ratione,
verbum, *Hæredibus*. censetur coniunctum cum ver-
bo, *filys*, etiam quod adsit copula, *&*, quia hoc loco
non ampliat dispositioné, sed potiùs copulat vtram-
que qualitatem, prout etiam censetur coniunctum
9 stante copula, *&*, in cõcessione † emphyteusis Eccle-
siasticæ, quæ de sui natura non est transitoria ad hæ-
redes extraneos, nisi expresse dicatur, vel ex conie-
cturis colligatur, vt tradit Bald. *in l.*2. *num.*14. *&* 15.
de iure emphyt. Salyc. *in l.*2. *num.*30. *in fin. vers. inter-*
dum conceditur, *C. eodem.* Couat. *var. lib.* 2. *cap.*18.
*num.*3. vbi de communi, idem Bald. *consil.*455.*lib.*3.
Paris. *consil.*48. *sub num.* 10. *lib.*4. Socin.iun.*consil.*58.
*num.*10.*lib.*2. Decian. *consil.*194.*num.*4. Bero.*cons.*95.
*num.*3. *lib.*1. Alexand. *consil.* 44. *num.* 1. *lib.*1. *& con-*
*sil.*56.*num.*3. *lib.*2. vbi etiam de communi. Surd.*con-*
*sil.*395. *num.*12. *lib.*3. Corbul. *de caus. priuat. ob mor.*
*ciuil. num.*5. Clar. §. *emphyteusis*, *quæst.*22. *num* 27.*&*
10 *seqq.* vbi dicit quòd, † ad alios, quàm liberos transi-
re, non potest, *& quæst.*23. *num.*22. Mantic.*de conie-*
cturis, *lib.*8. *tit.*14. *num.*11. Franch. *decis.*153.*num.*13.
Seraphin. *decis.*604.*num.*5. vbi dicit contrariam opi-
nionem Bartoli esse communiter damnatam. Gra-
tian. *disceptat.*530. *sub num.*43. Marescot. *lib.*1. *cap.*2.
num. 19.

Hæc autem corroborantur ex aliis vrgentissimis
coniecturis, quarum vna est, quod donatores respe-
ctu Laurentij, constituerunt tres gradus successio-
nis in illis verbis, *Tibi pro te, tuisque fratribus, eorum-*
demque fratrum filys, & hæredibus; & tamen dum lo-
quitur de Laurentio, & fratribus, non fit mentio
qualitatis hæreditariæ, sed solùm in tertio gradu;
11 signum euidens, † quod qualitas hæreditaria adiun-
cta tertio gradui, ex intentione donantium, debuit
esse eiusdem qualitatis, prout duæ antecedentes,
nempe de hæredibus sanguinis. Decian. *consil.* 31.
*num.*97.*in fin.lib.*1. Paris. *consil.*57. *num.*10. *lib.*2. Me-
noch. *consil.* 958. *num.*8. *lib.*4. *præsumpt.* 69. *num.*10.
Surd. *consil.*241. *num.*13. Rota *part.*1.*recent.decis.*193.
*num.*4. Fusat. *de substitut. quæst.*339. *num.*63. Et ratio
est, quia cum vocatio descendentium, & hæredum
extraneorum non compatiantur, sit per necesse,
12 quod verbum hæres, † quod est commune ad ex-
traneos, & ad hæredes sanguinis, restringatur, vt si-
gnificet solùm hæredes sanguinis, de quibus supra
mentio facta fuit, ne aliàs donantes, se immediatè
† correxisse videantur, quod non est dicendum. So- 13
cin. iun. *consil.* 57. *num.*5. *lib.*3. & fuit resolutum *in*
Maceraten. Iurispatronatus 6. Nouembris 1628. coram
R. P. D. meo Vbaldo.

Alia etiam coniectura desumitur ex eo, quod cum
Laurentius esset Sacerdos, non fuit stipulatus pro
hæredibus propriis, quod tamen verisimiliter fecis-
set, si voluisset vocare hæredes extraneos, sed so-
lummodo stipulatus fuit pro hæredibus fratrum
suorum, qui fortasse habebant vxores, & filios, &
sic sub nomine hæredum, voluit solùm compre-
hendere hæredes sanguinis. Aliàs sequeretur absur-
dum, quod Laurentius voluisset præferre † hæredes 14
extraneos fratrum, hæredibus extraneis propriis, ad
quod euitandum, debet dici, intelligi debere de hæ-
redibus sanguinis, non autem de extraneis, vt tra-
dit Bart. *in d. l. Gallus*, §. *& si parenti*, *num.*5. *ff. de lib.*
& posthum.

Nec prædictis obstat, quod Iuspatronatus dua-
rum dumtaxat Ecclesiarum fuerit donatum Anto-
nio, illiusque descendentibus sanguinis; reliquarum
verò Ecclesiarum, Laurentio, & fratribus, eorum-
que hæredibus, etiam extraneis, prout videtur pos-
se colligi ex instrumento donationis datu in sum-
mario D. Octauiæ *num.*2. Quia ex d. confirmatio-
ne Apostolica constat de contrario, nimirum Iuspa-
tronat. omnium Ecclesiarum fuisse donatum Anto-
nio pro filiis, hæredibus, & descendentibus, sicut
etiam Laurentio, & fratribus; vnde siue velimus,
quod Iuspatronatus omnium Ecclesiarum, fuerit
donatum vnico instrumento, siue pluribus, hoc ni-
hil ad rem, cum semper verum sit dicere, quod An-
tonio competat Iuspatronatus omnium Ecclesia-
rum, prout cantat confirmatio Apostolica, à qua non
est recedendum, nisi constet de contrario per alia
instrumenta; instrumentum verò de nouo apertum,
de quo d. summario *num.* 2. nihil penitus concludit,
quia licèt ex eo appareat, donationem duarum pri-
marum Ecclesiarum fuisse factam Antonio, non ta-
men ex hoc argui potest, quod aliæ Ecclesiæ fuerint
donatæ soli Laurentio, & pro hæredibus extraneis,
nam hoc est mera diuinatio, stante d. enuntiatiua
confirmationis Apostolicæ.

Nec aliquid releuant decisiones factæ in † Flo- 15
rentina Subdecanatus 22. Maij, & 20. Decembris
1628. coram R. P. D. meo Durano. Quia Subdeca-
natus est in diuersa Ecclesia, nec est de beneficiis
comprehensis in donatione, de quibus loquitur d.
confirmatio, & de quibus hodie est quæstio.

Quibus sic firmatis, crediderunt Domini, quod
Rubertus de Puccis iunior, non potuit instituere
D. Octauam extraneam, ad effectum, vt ei compe-
tat Iuspatronatus gentilitium, † aut mixtum, quod 16
nullo modo potest transire ad hæredes extraneos,
quousque superest aliquis de familia. Nam, † cum 17
Iuspatronatus sit indiuiduum, est apud quemcum-
que insolidum, gloss. *in cap.*1. vbi Abb. *num.*6. *&* 7.
de iurepatr. Portio † enim deficiens per ius non de- 18
crescendi debetur superstitibus de familia testato-
ris, non autem transit ad extraneos, iuxta tradita per
Ioan. Andr. *in Addit. ad Specul. in rub. de feud. col.*2.
vers. propter hoc. Ias. *in l. re coniuncti*, *num.* 272. *ff. de*
*leg.*3. vbi Rip. *num.* 125. *&* 158. & fuit dictum *in*
Aretina Capellania 1. *Iunij* 1584. *coram bonæ mem.*
Bubalo.

Quæ quidem conclusio de plano procedit in ca-
su isto, quia donatores non diuiserunt voces; quan-

do enim illas diuisissent, & vnam lineam alteri non substituissent, non esset locus iuri non decrescendi,
19 † quia tunc illi locus est, quando vna portio deficit, vt per Doctores *in rubr. C. quando non pet. pars. & in l. re coniuncti*, vbi Ias. *num.* 220. *de leg.* 3. & fuit dictum *in allegata Aretina Capellaniæ, coram bon. mem. Bubalo.*

Denique non obstat, quod Venturij non sint hæ-
20 redes Roberti iunioris. Quia sufficit † quod sint hæredes primi donatarij mediante persona suorum antecessorum, licèt non sint hæredes vltimo loco defuncti, vt est magis communis opinio, de qua Clar. §. *feudum, quæst.* 9. *num.* 5. *in fin.* latissimè post alios, quos cumulat Blas. Robles Salzedo *de repræsentat. lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 112. quicquid dicat Surd. *consil.* 317. *num* 9. & *consil.* 475. *num.* 9. Et hanc opinionem tenuit Rot. *in Paduana feudi* 4. *Febr.* 1602.
21 *coram bon. mem. Card. Lancellot.* Et opus † esset, vt ad effectum, quod non possent succedere, quod hæreditas fuisset delata, & repudiata, vt fuit resolutum *in Taruisina feudi* 14. *Iunij* 1628. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano.*

Ex quibus (parte vtraque informante) visum fuit Iuspatronatus esse mixtum, & propterea Cæsatem præsentatum à Dominis de Venturis esse instituendum, cum ipsi sint ex descendentibus; non verò præsentatum à Domina Octauia, quæ est hæres extranea, &c.

a Est decis. 112. part 6.



AD QVÆST. XIV.

Agnatorum, Cognatorum, Propinquorum, Consanguineorum, Coniunctorum, Affinium, Attinentium, Posterorum, & similium appellatione quinam veniant. Necnon de significatione Cippi, prolis, stirpis, familiæ, & similium. Et despurijs, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Vrbeuetana successionis.

Die Lunæ 24. *Maij* 1632.

ARGVMENTVM.

Traditur interpretatio statuti Vrbeuetani à quo, data certa forma succedendi ab intestato post lineam descendentium, & agnatorum vsque ad tertium gradum secundùm computationem iuris Canonici, vocantur proximiores consanguinei ex latere patris in ipsius patrimonio, & in portione matris proximiores matri.

SVMMARIVM.

1. *Statuto ad su. cessionem vocante, eueniente vocationis casu, vocato competit interdictũ Quorum bonorum.*
2. *Consanguinei, vox ista variam habet in iure significationem, in lata sui significatione continet quamcunque cognationem, siue illa proueniat à masculis siue à fœminis, sed in stricta, nonnisi solis fratribus conuenit, & quare, num.* 2. *&* 3.
3. *Fratres tantùm dicuntur eodem sanguine geniti.*
4. *Agnati soli sub appellatione consanguineorum comprehenduntur.*
5. *Cognati, reprobata sententia Imolæ, non continentur sub appellatione consanguineorum, & numer.* 6. *&* 9.
7. *Linea vox qualiter sit interpretanda.*
8. *Dictio, Ex, quid significet.*
10. *Agnati dici non possunt, qui sunt positi in aliena familia.*
11. *Auunculus respectu nepotis ex sorore non est consanguineus, & quare, & num.* 12. *&* 13.
14. *Agnationis, & cognationis differentia de iure communi non consideratur inter partes in gradu.*
15. *Aretinus in consil.* 99. *declaratur, & num.* 23.
16. *Mater iuris benignitate non excluditur à luctuosa filij successione.*
17. *Agnatorum, & cognatorum ad successionem alicuius concurrentium, quæ ratio habenda sit, vbi statutum disponit, adhibita distinctione bonorum paternorum à maternis.*
18. *Statutum quando in successione diuidit bona paterna à maternis, ea videtur mens statuentium, vt bona conseruentur in eadem agnatione, & familia.*
19. *Agnationis iura nonnisi à patre descendunt.*
20. *Agnationis nomen descendentibus ex fœmina non conuenit.*
21. *Statutum vocans proximiores ad successionem patris, an loquatur de proximioribus ex parte, an verò ex linea patris.*
22. *Proximiorum ex parte patris appellatione, tunc omnino soli agnati veniunt, quando illis opponuntur consanguinei ex parte matris.*
24. *Fœmina, familiæ, in qua nubit, principium facit.*
25. *Fœminæ ad intestatorum successionem admitti possunt, & tanquam proximiores, & tanquam agnatæ defunctorum.*
26. *Filij in successionibus, quando nequeant occupare locum matris per repræsentationem.*
27. *Repræsentationis ius in transuersalibus non porrigitur ad vlteriorem gradum à tertio.*
28. *Statutum vocans proximiorem ad successionem alicuius intelligi debet de proximitate vera, non autem de ea, quæ fictè inducitur per repræsentationem, & num.* 29.
30. *Fœminæ non solùm possunt retinere denominationem agnationis, & familiæ sed & eiusdem agnationis dignitatem conseruare.*
31. *Statuti vna pars alteram declarat.*
32. *Agnatorum nomine intelliguntur comprehensæ, etiam fœminæ, quæ sunt de agnatione.*
33. *Cessionario competunt omnia iura, quæ competebant cedenti.*
34. *Cessionarius hæreditatis potest cedentis nomine obtinere immissionem illi debitam, & postquam sibi fuerit restituta hæreditas, potest illam retinere.*
35. *Minor in pupillari ætate decedens non potest propriè dici decessisse, sine testamento, sed intestabilis. Statutum Vrbeuetanum loquens de successionibus defunctorum ab intestato locum habet, & in successionibus decedentium in pupillari, num.* 35. *Vbi de ratione remissiuè.*

DECI

DECISIO XXI.



ACTVM fuit in hac causa super inter-
pretatione statuti Vrbeuetani, à quo,
post lineam descendentium, & agna-
torum vsque ad tertium gradum, qui-
bus data fuit certa forma succedendi
ab intestato, vocabantur proximiores consangui-
nei ex latere patris in patrimonio, & in matrimo-
nio, & portione matris, proximiores eidem matri:
cùm enim mortuo Iosepho de auia mortua ab in-
testato, quatuor contenderent super illius successio-
ne, & introducta coram me causa, peterent omnes
sibi concedi immissionem in possessione bonorum
eiusdem Iosephi, siue ex interdicto Quorum bono-
1 rum, † quod competere ad fauorem vocati ex sta-
tuto, dictum fuit *in Ferrarien de Taffonis 18. Maij
1610. coram R. P. D. meo Pirouano, in Rauennaten hæ-
reditatis 14. Aprilis 1606. coram Cardin. Pamphilio,
& in Rauennaten bonorum 22. Aprilis 1616. coram bon.
mem. Vbaldo*, siue ex conditione eiusdem statuti,
quod aliis exclusis dabat hanc successionem proxi-
mioribus consanguineis cum ea qualitate, vt essent
ex latere patris. Ex duobus pendere visa fuit decisio
huius dubij, quod hodie proposui super immissione
concedenda in possessione bonorum dicti Iosephi;
quid scilicet intelligi deberet sub eo nomine proxi-
morum ex parte patris, quos inuitabat statutum ad
paternam hæreditatem defuncti in casu, quo non
existeret aliquis ex agnatis intra tertium gradum, &
quibus ex his, qui eandem immissionem petebant,
conueniret ea qualitas requisita à statuto.

Et quantum ad primam inspectionem, à qua de-
pendebat etiam posterioris decisio, quamuis notio,
siue vis, & vsus huius vocis consanguinei, varia sit
2 in iure nostro, † cum possit eadem vox in lata sui
significatione continere quamcunque cognatio-
nem, siue illa proueniat à masculis, siue à fœminis,
quo modo communis vsus loquendi consanguineos
appellat, vt tradit Bart. *in l. cùm quidam, §. quod dici-
tur, num. 1. ff. de acquir. hæredit.* Curt. iun. *consil. 46.
num. 4. & consil. 5. num. 16.* Bero. *consil. 95. num. 10. vo-
lum. 2.* & pluribus auctoritatibus relatis firmat Pere-
grin. *de fideicommiss. art. 22. num. 35.* Tiraq. *de retract.
lign. §. 1. gloss. 9. num. 4. cum plurib. seq.* Capt. *consil. 37.*
sicut strictiùs sumptum idem nomen solis fratribus
videtur conuenire, qui solùm dici possunt eodem
3 sanguine geniti, † in quo sensu idem nomen vsur-
patum reperitur *in Auth. de consang. & vterin. & in
l. post consanguineos, ff. de suis, & legit. in princip. &
in §. 1. & per gloss. in l. 1. §. post suos, ff. eod. tit. & in
l. amita, C. commun. de successión.* Quod tamen soli
4 agnati sub ea appellatione † propriè contineantur
fuit Pauli sententia *in l. Iuriscon sultus, §. 1. ff. de gra-
dibus*, & Vlpian. *in l. si spurius, ff. vnde cognati*, vt illum
textum ponderat Peregrin. *de fideicom. art. 22. num. 35.*
Vbi circumscripto communi vsu dubitat, quæ sit
vera huius vocis significatio in iure, & dicit non
5 contineri † in ea cognatos reprobata sententia Imo-
læ *in l. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acquir. hæred.*
quam etiam dicit reiecisse Aretin. *in d. l. cum quidam
notab. 2.* Mandell. *consil. 69. num. 2.* Bero. *eod. consil. 95.
num. 10.* Et in terminis statuti vocantis consangui-
neos, ita hoc nomen intellexerunt Corn. *consil. 13.
num. 15. lib. 2. & consil. 222. num. 1. lib. 3.* Brun. *super
statuto fœm. exclus. art. 12. num. 269.* Simon. de Præt.
de interpret. vltim. volunt. lib. 3 solut. 11. num. 21. Quod
in casu, de quo agitur, veriùs visum fuit, tum pro-
6 pter eam diuisionem patrimoniorum, ex † qua vi-
debatur quoque distincta, vtraque linea agnationis,
& cognationis, ex latè deductis per Bald. *consil. 104.
lib. 2.* Tum propter aliam qualitatem, quæ fuit etiam
ex statuto requisita in his consanguineis qui in pa-
trimonio, & paterna defuncti hæreditate succedere
debebant, vt scilicet essent ex latere patris, cum sub
ea descriptione non posset venire, † nisi sola eius- 7
dem patris linea; interpretando hanc vocem lineæ,
vel quatenus conuenire potest his solùm, qui ab
eodem patre descendunt, prout illam interpretatus
fuit Bald. *in consil. 311. lib. 1.* Cùm hoc ostendere vi-
deatur dictio illa, Ex, per quam significatur † quæ- 8
dam quasi origo, & principium in ipso patre, vt se-
quendo hoc idem consilium Baldi voluerunt Ias. *in
rubr. ff. de non. oper. nunciat. num. 5.* Roin. *consil. 23.
num. 5. vers. videndum est, lib. 3.* Paris. *consil. 10. num. 38.
lib. 3.* Menoch. *consil. 234. num. 7. & 12.* vel si etiam
extendi debeat ad alios transuersales, qui quamuis
non sint ex eadem linea, continentur tamen in ea
linea; sub qua est etiam patens, vt non egrediatur
illius familiam, & agnationem, cum ea adiectio non
solùm restringere possit nomen consanguinei, sed
etiam declarare nomen cognati, † quasi vnum sit 9
expositiuum alterius, vt considerauit Curt. *consil. 5.
num. 16. & 21. & consil. 176. num. 6. arg. tit. Instit. de
legit. agnat. tutela, & de legit. agnat. successione.* Ruin.
consil. 15. num. 4. & 11. in princip. lib. 3. Grat. *consil. 17.
num. 24. lib. 1.* Gabr. *consil. 20. num. 1. lib. 2.* Vbi quòd
ex eadem adiectione censetur penitus remota om-
nis dubitatio, & in propriis terminis huius statuti
Vrbeuetani consuluit Angel. *consil. 99. num. 4.* Corn.
consil. 224. volum. 1.

Cùm ergo quæreretur, quibus ex his, qui di-
ctam immissionem petebant, conueniret hæc qua-
litas, quam requirebat statutum; excludebantur pri-
mò secundùm hanc distinctionem fratres de Testa-
ficcis, qui cum nonnisi ex persona Lucretiæ matris
Iosephi, & cuius ipsi erant fratres, essent eidem Io-
sepho coniuncti, non poterant dici illius agnati,
† tanquam positi in aliena familia, iuxta text. *in §. 10
vltim. Instit. de patr. potest. & in §. 1. Instit. de legit.
agnat. success.* & in propriis terminis de auunculo
dixit Bald. *consil. 269. num. 1. vol. 3.* Angel. *consil. 163.
num. 4.* † quod scilicet respectu nepotis, & filij suæ 11
sororis non sit illi consanguineus, & considerat
optimam huius rei rationem, quod † cum auuncu- 12
lus sit ex aliena familia, non potest in eo considera-
ri ratio, ex qua videntur moti statuentes, quod etiam
tradit Peregrin. *de fideicommiss. art. 22. num. 35.* imò
neque dici poterant proximiores eidem Iosepho ex
latere patris, habito respectu ad patrem, † de cuius 13
successione agebatur, cum proximitas, quam habe-
bant cum Iosepho, deriuaretur à Lucretia illius ma-
tre, quæ in eodem statuto expressè distinguebatur
à proximitate, quæ à persona patris causaretur, &
ita similia statuta interpretanda esse dixit Ruin. *in
adducto consil. 15. num. 18. cum plurib. seqq. lib. 3.* Man-
dell. *consil. 495. num. 12.*

Neque hæc proximitas requisita à statuto cum ea
qualitate, vt essent ex latere patris, poterat intelligi
in paritate gradus, sicut contendebant fratres de
Testaficcis ea potissimum ratione, vt quam mini-
mum fieri posset, derogaretur dispositioni iuris com-
munis, † ex quo non seruatur hæc differentia agna- 14
tionis, & cognationis inter pares in gradu, vt *in
Auth. post fratres, secunda in ordine, C. de legitim. hære-
dib.* & in terminis similium statutorum dicebant
idem tenuisse Castren. *consil. 47. lib. 1.* Grat. *consil 19.
num. 42. & 43. lib. 1.* Honded. *consil. 1. num. 33. lib 2.*
Surd.

Surd. *consil.* 316. *num.* 12. & alij relati per Molin. *de*
primog.lib. 3. *cap.* 5. *num.* 71. contrarium enim voluit
Bald. in terminis similis statuti, in quo fiat hæc diui-
sio bonorum paternorum, & maternorum *in con-*
sil. 104. *lib.* 1. cum data ea bonorum distinctione cen-
seantur statuentes constituere voluisse duas succes-
sionum causas omnino diuersas, & separatas, inter
15 quas non poterat dari hic concursus; nec † in con-
trarium erat auctoritas Angeli, qui ita consuluisse
dicebatur super hoc statuto Vrbeuetano *in consil.* 99.
cùm solum ibi concludat in fauorem matris, ne illa
16 excluderetur à luctuosa sui filij successione, † in
quam partem inclinauit etiam tanquam in partem
humaniorem; in concursu verò agnatorum, & co-
17 gnatorum inter se, † tenet præferri ordinem agna-
torum, vt videre est ex *num.* 5. Quod etiam consi-
derauit Brun. *super statut. fœmin. exclus. art.* 6. *num.* 163.
& hoc idem visi sunt sensisse Paris *consil.* 29. *num.* 40.
volum. 2. Ruin. *consil.* 15. *num.* 18. *lib.* 3. Honded. *con-*
sil. 12. *num.* 6. *&* 26. *lib.* 1. & in terminis consuetudi-
nis Neapolitanæ huic statuto omnino similis Mol-
phes. *ad d. consuet. part.* 4. *sub tit. de successiion. ab in-*
test. quæst. 45. *num* 25. *& consil.* 50. *num.* 12. *& tota eo*
consil. Ioan. Francisc. à Ponte *consil.* 61. *num.* 63. &
consuetudinis Dolanæ, Criuell. *decis.* 109. *num.* 20.
& 25. qui omnes mouentur vna ea ratione, quod
propter eam distinctionem patrimoniorum videtur
18 fuisse † mens statuentium, vt bona conseruentur in
eadem agnatione, & familia, & hanc rationem con-
siderauit Rota *coram Greg. decis.* 293. *num.* 7. *& inter*
recent. decis. 417. *num.* 4. *part.* 1.

Excludebatur secundo loco Galeacius Albericus,
qui licèt tanquam frater Alphonsæ vxoris Attilij
de Auiamontis contenderet se esse proximiorem
Ioscpho ex parte patris, cum esset idem Ioseph ne-
pos Attilij, & Franciscus pater Iosephi filius eius-
dem Attilij, & Alphonsæ, non tamen habebat eam
proximitatem; quam requirebat statutum; quod
enim proximitas, quam ab Alphonsa deriuabat,
Galeacius non posset dici eadem cum illa, quam
considerarunt statuentes in casu huius statuti, præ-
ter hæc, quæ dicta iam sunt, ex eo præterea deduci
poterat, quia quando sub eo nomine proximiorum
ex parte patris intelligi possent vocari descendentes
ex fœminis, atque ita etiam cognati, cum agnatio-
19 nis iura † nonnisi à patre descendant, vt *in* §. *vulgo,*
Instit. de cognat. success. & in l. Iurisconsultus, §. 1. *vers.*
cognationis origo ff. de gradib. tamen hoc non poterat
intelligi, nisi de his, qui ex fœminis agnatis descen-
derent, in quorum numero sunt filij amitæ, quæ est
patris soror, seu filij sororum aui, aut proaui, quæ
amita magna, aut proamita dicuntur, non autem
de his, qui eidem patri, auo, aut proauo coniuncti
sunt per fœminas, cum illis nuptas, vt erat Galea-
cius, quia hoc casu non solùm non posset dictis de-
scendentibus conuenire nomen agnationis, sed ne-
que etiam dici possent iidem descendentes ex linea,
siue ex parte patris, dum persona, per quam iun-
guntur ipsi patri, aut auo, neque erat eisdem agna-
20 ta, vt benè † declarat Napodanus super ea consti-
tutione Neapolitañ cuius initium est, *si quis, vel si*
qua, in rubr. de success. ab intest. in verb. ex parte patris,
num. 167. Rot. *decis.* 316. *num.* 1. *&* 8. *part.* 1. *diuers.*

Neque contrarium poterat colligi ex eodem sta-
tuto, quatenus hos consanguineos, quos voluit suc-
cedere in portione bonorum paternorum defuncti
ab intestato posuit, post expressam agnatorum vo-
cationem, & in casu in quo iidem agnati non exta-
rent. Etenim quatuor successionum casus, & gradus
apparet consideratos fuisse in eodem statuto. Pri-
mum descendentium, in quo voluit, vt masculi
fœminis præferri deberent, sub ea tamen conditio-
ne, vt iidem masculi fœminas dotare tenerentur.
Secundum, in quo solæ fœminæ descendentes su-
peressent, & ab illis voluit excludi tam agnatos,
quàm cognatos. In tertio casu, in quo nulli descen-
dentes extarent siue masculi, siue fœminæ, vocauit
agnatos vsque ad tertium gradum, ea etiam adiecta
conditione, vt fœminæ in paritate gradus deberent
à masculis excludi. Post agnatos verò vsque ad ter-
tium gradum, & in quarto casu vocauit in bonis
paternis, & patrimonio defuncti proximiores con-
sanguineos ex parte patris, in matrimonio, seu bo-
nis maternis proximiores consanguineos ex parte
matris; vnde licèt in tertio casu, & gradu successio-
num fuerint vocati agnati, non benè infertur, quod
eosdem agnatos noluerint comprehendere statuen-
tes in quarto gradu, & capite successionis, dum in
eo vocarunt proximiores consangoineos ex parte
patris, cum illis solùm viderentur conuenire ver-
ba, quibus vsi sunt, ad quem effectum præter iam
dicta considerarunt Domini, quod non solum non
poterat constitui discrimen aliquod, vtrùm ex sta-
tuto vocati essent † proximiores ex parte, an verò 21
ex linea patris, vt supponit Bart. *in consil.* 10. quem
in hoc sequuti fuerunt Curt. iun. *in sæpius adducto*
consil. 5. *num.* 4. Ruin. *consil.* 13. *num.* 4. *lib.* 3. & repro-
bat Castren. *in consil.* 111. tenuit Rota *coram Cardin.*
Caualer. decis. 9. *num.* 2. Sed quod ij, qui in casu hu-
ius statuti vocati erant ad bona paterna sub ea de-
scriptione, vt esse deberent ex parte patris, fuerunt
oppositi aliis consanguineis ex parte matris, sub quo
nomine cum non possent contineri, nisi soli cogna-
ti, ita etiam nomine proximorum ex parte patris soli
agnati intelligi poterant, † vt arguit in his termi- 22
nis idem Curt. *in eod. consil.* 5. *num.* 16. *&* 21. Rot. *in*
Mediolanen Iurispatronatus 20. *Nouembr.* 1616. *coram*
R.P.D. meo Pirouano, & explicando verba huius sta-
tuti sensit Angel. *in consil.* 99. *num.* 5. Et in hoc visum
fuit quod posset postremus hic gradus successionis
distingui à superiori, quod scilicet eidem gradui non
omnia bona defuncti reseruata fuerint, sed solùm
ea bona, quæ idem defunctus haberet à patre, atque
etiam, quia qui in eodem gradu futuri erant, non
poterant eodem modo excludere matrem, sicut
agnati intra tertium gradum, † qui est casus, super 23
quo consuluit Angel. in adducto *consil.* 99. interpre-
tando hoc idem statutum.

Non poterant tertio loco admitti Flaminius, &
Faustus de Mancinis, qui ex persona Portiæ eorum
matris se iunctos dicebant Iosepho, cum eadem
Portia fuisset soror Hectoris, qui fuit pater Attilij,
& proauus eiusdem Iosephi; nam & hæc illorum
parentela tanquam ea, quæ descendebat à fœmina,
quæ nupta in aliena familia † eidem familiæ prin- 24
cipium fecerat, neque poterat dici, quod haberet
qualitates requisitas à statuto, vt habetur *in l. pro-*
nunciatio, in fin. & in l. familiæ appellatione, §. *fœmi-*
narum, ff. de verb. signif. & in l. assumptio, §. *filius,*
ff. ad municipal. quicquid dici posset respectu ipsius
Portiæ, quæ licèt fœmina † potuisset admitti ad 25
hanc Iosephi hæreditatem ex vtroque capite, &
tanquam proximior, & tanquam agnata, vt in ver-
bis decidit text. *in l. consanguinitatis, C. de legit. hæ-*
red. & dicetur infra cùm agetur de iuribus Flami-
niæ, quæ pariter aspirabat ad hanc Iosephi hære-
ditatem.

Neque in hac successione poterant hi filij iuuari
ex

ex persona suæ matris, ita vt quamuis iure proprio
excluderentur tanquam alterius agnationis, occu-
26 pare † tamen possent per repræsentationem illius
locum, & gradum, iuxta notat. *in §. cum filius, Instit. de hæredit. quæ ab intest. defer.* Non enim poterat esse
locus huic iuri repræsentationis, tum quia illud non
27 datur † in transuersalibus in vlteriori gradu à tertio,
vt habetur *in Auth. post fratres, C. de legit. hæred.* &
declarat præter alios Angel. *in §. reliquum, Auth. de hæred. & falcid. num. 6.* Menoch. *præsumpt. 95. num. 13. lib. 4.* tum quia in contrarium erat dispositio ipsius
statuti, tam dum vocabat proximiores, cum eo casu
tradant communiter Doctores non posse attendi,
28 nisi naturalem proximitatem, † non autem eam
quæ fictè inducitur ex repræsentatione, vt apparet
ex relatis per Couar. *pract. quæst. cap. 38. num. 4.* Crass. *in §. fideicommissum, quæst 11. num. 9.* Card. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 9. num. 10.* quam dum
apparebat spectatam ab eo fuisse paternam lineam
defuncti, vt respondit in his terminis Grat. *consil. 97.*
29 *num. 8. lib. 1.* & est generale quando præter † gra-
dum, in quo succeditur, assumi etiam debet altera
qualitas, quam habebat persona, quæ repræsenta-
tur, ex ratione considerata per Bart. *in l. liberorum, num. 13. ff. de verb signif.* quam sequuti fuerunt Castr. *in consil. 47. in 2. dubit. num. 1.* Iason *consil. 221. in 2. col. vers. secundò mouetur, lib. 1.* Socin. sen. *consil. 296. num. 4. lib. 2.*

Vltima inter hos omnes competitores, erat Fla-
minia de Auiamontiis, quæ erat nepos ex fratre al-
terius Hectoris senioris, qui fuit auus Hectoris pa-
tris Attilij, & sexto gradu distabat à Iosepho, & huic
Domini dixerunt dandam esse immissionem, siue ex
illius persona Comiti Petro de Auiamontiis, cui ea-
dem Flaminia iura sua cesserat postquam aliis om-
nibus exclusis in ipsa solùm verificari poterat ea
qualitas, proximioris, quam primo loco requirebat
statutum in persona, cui non existentibus agnatis
intra tertium gradum deferebat hæreditatem de-
functi, & alteri qualitati, quam etiam requirebat
statutum, vt ea proximitas esse deberet ex latere pa-
tris, obstare non poterat sola qualitas sexus, dum
30 per eamdem Flaminiam licèt fœminam, † poterat
non solùm retineri denominatio agnationis, & fa-
miliæ, sed eiusdem agnationis dignitas conseruari;
ex cumulatis per Peregrin. *de fideicom. art. 22. num. 34. & art. 14. num. 37.* Brun. *de stat. exclus. fœmin. art. 6. num. 75. & 80.* vbi de veriori, & magis communi
opinione, & per Rot. *in decis. 587. num. 1. part. 1. & decis. 182. num. 2. part. 2. recent. & coram Greg. decis. 293. num. 7. & 23.* vbi adden. alias complures referunt.
Quod cum generaliter procedat vbicunque mate-
ria existimatur indifferens sicut constat esse hanc
causam successionis, quæ non magis conuenit ma-
sculis, quàm fœminis, clariùs etiam fiebat hoc casu
ex verbis ipsius statuti, quatenus in tertio capite, &
gradu successionis in quo soli agnati vocabantur,
concedebatur prælatio masculis aduersùs fœminas,
hinc enim colligere licebat, quæ fuerit mens sta-
tuentium in hoc quarto gradu successionis, in quo
considerati fuerunt omnes alij agnati, qui essent post
tertium gradum, dum in superiori capite, in quo
mentio fiebat etiam de agnatis non fuit dubitatum,
31 verùm sub ea appellatione venire posset linea fœ-
minina agnatorum, & vna pars statuti † alteram
declarare poterat, vt considerauit in his terminis
Baldus ad effectum scilicet, vt sub nomine agnato-
32 rum † intelligantur comprehensæ etiam fœminæ,
quæ sint de agnatione *in consil. 97. lib. 5.* Socin. iun.
consil. 10. num. 12. volum. 2. his verò iuribus Flami-
niæ, & omnibus illius prærogatiuis, quorum causâ
† debebatur illi hæc successio, poterat iuuari Co- 33
mes Petrus, cum ex ea iurium cessione, quam obti-
nuerat, non abdicauerit a se Flaminia directas actio-
nes, sed solùm illarum exercitium transtulisset in
Petrum, ex quo potuit idem nomine ipsius Flami-
niæ cedentis obtinere † immissionem illi debitam 34
sicut ex vtilibus, quas etiam ex eadem cessione fuit
consequutus, poterit hanc eandem Iosephi hære-
ditatem retinere, postquam illa sibi fuerit restituta,
vt declarat Angel. *in l. si vsusfructus, ff. de donation.* Bart. *in l. qui ita 66. §. etiam, num. 2. ff. de Senat. consult. Trebell.* Alexand. *in l. apud Iulianum 11. §. virùm, num 1.* Imol. *num. 10. ff. eod. tit.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 31. num. 33.* & fuit dictum *in Tiburtina Castrorum 15. Martij 1619. coram bon. mem. Buratto, & in Romana fideicommissi de Guido 28. Iunij 1630. coram me.*

Neque dubitarunt Domini, vt habere posset lo-
cum id statutum in hac Iosephi hæreditate, quia
quamuis loqueretur idem statutum de decedenti-
bus ab intestato, & ipse Ioseph, qui in pupillari
ætate decessit, propriè non posset dici † decessisse 35
sine testamento, sed potius intestabilis, vt videtur
voluisse *IC. in l. 1. § planè, ff. de suis & legit.* Adhuc
tamen in eo locum habebat dispositio ipsius statuti
propter rationes, quas considerauit Bart. *in sad l. 1. num. 2. & in consil. 141. lib. 1.* in quo respondit super
hoc eodem statuto Vrbeuetano, Angelus, qui pari-
ter interpretatus fuit hoc statutum *in consil 99. lib. 2. & consil. 211. num. 4.* & hanc opinionem magis com-
munem, & veriorem esse attestati fuerunt Gabr. *consil. 14. num. 14. & 19. lib. 1.* Roman. *in consil. 32. num. 4. & consil. 4. num. 5.* Crass. *in § successio ab intestato, quæst. 1. num. 2.* Menoch. plures referens pro
eadem opinione *in consil. 269. num. 12.*

Et ita omnibus informantibus, &c.

R. P. D. MERLINO.

Clusina hæreditatis.

Die Veneris 12. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Patruus censetur vocasse ad eius hæreditatem in capita nepotes diuersorum fratrum, quando eos instituit hæredes pro æquali rata, & portione, atque hoc multò magis procedit, quando vocatio hæredum fuit facta nominibus propriis expressis. Nepotes diuersorum fratrum tunc succedunt patruo mortuo ab intestato, in capita, & non in stirpes, dum nemo alius patruus cum eis concurrit.

SVMMARIVM.

1. *Sententia est nulla, si non sit conformis libello.*
2. *Cohæredes, quando sunt condemnandi ad aliquid dandum, tunc non vnus tantum in solidum, sed omnes pro sua rata hæreditaria condemnandi sunt.*
3. *Hæredes plures, quando omnes intelligantur instituti pro æquali rata, & portione, & num. 23.*

4. *Hæredes,*

4. *Hæredes, quando sunt instituti, cum verbis, aqualibus portionibus, sine dubio eis defertur hæreditas pro virili.*
5. *Nepotes diuersorum fratrum, si ab eius patruo sint instituti hæredes, eis vocatis nominibus proprijs expressis, censetur eos instituisse æqualiter, & n. 19.*
6. *Testamenti vna pars, aliam declarat.*
7. *Testatoris prædilectio erga vnum ex cohæredibus, ex quibus arguatur.*
8. *Testator non præsumitur, quod voluerit, vt hæredes minùs dilecti essent melioris conditionis, quàm illi, qui sunt ab eo prædilecti.*
9. *Filij diuersorum fratrum præmortuorum succedunt patruo ab intestato in capita, & non in stirpes, quando nullus ex patruus concurrit cum eis. Explosa contraria Accursij sententia, vt nugosa, & erronea, num. 10.*
11. *Testator præsumitur se conformare voluisse cum iure communis dispositione in successione sua hæreditatis.*
12. *Nepotes, seu plurium fratrum præmortuorum filij, summa æquitas est, cum in eis par vigeat sanguinis ratio, & natura priuilegium, vt æqualiter à patrui hæreditate vocentur.*
13. *Omisso iure commentitia, & ficta repræsentationis, ne vnus solus tantum accipiat, quantum plures alij simul.*
14. *Testator, quando vocauit plures ex vna parte, & vnus ex altera parte nominatus est nomine proprio, tunc hæreditas diuiditur in duas partes, & vide num. 20.*
15. *Testator, si instituerit hæredes Titium, & filios fratris d. testatoris, tunc semissem habebit Titium, & semissem filij fratrum.*
16. *Text. in l. interdum, ff. de hæred. instit. procedit, quando vnico verborum contextu plures hæredes sunt instituti, & num. 18.*
Sed secus est, quando sunt instituti separatis orationibus, num. 17.
21. *Adiectiuum qualificat substantiuum.*
22. *Testamenti verba, quando sunt dubia, recipere debent interpretationem à iure communi, à præsumpta mente testatoris, ab æquitate, & à posterioribus alijs verbis d. testamenti.*

DECISIO XXII.

PRoposui dubium, an sit recedendum à decisis sub die 18. Februarij 1633. [a] coram me, & an inter Alexandrum, & Persium filios Petri, & Augustinum filium Stephani in testamento Cioli patrui hæredes scriptos, sit succedendum in capita, vel in stirpes, qui articulus ob discrepantes dominorum opiniones, non fuit definitus in prima decisione, sed disceptatus hinc inde, vt ex rationibus pro vtraque sententia ibi deductis, & hodie Domini.

Quoad primam inspectionem, seu partem dubij pertinerunt in resolutione capta, quod non sint exe-
1 quendæ † sententiæ, tam ex capite nullitatis, eò quia non sunt conformes libello, argumento *l. vt fundus, ff. communi diuid.* & præter allegatos in alia decisione Rota apud sanct. mem. Gregor. X V. *decis. 176. num. 1. & coram Cardin. Caualerio, decis. 467. num. 3.* quàm ex capite iniustitiæ, quia condemnant
2 insolidum Alexandrum, † qui tamen habebat cohæredem Persium, & proinde non insolidum, sed pro sua tantùm portione hæreditaria erat condemnandus, ex text. *in l. pro hæreditarijs, C. de hæred. action. cum alleg. in 1. decis.*

Quoad secundam inspectionem, iterum examinato articulo, dominorum fuit sententia successionem inter nepotes in proposita facti specie faciendam esse in capita, non in stirpes, quam sententiam fulciebant verbis testamenti, mente testatoris per coniecturas elicita, æquitate, & ratione iuris.

Verba quidem testamenti suffragantur, quæ sunt, *instituit hæredes, &c. Alexandrum, & Persium fratrem illius natum ex Petro de Ciolis fratre germano dicti testatoris ex vna parte, necnon etiam Augustinum de Ciolis natum ex Stephano similiter eius fratre germano pro æquali rata, & portione, &c.* ponderando, quod tota hæredum institutio, & vocatio vno, & eodem verborum contextu est concepta, regiturque ab vnico verbo, *instituit*, cum clausula, *Pro æquali rata, & portione*, vnde elicitur hæreditatem tali † verborum 3
structura delatam, cum adiectione clausulæ æqualitatem inferentis, ex succedentium personis, & numero esse diuidendam, & cuilibet capiti æquam portionem hæreditatis pro virili esse assignandam, vt declarat Castrens. *in l. interdum, num. 3. ff. de hæred. instit.* ponderans vnitatem orationis, cum dictione, *æquè*. Corn. *consil. 240. num. 4. lib. 2.* Decian. *consil. 97. num. 9.* Socin. sen. *consil. 108. num. 2. lib. 3.* Gabr. *consil. 130. num. 10. & 11. ac 18. lib. 1.* Menochius *præsumpt. 18. num. 17. lib. 4.* Afflict. *decis. 309. num. 1. 2. & 3.* & censuit Rot. apud Cæsar. de Graf. *decis. 4. num. 7. & 8. de testamen.* vbi habetur, verba, *æquis portionibus*, semper † visa fuisse tollere om- 4
nem difficultatem, & importare successionem pro virili, cum aliis deductis in prima decisione. Hancque eandem diuisionem hæreditatis pro virili, & in capita suadebat in casu præsenti, vocatio hæredum, facta † nominibus propriis expressis, quo- 5
rum singulis propterea singulas, & æquales successionis partes voluisse distribuere censeri debet, iuxt. Bald. *consil. 243. lib. 2.* Corn. *consil. 72. num. 6. lib. 2.* Laderch. *consil. 18. num. 8.* Afflict. *d. decis. 309. num. 1.* vbi Adden. *num. 4.* Giouagnon. *consil. 24. num. 7. lib. 1.* & in alia decisione fuit deductum, *vers. alij verò ex Dominis.*

Mens testatoris etiam fauet huic sententiæ, quod successio fiat in capita, & eamdem portionem consequantur Alexander, nec non Persius sigillatim, quam consequeretur Augustinus alter nepos. Tum quia idem testator prælegando alia bona prædictis tribus nepotibus, voluit ea partiri in tres partes æquales, & successionem fieri in capita, vnde argumentum desumi debet, quod hoc idem senserit in reliqua hæreditate, † cum vna pars testamenti aliam 6
declarat, *l. qui filiabus, l. si seruus plurium, §. vlt. ff. de leg. primo.* Honded. *consil. 70. num. 9. lib. 1. cum alijs*, nec diuersa ratio assignari poterat, quod aliqua bona tres partes secuerit, alia verò in duas tantùm: tum etiam quia apparet testatorem prædilexisse Alexandrum, & Persium, dum vltra prælegatum factum eisdem, & Augustino simul, ampliùs ipsos honorauit alio prælegato vineæ, & columbariis, & in casu obitus Augustini sine filiis substituit Alexandrum, & Persium, nulla facta reciproca substitutione in fauorem Augustini, semperque primo loco, propriis nominibus Alexandrum, & Persium nuncupauit, suique benemeritos expressit, ex quibus omnibus benè infertur † ad prædilectionem, & eti- 7
xam erga ipsos voluntatem, *auth. hoc amplius. C. de fideicommiss.* Menoch. *præsumpt. 16. num. 3. & 4. lib. 5.* Card. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 1. num. 10. & 11.* Fusar. *de substit. quæst. 468. num. 8. & 15.* Et propterea non est præsumendum, quod postea
voluerit

8 voluerit eosdem nepotes prædilectos esse † deterio-
ris conditionis, quam Augustinus, cui duplo maior
portio hæreditatis deferretur, quàm illis, si successio
fieret in stirpes, non autem in capita.

Demum verbis testamenti, & coniecturatæ testa-
toris voluntati adstipulantur Iuris ratio, & æquitas,
9 de Iure enim filij † diuersorum fratrum præmor-
tuorum succedunt patruo ab intestato in capita,
non in stirpes, quando non concurrunt cum patruo,
vt sunt textus, qui hanc opinionem tueri videntur,
*in l.1. ff. si pars heredit. pet. l. post consanguineos. §. here-
ditas, ff. de suis, & legit. hered. §. si autem defunctus. §.
huiusmodi, authentica de hered. ab intest. venien.* & fuit
opinio Azonis, quam, præter alleg. in alia decisio-
ne, luculenter comprobat Zas. *consil. 4. per tot.* vbi
10 contrariam Accursij † sententiam explodit, vti nu-
gosam, & erroneam, Cabal. *consil.* 114. *num.* 3. *lib.* 1.
Gratian. *discept. for. cap.* 709. *num.* 30. & Rota perpe-
tuò amplexa fuit in decisionibus congestis in alia
decisione, & præter ibi deductas, adde *decis.* 391.
& 392. *part.* 4. *diuers. & in Perusina successionis prima
Nouembris* 1615. *coram Eminentissimo D. Cardinali
Verospio.* Cum qua Iuris communis dispositione cen-
11 seri debet † testatorem se conformare voluisse in
successione suæ hæreditatis, ad *leg. cum de lanionis, §.
item cacabos, ff. de fund. instruct.* Card. Mantic. *de con-
iect. vltim. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 15. & fuit dictum *in Au-
ximana fideicommiss.* 4. *Martij* 1630. *coram me, & in
prima decisione huius causæ,* summaque est æquitas,
vt plures nepotes, seu plurium fratrum filij, in
12 † quibus par viget sanguinis ratio, eadem gradus
prærogatiua, & naturæ priuilegium, ad imparia non
iudicentur, & vnusquisque eorum in illo gradu con-
sistat in quo natura illos constituit, veritate atten-
ta, & omisso Iure commentitiæ, & fictæ repræsen-
13 tationis, ne vnus duntaxat † in hæreditate patrui
tantam portionem capiat, quantam plures alij in-
simul, vt benè ratiocinatur Zas. *d. consil.* 4. *num.* 31.
& sequentib. Senatus Dolanus *in decis.* 130. *num.* 13. 14.
& 15. *cum aliis.*

Non obstant verba illa, *ex vna parte, &c.* adiecta
institutioni Persij, & Alexandri, ex quibus videtur
14 † inferri testatorem voluisse secare suam hæredita-
tem in duas partes, & dimidiam assignare Persio, &
Alexandro simul, alteram dimidiam Augustino so-
li, argumento *l. interdictum, in fine principij, ff. de he-
red. instit. cum aliis deductis in prima decis. vers. Ali-
qui enim.*

15 Quoniam vera est conclusio, † quod si Titius, &
fratris mei filij hæredes instituantur, semissem fra-
tris filij, semissem Titius habebit, vt inquit Vlpia-
nus *in princip. d. l. interdictum.* in finalibus verbis, qui
textus propterea non incongruè adducebatur à se-
ctatoribus contrariæ sententiæ in alia decisione; sed
quando addita est dictio, *eque,* (vt in casu præsenti)
tunc omnes in virilibus partibus esse institutos ex
16 Labeonis sententia scripsit † Vlpianus *in d. l. inter-
dum,* cuius textus dispositio verissima est, quando
vnico verborum contextu, vt ibi fit, sunt plures
æque hæredes scripti, quod secus esset, si separatæ
essent orationes, vt puta, Titium substituo, & filios
17 † Caij æquis portionibus substituo, tunc enim æqua-
litas refertur ad filios Caij, non autem respectu Ti-
tij, vt per Castrens. *in d. l. interdum, num.* 3. Dec. *con-
sil.* 597. *num.* 9. Menoch. *præsumpt.* 18. *num.* 17. *lib.* 4.
Card. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *titul.* 11.
num. 6. Fusar. *de substit. quæst.* 477. *num.* 21. *&* 23. Gio-
uagnon. *cons.* 25. *num.* 1. *& cons.* 24. *num.* 10. *&* 11. *lib.* 1.
Rota *in recent. decis.* 308. *num.* 3. *part.* 2. & ita fuit

† etiam declaratus hic textus in alia decisione, *vers.* 18
Neque deducta, & vers. sed Domini. Multóque magis
pro virili facienda est successio, quando nepotes no-
mine proprio, † vt in casu isto, sunt vocati, non au- 19
tem nomine appellatiuo, vt est casus propositus *in
d. l. interdum,* & superius fuit ponderatum.

Verba autem illa, *ex vna parte,* sunt † apposita 20
ad demonstrandam descendentiam Alexandri, &
Persij ex vno fratre, & sic ex vno Colonello proue-
nientes, & ad contradistinguendum eos ab Augusti-
no nepote ex alio fratre, tanquam ab alio Colonel-
lo separatos, non autem ad significandam diuisio-
nem hæreditatis, & successionis, quam si testator
partiri voluisset in duas tantùm partes, subdidisset
pro altera parte, non autem *pro æquali rata, & portione.*
quod adiectiuum † *æquali*, tanquam relatiuum ad 21
alios duos nepotes, qualificat vocem *partis*, vt non
de dimidia, sed de tertia parte intelligatur, cum tres
sint scripti hæredes, & implicaret contradictionem,
quod haberet Augustinus medietatem, & æqualem
portionem, cum illa in tertia consistat, & benè ap-
plicantur deducta per Gabr. *cons.* 130. *num.* 18. *&* 19.
lib. 1. Costa *de portione rata, præmiss.* 6. *num.* 7. *&* 8. &
fuit perpensum in alia decisione, *vers. quæ autem dice-
bantur, in fine.*

Et quatenus dubia essent verba, recipere † debent 22
interpretationem à Iure communi, à præsumpta
mente testatoris, ab æquitate, & à posterioribus illis
verbis *pro æquali rata, & portione,* quæ vere vnicui-
que nepoti æqualem, & sic tertiam † partem vide- 23
tur attribuere, nec ista verba *pro æquali rata, & por-
tione,* &c. aliquam relationem habent, nec respon-
dent illis verbis *ex vna parte, &c.* sed de per se faciunt
æqualem diuisionem, cuilibet ex nepotibus virilem
portionem assignando.

Et ita resolutum fuit, &c.

a Est decisio 180 parte 6.

R. P. D. MOTMANNO.

Bononien Fideicommissi de Lambertinis.

Die Lunæ 15. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Filiorum appellatione secundùm proprietatem sermonis, non veniunt nepotes, & hoc præsertim, quando nepotes sunt transuersales. Et adducuntur nonnullæ coniecturæ, ex quibus deprehenditur, quando testator vocando filios, non intellexit vocare etiam nepotes.

SVMMARIVM.

1. *Nepotes, sub dispositione de filiis regulariter non veniunt.*
2. *Filiorum appellatio ex proprietate sermonis non comprehendit vlteriores.*
3. *Nepotes, quando sunt transuersales, eo casu in substitutione etiã activè concepta pro filiis, non veniunt.*
4. *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando ex hoc induceretur grauamen filiis vocatis.*
5. *Filiis fratrum defunctorum est tantum priuilegium repræsentationis concessum, non autem nepotibus dd. fratrum in linea collaterali.*
   Et hoc casu filiorum appellatione non veniunt nepotes. & num. 6.

7. *Testator præsumitur se voluisse conformare cum dispositione iuris communis.*

8. *Filiorum appellatione ex quibus coniecturis non veniunt nepotes, & num. seq.*

9. *Testator, quando discretiuè locutus est de filijs, & de filijs filiorum, idest nepotibus, tunc certum est, quod filiorum appellatione non veniunt nepotes.*

10. *Testator, si semel locutus fuerit de filijs, & nepotibus, & postea fecerit aliquam substitutionem vocando tantùm filios, eo casu non possunt venire nepotes, & num. 11.*

12. *Homo, quando adhuc non est conceptus, vel natus, consequenter est ignotus.*

13. *Affectio circa personas notas, non autem erga ignotas demonstratur.*

14. *Nepotes fratrum, quando veniunt ad successionem patrui, defertur hæreditas in stirpes, & non in capita.*

15. *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando vocatio filiorum est collata in tempus remotissimum.*

16. *Testatoris dispositio collata in filios, quando potest impleri, & parificari in ipsis filijs, tunc ea dispositio non extenditur, vt comprehendat etiam nepotes.*

17. *Dictio*, per, *est continuatiua.*

18. *Fœmina, sunt de familia, & agnatione, quamuis non perpetuent conseruationem ipsius familiæ.*

19. *Viuere, quis non potest vltrà* 100. *annos.*

Vocatio facta à testatore, si fuerit collata in remotissimum tempus, liberè, nec aliquo termino proximo coarctata, ad quod tempus restringatur, num. 19.

20. *Testator, vocans filios cum qualitate masculinitatis, videtur contemplatam fuisse agnationis conseruationem.*

21. *Agnationis conseruandæ ratio, vt censeatur à testatore habita, debet esse certa, non præsumpta.*

22. *Dictiones*, omnes, & quicumque, *tanquam vniuersales videntur operari conclusionem rerum & personarum, quæ aliàs, ex propria vocabuli significatione non comprehenderentur.*

23. *Dictio*, omnes, *est signum vniuersale, quod etiam de duobus prædicatur.*

24. *Nepotibus ex fratribus non conuenit substitutio in capita, sed in stirpes solummodo.*

25. *Filij legitimati, veniunt etiam appellatione filiorum legitimorum naturalium.*

26. *Testator, non censetur vocasse omnes descendentes ad successionem, licèt vsus sit verbo, quoscunque, nisi addiderit verbum, nascituros.*

27. *Substitutio facta filijs, si sit concepta, per verba instituit, & substituit, quæ cum sint directa operantur, vt appellatione filiorum veniant nepotes.*

28. *Verbum, instituit, si sit positum, gratia digressus ad plures gradus substitutionum, non autem in prima institutione, importat substitutionem.*

29. *Clausula, Omni meliori modo, apposita sine dictione copulatiua, &, non alterat, vel auget dispositionem, & num.* 30.

31. *Pro bonorum libertate est facienda interpretatio.*

32. *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, & hoc maximè, si simus in transuersalibus.*

DECISIO XXIII.

FVit resolutum non constare de fideicommisso ad fauorem Dominorum Francisci, & Cornelij de Lambertinis ex testamento Nob. q. Mulieris Dialtæ Lambertinæ de Ludouisiis, nam verba testamenti sunt hæc. In omnibus aliis suis bonis sibi hæredes vniuersales instituit Comites Ioannem, & Nicolaum fratres de Ludouisiis, & filios olim Comitis Hippolyti ipsius testatricis filij prædefuncti, & ex eodem Comite Hippulyto sibi nepotes æqualiter, & æquis portionibus, & quoscunque eorum filios masculos legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, quos omnes sibi inuicem substituit quandocunque vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum eiusdemque sic substitutis quandocunque decedentibus sine filiis, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & itaut nunquam naturales, vel aliàs illegitimi, & extra legitimam vxorem nati quomodolibet, etiamsi legitimentur à quocunque ad id auctoritatem habente, etiamsi à Principe non comprehendantur in præsenti testamento, vel succedere debeant, & vltimo eorum sic institutorum, & substitutorum morienti absque descendentibus legitimis, & naturalibus, vt suprà, & sic linea legitima, & naturali, & de legitimo matrimonio, vt suprà Comitum Nicolai, & Ioannis finita, tunc & eo casu substituit D. Aldraghettum de Lambertinis vulgariter, & per fideicommissum, si vixerit, si non vixerit, & quandocunque naturaliter decesserit, tunc ipsa D. Testatrix instituit, & substituit omnes, & quoscunque filios masculos legitimos, & naturales olim Dominorum Sertorij, & Camilli de Lambertinis, in capita, & non in stirpes, omni meliori modo.

Filij verò Sertorij, videlicet Malatesta, & Guido Antonius, ac filius Camilli, idest Marcus Antonius decesserunt antequam per obitum Dominorum Comitum Ioannis, & Nicolai de Ludouisiis sine filiis, rec. me. Cardinalis Ludouisius, & Excellentissimus Princeps Venusinus fratres ex testamento eiusdem Nicolai successerint, vnde hæc hæreditas debetur dicto Principi tanquam hæredi dicti Nicolai, non autem supranominatis Dominis Francisco, & Cornelio, de quibus nulla habetur mentio in dicta substitutione Dialtæ facta de filiis Dominorum Sertorij, & Camilli; quia non sunt eorum filij, sed nepotes, † qui sub dispositione de filiis regulariter non continentur, *l. quod si nepotes, ff. de testam. tutel. §. fin. Instit. qui testam. tut. dar. poss.* & filiorum appellatio ex † proprietate sermonis non comprehendit vlteriores. Batt. *in l. liberorum, in princip.* & *ibi* Rebuff. *vers. & sic, per istum text. ff. de verb. signific.* Bald. *in l. Gallus, §. instituens, num. 6. ff. de liber. & posthum.* Paul. de Castr. *consil. 97. num. 3. volum. 2.* Alexand. *consil. 1. num. 12. volum. 1.* Decian. *consil. 95. num. 6. & consil. 567. num. 8.* Gozzad. *consil. 36. num. 3.* Abb. *consil. 315. num. 30.* Paris. *consil. 89. num. 22. volum. 2.* Natt. *consil. 791. num. 10.* Roland. *consil. 43. num. 25. & seqq. volum. 4.* Simon. de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 3. dubit. 4. sol. 1. num. 36.* Valasch. *consult. 40. num 4.* vbi dicit sibi magis placere hanc regulam negatiuam, eamque esse communem dicunt Gozzad. *d. consil. 36. num. 11.* Socin. *consil. 74. num. 19. volum. 4.* Alciat. *consil. 479. num. 34.* Honded. *consil. 60. num. 61. volum. 1.* Peregr. *de fideicommiss. art. 22. num. 62.* Matt. *de success. legal. part. 1. quæst. 2. art. 5. num. 23.* & plures alij, quos post Menoch. *in consil. 215. num. 95.* recenset Fusat. *de substit. cap. 319. num. 3.* qui eam esse etiam longè magis communem, quàm contraria dicit *in consil. 25. num. 14.* attento præsertim, quòd isti qui † agunt fideicommissum, sunt transuersales, quo casu etiam in substitutione actiuè concepta eandem opinionem negatiuam magis receptam esse dixit Rota *decis. 695. n. 4. p. 5. recent.* cum aliis relatis *in Bononien.*

Bononien fideicommissi de Desideriis 20. *Martij* 1626. *coram R. P. D. meo Merlino*, maximè vrget ratio euitandi absurdum, quòd testatrix data tali interpretatione, quod sub nomine filiorum intellexisset
4 † de nepotibus, grauasset descendentes suos proximiores ad fauorem transuersalium, non autem ipsos transuersales, vt ponderant Bald. *conf.* 362. *volum.* 4. Corn. *conf.* 199. *num.* 34. *verf. nepotes autem vol.* 2. Parif. *confil.* 89. *num.* 25. *vol.* 2. Rota *coram Card. Seraph. decif.* 1486. *num.* 9.

Dicti autem Franciscus, & Cornelius vti nepotes dictorum quondam Sertorij, & Camilli, quos in tertio consanguinitatis gradu constat fuisse coniunctos testatrici, quatenus venitent ab intestato non
5 possent † vti priuilegio repræsentatioois, quod alioquin filiis fratris defuncti tantùm, non autem nepotibus in linea collaterali est concessum, *Auth. de hered. ab intest. venien.* §. *huiusmodi verò priuilegium*, vbi Aret. *num.* 5. Brun. *conf.* 169. *num.* 7. *& conf.* 181. *num.* 8. *volum.* 2. Curt. iun. *conf.* 161. *num.* 1. qui testantur de magis communi, eum Bursat. *in confil.* 170. *num.* 26.
6 *&* 30. & Odd. *conf.* 39. *num.* 27. & in hoc etiam † casu nomine filiorum non comprehendi nepotes, respondetunt Alexand. *confil.* 5. *num.* 17. *volum.* 3. Menoch. *confil.* 591. *num.* 2. *& de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 94. *num.* 18. Vnde sumitur coniectura efficax, quòd in
7 successione transuersalium, excepto pattuo, † testatores voluerint sese conformare dispositioni iuris communis, & sic non vocare nepotes, vt docet Bart. *in l. heredes.* §. *cum ita. num.* 4. *ff. ad S. C. Trebell.* Gabr. *de verb. signif. conclus.* 1. *num.* 6. & post eum Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *titul.* 8. *num.* 4. Sim. de Prær. *d. lib.* 3. *interpretat.* 3. *dubit.* 4. *sol.* 1. *numer.* 40. & alij quos congerit Fusat. *de subst. quæst.* 321. *num.* 30.

Præterea concurrunt hic aliæ particulares coniecturæ, ex quibus potest confirmari, quòd voluntas testatricis à vocatione prædictorum nepotum fuerit aliena, & quas ad firmandam supradictam
8 conclusionem, † quòd appellatione filiorum non veniant nepotes, magnifaciunt Bart. Alciat. Rebuff. & cæteri Doctores *in l. liberatorum. ff. de verb. significat.* Corne. *conf.* 290. *num.* 3. *volum.* 4. Socin. iun. *confil.* 14. *num.* 7. *& confil.* 30. *num.* 7. *volum.* 4. Natt. *confil.* 551. *num.* 29. Decian. *confil.* 47. *num.* 15. *volum.* 7. Menoch. *d. conf.* 215. *num.* 47. *& præsumpt.* 94. *num.* 3. *lib.* 4. Card Mant. *d. lib.* 8. *titul.* 8. *num.* 8. Rota *coram Greger. decif.* 514. *num.* 6. vbi etiam ponderatur diuersitas personarum in diuersis substitutionibus. Dicta enim testatrix in prima vocatione Ioannis, & Nicolai fratrum eos appellauit filios quondam Hippolyti eius filij, & ex eo sibi nepotes, quibus decedentibus sine filiis, & descendentibus, secundo loco substituit Aldraghettum, & huic substituit Sertorij, & Camilli filios tantùm, non autem eorum filiorum filios, vt in priori substitutione. Vnde ap-
9 paret ipsam † testatricem discretiuè locutam fuisse de filiis, & de filiis filiorum, adeò vt sicut in prima substitutione vocauit filios filiorum, id est nepotes, ita in secunda sciuisset vocare nepotes Sertorij, & Camilli, si voluisset, *l. vnica.* §. *sin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen.* Rimin. iun. *confil.* 80. *num.* 21. & cùm non fuerint expressi, consequens est, vt prouisio facta circa filios, & descendentes Ioannis, &
10 Nicolai declaret, † quod testatrix in alia substitutione nomine filiorum noluerit comprehendere nepotes, sed tantùm personas primi gradus, *l. si seruum plurium.* §. *fin. ff. de leg.* 1. Gozad. *confil.* 29. *numer.* 26. Socin. *confil.* 152. *num.* 4. *volum.* 1. *& confil.* 73.

num. 21. *volum.* 4. Parif. *confil.* 86. *num.* 47. *volum.* 2. Surd. *confil.* 554. *num.* 11. Honded. *d. confil.* 60. *num.* 63. *volum.* 1. Fusat. *in dicto tractat. de subftit. quæst.* 320. *num.* 80. Rot. *decif.* 507. *num.* 8. *& decif.* 667. *num.* 5. *part.* 2. *recent.* Card. Seraph. *decif.* 1884. *num.* 12. & conferunt deducta *in Florentina fideicommissi de Guidacciis* 21. *Februarij* 1628. *coram R. P. D. meo Dunozetto*, relata per Fusar. *post confil.* 15. & sane maximum esset absurdum, quòd testatrix, dum voluit vocare suos descendentes, non fuerit contenta vti solo verbo filiorum, sed addiderit, & recensuerit præcisè filiorum filios, nepotes, † & lineam, & tamen post- 11
ea dum ad transuersales transiuit sub simplici, & solo filiorum nomine intellexerit de filiis filiorum, & de nepotibus.

Neque vlla subest ratio propter quam talis interpretatio fieri debeat, vt dicta testatrix sub nomine filiorum Sertorij, & Camilli censeatur voluisse comprehendere nepotes, iuxta *l. insta interpretatione. ff. de verbor. significat.* Quia cùm dictus Franciscus, & Cornelius nepotes, † vt suprà de tempore testa- 12
menti, & mortis ipsius testatricis non essent adhuc concepti, vel nati, & consequenter essent ignoti, *l.* 1. §. *si quis proximior. ff. vnde cognat.* cessat in iis ratio affectionis, quæ erga personas † notas, non 13
autem erga ignotas demonstratur, vt ratione, & auctoritatibus probat Menoch. *confil.* 151. *num.* 1. *& confil.* 286. *num.* 16. quo casu procedere dispositionem text. *in dicta l. quid si nepotem. ff. de testament. tutel.* respondet, ac latè etiam comprobat Roland. *confil.* 43. *num.* 30. *volum.* 4. sequitur Menoch. *in d. confil.* 215. *num.* 13. cum aliis copiosè allegatis per Fusar. *in conf.* 95. *num.* 8. *& de substit. d. cap.* 321. *num.* 51. ae per Gratian. *discept.* 765. *num.* 5. eamque coniecturam amisit Rota *in Auximana fideicommissi coram bo. mem. Patriarcha Manzanedo*, quæ est 574. *num.* 9. *part.* 4. *recent.*

Aliæ etiam militant coniecturæ pro exclusione nepotum, nempe personalis vocatio Aldraghetti, qui si extirisset tempore finitæ lineæ descendentium fideicommissum vlteriùs non progrederetur. Vnde ita etiam videtur dicendum de filiis Sertorij, & Camilli, itaut in solis eorum personis restringatur substitutio.

Concurrit etiam illa vocatio in capita, & non in stirpes, quia † si nepotes venirent, successio defet- 14
teretur per diuisionem in stirpes, & non in capita, vt ad hunc effectum deduxerunt Socin. *ten. confil.* 104. *in princ. lib.* 3. Petr. Cabali. *confil.* 181. *num.* 6. *lib.* 1. Rota *in decif. Anconitana fideicommissi* 10. *Decembris* 1603. *coram bon. mem. Ortembergo*, §. *non obstat. in fine.*

Et huiusmodi coniecturas pro exclusione nepotum non destruit consideratio vocationis filiorum Sertorij, & Camilli collatæ post finitam lineam Comitum Ioannis, & Nicolai de Ludouisiis, & sic in tempus remotissimum, quod comprehendit nepotes, & alios gradus vlteriores, ea ratione, quod testatrix potuerit probabiliter cogitare, quòd tempore dictæ lineæ finitæ filij, vt supra vocati non essent extincti, † quo casu appellatione filiorum ve- 15
niunt nepotes, iuxta doctrinam Imol. *in dicta l. Gallus.* §. *instituens. ff. de liber. & posthum.* firmauit Rota *in dicta Bononien. fideicommissi de Desideriis*, quia testatrix hic considerauit tempus vitæ filiorum, nepotum, & descendentium, ac lineæ Dominorum de Ludouisiis, quod respectu ipsorum descendentium est remotissimum, respectu verò aliorum Dominorum de Lambertinis, cum deficientia dictæ

lineæ contingere poſſet pluribus temporibus, & ſic
de proaimo, fuit in conſideratione teſtatricis non
tempus ſolùm remotiſſimum, ſed medium quo ſu-
pereſſent Aldraghettus, vel filij Sertorij, & Camilli.
16 Vbi autem diſpoſitio collata in † filios poteſt im-
pleri, & purificari in ipſis filiis primi gradus, tunc
eam diſpoſitionem non extendi, vt comprehendat
nepotes, ſuſtinuit Menoch. *in ſæpedicto conſil.* 215.
num. 39. Deciſio verò *in dicta Benonien. de Deſideriis*,
ideò affirmat teſtatorem in ſubſtitutione facta de
tranſuerſalibus cum clauſula (& his non extantibus,
eorum filios) ſenſiſſe non ſolùm de filiis primi gra-
dus, ſed etiam de nepotibus, & aliis eorum deſcen-
dentibus, quia plures ibi coniecturæ efficaces con-
currebant pro vocatione nepotum, vltra probabi-
lem cogitationem temporis valde remoti, cuius ta-
men conſiderationem ſolam non ſufficere, dicit ea-
dem deciſio niſi aliis concurrentibus coniecturis de-
ſumptis ex conſeruatione agnationis in teſtamento
expreſſa, & ea mentione lineæ maſculinæ cum di-
17 ctione † continuatiua (pes) quæ coniecturæ in ca-
ſu illius deciſionis fuerunt præcipuæ, & valde effica-
ces, vt Domini mouerentur ad eliciendum volunta-
tem teſtatoris, quæ faueret nepotibus, vt pondera-
tur *in dicta deciſ. R.P.D. mei Merlini.*

His autem omnibus caret vocatio Dominorum
de Lambertinis facta ſub nominibus propriis Ser-
torij, & Camilli, itaut eorum perſonas, non autem
familiam dicatur teſtatricem fuiſſe contemplatam
etiam reſpectu aliorum filiorum, cum in illis termi-
nauerit vocationem, & vlteriùs non fuerit progreſ-
ſa ad perpetuandam bonorum conſeruationem in
agnatione, neque huiuſmodi perpetuatio poteſt eſſe
cauſa vocationis alicuius de familia, quemadmo-
18 dùm dicitur, quod fœminæ ſunt † de familia, & ag-
natione, quamuis non perpetuent conſeruationem
ipſius familiæ, vt apud Gregor. XV. *deciſ.* 139. *num.* 10.
& ſequentib. & in cauſa de Deſideriis, progreſſio in re-
motiſſimum tempus erat libera, nec aliquo termi-
no proaimo coarctabatur, & reſtringitur ad tempus
19 vitæ Aldraghetti, qui vltra † centum annos non po-
terat viuere, & loco Aldraghetti fuerunt ſubrogari
filij Sertorij & Camilli, & ſic ad oculum conſtat in
hoc caſu reſpectu tranſuerſalium ſubſtitutorum non
poſſe conſiderari illud remotiſſimum tempus, quod
fuit conſideratum in deciſione de Deſideriis), quæ
in ſuo caſu veriſſima eſt, ſed multùm diſtat à præ-
ſenti caſu.

Neque ex eo, quòd teſtatrix hîc ſubſtituerit di-
20 ctos filios cum † qualitate maſculinitatis, poteſt
concludi, quod fuerit contemplata agnationis con-
ſeruationem, attenta non modica differentia, quàm
inter dictam qualitatem, & agnationem interce-
dere animaduertit Rot. *in d. deciſ.* 667. *num.* 10. *part.* 2.
recent. & coram Seraphin. deciſ. 1216. *num.* 6. ac poſt
conſil. Farin. deciſ. 350. *num.* 7. Quocirca ratio conſer-
21 uationis debet eſſe expreſſa, † non autem præſu-
mi, vt *in d. Florentina fideicommiſſi de Guidacciis re-
lata* per Fuſar. *conſil.* 15. *num.* 15. *& in Ianuen. Iuriſpa-
tronatus* 13. *Ianuarij* 1612. *coram Eminent. D. Card.
Pamphilio.*

Minùs obſtat, quòd eadem teſtatrix non ſimpli-
citer vocauerit filios Sertorij, & Camilli, ſed om-
22 nes, † & quoſcunque, quæ dictiones vniuerſales
videntur operari concluſionem rerum, & perſona-
rum, quæ aliàs ex propria vocabuli ſignificatione
non comprehenderentur, vt per Peregr. *de fideicom-
miſſ. art.* 22. *num.* 49. & Fuſar. *d. quæſt.* 320. *num.* 66.
Quia cum vterque haberet filios, hoc eſt Sertorius
vnum, Camillus verò plures; nulla efficax coniectu-
ra ſumi poteſt, quòd teſtatrix reſpexerit ad alios,
quàm ad ipſos filios, in quorum numero proprietas
vocabuli, *omnes, & quoſcumque*, poterat virificari, il-
la enim dictio, *omnes*, eſt † ſignum vniuerſale, 23
quod etiam de duobus prædicatur, vt per Paul. de
Caſtr. *in conſil.* 123. *volum.* 1. & alia dictio *quoſcumque*,
ideò fuit appoſita, quia eadem teſtatrix verbis im-
mediatè ſubſequentibus declarauit velle eos in ca-
pita, non autem in ſtirpes ſuccedere, vnde valida
præſumitur coniectura excluſiua nepotum, † qui- 24
bus non conuenit ſubſtitutio in capita, ſed ſolum-
modò in ſtirpes, vt per Socin iun. *conſil.* 30. *num.* 23.
lib. 3. quem ſequitur Card. Mantic. *d. lib.* 8. *titul.* 8.
num. 10. Menoch. *d. præſ.* 94. *num.* 13. & Fuſar. etiam
dicta *quæſt.* 321. *num* 85. *cum ſequent.* & ſuprà etiam
fuit conſideratum, vel etiam quia dum in ſuperiori
parte teſtamenti vocando deſcendentes Comitum
Ioannis, & Nicolai voluit eos eſſe legitimos, & na-
turales, ac de legitimo matrimonio natos, itaut na-
turales, vel aliàs illegitimi, & nati extra legitimum
matrimonium quomodolibet in ea vocatione non
comprehenderentur; in hac poſteriori ſubſtituen-
do omnes, & quoſcunque filios maſculos legiti-
mos, & naturales Sertorij, & Camilli, cùm nolue-
rit ab ea excludere filios legitimatos vſa eſt ſigno
vniuerſali *quoſcunque*, & comprehenderet etiam ipſos
legitimatos, † qui veniunt appellatione filiorum le- 25
gitimorum, & naturalium, vt ex communi Doct.
ſententia probat Peregr. *de fideicomm. art.* 23. *num.* 40.
& ſequent. Et huic interpretationi conferunt ea, quæ
in ſimilibus terminis ſubſtitutionis *quorumcunque*
filiorum tradunt Doct. quòd ſcilicet ſub huiuſmodi
verbis † non cenſeantur teſtatores vocaſſe omnes 26
deſcendentes, niſi addiderint verbum, naſcituros,
vel niſi vnus tantùm teſtatoris ſupereſſet filius de
tempore teſtamenti, in quibus caſibus coniectura
voluntatis eſt teſtatorem ſenſiſſe de nepotibus,
quemadmodum diſſerit Gozzad. *conſil.* 36. *n.* 9. *ad fin.
verſic. & licet*, Socin. ſen. *conſ.* 104. *num.* 1. *lib.* 3. Card.
Mant. *ſæpedicto lib.* 8. *tit.* 8. *num.* 12. & comprobat Me-
noch. *ead. præſumpt.* 94. *num.* 28. *lib.* 4. Petr. Cabal. *con-
ſil.* 181. *lib.* 1.

His ita firmatis ceſſat efficacia coniecturarum
ſuadentium, quòd appellatione filiorum in hoc te-
ſtamento veniant nepotes, quia ex vocatione Aldra-
ghetti viuentis, & ſenis poſt lineam Comitum Ioan-
nis, & Nicolai de Ludouiſiis finitam apparet teſta-
tricem cogitaſſe, quòd deficientia lineæ d. Ioannis,
& Nicolai poſſet contingere poſt obitum eorundem
ſine filiis, quæ quidem poſſibilitas, vt ſupra fuit pro-
batum, ſubuertit coniecturam comprehenſiuam ne-
potum ex eo deductam, quòd ipſa teſtatrix conſide-
rauerit tempus remotiſſimum, neque vocationem
nepotum important dictiones *omnes, & quoſcunque
filios*, attenta pluralitate filiorum, quæ cum ſit indu-
bitata in tribus filiis legitimis, & naturalibus, ac
aliis fortaſſe illegitimis, vt ſupra fuit quoque con-
ſideratum, non admittit coniecturam ad aliorum
comprehenſionem, præter expreſſos propter regu-
lam quòd in claris ceſſant coniecturæ.

Neque demùm obſtat quod ſubſtitutio dictorum
filiorum de Lambertinis fuit concepta per verba
inſtituit, & ſubſtituit, † quæ cum ſint directa, ope- 27
rantur, vt appellatione filiorum veniant nepotes
l. Lucius Titius. la ſeconda, & *ibi* Doct. *ff. de hæred.
inſtit.* Quia verbum illud inſtituit, tanquam po-
ſitum gratia digreſſus ad † plures gradus ſubſtitu- 28
tionum, non autem in prima inſtitutione importat
ſubſtitu

substitutionem, *l. Titius, & Seius cum l. sequent. d. tit. ff. de hered. instit. & l. vltima, C. de eodem.* Seraph. *decis.* 409. *num.* 16. & 749. *num.* 16. Et similiter ad producendum comprehensionem nepotum redditur
29 inefficax coniectura desumpta ex † clausula, *omni meliori modo*, cum per illius appositionem absque di-
30 ctione copulatiua, & non alteretur, vel augeatur dispositio, Rota *coram Achill. decis.* 1. *de verb. signif. & coram Seraph.* 1216. *in fin. ac demum coram Gregor. decis.* 207. *num.* 4.

Et tandem domini etiam animaduertebant, quòd semper debent præferri coniecturæ pro exclusione nepotum, & pro restitutione fideicommissi, quia
31 semper † facienda est interpretatio pro libertate bonorum, & pro proprietate verborum, Roland. *consil.* 43. *num.* 11. Rimin. iun. *consil.* 389. *num.* 49. & *consil.* 390. *num.* 12. & 49. Rota *apud Cardin. Seraphin. decis.* 1486. *num.* 16. & 17. cum hinc inde coniecturæ, & pro vocatione nepotum, & pro illorum exclusione desumi possint, ad inuicem elidantur, & conquassentur; quibus omnibus sublatis rema-
32 net semper inconcussa regula generalis, † quod de proprietate sermonis, filiorum appellatione non veniant nepotes, præsertim dum agitur de vocatione transuersalium, & de grauamine inducendo descendentibus, & in quo propemodùm videretur interpretatio, quòd tali casu appellatione filiorum venirent nepotes, ita Bald. *consil.* 362. *circa med. vers. nunc in proposito. lib.* 4. Coro. *consil.* 97. *num.* 4. *versic. ego distinguo. lib.* 1. Rimin. iun. *consil.* 75. *num.* 47. Menoch. *d. consil.* 215. *num.* 22. & 25. Rota *in Anconitana fideicommissi* 10. *Decembris* 1603. *coram bo. me. Ortemberge.*

Et ita vtraque parte informante, & diligēter examinante articulos, per dominos resolutum fuit non esse locum fideicommisso.

R. P. D. MOTMANNO.

Ianuen Iuris Honorifici.

Mercurij 13. *Iunij* 1635.

ARGVMENTVM.

Ad hæreditatem defuncti ab intestato deficientibus ascendentibus, & descendentibus, quis vocetur. Ius honorificum transit cum hæreditate. Agnatio, à quo deriuet.

SVMMARIVM.

1. *ex Actorum reuolutione colligitur validitas sententiæ.*
2. *Ascendentibus, & descendentibus deficientibus, hæreditas defuncti ab intestato ad proximiores agnatos defertur.*
3. *cum Hæreditate, quæ est quid vniuersale, transit ius honorificum ad instar Iurispatronatus.*
4. *Graduum nulla datur continuatio, sublato medio, vel intercedente gradu inhabili.*
5. *Exclusio, seu inhabilitas medij fieri non potest, quin influat in extremum.*
6. *ab Hæreditate si sit proximior exclusus, multo magis censetur exclusus remotior.*
7. *Agnatio solum deriuat à coniunctione paterna.*
8. *ad Agnationis effectum coniunctio materna non consideratur.*
9. *Exclusio cessat, cessante causa exclusionis.*
10. *Duo vincula fortius ligant, & num.* 11.

DECISIO. XXIV.

Domini dixerunt confirmandam esse sententiam Rotalem qua pronunciatum fuit D. Paulo non competere ius honorificum Chori, & Capella Ecclesiæ S. Catharinæ Ianuen Ordinis Sancti Benedicti. Quia de illius validitate † constat ex re- 1
uolutione processus in quo habentur omnia requisita, iuxta Caputaq. *decis.* 260. *part.* 2. Et de illius iustitia abunde constat ex decisione R. P. D. mei Pirouani in qua conclusum fuit huiusmodi ius spectare non ad d. Paulum, sed ad Iulium Octauium, & Ioannem Antonium, vti proximiores agnatos Hieronymi Saulij, vltimi illius possessoris ab intestato defuncti, tam attenta iuris communis dispositione,
† quòd deficientibus ascendentibus, & descenden- 2
tibus hæreditas defuncti ab intestato ab proximiores agnatos defertur. *Auth. de hered. ab intest. venien. in præsenti. l. a. § hereditas. & §. legitima. ff. de suis. & legit. §. sunt autem. vers. non tamen. Instit. de legit. agnat. success.* quam etiam inspecto *Statuto Ianuen cap.* 23. *lib.* 6. *de success. ab intest.* quod omnibus deficientibus succedat agnatus masculus proximior defuncto ab intestato vsque ad quartum gradum inclusiuè & eum hæreditate, † quæ est quid vniuersale, transire 3
ius honorificum ad instar iurispatronatus probatur per text. *in c. ex literis.* vbi Beto. *num.* 64. *de iurep.* Felin. *in cap. causam quæ num.* 8. *vers. nam iuspatronatus. de praescript.* Rot. *in Lucana iurispatronatus* 6. *Nouembris* 1598. *coram Litta.*

Dicti enim Iulius Octauius, & Ioan. Antonius sunt pronepotes Antonij, qui fuit frater Vincentij primi acquirentis, & sic in quarto gradu coniuncti Hieronymo defuncto, & iam pronepoti eiusdem Vincentij ex filio Augustino, Paulus verò è contra abnepos Bartholomæi senioris, qui fuit frater Bandinelli, patris dictorum Antonij, & Vincentij, & sic in quinto gradu coniunctus dicto Hieronymo, prædictos agnatos in gradu successibili præcedere non potest, iuribus præallegatis.

Neque intentioni D. Paoli suffragatur, quòd respectu Margaritinæ matris mulieris eiusdem familiæ, quæ fuit neptis Pasqualis alterius fratris d. Vincentij reperiatur quoque in quarto gradu coniunctus d. Hieronymo. Quia Statutum requirit quartum gradum cum qualitate masculinitatis coniunctum. Et quemadmodum deficiente ea qualitate d. mulier tertium gradum constituere non potest, ita impossibile est, quòd ab ea dinumeretur, ac formetur quartus gradus in persona d. Pauli, eo quòd † sublato 4
medio, vel intercedente gradu inhabili, nulla datur graduum continuatio, Bald. *in l. quoties num.* 2. *C. de suis, & legit.* neque fieri potest, quin † exclusio, seu 5
inhabilitas medij fluat in extremum, vt per text. *in l. tuaff. de seruit. rustic. prædior.* arguit idem Bald. *in auth. si quas ruinas. num.* 14. *C. de sacros. Eccles. & consil.* 40. *num.* 2. *vers. item exclusio medio. vol.* 3. Menoch. *consil.* 172. *num.* 3. *cum sequentib.* Ruin. *consil.* 18. *num.* 2. *etiam volum.* 3. Hond. *consil.* 15. *num.* 2. *volum.* 2. Vltra quòd absurdum videtur, quòd exclusa matre proximiore vti fœmina, admittatur † eius filius, qui est 6
motior. Ancharan. *consil.* 159. *vers. restat. ergo.* Peregr. *de fideicomm. art.* 26. *num.* 16. & alij quos allegat Fusar. *consil.* 18. *num.* 6.

Nec eidem D. Paulo suffragari potest coniunctio lineæ maternæ cum paterna, itaut sumendo proxi-

mitatem à matre, & agnationem à patre, tanquam
duplici, & validiore munitus vinculo, velit succede-
re. Quia neque sanguinis, neque gradus proximitas
deduci potest a persona matris, quæ, vt supra dictum
fuit, vti fœmina est inhabilis ad constituendum ter-
tium gradum à Statuto, cum qualitate masculinita-
tis, desideratum, vnde in persona D. Pauli valeat for-
mari quartus gradus. Quocirca d. vinculum matris
vti per se impertinens, & inutile, cum aliis coniun-
gi non potest ad effectum, vt aliquid operetur stan-
7 te Satuto, in quo sola † coniunctio paterna quæ fa-
cit agnatos, §. 1. *Instit. de legit. agnat. success.* non autem
8 materna † consideratur. Bald. *in l. 1. num. 3. C. de legit.*
hered. Ruin. *cons. 29. num. 3. & 32. num. 6. vol. 3.* Natt.
cons. 81. num. 10. Surd. *cons. 31. num. 37.* Magon. *decis.*
Florent. 105. la 2. num. 10. & 20. cum alijs in d. decis.
R. P. D. mei Pirouani allegatis.

Et quamuis d. Margaritina, & Theodora de Sau-
lis ex eo dicantur conseruasse gradum & familiam
quòd eorum altera nupsit Bartholomæo Saulio pa-
tri, altera vero Francisco de Saulis auo d. Pauli, in
9 quo tanquam masculo ideo cesset exclusio, † quòd
cessauerit causa exclusionis iuxta Aym. Crauet. &
aliorum Doctorum opinionem, de qua late Fusar.
in tractat. substit. quæst. 404. num. 12. & seqq. in hoc ta-
men casu, concurrentibus masculis ex masculis, qui
habent regulam pro se cum masculis ex fœminis, il-
10 li ea ratione sunt sic præferendi, quòd duplici † iure
nitantur, quia scilicet sunt masculi, & descendunt
ex masculis, quibus deficientibus alij orti ex fœmi-
nis nuptis in agnatione à statuto post illos ideo cen-
11 sentur vocati, quòd † vnico tantum iure, nimirum
masculinitatis insistant successioni, per ea, quæ no-
tat Imol. *in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Trebellian.*
& tradunt Ruin. *cons. 49. ante num. 6. vol. 1.* & Peregr.
d. art. 26. in fin.

Et ita vtraque, &c.

a In eadem causa parte 6. habes alteram decisionem sub die 26. Ianuarij 1632. coram R. P. D. Pirouano. est in ordine decisio 89.

R. P. D. MOTMANNO.

Vrbeuetana successionis.

Die Mercurij 27. Februarij 1636.

ARGVMENTVM.

Appellatione consanguineorum qui conti-
neantur, & maximè in statutis.

SVMMARIVM.

1. *Fœmina, non obstante sexu muliebri potest retinere qualitatem ex latere paterno, præsertim in materia indifferenti.*
2. *Consanguineorum appellatione, veniunt etiam cognati.*
3. *in Statutis, attento communi vsu loquendi appellatione consanguineorum veniunt etiam cognati.*
4. *Quod non procedit, quando non simpliciter est prolatum, sed cum qualitate, scilicet ex parte patris.*
5. *Appellatione consanguineorum ex parte patris, veniunt tantùm agnati.*
6. *Argui potest ab oppositis.*
7. *Consanguineorum ex parte patris appellatione, quòd veniant cognati, est impossibile.*
8. *Appellatio consanguineorum ex parte patris, magis latè patet, quàm ex linea patris, contrarium num. 9.*
10. *Filius si decesserit in pupillari ætate, & sic in tempore inhabili ad acquirendum, quicquid reliquit, præsumitur paternum, nisi aliud doceatur, & hoc maximè si non fuerit confectum inuentarium.*

DECISIO XXV.

DOmini censuerunt sententiam Rotalem im-
missionis Comitis Petri Donatatij Flaminiæ
de Auiamontij in possessionem bonorum q. Iosephi
etiam Auiamontij in ætate pupillari defuncti, esse
confirmandam, tam ex capite validitatis, quæ non
controuertitur, quam etiam ex capite iustitiæ *coram*
R. P. D. meo Verospio latius comprobata.

Dictæ enim Flaminiæ tanquam proximiori ex
parte patris debetur successio in patrimonio dicti
Iosephi, iuxta dispositionem statuti Vrbeuetani, in
quo habetur, quòd decedenti nullis superstitibus
descendentibus masculis, vel fœminis neque agna-
tis vsque in tertium gradum computandum secun-
dum ius Canonicum, succedant consanguinei pro-
ximiores ex parte patris in patrimonio, & proxi-
miores consanguinei ex parte matris in matrimo-
nio. Inde autem deducitur eius proximioritas, quòd
Iosephus Auiamontius in quinto gradu distat ab
Hectore Auiamontio seniore ex persona Francisci
eius abnepotis, Flaminia vero descendit ab eodem
Hectore ex persona Thomæ illius filij, & respecti-
uè patris ipsius Flaminiæ, cui proculdubio conue-
niunt qualitates dicti statuti, quòd scilicet non exi-
stant Iosepho agnati intra dictum gradum, & con-
sequenter ipsa sit proximior, quodque proximitas
eius sit ex parte patris, vt in decisionibus emana-
tis *coram d. R. P. D. meo Verospio 24. May 1631.* [a] &
24. *Ianuarij* 1645. [b] in quibus firmatur, quòd Fla-
miniam in huiusmodi proximitate non antecedunt
alij, nempe Mancini, Alberici, & Testasicci con-
currentes ad eamdem successionem, non quidem
illi de Mancinis, quia etiamsi coniuncti sint d. Io-
sepho ex persona Portiæ matris, quæ fuit filia Fran-
cisci, & neptis supradicti Hectoris, non tamen se-
quuntur lineam dictæ matris, sed patris. Neque Al-
berici filij Galiatij, qui fuit frater Alphonsæ vxo-
ris Attilij, cui dicti Iosephi, cum ipsis tanquam de-
scendentibus à persona non agnata patri, aut auo,
minimè conuenire possit nomen agnationis ex par-
te ipsius patris; nec minus Testasiccis fratribus Lu-
cretiæ quæ fuit mater eiusdem Iosephi, & dicuntur
illius auunculi, cum sint positi extra illius fami-
liam, non conuenit qualitas proximitatis ex latere
patris à statuto requisita; fundamentum autem re-
solutionis fuit, quòd Flaminia sola post Iosephum
remansit in gradu proximiori ex latere † paterno 1
quæ qualitas, non obstante sexu muliebri, potuit
per eam retineri, præsertim in materia indifferenti,
l. maximum vitium. C. de liber. præter. cum similibus,
concurrente etiam mente conditorum eiusdem sta-
tuti dum in capite successionis agnatorum vsque
in tertium gradum masculos prætulerunt fœminis,
cui fundamento non obstat, quòd statutum in ca-
su decessus sine descendentibus masculis, vel fœmi-
nis superstitibus agnatis infra tertium gradum vo-
cauerit † proximiores consanguineos, quorum ap- 2
pellatione veniunt cognati, ex cumulatis per Tira-
quel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. num. 4. & sequentib.*
adeo vt statutum in hac parte non possit intelligi
de

de solis agnatis, in quo sensu prædictis Mancinis ex Porta sorore Hectoris iunioris, qui fuit proanus Iosephi, potius debeatur successio vti proximioribus eidem Iosepho, quàm Flaminiæ nepti alterius Hectoris senioris aui dicti Hectoris iunioris, & sic in sexto gradu distanti à dicto Iosepho, qui gradus est remotior.

Quoniam obiectum procederet, si statutum vocaret consanguineos, nulla eis addita qualitate, quæ distingueret descendentes ex vno latere à descendentibus ex altero, in quibus terminis loquuntur
3 Doctores tenentes, quòd in statutis, † attento communi vsu loquendi, appellatione consanguineorum veniant cognati, & sic descendentes ex fœmina. ita Batt. Bald. Imol. & Paul. de Castr. *in l. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acquir. hæred.* idem Bald. *in l. vlt. num. 3. C. de verb. signif.* Fulgos. *in consil. 18. num. 3.* Se-
4 cus verò † quando verbum (consanguinei) non est simpliciter prolatum, sed cùm qualitate, vt in præsenti statuto, ibi (ex parte patris,) quibus † verbis
5 significantur agnati, ita exponunt Paul. de Castr. *in consil. 111. num. 3. volum. 1.* Patis. *consil. 59. num. 27. volum. 13.* Curt. iun. *consil. 5. num. 21. & consil. 176. num. 5. & 6.* Gabr. *consil. 27. num. 1. volum 2.* Petegr. *de fideicommiss. art. 22. num. 35.* quæ significatio magis elucescit ex verbis subsequentibus ibi, (& consanguinei ex parte matris,) quæ cum sint opposita præcedentibus, non possunt includere agnatos, eo-
6 demque modo † arguendo ab oppositis, impossibi-
7 le est quod consanguinei ex parte † patris includant cognatos.

Non obstat, quòd ille terminus, (ex parte patris,) cum sit latioris significationis, quam si diceretur (ex
8 † linea matris,) debeat comprehendere consanguineos tam agnatos, quàm cognatos, vt per Paul. de Castr. *in consil. 111. in fin. volum. 1.* Quia inter vtrum-
9 que dicendi modum nullam adesse † differentiam probat textus *in cap. vnic. de nat. success. feud.* vbi quòd in principio dicitur, ex latere, in fine demonstratur per illa verba (ex linea,) & ita sentiunt Ruin. *consil. 141. num. 21. volum. 5.* Curt. iun *d. consil. 5. num. 14.* Honded. *consil. 4. num. 21. volum. 1.* eumque sensum amplectitur Rota, vt *in Giennen. pensionis*, quæ est 9. inter impressas Card. CauaIer. *& in Medielanen iurispatronatus coram R. P. D. meo Pirouano*, quæ similiter inter impressas post modern. *in praxi iurispatr. est decis. 71.*

Quòd verò bona in quibus Rota dedit immissionem Comiti Petro cessionario Flaminiæ, prouenerint ex hæreditate paterna Iosephi, deducitur tum ex confessione illorum de Testaficcis, qui coram Gubernatore Vrbeuetano petierunt immissionem in omnibus bonis hæreditatis q. Iosephi contentis in hac sententia, tum etiam ex eo, quòd eadem bona repetiantur descripta in inuentario Alphonsæ auiæ, ac in alioetiam inuentario ipsorum de Testaficcis vti tutorum eiusdem Iosephi, quibus addito
10 illius decessu in ætate pupillari, ac † inhabili ad acquirendum, nisi probetur, quòd aliunde prouenerint, oritur præsumptio, quòd sint bona paterna, quæ quidem præsumptio ex eo etiam augetur, quòd non apparet de inuentario bonorum paternorum ex parte dicti Iosephi, vt per Menoch. *consil. 107. num. 12. vsque ad 17.* & alios in has positione allegatos.

Et ita vtraque.

a Prima est decis. 349. part. 6.
b Altera verò est decis. 10. part. 7.

AD QVÆST. XVI.

Filiorum appellatione quinam veniant.

R. P. D. PIROVANO.

Hortana fideicommissi.

Die Mercurij 15. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Filiorum appellatione, quando veniant nepotes.

SVMMARIVM.

1. *Filiorum appellatione veniunt nepotes, &c. quando testatoris verba se referunt ad tempus incertum ab eo ignoratum.*
2. *Filiorum appellatione veniunt nepotes quando testator substituit quoscumque filios nascituros.*
3. *Filiorum appellatione, quando veniant nepotes etiam vlterioris gradus.*
4. *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando alioquin extranei admitterentur, exclusis ipsis nepotibus.*
5. *Cum alioquin absurdum esset includere extraneum per exclusionem descendentis.*
6. *Extensio appellatiui filiorum, nunquam admittitur, quando filij cum aliqua qualitate certificante testatoris voluntatem nominantur.*
7. *Sed hoc intellige, quando d. qualitas continet indiuiduum, puta Petrum, Ioannem, aut Franciscum, secus verè quando testator nominat filios nascituros in genere.*
8. *Persona vna in diuersis gradibus esse non potest.*

DECISIO XXVI.



Esponsvm fuit constare de fideicommisso ad fauorem filiarum Bernardini, quæ sunt abneptes Iotij fideicommittentis.

Institutis namque filiis suis masculis Alexandro, Vincentio, & Francisco, tunc viuentibus, & Petro Paulo nepote ex Bernardino altero filio præmortuo, à quo descendunt prædictæ fœminæ, mediante persona Bernardini iunioris eorum patris, & filij d. Petri Pauli, postquam exclusit ab eius hæreditate fœminas nascituras ex ipsomet testatore, & superuiuentes, quàm ex supradictis eius filiis, & nepote, quas mandauit condecenter dotari, subdens disposuit in modum, qui sequitur.

Et cum hac conditione, quod deficiente linea masculina quandocunque sine filiis legitimis, & naturalibus, quod in dictum casum, & euentum succedant filiæ fœminæ, vt supra nasciture, proportionabiliter, & æquis portionibus &c. & pro Cippo tamen, & non ex capitibus etiam, quòd plures fuerint, & deficiente linea fœminina pariter quandocunque sine liberis legitimis, & naturalibus, quòd de bonis, & iuribus, & actionibus eiusdem testatoris debeat fieri vnum Hospitale in Ciuitate Hortana arbitrio, &c.

 Vnde

Vnde cum defecerit linea masculina, & seu masculi io ea existentes, vt probant testes dati, succedit vocatio fœminarum in verbis, ibi succedant filiæ fœminæ, vt supra nascituræ ex filiis, & nepote hæredibus institutis, quæ continuatur in neptibus, & ptoneptibus fœminis, quando, vt in præsenti verba se referunt ad tempus incertum à testatore ignoratum, vt magis filij, quàm neptes de eo tempote su-
1 peresse possent, ex quo linea masculina † durare potetat per centum, & vlteriores annos. Imol. *in l. Gallus. §. instituens. num. 48. ff. de liber. & posth.* Socin. iun. *cons. 1. num. 38. lib. 2.* Peregr. *de fideicom. art. 32. num. 50.* Surd. *cons. 336. num. 9.* Fosat. *de subst.* latissimè comprobans *quæst. 320. num. 15.* Et hanc partem sequuta est Rota penes Put. *decis. 256. num. 5. lib. 2. & 718. num. 2. part. 2. rec. & in causa Bononien. de Desideriis 20. Martij, & 29. Iunij 1616. coram D. meo Merlino. & in Florentina de Cambiis 26. Februarij 1627. coram D. meo Dunozetto.*

Et hæc vocatio benè coadiuuatur ex validis coniecturis voluntaris eiusdem testatoris ex eodem testamento desumptis, vocando fœminas nascituras, atque ita proferendo suam dispositionem in futurum euentum, & similiter aduertendo ad deficientiam lineatum tam masculorum, quàm fœminarum con-
2 stituendo dispositionem de sui † natuta habentem tractum successiuum in futurum, donec durabunt, nam in primo easu trahitur ad neptes, Menoch. *præsumpt. 94. num. 28. lib. 4.* Mantic. *de vlt. volunt. lib. 8. tit. 8. num. 10.* Similiter, & secundo casu appellatione
3 † filiatum veniunt nepotes etiam vlterioris gtadus. Peregr. *de fideicom. art. 22. num. 51.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 6. num. 28.* & vtrumque casum comprobat latissimè Fusar. *ead. quæst. 320. num. 24. & 28.*

Et multò fortiùs stringitur ex eadem testatoris voluntate nepotum comprehensio, dum voluit, deficiente linea fœminina, qoandocunque sine liberis, quod de bonis suis fabricetur Hospitale, nam si nepotes noo comprehenderentur in vocatione, Hospitale succederet per vulgarem, exclusis descenden-
4 tibus testatoris, † quod de directo videtur contrasiari menti, & voluntari eiusdem Bart. *in l. liberorum, num. 5. ff. de verb. signif.* Bald. *consil. 487. in fin. lib. 2.* Mantic. *de coniect. lib. 8. num. 16.* qui dicit hanc eoniecturam non habere difficultatem. Menoch. *præsumpt. 94. num. 26. lib. 4.* Fusar. *ead. quæst. 320. num. 44.*
5 ponderans † absurdum includere extraneum per exclusionem descendentis.

6 Non obstat, quòd extensio † appellatiui filiorum nunquam admittatur, quando filij, cùm aliqua qualitate certificante testatoris voluntatem, nominantur. Bart. *in d. l. liberorum. num. 6. ff. de verb. signif.* Gabr. *eod. tit. conclus. 1. num. 18.* Seraph. *decis. 1486. num. 10.* Surd. *cons. 403. num. 24.* Rot. *decis. 507. num. 9. part. 2. recent.* & prout contigit nomioatio de nascituris, ex filio, & nepote hæredibus.

Quia veta est eonclusio quando qualitas cooti-
7 neat † indiuiduum, puta Pettum, Ioannem, aut Franciscum, secùs autem quando nominat filios nascituros in genere, qui procreari potetant à filiis, & nepote vltta primum, & secundum gradum descensiuè, tanquam à stipite, secundum rationes Castr. *consil. 394. num. 4. lib. 2.* quòd idem euenire non po-
8 test in nominatiooe certæ petsonæ, † quæ in diuersis gradibus esse non potest.

Et ita fuit sesolutum vttaque, &c.

In eadem causa adest altera decisio sub die 3. Iunij 1632. coram R. P. D. Pirouano.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien fideicommissi de Turri.

Die Lunæ 9. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

In vltimis voluntatibus appellatione filiorum semper veniunt fœminæ. Masculinitatis qualitas posita in vna oratione, quando non censeatur repetita in alia, & quando secus.

SVMMARIVM.

1. *Instrumentum facit rem certam, & manifestam.*
2. *Filiorum appellatione in conditione positorum veniunt indistinctè, tam masculi, quàm fœmina.*
3. *Masculinum semper concipit fœmininum in testamentis, neque ab hoc receditur propter coniecturas, nisi sint valde vrgentes, & euidentes.*
4. *ad Repetitionem inducendam, non est sufficiens vicinitas orationis, quando oratio diuersas personas comprehendit, & in vnaquaque earum potest diuersa ratio considerari.*
5. *Repetitio conseruandæ agnationis, quando cessat.*
6. *Masculinitatis qualitas non præsumitur repetita, etiam posita in eadem oratione, nisi ratio conseruandæ agnationis fuerit expressa à testatore.*
7. *Testator si in vno casu expressit qualitatem masculinitatis, in alio verò non, si ratio probabilis differentiæ reddi non potest, cur magis in vno casu, quam in alio expresserit d. qualitatem, tunc mentio filiorum in alia parte non est restringenda ad masculos.*
8. *in Fœminis non est consideranda agnatio.*
9. *Testator præsumitur voluisse vocare neptes, quando non habuit rationem conseruandæ agnationis, sed secus si contemplauit agnationem.*
10. *Clausula, vt supra, repetit qualitatem.*
11. *Masculinitatis qualitas non censetur à testatore repetita, si verba quæ importabant repetitionem, ad alias qualitates referri possunt.*
12. *Superfluitas potius est toleranda, quam vt filia vltimi grauati excludatur à successione propter transuersales.*

DECISIO XXVII.

Domini eoncorditer tenuerunt, confirmandam esse sententiam Rotalem reuocatoriam aliarum extra Rotam, in quibus adiudieata fuit Claræ immissio in possessionem bonotum Ludouici de Turri, quia contta eius validitatem nihil obiicitur, & iustitia est patens, cum fundetur io voluntate di-
cti Ludouici de qua constat † ex publico instrumen- 1
to, quod facit rem certam, & manifestam. Bart. *in l. s. in princip. num. 8. ff. de non. oper. nunc.* Bald. *in l. interest in vlt. notab. C. de solut.* Degian. *consil. 36. num. 2.* Ruin. *consil. 128. num. 1. lib. 4.*

Fundamentum huius sesolutionis deducitur ex verbis testamenti dicti Ludouici, in quo io casum obitus Sigismundi fratris hæredis instituti substituit per hæc verba, & si contingat ipsum Sigismundum eius fratrem quandocunque decedere, & naturaliter mori nullis superstitibus, aut relictis masculis legitimis, & natutalibus natis ex legitimo matrimonio,

monio, & nullo modo legitimatis, ac in ius legitimationis tianflatis, seu etiam contingat dictum Sigismundum cum filiis masculis prædictis, & postmodum contingat dictos omnes filios masculos dicti Sigismundi decedere, & moti sine filiis legitimis, & naturalibus natis ex legitimo matrimonio, & non legitimatis vt supra, tunc, & aliis casibus, & eorum quolibet suam hæredem vniuersalem institoit, & substituit supradictam honestam iuuenem D. Claram ipsius testatoris sorotem, & filiam dicti quondam Tidei, ipsa tunc super extante, & ea non superextante, instituit & substituit omoes filios legitimos, & naturales dictæ Claræ, vulgariter, pupillariter per fideicommissum, & alias omni meliori modo, quo fieri potuit, & potest, & haoc suam vltimam voluntatem dixit, asseruit & affirmauit dictus D. Ludouicus testator esse, & esse velle, quam valere voluit, &c. ex quibus verbis constat, Claram fuisse tum demum vocatam si filij Hieronymi nepotis Ludouici testatoris ex Sigismundo fratre hærede instituto decederent sine filiis, & propterea existente Anna filia legitima Hieronymi defecit conditio sub qua vocata est Clara, regula enim est,

3 † quòd appellatione filiorum in conditione positorum veniant indistinctè tam masculi, quam fœminæ, *l. filij appellatione, & l. iusta interpretatione, ff. de verb. signif.* Gabr. *de verb. signif. conclus.6. num.8.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 25. num.1.* præsertim *in vltima voluntate, l. si ita scriptum, ff. de leg. 2. l. si quis ita, ff. de testam. tutel.* Decian. *consil.136. num.5.* Cephal. *consil.45. num.10.* quia in testamentis † masculinum semper concipit fœmininum. Socin. iun. *consil.180. num.3. lib.3.* Nec ab ea receditur propter coniecturas, nisi sint valde vrgentes, & euidentes, vt est text. *clarius in l. 1. in fine, C. de condit. insertis*, & tradunt Corn. *consil.230. num.61. in fin. & seq. lib.3.* Tib. Decian. *consil.1. num.45. vers. præterea, & seq. lib.2.* Gabr. *consil.97. num. 12. lib.1.* Simon. de Prætt. *consil 90. num.30.* Peregrin. *de fideicommiss. art.25. num.14. in fin.* Rota *diuers. decis. 485. num.3. part. 4. in Florentina fideicommissi de Guidaccys 25. Februarij 1628. coram R. P. D. meo Dunozetto, in Spoletana fideicommissi 7. Nouembr. 1629. & 3. Iunij 1630. coram me*, & in aliis cumulatis per R. P. D. meum Verospium in decisione in hac causa facta 18. Iunij 1635.

6 (marg.)

Et licèt qualitas masculinitatis apposita in prima substitutione facta ad fauorem filiorum Sigismundi, censeatur in sequenti repetita propter dictiones, &, seu, etiamsi contingeret ipsum decedere cum filiis masculis prædictis, & postea contingeret dictos omnes filios masculos moti sine filiis legitimis, & naturalibus natis ex legitimo matrimonio, & non legitimatis, vt supra, &c. cum vtraque sit posita in eadem oratione, & regatur ab eisdem verbis tune, & his casibus, & eorum quolibet soam hæredem vniuersalem instituit, & substituit supradictam honestam iuuenem D. Claram, ipsius testatoris sorotem, attamen in præsenti casu, repetitio admitti non potest, quia ad inducendam repetitionem non est suf-

4 ficiens vnitas orationis, quando † oratio diuersas personas comprehendit, & in vnaquaque earum, possit diuersa ratio versari, & propterea cum versemur in diuersis gradibus substitutionum, nec possint simul, & eodem tempore verificari, & personæ etiam sint diuersæ, nisi concurrat eadem ratio conseruan-

5 di agnationem, † in qua consistit tota vis huius repetitionis, noo potest ab vna inferri ad aliam pro inducenda repetitione, vt in specie deducit Molin. *de Hispan. primog. lib.3. cap. 5. num. 59. vsque ad 62.* in quo loco disputat hanc quæstionem, & concludit, magis veram opinionem esse, qualitatem masculinitatis oon † esse repetitam, etiam positam in 6 eadem oratione, nisi quando conseruandæ agnationis expressa ratio habita fuerit à testatore, *vt d. num.59. vers. sed quamuis.* Tib. Decian. *dict. consil.1. num.152. lib 2.* Ruin. *consil.134. num.19. lib.2.* Vltra quòd testator volens in præsenti substitutione filios Sigismundi præferre fœminis, requisiuit masculinitatem, cum verò videret debere vocari fœminas in defectum dictorum masculorum, tunc sine distinctione vocauit filios vltimi masculi, & † vbi pro- 7 babilis ratio differentiæ reddi potest cur magis in vno casu, quàm in alio expressa fuerit qualitas masculinitatis mentio filiorum in alia parte non est restringenda ad masculos. Ruin. *consil.93 num.15. lib.1.* Socin. iun. *consil.158. num.48. & seq. lib.2.* Gabr. *consil.97. num. 6. lib.1.* Mantic. *de coniect. vltim volunt. lib.6. tit.13. num.8.*

Neque ratio agnationis considerata in filiis Sigismundi potest repeti in sequenti substitutione ex tacita mente testatoris, cum non sit verisimile, quòd voluerit excludere filias vltimi grauati ad fauorem alterius fœminæ, & illius lineæ, † in quibus non 8 potest conseruari agnatio, & hac eadem ratione non contemplatæ agnationis cessar coniectura, quòd testator excludendo filias fœminas Sigismundi propter Claram, multo magis propterea amdem censeatur voluisse excludere neptes, quia tunc tantùm † habet locum, quando contemplata fuit agnatio; 9 secus autem quando, vt in casu nostro, nulla fuit habita ratio agnationis, vt latè deducunt Gabriel. *d. consil.97. num.2. & seq. lib.1.* Rot. *diuers. decis.726. num.4. part.1. & decis. 485. num. 3. part.4. coram Seraphin. decis.880. num.2. coram san. mem. Griger. XV. decis. 514. num.13. & seq. & in dict. Spoletana fideicommissi 7. Nouembr. 1629. & 3. Iunij 1630. coram me.*

Non obstat, quòd clausula illa, vt supra † operetur repetitionem quantitatis masculinitatis, quia 10 vt benè probatur ex deductis in supradicta decisione R.P.D. mei Verospij refertur tantùm ad qualitatem legitimitatis, quam testator supra ampliotibus verbis expresserat, nempe nullo modo legitimatis aut in ius legitimationis translatis, ideo non † repetit 11 qualitatem masculinitatis, vt ex Bero Cephal. Sord. & aliis, allegatis in dicta decisione, & dum repetit qualitatem legitimitatis, non subsistit, quòd hæc clausula remaneat superflua, & potius † tolerari 12 debet superfluitas quam vt filia vltimi grauati excludatur à successione propter transuersales, vt notant Doctor. *in l. fin. §. in computatione, C. de iur. deliberandi.* Corn. *consil. 275.* Crauett. *consil. 127. num. 8.*

Com igitur ex supradictis remaneat fundata intentio fœminarum ex regula generali, quæ pro eis assistit, dum de contraria mente testatoris non apparet per coniecturas necessarias, & indubitatas pro exclusione Claræ ad fauorem Annæ fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

***

AD



AD QVÆST. XVII.

Filius in fideicommissis quando subintret locum patris, & cum patruo ad successionem admittatur. Et de materia filij succedentis in locum patris etiam ab intestato.

R. P. D. PANZIROLO.

Auenionen fideicommissi.

Die Mercurij 5. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

Testator, si hæredem instituit vxorem, cum conditione, quòd si ex ea nullos suscepisset filios de tempore sui obitus, bona teneatur restituere primo filio eius neptis, quæ neptis de tempore conditi testamenti, matrimonium iam contraxerat, sed non dum consumauit. Quæritur modo si d. filius de tempore obitus testatoris non esset natus, sed in lucem postea prodierit, an fideicommissum sit caducatum, necne.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissum, si sit sub conditione iam relata ad filium natum de tempore obitus testatoris, si de eo tempore filius non sit natus, sed post fideicommissum dicitur caducatum.*
2. *Relatiuum, qui iunctum verbo futuri temporis, importat conditionem.*
3. *Dictio, si, importat conditionem.*
4. *Dictio, tunc, restringit dispositionem.*
5. *In fideicommissario capacitas requiritur de tempore, quo cadit dies fideicommissi.*
6. *In fideicommisso relicto familiæ, ij tantum admittuntur, qui sunt nati tempore mortis testatoris.*
7. *Testator ad illos tantum præsumitur habuisse affectionem, qui eo viuente sunt nati.*
8. *Fideicommissa regulantur à causa intestati.*
9. *Hæreditas ab intestato dum defertur habilitas, vel inhabilitas, áttenditur de tempore delatæ successionis.*
10. *Testatoris affectio magis cadit in natis tempore ipsius mortis, vti ab eo cognitis, quam in natis post obitum, vti non cognitis.*
11. *Testator, si magnopere dilexit aliquem non est verisimile, quod voluerit ei præferre natos post mortem ipsius, quos non agnouit.*
12. *Testator non præsumitur habuisse rationem perpetuæ conseruationis agnationis, si vocauit aliquem, & vltra per vulgarem tantum.*
13. *Primogenitura non dicitur facta, si quis non vocauit plures gradus, sed vnam tantummodo personam.*
14. *Primogenitura non censetur constituta ex ordinatione delationis cognominis, & armorum, si ista ordinatio duret tantum, viuente instituto, vel substituto.*
15. *Dictio, infinitum, intelligitur iuxta subiectam materiam.*
16. *In voluntate testatoris declaranda principaliter attendi debent coniecturæ.*
17. *Testator, si dum condidit testamentum erat sexagenarius, & instituit aliquem, qui nondum erat natus, videtur intellexisse etiam de eo, si nasceretur post ipsius obitum, & sufficiat spes de nascituro, num.* 18.
19. *Testator, si vocauit filios filiarum non adhuc nubilium præsumitur intellexisse de filijs nascituris post eius obitum.*
20. *Testator, si vocauit filium eius, qui tempore testamenti nullos habebat filios præsumitur intellexisse de filijs nascituris.*
21. *Testator præsumitur prospexisse conseruationi suæ familiæ, quod in perpetuum per hæredes deferatur nomen, & arma ipsius.*
22. *Verba testatoris, si habeant tractum in futurum inducunt etiam successiuam vocationem per fideicommissariam, amplia vt hic.*
23. *Verisimilitudo multum attenditur in coniecturanda mente testatoris.*
24. *Primogenitura constituitur ex ordinata vocatione primi, aut secundi, & successiuè alterum filiorum cum d. onere delationis cognominis, & armorum.*
25. *Testator non est præsumendum, quòd plus dilexerit vnum, qui eo viuente non est natus, quam alium, qui pariter non erat natus.*
Testatori, si aliqui sunt pariter incogniti, dicendum est quòd æqualiter sint dilecti, ibid.
26. *Testatoris enixa voluntas, non debet reddi infructuosa, vide num.* 27.
29. *Rationis diuersitatem non est dare, si semper resultet idem effectus.*
30. *Testator non est verisimile, quòd voluerit excludere filium posthumum, ex hoc quod non est natus tempore sui obitus.*
31. *Testamenti vna pars aliam declarat.*
32. *Voluntas testatoris declarari potest per duos testes.*
33. *Filios nascituros idem est, quòd testator vocauerit, vel quod dicta vocatio ex coniecturis colligatur.*
34. *Testatoris mens, cui lex non resistit, executioni demandanda est.*
35. *Verbum, perpetuum, habet tractum successiuum absque præfinitione temporis.*
36. *Primogenitura verificata in vno ex filijs per eius mortem expirat, itaut non sit extendenda ad alias personas, quod intellige quando constat de clara mente testatoris.*
37. *Sed secus est, si ex coniecturis appareat de contraria mente disponentis.*
38. *Dictio, tunc, quando stet demonstratiuè, non autem restrictiuè.*
39. *Dictio, tunc, vt stet restrictiuè, requiritur taxatiua, alias non stringit.*
40. *Puri, & purificati idem est iudicium.*

DECISIO XXVIII.



ASPARDVS de Brancasio Baro Doise de anno 1614. suum condidit testamentum, in quo D. Dianæ de Gerars eius vxori res magni valoris legauit, sub conditione, quòd si ex ea nullos suscepisset filios de tempore sui obitus, retentis iocalibus, ac aliis quibusdam rebus pretiosis, reliquum

reliquum teneretur restituere primo filio masculo,
qui erit tunc viuens, procreato ex matrimonio con-
tracto de tempore conditi testamenti, nondum ta-
men consummato, inter D. Henricum de Castellana
Dominum de Ampus, qui erat filius dictæ D. Dianæ
ex primo matrimonio, & D. Mariam de Brancasio
eiusdem testatoris neptem, dummodo dictus pri-
mus filius masculus sit capax successionis, & cum
onere, quòd deferat in perpetuum nomen, & arma
eiusdem testatoris; quòd si ipse non esset capax suc-
cessionis, vocauit secundo genitum, vel post natum
masculum, & quem dicta Diana iudicabit magis
capacem successionis, cum eodem onere delationis
nominis & armorum, prout sunt verba testamenti
in quo idem Gaspardus ostendit maximum deside-
rium quod matrimonium inter prædictos plenum
sortiatur effectum, & hoc casu ratificat donatio-
nem factam sexaginta millium librarum in contra-
ctu matrimonij.

Cum ergo testator de anno 1620. nullis susceptis
liberis decessisset, D. Diana cœpit possessionem om-
nium bonorum sibi vt supra legatorum; sed postea
cum de anno 1625. ex dictis DD. Henrico, & Maria
coniugibus natus fuisset Dominicus filius, cœperunt
prætendere factum esse locum fideicommisso Ga-
spardi, & sic dictam Dianam, iuxta in eo disposita,
teneri restituere dicto Dominico bona sibi sub con-
ditione legata. Verùm cum Diana exciperet, se non
teneri, eo quòd fideicommissum expirasset, fuit in-
troductum iudicium coram Eminentissimo D. Aue-
nionis Legato, cui cum placuisset exquirere votum
Dominorum, hodie dubitaui, an sit factus locus fi-
deicommisso ad fauorem Dominici, & quidem pro
negatiua videbantur multa concurrere. Primò, quòd
1 cum fideicommissum sit † sub conditione relata ad
filium natum de tempore obitus testatoris, ideo cum
de eo tempore Dominicus non esset natus, sed in
Lucem prodierit post quinque annos, fideicommis-
sum dicitur caducatum iuxta *l. vnic. §. & cum tripli-
ci modo, C. de caduc. toll. l. si cognatis, ff. de reb. dub. l. cum
pater, §. hereditatem. ibi inter eos fieri, qui eo tempore
vixerint, ff. de leg.* 2. Castr. *consil.* 16. *num.* 5. *lib.* 2. Hon-
ded. *consil.* 49. *num.* 10. *lib.* 2. Menoch. *consil.* 1118. *n.* 14.
& seqq. lib. 12. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 19. *num.* 9.
& art. 22. *num.* 72. latè Fusar. *de substitut. quæst.* 318.
num 55. Rot. *decis.* 574. *num.* 9. *part.* 4. *recent.*

2 Secundò, quia testator vsus est relatiuo, qui † quod
iunctum verbo futuri tẽporis importat cõditionem,
l. Stichum qui meus erit, ff. de leg. 1. Sord. *cons.* 508. *n.* 50.
3 Prout etiam illa dictione † si, ibi, si sit capax succes-
sionis, *l. qui promisit, ff. de cond. indeb. l. si Titio, in prin-
cip. ff. quand. dies leg. ced.* Rot. *decis.* 505 *num.* 1. *part.* 2.
4 *recent.* Ac vsus est † etiam illa dictione, tunc, quæ
videtur restringere dispositionem ad tempus mor-
tis testatoris ibi expressum, *l.* 1. *§. fin. vbi gloss. fin. ff. de
cond. & demonstr. l. in substitutione, §. non simili modo,
ff. de vulg. & pupill.* cum vtrobique notatis Fusar. post
alios *d. quæst.* 318. *num* 83. *& quæst.* 382. *num.* 32. Rot.
5 *decis.* 144. *num.* 8. *in fin part.* 2. *recent.* & conditio † ca-
pacitatis requiritur de tempore, quo cadit dies fidei-
commissi, *l. vbi purè, in princip. ff. ad Trebell.* Fusar.
d. quæst. 318. *num.* 70. & facit regula quòd in fidei-
6 commisso † relicto familiæ, ij tantum admittuntur,
qui sunt nati tempore mortis testatoris, *l. si cognati,
& ibi* Doctor. *ff. de reb. dub.* cum aliis relatis per Pe-
regrin. *de fideicommiss d. art.* 22. *num* 9. Fusar. *dicta
quæst.* 318. *num.* 1. quia ij soli agnati vel cognati sunt.
*§. cùm autem, vers. planè, Instit. de hered. quæ ab intest.
7 defer.* & ad eos † tantum testator videtur habuisse
affectionem, qua motus disposuit Peregr. *d. art.* 22.
num. 17. Menoch. *consil.* 106. *num.* 14. & coadiuuatur
hæc opinio quia fideicommissa † regulantur à cau- 8
sa intestati, in qua habilitas, vel inhabilitas † atten- 9
ditur de tempore delatæ successionis, *l. si quis cùm
haberet, ff. de suis, & legit.* Fusar. *d. quæst.* 318. *num.* 58.
& 70. Pro quo etiam concurrit quòd maior dilectio
cadit in natis † tempore mortis testatoris vti ab eo 10
cognitis, quàm in natis post obitum vti non cogni-
tis Fusar. *vbi suprà num.* 75.

Tertiò, quia cum testator magnopere dilexerit
Dianam vxorem, verisimile est † quod noluerit ei 11
præferre natos post mortem ipsius, quos non agno-
uit, ad text. *in l. si seruus plurium, §. final. ff. de leg.* 1.
l. Aurelius, §. Titius, ff. de lib. legat. Aymon. *consil.* 62.
num 8. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 16 *num.* 1.

Quartò, quia testator non habuit rationem per-
petuæ conseruationis agnationis, † sed vocauit se- 12
cundo genitum, & vltra per vulgarem tantum Fu-
sar. *quæst* 34. *num.* 17. Nec vocauit plures gradus suc-
cessiuè, sed vnam † tantummodo personam ex quo 13
non dicitur facta primogenitura. Peregrin. *consil.* 70.
num. 22. *& seqq. lib.* 3. *& de fideicommiss art.* 25. *num.* 27.
vers. quocirca. Mantic. *de coniectur. lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 5.
& 6. Fusar. *de substit. quæst.* 499. *num.* 14. *&* 15. Nam
quamuis ordinauerit delationem sui nominis, &
armorum in perpetuum, † hæc tamen perpetuitas 14
intelligitur vita durante primi filij masculi, ad text.
in l. 1. *ff. pro soc.* quia vocatio est restricta ad vnum
tantùm filium, † vt de dictione, in infinitum, quòd 15
intelligatur iuxta subiectam materiam in casu simili
Ruin. *consil.* 143. *num.* 10. *lib.* 4. Paris. *consil.* 100. *n.* 39.
lib. 4. Bero. *consil.* 155. *num.* 14. *lib.* 1. *& consil.* 18. *n.* 5.
& consil. 27. *num.* 8. *lib.* 3. Roland. *consil.* 84. *num.* 11.
& seqq. lib. 1. Cassan. *consil.* 11. *num.* 8. Rimin. iun. *con-
sil.* 279. *num.* 66. *& seqq. & consil.* 499. *num.* 84. Surd.
consil. 123. *num.* 14. *& seq.* Fusar. *de substit. quæst.* 679.
num. 17.

His tamen aliisque latè deductis non obstanti-
bus, Domini resoluerunt, factum esse locum fidei-
commisso ad fauorem Dominici, etiam quòd natus
fuerit post obitum testatoris, idque ex eius † conie- 16
cturata mente, quæ in his casibus principaliter at-
tendi debet, iuxta *l. cum ita, §. in fideicommiss. ff. de
leg.* 2. Socin. *in l. si cognatis, num.* 30. *vers. infero* 2. *ff.
de reb. dub* Paris. *consil* 50. *num.* 52. *lib.* 3. Cephal. *con-
sil.* 196. *num.* 13. Roland. *consil.* 70. *num.* 48. *vers. nec
vis facienda est, & num. seqq. lib.* 3. Natt. *consil.* 675.
num. 12. *& seqq.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 22. *n.* 76.
Fusar. *d. quæst.* 318. *num.* 77. & fuit dictum *coram me
in Maceraten. fideicommissi* 7. *Febr.* 1635.

Prima igitur coniectura est, quòd de tempore
testamenti matrimonium inter DD. Henricum, &
Mariam nondum erat consummatum, nec poterat
consummari per aliquot annos, quo casu cum testa-
tor posset cogitare, quod non esset viuus de tem-
pore procreationis filiorum ex dicto matrimonio,
ex quo † erat proximus sexagesimo ætatis anno, vi- 17
detur intellexisse etiam de filio nascituro post ipsius
obitum, *l.* 2. *ff. de lib. & posthum.* Socin. iun. *cons.* 172.
num. 28. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 22. *num.* 11. *in fin. num.* 20. vbi
quod † sufficit spes de nascituro, *& num. seqq.* & in 18
puncto de testatore, qui vocando filios filiarum
† non adhuc nubilium, intellexerit de filiis nascitu- 19
ris, tradit Roman. *cons.* 134. *num.* 5. *vers. in contrarium,*
& de testatore, qui vocauit filium, † eius qui tempo- 20
re testamenti nullos habebat filios. Castr. *cons.* 247.
num. 3. *vers. nec obstat etiam lib.* 1. Peregr. *de fideicom.
art.* 22. *num.* 74. *in fin. vers. illa autem consultatio, &
num.* 76.

num.76. Magon. Florent decis.91. num.21. vers. præterea, & num. sequentib. latè Fusar. dict. quæst. 318. num.8. & 92.

Secunda coniectura est, quia testator mandauit, quòd tam primus masculus si erit capax, quam secundus in euentum incapacitatis primi, deferant in
21 perpetuum numen, & arma ipsius, † quod indicat testatorem prospexisse conseruationi suæ familiæ. Paris.consil.18. num.42. & consil. 19. num. 33. & seqq. lib.2. Alciat.consil.59.num.4. & 5.lib.3. Cephal.consil.196. num. 22. Menoch. consil. 117. num. 23.lib.2. Mantic de coniectur. lib.6. tit. 15. num. 15. Seraphin. decis. 1319. num. 3. Rot. decis. 266. num. 13. part.1. recent.

Tertia coniectura deducitur ex successiua vocatione secundi geniti, vel alterius post nati masculi in euentum, quòd primus non sit capax, cum enim
22 ista † verba habeant tractum in futurum inducunt, etiam successiuam vocationem per fideicommissariam iniuncto præsertim dicto onere perpetuæ delationis armorum, & nominis, quo casu testator censetur intellexisse etiam de nato post mortem ipsius. Peregrin. d. consil. vlt. lib.5. & de fideicommiss. art.22. num.76.& seqq. Mantic. de coniect.lib.8.tit.12. num.14.vers.sed ex aduerso. Simon.de Præt.vlt.volunt. lib.5. interpret.2. dub.2. num.100. fol.515. Fusar. dict. quæst.318. num.97.

Quarta, ex facultate concessa D.Dianæ eius vxori eligendi secundo genitum, vel alterum post natum magis capacem successionis; nam si testator restrinxisset se ad tempus mortis ipsius, valde verisimile est, quòd ipse elegisset, & quod non commisisset hu-
23 iusmodi electionem iudicio fragili vxoris, † quæ verisimilitudo multum attenditur in coniecturanda mente testatoris, l. cum res, in princip. ff. de leg. 1. Peregrin. d. consil. vlt. num.7. lib.5.

Quinta, quia testator ex dicta ordinata vocatione primi, aut secundi, & successiuè aliorum filiorum cum dicto onere delationis nominis, & armorum,
24 videtur, † quòd voluerit constituere primogenituram, cum hic sit modus illam constituendi. Roman. consil.438.num.13.& 14.Menoch.consil.1006.num.49. & lib.4. præsumpt.69. num.15. Molin. de primog.lib.1. cap.5. num.18. & lib.2. cap. 14. num.7.

Sexta, quia per incapacitatem primi vocatur secundo genitus, tertio genitus, & alij, & tamen quoad istos testator non se restrinxit, quòd essent nati de tempore sui obitus; signum euidens, quòd idem intellexit de primogenito, cum non sit verum dicere,
25 quod vnum † dilexerit magis quam alterum; nam cum omnes essent æqualiter incogniti, dicendum est, quòd æqualiter fuerint dilecti, l. placet, ff. de lib. & posthum. Castr. consil.247.num.3. vers.illud autem, lib.1. Ruin. consil.22. num.12. vers.& istud etiam, lib.2. Cephal. consil.659. num. 16. Surd. post alios d. cons. 125. num. 29. vers. postremò. Fusat. d.quæst.318. num.87.

Septima, quia aliàs ista tam enixa vocatio redde-
26 retur infructuosa, quo casu Doctores † omnes concordant, esse vocatum etiam natum post euentum conditionis. Zanch. in l. hæredes mei 57. §. cùm ita, part 4. num.212. ff.ad Trebell. Abb. consil.106.num.17. Cephal. consil.318. num.20. Castr. consil.247. num.3. vers.ex quibus, lib.1. Menoch.consil.566.num.28.& 30. Fusat.d.quæst.318.num.99. Quicquid esset dicendum
27 quando fuissent vocati plures, quorum aliquis † esset natus de tempore euenientis conditionis, & alij postea nati tractarent de illum remouendo, vt bene distinguit Fusat. vbi suprà num.99.

Octaua, quia reuera, siue dicamus, quòd testator motus fuerit ad constituendum huiusmodi fideicommissum intuitu matrimonij contracti, & non adhuc consummati inter Mariam eius neptem, & Henricum, siue intuitu solius Dianæ eius vxoris, quæ erat mater ipsius Henrici, nunquam dabitur adæquata ratio cur potius voluerit vocare primum filium natum ex prædictis de tempore mortis suæ,
non autem nascituros, † cum in vtroque casu re- 28
sultet idem effectus ad text. in l. fin. C. de posthum. hæred. instit. ibi, sed viuo testatore, siue post mortem eius intra decem menses à morte testatoris numerandos filius, vel filia fuerint primogeniti manear testatoris voluntas, vbi gloss. fin. quod † non 29
est dare rationem diuersitatis cum semper resultet idem effectus.

Nona, quia testator in vocatione propriorum filiorum vsus est etiam eadem forma loquendi, nam postquam fecit vxori tam amplum legatum, subiunxit hæc verba: & quod illis fruatur, & disponat ad eius beneplacitum in casu supradicto & non aliàs, quod non habeat liberos ex dicta eius vxore viuentes tempore sui obitus; & paulo post idem repetit ibi, & quatenus dictus testator non habeat liberos ex dicta eius vxore tempore sui obitus, dicto casu tunc rogat, & requirit dictam eius vxorem, &c. Quare sicut non est verisimile, quòd testator voluisset excludere proprium filium posthumum, qui
certè non esset natus tempore sui obitus, idem † est 30
dicendum in vocatione filiorum Mariæ neptis quos videtur propriis filiis subrogasse, vt patet ex contextu testamenti gloss. in l. illo à quo, §. si de testam. vers. verba, ff. ad Trebell. l. cùm alimenti, in princip. & ibi Bart. ff. de alim. leg. Paris.consil.50.num.19.lib.4.
Cephal consil.451. num.82. lib.4. & facit † quod vna 31
pars testamenti alteram declarat l. qui filiabus, in princip. ff. de leg.1. cum similibus, &c.

Decima, denique coniectura ex verbis prolatis à testatore tempore mortis, dum vocatis Henrico, & Maria illos sic fuit alloquutus; Ego morior, vos estis mei filij, vobis do meam benedictionem, & omnia bona mea vobis relinquo, de quo deponunt quatuor testes. Nam si fideicommissum remaneret
caducatum, non reliquisset eis bona omnia, † vo- 32
luntas autem testatoris declarari etiam potest per duos testes, vt dicit Gabr. de reg. iur. conclus. 3. num.3. & seqq. Mantic. de coniectur. lib.5. tit.15. num.9. Crass. §. substitutio, quæst.31. num.1. Seraphin. decis.1302. num.4. & 6.

Et ex his facilè tolluntur iura in contrarium, deducta etenim quæ allegantur in primo, & secundo fundamento procedunt, nisi ex coniecturis constaret de contraria mente testatoris, cum idem sit quòd
† testator expressè vocauerit filios nascituros, vel 33
quod dicta vocatio ex coniecturis colligatur. Surd. consil.31. num. 30. vers. secundò dato. Rot. decis. 460.
num.5. part.1. recent. mens autem testatoris, cui † lex 34
non resistit, debet executioni demandari, §. disponat. Auth. de nupt. Bald. in l. precibus, num.44. C. de impub. & alijs substitut. cum similib.

Nec obstat, quòd Dominicus fuerit vocatus per vulgarem, quia quando hoc etiam admitteretur, nihilominus ad effectum vocationis ipsius, qui est vnicus filius natus ex dicto matrimonio, sufficit, quòd vocatio non fuerit restricta ad filium natum de tempore obitus testatoris sine filiis, etiamsi postea Dominicus non fuerit grauatus, & quamuis testator non fuerit digressus ad plures gradus substitutionum inter descendentes, vt ex aduerso ponderatur, saltem digressus fuit ad plures personas in

eodem

quod sufficit, cum hodie non sit quæstio, an huius-
modi fideicommissum sit descensiuum ad omnes
gradus, sed solum, an sint vocati filij primi gradus
Mariæ, etiam quod sint nati post obitum testatoris;
sicut etiam si diceretur primogenituram debere ter-
minari ad vitam vnius, quia licèt de hoc possit du-
bitari ex præcepto testatoris circa perpetuam nomi-
35 nis & armorum delationem, cum verbum, † per-
petuum, habeat tractum successiuum absque præ-
finitione temporis, Natt.*consil.*531.*num.*28. latè Fu-
sar.*de substit.quæst.*688.*num.*19.& facit Alben.*cons.*51.
*per tot.*Molin.*de primog.lib.*3.*cap.*5.*num.*24.vbi quan-
do non adest taxatiua, tantum. Castill. *controu.quo-
tid.lib.*2.*cap.*1.*num.*19. *& seqq.*Magon.*Florent.dec.*37.
*num.*27.*&* 28. saltem ad decisionem præsentis casus
satis est, quòd testator non se restrinxerit ad natum
de tempore sui obitus, quicquid sit, an primogeni-
tura verificata in vno ex dictis filiis per eius mortem
36 † expirasse dicatur, itaut non sit extendenda ad alias
personas, in quibus terminis ex clara mente testa-
toris videtur loqui Decian. *ex aduerso citat. consil.* 2.
*num.*69 *ad med.lib.*1. Surd.*cons.*236.*num.*47. Dec.*con-
sil.*262. *colum. fin.* ergo secus quando ex coniecturis
37 † constaret de contraria mente disponentis, vt idem
Surd.*vbi sup. n.*46. bene Greg. pariter ex aduerso *ci-
tat.decis.*433. *vbi add.num.*21.

Nec obstant illa verba, qui erit tunc viuens, in
quibus pro parte D. Dianæ fit præcipua insistentia,
quia vltra quòd fuit ostensum testatorem eodem
modo fuisse locutum de propriis filiis; Respondetur,
38 † dictionem (tunc) stare ibi demonstratiuè, non au-
tem restrictiuè, vt bene post alios Menoch.*lib.*4.*præ-
sumpt.*36.*num.*27. Mantic.*de coniect.lib.*5.*tit.*14. *n.*10.
39 *vers. sed tamen*, vbi quòd requiritur taxatiua, † aliàs
non restringit. Ladereh.*cons.*51.*num.*14. Ror.*dec.*144.
*num.*8.*part.*1.*recent.* & fuit magistraliter ponderatum
in celebri *Viterbien. Castrorum* 23. *May* 1635.*coram
Reuerendiss.D. meo Coccino Decano.*

Quare admisso, quòd fideicommissum non fuerit
caducatum, tenetur D. Diana restituere Dominico
bona prædicta à die purificationis, ex regula, quod
40 puri † & purificati idem est iudicium, *l. vbi puro. ff.
ad Trebell.l.omnia.l.cum quidam la* 2.*ff.de leg.*2.*l.si dies.
ff. quando dies leg. ced.* Peregr. *de fideic. art.*45. *num.* 1.
Fusar.*de substit.quæst.*170. *num.*8.

Et ita vtraque parte, &c.

Habentur part.7. in hac causa aliæ decisiones id-est sub diebus 10. Maij 1636. & 6. Iunij 1637. & 19. Ianuarij 1637.& 10.Maij,& 1. Iulij eiusdem anni, & 16.Decemb. pariter 1637.

R. P. D. PANZIROLO.

Auenionen fideicommissi.

Die Veneris 6. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Testator si vocauerit ad eius successionem filium primogenitum alicuius, ex quibus præsumatur, quòd voluerit, vt ille succederet, quamuis non fuerit natus, de tempore ipsius testatoris obitus, sed postea.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissum inducitur ex successiua vocatione. & num.* 2.

Decisiones Rotæ.

3. *Testator, quando vocat aliquos per tractum in futurum, & successiuam dispositionem per fideicommissariam, censetur vocasse etiam natum post ipsius mortem.*
4. *Ratio diuersitatis potius in vno, quàm in alio casu quando assignari non potest, in vtroque sequi debet idem effectus.*
5. *Natus, si quis tempore testamenti non sit, non potest dici tanquam non cognitus testatori, quod potuisset præ cæteris diligi.*
6. *Nominis, & armorum testatoris propagatio est actus non minus optabilis vno potius tempore, quam alio.*
7. *Argumentum à communiter accidentibus est in iure validum.*
8. *Testamentum, quando quis condit non solum si sit senex, sed etiam si sit florida ætatis, semper videtur cogitare de morte.*
   *Testamentum est actus mortem antecedens.num.*8.
9. *Vocationis filij nascituri natura, quæ sit. & num.* 10.
11. *Actus ne reddatur caducus, vt euitetur, qualibet interpretatio capi debet.*
12. *Testatoris summus amor erga aliquem non operatur, vt eius testamentum aliter interpretari debeat, quam coniectura vrgentissima suadent.*
13. *Testatoris mentis adimplementum in vltimis voluntatibus debet esse vltimus finis.*
14. *in Fideicommissis conditionalibus illi tantùm censentur vocati, qui existunt de tempore purificatæ conditionis.*
15. *Sed hoc bene est verum, nisi aliud mens testatoris suadeat.*
16. *Testator instituens posthumum, si ipso viuo nascetur, sic intelligitur instituisse, si posthumus nascatur mortuo testatore, vel è contra.*
17. *Hæredis institutio non admittit substitutionem fideicommissariam.*
18. *Text.in l.commodissimi.C.de lib. & posth.solùm procedit, quando inducitur diuersitas personarum, non autem facta extensione de tempore ad aliud manet eadem persona vocata, & num.* 19.
20. *Text.in l.commodissimi. C.de lib.& posthum. loquitur, quando casus omissus est omnino dissimilis expresso, quoad mentem, rationem, & effectum à testatore consideratum.*
21. *Argumentum à ratione legis cessante ductum fieri potest.*
22. *Testator, si vocauerit filium, qui tunc erit viuens de tempore sui obitus, per illud aduerbium, tunc, videtur limitari vocatio ad natos, non autem extendi ad nascituros.*
23. *Aduerbium, tunc, quando stet demonstratiuè.*
24. *Aduerbium, tunc, non stringit, nisi adsit taxatiua.*
25. *Aduerbium, tunc, non stat taxatiuè, sed potius declaratiuè, quando in contrarium adest verisimilis mens disponentis. & num.* 26.
27. *Aduerbium, tunc, non excludit casus similes, si mens disponentis non repugnet.*
28. *Testatoris mens necessitas vt adimpleatur, facit vt non attendatur proprietas verborum.*

DECISIO XXVIII.

CVM in hac causa duæ emanassent decisiones super vocatione Dominici ad fideicommissum Gaspardi institit, nihilominus D.Diana audiri tertia vice super eisdem, & cum DD. ex mera benignitate annuerint petitioni, hodie resoluerunt standum esse in decisis præsuppositis, etiam sine veri præiudicio

pro probatis articulis, quibus ipsa D.Diana putauit posse penitus elidi prima, & vltima coniectura ex decem latè deductis in prima decisione emanata 5. Decembris præteriti, in qua fuit firmatum Gaspardum suo testamento vocasse filios DD. Henrici, &
1 Mariæ etiam quod † de tempore mortis ipsius nondum essent nati, quia aliàs mens testatoris adimpleri minimè posset in successiua vocatione, quam
2 fecit de dictis filiis Mariæ † per quam induci fideicommissum, tradit Bart. *in l.centurio num.36. de vulg.* Surd. *consil.448. num.15.* Natt. *consil.675. num.7.* Rimin.iun.*cons.564. num.14.& sequentib.*Ruin.*consil.22. num.11. lib.2.* Peregr. *de fideicommiss. art.11. num. 25. & seqq.*Fusar.*de substit.quæst.318. num.77.* Cùm enim testator disposuit, quòd ad ipsius legatum succedere debeat primus masculus si sit capax ex dictis Henrico, & Mariæ, & in euentum incapacitatis illius succedat secundò genitus, tertiò genitus, seu alius in ordine cum onere assumendi nomẽ, & arma, huiusmodi vocatio visa est habere tractum in futu-
3 rum † & successiuam dispositionem per fideicommissariam quo casu testator censetur vocasse, etiam natom post mortem, vt tradit Cephal. *consil. 318. num.14.* Rim.iun. *consil.145. num.42. & seq.* Menoch. *cons.496.num.16.*Peregr.*cons.vlt.num.1.& de fideicommiss.art.22. num.76. & seqq.* Simon. de Præt. *de inter. vltim.volunt.lib.5. interpr.2. dub.2. num.100.* Fusar.*d. quæst.318. num.97.* Magon. *Florent. decis.9. num.21. vers præterea.*

Atque hic intellectus tanto magis visus est amplectendus, dum testator vocando secundogenitum, tertiogenitum, & alios, vt supra, non se restrinxit, quod isti essent nati de tempore sui obitus; ergo idem dicendum erit de primogenito, cum nulla
4 † potest assignari ratio diuersitatis in vno potius quam in alio, cum in vtroque idem effectus sequi debeat, nimirum susceptionis nominis, & armorum ipsius testatoris, vt est text. expressus *in l. fin. versic. siue viuo testatore, C.de posth hered. instit.* de quo meminit Iason *in consil.48. num.10. ante fin. vers. secundò ad idem facit, & sub num. 12. vers. quartò facit lib. 2.* præsertim cùm de tempore testamenti nullus ex dictis filiis adhuc esset natus, nec de proximo nasci posset cum Maria nondum esset nubilis, itaut cesset
5 ratio cur primogenitus, † tunc natus tanquam testatori cognitus potuisset præ cæteris diligi, per text. *in l. placet, ff. de liberis, & posthum.* Castr. *consil.247. num.3. longè post medium, vers.illud autem lib.1.* Ruin. *consil. 22. num. 12. vers. & illud etiam lib.2.* Fusar. *d. quæst.318. num.87.* Magon.*d.decis.Florent.91. num.12. & seqq.* cum aliis relatis in sexta coniectura prædictæ decisionis.

Et quidem hæc duo visa sunt omninò incompatibilia, quòd scilicet pro vna parte Gaspardus adeo enixè optauit effectuationem matrimonij iam inter dictos Henricum, & Mariam contractum, & non adhuc consummatum ad hoc, vt in casu obitus siue filius primogenitus, si sit capax, siue secundus, siue tertius, siue alius in ordine succedere debeat in Legato cum onere assumendi nomen, & arma testatoris, vt supradictum est, & pro alia parte idem testator huiusmodi successionem dictis filiis tam liberaliter præstitam limitare voluerit ad solum casum natiuitatis de tempore sui obitus, cum tam euidenti periculo, quòd de dicto tempore nullus ex dictis filiis adhuc extaret ex quo matrimonium nondum erat consummatum, & consequenter tam euentualis esse voluerit assumptio illa nominis, & armorum, cum tamen totum id cõgruè adimpleri posset ex vocatione nascendorum etiam post obitum testatoris,
maximè † quia propagatio nominis, & armorum te- 6
statoris est actus non minus optabilis vno potius tempore, quam alio, ex Anchar.*cons.113. num.4.* Paris. *consil.19.num.36. lib.2.* Molin.*de primog lib.2. cap.14. num.5. & seqq.* Gratian.*forens.discept.288. num.14.*

Et quamuis pro parte D. Dianæ diceretur, quòd sicut Gaspardus de tempore dispositionis cogitabat plures se filios consequi posse, vt patet tam ex lectura testamenti, quam ex eo quòd esset vegetæ, & robustæ ætatis; ita etiam cogitaret quod de tempore sui obitus filij dicti Henrici, & Mariæ iam in lucem prodissent, & ideo mirum non est si ad hunc tantùm casum illorum vocationem limitauerit, quia obiectum nihil penitus visum est releuare, nam omisso quòd Gaspardus non curauit quòd secundo genitus, tertiogenitus, & alij quos ad successionem gradatim admisit, debuissent esse iam nati de tempore sui obitus, vt supra fuit consideratum, itaut istud fundamentum semper firmum remaneat contra D. Dianam, ac etiam omisso, quòd cum Gaspardus esset proximus sexagenario suæ ætatis anno disponendo ad fauorem plurium filiorum sibi nondum natorum, videtur potius ostendisse desiderium, quam certam spem illos consequendi, sumpto † argumento à communiter accidentibus, quod in
iure est validum, *l. certi condictio. § si nummos. ff. si* 7
cert. pet. gloss. fin. in l. neque natales. C. de probat. Decian. *consil.1. num.182. lib.2.* fuit etiam vlterius ponderatum ex illa successiua vocatione filiorum non bene inferri, quòd testator illos certè habere crediderit cum potius vrgeat vehemens præsumptio in contrarium ex quo non solùm senex, † sed qui-
libet floridæ ætatis, dum condit testamentum sem- 8
per videtur cogitare de morte, cum testamentum sit actus mortem antecedens, idque in præsenti casu clare paret ex verbis *procem. de testament.* ibi, *quia nihil certius morte, & nihil hora eius incertius, ideo deuenit ad tale testamentum*, &c. Itaut bene colligi poterit, quòd Gaspardus propter iustum mortis timorem noluit expectare quòd vel sibi, vel Henrico Mariæ filius aliquis eo viuente nasceretur, sed quòd illos vocare voluerit quandocumque nascerentur, vt † est de natura vocationis filij nascituri,
ad tex *in l.secunda.ff.de lib.& posth.* Socin.iun.*cons.172.* 9
num.28. lib.2. Surd.*cons.125. num.20. & seqq.* Manric. *de coniect. lib.8. tit.8. num. 14.* & prout quilibet † vir
prudens interrogatus respondisset, *l. quo loco. ff. de* 10
hæred.instit. l.seruum ff.de condit. & demonstr. Fusar. *de substit.d. quæst 318. num.9.* Quare vt erat contingens quòd Gaspardus eodem anno, vel tribus, vel quatuor sequentibus mori posset, ita affirmari minimè debet quòd ipse esset certus de possibilitate adimplementi suæ voluntatis ante mortem, & præcipuè quoad filios DD. Henrici, & Mariæ ex quo Maria enunciatur ætatis vndecim annorum, & de anno 1626. consummatum fuit matrimonium, & ideo attenta huius facti serie facile visa est resultare impossibilitas natiuitatis filiorum ex Maria in vita ipsius Gaspardi, itaut per necesse veniat admittenda vocatio nondum natorum, ne † aliàs dispositio red-
datur caduca ad quod euitandum quælibet interpre- 11
tatio sumi debet.

Nec obstat, quòd testator summo amore prosequutus fuerit D. Dianam, quia illius patrimonium ære alieno grauatum vltra scut. 30. millia liberauit, itaut illi prædicta bona legauerit in compensationẽ patrimonij solius vxoris industria, ac solertia aucti, sicut etiam quod ipse testator in actu mortis rogauerit

gauerit D. Dianam, vt suam patefaceret voluntatem, & an vellet, vt iam in testamento disposita
12 mutaret. Quia hæc, & similia non operantur, † vt
testamentum aliter interpretari debeat, quam con-
iecturæ vrgentissimæ suadeant, præsertim pro adim-
plenda mente ipsius testatoris, quod in vltimis vo-
13 luntatibus debet esse † præcipuus finis, Socin. *in l.*
si cognatis. num. 30. vers. infert secundo. ff. de reb. dub. Ce-
phal. *consil 96. num. 23.* Natt. *cons. 675. num. 12. & seqq.*
Peregr. *de fideicom. art. 22. num. 76.* Fusar. *d. quæst. 318.*
num. 77.

Et ex hoc remouetur, quo in fideicommissis con-
14 ditionalibus † illi tantùm censeantur vocati qui exi-
stunt de tempore purificatæ conditionis, *l. secunda. §.*
cum triplici modo. C. de caduc. tollend. Castr. *consil. 16.*
num. 5. lib. 2. cum aliis per Fusar. *d. quæst. 318. num. 55.*
15 quia regula bene procederet nisi † aliud mens te-
statoris suaderet: quo casu à regula indubitanter de-
bet recedi, vt fuit latè firmatum in hac causa 5. De-
cembris præteriti.

Nec prædictis aduersatur text. *in l. commodissimi. C.*
de lib. & posthum. vbi testator instituens posthumum
16 si ipso viuo † nascetur si intelligitur instituisse si
posthumus nascatur mortuo testatore, vel è contra
huic enim textui multipliciter per informantes pro
Dominico responsum fuit, & primò, quòd Iure
17 consultos ibi loquatur de hæredis † institutione,
quæ non admittit substitutio fideicommissaria, Dec.
in l. quamuis. num. 1. vers. secundo respondetur. C. de im-
pub. & aliis substit. Corn. *consil. 276. num. 12. lib. 3.*
Decian. *consil. 1. num. 146. lib. 1.* Menoch. *lib. 4. præ-*
sumpt. 26. num. 15. vers. respondetur tertio. Præterea, &
18 secundò responsum fuit textum † prædictum solùm
procedere quando inducitur diuersitas personarum,
non autem quando facta extensione de vno tempo-
re ad aliud manet eadem persona vocata, vt acci-
dit in casu isto in quo idem Dominicus dicitur
19 † vocatus siue fuerit natus ante, siue post mortem
testatoris, Menoch. *d. præsumpt. 26. num. 13.* Fusar.
quæst. 64. num. 18. Demum tertiò fuit responsum il-
lum text. loqui quando casus omissus est omnino
20 † dissimilis expresso quoad mentem, rationem, &
effectum à testatore consideratum, Decian. *d. cons. 1.*
num. 145. vers. respondetur. Menoch. *d. præsumpt. 26.*
num. 14. Fusar. *d. quæst. 64. num. 19.* In casu autem præ-
senti vocatio Dominici, etiam quòd sit natus post
mortem testatoris nedum apparet dissimilis respe-
ctu mentis rationis, & effectus, quod imò ex con-
iectura debet dici maximè similis vocationis de eo
factæ quatenus esset natus ante dicti testatoris obi-
tum, & sic prædictus text. *in l. commodissimè* potest re-
21 torqueri contra D. Dianam † argumento ducto à ra-
tione legis cessante, vt per Euerard. in loco à ratione
casus conuersiua *num. 1. & seqq.*

Nec releuat, quòd testator vocauerit filium, qui
tunc erit viuens de tempore sui obitus per quod ad-
22 uerbium † tunc videtur limitari vocatio ad na-
tos, non autem extendi ad nascituros iuxta *cons. Al-*
ciat. 47. num. 4. vers. non omitto etiam lib. 9. quia iam
in prima decisione fuit responsum aduerbium, tunc,
23 stare † ibi demonstratiuè, non autem restrictiuè, vt
benè explicat Menoch. *lib. 4. præsumpt. 36. num. 27.*
quod regulariter procedit nisi adsit taxatiua, quia
24 alias † aduerbium (tunc) non restringit. Menoch.
consil. 432. num. 32. Fusar. *de substit. quæst. 460. num. 11.*
& fuit dictum in Viterbien. Castrorum 23. Maij 1635.
coram Reuerendiss. D. meo Decano, & quod non stet
25 taxatiuè, † sed potius declaratiuè, quando in con-
trarium adest verisimilis mens testatoris, Menoch.
consil. 117. num. 29. Socin. iun. *consil. 145. lib. 3.* Surd.
consil. 344. num. 13. & quòd licèt stet inclusiuè ad
substitutos, qui de tempore purificatæ conditio-
nis † extabunt, non tamen semper exclusiuè ad alios 26
qui postea super nascentur, Natt. *consil. 675. num. 12.*
& 13. Magon. *d. Florent. 38. num. 39.* Petra *de fidei-*
commiss. quæst. 111. num. 590. & fuit resolutum *in Lu-*
cana successionis 1. Februarij 1630. coram R. P. D. meo
Dunozetto, quinimò non excludere † casus simi- 27
les si mens disponentis non repugnet, tradit Go-
zad. *consil. 64. in fin.* Cassad. *decis. 1. num. 3. & 7. de te-*
stament. & facit Gonzal. *regul. 8. gloss. 65. num. 3.* nec
Alciat. *d. consil. 47.* videtur facere ad punctum, quia
loquitur in casu quo testator mentem suam expres-
sè declarauerat exclusiuè quoad nascituros: nos au-
tem ex pluribus coniecturis habemus, quòd testa-
tor vocauit etiam nascituros per supradictam ne-
cessitatem † ipsius mentem adimplendi. quo casu 28
non attenditur proprietas verborum, Bald. *in l.*
cum virum. num. 19. ff. de fideicommiss. & in l. human.
num. 3. C. de impub. & aliis substit. & in l. qui duos.
num. 3. & 16. ff. de reb. dub. Mantic. *de coniect. lib. 3. tit. 5.*
num. 1. & 2.

Ex quibus, ac aliis iam deductis DD. parte vtra-
que informante tertia vice resoluerunt standum esse
in decisis, &c.

Decisiones in hac causa habes part. 7. ad decisio-
nem 134. & ibi remissiuè.

AD QVÆST. XIX.

Masculinum quando concipiat fœmininum.

R. P. D. PIROVANO.

Hortana Fideicommissi.

Die Veneris 3. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Masculinum, quando non concipiat fœmininum, & alia, &c.

SVMMARIVM.

1. *Liberorum apppellatione veniunt etiam filiæ fœminæ.*
2. *Fideicommissum relictum sub conditione, si sine filiis decesserint, expirat, si heres relictis filiis decedat.*
3. *Masculinum non concipit fœmininum, quando testator discretiuè locutus est de masculis, & postea de per se de fœminis.*
4. *Qualitas non potest stare sine subiecto.*
5. *Masculinum non concipit fœmininum, quando sequeretur aliquod absurdum.*
6. *Monachus, si pendente lite, si aliquod fideicommissum ad eum spectet, vtrùm illud etiam non agnitum transmutat ad Monasterium.*
7. *Monasterium succedit in bonis Monachi.*
8. *Inter vocatos in fideicommisso collectiuè, semper inter eos intrat reciproca substitutio ad aliorum exclusionem.*

DECISIO XXX.



Causa iterum super eisdem propo-
sita [a] Domini idem senserunt, scilicet
constare de fideicommisso ex testa-
mento Iorij de Planis ad fauorem fi-
liarum Bernardini, quæ sunt abne-
ptes eiusdem fideicomittentis, quia testator ex-
pressè voluit, quod deficiente linea masculina quan-
docunque sine liberis legitimis, & naturalibus in di-
ctum casum, & euentum succedere debeant filiæ
fœminæ, vt supra nascituræ ex filiis, & nepote hæ-
redibus institutis, quales sunt hodie filiæ Bernardi-
ni, extincta iam linea masculorum vocata.

Non obstat, quod hæc fœminarum vocatio posi-
ta fuerit sub conditione deficientis lineæ masculinæ,
quandocunque sine liberis legitimis, & naturalibus,
1 quorum liberorum appellatione, cum † fœminæ
etiam ex proprietate verborum comprehendantur,
l. liberorum ff. de verb. signif. Menoch. *cons.* 420. *num.* 16.
Peregr. *consil.* 44. *num.* 1. *lib.* 1. *& de fideicommiss. art.* 25.
num. 8. *cum alijs* per Fusar. *quæst.* 326 *per tot.* & Petrus
Paulus vltimus ex masculis decesserit relicta Anto-
nina filia dicebatur vel adhuc conditionem non esse
purificatam ex quo istæ fœminæ habebant Antoni-
nam eas excludentem, vel omnino conditionem de-
2 fecisse; quia Petrus Paulus decessit cum liberis † sci-
licet Antonina filia sequendo rationes Oldrad. *con-
sil.* 21. passim per Rotam receptas.

Quia ex contextu eiusdem testamenti colligitur
responsio. nam testator paulò suprà voluit, quod tam
filiæ ipsius natæ, & superuiuentes, quam ex filiis
suis, & nepote hæredibus vniuersaliter institutis,
vel aliquo ipsorum nascituræ quoquomodo nnn
possint succedere in eius hæreditate, in bonis, sed
dotentur. Deinde limitando eandem suam disposi-
tionem voluit, quod deficiente linea masculina
quandocunque sine liberis succedant fœminæ, vt su-
pra nascituræ, ex qua discretiua dispositione, & vo-
catione, cum apertè constet etiam filias masculo-
rum hæredum esse exclusas durante linea masculi-
na vocatorum, & per consequens Antoninam filiam
3 Petri Pauli vltimi grauati exinde † venire non po-
test sub generali comprehensione verbi collectiui,
tanquam, quod fuerit illi particulariter prouisum,
scilicet de competenti dote. Bald. *in l. multis, ff. de
stat. homin.* Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 55.
Gabr. *de verb. signif. conclus.* 6. *num.* 63. Peregr. *de fi-
commiss. art.* 25. *num.* 45. cum aliis relatis per eundem
Fusar. *quæst.* 311. *num.* 37. *&* 95. Itaque sensus erit,
quod deficiente linea masculina, idest vltimo graua-
to sine liberis masculis succedant fœminæ, vt eui-
tentur absurda; quia aliàs testator vocasset fœminas
vltimi masculi, & fœminas aliorum hæredum, illis
non existentibus, & tamen voluit in casum extin-
ctionis lineæ masculinæ, quod succedant fœminæ
nascituræ ex filiis, & nepote, in quorum numero
Antonina posita est, & ita siue extaret, siue non
4 extaret, diceretur † vocata contra regulas non en-
tis, cui qualitates applicari non possunt, *l. eius qui in
prouincia, ff. si cert. pet.* Surd. *decis.* 117. *num.* 6. *& con-
sil.* 34. *num.* 13. *&* 236. *num.* 15. & ad euitanda † ab-
5 surda semper sumitur interpretatio exclusiua fœmi-
narum. Alex. *consil.* 45. *num.* 12. *lib* 7. Ant. Gabr. *cad.
conclus.* 6. *num.* 115. Menoch. *præsumpt.* 84. *n.* 18. *lib.* 4.

Non obstat, quod adhuc his positis solæ fœminæ
filiæ Bernardini non sint vocatæ, sed insimul succes-
sio Antoninæ, vel eis qui hodie eorum personam
repræsentant sit, debita proportionabiliter, & æquis
portionibus in stirpes, & non in capita iuxta teno-
rem testamenti ex quo ipsa Antonina, est de fœmi-
nis hæredum, quæ post testamentum nata est, &
masculis extinctis, vocata cum aliis fœminis.

Quia si excipitur de sola existentia Antoninæ
cum non probetur adhuc superuiuere euanescit ex-
ceptio, si vero contendatur ex persona Monasterij,
in quo professionem emisit, & pendente lite † obiit 6
& ius quæsitum per Antoninam in instanti mortis
patris etiam non agnitum transmissum fuit. Gabr.
consil. 121. *num.* 21. *lib.* 1. succedatque † tanquam ca- 7
pax *l. Deo nobis, §. & hoc præsens. Auth. de sanctiss. Epi-
scopis*, ad Monasterium dictarum sororum vocatio-
nem quoad totam hæreditatem impedire non po-
test Antonina mortua, quicquid esset si adhuc viue-
ret. nam dato substituto, vt in præsenti vbi deficeret
linea fœminina succedat Hospitale, vel fiat vnum
Hospitale in ciuitate Hortana inter † fœmininas 8
collectiuè vocatas semper intrat reciproca substitu-
tio, Monasterium excludens. Castr. *in l. cùm ita, §. in
fideicommisso, num.* 2. *ff. de leg.* 2. Crau. *cons.* 22. *num.* 24.
Ruin. *consil.* 139. *num.* 12. *lib.* 3. Menoch. *consil.* 420.
num. 16. Barzar. *decis. Bononien.* 6. *num.* 41.

Et ita vtraque, &c.

[a] Proposita fuit hæc causa sub die 15. Decembris 1632. est decis. part. 6.



AD QVÆST. XXI.

*Hæres ob non confectionem inuenta-
rij, an amittat Trebellianicam,
legitimam, seu falcidiam. Nec-
non de alijs pœnis, & commodis
hæredis conficientis, vel non con-
ficientis inuentarium.*

ET QVÆST. LXXV.

*Hæres non conficiendo inuentarium
quas pœnas incurrat. Et è contra
illud conficiendo, quas vtilitates
consequatur.*

R. P. D. PIROVANO.

Romana separationis bonorum.

Die Veneris 24. *Ianuarij* 1631.

ARGVMENTVM.

Hæres, qui confecit inuentarium validè, &
ritè, & sufficienter reddidit rationem de
omnibus bonis inuentarij, non potest mo-
lestari, nec grauari vltra vires hæredi-
tarias, nec in bonis, nec in persona.

SVMMARIVM.

1. *Inuentarium ad hoc, vt dicatur valide confectum, quid requiratur, & num.* 2.
3. *Hæredes preseruantur à confusione bonorum pro-
prierum.*

priorum, & à quocunque damno, data inuentarij validitate.

4. *Hæredibus semper suffragatur inuentarium, vbi contigit tractari de damno eorumdem.*

5. *Hæredes cum beneficio inuentarij, si omittant reddere rationem, vel si eam sufficienter non reddant, non iuuantur inuentario.*

6. *Peritis iudicialiter electis credendum est, donec de errore non doceatur.*

7. *Hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, non sunt grauandi neque in bonis, nec in persona.*

8. *Fructus ex bonis stabilibus fructiferis præsumuntur percepti.*

9. *Hæres cum beneficio inuentarij, non facit fructus suos, quando scit adesse creditores.*

10. *Fructus constituunt duplicatam sortem in 20. annis.*

11. *Hæres cum beneficio l. & inuentarij, adeundo hæreditatem, per imaginariam solutionem præsumitur sibi ipsi satisfecisse de corporibus hæreditariis.*

12. *Et fructus facit suos ratione dominij.*

13. *Solutio ficta, per quam hæres præsumitur sibi satisfecisse habet vim iudicialis solutionis cum auctoritate Iudicis.*

14. *Creditores posteriores differunt à fideicommissariis, quò ad acquisitionem dominij per hæredes in ipsa aditione hæreditatis cum beneficio l. & inuentarij.*

15. *Hæredum creditum, si superat statum hæreditatis, non possunt hæredes in dictis bonis, nec in persona molestari.*

16. *Æs alienum semper minuit hæreditatem.*

17. *Hæredes cum beneficio l. & inuentarii, vltra vires hæreditarias grauari, aut conueniri non possunt.*

18. *Hæres, si sit creditor testatoris, potest personam creditoris repræsentare.*

19. *Obligatio personalis, per aditionem hæreditatis stante inuentario, non contrahitur vltra vires hæreditarias.*

DECISIO XXXI.



IN hac causa superationis bonorum, quæ per filios, & hæredes Valetij Scarnitij cum beneficio inuentarij contra creditores patris prosequitur; dubitatum fuit, an inuentarium, & redditio rationis contentorum in eodem inuentario eisdem suffragetur, & affirmatiuè per Dominos fuit resolutum.

Quia quoad inuentarium de validitate dubitari
1 non potest dum in illius † confectione creditores certi personaliter citati fuerunt; incerti autem per edictum, omniaque bona stabilia cum confinibus, & mobilia cum æstimatione fuerunt exactè descripta; & vlterius testes bonæ conditionis, & famæ loco creditorum absentium adhibiti leguntur, & concurrunt signum Crucis, aditio hæreditatis, Decretum Iudicis, tam in principio super admissione ad inuentarium conficiendum, quàm in fine super va-
2 liditate, & beneficio inuentarij consequendo, † quæ omnia ad sustinendam inuentarij validitatem desiderantur *in l. finali, C. de iure delib.* & ponuntur per Roland. *consil. 73. num. 4. & sequent. volum. 1.* Bald. *consil. 383. num. 9. lib. 1.* Ias. *in ead. l. finali num. 3. & 4.* Dec *consil 633.* Ægid. *decis. 279.* Rot. *decis. 508. coram bon. mem. Card. Caualerio*, data autem validitate, hæ-
3 redes † proculdubio præseruantur à confusione propriorum bonorum, & à quocunque damno; Itaut non teneantur vltra vires hæreditarias, *l. vltima, §. & si præfatam, C. de iure delib.* Ruin. *consil. 1. num. 16. & consil. 48. num. 11. lib. 1.* Gozad. *consil. 94. num. 19.* Rub. *consil. 74. num. 7.* Surd. *cons. 7. num. 31. & cons. 143. num. 40.* Menoch. *cons. 203. num. 27. & 28.* & consequenter hæredibus prædictis † sempes in- 4
uentarium suffragabitur, vbi continget de damno eorumdem tractari.

Quo verò ad redditionem rationis, si illa per hæredes beneficiatos omittatur, vel sufficienter non reddatur, verum est non posse iuuari inuentario:
† quia semper intrat præsumptio consumptionis, 5
& vsurpationis bonorum hæreditariorum, & de stylo Curiarum relaxantur mandata contra bona, & personas proprias; in casu tamen de quo agitur, visum fuit constare de sufficienti redditione rationis, quæ possit suffragari hæredibus, ne teneantur aduersus creditores de proprio vltra vires hæreditarias.

Quia æstimatis bonis stabilibus dicti Valerij in inuentario descriptis, seruatis seruandis, citatis creditoribus, vt ex processu authentico, quod datur reperta fuere valoris scut. 9513. Mobilia verò ex alia æstimatione per peritos iudicialiter electos de tempore inuentarij, fuisse valoris 998. b. 10. quæ pariter datur inserta in instrumento authentico inuentarij, & aditionis; itant patrimonium Valetij patris in totum ascendat ad scuta 10921. & non vltra.

Ex aduerso pro filiis hæredibus probantur credita propria aduersus Valerium patrem ante illius obitum contracta in summa scut. 8411. b. 16. & deinde post aditam hæreditatem ostendunt se creditores hæreditatis eiusdem Valerij pro debitis solutis in aliis scut. 7270. b. 62. quæ in totum constituunt summam scut. 15681. b. 78. de quibus in rela-
tione † Periti iudicialiter electi, cui donec de erro 6
ribus doceatur semper standum est. Bart. *in l. 3. ad fin. C. de pignor.* Paris. *consil. 96. num 32. lib. 1.* Neuizan. *cons. 94. num. 10.* Rot. *decis. 534. num. 1. & 540. num. 1. part. 1. rec.* ex quibus cum credita hæredum, & cessiones pecuniarum per ipsos solutarum pro hæreditate superent statum patrimonij Valerij, non erunt
† grauandi hæredes, neque in bonis propriis, ne- 7
que in persona, tanquam à lege, & Iudice indemnes præseruati.

Non obstat, quod instrumẽta super quibus se fundat Peritus in sua relatione, ad docendum de creditis hæredum non sint de actis: quia cum ageretur de magna impensa, tam in extractione, quàm in registri confectione; Sanctissimus mandauit per particulare Rescriptum, vt staretur indicationi arbitrio Rotæ, & dubio posito 4. Decembris præteriti, responsum fuit standum esse indicationi, & copiæ simplici, quas cum hæredes paratos se obtulerint exhibere creditoribus, cessat exceptio non productionis, & remanet fundamentum relationis.

Non obstat, quod iudicium separationis bonorum fuerit cœptum post 20. annos à die confecti in-
uentarij; † interim autem hæredes ex stabilibus fru- 8
ctiferis præsumuntur fructus percepisse: quia possederunt. Rot. *decis. 25. de praben. in nou.* Seraphin. *decis. 1145. num. 6.* ac de illis teneantur rationem reddere, cum non fecerint suos per aditionem hære-
ditatis, † stante quod de eo tempore iam erant de- 9
tecti, ex eodem inuentario creditores secundum veriorem, quam Rota ex Surdo *decis 92. num. 5.* Laderch. *consil. 8.* Franc. *decis 613.* & aliis; articulo discusso approbauit *in Firmana, seu Maceraten Dotis 18. Iunij 1629. coram me*, qui fructus † cum con- 10
stituant duplicatam sortem in 20. annis per gloss. *in Authent. perpetua in verb. iusta, C. de sacros. Eccles.*

Iaſ. *in l. ſi fundum per fideicommiſſum num. 5. ff. de le-*
gat. 1. Tiraquell.*de retract. conſang.* §. 1. *gloſ.* 6. *num.* 19.
Couarruu. *variarum lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 5. Surd. *con-*
ſil. 451. *num.* 39. *volum.* 3. dicebatur duplicata ſum-
ma ſcut. 9513. valorem hæreditaris Valerij aſcen-
dere ad ſcuta 19046. & addito ſimplici valore mo-
bilium, ſcilicet ſcut. 998. b. 10. vti rerum oon fru-
ctiferarum in totum eſſe valore ſcut. 20044. ex
qua ſumma hæredes potuerunt ſatisfieri de eorum
credito ſcut. 15681. b. 78. & creditores extranei
de eo, quod prætendunt aduerſus hæreditatem
opulentam, & hæredes propterea obligatos re-
manere.

Ad prædicta enim fuit reſponſum, quod aot cre-
ditores hæreditarij directi, & nunc agentes ſunt po-
ſteriores creditis hæredum; & tunc iſta ſortis du-
plicatio ex fructuum perceptione ſuſtineri non po-
11 teſt: quia † hæredes adeundo etiam cum beneficio
legis, & inuentarij per imaginariam ſolutionem
præſumuntur ſibi ipſis ſatisfeciſſe de corporibus
hæreditariis in extinctiooem creditorum, & fructus
12 ab eo † die ſuos feciſſe ratione dominij. Bart. *in l. ſi*
ei cui §. *primo. ff de euict.* vbi ad litteram inquit, quod
13 ficta hæc ſolutio per legem inducta † habet vim
iudicialis ſolutionis, cum auctoritate Iudicis, idem
firmat Caſtren. *in l. peculium autem, ff. de pecul.* & ſe-
quuti ſunt Menoch. *conſil.* 183. *num.* 35. *volum.* 2. Pe-
regr. *de fideicommiſſ. art.* 35. *num.* 5. Surd. *deciſ.* 92. *nu-*
mer. 2. 170. *num.* 1. 124. *num.* 7. *& conſil.* 7. *num.* 31. Mo-
ror. *conſil.* 81. *num.* 10. Magon. *deciſ. Florent.* 49. *num.* 6.
Rota *diuerſ. part.* 1. *deciſ.* 680. *num.* 1. & hoc caſu non
14 differunt poſteriores † creditores à fideicommiſſa-
riis quoad acquiſitionem dominij per hæredes in
ipſa aditione hæreditatis cum beneficio legis, &
inuentarij: quia nihil poſſunt prætendere, vt in his
terminis fuit ponderatum *in Romana de Magdalenis*
25. *Iunij* 1610. *coram D. meo Decano, & in Monopoli-*
tana bonorum 24 *Ianuarij* 1621. *coram bo. mo. Patriar-*
cha Manzanedo; atque ita ceſſante fructuum mol-
15 tiplicatione, † ſemper creditum hæredum ſuperat
ſtatum hæreditatis Valerij, nec poterunt grauati in
bonis, quæ in eorum dominium tranſierunt, neque
in perſona: quia nihil penitus hæres, qui inuenta-
rium fecit, amittere poteſt de ſua ſubſtaotia, *l. finali,*
§. *& ſi præfatam, C. de iure delib.* Surd. *plures adducens*
conſ. 7. *num.* 31. *vol.* 1.

Aut creditores ſunt anteriores ipſis hæredibus,
& tunc in præiudicium anteriorum non intrat ſolu-
tio imaginaria, pro rata crediti, in eo autem quod
excedit fictio legis, ſemper operatur eundem effe-
ctum, ad minuendam hæreditatem io æſtimatione
16 à die aditionis illius propter † æs alienum, quod
ſemper minuit æſtimationem hæreditatis, Mucius
cum gloſ. ff pro ſocio, Ruin. *conſ.* 57. *num.* 7. *vol.* 2. Peregr.
eodem art. 35. *num.* 17. *& ſeq.* vnde nunquam erit lo-
cus multiplicationi fructuum; nec per conſequens
17 vltra † vires hæreditarias poteruot conueniri, aut
grauati hæredes.

Quæſtio igitur erit Inter creditores, & hæredes
ſuper anterioritate, & potioritate creditorum reſpe-
ctiuè prætendentium, non autem inter creditores, &
hæredes, vti hæredes cum beneficio inueotarij: quia
per æſtimationem ſtabilium, & mobilium, & do-
cendo de propriis creditis aduerſus Valerium, &
eius bona hæreditaria, ſufficienter rationem con-
tentorum in inuentario reddiderunt, & ex eo poſ-
ſunt iuuari, quo verò ad aliam perſonam, quam re-
18 præſentant vti creditores, † & illam poſſe repræſen-
tare, dixerunt Roland. *in tract. de Inuent. part.* 4. *in* 10.
vtilit. in principio, Bec. *conſ.* 113. *num.* 37. Surd. *d. con-*
ſil. 7. *num.* 32. noo erunt grauandi in propriis bonis:
deficit hypotheca ex parte creditorum, neque in
perſona; quia vltra vires † hæreditatis non eſt con- 19
tracta perſonalis obligatio, per aditionem hæredi-
tatis ſtante inuentario, per eamdem *l. finalem*, §. *&*
ſi præfatam, C. de iure delib.

Et ita, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Sancti Seuerini Dotis.

Die Lunæ 5. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Contra hæredem, quando poſſit agi via exe-
cutiua, tam contra bona, quàm contra
propriam perſonam. Inuentarium quid
proſit hæredi.

SVMMARIVM.

1. *Inuentario non confecto, vel minus legitimè, poteſt agi contra bona, & perſonam hæredis, eadem via executiua, & modo, quo poterat agi contra defunctum.*
2. *Statuto, ſi caueatur, quod debitor carcerari debeat pro debito, eodem modo dicendum erit de hærede illius, quamuis nulla in Statuto fiat mentio de hæredibus.*
3. *Defuncti factum, eſt ipſius hæredis factum.*
4. *Contra hæredem non eſt agendum via executiua, niſi præuia citatione.*
5. *Hæres poſtquam adiuit hæreditatem, non poteſt ſe eximere ab obligatione contracta, ex eo, quod hæreditas non ſit notoriè ſoluendo.*
   Vel quod probauerit ad eum nihil perueniſſe, vel quia ipſe ſit creditor hypothecarius teſtatoris, pro quo actiones non confunduntur. num. 5.
6. *Sed hæc poſſunt opponi contra fideicommiſſarios, non autem contra legatarios, & creditores.*
7. *Inuentario confecto etiam poteſt agi via executiua, contra hæredem, non ſolum, quò ad bona hæreditaria, ſed etiam contra bona, & perſonam hæredis.*
8. *Quod intellige, ſi ex ſua mora, & contumacia non comparuerit, ſe defendendo, opponendoque de beneficio Inuentarij.*
9. *Hæres, ſi confecerit inuentarium, quid probare debeat, ad hoc, vt contra eum non poſſit agi via executiua.*
10. *Inuentarij beneficium præſeruat hæredem à quocumque damno.*
11. *Hæres, ſi confecerit inuentarium quò ad euitandum damnum, perinde eſt, ac ſi hæreditas non adiuiſſet.*
12. *Confeſſio probat contra confitentem.*
13. *De inuentarij ſubſiſtentia non eſt dubitandum, quando de illo conſtat, per publica documenta.*
14. *Inuentarium vſufructuarij non poteſt ſuffragari proprietario. limita num.* 15.
16. *Inuentarij præſumptio habet locum tam in reo, quàm in actore.*
17. *Hæres aduerſus exceptionem præſumptionis occultationis bonorum tueri poteſt ex inuentario, & num.* 18.

DECI

DECISIO XXXII.

FVit relaxatum mandanim contra bona hæredi-
taria Mauritij primi mariri Sulpitiæ pro interu-
suriis Dotis eidem debitis. Hodie petiiur simile
mandatum telaxari contra bona, & persona San-
tuccij dicti Mauritij hætedis, & videbatur affirma-
1 tiuè respondendum: quia non confecto † inuenta-
rio, aut minus legitimè, potest agi contra bona &
personam hæredis eadem via executiua & modo,
quo poterat agi contra ipsummet Mautinum Dotis
& interusitiorum debitorem per *l. postulante, ff. ad
Trebell.* vbi in verbis dicitur ad id, ad quod poterat
compelli defunctus, poterit compelli & illius hæ-
res; vnde Bart. per dictam legem firmat, quod si
2 † statuto caueatur, quod debitor carcerari debeat
pro debito, eodem modo dicendum erit de hærede
illius; quamuis in statuto nulla fiat mentio de hæ-
rede, Bartolum sequuti sunt Bald. Angel. Salic. &
Alexand. *in d. l.* & idem Alexand. *consil.* 18. *num.* 15.
lib. 5. idem dicens de quacumque obligatione defun-
cti, subdens non esse extensionem, sed comprehen-
3 sionem; quia † factum defuncti est factum ipsius
hæredis, vt *in Auth. de iureiur. à morien. præstito,* idem
firmant Decian. *consil.* 262. *num.* 2. *in fine, & num.* 7.
Roland. *consil.* 20. *num.* 3. *volum.* 1. Boër. *decis.* 10. *in
princip.* Phanut. *de inuentar. in* 5. *part. num.* 129. id so-
4 lùm aduertens contra hæredem, non † esse via exe-
cutioa agendum, nisi præuia citatione, quamuis
contra debitorem posset exequi eo non citato, nec
poterit huiusmodi hæres eximere se ab obligatione
5 contracta per aditionem hæreditatis, ex eo, † quod
notoriè hæreditas non sit soluendo, vel quod pro-
bauerit ad eum nihil peruenisse de corporibus hære-
ditariis, vel quod ipsemet sit creditor hypothecarius
testatoris, pro quo actiones non confundantur, *l. ex
sextante, §. Latinus, ff. de except. rei iudic.* Roland.
consil. 65. *num.* 15. *volum.* 2. Surd. *consil.* 7. *num.* 19. *&
seq.* Negus. *de pignor. membr.* 1. *part.* 5. *num.* 49. quia
6 prædicta † omnia possunt quidem opponi contra fi-
deicommissarios, non autem contra creditores &
legatarios, inter quos est ipsa Sulpitia. Castr. *in l. ita
tamen, §. ex Trebelliano, num.* 2. *ff. ad Trebell.* Cuman.
consil. 37. Ripa *consil.* 122. *num.* 7. Surd. *consil.* 7. *num.* 25.
lib. 1. Rota *decis.* 421. *in addit. num.* 15. *coram Papa
Gregor XV.*

7 Similiter confecto etiam inuentario † potest agi
via executiua contra hæredem, nedum quoad bona
hæreditaria, quia in hac parte non mutatur obliga-
tio debitoris ex mutatione personæ hæredis, cum
semper sit eadem cum defuncto; sed etiam quoad
8 bona, & personam hæredis, si tamen † ex mora sua,
& contumacia citatus non comparuerit se defen-
dendo, & opponendo de beneficio inuentarij, &
probando quod bona non erant soluendo per reddi-
tionem rationis eorum, quæ in inuentario descripta
reperiuntur, quibus non probatis proceditur con-
9 tra hæredem, grauando † personam, & bona eadem
via executiua, sequendo Bald. qui huius praxis fuit
magister *in l. finali, §. in computatione, num.* 3. *C. de
iure delib.* quem sequuti sunt Alexand. *in d. l. postu-
lante, num.* 7. *ff. ad Trebell. & consil.* 18. *num.* 14. *vol.* 5.
Bero. *quæst.* 57. *num.* 4. Vasquez *de success. & creat. lib.* 1.
§. 6. *num.* 45. Phanut. *de inuentar. in* 5. *part. num.* 130.
inter tractat. tom. 8. *part.* 2. ex quorum dictis facilè de-
sumpta est praxis tribunalis A. C. posita per Tibe-
rium Salustium in suo tractatu *lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 17.
quæ extinde sæpiùs in hoc sacro Auditorio fuit ad-
missa, vt *in Casinaten bonorum* 13. *Iunij* 1608. *coram
D. Card. Pamphilio, in Romana de pratis* 6. *Iunij &* 12.
Nouembr. 1629. *coram D. meo Verospio, in Romana
Legatorum Hebræorum* 20. *Decembris* 1630. *coram D.
meo Dunozetto, & in Firmana Census* 14. *Febr.* 1631.
coram eodem D. meo Verospio.

Cæterùm prædictis non obstantibus contrarium
fuit conclusum: quia Santuccius non est hæres sim-
pliciter, nec fuit morosus, aut contumax; dum ci-
tatus comparuit se defendendo, & opponendo de
beneficio inuentarij, ac probando, quod bona in-
uentariata non sufficiebant pro soluendo ære alie-
no; vnde grauari non debet in bonis propriis, ne-
que in persona: quia beneficium † inuentarij præ- 10
seruat à quocumque damno, *l. finali, §. etsi præfatam,
C. de iure delib.* vbi dicitur qood nihil penitus, qui
inuentarium fecit, amittere potest de sua substan-
tia. Alexand. & Imol. *in l. postulante, ff. ad Trebell.*
Roland. *de inuent. in* 4. *part. §.* 1. dicens quoad dam-
num † euitandum haberi hæredem, ac si hæredita- 11
tem non adiuisset. Bero. *quæst.* 57. *num.* 1. & Surd.
plenissimè comprobans *consil.* 7. *num.* 31. *volum.* 1. *&
decis.* 30. *num.* 14.

De inuentario autem sufficienter visum fuit con-
stare ex confessione eiusdem Sulpitiæ in rescripto
commissionis emanatæ, in qua fatetur, quod inuen-
tarium confecit omnium, & singulorum bonorum
dictæ hæreditatis, vna cum Santuccio hærede substi-
tuto in proprietate post obitum eiusdem, vel ipsa
transeunte ad secunda vota, † prout transiuit, quæ 12
solet probare contra confitentem, *l. cum precum, C.
de liberal. caus. l. cum precibus, C. de probat.* Afflict.
decis. 25. *num.* 5. Capic. *decis.* 71. *num.* 1. Surd. *cons.* 61.
num. 32. *& seq. volum.* 1. & vlteriùs de eodem inuen-
tario constat † ex publico documento, quod datur, 13
itaut de illius subsistentia non sit dubitandum, nec
per consequens Sulpitia possit reuocare confessio-
nem Procuratoris, quasi emanauerit de re, quæ non
sit in potestate confitentis, ex quo vsa est commis-
sione; vlteriùs procedendo in causa coram bon. me.
Francisco Vbaldo.

Non obstat, quod † inuentarium vsufructuariæ 14
non possit suffragari proprietario. Bart. *in l. ratione,
la prima, §. quod vulgo, num.* 6. *ff. ad l. falcid.* Phanut. *de
inuentar. part.* 2. *quæst.* 9. *num.* 47.

Quia etsi in præiudicium creditorum fortè non
sustinebitur, in sui tamen Sulpitiæ damnum † ne- 15
gatiuam non existentiæ aliorum bonorum probabit
per gloss. *in l. cum de lego. de probat. l. scimus, §. licen-
tia, C. de iure delib. l. finali, C. arbitr. tutel.* Bald. *con-
sil.* 4. *in fine, volum.* 2. Decian. *consil.* 209. *num.* 1. *& seq.*
Natta *consil.* 162. *num.* 19. Aleiat. *præsumpt.* 20. *reg.* 3.
& similiter contra Santuccium extare descripta bo-
na, probabitur ex dicto inuentario, cui ipse con-
sensit, † ex quo hæc regula locum habeat tam in 16
reo, quàm in actore. Natt. *consil.* 199. *num.* 9. Buratt.
consil. 304. *num.* 2. *lib.* 3. cum aliis per Mascard. alle-
gatis *de prob. conclus.* 939. *num.* 4. vnde qua ratione
Sulpitia per confectionem inuentarij, dum fuit im-
missa tempore restitutionis hæreditatis tueri potest
ab exceptione occultationis bonorum, vt dicit
idem Alciat. *dict. præsumpt.* 20. nec tenetur proba-
re alia non fuisse in hæreditate; ita & Santuccius
poterit se tueri ex communi inuentario † aduersus 17
similem exceptionem præsumptionis occultatio-
nis bonorum; vt non teneatur probare non extare
alia bona.

Demum de redditione rationis etiam dubitari
non potest; quia de mobilibus non est agendum,
nec de animalibus, & aliis, quæ sub nomine mobi-

 lium,

lium venire possunt: quia continentur in legato facto Sulpitiæ per primum eius maritum, stabilia verò descripta pro certis fundis fuerunt legata similiter eidem Sulpitiæ; cætera verò bona fuerunt iudicialiter subhastata ipsa instante pro soluenda sibi dote Florenorum 5000. & vltra, & si quid superest ad vlteriora in executione bonorum hæreditariorum erit procedendum, non autem contra bo-
18 na, & personam Santuccij, contra † quem de occultatione quidquam opponi potest, donec aliud per Sulpitiam fuerit probatum.

Et ita fuit resolutum, &c.

R.P.D.COCCINO DECANO.

Romana bonorum.

Die Veneris 19. Decembris 1631.

ARGVMENTVM.

Hæres, quando dicatur tantum institutus in vsufructu, & nonnulla circa hanc materiam. Creditor, quis dicatur.

SVMMARIVM.

1. *Heredes, qui ostendunt testamentum non abolitum, nec cancellatum, competit remedium l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend.*
2. *Fideicommissario competit remedium l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend.*
3. *Vocatus in substitutione fideicommissaria, succedit testatori, non autem vltimo grauato.*
4. *Dominium rerum subiectarum fideicommisso, ipso iure fideicommissarijs acquiritur.*
5. *Trebellianica non detrahitur, quando pia causa fuit substituta.*
6. *Heres, quando dicatur institutus tantum in vsufructu.*
7. *Institutus, quando aliquis est in bonis ad vtendum & fruendum, quid importet ista institutio.*
8. *Heres proprietarius quis dicitur ex eo, quod testator concessit facultatem alienandi stabilia.*
9. *Testator, si non concedat absolutam facultatem alienandi, sed limitatam hoc non inducit coniecturam institutionis in proprietate.*
10. *Heres an dicatur proprietarius, si testator illum liberauerit ab omni fideiussione, & confectione inuentarij.*
11. *Heres, licet sit liberatus à præstatione fideiussionis, & à confectione inuentarij, non tamen ex hoc dicitur institutus in proprietate.*
12. *Heredi si sit facta remissio confectionis inuentarij, & liberatio præstationis fideiussoris de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, non sustinetur, quia daretur occasio delinquendi.*
13. *Sine filijs præsumitur, quis decessisse, & contrarium asserenti incumbit onus probandi.*
14. *Fideicommissario datur immissio in bonis testatoris, probata eorum identitate.*
15. *Stabilium bonorum appellatione veniunt etiam loca montium.*
16. *Iura, & actiones non veniunt appellatione bonorum mobilium, & immobilium.*
17. *Creditor is dicitur, cui aliquid debetur ex quacunque actione.*
18. *Creditores non solum illi dicuntur, qui pecuniam crediderunt, sed omnes illi, quibus ex quacunque causa aliquid debetur.*
19. *Creditoris loco accipitur is, cui ex contractu, vel ex delicto, vel ex populari causa aliquid debetur ante litem contestatam.*
20. *Testator non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*
21. *Ius accrescendi non procedit, quando plures heredes non sunt instituti.*
22. *Soror de iure communi succedit fratri ab intestato mortuo vna cum fratribus.*
23. *Frater, si sit paratus dotare sororem, ipsa excluditur ab hereditate fratris secundum Stat. Vrb. lib. 1. cap. 145.*
24. *Testator expressè potest disponere, de rebus heredis.*
25. *Heres vsufructuarius tenetur conficere inuentarium.*
26. *Heres cum beneficio l. & inuentarij tenetur ratum habere ratum defuncti, quantum vires hereditariæ suppetunt.*

DECISIO XXXII.

Dvbium origioale in hac causa, an scilicet PP. Carmelitis Discalceatis S. Mariæ de Scala danda sit immissio, fuit affirmatiuè resolutum 4. Iulij superioris anni, quæ sententia hodie etiam placuit Dominis; nam aut dicti Patres sunt hæredes, † prout 1
censuit Rota in alia decisione, & vtique ex remedio *l. fin. C. de edict. D. Andrian. tollend.* illis competit immissio, cùm exhibeant testamentum non abolitum, nec cancellatum; aut etiam sunt fideicommissarij. & idem pariter † remedium eis com- 2
petit contra hæredem Cleriæ, cùm in hoc casu Cleria esset grauata, testituere dictis Patribus, gloss. *in l. penult. §. cum autem*, vbi Bart. & alij, *C. ad Trebell.* Gabt. *consil. 44. num. 6. lib. 2.* & pluries dixit Rota, vt in decisionibus allegatis *in causa Esina fideicommissi 29. Maij 1604. coram me*; qoando enim agitur † de substitutione fideicommissaria, vocatus succe- 3
dit testatori, non autem vltimo defuncto graoato, *l. coheredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupill. l. vnum ex familia, §. 1. ff. de leg. 2.* Bart. *in l. 1. num. 5. C. de pact.* latè Menoch. *consil. 317. num. 5.* qoi restatur de communi, quia dominium † rerum subiectarum fidei- 4
commisso, ipso iure fideicommissarijs acquiritur, cùm ipsi cognoscant fideicommissum, vt super eo voluntatem declarauerint, prout Patres fecerunt in casu isto, *l. legatum 82. ff. de legat. 1.* Mantic. *de coniectur. lib. 7. tit. 10. num. 23.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 2. num. 63. & seq.* Nec potest opponi de detractione Trebellianicæ, cùm de tempore obitus Cletiæ dicti Patres, & † sic pia causa esset successura. 5
Rom. *consil. 206. num. 7. & fuit dictum in eadem causa Esina fideicommissi 3. Decembris 1604. & 17. Februarij 1606. coram me.*

Et verè quod Cleria fuerit instituta hæres in vsufructu, Patres verò instituti vniuersales in proprietate; de Cleria patet ex verbis ipsius testamenti, ibi: *In tutti detti beni stabili, mobili, e censi, e luoghi de monti, attioni, e ragioni, crediti d'esso Testatore, e di qualsiuoglia altra cosa di esso Testatore lascia herede vsufruttuaria Cleria Cesarea*, ex quibus resultat sensum dictæ dispositionis esse: *Lascia herede vsufruttuaria in tutti detti beni stabili*, &c. ac propterea cùm in verbis dispositiuis sit institutio in vsufructu, ibi: *Lascia herede vsufruttuaria*, illa verba † denotant fuisse Cle- 6
riam institutam hæredem in solo vsufructu, licèt

secus

secus esset, si fuisset instituta hæres in bonis, & sic bona essent in dispositione, & vsusfructus in exe-
7 quutione, vt si testator dixisset, † instituo hæredem in bonis ad vtendum, fruendum, &c. Apostill. ad Alexand. *in consil.* 23. *num.* 5. *lib.* 2. *vers. ad vsum.* Fulgos. *in l. fin. in princip. ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consumuntur*, & prædicta confirmantur, quia in qualibet parte testamenti, Cleria appellatur hæres vsufructuaria, & testator declarat, quod vsusfructus non intelligatur restrictus ad alimenta, sigoom indubitatum, quod noluit dictam Cleriam instituere hæredem in proprietate, cùm aliàs fuissent superflua illa verba, quod vsusfructus non censeatur restrictus ad alimenta.

Non obstat, quod Cleria videatur hæres pro-
8 prietaria † ex eo, quod testator concessit illi facultatem alienandi stabilia, ex allegatis per Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 9. *tit.* 5. *num.* 14. nam huic obiecto fuit responsum ponderando verba testamenti, in quo testator sic disposuit; *Che niuno possa pretendere, che l'vsufrutto s'intenda, quoad alimenta, ma che debbia fino alla morte pacificamente godere, & vsufruttuare tutti li sodetti beni mobili, & immobili, senza però vendere li stabili, se non fosse vna necessita grandissima da dichiararsi da due Giudici della Corte Romana Ciuili, nel qual caso vuole possi vendere, e spreçare quanto ci è.* Ex ista enim serie verborum clarè patet, quod, vt dictum est, institutio non restringitur ad alimenta, sed ad integrum vsumfructum; & quamois subdatur, *senza però vendere li stabili*, hoc tamen fuit ductum ad distinctionem mobilium, quæ voluit posse consumi, & probibitio alienationis stabilium non voluit babere locum, nisi in casum necessitatis declarandæ per duos iudices; & sic testa-
9 tor † non concessit absolutam facultatem alienandi, sed limitatam ad dictum casum declarañ per duos iudices, & ideo, cùm oon sit facultas absoluta, sed limitata, non inducit coniecturam institutionis in proprietate, vt optimè declarat Corn. *in consil.* 173. *num.* 1. & 5. *volum.* 3. & *in consil.* 64. *num.* 3. *volum.* 4. quem refert, sequitur & benè declarat Card. Mantic. *d. lib.* 9. *tit.* 5. *num.* 14. *vers. sed Corneus.*

10 Neque ex eo Cleria potest † dici hæres proprietaria, quod testator illam liberauerit ab omni fideiussione, & confectione inuentarij, ea demum ratione, quod si non fuisset hæres in proprietate instituta, non potuisset à prædictis liberari, vt est communis sententia DD. vt dicit Alexand. *in cons.* 58. *num.* 10. *lib.* 3. vbi apostilla dat concordantes; nam per Dominos fuit responsum non valere consequentiam,
11 est liberatus à præstatione cautionis, † & confectione inuentarij, ergo est scriptus hæres proprietarius, sed valere consequentiam, est scriptus hæres in vsufructu, ergo liberatio à præstatioae fideiussionis, & confectione inuentarij non tenet, prout in casu isto,
12 quia remissio inuentarij, † & liberatio præstationis fideiussoris de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri non sustinetur, quia datetur occasio delinquendi. Barr. & Iaf. *in l. nemo potest, ff. de legat.* 1. & in terminis est text. *in l.* 1. & *ibi* gloss. Barr. Bald. & cæteri Doctor. *C. de vsufruct.* Bartol. *in l. vxori vsufructum, ff. de vsufruct. legat.* vbi Alexand. *in apostilla*, hinc ipsa Cleria agnoscendo veritatem fecit inuentarium, prout etiam dicti Patres psoprietarij fecerunt.

Quod verò dicti Pattes fuerint hæredes proprietarij, satis patet, cùm claris verbis testator post obitum Cleriæ reliquerit hæredes vniuersales in omnibus suis bonis stabilibus, creditis, & debitis filios legitimos & naturales si extarent, siu minus filios legitimatos pariter si extarent, eisi prædicti non extarent, vel morerentur sine filiis, Patres de Scala, quare cùm nunquam probetur extitisse filios legitimos, & naturales, aut legitimatos, † qui dicit ex- 13
titisse, tenetur hoc probare. Put. *decis.* 43. *lib.* 1. *in correctis*, latè Fusar. *de substitut. quæst.* 416. *num.* 3. & cùm non probetur extitisse, intrar vocatio dictorum Partum de Scala, qui ideo sunt hæredes proprietarij, etiam quod sint vocati post obitum Cleriæ, quia illa verba censentur prolata, vt liberè Cleria vtatur vsufructu, vt latè fuit ostensum in alia decisione, & articulo iuris plenissimè, & doctissimè discusso resolutum fuit in causa *Camerinen hæreditatis* 11. *Februarij superioris anni coram R. P. D. meo Merlino.*

In quibus autem bonis danda sit immissio, Rota censuit dandam esse immissionem in vineis, domibus ad Peregrinum, & locis Montium, † cùm con- 14
stet de illorum identitate, & prædicta fuisse in bonis testatoris ex deductis in alia decisione, nec suffragantur ea, quæ deducuntur in contrarium, videlicet loca Montium non comprehendi, cùm Pattes Discalceati de Scala fuerint vniuersales hæredes instituti in omnibus stabilibus, creditis, & debitis, non autem in locis montium, mobilibus, iuribus, & actionibus, quia fuit responsum, quod appellatione bonorum stabilium † veniunt etiam loca montium, 15
cum ex illis verbis continentur redditus, liuellus, & census, quæ proueniunt à bonis stabilibus, non autem credita, & ideo testator mentionem habuit de creditis. Simon de Prætis *de interpret. vlt. volunt. dubit.* 47. *num.* 49. *lib.* 4. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 6. *num.* 5. & *seqq.* & *fuit dictum in causa Veneta pretij bonorum* 13. *Nouembris* 1601. *coram bon. mem. Card. Pamphilio*, & nil mirum, si nihil fuit dictum de mobilibus, quia, vt supra relatum est, Cleria poterat illa consumere, & de dictis mobilibus, & remanentibus de tempore obitus Cleriæ testator disposuit per hæc verba, ibi. *Item iure legati lascia all'Hospedale di S. Spirito in Sassia tutto il mobile, vino, e quanto si trouara in Casa dopò la morte di detta Cleria vsufruttuaria liberè*, &c. & quamuis nihil dictum fuerit expressè de iuribus, & † actionibus, quæ non 16
veniunt sub appellatione bonorum mobilium, & immobilium, vt per Bertaz. *de claus. claus.* 17 *gloss.* 6. *num.* 2. possunt tamen venire appellatione creditorum, in quibus expressè fuerunt instituti Patres; creditor namque dicitur is, cui quidquid debetur ex quacunque actione, vel prosecutione, † vel iure 17
ciuili sine vlla exceptionis propositæ remotione vel ordinario, vel extraordinario, siue purè, siue in diem, siue sub conditione; siue ex mutuo, siue ex quolibet alio contractu, quod debeatur, non tamen si natura tantùm debetur, *l. creditores, ff. de verb. signif.* & non tantum creditores dicuntur, qui pecuniam crediderunt, † sed omnes illi, quibus ex qualibet 18
causa debetur, *l. creditor, ff. eod. tit.* sed & creditoris loco accipitur is, cui ex contractu, vel ex delicto, vel ex populari causa ante litem † contestatam ali- 19
quid debetur, *l. si cui, ff. eod. tit.* & cessat omnis difficultas, quia quatenus adessens iura, & actiones in hæreditate, & de eis non disposuisset testator; nihilominus etiam in dictis iuribus Pattes censerentur instituti, ne dicatur testatorem † pro parte de- 20
cessisse testatum, & pro parte intestatum. Bald. *consil.* 140. *vers. in contrarium, lib.* 1. quia non attenditur res certa, sed signum vniuersale. Bald. *consil.* 186. *num.* 4. *vers. modò sequitur, lib.* 1 & *consil.* 110. *lib.* 5. & communem sententiam dicit Angel. *in consil.* 318.
vbi

vbi quod communiter tenent Doctor. habere locum ex iure accrescendi, sed quod non est verum, quia haber locum ex iure conuersionis, quia ius
21 accrescendi † non procedit, quando non sunt plures instituti. Fulgos. *cons.69. in princ.*& quarenus sine veri præiudicio Patres non essent hæredes vniuersales, sed substituti, sufficit ad effectum immissionis, quod sint substituti in re certa, vt supra dictum est.

Neque obstat, quod Gherardus, & Ioannes Baptista Fratres viuerent in communione, & cum
22 Ioannes Baptista obierit ab intestato, † portio Ioannis Baptistæ pro medietate spectabat ad Cleriam, *l. maximum vitium, C. de liber. praterit.* Quia Cleriæ obstat statutum Vrbis de successionibus ab intestato *lib.1.cap.145.* ibi enim disponitur inter alia,
23 quod quando † frater est paratus dotare sororem, ipsa excluditur ab hæreditate fratris, in hoc autem casu, quatenus Cleria vellet nubere, Gerardus ei reliquit scuta 1500. & sat est, quòd obseruantia subsecuta docuit ipsam elegisse cælibem vitam, & fuisse contentam dicto vsufructu.

Minus etiam obstat, quod sancta mater instituit hæredes dictos Gherardum, Ioannem Baptistam, & Cleriam, cui quidem sanctæ assignatæ fuerant pro dote domus in via Peregrini, & alia domus contigua, & Gherardus, & Ioannes Baptista post obitum sanctæ petierunt poni ad suum creditum, necnon, & dictæ Cleriæ sororis loca vndecim Montium. Nam huic fundamento fuit responsum, quod Gherardus disposuit exprefsè de dictis bonis spectantibus ad sanctam matrem, necnon de bonis spectantibus ad dictum Ioanoem Baptistam, relinquendo vsumfructum Cleriæ cum hoc, quod nihil aliud posset prætendere in hæreditate ipsius testatoris, Ioannis Baptistæ fratris, & sanctæ matris. Clarum
24 est enim in iure, † quod testator exprefsè disponere potest de re hæredis, *l. vnum ex familia, §. si rem, ff. de leg.2.* Cyn. Bald. & alij *in l. assiduis, C. qui pot. in pign. hab.* Iacob. de Nigris *in l.1.num.137.ff. de leg.1.* Surd. *decis.30. num. 20. cum alijs*, per Peregrin. *de fideicommiss.art.6. num.10. iuncto num.16.* vbi declarat, quare cùm dicta Cleria acceptauerit dictum vsumfructum, sibi præiudicauit, & quamuis confecerit inuentarium, aut fuit factum ex eo, quod hæres
25 † vsufructuarius tenetur illud facere, non autem ex eo quod voluerit adire cum beneficio leg. & inuentarij, & hoc casu censetur dispositionem Gherardi accepasse, & approbasse. Ruin. *in l.1. num.89. ff. de leg.1.* Alexand. *consil.173.num.4. lib.2.* & fuit dictum *in causa Viterbien Castrorum 12. Iunij 1623. coram me.* Aut verò inuentarium fecit, vt adiret cum beneficio legis, & inuentarij, & hoc etiam casu certum
26 est, † quod tenetur habere ratum factum defuncti, quatenus reperitur in inuentario. Bart. *l. cum vir, sub num. 14. vers. sed si fecit inuentarium, ff. de vsucap.* Decian. *in l. ex qua persona, num. 2. vers. & quod dictum est, ff. de reg. iur.* Aymon *consil.125.num.12.* san. mem. Greg. *decis.67. in fin.*

Neque potest retardari immissio eo prætextu, quod Cleria soluerit scuta 300. pro Gherardo; quia quicquid dicendum sit, an solutio illius debiti spectaret ad vsufructuariam, vel ad proprietarios, cùm Marcus hæres Cleriæ possederit bona per tantum tempus, itaut perceperit longè vltra dictam summam, cùm teneatur ad restitutionem fructuum poterit fieri compensatio, & interim non est retardanda immissio.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

a Est decisio 67. supra hac eadem parte.

R. P. D. PIROVANO.

Sancti Seuerini Dotis.

Die Veneris 14. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, quando fructus, quos ex corporibus hæreditariis percepit, non faciat suos, & quando è contra, itavt non teneatur reddere rationem, creditoribus hæreditariis, de eis.

SVMMARIVM.

1. *Hæres, quando confecit inuentarium, in proprio grauari non potest, tanquam præseruatus à lege à quocunque damno, etiam minimo.*
2. *Hæres, cum beneficio l. & inuentarij adita hæreditate, fructus, quos percepit ex ea, non facit suos, sed cedere debent ad commodum creditorum.*
3. *Hoc tamen non intellige, quando creditores detecti non sunt, nec vrgent instanter, aut interpellant hæredem, nec hæres ex dictis fructibus locupletior factus est.*
   Tunc enim fructus medio tempore percepti, acquiruntur hæredi, num.3.
4. *Hæres post aditam hæreditatem facit fructus suos ex titulo pro hærede, & vti de re sua perceptos.*
5. *Nec subiacet imputationi pro vero debito hæreditario.*
6. *In obligatione generali testatoris non veniunt bona hæredis.*
   Fructus ex re hæreditaria percepti non dicuntur hæreditatis, ibid.
7. *Fructus ab hærede percepti ante motam litem, eidem acquiruntur concurrente titulo pro hærede, & bona fide possidendo, ignorando creditores hæreditarios extare.*
8. *Quo casu semper hæres facit fructus suos, tum ex bona fide, tum ex eo, quod saltem absit mala, & num.9.*
10. *Hæres contra debitum detectum acquirere non potest fructus hæreditatis.*
11. *Hæres, de fructibus perceptis ab hæreditate, ante interpellationem creditorum non tenetur.*
12. *Mulier post annum potest repetere dotem, & qui potest petere dotem, non agit ad vsuram.*
13. *Hæres de fructibus perceptis post interpellationem, tenetur reddere rationem.*

DECISIO XXXIII.

IAm fuit resolutum in hac causa sub die 5. Maij 1631.[a] mandatum non esse relaxandum contra bona propria Santucci; nec minus contra personam pro prætensis creditis dotalibus Sulpitiæ, ad quæ tenebatur Mautitius eius maritus, & nunc Santuccius illius hæres; quia hæreditatem dicti Mauritij adiuit cum beneficio legis, & inuentarium confecit; citatus de inuentario opposuit, & de inuentariatis rationem reddidit, † quibus stantibus in proprio grauari non potest, tanquam à lege præseruatus à quocunque damno, etiam minimo, *l. finali, §. & si præfatam, C. de iure delib.* Alex. Imola *in l. penultima, ff. ad Trebell.* cum aliis in decisione allegatis. 1

Verùm,

Verùm, quia ex parte Sulpitiæ adhuc prætende-
batur Santuccium possedisse per multos annos bo-
na hæreditaria, & fructus percepisse, nec de eisdem
redditam fuisse rationem. Causa iterum proposita
Domini responderunt Santuccium teneri reddere
rationem fructuum hæreditatis à die interpellatio-
nis, pro solutione fructuum dotis.

a Nam quamuis hæres eum † beneficio legis, &
inuentarij adita hæreditate, fructus, quos percipit
ex corporibus hæreditariis non faciat suos; sed ce-
dere debeant commodo omnium creditorum, se-
cundùm veriorem, quam probarunt Guidop. *de
inuent. tom.* 8. *part.* 2. *num.* 17. Montic. *eod. tract. & tom.
cap.* 6. *num.* 10. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 49. *num.* 77.
& consil. 42. *num* 27. *lib.* 1. Riminald. senior *cons.* 396.
Surd. *decis.* 92. *num.* 5. Ruin. *consil.* 176. *num.* 17. *lib.* 1.
Grass. *de inuentar. quæst.* 11. *num.* 3. Caball. *consil.* 144.
per tot. lib. 2. Laderch. *consil.* 8. *num.* 1. Cyriac. Niger
cautel. 294. *num.* 17. Franc. *decis.* 613. *num.* 19. Manent.
decis. 34. *num.* 6. Rota *decis.* 279. *&* 280. *impressis post
tractat. de censib.* & nouissimè eamdem opinionem
Rota sequuta est *in Firmana, seu Maceraten. dotis* 18.
Iunij 1629. *coram me*, in qua declarata fuit alia deci-
sio in eadem causa 17. Maij 1620. vbi hæsitabatur de
hac opinione.

3 Attamen vsquequo creditores † detecti non sunt,
nec vrgent, instant, aut interpellant hæredem, nec
locupletior idem hæres ex fructibus perceptis fa-
ctus est; fructus medio tempore percepti acquirun-
tur hæredi; nam verè concurrunt omnia fundamen-
ta in dicta decisione 27. Martij pro contraria opi-
4 nione ponderata; videlicet quia hæres † post aditam
hæreditatem facit fructus suos ex titulo pro hære-
de, & vti de re propria perceptos, *l. in fideicommissa-
riam, in principio, l. mulier, §. si hæres, l. postulante,
§. sed in huiusmodi, l. deducta, §. qui post, ff. ad Tre-
bellian.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 49. *num.* 10. nec
5 subiacet † imputationi pro vero debito hæreditario
secundùm veriorem, de qua per Menoch. *consil.* 183.
num. 50. *&* 292. *num.* 21. Surd. *consil.* 291. *num.* 11.
Rota *decis.* 680. *num.* 2. *part.* 1. *diuers.* & sequitur idem
6 Surd. *decis.* 92. *num* 6. Secundò, quia † in generali
obligatione testatoris non veniunt bona hæredis,
& fructus ex re hæreditaria percepti, non dicuntur
hæreditatis, *l. quodhis verbis, in principio. ff. de leg.* 2.
Surd. *consil.* 128. *num.* 17. *& d. decis.* 92. *num.* 6. dicens
ita in illo Senatu fuisse determinatum, ac demum
7 quia fructus † ab hærede percepti ante litem mo-
tam, eidem acquiruntur concurrere titulo pro hæ-
rede, & bona fide possidendo, ignorando credito-
res hæreditarios extare; dum adhuc non compa-
ruerunt, non interpellarunt; quo casu semper hæ-
8 res facit fructus suos, tam † ex bona fide, quàm ex
eo, quod saltem absit mala. Alciat. *præsumpt.* 5. *num.* 5.
regula 3. latissimè Ofasc. *decis.* 160. *num.* 6. Bec. *con-
sil.* 95. *num.* 15. Couar. *variar. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 8. Surd.
consil. 115. *num.* 6. 340. *num.* 11. *&* 12. *decis.* 281. *num.* 5.
& cum hac distinctione transit Escobar. *de Ratiocin.
relatis opinionibus cap.* 9. *num* 83. propter titulum, &
9 bonam fidem, quæ sola † sufficit ad acquisitionem
fructuum, & hoc ipsum senserunt Domini in alle-
gata *Firmana Maceraten dotis* 18. *Iunij* 1629 quam-
uis tunc quoad hanc partem nihil voluerint deter-
minare suspendendo iudicium, quando casus eue-
nisset, quod hæres bona fide fructus percepisset, &
consumpsisset, aut aliàs non esset factus locuple-
tior, & creditores diu distulissent instare contra
hæredem.

Non obstat, quod Santuccius, vti hæres Mauritij
ex testamento ignorare non potuerit, debitum hæ-
reditarium dotis restituendæ Sulpitiæ vxoris testa-
toris, dum in testamento de ea facta fuit mentio,
& etiam in inuentario pro debito hæreditario fuit
descripta dos; itaut tanquam contra debitum † de- 10
tectum, acquisitio fructuum sustineri non possit, se-
cundùm terminos contrariæ opinionis.

Quia si ageretur de acquirendis fructibus, ex cor-
poribus hæreditariis perceptis ante dotem solutam;
itaut ad illius satisfactionem non sufficerent stabi-
lia; sed necesse esset de fructibus decursis, & per-
ceptis post aditam hæreditatem supplere pro extin-
ctione debiti, benè procederet obiectum; verùm
quia Sulpitia reperitur priùs de dote sua satisfacta
per alienationem bonorum hæreditariorum, & de-
inde fuit actum pro interusuriis dotis; si † de fru- 11
ctibus perceptis ante interpellationem agitur, San-
tuccius non tenetur: quia ante non est debitor; nec
ipsa creditrix, dum non promisit dotem, neque est
in mora restituendi. Plotus *de in litem iuran.* §. 11.
num. 14. Didac. *variar. resol. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. Lup.
de vsur. comment. 1. §. 4. *num.* 90. Surd. *de aliment. tit.* 1.
quæst. 45. *num.* 2. latissimè comprobans, & dicens
† mulierem post annum posse petere dotem, & qui 12
potest petere dotem non agit ad vsuras, & idem fuit
firmatum *in Romana fructuum dotis coram D. meo De-
cano* 12. *Maij* 1625. si verò contendatur de fructi-
bus † perceptis post interpellationem, tenetur San- 13
tuccius rationem reddere, & videndum erit, pro
quibus bonis, pro quo tempore, & ad quam sum-
mam ascendant.

Et quæ dicuntur, quod Santuccius hæres vendi-
derit quædam stabilia Lucio Noe, & Valerio Can-
celloto; responderur fuisse de pretio redditam ra-
tionem, quia scuta 300. fuerunt consignata Sulpi-
tiæ, & scuta 200. fuerunt restituta emptori per eun-
dem Santuccium. Et ita, &c.

a Est decisio 39. part. 6.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Legati.

Die Lunæ 14. Februarij 1633.

ARGVMENTVM.

Hæres dolosè omittens describere aliqua bona in inuentario, an ex ista omissione priuetur beneficio inuentarij, doctè declaratur. Procurator, si aliquid omittat describere in inuentario, an hoc præiudicet hæredi.

SVMMARIVM.

1. *Hæres adiens hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, præseruatur ab omni damno, itaut nec in obolo quidem teneatur, & num.* 22.
2. *Hæres si dolosè non omittit aliquid describere in inuentario, non priuatur beneficio inuentarij, itaut de proprio teneatur.*
3. *Pœnam non merentur ea, quæ per ignorantiam, per errorem, per simplicitatem, aut bona fide omittuntur.*
4. *Hæres si in inuentario dolosè aliquid omittit describere per occultationem, subreptionem, vel amotionem,*

tionem, cum in istis casibus dolus cadat manifestus, d. hæres à lege non priuatur beneficio inuentarij, sed puniendus venit tantùm in duplum, & num. 5. & num. 10.

6. *Text. in l. vltima, § licentia, de iur. deliber. qualiter sit intelligendus, & num. 9.*
7. *Inuentarij forma indiuidua, & in minimo violata deficit.*
8. *Pœna dupli, quando hæres aliquid delosè non describit in inuentario, an sit pœna addita, & adducta propter delictum, ad euitandas fraudes.*
11. *Pœna imposita à lege super aliquo delicto, non est multiplicanda.*
12. *Inuentarij forma non destruitur, si hæres aliquid dolosè omittat describere in d. inuentario.*
13. *Hæres, vt priuetur beneficio inuentarij ob dolosam omissionem descriptionis bonorum concludenter hoc probandum est.*
14. *Ad quem effectum non sufficit qualibet probatio.*
15. *Actio de dolo non potest dirigi contra hæredem, si ipse deputauit procuratorem ad conficiendum inuentarium bonorum defuncti, & ipse procurator dolosè omisit aliquid describere, si in mandato hoc non continebatur.*
16. *Procurator delinquendo non potest præiudicare Domino, cum totum id agat sine mandato.*
17. *Procuratoris negligentia in omittendo in omni materia præiudicat Domino, qui fuit in culpa ob malam personæ electionem.*
18. *Procurator in omittendo non præiudicat Domino.*
19. *Procuratoris omissio, quando est dolosa, non præiudicat principali.*
20. *Testi non est credendum, si eius dictum contineat exonerationem propria culpa.*
21. *Hæres, si aliquid omisit describere in inuentario, si postquam est detecta omissio, id non describat, an per hoc amittat beneficium inuentarij.*

DECISIO XXXIV.

REuidetur decisio causæ 17. Decembris 1629. [a] in qua fuit firmatum, D. Marchionem non teneri ad solutionem legati scutorum 400. ex testamento paterno, cum adiuerit hæreditatem cum
1 beneficio † Legis, & inuentarij, & præseruetur ab omni damno; itaut de suo, nec in obolo quidem teneatur erga Legatorios, Inuentariumque ab eo, & seu eius procuratore factum fuisse validum, tam quoad iuris solemnitatem, quàm quoad ommissorum exceptionem, & hodie negotio partibus informantibus, iterum discusso, dictum fuit standum esse in iam resolutis.

Non enim fuerunt controuersa fundamenta decisionis, quoad validitatem inuentarij respectu solemnitatum iuris; sed tantummodò circa secundam partem quoad scienter, & dolosè omissa, quæ debebant scribi in Inuentario, ad quorum comprobationem post resolutionem supradictam fuerunt per D. Cosmum examinati noui testes in Curia, & noua iura producta, quæ tamen adhuc non releuare visa fuerunt ad terminos principalis disputationis, vt D. Marchio teneatur de suo insolidum aduersus Creditores & Legatarios.

2 Nam certum est, ac indubitatum, † omissionem non dolosam, priuare non posse hæredem beneficio Inuentarij, itaut de proprio teneatur, Angel. *in l. 1. §. hac stipulatio, num. 23. vers. & si dictus hæres, ff. cui plus quam per l. falcid.* Bald. *in l. finali, §. cum igitur, num. 8. C. de iure delib.* Dec. *consil. 633. num. 10.* Roman. *consil. 276. num. 8.* Bellon. *consil. 30. num. 6.* Menoch. *consil. 471. num. 1.* Honded. *consil. 59. num. 15. lib. 1.* Surd. *decis. 222. num. 13.* & cum hac opinione Rota semper transiuit in Romana de Carauaschinis, Rauennaten. Saluiani, Ciuitatis Castelli bonorum, & aliis in prima decisione allegatis, quæ
enim † per ignorantiam, per errorem, per simplicitatem, aut bona fide omittuntur, pœnam non merentur, vt dicit gloss. *in l. si seruus, §. præter ait, ff. de acquir. hæred.* 3

Præterea si describenda in inuentario dolosè fuissent omissa describi, per occultationem, subreptionem, vel amotionem, cum in prædictis casibus, in
quibus cadit dolus manifestus, † & inexcusabilis, & 4
à lege hæres non priuetur beneficio inuentarij; sed puniendus veniat tantummodo in duplum, prout sunt verba expressa, *l. vltim. §. licentia, C. de iure delib.* ibi: *Illo videlicet obseruando, vt si ex hæreditate aliquid hæres subripuerit, vel celauerit, vel amouendum curauerit, postquam fuerint conuicti, in duplum hoc restituere, vel hæreditatis quantitati computare compellantur;* certè iura, & testes de nouo producta nihil releuabunt ad priuationem † priuilegij prouenienti ex in- 5
uentario, etiam quod probent dolum; quia sufficiet condemnatio in duplum eius, quod dolosè omissum fuerit describi in inuentario.

Non obstat, quod super intelligentia verborum
dicti † §. *licentia*, sint opiniones Doctorum, vt ex 6
pœna dupli non tollatur pœna amissionis beneficij
inuentarij tanquam dependens ex forma † inuen- 7
tarij, quæ indiuidua est, & in minimo violata deficiat, & hanc sequuti fuerint Accurs. *in §. sancimus, in verb. non fortè,* ibi, *non priuilegium meretur amittere. & in §. si verò, in verbo honorari, in fine,* ibi, *hæredes surripientes careant tote, in Auth. de hæred. & falcid.* & alij viginti duo Doctores relati per Menoch. *consil. 471. num. 37.* quibus accedunt Honded. & alij ab eo allegati *consil. 34. num. 4. & seq. vol. 1.* sustinendo,
quod pœna † dupli sit pœna addita, & adaucta pro- 8
pter delictum contingens, & separatum ab ipsa forma à lege data in conficiendo inuentario pro beneficio creditorum ad fraudes euitandas, non autem, vt hæres liberetur ab alia pœna nullitatis actus.

Quia contraria opinio Dominis visa fuit verior,
& sequenda, ponderando eadem verba dicti † §. *li-* 9
centia, quæ alium sensum, quàm dolosæ omissionis
recipere non possunt; nam surripere, celare, † amo- 10
uere continent fraudem, & dolum implicitum, & tamen pœna dupli, & non alia pœna puniuntur, quæ
pœna, alio ab ipsa lege non † expresso, non multi- 11
plicatur, & hanc opinionem sequuti sunt triginta tres Doctores enumerati per Menoch. *consil. 471. num. 38.* vbi articulo discusso respondet omnibus contrariis, & signanter, quod forma inuentarij non
destruitur, † quia remanent solemnitates iuris ob- 12
seruandæ, & fraudibus sufficienter prouisum remanet: quia in duplo condemnantur, quod indemnitatem creditorum superat, & prædictis accedunt Surd. *decis. 222.* plenè articulum examinans. Peregrin. *de fideicommiss. art. 3. num. 83.* Costa *de facti scien. & ignor. cent. 1. distinct. 37. num. 22.* & Rota penes Puteum *in correct. decis. 266. num. 8. lib. 3. & 72. num. 9. part. 2. diuers. 199. num. 4. impressa post secundum vol. consil. Farinac.* & nouissimè *in Romana de Caualerijs coram D. meo Decano 4. Februarij 1630.*

Et nihilominus noniter deducta, & probata per D. Cosmum, nec alia prius producta visa fuerunt talia, ex quibus dolus circa omissa concludenter
probetur, prout necessarium † est ad priuationem 13
beneficij

beneficij iam ex inuentario quæsiti, *d.l.vlt.§.licentia,*
C. de iure delib. ibi, *conuicti*, ad quem effectum non
14 sufficit † qualibet probatio, Bald. *consil.*250. *num.*1.
Phanut. *de inuent.part.*3. *num.*50. Hooded. *consil.*35.
*num.*12.*lib.*1. Rota *decis.*169.*num.*1. *coram Papa Greg-*
gor.XV. Surd. *decis.*222. *num.* 11. Peregr. *consil.* 19.
*num.*33.*lib.*4.

Præmittitur enim, Inuentarium inchoatum fuisse, & perfectum per Darium Stangam Procuratorem D. Marchionis, non autem per ipsummet Mar-
15 chionem, contra quem actio † de dolo dirigi non
potest; quia mandatum non cootinet ordinem de
dolosè omittendo descriptiones rerum hæreditaria-
16 rum; vt propterea Procurator † delinquendo non
possit Domino præiudicare, cum totum id agat sine
mandato, Roland. *consil.*71. *num* 41. *lib.*1. Paris.*con-*
*sil.*100.*num.*7. *vol* 3. & idem fuit per Rotam ponderatum *in Romana de Carauaschinis* 27. *Iunij* 1609. *coram bon.mem.Penia.*

Neque dicatur, quod hoc modo aperta esset via fraudibus, & præiudiciis Creditorum, vt non ab hæredibus, sed à Procuratoribus constitutis, vel constituendis conficiantur Inuentaria, itaut de dolo
contra eos nunquam excipi possit, & nihilominus
17 in omni † materia negligentia Procuratoris in omit-
tendo præiudicat Domino, qui fuit in culpa ob malam personæ electionem, Bart.*in l.vnica,§.si procurator, num.*4.*ff.si quis ius dicenti non obtemper.* Ias. *in l.si procurator, num.*8. *C.de procur.* Crescen. *decis.*3.*de appell.*& Surd.*decis.*181. *num.*3.

Quia hic non agitur de simplici omissione, prout esset si Creditores non essent citati, sed de omissione, quæ trahit originem ab occultatione, subreptione,
& amotione rerum hæreditariarum, vt in conse-
18 quentiam non describantur, quo casu † Procuratore
non præiudicat Domino, vt admittit idem Surd.*de-*
*cis.*181.& vlteriùs, quando omissio Procuratoris esset
19 etiam dolosa, Domino † non præiudicaret, Mohed.
*decis.*2. *de appell.*cum aliis per Maresc.adductis, *lib.*1.
*variarum, cap.*86. *num.*15.

Quod autem idem Stanga Procurator in iudicio
examinatus dixerit omisisse descriptionem propter
iussum D. Marchionis, ita fuit respoosum in prima
20 Decisione non esse illi † deferendum, cum contineat
exonerationem propriæ culpæ, & quod magis est non poterat recusare descriptionem, quia Dominus Cosmus erat citatus, & poterat cogere illum ad describendum omnia reperta in hæreditate, cum esset præsens confectioni Inuentarij.

Igitur si propter dolosam Procuratoris omissionem descriptiorus rerum hæreditariarum prætenditur priuatio, aut amissio priuilegij Inuentarij, & illa qualiscunque sit non sufficit contra D. Marchionem constituentem; aut contenditur, quod cum hodie sit detecta omissio, & non fuerit addita in Inuentario, iuxta formam obligationis Procuratoris de
addendo reperienda, & quod propterea D.Marchio
21 ob eam non factam † cadat à beneficio Inuentarij,
& neque ex ista superuenienti omissione perdidisse beneficium firmauit, Bald. *in d.l. vltim.* §.*cum igitur num.*5. *de iur. delib.* Phaont. *de Inuentario part.* 3. *n.*46. Roland. *eod. tract.part.*3. & eo minùs si à principio D. Marchio, aut non tenebatur, aut poterat se excusare ponere eadem in Inuentario, prout ex qualitate rerum, quæ exponuntur in compendio boootum omissorum visum fuit respectiuè non teneri, & excusari posse.

Nam quoad equos D. Marchio prætendit donationem, iocalia verò non esse hæreditaria, sed materna, capsam scripturarum continere titulos, & prærogatiuas familiæ, Bona Pitiliani fuisse eidem Marchioni prælegata, existentiam animalium in Comitatu Pitiliani, Sorani, & Castri Vitorij in genere fuisse posita in Inuentario, & in specie illorum existentiam non probari per D.Cosmum ex vnico teste, & quietantia facta Serenissimo Magno Duci, cum illa reperiatur facta ad bonum computum animalium, ac denique bona pignerata ad Hebræos saluum esse ius partis, siue sit Creditor, siue Legatarius, cum iam sint detecta. Quæ omoia cum nihil inferant ad priuationem beneficij ex Inuentario quæsiti, tanquam dolo carentia propter iuridicam D.Marchionis prætensionem, vt supra ab initio fuit firmatum, si etiam pro probatis admittantur, semper remanet firma
conclusio, quod D.Marchio † gaudere potest bene- 22
ficio Inuentarij ad se eximendum ab obligatione soluendi legata de proprio.

Et ita, &c.

• Est decisio 331. part. 5. recent.

R. P. D. MOTMANNO.

Ariminen. Spolij.

Die Veneris 4. Martij 1633.

ARGVMENTVM.

Vigore mandati de auferendo bona certi valoris, in eius executione, vt illa fiat ad effectum licitationis, & subhastationis, procedendum est, non autem ad effectum immissionis in possessionem, & alia de quibus in decisione.

SVMMARIVM.

1. *Restitutionis beneficium datur, quando de læsione constat.*
2. *Mandati de auferendo bona vigore, non est procedendum ad effectum immissionis in possessionem.*
3. *Immissio ex primo decreto, ad quem effectum detur.*
4. *Possessionis vera signa, quæ sint.*
5. *Ex vsu censetur quis aliquid approbare.*
6. *Immissio vigore mandati executiui iuxta subiectam materiam, est detentatio, & non vera possessio.*
   *Decis. in causa Perusina Bonorum, coram Reuerendiss. Coccin. Decan. in quibus terminis procedat, num.*6.
7. *Stilus in specie facti propositi, debet probari, vt veniat attendendus.*
8. *Vtile per inutile non vitiatur.*
9. *In indiuiduis vtile vitiatur per inutile.*
10. *Probationes quæ consistunt in scriptura, testibus præualere debent.*
11. *Pars potest appellare à mandato excessiuo.*
12. *De euictione, quem tenet actio, eumdem agentem, eiusque heredem repellit exceptio.*
13. *Actus agentis non debet aliquid operari, vltra eius intentionem.*
14. *Mandatum relaxatum ex falsa causa, non meretur executionem.*
15. *Fideicommissario non currit tempus conficiendi inuentarium, ante quàm hæreditas restituatur, & finita sit eius quæstio.*
16. *Hæres potest impugnare factum defuncti à iure improbatum.*

17. *Hæres tenetur approbare factum defuncti. limita, vt num.16.*

DECISIO XXXV.

FRanciscus creditor obtinuit ab A.C. relaxari
mandatum executiuum sub consueta formula,
auferantur de domo Sebastiani debitoris, bona valoris
scutorum 3600. pro extinctione cuiusdam census, ac alia
bona valoris 450. pro fructibus decursis, & non solutis.
In cuius mandati executionem, fuit idem Franciscus
primo loco immissus, ac associatus in possessionem
duorum prædiorum, & successiuè recepit sexta-
ria 82. frumenti, vltra quandam quantitatem legu-
minum; demum supradicta prædia fecit subbastari,
ac pro summa scutorum 6000. deliberari personæ
suppositæ, quæ pro eodem pretio illa cessit Hiero-
nymo. Dictus verò Sebastianus spolij actionem in-
tentauit, & coram R. P. D. meo Merlino, non so-
lùm succubuit, sed etiam causæ appellationis prose-
quutionem neglexit. Illius autem hæredes, præseo-
tato mihi rescripto, cum clausula restitutionis in in-
tegrum, obtinuerunt disputari dubium, *An constet*
de causis restitutionis, ad quod Domini affirmatiuè
responderunt. Quia constat de iniustitia sententiæ,
1 vnde resultat † læsio, propter quam datur benefi-
cium restitutionis. Benintend. *decis.* 85. *num.* 8. & fuit
dictum *in Recanaten. Spolij* 14. *Aprilis* 1614. *coram*
Eminentissimo D. Card. Pamphilio, sententia enim
absoluit Hieronymum à iudicio spolij per Sebastia-
num intentato, ac propterea denegat restitutionem
bonorum, quæ post captam eorum possessionem vi-
gore mandati de auferendo bona certi valoris, fue-
runt subhastata, cùm tamen in huiusmodi mandati
executione ita esset procedendum, vt illa fieret ad
2 effectum licitationis, & subhastationis, † non au-
tem immissionis in possessionem, iuxta *l.* 2. *cum seqq.*
C. si in caus. iudicat. l. non est mirum, ff. de pignerat.
act. Grammat. *decis.* 51. *num.* 3. Rot. *coram Seraphin.*
decis. 937. *num.* 2. *& in Romana Spolij* 2. *Iulij* 1595. *co-*
ram Gypsio.

Non obstat quod ex relatione executoris constet,
dictum Franciscum mediante persona Procuratoris
immissum fuisse in possessionem bonorum, de qui-
bus agitur pro summa debita, ac in mandato con-
3 tenta, & consequenter, † ex primo decreto ad effe-
ctum subhastandi, non autem acquirendi possessio-
nem, iuxta *l. possidere, §. vltim. & l. si quis ante, §. 1. ff.*
de acquir. possess. Quia alius executor in sua relatio-
ne postea facta, profitetur, se vigore eiusdem man-
dati, *associasse, ac immisisse Laurentium dicti creditoris*
filium, vti coniunctam personam, ac Procuratorem in eo-
rumdem bonorum possessionem, claudendo, & aperiendo
ianuas, & glebas, & arborum folia contrectando, cum
expulsione colonorum in signum veræ possessionis, & præ-
cepto iisdem colonis facto, vt ipsum, ac eius patrem in
4 *Dominos recognoscerent*, quæ sunt † signa veræ pos-
sessionis, *l. cum vniuersas, §. quod per colonum, ff. de*
solut. Aymon *consil.* 107. *num.* 2. Rot. *decis.* 131. *num.* 3.
part. 1. *recent.* Et cum ipse creditor in prosequutio-
5 ne iudicij vsus † fuerit eadem posteriori relatione,
illa attendi debet, *l. si filiusfamil. la 2. ff. ad Senat.*
Consult. Maced. Bartol. *in l. cum tabernam, §. idem*
quæsiuit, in fin. ff. de pignor. Gozzad. *consil.* 23. *num.* 10.
Rot. *coram Cardin. Caualerio, decis.* 26. *num.* 4. quic-
quid sit de stilo, de quo attestantur Curiales Ari-
minenses, quod scilicet vigore mandati exequu-
tiui creditores associantur, ac immittuntur in pos-
sessionem bonorum debitoris, quæ iuxta subiectam
materiam † est detentatio, non vera possessio, in 6
quibus terminis procedit Rotæ *decis. in Perusina bo-*
norum de Alphanis 5. *Iunij* 1621. *coram Reuerendiss.*
D. meo Decano, & habetur in decisione huius causæ fa-
cta 9. *Februarij* 1629. *coram R. P. D. meo Merlino,*
[a] non enim testantur de facto executoris immit-
tentis quatenus vlteriùs processit ad actua corre-
spondentes veræ possessioni, iuxta receptam con-
clusionem, quod † stylus in specie facti propositi 7
debeat probari, vt veniat attendendus. Seraph. *de-*
cis. 78. *num.* 2.

Ex præmissis cessat quoque obiectum, quod per
excessum executoris non vitietur mandatum, in quo
huiusmodi excessus non continetur, iuxta regulam,
quod † vtile per inutile non vitietur, cap. vtile, de reg. iur. 8
in 6. Qui ad effectum spolij sufficit creditorem pos-
sidere prædia, de quibus agitur, possessione indiui-
dua, vt scilicet per partem vitiosam, in qua fuit ex-
cessum, altera eodem vitio censeatur infecta, & ita
intrat limitatio dictæ regulæ, quod scilicet in † in- 9
diuiduis *vtile vitietur per inutile*, de qua per Dyn. *in*
dicto cap. vtile, num. 4. *de reg. iur. in 6. & in terminis*
possessionis. Angel. *de legit. contradict. quæst.* 10. *art.* 9.
num. 148. *cum seqq.*

Præterea constat de iniustitia eiusdem sententiæ
dum in ea declaratur, fructus per creditorem vigo-
re prædicti mandati biennio ante subhastationem
perceptos, & pecunias similiter exactas in summam
debitam, non esse imputanda, neque restituenda, ea
scilicet ratione, quod aliqui testes deposuerint, eos
perceptos fuisse per ipsummet debitorem, vel quod
intra triennium fuerint percepti, non præsumuntur
consumpti. Nam vtrumque obiectum remanet sub-
latum, ex quietationibus factis per creditorem re-
cipientem pecunias, & fructus, & ex confessione
eiusdem creditoris in positionibus emanata, ac ex
tenore sententiæ arbitramentalis pro diminutione
pensionis, ratione dictorum prædiorum lata ad fa-
uorem conductoris bonorum ipsius debitoris, &
denique ex tenore sententiæ absolutoriæ creditoris
à restitutione fructuum, quos ille percepit, & ab
imputatione pecuniarum, quas exegit. Huiusmodi
† autem probationes quæ consistunt in scriptura, 10
testibus præualere debent, *l. census, ff. de probat.* gloss.
in cap. 1. *§. procurationes, in verbo, in scriptis, in fin. de*
cens. in 6. & veritati cedere debet præsumptio, *l. nu-*
ptura filia. ff. de iur. dot. in l. si extraneus, ff. de condict.
caus. dat. Dum verò eadem sententia declarat Seba-
stianum, siue illius hæredes, non esse in totum, vel
pro aliqua parte restituendos ad possessionem bo-
norum, quæ fuerunt distracta pro summa scutorum
sex millium, controuerti non potest quin contineat
magnum excessum supra summam debitam scuto-
rum 4050. in † mandato expressam, cuius ratione 11
quemadmodum appellatio non fuisset denegata, vt
auctoritate Surdi *in consil.* 39. *num.* 29. probat *dicta*
decis. huius causæ emanata 9. *Februarij* 1629. ita atten-
tis omnibus præmissis debet esse locus restitutioni
ad fauorem partis grauatæ.

Neque obstat, quod hæredes debitoris, qui ho-
die agunt, per constitutionem Procuratoris ad tran-
sigendum super fideicommisso dicti Francisci cre-
ditoris ad eorum fauorem purificato, & bonis illi
suppositis censeantur simpliciter adiuisse eius hæ-
reditatem; ac propter confusionem actionum di-
ctam deliberationem impugnare minimè possint,
iuxta regulam, *quod † quem de euictione tenet actio,* 12
eundem agentem, eiusque hæredes repellit exceptio, l. ven-
dicantem, ff. de euict. l. cum à matre, C. de rei vendic.

Quia

Quia inspecta forma dictæ constitutionis ad transigendum, cum possessoribus bonorum fideicommissi, cui non fuit satisfactum per transactionem inita cum alio, qui non possidebat, vt hæreditas dicatur adita per huiusmodi constitutionem, debet,
13 qoi in † ea fundat, concludenter probare, quod omnes qualitates, sub quibus facta est constitutio, adsint in transactione, ne fiat contra iuris regulam, *quod actus agentis non debet aliquid operari vltra eius intentionem, l. non omnis, ff. si cert. pet. l. obligationum substantia, §. vltim. ff. de oblig.* Vnde maodatum A.C.
14 vigore † eiusdem transactionis relaxatum, non mereri executionem, dixit Rota *in Ariminen. Nullitatis Obligationis 10. Decembris* 1631. *& 4. February sequentis anni* 1632. *coram Domino Quespo.* Neque an-
15 te restitutam fideicommissariis hæreditatem, † aut finitam illius quæstionem, potuit currere tempus conficiendi inuentarium, vt notant Bald. *in l. defensionis num. 11. C. de iur. fisci*, Paul. de Castr. *in l. 1. §. ait Pretor, num. 9. ff. de iur. deliber.* Cuman. *consil. 129. in fin.* Roland. *in tract. de inuent. part. 3. quæst. 2. num. 3. & sequentib.* Phanut. *eod. tract. part. 2. num. 31.* Peregr. *de fideicommiss. art. 4. num. 9.* Et quatenus etiam absque inuentario dicerentur adiuisse, nihilominus supradictam defuncti deliberationem tanquam
16 † actum à iure improbatum impugnare possunt (vt
17 limitando regulam) † *quod hæres teneatur approbare factum defuncti in terminis d. l. cum à matre, C. de rei vendicat. & similium*, tradunt Aym. *in cons. 200. num. 8.* & latè Phanut. *in eod. tract. part. 4. num. 157. cum seqq.*

Et ita vtraque, &c.

a Est decis. 248. part. 5. recent.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien Fideicommissi de Glauarinis.

Die Lunæ 23. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Testator, si præcisè mandauerit hæredi grauato, de conficiendo inuentario bonorum hæreditariorum, si hæres spreuit præceptum testatoris, tunc omnimodo contra eum oritur præsumptio vsurpationis, & consumptionis detractionum, si aliud non doceatur, quod ampliatur.

SVMMARIVM.

1. *Testator, quando vocauit proximiores de Casata non simpliciter, sed cum aliqua declaratiua adiectione, tunc per istam vocationem fœminæ excluduntur à masculis agnatis, etiam remotioribus.*
2. *Detractiones per hæredem grauatum non præsumuntur factæ, quia sunt quid facti, & debent ab allegante probari.*
3. *Testator, si iusserit hæredi grauato, vt inuentarium conficeret, si hæres illud nequaquam confecit, intrat indistinctè præsumptio subtractionis bonorum, & satisfactionis.*
4. *Assertioni testatoris hæres grauatus tenetur stare, & num. 5.*
5. *Legata, & debita præsumuntur soluta ex pecuniis hæreditariis, non autem propriis hæredis grauati.*
6. *Hæres grauatus, si alienauerit aliqua bona hæreditaria, præsumitur in eis alienationibus fuisse cõsumptas detractiones faciendas, donec aliud probetur.*
8. *Consumptionis, & detractionis præsumptio per hæredem grauatum non conficientem inuentarium, cessat per distinctionem inter fideicommissum vniuersale, & particulare, & qualiter hoc intelligatur, & num. 9.*
10. *Hæres grauatus vniuersali fideicommisso non tenetur ad confectionem inuentarij, nisi interpelletur à fideicommissario, neque hoc casu requiritur solemne inuentarium, sed sufficit simplex descriptio.*
11. *Sed intellige hoc non procedere, quando adest præceptum testatoris de illo conficiendo, cui hæres tenetur parere, alias intrat præsumptio contra eum.*
12. *Inuentorium tutelare confectum per tutorem, quando non prosit hæredi grauato, quin ipse aliud teneatur conficere.*
13. *Hæreditas complectitur vniuersum ius, quod defunctus habuit.*
14. *Lites sufficit esse diuersas in specie ad hoc, ne ex gestis in vna resultet præiudicium alteri.*
15. *Bona subrogata in locum bonorum fideicommissariorum perinde est, ac si fuissent ab initio relicta in hæreditate fideicommittentis.*
16. *Pactum in concessione bonorum de renouando de 29. annis, in 29. annos, non tollit effectum perpetuitatis, cum dicatur adiectum ad probationem directi dominij.*
17. *Et ista concessio est transitoria ad extraneos.*
18. *Emphyteusis hæreditaria venit sub generali dispositione, & in restitutione fideicommissi.*
19. *in Ius alterius, qui succedit, eius iure vti debet.*
20. *Inuestitura obtenta ab aliquo, est nullius momenti, si deficiat deuolutio, & adhuc duret prima concessio.*
21. *Clausula, seu alio quouis modo, & Iuris, aut hominis dispositione, &c. includit ius prouenient etiam ex persona loquentis fauore ipsius.*
22. *Clausula, non solum prædicto, sed & omni alio meliori modo, designat enixam voluntatem disponentis, & comprehendit quosius modos proportionabiles, & aptos, vt dispositio consequatur suum effectum.*
23. *Dos, quando succedit loco legitimæ, non ex fideicommisso sed de ipsa legitima detrahi debet.*

DECISIO XXXVI.

DOmini perstiterunt in resolutis sub die 23. Ianuarij, [a] & 5. Maij præteriti [b] censentes DD. fratribus de Glauarinis vocatis ad fideicommissa, de quibus agitur, non esse vlterius retardandam immissionem ex deductis in duabus decisionibus tunc extensis. Quibus noo visa sunt obstare ea, quæ in hac tertia disputatione pro DD. Piatitiis fuerunt repetita; nam, dum dicebatur circa fideicommissum Alexandri senioris, Isabellam filiam vltimi masculi descendentis comprehendi appellatione proximiorum ad exclusionem transuersalium remotiorum, nec testatorem fuisse discretiuè loquutum de fœminis descendentibus, nisi qoatenus extarent masculi pariter descẽdentes; visum est obiectum optimè tolli ex verbis testamenti ponderatis in secunda decisione, quoniam testator, postquam fœminis descendentibus prouidit de dote fauore masculorum vocatorum tetento eodem themate, si deficeret linea masculina descendentium per lineam rectam, tunc vocauit proximiores de Casata non simpliciter, sed cum illa declaratiua adiectione, videlicet illorum de Glauarinis, per quam † vocationem 1

fœminas indiſtinctè excludi à maſculis agnatis etiam remotioribus, voluere congeſti per Fuſar. *de fideicom. quæſt.*311.*num.*12.*& quæſt.*366.*num.*24. vltra allegatos in eadem ſecunda deciſione, in qua etiam fuit plene probata conſideratio agnationis non ſolum inter deſcendentes, verum etiam inter tranſuerſales ex pari diſcretiua commemoratione proximiorum, & fœminarum: in qua te non videtur vlterius inſiſtendum, præſertim cum dato etiam, & non conceſſo Iſabellam comprehendi, adhuc non ſuffragaretur DD. Piatitiis, quia illa tenuociauit ad fauorem dictorum fratrum, quia propterea inuita non poſſunt ipſi excipere de iure illius, prout fuit firmatum in ambabus præcedentibus deciſionibus, quibus in hac parte agentes pro DD. Piatitiis iam videbantur acquieſcere.

Circa detractiones placuit quoque Dominis reſponſio data in aliis deciſionibus reſpectu fideicommiſſi Alexandri ſenioris, cuius vigore fuit dictum deberi immiſſionem ſuper 32.tornaturis Prædij Cadriani, quia ſcilicet nihil penitus affertur pro DD. Piatitiis, quod ex eodem fideicommiſſo ſit detrahen-
3 dum; cum enim ipſæ detractiones † non præſumantur, quia ſunt quid facti, debent ab allegante probari, alioquin non intrat diminutio fideicommiſſi, Bald. *conſ.*219. *num.*4. *verſ.non tamen, lib.*2. Peregr. *de fideic.art.*35.*num.*9. *verſ.tutior tamen*, Card.Caual.*deciſ.*476. *num.*2. *& fuit dictum in Bononien. de Poetis* 4. *May* 1605. *coram bo.mem. Vbaldo.*

Reſpectu verò fideicommiſſi Antonij viſa fuit non obſtare eadem exceptio detractionum; quia cum ipſe in donatione bonorum ſuorum præſentium non confidens de donatariis, iniunxiſſet illis ſpecifice gradatim vocatis, vt infra ſex menſes à die notæ donationis debeant eam ratificare *per Inſtrumentum publicum, in quo deſcribantur omnia bona tam mobilia, quàm immobilia, iura, actiones, & nomina debitorum ad ipſum ſpectantia*, &c. Idemque implicitè præſcripſiſſet in teſtamento poſtea condito ad formam eiuſdem donationis, nec Eques Gherardus aſſertus auctor DD. Piatitiis, quamtumuis habuerit notitiam prædictorum, vllum vnquam Inuentarium confecerit, ſed ſpreuerit præceptum teſtatoris; intrat indiſtinctè ex huiuſmodi omiſſione præſump-
3 tio ſubtractionis bonorum, & ſatisfactionis, † adeout alleganti bona hæreditaria non ſufficiſſe incumbat onus probandi huiuſmodi negatiuam, prout pluries Rota firmauit, *& præcipue in Maceraten. Legitima coram Reuerendiſſ. D. Epiſcopo Vigellen. & in Romana de Victoriis coram R. P. D. meo Merlino*, ac in aliis allegatis in præcedentibus deciſionibus, & per Surd.*deciſ.*316.*num.*14. *& ſequentib.* Gratian. *diſcept.* 570. *num.* 20. ac per Modern. *de legitim. lib.* 2. *titul.*2. *quæſt.*4. *num.* 15. præſertim cum ipſe teſtator aſſeruerit ſe habere bona nedum immobilia, ſed etiam mobilia, iura, & actiones, ac nomina debitorum ad ſe ſpectantia, quæ expreſsè mandauit deſcribi in Inuentario, & in principio donationis enunciauerit pecuniarum ſummas, & idem fere repetierit in teſtamento, ibi, *In omnibus ſuis bonis mobilibus, immobilibus, ſe mouentibus, iuribus, actionibus, & nominibus debitorum*, *&c.* cui † aſſertioni teſtatoris hæres
4 grauatus ſtare tenetur Rota *in Peruſina fideicommiſſi de Cinciis* 8. *Iunij* 1619. *coram bo. me. Card. Virili, & in eadem coram R. P. D. meo Dunozetto* 19. *Aprilis*
5 1620. & tanquam inducentem † eo vehementiorem præſumptionem ſubtractionis, & occultationis ponderauit Rot. *in praallegatis Maceraten. Legitima, & Romana de Victoriis, & apud bon.mem.Card. Caual.deciſ.*246.*num.*5.*&* 6. & paſſim aduertunt Do-
ctores, adeout legata, & debita † præſumantur ſo- 6
luta ex pecuniis hæreditariis, non autem propriis hæredis grauati, Surd.*dec.*15.*num.*29. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*668.*num.*4.

Et maxime augetur præſumptio ſatisfactionis, quia omiſſioni Inuentarij, & aſſertioni teſtatoris accedunt ingentes alienationes factæ ab Equite Gherardo, & fratribus Prædiorum ſitorum in Communi S. MARIÆ in Doo, & in loco Viadagalæ, & in ipſo Communi Cadriani aſcenden. ad tornat.453.& vltra, quæ pro parte DD. de Piatitiis non negatur, propter quas † alienationes præſumitur fuiſſe con- 7
ſumptas quaſuis detractiones, donec contrarium probetur. Rota *in praallegata Bononien. de Poetis, & in Bononien. de Rubeis* 8. *Martij* 1619. *coram bon.mem. Vbaldo, Adden.ad ſan.me.Gregor.XV.deciſ.*185.*num.*6. Immo id per euidentiam facti demonſtratur, cum Prædium ſuper quo petitur immiſſio ex aduerſo detentum, dicatur eſſe tantummodo tornat.218. & ſic dimidio plus fuit alienatum.

Nec præſumptio oriens ex prædictis cum tranſlatione oneris probandi in grauatum tollitur per diſtinctionem inter fideicommiſſum vniuerſale, & particulare ex Angel. Alexand. & aliis allegatis pro DD. Piatitiis, quia iſti omnes loquuntur † ad effectum 8
amiſſionis detractionum, & inducendi pœnam hæredi grauato, vt teneatur de ſuo, aſſeuerantes omiſſionem Inuentarij non inferre tantum præiudicij, prout etiam loquitur Rota *deciſ.*519.*part.*4.*diuerſ.* Secus verò ad effectum præſumendi ſubtractionem bonorum, & transferendi onus probandi in negantem bona ſufficiſſe, in caſu quo † concurrant omiſſio In- 9
uentarij, præceptum, & aſſertio teſtatoris, & numeroſæ alienationes, prout hic, quod eſt longe diuerſum, & in his terminis procedunt deciſiones, & DD. ſuperius allegati, & interim donec fiat talis probatio, quæ requirit altiorem indaginem, nequit retardari DD. fideicommiſſariis immiſſio.

Et quatenus dicebatur grauatum vniuerſali fideicommiſſo non † teneri ad confectionem Inuenta- 10
rij, niſi interpelletur à fideicommiſſario, neque in eo requiri ſolemne Inuentarium, ſed ſufficere ſimplicem deſcriptionem; Reſpondetur primò, hoc non procedere, vbi extat præceptum teſtatoris,
† cui hæres tenetur parere, alioquin omnino in- 11
trat contra ipſum prædicta præſumptio, Gratian. *d. diſcept.*570. *num.* 23. Rota *in Maceraten. Legitima* 14. *Maij* 1627. *coram Eminentiſſ. D. Card. Vbaldo.* Secundò non probatur Equitem Gherardum feciſſe vllam deſcriptionem, neque potuit inuari ex deſcriptione facta ab Alexandro iuniore primo vocato, tum quia Antonius teſtator voluit Inuentarium confici etiam ab aliis gradatim vocatis, & in ea deſcriptione videntur contineri tantum bona diſtrictus Bononien. illi communia ex finalibus verbis Inſtrumenti, ibi, *quæ omnia bona fuerunt, & ſunt communia inter ipſos Dominos Antonium, & Alexandrum, &c.* & in donatione Antonius aſſeruit ſe poſſidere etiam bona propria, & extra dictum diſtrictum, ibi, *omnia, & ſingula eiuſdem D. Antonij donatoris bona mobilia, & immobilia, domos ſcilicet, & poſſeſſiones, prædia, terras, prata, campos, vineas, pecuniarum ſummas, & credita, ac alia quæcumque præmiſſo, ſeu alio nomine nuncupata tam Bononia, & in illius Comitatu, & diſtrictu, quàm alibi vbicumque exiſtentia, iuraque, & actiones tam patrimonialia, quàm omnia alia vndecumque quæſita, & tam communia inter ſe, & dictum Alexandrum eius fratrem, quam*

*quàm propria, & particularia ipsius donatoris etiam per
ipsum in publico Bononien. Gymnasio, ac alias legendo,
& aduocando, necnon ex hæreditate olim D. Ioannis Ghe-
rardi Glauarini, vel quocumque alio modo, ac quomodo-
libet acquisita, quæ hic pro singulariter expressis, & de-
claratis haberi voluit, & vult, &c.* Tùm quia dicta de-
sctiptio continet tantùm bona donata, non autem
hæreditaria quæ ceciderunt sub testamento postea
facto cum eisdem substitutionibus. Non etiam pro-
fuit Inuentarium tutelare gestum à tutrice filiorum
Alexandri iunioris post eius obitum de anno 1590.
quia, vt fuit responsum in aliis decisionibus, eadem
12 turrix noluit per istud suppleri † descriptionem bo-
norum hæreditariorum, cum ipsa fuerit protestata
se velle illa receusere suis loco, & tempore, quem-
admodum io puncto dixit Rota *in recent. decis.* 780.
in fin. part 2.

Et oibilominus quatenus esset attendendum In-
oentarium tutelare (quod tamen prædicti fideicom-
missarij in omnibus disputationibus peroegarunt)
adhuc tamen fuissent consumptæ quæcumque præ-
tensæ detractiones ex alienationibus, cum istæ sint
plus dimidio quàm sit prædium, super quo solo nunc
petitur à fideicommissariis immissio.

Et prædicta ferè omnia applicantur quoque ad
fideicommissum Alexandri iunioris, licèt enim in
eius testamento non fuerit iniuncta hæredibus con-
fectio Inuentarij, tamen eo ipso, quod illud non
confecere, & quod constat de prædictis numerosis
alienationibus booorum pro medietate ad illum spe-
ctantium, intrat eadem præsumptio satisfactionis
transferens onus probandi in negantem bona non
inuentariata, & alienata suffecisse, ex præallegatis.

Qood autem dicebatur pro DD. Piatitiis in iudi-
cio moto à fideicommissariis contra Equitem Ghe-
rardum super cautione fideicommissorum præstan-
dorum fuisse electos Peritos, & Calculatores super
statu hæreditario, ex quorum relatione inferiur ni-
hil, aut quid minimum superesse restituendum; con-
stat non sustineri, primò enim non verificatur ele-
ctio Peritorum, nisi super valore certorum corpo-
rum hæreditariorum, non autem super vniuerso sta-
tu, qui consistebat etiam in nominibus debitorum,
iuribus, & actionibus, ac etiam in pecuniis, de qui-
bus meminit Antonius in donatione, & in mobili-
bus magni valoris, quæ ambo isti posteriores testa-
tores commemorarunt, & præsertim in supellecti-
li Palatij Cadriani, quam solam Alexander in suo
testamento asseuerauit esse valoris libr. 12. mil. at
13 hæreditas † complectitur vniuersum ius, quod de-
functus habuit, *l. nihil aliud, ff. de verb. signif. l. hæredi-
tas, ff. de regul. iur.* Secundò fuit respoosum prædictas
relationes emanasse in alio iudicio intentato con-
tra Equitem Gherardum ad alium effectum, quæ
diuersitas apertè colligitur ex libello, & sententia,
quæ tendebant solum ad assecurandum, ne penden-
te purificatione fideicommissi, vlterius damnifica-
rentur bona, sed conseruarentur illæsa fideicommis-
sariis, vnde prædicti Pariti nihil prorsus dixerunt de
cæteris iuribus hæreditariis pertinentibus ad fidei-
commissarios, nec de prætensis detractionibus alle-
gatis per Equitem Gherardum, ideo noo possunt
præiudicare in isto iudicio, quod purificato iam fi-
deicommisso, tendit immediatè ad immissionem, &
14 sufficit † lites esse diuersas in specie ad hoc, ne ex ge-
stis in vna resultet præiudicium alteri. Ægid. *dec.* 629.
Rot. *decis.* 4. *de conf. in ant. Marescot. var. cap.* 107.
num. 7. & 8. *lib.* 2.

Fuit etiam animaduersum plures detractiones
allegatas ex parte DD. de Piatitiis in notabili sum-
ma minimè subsistere, prout est prædiolum situm in
eodem Communi Cadriani redemptum ab Equite
Gherardo, quod tamen attentis quampluribus alie-
nationibus petiarum terræ eiusdem Communis cen-
setur † subrogatum in locum alienatorum, & venit 15
in restitutione fideicommissi perinde ac si fuisset ab
initio relictum in hæreditatibus testatorum, Surd.
decis. 15. *num.* 10. *& seq.* cum aliis allegatis in præce-
denti decisione, *vers. quod fortius, &c. ad med.* Item re-
censetur inter assertas detractiones aliud prædium
nuncupatum *della Maddalena* olim concessum per
Commendatarium Ecclesiæ S. Mariæ Magdalenæ
de anno 1588. Alexandro iuniori stipulanti pro se,
& hæredibus suis cum clausula *Ad habendum*, &c.
posita in parte dispositiua, & clausula *in perpetuum*,
&c. sæpius repetita, & pacto renouandi de 19. an-
nis io 29. annos (quod non tollit † effectum perpe- 16
tuitatis, cum dicatur adiectum ad probationem di-
recti dominij, non autem pro substantia contractus,
Rota *decis.* 438. *num.* 3. *part.* 1. *recent. & in Asculana
emphyteusis* 27. *Iunij* 1633. *coram Reuerendiss. D. meo
Episcopo Vrgellen.*) quæ concessio † est transitoria ad 17
extraneos ex deductis *in Mediolanen. Bonorum de
Buffalora coram bon. mem. Bubalo*, quam Rota sæpius
sequuta est, vnde potuit idem Alexander primus in-
ducere fideicommissum super huiusmodi prædiolo,
& illud † venit sub generali dispositione, & in re- 18
stitutione fideicommissi metiendo volontatem à
potestate, Magon. *decis. Lucen.* 7. *num.* 23. Peregr. *de
fideicommiss. art.* 6. *num.* 29. Fusar. *de fideicom. quæst.* 630.
num. 5. Card. Caualer. *decis.* 293. *num.* 1. Rota *in Fer-
rarien. Bonorum* 29. *Aprilis* 1630. *coram D. Vrgellen.*
& quamuis Gherardus in fine anni 29. neglexisset
petere renouationem, tamen illam obtinuit de an-
no 1621. tanquam successor Alexandri cum remis-
sione cuiuscumque caducitatis, & sic venit conti-
nuatiuè † ad primæuam concessionem cum eodem 19
onere fideicommissi, ex *reg. l. qui in eius, ff. de regul. iur.*
quamobrem constat fuisse nullius momenti inuesti-
turam obtentam à DD. Piatitiis de præsenti anno
1636. † deficiente deuolutione, immò adhuc duran- 20
te prima concessiooe, Bald. *consil.* 135. *lib.* 2. Castr. *con-
sil.* 72. *per tot. lib.* 2.

Nec pariter potest referri in detractiones medie-
tas fideicommissi Antonij, quæ nullo pacto pertinet
ad DD. Piatitios, nec ad filias Alexandri professas
in Monasterio, sed ad Isabellam filiam Equitis Ghe-
rardi, quæ dispositiuè consensit totum, & integrum
fideicommissum in omnibus, & per omnia peti à
prædictis DD. fratribus de Clauarinis: qui consen-
sus ne sit inanis, debet operari, vt ipsis liceat obti-
nere super huiusmodi medietate perinde ac obtine-
ret illa, si ageret ex allegatis in præterita decisione
præsertim accedentibus illis verbis, *seu alio quouis
modo, & iuris, aut hominis dispositione in ipsos coaluisset*,
&c. quæ † includunt ius prooeniens etiam ex perso- 21
na loquentis fauore ipsius sanct. me. Gregor. XV. *de-
cis.* 2. *num.* 8. & 9. & vrget clausula, *non solum prædicto,
sed & omni alio meliori modo*, quæ † designat enixam 22
voluntatem disponentis, & comprehendit quosuis
modos magis proportionabiles, & aptos, vt dispo-
sitio consequatur suum effectum perinde, ac si fuis-
sent specaliter expressi etiam ex quacumque alia
causa diuersa, & non deducta, Achil. *dec.* 1. *de verb.
signif.* Cæs. de Grass. *dec.* 1. *num.* 4. *de elect.* & latè cumu-
lat Mart. *claus.* 81. *num.* 3. *& seq.*

Dotes autem filiarum Alexandri sunt † detrahen- 23
dæ de legitima, non autem de fideicommisso, cum

ſuccedant loco legitimæ, vti firmauit Rota *coram ſanct. mem. Gregor. XV. deciſ. 565. & ibi Adden.* quæ fuit confirmata *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in Peruſina fideicommiſſi de Gratianis 28. Juny 1630. coram eodem, verſ. cum igitur dos ſuccedat*, &c. & latè cumulat Modern. *de legit. lib. 1. tit. 4. quæſt. 6. num. 14.*

Dos demum Lauræ Alamandinæ non eſt amplius detrahenda, cum fuerit ſemel ſoluta cum effectibus hæreditariis fideicommittentium, prout fuit probatum per publicum inſtrumentum.

Quæ omnia ſi ſubducantur, deprehenditur maniſeſtè reliquas prætenſas detractiones etiam iunctis allegatis melioramentis quatenus probarentur (prout non viſa ſunt probari ſaltem in quantitate prætenſa à DD. Piatitiis ex deductis in aliis deciſionibus) prorſus abſorberi ab alienationibus ſtabilium longè maioris quantitatis aſcendentis ad rotnaturas 453. valoris libr. 92. mil. & vltra, & ab aliis bonis, pecuniis, iuribus, & nominibus hæreditariis, de quibus non doceantur legitimè confecta inuentaria ex ſuperiùs deductis, adeo vt nulla iam videatur ſupereſſe dubitatio, quin ſuper hoc ſolo prædio ſit concedenda immiſſio, concurrentibus omnibus requiſitis in iſto iudicio recenſitis in prima deciſione.

Et ita fuit tertio reſolutum vtraque, &c.

a Sunt deciſiones 88. & 126. part. 7 vbi etiam habentur aliæ deciſiones in hac cauſa.



AD QVÆST. XXXI.

Legitima an poſſit tolli à ſtatuto.

QVÆST. XXXII.

Legitima an & quando filijs auferri poſſit ab eorum parentibus.

QVÆST. XXXIII.

Legitima ab omni onere libera eſſe debet, omniſque conditio & grauamen adiectum repellitur.

R. P. D. VEROSPIO.

Spoletana Legitimæ.

Die Veneris 24. January 1631.

ARGVMENTVM.

Excluſus ab inteſtato ille, qui eſt, nequaquam poterit legitimam aliquam prætendere, cum legitima ſit portio ſucceſſionis ab inteſtato, teſtator ſi reliquerit filiæ dotem, quando ipſa nupſiſſet, & vſumfructum, quando remanſiſſet innupta, certè non eſt dicendum, copulatiuè ea voluerit relinquere, ſed alterum ex eis ſecundum electionem ſtatus.

SVMMARIVM.

1. *Legitima, cum ſit portio ſucceſſionis ab inteſtato, ceſſat, ceſſante inteſtati ſucceſſione.*
2. *Filia excluſa à ſtatuto, à ſucceſſione patris ob exiſtentia filiorum, non poteſt in eius bonis prætendere legitimam.*
3. *Statutum, ſi excludat omnino fœminas non ſolum à ſucceſſione ab inteſtato, ſed etiam ab ipſa legitima & omni illius ſupplemento, non poteſt dici quod illius loco ſuccedat.*
   Quam idem ſtatutum dari volebat filiabus ita excluſis, num. 4.
5. *Dos, ſine matrimonio non debetur.*
6. *Vſusfructus poteſt extinguere debitum legitima, dum perceptus fuit in executionem voluntatis ipſius teſtatoris.*
7. *Actio merè perſonalis non poteſt impedire immiſſionem fideicommiſſarijs.*
8. *Teſtator ex quibus pateat, quod voluerit, vt filia eius contenta eſſet, aut dote, aut vſufructu eidem relicto.*
9. *Filia an conferre teneatur ſuam dotem commodo ſororis, dum habuit vſumfructum à teſtatore titulo particularis legati, non autem tanquam illius hæres.*
10. *Filia excluſa à ſtatuto habet ſuam dotem loco legitima.*
11. *Interpretatio ea videtur capienda, ne teſtator videatur incontinenti ſe correxiſſe.*

DECISIO XXXVII.



Vm occaſione fideicommiſſi Franciſci Bonauuiſiij, ex quo ſucceſſerant Leo, & fratres de Syllanis, peteretur ab illis immiſſio; excipiebatur pro parte Nicolæ Laurentinæ hæredis Ludouici grauati de detractione duplicis legitimæ eiuſdem ſcilicet Ludouici, qui mortuo Bernardino Patre dicebat debitam ſibi eſſe eamdem legitimam ex hæreditate Franciſci Aui, in cuius poteſtatem reciderat, & alterius legitimæ ex perſona Cæſareæ filiæ Franciſci, cui idem Lodouicus ex fratre nepos ab inteſtato ſucceſſerat: Et cum detractio legitimæ Ludouici excluſa fuiſſet tam in deciſ. facta coram bon. me Buratto ſub die Aprilis anni 1616. quàm coram me. *ſub die 29. Aprilis anni præteriti*, eo quia conſumpta fuiſſet ex illius ſolutione, quam Franciſcus fecerat fiſco propter delictum Bernardini Patris Ludouici. Propoſui hodie dubium ſuper legitima Ceſareæ, quam neque eſſe detrahendam Domini reſponderunt.

Etenim ex peculiari ſtatuto, & conſtitutione ciuitatis Spoleti, cuius validitas controuerti non poterat propter confirmationem Summorum Pontificum Pij V. & Ggregorij XIII. excludebantur fœminæ propter maſculos à quacunque ſucceſſione, conſtituta illis certa portione in cauſam dotis, non poterat dubitari, quin etiam excluderentur à petitione legitimæ, quæ tanquam portio ſucceſſionis ab inteſtato † ceſſabat, ceſſante inteſtati ſucceſſione, vt 1
notant DD. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum.* & ibi Alex. *num. 16.* Aretin. *num. 21. ff. de liber. & poſthum.* Aymon *conſil. 11. num. 13.* Rot. *deciſ. 64. num. 3. part. 1. recent.* Et in his terminis de filia excluſa à ſucceſſione Patris ob exiſtentiam † fi- 2
liorum, præter relatos tradit Peregr. *de fideicommiſſ. art. 38. num. 16.* Beto. *conſil. 51. num. 21. volum. 1.* Rot. *in Romana ſupplementi legitima 8. February 1593. coram Arigonio.*

Solum dubitatum fuit, an cum excluſio non fieret à ſtatuto ſimpliciter propter maſculos, ſed cum conſtitutione

stitutione dotis, quæ aut tradita esset, aut tradi de-
beret, diceretur dos succedere loco legitimæ, atque
ita retineri pusset, aut detrahi ab hærede: Verum
3 † statutum excludebat omnino fœminas non solum
à successione ab intestato, sed etiam ab ipsa legiti-
ma, & omni illius supplemento, vnde non poterat
4 dici, quod illius loco succederet dos, † quam idem
statutum dari volebat filiabus ita exclusis iuxta di-
stinctionem Castren. *in l. Titio centum, §. Titio gene-
ro, num 8. in fin. ff. de condit. & demonstr.* quam repe-
tiit *in consil. 25. num. 27. part. 3.* & secuta fuit Rota
pluries, vt *in decis. 540. part. 1. diuers. apud Cardin.
Seraphin. decis. 959. num. 5.* & in aliis relatis per Ad-
den. *ad decis. Ludouis. 565. num. 11. & in Perusina fi-
deicommiss. de Alphanis 17. Martij 1621. coram Reue-
rendiss. D. meo Decano.*

Præterea non poterat eadem dos dettahi neque
vt legitima, neque vt dos, quia quocumque modo
illa consideraretur semper constabat eam fuisse con-
sumptam. Etenim dos quæ legata fuit Cæsareæ à
Francisco eius patre fuit illi alternatiuè collata ele-
ctione in arbitrium eiusdem Cæsareæ, quia si nu-
beret, aut Monasterium ingrederetur, dos ei tradi
dicebat iuxta pragmaticam ciuitatis Spoleti; si verò
nec nuberet, neque ingrederetur Monasterium, re-
liquit illi testator vsumfructum omnium suorum
bonorum simul cum Hieronyma sua sorore, & ita
sicuti legatum dotis subrogatum fuit loco legitimæ
in primo casu nuptiarum siue temporalium, siue
spiritualium, ita vsusfructus, qui in secundo casu
subrogatus erat loco dotis, successit & ipse loco le-
gitimæ. Hinc verò sequebatur, vt ea dos non pos-
sit dici debita tanquam dos, cum Cæsarea decessis-
5 set innupta, & dos † sine matrimonio non debea-
tur, vt verò legitima neque etiam peti poterat, quia
cum illius loco successisset vsusfructus bonorum
tam ex dispositione testatoris, quàm ex electione
6 ipsius Cæsareæ; potuit idem † vsusfructus extingue-
re hoc debitum, dum perceptus fuit in executionem
voluntatis ipsius testatoris, vt notatur *in l. omnimodo,
& in l. scimus, C. de inoff. test.* tradit Bart. *in l. in quartam,
num. 10.* Ripa *n. 140. ff. ad leg. falcid.* Card. Seraph. *de-
cis. 1365. n. 6.* Rot. *in ciuitatis Castolli supplem. legit. 11.
Martij 1616 coram bo. me. Manz. & 23. January 1630.
coram R. P. D. meo Pirouano*, aut quando idem vsus-
fructus satis esse non posset pro extinctione huius
debiti, competebat sola actio ad supplementum, quæ
7 tanquam merè † personalis non poterat impedire
immissionem fideicommissariis, secundum gloss. *in
d. l. omnimodo, in verbo exigere, & in l. scimus, §. reple-
tionem, C. de inoff. testam.* notat Bald. *in l. si quis fi-
lium, num. 6. C. eodem tit.* & tenuit Rota *in Romana
Saluiani interdicti 3. Iunij 1606. coram Card. Lancellot.
in Romana hereditatis 18. Maij 1618. coram Cardin.
Caual.* & fuit dictum *in Romana fideicommissi de Gui-
dis 13. Ianuarij proximè præteriti coram me.*

Neque contrarium colligi poterit ex testamento
Francisci, vt voluerit relinquere Cæsareæ præter do-
tem etiam vsumfructum, dum mandauit, vt Hiero-
nyma, & Cæsarea conferre deberent proprias do-
tes, quibus etiam vsumfructum reliquerat; quia,
8 quod voluerit Cæsaream esse contentam † aut dote,
aut vsufructu, parebat ex eo, dum vtrique disposi-
tioni adiecit particularem, immo contrariam con-
ditionem, & dotem reliquit Cæsareæ si nuberet, le-
gatum vero, vsusfructus contrario casu si non nu-
beret: Quod verò illa, & Hieronyma conferre de-
berent suas dotes, non concludit, vt Cæsarea præ-
ter propriam dotem habere deberet etiam vsumfru-
ctum, sed solum, vt idem vsusfructus constare, &
constitui deberet tam ex bonis ipsius testatoris,
quàm ex dote Hieronymæ iam nuptæ, & ex ea por-
tione, quam habitura fuisset Cæsarea in casu nu-
ptiarum. Quia poterat dubitari, an Hieronyma con-
ferre teneretur † suam dotem commodo Cæsareæ, 9
dum habuit vsumfructum à testatore titulo parti-
cularis legati, non autem tanquam illius hæres, vt
notatur *in l. vltim. ff. de collat. dot.* & tradit Bald. *in
l. non est ambiguum, C. familia hercisc.* Sicut etiam du-
bitari poterat an eadem Hieronyma participare pos-
set de portione Cæsareæ, dum tanquam exclusa
† ex dispositione statuti, habuerat suam dotem lo- 10
co legitimæ, vt post alios tradit Bologuet. *in l. si
emancipati, num. 29. C. de collat.* Bald. *consil. 49. lib. 2.*
Rot. *coram Cardin. Seraphin. decis. 1392. num. 2.* quas
dubitationes, vt remoueret testator ideo iussit, vt
Hieronyma, & Cæsarea conferre insimul deberent
proprias dotes, & hæc interpretatio videtur capien-
da, ne alias videatur testator statim se correxisse,
dum reliquit eidem Cæsareæ dotem, quando ipsa
nupsisset, & vsumfructum sub contraria dispositio-
ne quando remansisset innupta, argum. text. *in l.
quod traditum, ff. de condit. & demonstr.* & notant *ibi
DD. & in cap. inter dilectos, §. caterùm de fide instrum.*
Aretin. *consil. 9. num. 1.* Paris. *consil. 3. num. 25. lib. 3.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana fideicommissi de Epis.

Die Veneris 4. Aprilis 1631.

ARGVMENTVM.

Fideicommissi dispositio, quando non valeat. Fideicommissi exceptio, quo casu non sit potens ad impediendam manutentionem, & alia, &c.

SVMMARIVM.

1. *De possessione amplius quæri non potest, probato defectu proprietatis.*
2. *Legitima fideicommisso grauari non potest.*
3. *Manutentionis effectus, per quas exceptiones non impediatur.*
4. *Actio fideicommissarij, quando sit sufficiens ad impediendam manutentionem.*
   Fideicommissarij actio, quando est turbida, tunc si reus, & possessor aliquid alienauerit, satis est ei respondere quod bona, quæ dicebantur alienata, sibi non sufficere pro suo credito legitimæ, contrarium vide num. 5.
6. *Exceptio an bona alienata æquent valorem detractionum, non admittitur in iudicio manutentionis, & num. 7.*
8. *Executor voluntatis testatoris quis censetur, dum nullum commodum de bonis ipsius sensit.*
9. *In lite, si quis non est, nec eam sciuit, non potest negari in eo bona fides.*
10. *Dos si fuit effecta proprium patrimonium mulieris, irreuocabiliter apud eam manere debet.*
11. *Legitima tanquam æs alienum à fideicommisso detrahi debet.*
12. *Confessiones factæ à tutoribus non debent præiudicare minoribus.*

13. *Minor, qui adultus est, & minor qui pupillarem ætatem non excedit, differunt.*
14. *Ex personæ mutatione, non mutatur titulus, & possessio, quam quis acquisiuit.*
15. *Possessio an transferatur stante nullitate contractus, & an ista exceptio admittatur in iudicio manutentionis.*
16. *Minoris rem occupans, acquirit saltem detentationem nudam.*
17. *Detentatio pro possessione habetur.*
18. *Detentatio habet sua remedia possessoria, vt sunt officium iudicis ad effectum tam retinendæ quàm recuperandæ possessionis, & interdictum, vnde vi, num.19.*
20. *Testator, si alicui reliquerit nominationem puellarum dotandarum, debet intelligi relicta cum effectu.*
21. *Executor testamentarius benè potest inducere obseruantiam interpretatiuam ad hoc, vt declaretur voluntas testatoris.*

DECISIO XXXVIII.

PRoposui dubium, quod fuit decisum aliàs coram me sub die 21. Iunij anni * proximè præteriti super manutentione, quam petebant Archiconfraternitates Sanctissimi Crucifixi, & sanctæ Mariæ de Carmine in exactione fructuum census hæreditarij q. Melchioris de Epis, vt iuxta illius dispositionem distribuerentur pro dote puellarum, quas eædem Archiconfraternitates nominare, & dotare debebant in executionem voluntatis eiusdem Melchioris. In quo dubio etiam hodie DD. responderunt ad fauorem Archiconfraternitatum, non obstantibus iis, quæ ex parte Ludouici vocati ex fideicommisso Bartholini patris Melchioris opponebantur, tam contra illatum possessionem, quàm de anteriori fideicommisso Bartholini.

Et quoad fideicommissum illud deducebatur, vt inde ostenderetur nullitas dispositionis factæ à Melchiore, dum disposuerat de bonis, quæ propria non erant, & ea exceptio dicebatur incontinenti probata, cum firmata fuissent tam existentia eius fideicommissi, quam illius conditio fauore Ludouici particulari decisione facta coram bon. me. Buratto
1 sub die 21. Iunij anni 1623. vt propterea † de possessione amplius quæri non posset, probato defectu proprietatis, ex traditis *in l. naturaliter, §. nihil commune*, & *ibi* Alexand. *num.*34. Ripa *num* 97. *ff. de acquir. possess.* Menoch. *de retin. possess. remed.* 3. *num.*685. Rot. *decis.* 3. *de restit. spoliat. in nou. & decis.* 591. *num.*4. *part.*2. *recent.*

Verùm hæc exceptio sublata videri poterat in decisione, quæ facta fuit coram me, & in qua, cum disputaretur hic articulus manutentionis, firmatum fuit sustineri dispositionem Melchioris tam super
2 legitima, † quæ fideicommisso grauati non poterat, quam super dote materna, quæ neque venit sub dispositione testatoris, sed tanquam æs alienum detrahi potuit ex illis bonis. Neque visa fuit obesse replicatio, quæ fiebat contra vtramque hanc detractionem, vt ipsis satisfactum esset, vel per anteriores alienationes, vel per solutionem, & restitutionem factam cum effectu huius dotis: quia adhuc
3 non poterat dici probata incontinenti † exceptio alienationum, sicut requirebatur, vt posset impediri effectus manutentionis in hoc iudicio summariissimo, cum firmata non fuissent, aut quantitas legitimæ, aut valor bonorum alienatorum, & ita non nisi dubia videri posset actio fideicommissarij, dum satis
erat reo, † & possessori respondere, vt bona quæ 4
dicebantur alienata, satis sibi non fuerunt pro suo credito legitimæ. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 39. *num.*13. *&* 14. Natta *consil.*238. *num.*7. Card. Seraph. *decis.*609. *num.*7. Rota *decis.*210. *part.*2. *diuers. & decis.*641. *num.*18. *part.*1. *diuers.* & fuit seruatum *in Cesenaten. fideicommissi* 22. *Aprilis* 1630. *coram R. P. D. meo Motmanno.* Et quatenus etiam replicaretur, vt propter aliquas detractiones, quæ apparebant, huic legato anteriores, translatum fuisset in ipsum possessorem onus contrarium probandi, quod non po-
tuerunt † satis esse pro eadem legitima bona alie- 5
nata, sicut conclusionem superiùs firmatam visa fuit limitasse Rota *in Bonon. fideicommissi de Cataneis* 10. *Martij* 1617. *coram R. P. D. meo Pirouano, & in Romana domus ad Peregrinum* 11. *Martij* 1609. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Maceraten. fideicommissi* 16. *February* 1610. *coram Cardin. Sacrato*, & tennit idem Peregrin. *de fideicommiss. art.*39. *num.*14. Hanc tamen limitationem, quam Domini verissimam dixerunt esse in suo casu, in iudicio scilicet plenario immissionis (cum per eam replicationem fideicommissarij videatur reus sustinere partes actoris, dum in sua exceptione negat satisfieri sibi potuisse ex valore bonorum alienatorum.) Non putarunt admitti posse in hoc iudicio summariissimo, in quo reiiciuntur exceptiones altioris indaginis, sicut
erat hæc quæstio, an bona alienata æquarent † va- 6
lorem detractionum propter plures probationes, ad quas teneretur filius hæres grauatus si in hoc iudicio eisdem probationibus cogeretur elidere hanc vnam præsumptionem; quæ sola videtur contra se vrgere pro impuratione, quia, neque opus esset omisso facto inspicere, aut attendere iustitiam eiusdem pos-
sessionis, si † ius aliquo modo resisteret, dum tamen 7
penitus, & omnino non repugnaret, vt ex mente Innocent. Abb. & aliorum distinxit Couar. *practic. quæst. cap.*17. *num.*6. Menoch. *de retinen. possess. remed. vltim. num.*21. quos secuta fuit Rota *decis.*534. *num.*7. *part.*1. *diuers. & in Hispalen. Præminentiarum* 29. *Februarij* 1619. *coram bon. mem. Vbaldo.* Et quatenus etiam non subsisteret id creditorum legitimæ satis esse poterat creditum dotis maternæ ad sustinendam hanc dispositionem, & legatum Melchioris, quæ dos probata fuit ascendere ad scuta bis mille, non autem esse solùm scutorum mille, vt contendebant informantes pro Ludouico; vnde detractis scutis quingentis, quæ lucratus fuit Octauius secundus vir Iuliæ, & vitricus Melchioris per obitum eiusdem Iuliæ superabunt adhuc scuta mille, & quingenta ex pretio Casalis venditi Laurentio Ruggerio, in quo ea dos consistebat, quam prorsus summam reliquerat Melchior, vt ex illius fructibus dotari quotannis deberent puellæ, quas nominare debebant Societates.

Ex his neque visa fuerunt obstare, quæ ad impediendam manutentionem etiam opponebantur, vt scilicet illa penderet à cognitione petitorij, dum nulla spes erat, vt dotes, quæ in vim mandati de manutenendo, & pendente iudicio possessorio, soluendæ erant, possent postea recuperari, quasi redderetur impossibilis hæc repetitio, si contingeret in petitorio declarari fideicommissum, tam respectu earum societatum, quæ solùm reputari poterant exe-
cutrices voluntatis testatoris, dum nullum † com- 8
modum ad eas pertinere debebat ex legato illis relicto, iuxta distinctionem, gloss. *in l. si quis Titio* 17. *in verb. vt ministrum*, & *ibi* Bart. *num.*1. *ff. de legat.*2.

Ioan.

Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. lib. 2. part. 2. de in-*
strument. edition. §. nunc aliqua, 13. sub num. 17. Rota *in*
Romana census scutorum viginti millium 24. *Februa-*
rij 1612. *coram Ludouis. decis.* 544. *num.* 2. quàm respe-
ctu poellarum, quibus dotes solui debebant, pro-
pter bonam fidem, quæ non poterat in illis negari,
9 dum neque sunt in lite, † neque hanc litem sciunt,
vt etiam dixit gloss. *in cap. significauerunt, in verb. re-*
stituendum, de testibus, & in cap. cum super, in verb.
restituendum, de caus. possess. & propriet. Rot. *decis.* 7.
eodem titulo in antiq. & decis. 18. *de re iudicat. in nou.*
Speculat. *titul. de fructibus, & interesse, §. 1. num.* 9.
præter fauorem publicum, qui etiam suadere vide-
10 tor, vt † eæ dotes debeant esse irreuocabiliter apud
ipsas puellas, postquam fuerunt effecta proprium
illarum patrimonium: si enim præter fideicommis-
sum Bartholini supererat Melchiori, & dos materna,
11 & portio suæ legitimæ, quæ † tanquam æs alienum
detrahi debebant à fideicommisso, non potest dici,
vt casus restitutionis pendere debeat ab illius de-
claratione, & nunquam ex his solutionibus, & di-
stributione dotium faciendis dici poterit præiudica-
tum eidem fideicommisso.

Et hæc super exceptione fideicommissi, quò ve-
rò ad possessionem societatum, quam etiam impu-
gnabat Ludouicus, non poterat illa conuerti tam
ex pluribus solutionibus, quàm propter propriam
illius confessionem, quæ omnia fuerunt fundamen-
tum decisionis factæ in hac causa super, concessio-
ne mandati de manutenendo; & licèt idem Ludo-
uicus impugnaret hanc confessionem, & omnes so-
lutiones factas postquam ipse successerat in hære-
12 ditate, eò quia omnes actus † solutionum, & con-
fessionis facti fuissent, dum esset minor à suis tuto-
ribus, qui præiudicare sibi non potuerunt, iuxta
doctr. Bart. *in l. 1. §. si vir, num.* 3. vbi etiam Alex.
num. 4. ff. de acquiren. possess. quam secutus fuit Ruin.
consil. 137. *num.* 11. *lib.* 1. constituta differentia inter
minorem, qui tamen adultus sit, & minorem, qui
13 pupillarem † ætatem non excedat. Non tamen po-
terat controuertere possessionem societatum in vita
Isabellæ matris primæ hæredis, eademque posses-
sio suffragabatur eisdem societatibus contra ipsum
14 Ludouicum, cum ex mutatione personæ non † po-
tuerit mutari titulus, & possessio, quam ille acqui-
siuerant iuxta decis. Guidopap. 629. quam semper
sequuta fuit Rota, vt apud Put. *decis.* 151. *lib.* 3. *in de-*
cis. 99. *num.* 11. *part.* 1. *diuers. decis.* 562. *num.* 1. *part.* 1.
& decis. 651. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* & in his terminis
exactionis fructuum census *coram Ludouis. decis.* 213.
num. 3. *& in Romana Domus* 17. *Martij proximè præ-*
teriti coram me. Et poterat etiam videri aliena ab
15 hoc iudicio † ea exceptio an propter nullitatem
contractus fuerit translata possessio tanquam respi-
ciens petitorium, vt est decis. Achill. 15. *de restit. spol.*
16 Cùm occupans † rem minoris acquirat saltem nu-
dam detentionem, *l. possessionem*, 29. *ff. de acquiren.*
possess. gloss. *in l. pupillus*, 11. *ff. de acquir. rer. dominio.*
17 Put. *decis.* 276. *num.* 5. *lib.* 3. quæ detentio pro † pos-
sessione habetur *in l. stipulatio ista, §. hac quoque, ff. de*
verbor. obligat. & tradit Innocent. *in cap. quoniam fre-*
quenter, num. 8. *vt lit. non contest.* Ægid. *in cap. in lite-*
ris, 5. *num.* 4. *de restit. spoliat.* Et habet sua remedia
18 † possessoria, vt sunt officium iudicis ad effectum
tam retinendæ, quàm recuperandæ possessionis.
Bald. *in cap. licèt causam, num.* 35. *de probat.* Couar-
ruuias *practic. qq. cap.* 17. *num.* 5. Menoch. *adipiscend.*
possess. remed. vltim. num. 18. *& recuperand. possess. re-*
19 *med.* 17. *num.* 21. & interdictum † vnde vi, vt tra-
dit idem Menochius *de recuperand. possess. remed.* 1.
num. 66.

Demùm non visum fuit obstare, quod ex ipsius
Melchioris testamento appareret de defectu istius
tituli, & possessionis, dum societatibus non fuit de-
mandata exactio, sed sola nominatio puellarum,
quæ nubere deberent; Quia ea dotatio, & nomina-
tio debebant intelligi relicta cum effectu, & iuxta
consuetudinem similium dotationum, quia † nihil 20
præterea continebat ius illud, & facultas nominan-
di, quàm vt possent Societates dotem promittere
puellis à se nominatis, illam postea soluturæ, cum
casus desponsationis, & nuptiarum aduenerit, quod
in necessariam consequentiam importat præceden-
tem exactionem, vt fuit dictum in his terminis *in*
Romana electionis puellarum 7. *Aprilis* 1618. *coram*
R.P.D. meo Dunozetto. Et hoc etiam declarare potuit
obseruantia interpretatiua, sicut & hanc interpre-
tationem † potuit. facere tam Lucas Antonius de 21
Fabiis relictus à Melchiore in suo testamento exe-
cutor, quàm illam inducere sequentes solutiones,
quas in vita Isabellæ primæ hæredis exegerunt So-
cietates, eadem Isabella non contradicente.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana, seu Vrbeuetana legitimæ.

Die Lunæ 7. *Iunij* 1632.

ARGVMENTVM.

Filiæ fœminæ exclusæ à statuto, faciunt nu-
merum, & partem in legitima paterna,
ad commodum masculorum, & an idem
procedat quando versamur in legitima
materna.

SVMMARIVM.

1. *Filij primi matrimonij, æqualiter cum filijs secundi matrimonij admittuntur in successione matris.*
2. *Filij sine dubio transmittunt legitimam, seu ius illam petendi ad eius filios, seu hæredes.*
3. *Legitima ex taciturnitate filij non amittitur, nisi ex proprio facto, vel nisi prohibitionem detractionis approbauerit, vel aliter consenserit.*
4. *Legitima filiorum est semis, quando excedunt numerum quatuor.*
5. *in Legitima computatione debet haberi ratio, tam filiorum masculorum, quàm fœminarum.*
6. *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. excludit filias fœminas propter masculos.*
7. *Statut. exclusiuum fœminarum, vt liget requiritur vtraque subiectio.*
8. *Filia fœmina à statuto exclusa à successione matris, an faciant numerum in legitima ad fauorem masculorum, & num. 10. & 15.*
9. *Filia fœmina exclusa à statuto à successione patris, cum eis dos succedat loco legitimæ, faciunt partem in masculorum legitima.*
11. *Mater non tenetur dotare filias.*
12. *Statutum potest tollere legitimam fœminis ex iusta causa, prout, quando aliunde sunt dotatæ.*
13. *Filiæ fœminæ exclusæ à statuto computantur in numero liberorum, & faciunt numerum, & partem in legitima, quando hoc filijs prodest.*

15. in

15. *in Filiorum electione est, an velint, quod filia exclusa à statuto faciant numerum in eorum legitima.*
16. *Statuentium intentio excludentium fœminas propter masculos, eo tendit, vt agnatio conseruetur.*
17. *Fratres vterini non sunt agnati fororis vterina, cum sint de alia familia.*
18. *Portio, à qua excluditur fœmina à statuto, acquiritur masculo, cuius contemplatione excluditur, si illi, qui ad eam concurrunt, non conseruant agnationem.*
19. *Fratres vterini non tenentur dotare sorores vterinas.*
20. *Statutum non fauet forensibus, sed subditis.*

DECISIO XXXIX.

VIctoria decedens ex Iordano Clementino primo viro, reliquit tres filios, Octauium, Flaminiam, & Lauram; & ex Comite Dulcio de Corbaria secundo viro, alios tres, nempe Ranutium, Leonettum, & Sulpitiam, præmissa ante eius obitum donatione suæ dotis, & aliorum bonorum ad fauorem filiorum Comitis Ranutij filij, cum expressa reseruatione legitimæ, quæ filiis suis de iure naturæ debetur, & dum per DD. Ioannem Baptistam, & Hieronymum filios dicti Octauij esset petita portio de iure ipsis debita. Dubitatum fuit an legitima debeatur, & ad quam summam ascendat, cui dubio fuit per Dominos responsum legitimam deberi, & esse semissem.

Legitimam deberi visum fuit non posse dubitari:
quia Octauio eorum patri illa debetur in bonis ma-
1 tris, cum æqualiter cum † filiis secundi matrimonij
in successione matris admittatur, *§. illud quoque super hoc, in Auth. de nupt. §. si quis igitur, Auth. de hered. ab intest. venien.* Dec. *consil.* 236. *num.* 6. Crass. *in §. legitima, quæst.* 3. Menoch. *consil.* 1126. *num.* 20. latissimè comprobans etiam habita ratione bono-
2 rum ante obitum donatorum, & illa † & ceu ius petendi proculdubio transmittitur ad filios, & hæredes. Salyc. *in l. quoniam in prioribus, num.* 7. *C. de inoff. testam.* Bald. *in l.* 2. *in fine, C. de liber. præter.* Peregr. *de iure fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 79. Surd. *consil.* 341. *num.* 1.
3 nec taciturnitate † filij potest tale ius amitti, nisi ex facto proprio, vel prohibitionem detractionis approbauerit, vel aliter consenserit non detractioni, in quibus terminis loquuntur Surd. *consil.* 570. *num.* 7. & Honded. *consil.* 66. *num.* 2. *lib.* 2. in contrarium allegati.

De quantitate igitur est difficultas, & cùm numerus filiorum excedat quatuor, regulæ sunt pro
4 DD. Clementinis, legitimam † esse semissem, *§. si verò vltra quatuor, Auth. de triente, & semisse, Auth. nouissima, C. de inoffic. testam.* & in illius computatio-
5 ne † debet haberi ratio, tam fœminarum, quàm masculorum, cum æqualiter succedant matri, siue in hæreditate, siue in dote. Paris. *consil.* 17. *num.* 27. *&* 25. *num.* 33. *volum.* 2. Dec. *d. consil.* 236. *num.* 6. Crass. *in §. legitima, quæst.* 7. quod si singuli ex primo matrimonio filij, vel habentes respectiuè causam ab eis, agerent in capita, & ex persona propria contra donatarios Victoriæ, pro portione illos tangente, non possent iidem donatarij differre solutionem, aut
6 bonorum pro rata restitutionem, † nec excipere *de Statut. Vrbis, cap.* 145. *lib.* 1. ad excludendas fœminas sorores Octauij, vt exinde legitima reducatur ad trientem, ex quo neque Statutum Vrbis, cum ipsi sint forenses, neque statuta Corbariæ, quatenus adessent, cum DD. Clementini non sint subiecti, in aliquo præiudicare possent, quandoquidem
† requiratur vtraque subiectio litigantium, vt ex 7
dispositione statutorum iuuari possint; aliàs statuta defectu potestatis statuentium non comprehendunt forenses Bart. *in l. cunctos populos, quæst.* 2. *num.* 73. *C. de summa Trinit. & Fid. Cathol.* quem Rota semper sequitur, vt *in decis.* 255. *coram Papa Gregorio XV. Cellen. hæreditatis* 10. *Iunij* 1626. *coram bon. mem. Buratto, Narnien. successionis* 22. *Maij* 1628. *coram D. meo Merlino, & Ferrarien. de Tassonis* 18. *Martij* 1630. *coram me.*

Cæterùm, quia DD. Clementini volunt ex dispositione statuti prædicti, iuuari pro consequenda tota legitima ex persona Octauij eorum patris, Fla-
minia, & Laura fœminis exclusis, tanquam † quod 8
faciant numerum, & partem ad commodum ipsius Octauij, videndum est an fœminæ prædictæ ita à statuto exclusæ à successione matris faciat numerum, & partem ad commodum masculorum. Secundò, an ad commodum fratrum, qui ex vtroque latere sunt coniuncti tantùm; vel ad commodum etiam aliorum, qui ex eadem matre, de cuius successione agitur geniti sunt.

Quantum ad primam difficultatem si ageretur de hæreditate patris, & de sumenda legitima filiorum ex bonis illius quamuis plures sint Doctorum opiniones relatæ per Gabr. *de legitima, conclus.* 2. attamen quia statutum excludit fœminas maritatas, & dotatas à patre; & item non maritatas, nec dotatas; modo frater germanus, vel patruus sint parati dotare; non autem simpliciter excludat fœminas, & deinde mandat illas congruenter dotari; tunc quia dos succedit loco legitimæ, faciunt numerum,
† & partem ad commodum masculorum, vt distin- 9
guendo determinauit. Castr. *in l. Titio centum, §. Titio, genero, num.* 8. *ff. de condit. & demonstr. & consil.* 275. *num.* 2. *part.* 1. *& consil. vltim. num.* 4. *part.* 2. Socin. sen. *consil.* 25. *num.* 22. *vol.* 1. *& consil.* 75. *num.* 8. *vol.* 3. Ludou. Morot. *antiquos recensens, consil.* 23. *num.* 2. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 8. *num.* 23. Caluan. *consil.* 31. *num.* 12. & hanc opinionem sæpiùs Rota sequuta est, vt *in decis.* 540. *part.* 1. *diuers. &* 74. *&* 106. *impress.* post tract. Merlini *de legitima, & resolutiuè in terminis Statuti Vrbis* 145. *lib.* 1. tenuit *in Romana de Lante, quæ est* 266. *part.* 1. *diuers. & in ciuitatis Castelli supplementi legitimæ coram Cardin. Lancelloto* 5. *Martij* 1604. *& in Romana dotis* 4. *Ianuar.* 1628. *coram D. Card. Virili.*

Maior difficultas videbatur vbi agitur, vt in præ-
senti, de successione † matris, in qua statutum ne- 10
que priuat dotatas, & maritatas, aut eas, pro quibus frater, vel patruus sint parati dotare, neque
mandat eas dotari de bonis maternis, ex quo † ma- 11
ter non tenetur dotare filias; itaut cognosci non possint, an dos succedat loco legitimæ, vt propterea videantur exclusæ simpliciter, & haberi, ac si natæ non essent, quoad numerum, & partem, secundùm distinctionem eiusdem Castr. suprà relatam *in dict. §. Titio genero, & consil.* 286. *num.* 4. *part.* 1.

Verùm, & hæc difficultas cessare videtur: quia etsi non agatur de successione matris pro dote subrogata loco legitimæ, vel pro dote constituenda in compensationem successionis, ex eo, quod ad eam non pertineat onus dotandi; nihilominus etiam
verum est, quod † statutum potest tollere legiti- 12
mam fœminis ex iusta causa, prout est, quando aliunde sunt dotatæ. Castr. *in Auth. nouissima, num.* 2. *C. de inoff. testam.* Decian. *consil.* 29. *num.* 6. Gabr. *consil.* 11. *num.* 1. *volum.* 1. inde videndum est, an fœminæ fauore

fauore masculorum sint exclusæ, prout de huius-
modi fauore in statuto, de quo agitur, dubitari non
13 potest, & tunc † fœminæ exclusæ computantur in
numero liberorum, & faciunt numerum, & partem
quando filiis prodest. Rub. Alexand. *consil.* 122. *lib.* 3.
Gabriel. *de legit. conclus.* 2. *num.* 7. Cephal. *consil.* 245.
num. 34. *lib.* 2. Ladereh. *consil.* 126. *num.* 6. Decian. *con-*
sil. 46. *num.* 36. & quamuis Castr. *in supra allegato con-*
14 *sil.* 286. *num* 4. in successione † matris videatur con-
trarium sentire; attamen Rota eamdem opinionem
pro masculis sequuta est in terminis præsentis sta-
tuti *in Romana de Lante* 266. *part.* 1. *diuersorum*, &
magis in indiuiduo *in ciuitatis Castelli supplementi le-*
gitima 4. *Martij* 1614. *coram Cardin. Lancelloto*, in
qua agebatur de successione matris, & nihilominus
resolutum fuit fœminas facere partes ad commo-
dum masculorum ad constituendam semissem.

Non obstat, quod filij secundi matrimonij dissen-
tiant à filiis primi matrimonij, & recusent ad illo-
rum fauorem numerum, & concursum fœminarum,
itaut legitima non excedat trientem.

Quia cum DD. Clementini habeant regulam de
triente, & semisse ad illorum fauorem, & secun-
15 dum veriorem possunt ex personis † sororum elige-
re, quod ipsi vtilius existimant, non possunt DD.
Com. de Corbaria mutare pro eorum voluntate iu-
ris dispositionem in præiudicium filiorum primi ma-
trimonij.

Superest nunc secunda quæstio, an fœminæ de
Clementinis faciant partem ad commodum om-
nium masculorum, vel tantùm vtrinque coniuncto-
rum, & ad commodum propriorum fratrum de Cle-
mentinis visum fuit facere partem: quia intentio
16 statuentium, † fœminas, excludentium propter ma-
sculos eò tendit, vt agnationes conseruentur, § *cæte-*
rùm, Instit. de legitima agnat. success. Menoch. *consil.* 6.
num. 11. *&* *consil.* 95. *num.* 60. *lib.* 1. Honded. *consil.* 1.
num. 3. *lib.* 2. & latissimè in terminis huius statuti Vr-
bis, fuit firmatum *in Romana successionis* 15. *Nouem-*
17 *bris* 1630. *coram D. meo Verospio*; sed † fratres isti
vterini non sunt agnati sororis vterinæ, cum sint de
aliena familia, nempe de Corbaria. Bald. *consil.* 30.
lib. 1. Socin. sen. *consil.* 241. *num.* 10. *lib.* 2. Tob. Non.
consil. 12. *num.* 5. ergo ne statutum opererut contra-
18 rium effectum, † nihil potest acquiri fratribus vte-
rinis propter qualitatem cognatitiam, quam habent
à statuto exclusam. Rub. Alexand. *in l. pater filium,*
num. 178. *C. de inoff. testam. &* *in consil.* 121. *num.* 3.
Honded. *consil.* 1. *num.* 97. *volum.* 2. cuius potissima
fuit ratio respondendi in terminis huius quæstionis
contra Gabr. *consil.* 15. *lib.* 1. & magis Dominis pla-
19 cuit, & addi potest, quia † fratres vterini non tenen-
tur sorores vterinas dotare, *l. cùm plures, §. cùm tu-*
tor. de administr. &c. Boër. *decis.* 129. & vlteriùs Do-
20 mini de Corbaria sunt forenses, quibus † statutum
non fauet, sed DD. Clementinis suis subditis, vt
supra fuit firmatum.

Et prædicta locum habere debent respectu bo-
norum consistentium in Vrbe, seu iurisdictioni Vr-
bis suppositorum, quò verò ad alia extra territorium
Vrbis consistentia, cum in locu de Corbaria succe-
datur de iure communi, DD. Clementini succedere
possunt tantummodo in capite, sed cum non fuerit
probatum, quæ bona in loco illo consistant, super-
flua remanet illorum prætensio. Et ita, &c.

In hac eadem causa adest altera decisio sub die 10.
Decembris 1632. coram eodem R. P. D. Pirouano, part. 6.

R. P. D. PIROVANO.

Romana seu Vrbeuetana legitimæ.

Die Veneris 10. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Filij liberè transmittunt legitimam ad eius hæredes etiam absque agnitione, & hoc procedit siue simus in legitima paterna siue materna cum ista transmissio sit fundata in particulari priuilegio legitimæ, & non in ciuitate.

SVMMARIVM.

1. *De legitima transmissione in bonis patris, vbi agitur, tunc absque præcedenti agnitione transmissio recipitur, propter effectum suitatis.*
2. *Filius est necessarius hæres patris, in eo continuatur dominium, & ideo transmittit absque agnitione.*
3. *Filius non est in potestate matris, nec suus, ac necessarius hæres dici potest, sed verè voluntarius, & ideo iura non agnita, non transmittit, & num.* 11.
4. *Legitima transmissio non est fundata in potentia suitatis, aut iure patriæ potestatis, sed in particulari priuilegio legitimæ.*

   Legitima debetur, ipso iure, à lege vocatis, num. 4.
5. *Filius legitimam transmittit ex iure speciali, non attente iure patriæ potestatis.*
6. *Surd. in consil.* 341. *num.* 1. *lib.* 3. *examinatur, & num.* 10.
7. *Suitas, quare fuit introducta.*
8. *Merlin. de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 8. *num.* 5. *declaratur.*
9. *Legitimæ transmissio fit, ex speciali iure.*
12. *Legitima debetur filio, non dum legis beneficio, sed & titulo singulari.*

    Legitima filiorum non est quota hæreditatis, sed portio bonorum, num. 12.
13. *Titulo singulari, & non hæreditarie, ea quæ competunt ex hæreditate alicuius, etiam sine agnitione transmittuntur.*
14. *Bona quæcumque, quæ acquiruntur iure separato ab aditione hæreditatis, non requirunt agnitionem ad effectum, vt liberè transmittantur ad hæredes.*
15. *Legitima titulus, licèt sit singularis, attamen defertur iure, & nomine hæreditarie.*
16. *Socin sen. in l.* 1. 32. *& Rip. num.* 152. *ff. de vulg. declarantur.*
17. *Legitima filiorum est semis, quando excedunt quatuor, & num.* 26.
18. *Filiæ fœminæ, licèt sint exclusæ à statuto ab hæreditate patris, faciunt tamen numerum in legitima ad fauorem filiorum, vt legitima sit pinguior, & vide num.* 10.
20. *Dispositio hominis facit cessare dispositionem legis.*
21. *Filijs debetur legitima etiam contra voluntatem parentum.*
22. *Maiori numero personarum fauendum magis est, & num.* 24.
23. *Negantium melior videtur esse conditio.*
24. *Filij tam primi, quam secundi matrimonij in bonis proprijs paternis, vel maternis, æqualiter succedũt.*

27. *Sorores*

27. *Sorores vterina non faciunt numerum in legitima ad fauorem fratrum vterinorum.*
28. *Ciuilitas alicuius loci ad effectum successionis, nihil releuat, non probata habitatione, cum onerum sustentatione.*

DECISIO XL.

IN præterita disputatione a duo fuerunt resoluta;
legitimam DD. Clementinis esse debitam in bo-
nis,& hæreditate Victoriæ eorum auiæ,& illam esse
semissem; hodie verò,cum eadem controuertentur,
idem quoad vtramque partem fuit responsum.

Nam legitima verè debetur Octauio, Victoriæ
filio, & ex eius persona iure transmissionis DD.
Ioanni Baptistæ, & Hieronymo eius filiis,vt in pri-
ma decisione fuit firmatum.

Neque obstat, quòd vbi agitur de transmissione
1 † legitimæ in bonis patris,verior quidem sit opinio,
vt absque præcedenti agnitione transmissio recipia-
2 tur, propter effectum suitatis; dum † filius est ne-
cessarius hæres patris, & in eo continuatur domi-
nium, ideoque transmittat sine agnitione. Ias. *in l.
scimus, in princip. C. de inoffic. testam.* Rodericus *in
l. quoniam in prioribus, declaratione leg. regni, limit.3.
column. antepenultimo.* Crass. *in §. legitima, quæst.* 37.
Surd. *post alios consil.* 341. *num.*1. *lib.* 3. Secùs verò,
vbi agitur de transmittenda legitima in bonis ma-
3 tris debita, vt in præsenti, in † cuius matris pote-
state filius non est, nec suus, aut necessarius hæres
dici potest; sed verè voluntarius qui absque agni-
tione, & acquisitione iura transmittere non potest.
Bald. & Salic. *in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic.
testament.* Gomes. *variar. resolut. cap.*9. *num.*24. Surd.
consil. 341. *num.*13. *lib.*3. Modern. *de legitima lib.*5. *tit.*3.
*quæst.*8. *num.*5.

4 Quia primò fuit responsum, transmissionem † non
esse fundatam in potentia suitatis, aut iure patriæ
potestatis; sed in particulari priuilegio legitimæ,
quæ debetur ipso iure, à lege, vocatis, *l. cum ratio in
princip. ff. de bon. damnat. l. omnimodo, l. quoniam in prio-
ribus, l. scimus, §. cum autem, ff. de inoffic. testam.* vnde
Bald. *in l. si arrogator. num.*8. *ff. de adopt.* firmat om-
nes esse pares in iure transmittendi legitimam, ex
5 iure speciali, † non attento iure patriæ potestatis;
sed speciali natura transmissionis legitimæ, & Bald.
sequuti sunt Alexand. *consil.* 150. *num.*8. *lib.*2. Crauet.
*consil.*312. *num.*3. Socin. sen. *consil.*150. *num.*24. *lib.*1.
Aretin *in l. ventre* 83. *col. penult. vers. quarta, & vltima
quæstio, ff. de acquir. hæred.* Peralta *in l. cum patruus,
num.*28 *ff. de legat.*2. Marta *de success. part.*1. *quæst.*24.
*num.*8. *& sequent.* Cuccus *de legitima, in §. nec vsufru-
ctu, num* 91. Surd. *in dicto consil.* 341. *num.*2. vbi aduer-
tit ad eos, qui loquuntur in matre, & hanc opinio-
nem sequitur Rota tam antiqua, quàm moderna, vt
in decis. 668. *part.*1. *diuersorum, quæ fuit coram Papa
Clemente VIII. & in Ariminen. legitima de Scarponi-
bus* 5. *May* 1627. *coram D. meo Durano*, & hanc vti
veriorem propter rationes, & Rotæ auctoritatem
sequitur Gratian. *discept.*448. *num.*23. ex quibus pa-
6 tet auctoritatem Surdi † non præponderare; dum
fundat transmissionem in qualitate suitatis, quod
verum non est, & in eo, quod titulus legitimæ non
sit singularis, sed hæreditarius, in quo dissentiunt
communiter scribentes, & rationes Baldi illum con-
uincunt; dum in eadem *l. si arrogator, num.*8. dicit
7 suitatem † fuisse inductam de iure ciuili, fauore cre-
ditorum, quibus non obligantur successores in le-
gitima; & tamen secundùm opinionem Surdi, si
legitima deferretur iure, & nomine hæreditario; vt
præsupponit *num.* 26. essent obligari. Moderni au-
tem † de legitima nihil plus dicunt, quàm ipse Sur- 8
dus dixerit in discursu sui *consilij* 341. & propterea
iidem Moderni in alia quæstione de matre transmit-
tente legitimam filij ad hæredes, eodem *lib.*3. *tit.*3.
quæst. 8. *num.* 13. *&* 14. conueniunt cum doctrina
Baldi, reiecta opinione Surdi admittendo † specia- 9
lem naturam transmissionis, in qua secundùm Baldi
doctrinam omnes sunt pares; & tandem ipse Sur-
dus in fine sui *consilij num.* 34. fatetur suam opinio-
nem non esse tutam, quando sola debetur † legiti- 10
ma, qui est casus noster; vt tunc transmittatur non
iure suitatis; sed ex peculiari iure, & natura ipsius
legitimæ; secùs verò, quando filius est institutus hæ-
res vniuersalis, vel in quota, quod verè conuenit
in successione matris, voluntario hæredi; dum suus,
† & necessarius esse non possit, propter defectum 11
patriæ potestatis, vt non priùs transmittat, quàm
agnoscat, vt supra dictum fuit.

Secondò fuit etiam responsum, quod legitima
competit ne dum beneficio legis, † vt iam dictum 12
est; sed & titulo singulari: quia non est quota hære-
ditatis, sed portio bonorum, *l. cùm à matre, cum
gloss. C. de rei vendic.* Bald. *in dicta l. si arrogator, num.*8.
ff. de adopt. Surd. *eodem consil.* 341. *num.*3. qui infini-
tos allegat, & illis accedunt Gayl. *lib.*2. *obseruat* 120.
*num.*3. Mantic. *de coniectur. lib.*7. *tit.*8. *num.*5. Viuius
commun. opin. in verb. legitima, num. 63. idem Surd.
consil 216. *num.*13. *volum.*2. quæ verò titolo † singu- 13
lari, & non hæreditario deferuntur, eadem etiam
sine agnitione transmittuntur. Bart. *in l. si arrogator,
num.* 8. per illum textum, *ff. de adopt.* Bald. *num.*8.
Ias. *num* 14. Castr. *in l. cum antiquioribus, num.*6. *C.
de iure delib.* Alexand. *consil.* 150. *num.*7. *lib.*2. Roland.
*de lucro dotis, quæst.*47. Fanut. *eodem tit. gloss.*4. *num.*8.
Pinell, *in l. prima, num.* 36. *C. de bon. matern.* Surd.
*decis.*138. *num.*15. & idem fuit comprobatum in su-
prà allegata *decis.*668. *part.*1. *diuers.* & denique Bald.
in l. generaliter, §. in his, C. de secund. nupt. tradit regu-
lam generalem, quòd † quæcunque acquiruntur iu- 14
re separato ab aditione hæreditatis, & iure vniuer-
sali non competunt; non requirunt agnitionem ad
effectum, vt liberè transmittantur ad hæredes, prout
cæteræ actiones.

Nec mouere debent, quæ ab eodem Surdo *dicto
suo consilio* 341. *num.* 25. ponuntur pro responsione
ad confundendam distinctionem tituli singularis,
quòd vbi † etiam legitimæ titulus esse singularis; 15
attamen deferatur iure, & nomine hæreditario. Bart.
*in l. pro hærede, in §. primo, in fine, & in leg. gerit, num.*22.
ff. de acquirend. hæred. Socin. sen. *in l. prima, num.*32. &
Ripa *num.*157. *ff. de vulgar.* Cuccus *de legitima, §. le-
gitima est autem, num.* 41. atque ita in non suo sem-
per requiratur agnitio ante transmissionem per su-
pradicta.

Quia Socin. & Ripa † in locis allegatis benè di- 16
stinguunt, quando legitima deferatur titulo hære-
ditario; nam si filij instituuntur, vel ab intestato suc-
cedere possunt, tunc iure hæreditario semper de-
fertur: quia non possunt repudiare residuum hære-
ditatis, & legitimam retinere; secùs verò, quando
vt in præsenti vbi sola defertur tam à lege, quàm
ex reseruatione Victoriæ, in qua non potest consi-
derari titulus hæreditarius, neque ex testamento,
neque ab intestato, & hoc casu semper in sua sin-
gularitate remanet propter legis beneficium, & pri-
uilegium.

Altera conclusio firmata in decisione, quòd † hæc 17
legitima

legitima sit semis, visa fuir etiam indubitata, enm
numetus filiorum tam primi, quàm secundi Matri-
monij excedat quatuor, §. *si vltra quataor*, *Auth. de*
Triente, & semisse, Auth. Nouissima, C. de inoff. testam.
& vltetius concuttat electio DD. de Clementinis, vt
Flaminia, & Laura, quamuis à Statuto Vrbis 145.
18 lib. 1. exclusæ faciant † partem ad eorum fauorem,
vt legitima sit pinguior secundùm opinionem quam
seruat Rota, vt *in Romana de Lante, qua est. 226. part.*
prima diuers. & Ciuitatis Castelli supplementi legitima
5. Martij 1604. *coram bon. me. Cardinali Horatio Lan-*
cellotto, & *in Romana Dotis* 4. *Ianuarij* 1628. *coram D.*
Cardinali Virili.

Non obstat, quòd non versemur in exclusione
fœminarum ex dispositione statutaria, in quibus
19 terminis † dicebatur masculos habere electionem,
prout sibi vtilius fore existimauerint; sed in exclu-
sione conuentionali, nempe Victoriæ posita in do-
natione, in qua reseruat legitimam masculis tan-
tum, fœminis exclusis, quo casu propter dispositio-
20 nem † hominis, quæ facit cessare dispositionem le-
gis, fœminæ exclusæ non faciunt partem. Paris. *con-*
sil. 36. *num.* 28. *lib.* 2. Crass. *in* §. *legitima, quæst.* 2. *num.* 5.
Gabr. *de legitima conclus.* 2.

Quia Victoria in donatione, quam fecit nepoti-
bus suis ex filio Com. Ranutio non exclusit pro-
prias filias à legitima; sed illis tantùm noluit reser-
uare portionem, quæ fecerunt renunciationem, &
generalem quietantiam quibus voluit dari id tan-
tùm, quod eis de Iure debetur. Ex quibus verbis
magis fuerunt præseruata iura masculorum ex re-
nunciationibus acquisita, quàm à portione legitimæ
exclusionem inducere, & quatenus etiam voluisset
21 non potuisset: quia † filiis debetur legitima contra
voluntatem parentum, *l. omnimodo*, *l. quoniam in prio-*
ribus. C. de inoff. testam.

Propterea tota exclusio venit à Statuto, ex cuius
dispositione dos succedit loco legitimæ, & mascu-
lis accrescit.

Nec dicatur, quòd admissa etiam electione ma-
sculorum secundùm id quod vtilius ipsis videtur
quoad ipsam legitimam augendam, adhuc filiis ma-
sculis ex Com. Dulcio de Corbaria magis vtile est,
quod legitima non transeat in semissem: quia sic
remanet pinguior donatio ab eorum matre facta,
22 & magis † fauendum sit in hac electione ipsis, qui
sunt duo masculi ex secundo matrimonio, quam
Octauio Clementino, qui solus est ex primo ma-
trimonio, per *l. & suum hæredem*, § *finali*, *cum l. sequen-*
23 *ti, ff. de pactis*, ac etiam quia videatur melior † con-
ditio negantium, vulgata *regula in re communi de re-*
gul. iur. in 6.

Quia decisio causæ respondet DD. Fratres Cle-
mentinos habere regulam pro se, attento numero
excedente quotuor filios, quibus magis fauendum
24 † est; sed præterea aduertetunt Domini, quòd aut
donatatij excipiunt de maiori vtilitate, & illi non
possunt: quia legitima illis non debetur, sed Comiti
Ranutio eorum patri, & Com. Leonetto eorum pa-
truo, qui se fundare non possunt in vtilitate nepo-
tum; sed in sola voluntate, cui etiam si liceret ad-
hærere contra veritatem; dum maior vtilitas est in
semisse, quàm in triente; non tamen releuaret: quia
habent Sulpitiam vnicam sororem, quæ cùm non
sit subiecta Statuto Vrbis defectu potestatis non est
25 exclusa ad masculorum fauorem, vt ideo, & † æqua-
liter succedat cum aliis filiis, siue primi, siue secun-
di matrimonij. § *illud quoque super hoc*, *Auth. de nuptiis.*
§. *si quis igitur Auth. de hæred. ab intest. venien.* Decius
cons. 236. *num.* 6. & fratribus iuuare non possit; dum
retinet propriam portionem de iure ipsi debitam,
quæ interim illis non accrescit secundùm eorum
declarationem, & quod magis est si dematur etiam
persona Sulpitiæ, tanquam totaliter exclusæ secun-
dùm voluntatem suorum fratrum, adhuc remanent
Com. Ranutius, & Leonettus non exclusi ex secun-
do matrimonio, & tres ex primo, nempe Octauius,
Flaminia, & Laura, qui insimul excedunt numerum
† quatuor pro semisse sufficiens, & Comites Cor- 26
barij de tali exclusione sororum de Clementinis da-
re non possunt, † quia illæ non faciunt partem ad 27
commodum masculorum vterinorum, vt in fine de-
cisionis causæ fuit firmatum.

Demum non obstat, quod DD. Comites à Cor-
baria sint, & ipsi ciues Romani ex priuilegio: quia
etiam eo exhibito, & † non probata habitatione, 28
cum onerum sustentatione ad effectum successionis
nihil releuaret. Afflict. *decis.* 384. *num.* 8. & articulo
discusso firmatum fuit *in Cesenaten. hæreditatis* 18.
Ianuarij 1620. *coram me.*

Etita fuit resolutum, &c.

a Idest sub die 7. Iunij præteriti, est decis. 137. part. 6.



AD QVÆST. XXXIV.

Mors quomodo probetur, seu præsumatur.

R. P. D. MERLINO.

Pluen. Eremitorij.

Die Veneris 7. Februarij 1631.

ARGVMENTVM.

Mors alicuius ex quo remaneat iustificata. Beneficium Ecclesiasticum, vt quis validè imperret, quid probare grauetur. Beneficij vltimus status, quando semper veniat attendendus, & quando id fallat.

SVMMARIVM.

1. *Obitus alicuius probari potest per librum Confratrum, si ad eos spectet opus sepeliendi mortuos, & num. 3.*
2. *Parocho adnotanti mortem Parochiani creditur, quia ad illum spectat adnotatio.*
4. *Libro Hospitalis consuetum est adhiberi fides, ad effectum probandi mortem alicuius.*
5. *Testis consanguineus plene probat mortem sui consanguinei, si pro ratione assignet, quod propter illius mortem pulla veste fuit indutus.*
6. *Liber priuatus, quando cum eo concurrunt adminicula, bene probat.*
7. *Beneficium, vt possit impetrari, & cadat sub reseruatione, probandum est quod sit vacabile, & conferibile Clerico, & erectum in titulum Beneficij.*
8. *Capellania, quæ fundantur in Hispania ad celebrandas Missas, non cadunt sub regula reseruatoria.*
9. *Quia non sunt tituli beneficiales, nisi probetur, quod sint erecti in titulum Beneficij.*
10. *Capellania in dubio præsumitur Beneficium Ecclesiasticum.*

11. *Resignatio indicat Beneficium esse conferibile.*
12. *Regula de valore non habet locum, nisi in Beneficiis.*
13. *Capellania, quod sit conferibile ex quo arguatur, & num. 15.*
14. *Ordinarij præsumuntur bene informati de statu, & qualitate Beneficiorum suæ Diœcesis.*
16. *Ad Beneficij collationem sustinendam sufficit vltimus status.*
17. *Et prouisus non est remouendus etiam si postea detegatur Beneficium non esse conferibile.*
Neque collatio infringitur, aut retractatur ex superuenienti probatione veræ qualitatis, & proprietatis Beneficij.
18. *Prouiso de Beneficio suffragatur quasi possessio Collatoris, cum bona fide conferendi.*
19. *In qua quasi possessione est confouendus, nec attenditur præcedens status contrarius, quatenus adesset, quia collatio interim spectat ad possessorem tanquam fructus iuris conferendi.*
20. *In Præsentatione, licet loquatur c. consultationibus de Iurepatr. habet tamen etiam locum in collatione, & in quasi possessione conferendi.*
21. *Status vltimus, quando non attendatur, etiam ad effectum sustinendi collationem Beneficij.*
22. *Beneficij vltimus status semper attenditur, quando agitur inter ipsos prouisos, vel præsentatos.*
23. *Verum tamen est, si detegatur contrarius status, itaut ad alium pertineat ius conferendi, in posterum reseruatur tale ius vero Collatori, & num. 24.*
25. *Capellania, quod sit Beneficium Ecclesiasticum probari potest ex multis simul iunctis.*
26. *Beneficij vltimus status, vt non veniat attendendus ad effectum sustinendi collationem, opus est probatione incontinenti, & liquidissima, scilicet per rem iudicatam, vel per confessionem partis.*
27. *Proprietas, quando absorbeat quasi possessionem.*
28. *De Testium examinis validitate, quando merito dubitari possit.*
29. *Laicorum appellatione apud Idiotas in Lusitania, veniunt etiam Clerici, qui in sacris Ordinibus non sunt constituti, & num. 31.*
30. *Clerici, qui non sunt in sacris Ordinibus constituti sunt capaces Beneficiorum simplicium.*
33. *Pro Bonis Ecclesiasticis in Lusitania etiam soluuntur decimæ.*

DECISIO XLI.



BIIT Sebastianus Mundez Barbosa de mense Iulij, qui perpetuo est reseruatus, & de hac Capella, siue Eremitorio fuit prouisus D. Gaspar, super cuius gratia cum disputaretur in Rota, Informantes pro D. Didaco solum impugnabant probationem circa obitum dicti Sebastiani de mense Iulij, & controuertebant hanc Capellam, seu Eremitorium esse Beneficium conferibile, in cæteris vero dabant manus pro iustificatione, prout vera omnia vndequaque erant ex testibus iustificata, quoad Clericatum Gasparis, illius originem, valorem tam huius Beneficij, quàm obuentorum, & alia narrata in dicta gratia. Verùm in omnibus gratiam Gasparis iustificatam esse Domini responderunt.

Et quoad obitum Sebastiani in mense Iulij datur partita libri confratrum Misericordiæ, in qua est adnotata mors, & funus dicti Sebastiani, & quamuis
1 non sit hic liber Parochi, † tamen cum in Ciuitate
Eluen. & fere in tota Lusitania ad Confraternitatem Misericordiæ pertineat hoc opus sepeliendi defunctos, qua ratione creditur † Parocho adnotati 2
mortem Parochiani, quia ad illum spectat adnotatio, vt per Crauet. *de antiq. tempor. part. 1. §. vidimus, & abunde, num. 1.* Ioseph. Ludou. *concl. 29 ampliat. 24. & decis. Perusin. 12. num. 17. part. 1. cum aliis.* Ita & credendum est libro societatis, si Confraternitas habet pro instituto hoc officium generale sepeliendi,
& quod credatur Scribis deputatis † ab istis Archi- 3
confraternitatibus in Regno Lusitaniæ est decis. Valaschi 10. *num. 1.* prout etiam in libro Hospitalis
cui consueuit fides adhiberi † probari mortem dixit 4
Surd. *cons. 530. num. 36.* & de hac consuetudine etiam deponunt testes, & quatenus posset dubitari de concludenti probatione dictæ adnotationis tanquam libri priuati, in præsenti cessaret difficultas, dum hæc adnotatio fulcita est depositione testium inter quos vnus est consanguineus, qui etiam assignat
rationem, quia, † ob mortem d. Sebastiani pulla ve- 5
ste fuit indutus, & D. Didacus venit ex eadem vaca-
tione, liber † autem priuatus, quando cum eo con- 6
currunt alia adminicula, bene probat Barr. *in l. admonendi num. 27.* & alij communiter, *ff. de iure iur.* Boër. *decis. 105. num. 5.* Rota *decis. 751. num. 2. & 3. & decis. vlt. num. 2. part. 1. diuers.*

Quo verò ad alterum, obiiciebatur à D. Didaco non probari existentiam Beneficij erecti in titulum,
& quod sit vacabile, & conferibile Clerico, † quod 7
est requisitum necessarium, vt possit impetrari, & cadat sub reseruatione. Dec. *cons. 148. num. 1.* Feliet. *cons. 143. n. 7.* Vestr. *in praxi lib. 5. cap. 14. in fine*, Card. Seraph. *decis. 1095. num. 2* Gonzal. *ad reg 8. glos. 5. in princ. num. 20. & 34.* Garz. *de benef. part. 1. cap. 2. n. 102. & seqq.* vbi quod Capellaniæ, quæ fundantur in Hi-
spania ad celebrandas † Missas, non cadunt sub re- 8
gula reseruatoria, quia non sunt tituli Beneficiales,
nisi probetur fuisse erectos in titulum † Beneficio- 9
rum. Hic autem nedum deficere videatur probatio erectionis in titulum istius Capellaniæ, sed immo testes dicunt istud Eremitorium solitum esse dari Laicis in administrationem.

Verùm animaduertendum est pro responsione,
quod in dubio Capellania † præsumitur Beneficium 10
Ecclesiasticum. Gonzal. *ad reg 8. glos. 5. num. 50* Lara *de anniuersar. & Capellan. lib. 2. num. 59.* hæcque præsumptio in casu præsenti est fulcita pluribus signis, & argumentis, fuit enim olim resignata hæc Capellania, seu Eremitorium ab Emanuele Gomez de anno 1570. in manibus fel. rec. Gregorij XIII.
quæ † resignatio indicat esse Beneficium conferibi- 11
le, ad tradita per Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 1. numer. 118. cum sequentib.* & postea fuit expedita gratia perinde valere super. valore, vt satisfacerent regulæ
de valore quæ † non habet locum, nisi in Beneficiis, 12
& ideo bene arguit Capellaniam hanc esse Bene-
ficium † conferibile. Rot. *decis. 181 num. 1. & sequen-* 13
tib. part. 1. & decis. 264. part. 2. diuers. Gonzal. *d. glos. 5. num. 65.* & Ordinarij in relationibus factis dum sacra Apostolorum limina visitarunt de ista Capellania tanquam de Beneficio meminerunt, quibus mul-
tum deferendum est, cum † ex eorum officio sint 14
informati de statu, & qualitate Beneficiorum Diœcesis. Rota *coram fa. me. Gregor. XV. decis. 482. num. 6. & 483. num. 7.* & demum dantur etiam testes de publica voce, & fama deponentes istud Eremitorium esse Abbatiam, & titulum Beneficialem collatiuum,
summario Gasparis *num. 4.* ex quibus † omnibus 15
saltem simul iunctis visum fuit sufficientem insurgere probationem, quod istud Eremitorium re vera sit conferibile.

Sed

Sed quicquid sit de præmissis sufficit Gaspari,
quod modo non agitur inter ipsos Collatores, nec
super statu principaliter Capellaniæ vel illius status
mutatione, sed agitur tantùm inter prouisos; vnde
16 ad sustinendam prouisionem ipsius Gasparis † suf-
ficit vltimus status, qui est collatiuus, & prouisus
non est amouendus, etiam si postea detegatur hanc
Capellaniam non esse Beneficium, neque collatio
17 infringitur, † aut retractatur ex superuenienti pro-
batione veræ qualitatis, & proprietatis Beneficij.
Bart. *cons.* 82. *num.* 1. *vers. sed posito lib.* 1. Rota *decis.* 14.
de Iurepatr. in antiq. Aym. *cons.* 321. *num.* 5. *vers. nec vi-
tiatur collatio*, suffragatur enim prouiso quasi posses-
18 sio Collatoris cum bona fide conferendi, † in qua
quasi possessione est confouendus, nec attenditur
præcedens status contrarius quatenus adesset, quia
19 collatio interim spectat † ad possessorem tanquam
fructus iuris conferendi. *c. querelam, de elect. c. cum
olim, de caus. possess. & propriet. c. consultat. de Iurepatr.*
& bene per Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 45. §. 2. *num.* 8. *&
20 seqq.* & licet text. † *in c. consultationibus*, loquatur in
præsentatione, tamen habet locum etiam in colla-
tione, & in quasi possessione conferendi. Bald. *con-
sil.* 437. *num.* 1. *lib.* 2. Felin. *in cap. in nostra, num.* 44. *de
prabend.* Rota *decis.* 2. *num.* 1. *de prabend. in non. dec.* 308.
num. 6. *part.* 1. *recent.*

Decisiones verò quæ videntur innuere contra-
21 rium statum † præferri vltimo statui etiam ad su-
stinendam collationem, procedunt quando agitur
inter ipsos Collatores, vel agitur super statu Bene-
ficij principaliter habito respectu ad veram ipsius
Beneficij qualitatem, & proprietatem: secus autem
vt hic, vbi solum agitur de quasi possessione, & so-
lum inter prouisos, & sic de statu habito respectu
ad istam quasi possessionem existentem penes col-
latores, præsentantes, vel eligentes, quo casu sem-
22 per † attenditur vltimus status originem habens ab
illa simplici quasi possessione, & nudo exercitio cō-
ferendi, sique postea aliquando euincitur, aut dete-
gitur contrarius status Beneficij, firma manente col-
latione facta vigore quasi possessionis, & sequuta
23 vacatione ex persona illius prouisi ab existente † in
dicta quasi possione, Beneficium assumit suum pro-
prium statum, adeout in posterum exercitium iuris
24 conferendi † reseruetur vero Collatori, quemadmo-
dum dicitur in materia præsentationis, ex *cap. consul-
tationibus, de Iurepat.* ita bene distinguit Rot. *dec.* 737.
num. 3. 4. 5. *part.* 2. *rec.* & notant Adden. *ad sa. me. Gre-
gor. XV. decis.* 77. *num.* 12. *vers. si verò agatur. & dec.* 112.
num. 5. *vers. status vltimus, & modern. de re benef. lib.* 1.
quæst. 34. *num.* 15. 26. *& seqq.* Et proinde in casu præ-
senti, cum de bona fide huiusmodi quasi possessio-
nis dubitari non possit, & habeat præsumptionem
25 † pro se, quod Capellania in dubio censetur Bene-
ficium Ecclesiasticum, & concurrunt tot alia argu-
menta idem suadentia superius ponderata, vtique
prouisio Gasparis irreuocabiliter sustinetur, & ad
effectum, vt hæc quasi possessio non attenderetur,
26 opus fuisset probatione contrarij status † inconti-
nenti facta vndequaque liquidissima, nempe vel per
rem iudicatam, vel per confessionem partis, tunc
27 enim proprietas absorberet † quasi possessionem.
Rota apud Card. Seraph. *decis.* 555. *num.* 8. *& dec.* 169.
num. 4. *&* 5. *part.* 2. *diuers.* & bene obseruant Addent.
ad sa. me. Gregor. XV. d. decis. 77. *num.* 12. *vers. si tamen
ante factam.* Modern. *de re benefic. d. quæst.* 34. *num.* 29.
& 31. quam probationem hic omnino deficere
visum fuit.

Non igitur obstant testes pro D. Didaco depo-
nentes hoc Eremitorium datum fuisse in admini-
strationem Laicis; quoniam vltra quod dubitatur
† de validitate examinis ex defectu iurisdictionis Iu- 28
dicis, atque etiam citationis ad videndum iurare te-
stes, quia attento communi vsu loquendi, præsertim
apud Idiotas in Lusitana, † appellatione Laicorum 29
veniunt etiam Clerici, qui non sunt in sacris Ordi-
nibus constituti, † & tamen sunt capaces Beneficio- 30
rum simplicium, & de hac consuetudine luculenter
deponunt testes pro Gaspare, & deducitur etiam ex
iisdem testibus D. Didaci, dum appellant Laicum,
quem tamen postea præsupponunt, vel prima ton-
sura insignitum, † vel in minoribus constitutum, & 31
demum cum vltimus status per longum tempus
continuatus concurrat, quod scilicet hæc Capella-
nia sit Beneficium, cum de hac vsque de anno 1579.
à Gregorio XIII. tanquam de Beneficio fuit proui-
sus Sebastianus Mundez per cuius obitum Gaspar
fuit prouisus illi sufficit † hæc quasi possessio, vt su- 32
pra dictum est, sique canonizabitur Capellaniam
non esse Beneficium, hoc suffragabitur in posterum
pro futuris vacationibus.

Minus obstat solutio decimarum, quia ex hac
non sequitur Capellaniam non esse Beneficium Ec-
clesiasticam, † cum etiam pro bonis Ecclesiasti- 33
cis in Lusitania, & in Diœcesi Eluen solui decimas
deponant testes in summario Gasparis num. 10. sub
litera E.

Et ita vtraque parte informante, &c.



QVÆST. XXVI.

Testamentum secundum quando reuocet primum.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana testamenti.

Die Mercurij 4. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Testamentum primum, in quo adest dero-
gatoria posterioris voluntatis, vt tolla-
tur per secundum testamentum, quid
requiratur.

SVMMARIVM.

1. *Testamentum primum ipso iure sublatū per secundā.*
2. *Clausula derogatoria omnium aliarum voluntatum in primo testamento apposita, non adimit facultatem testatori ab eo recedendi.*
Intellige tamen, ut nisi primum testamentum reuocetur in posteriori, deficiat voluntas, & consensus testatoris. num. 2. & 3.
4. *Testamentum posterius, quando reddatur suspectum.*
Derogatio generalis, & in confuso prolata non est sufficiens ad effectum, ut inde sumi possit coniectura mutationis voluntatis, quæ fieri debeat, cum specialitate.
6. *Clausula, non obstante quocunque alio testamento, non sufficit ad reuocationem prioris testamenti habentis clausulam derogatoriam, & num. 7. vbi de clausula cassans. amplia num. 8.*

9. *Clausularum, & verborum generalitas non sufficit ad tollenda specialia.*

10. *Clausula, omni alio meliori modo, non sufficit ad effectum, vt per secundum testamentum reuocetur primum.*

11. *Testamentum primum habens clausulam derogatoriam, vt tollatur per secundum, an requiratur, vt in indiuiduo fiat mentio d. derogatoria.*

12. *Voluntatis prioris derogatio, ex quibus coniecturis deprehendatur.*

13. *Derogatio specialis, & expressa, quando non dicatur sublata per alias derogationes.*

DECISIO XLII,

TESTATOR sanus corpore, & mente, nuncupatiuum primo loco condidit testamentum, quod Notario clausum consignauit in præsentia testium, qui voa cum ipso testatore, in plicatura exteriori, nomina sua adscripserunt. Postmodum ipse corpore infirmus aliod testamentum etiam nuncupariuum, noo tamen clausum condidit, sub quo decessit. Et quamuis regulariter primum
1 † testamentum ipso iure sublatum esse dicatur per secundum, §. *posteriore*, *Instit. quib. mod. testam. infirm. l.2. ff. de ininst. rupt. & irrit. testam. & l. sancimus, C. de testam.* Attamen cum in primo adsit clausula derogatoria posterioris voluntatis sub his verbis. *Mi protesto, che questa mia dispositione non s'intenda mai riuocata, ancorche in altra dispositione cassassi particolarmente in specie questa con clausole derogatorie, & derogatorie delle derogatorie, se in detta altra mia dispositione non vi sarà scritto l'Oratione Angele Dei*, &c. *& sottoscritta di propria mano*, quæ quidem oratio in dicto secundo testamento post claosulam *cassans*, &c. non fuit descripta, neque in eo apparet subscriptio testatoris, sed id solummodo additum fuit, quod ipse testator voluit testamentum hoc posterius cæteris aliis præualere. Hinc quæsitom fuit; vtrùm prædictorum testamentorum præualeat, & proposito per me dubio, Domini hodie primum testamentum præferendum esse censuerunt.

In primo enim habetur amplissima clausula de-
2 rogatoria, † quæ licèt facultatem ab eo discedendi non adimat, tamen operatur, vt nisi primum expresè reuocetur in posteriori deficiat voluntas, & consensus testatoris, *l. si quis in principio testamenti, cum gloss. magn. ff. de legat. 3. l. si mihi & tibi, §. in legatis*, vbi gloss. *in verb. non valebit*, & Paul. de Castr. *num. 2. ff. de legat. 2.* Salycet. *in d. l. sancimus, num. 6. C. de testam.* Natt. *consil. 531. num. 38. & consil. 639. num. 3.* Neuizan. *consil. 63. num. 18. & sequent.* eamque conclusionem commoniter esse receptam testantur Clar. *sentent. lib. 3. §. testamentum, quæst. 99. in princip. vers. primus casus.* Suarez *in thesaur. commun. opin. vers. testamentum, num. 70.* Vasq. *de success. lib. 2. §. 17. num. 71.* Molin. *de iust. & iur. tract. 2. disput. 153. num 16.* Rota apud Cæsar. de Grass. *decis. 1. num. 1. de testam. & in recent. decis. 721. num. 2. part. 2.* Ac prætetea in eodem testamento seqountur illa verba, *Perche ogni altra dispositione ch'io facessi, non sarebbe mia volonta, ma ad instigatione, & compiacenza d'altri per forza*; quæ important veram causam, & ratio-
3 nem propter quam apposita † est clausula derogatoria futuræ dispositioni, quam rationem in similibus terminis considerant Doctor. vt Franc. Aret. *in consil. 314. num. 2.* Barth. Socin. *in l. Gallus, §. illud credendum, num. 3. ff. de liber. & posthum. & in consil. 98. num. 6. volum. 3.* ac inde suspectum † reddi posterius 4
testamentum, notat idem Socin. *in d. l. si mihi, & tibi, §. in legatis, num. 6. ff. de legat. 1.* Gozad. *in consil. 98. num. 10.* Aymon *consil. 25. num 11.*

Posterius verò testamentum, in quo habetur clausula, *Cassans omne aliud testamentum quomodolibet forsan factum*, cum declaratione, *quod hoc cæteris eius præualeat omni meliori modo*, nullam facit specialem mentionem de primo testamento per quam suaderi possit, quod testator voloerit priori eius voluntati derogatum esse, & propterea Domini censuerunt non esse attendendum. Nam dicta derogatio † ge- 5
neralis, & in confuso prolata non est sufficiens ad effectum vt inde sumi possit coniectura mutationis voluntatis, quæ fieri debet cum specialitate, iuxta text. *in d. l. si quis in principio testamenti, ibi, nisi specialiter dixerit, ff. de legat. 3.* vt post Dyn. *in cap. quod semel placuit, num. 22. & seq. de reg. iur. in 6. not.* Paul. de Castr. *in auth. hoc inter liberos, num. 4. & 5. C. de testam.* vbi de clausula, non obstante † quocunque 6
alio testamento, quam dicit non sufficere ad reuocationem præcedeotis testamenti habenris clausulam derogaroriam, & de clausula † cassans omne 7
aliud testamentum, idem Castrens. *in consil 408. volum. 2.* ac de clausula, *Cassans quodcunque testamentum præcedens manu cuiuscunque Notarij, & sub quacunque verborum forma conceptum.* Natt. *consil. 619.* etiamsi clausula huiusmodi fuerit † concepta per verba ge- 8
minata, vel potiùs inculcata, vt in casu Neuizan. *dicto consil. 63.* vel cum verbis voluerit hoc omnibus aliis retrofactis præualere, vt per Alexand. *consil. 7. volum. 4.* & Ruin. *consil. 10. num. 3. volum. 2.* quarum clausularum, & verborum generalitatem noo † suf- 9
ficere ad tollenda specialia *de Oratione Angele Dei*, &c. & similibus, in priori testamento appositis respondit Federic. de Sen. *in consil. 47. num. 1.* in quibus etiam terminis quod clausula, *Omni alio meliori modo*, non sufficiat ad † effectum, vt per secundum testa- 10
mentum reuocetur primum, dixit Rota *coram Card. Seraph. decis. 239.* & hanc esse communem affirmant Alexand. *d. consil. 7. num. 8.* Couar. *in rubr. de testam. part. 2. num. 19. vers. tertium.* Clar. *quæst. 99. num. 7.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 166. num. 13.* Simon. de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib. 4. interpret. 3. dub. 2. num. 67.* Guidop. *decis. 127. vers. & quod specialis.* Mart. *de claus. part. 3. claus. 6. num. 7.* eamque approbauit Rota *d. decis. 721. num. 1. part. 2. recent. & in Romana fideicommissi de Iacobatijs 10. Aprilis 1617. coram bon. me. Remboldo.*

Et qnamuis non requiratur, vt in indiuidoo † fiat 11
mentio derogatoriæ appositæ in priori testamento per ea, quæ latè tradit Alexand. *in consil. 134. lib. 1.* qoem sequuta est Rota *coram Cæsar. Grass. decis. 1. de testament.* nullius tamen hic mentio facta fuit qualitatis, veluti diei, vel Notarij, aut derogatoriæ, seu verborum dicti prioris testamenti, vnde saltem per relationem ad aliud, † vel per circumstantias 12
constare possit de mente testatoris, ex directo contraria, vt requirit Angel. *in consil. 365. num. 3.* & post eundem Alexand. *in præallegato consil. 134. lib. 1.* & Socin. qui communem dicit *in consil. 163. num. 7. lib. 2.* sequitur Natt. *consil. 639. num. 9.* & Rot. *coram Cæsar. de Grass. d. decis. 7. de testam. & inter recent. d. decis. 721. num. 7. part. 2.*

Ex eo autem, quod io posteriori testamento dictus testator Dominicum ex secundo matrimonio, in priori verò Margaritam ex primo matrimonio filiam instituerit hæredem, quodque in eodem posteriori testamento dixerit se esse creditorem generi,
qoem

quem in priori dictæ filiæ substituit in vsufructu bonorum, talis derogatio non resultat, vt alia magis specialis non sequatur, nisi enim tot clausulæ, ac tam prægnantes in secundo inserantur, quot, & quales habentur in præcedenti, non est rationi congruum, vt per dicta simul iuncta, clausula in forma
13 communi, † & generali tollatur derogatio specialis, & expressa, ad tradita per Dec. *in conf.* 475. *num.* 12. Aym. *conf.* 25. *num.* 11. & Neuiz. *d. conf.* 63. *num.* 17.

Neque obstant deducta ad probandam falsitatem prioris testamenti respectu subscriptionis testatoris eo, quod in pluribus quietantiis eius nomine confectis, ac aliena manu scriptis enunciatur eum nesciuisse scribere. Quia huiusmodi assertiones verificantur in eo, quod quietans nesciret expedire ducere calamum, vt ex inspectione protocolli in Rota exhibiti, & ruditate characteris licuit deprehendere. Et ita vtraque, &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana testamenti.

Die Lunæ 12. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Testamentum primum, si habeat clausulam derogatoriam ad sequentia, vt per aliud testamentum censeatur illi derogatum, quid sit necessarium.

SVMMARIVM.

1. *Testamentum primum habens amplissimam clausulam derogatoriam ad sequentia, prævalet posteriori, non habenti illam specialem derogationem dictæ clausulæ, & num. 3.*
2. *Testamentum primum habens amplissimam clausulam derogatoriam ad sequentia, non tollitur per secundum, nisi in eo inserantur specialia relatiua ad dictum primum testamentum.*
   Nam tunc posterior dispositio censetur facta per testatorem apparenter, & per simulationem. num. 2.
4. *Gemin. in conf.* 115. *& Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 166. *num.* 50. *declarantur, & num.* 13.
5. *Testamento posteriori multipliciter derogari solet, & vide num.* 8. *&* 9.
6. *Testamentum primum habens clausulam derogatoriam, non tollitur per secundum, si in eo non sit facta specialis mentio primi. & num.* 12.
7. *Verba vniuersalia apposita in secundo testamento, non habent vim specialis derogationis clausularum appositarum in primo testamento.*
10. *Testamentum vltimum, si fuerit in posterioribus codicillis comprobatum, addita clausula, quod debeat valere omni meliori modo, tunc censetur derogatum primo.*
11. *Pia causa censetur magis dilecta à testatore, quàm extraneus institutus hæres.*
15. *Minor non censetur instigasse testatorem ad se instituendum hæredem.*
   Clausula derogatoria in primo testamento, quare à testatoribus apponatur, num. 15.
16. *Nouerca aduersus sanguinem suum corrumpunt maritos.*
17. *Testamento, in quo est institutus hæres filius masculus magis est fauendum, quàm eo, in quo est instituta hæres filia fœmina.*
18. *Voluntas sine superuenientia nouæ causæ, non præsumitur mutata.*
19. *Testamentum magis fauorabile liberis, siue sit primum, siue sit secundum, est attendendum. vide rationem num.* 20. *&* 21.
22. *Et sic in hoc casu concurrit duplex derogatio, vna à testatore expressa, & alia tacita à lege.*

DECISIO XLIII.

Domini censuerunt non esse recedendum à decisione ª huius causæ, in qua firmatum fuit, quod primum testamentum habens amplissimam clausulam derogatoriam ad sequentia, prævaleat posteriori non habenti illam specialem dictæ clausulæ derogationem.

Clausula enim illa cassans omne aliud testamentum, quomodolibet de cætero factum, & conditum, &c. in posteriori † apposita, adeo verbis vni- 1
uersalibus est concepta, vt nullo modo possit dici per eam specialitati in primo appositæ derogatum, vt per text. *in l si mihi, & tibi.* §. *in legatis. ff. de leg.* 1. concludit Dyn. *in cap. Quod semel. num.* 21. *de reg. iur. in* 6. & facit glos. *in cap.* 2. *in verb. indefinite, de dol. & contum.* in quibus terminis ita responderunt Feder. de Sen. *consil.* 47. Paul. de Castr. *consil.* 106. *volum.* 1. Alexand. *consil.* 7. *volum.* 4. Natt. *consil.* 639. *num.* 9. Sim. de Præt. *de interpret. vlt. vol. lib.* 4. *interpr.* 3. *dubit.* 2. *num.* 66. Card. Mantic. *de coniect. lib.* 12. *titul.* 8. *num.* 7. qui testantur, quod magis recepta Doctorum sit opinio, vt nisi in secundo testamento inserantur specialia relatiua † ad priorem dispositionem, po- 2
sterior perinde haberi debeat, ac si testator eam facere voluerit apparenter, & per simulationem, vt inquit Corn. *conf.* 174. *num.* 10. *vol.* 2. neque dissentit Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 166. *num.* 50. *cum sequentib.* vbi quamuis dicat clausulam, non obstante alio testamento quocunque modo facto, tanquam vniuersalem includere quemcunque modum, & quamcunque formam testamenti, & consequenter etiam habentis clausulam derogatoriam, hanc tamen consequentiam non ducit à dicta † clausula vniuersali 3
simpliciter posita, sed cum aliqua alia adiectione, vt pote imprecationis infortuniorum cuicunque personæ, quæ posteriorem dispositionem impugnare tentaret, nam vt concludat clausulam huiusmodi habere vim specialis derogationis ad futura, & inde sumi posse coniecturam pro validitate secundi testamenti, vtitur authoritate Geminiani *in consil.* 115. vbi habetur casus testamenti cum clausula reuocatoria omnium aliorum testamentorum, & Codicillorum factorum scripto, vel verbo, vel alio quocunque modo, per quam demonstrari intentionem testatoris, quod voluerit reuocare primum sub quouis verborum modo illud fecerit, & ideo verba huiusmodi referri ad clausulam verbalem positam in primo testamento, probat per text. *in cap. dudum, de sepult.* & ad magis arguendam mutationem prioris voluntatis considerat imprecationem malorum dictæ clausulæ adiectam, aduersus contrauenientes. Vnde patet, quod tam † Geminianus, quam Meno- 4
chius procedunt in terminis reuocationis factæ eum ampla expressione verborum, quæ non sint superflua, cum debeant aliquid operari, referenda sunt ad mutationem prioris voluntatis testatoris pro sustinenda validitate posterioris.

Nam sicuti multipliciter consueuit derogari secundæ voluntati, nempe generaliter, vt per clausulam annullans omne aliud testamentum † quod te- 5

ſtator faceret io futurum, vel ſpecialiter, vt annul-
lans omne aliod teſtamentum,& ſi aliquod fecerit,
nolit illud valere,niſi io eo fuerit inſeria oratio,&c.
quos modos ponit Gemin. *in dicto conſil.115. num.1.*
Ita multipliciter fieri poteſt mentio huiuſmodi clau-
ſulæ derogatoriæ in poſteriori teſtamento, hoc eſt
generaliter, vt per clauſulam de qua in puncto, caſ-
ſans omne aliud teſtamentum de cætero factum. Et
ſpecialiter vt caſſans omne aliud teſtamentum non
obſtantibus clauſulis derogatoriis in eo inſertis ac
in indiuiduo, vt caſſans non obſtante, quod volue-
rit in illo inſeri orationem, &c. de quibus clauſulis
tractant Doctores allegati per Clar. *lib.3. Sentent. in
§.teſtamentum.quæſt.99.num.7.* & generalem mentio-
nem in ſecundo appoſitam ſufficere ad effectum, vt
reuocetur primum teſtamentum habens clauſulam
6 ſpecialem derogatoriam, † indiuiduam verò non
eſſe neceſſariam,ſed requiri tantùm ſpecialem,com-
muni Doctorum calculo, firmauit Rot. *deciſ.721.
num.1. part.2. recent.*

In cauſa autem teſtamentorum,de quibus agitur,
verba ſecundi teſtamenti, ibi, Et hoc voluit eſſe
ſuum vltimum teſtamentum,caſſans,irritans, & an-
nullans omoe aliod teſtamentum per ipſum quo-
modolibet de cætero forſan factum,& conditum,vl-
tra generalem derogatiooem nihil important,quod
tollat ſpecialitatem in priori teſtamento conten-
tam,ibi *dichiaro,& proteſto, che queſta diſpoſitione non
s'intenda mai reuocata per qualſiuoglia altramia diſpo-
ſitione, in qua ſiuoglia modo, c'hio faceſſi, caſſaſſi, & an-
nullaſſi particolarmente, & in ſpetie queſta mia diſpo-
ſitione, con clauſule derogatorie, & derogatorie delle de-
rogatoriali, Se in detta altra mia diſpoſitione non vi ſa-
rà ſcritta à parola per parola queſta ſeguente oratione,
Angele Dei, &c.* Et conſequenter, cum dicta verba
in ſecundo teſtamento appoſita ad derogationem
præcedentis voluntatis, quæ de iure etiam appoſita
ſubintelligerentur,non contineant vllam ſpecialem
mentionem eorum, quæ habentur in priori diſpo-
ſitione, nulla ratione ſuaderi poteſt, quod per ſo-
lam clauſulam generalem cenſeatur teſtatorem mu-
taſſe priorem volootatem, quæ eo ipſo, quod plura
continent ſpecialia,debet alteri præualere,nulla ha-
7 bita ratione verborum † vniuerſalium clauſulæ po-
ſterioris teſtamenti,quæ vim derogationis ſpecialis,
communi Doctorum conſenſu, obtinere non poſ-
ſunt, niſi aliqua maior expreſſio habeatur, io eodem
ſecundo teſtamento, vel aliqua concurrant, ex qui-
bus clare appareat,quod ea ſit intentio teſtatoris, vt
ordinata io ſecundo præualeant iis,quæ fueruot diſ-
poſita in priori teſtamento, quemadmodum ex ap-
poſitione pœnæ liberis non acquieſcentibus poſte-
8 riori voluntati eam efficaciorem, † ac proinde ma-
gis attendendam eſſe reſpondit Barbat. *conſ.89. n.4.*
9 *vol.4.* & ſimiliter ex imprecatione malorum † eni-
xam voluntatem teſtatoris ad reuocationem prioris
diſpoſitionis deducunt Geminian. & Menoch. *in lo-
cis, vt ſupra allegatis.*

Neque verba, quæ io dicto ſecundo teſtamento
ſequootur,ibi: Et hoc cæteris aliis præualere voluit
omni meliori modo,in hoc caſu ſunt adeo efficacia,
vt obtineant vim reuocationis ad voluntatem præ-
cedentem, quemadmodum in caſibus ſuis reſpon-
derunt Pariſ.*conſ.10.num.21. & ſeqq.vol.1.* cum aliis,
quos allegat Menoch.*de præſumpt.166. num.21.*

Quia allegati Doctores eam,tunc demum huiuſ-
modi verbis tribuunt vim efficacis reuocationis ad
priorem voluntatem, quando ex aliis efficacioribus
verbis, ſeu coniecturis vehementibus, manifeſte
apparet de mutatione voluntatis teſtatoris, vt in ca-
ſu Pariſ. *poſt d. num.21.* Vbi ponderatur, quod vlti-
mum † teſtamentum in poſterioribus codicillis fue- 10
rat comprobatum, addita clauſula, quod teſtator
volebat huiuſmodi voluntatem valere omni melio-
ri, & efficaciori modo, mandando vt diſpoſita, tam
in dicto vltimo teſtamento, quam in codicillis ſor-
tientur effectum. Vel quando, vt in caſu Burſat.*con-
ſil.47.vol.1.* inſtituta fuit cauſa pia,quæ attenta qua-
litate ſexus mulieris teſtatricis cenſebatur magis
† dilecta, quàm extraneus inſtitutus in primo teſta- 11
mento, vbi etiam poſt verba, hoc cæteris præualere
voluit, addita fuit clauſula; aut omni alio meliori
modo,via,iure quibus melius,& efficacius, &c.quæ
verba propter appoſitionem illius dictionis, aut,
omnes alios modos comprehendit, quibus valere
poteſt teſtamentum, quod non operatur eadem
clauſula ſimpliciter appoſita,vt in præſenti caſu ap-
poſita ſine dicta, vel alia ſimili dictiooe, aut ſecuti
docent idem Burſat.*in d.conſ.47. num.21. in fin. vol.1.*
& Tob.Non.*conſ.22.num.11.* vbi † quod ex ea clau- 12
ſula ita poſita generalis tantùm inducitur reuocatio,
quæ non eſt ſufficiens.

Dicta verò Monachij † ſimiliter procedunt in ter- 13
minis clauſulæ habentis aliquod verbum ſignifica-
tiuum præciſæ voluntatis mutandi teſtamentum,
quod in loco prægallegaro *num.48.in fin.* exemplificat
in his verbis,volo omnino valere,quibus plane con-
gruunt, quæ diſſerit Mant.*d.lib.12. tit.8. num.19.*

Non obſtat, quod teſtatori de tempore ſecundi
teſtamenti adeſſet filius maſculus in minori ætate
conſtitutus, cuius propterea importunitatem, vel
ſuggeſtionem Margarita filia ex primo matrimonio
in priori teſtamento inſtituta, allegare non poſſit,
cùm ipſe teſtator illum non timeret. Vnde quamuis
aliorum inſtigationem,& complacentiam, ac etiam
vim in primo expreſſerit, vti cauſam dictæ clauſulæ
derogatoriæ futuræ voluntatis, Attamen ea ceſſan-
te in præſenti † caſu nullus conſiderari poſſet effe- 14
ctus dictæ clauſulæ, vt reſpondet Sfort.Odd.*in con-
ſil.89. num.84.* Quia cum ſimul adeſſet Liuia ſecun-
da vxor, ac dicti pupilli mater, & nouerca dictæ
Margaritæ, non poterat dici ſublatus timor impor-
tunitatis ipſius nouercæ, & huiuſmodi importuni-
tatem, vel ſuggeſtionem adfuiſſe ex eo deprehendi-
tur, quod in poſteriori diſpoſitione nulla fuit facta
mentio filia prædicta, neque filio inſtituto, illa, vel
alius ab ea deſcendens fuit ſubſtitutus,ipſa verò no-
uerca omnium bonorum vſufructuaria fuit relicta,
itaut licèt Odd. *in præalleg.conſ.89.* reſponderit † re- 15
ſpectu minoris ceſſare timorem importunitatis, vel
ſuggeſtionis, cuius timoris cauſa clauſulam deroga-
toriam à teſtatoribus adhiberi ſolitam dicit nihilo-
minus, vltra quod ex aliis etiam cauſis, quàm ex di-
cta minoris qualitate in caſu ſuo mouetur, non ideo
excludit inſtigationes nouercæ † quibus aduerſus 16
ſanguinem ſuum corrumpit maritos, inquit *IC. in
l.4. ff.de inoff.teſtam.*

Minus obſtat, quod in primo teſtamento inſti-
tuta fuerit † filia fœmina, in ſecundo verò, maſcu- 17
lus, & huic ſecundo magis fauendum eſt, vel ratio-
ne maioris dilectionis, vel tanquam facto inter li-
beros. Quia cum de tempore primi, adeſſet idem
maſculus, ceſſat ratio maioris dilectionis ad effe-
ctum arguendi mutationem voluntatis, † quæ ſine 18
ſuperueniennia nouæ cauſæ non poteſt præſumi, vt
poſt Bald.*in l.ſancimus. num.9.* ibi noua ratione mo-
tus ad teſtandum *C.de teſtam.* & alios Doctores, qui
eum ſequuntur, conſiderat Card. Mant. *de coniect.*

d.lib.

d. lib. 11. *tit.* 8. *num.* 17. Neque priuilegium testamenti inter liberos conuenit huic dispositioni, in qua masculus, & fœmina non fuerunt simul instituti, quo casu non procedere conclusionem de duo-
19 bus testamentis factis inter liberos, quod † scilicet testamentum magis fauorabile filiis, siue sit primum, siue secundum præferatur alteri minùs fauorabili, respondit Rimin. iun. *consil.* 535. *num.* 25. Et quamuis Bald. & alij DD. eum sequentes *in Auth. hoc inter liberos, C. de testam.* firment dictam conclu-
20 sionem propter † derogationem à iure tacitè subintellectam, tamen cum loquantur in terminis testamentorum, quorum primum caret clausula derogatoria expressa, quo casu tacita fauore liberorum de iure in vno subintellecta, operatur reuocationem
21 alterius minùs fauorabilis, & ea ratione d. † conclusio in hoc casu, in quo primum testamentum habet expressam derogationem, non procedit, quia cum tacita concurrit expressa, itaut alterum tantùm tollere non sufficiat, sicut explicando dictos Doctores respondit Tob. Nou. *in d. consil.* 55. *num.* 8. *& 9.* pro sui dicti confirmatione allegat Alexand. *in consil.* 163. *num.* 7. *volum.* 7. qui in eisdem terminis con-
22 siderat adesse duplicem † derogationem, idest vnam à testatore expressam, alteram verò à lege inductam, & ideo concludit requiri, vt in secundo testamento vtraque tollatur derogatio, quod est de mente eiusdem Bald. *in d. Auth. hoc inter liberos, in princip. obseruat.* Greg. Lopez *gloss.* 5. *leg.* 8. *tit.* 1. *part.* 6. & faciunt tradita per Socin. iun. *in consil.* 163. *num.* 14. *volum.* 2.

Et ita vtraque, &c.

a Idest sub die 4. Maij huius anni 1633. est decisio 101. parte 6



AD QVÆST. XLII.

De extensione substitutionis, & fideicommissi. Et an fideicommissum dicatur odiosum, seu fauorabile.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. fideicommissi de Glauarinis,

Die Sabbati 26. *Nouembris* 1633.

In Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Proximior de familia si sit exclusus à legato particulari, ex hoc non infertur, quod censeatur etiam exclusus à substitutione vniuersali facta à testatore ad fauorem proximiorum.

SVMMARIVM.

1. *Exclusus semel à substitutione fideicommissaria, non censetur ad eam vocatus ex voluntate testatoris, sed perpetuò remanere debet exclusus.*
2. *Vide hanc conclusionem, quando non procedat, & num,* 3.
4. *Persona vna, considerantur tamquam duæ sint personæ, quando iura duarum personarum in ea concurrunt.*
5. *Voluntatis mutatio strictè est intelligenda, nec trahi potest erga suos terminos.*
6. *Ademptio solum operatur, quo relictum non censeatur relictum, & datum non censeatur datum.*
7. *De legato speciali ad substitutionem vniuersalem illatio non fit.*
8. *Exclusus ab aliquo iure, vna via, potest venire ex alia, & tamquam alius.*
9. *Subrogatio præsupponit, quod persona substituta, seu subrogata sit diuersa ab ea, in cuius locum subrogatur.*
10. *Corrigere se quis non præsumitur in incontinenti.*
11. *Exclusio vnius est inclusio alterius.*
12. *Roman. consil.* 438. *num.* 5. *in fin. & seq. declaratur.*
13. *Exhæredatio non potest dari, sine causa inducente odium.*

DECISIO XLIV.



LEXANDER Glauarinus senior anno 1539. in testamento hæredem instituit Gherardum filium, eiusque descendentes masculos, quos ad inuicem substituit, quibus deficientibus substituit descendentes fœminarum, & istis substituit descendentes Laurentij del Carro eius ex sorore nepotis, præterquam quod prædium in Villa Cadriani nuncupatum la Ghiauanna, cum dominibus, & pertinentiis suis, quod voluit vt in dicto casu perueniret ad Ioannem Baptistam Glauarinum, illiusque descendentes masculos legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos in infinitum, quibus deficientibus, ita quòd non reperiretur in rerum natura aliquis de dicta progenie, tunc voluit, bona sua distribui in operibus piis, prout in testamento. In codicillis autem testator mutando voluntatem asserens se pœnitentia doctum reuocauit institutionem, & substitutionem dicti Laurentij del Carro, ac legatum prædij Cadriani factum Ioanni Baptistæ, & filiis, & in eorum locum substituit proximiores de Casata ipsius D. Codicillantis, videlicet, illorum de Glauarinis, tam legitimos, quàm naturales æquis portionibus in stirpes, & non in capita, vt in Codicillis. Testatori successit Gherardus filius, & huic Antonius, & Alexander iunior, quorum vterque fecit etiam fideicommissum, & in casu deficientiæ eorum lineæ masculinæ, substituit Cæsarem, & Gasparem filios dicti Ioannis Baptistæ. Et cum Antonius non habuerit filios, & ex filiis Alexandri iunioris, & extet hodie solum Eq. Gherardus iunior, dicti Cæsar, & Gaspar sub prætextu eorum vocationis ad dictum fideicommissum instituerunt dari cautionem pro bonis fideicommissariis, quæ cautio fuit ei denegata, vt *in decis.* 15. *Aprilis coram me.* a Et cùm dubitaretur an stante reuocatione facta in Codicillis, & substitutione ad fauorem proximiorum de Casata filij, & descendentes Ioannis Baptistæ possint hodie concurrere eum proximioribus de Casata, affirmatiuè fuit resolutum, nempe Ioannem Baptistam, & eius descendentes fuisse vocatos sub vocatione proximiorum de Casata, de qua in Codicillis, cùm dictus Ioannes Baptista, & descendentes in casu secuto, nempe per mortem descendentium testatoris sit proximior de familia, & agnatione ipsius testatoris, prout inter partes non controuertitur.

i Neque

Neque obſtat, quòd teſtator in teſtamento, quod
fecit ante dictos Codicillos, ſubſtituerit Ioannem
Baptiſtam in prædio Cadriani, & quod deinde pœ-
nitantia ductus reuocauerit dictam ſubſtitutionem
factam ad fauorem Ioannis Baptiſtæ de dicto præ-
dio, quia cùm ademptio non fuerit facta odio teſta-
toris aduersùs Ioannem Baptiſtam, ſed ſolùm fauo-
re proximiorum, non ſequitur, quòd teſtator qui
ademit à Ioanne Baptiſta dictum legatum, non vo-
luerit illum comprehendi ſub nomine proximio-
rum, quandoquidem, aut teſtator reſpexit ad proxi-
miores de tempore, quo fecit Codicillos, aut ad
proximiores de tempore, quo eueniret caſus fidei-
commiſſi ad fauorem proximiorum: ſi primo caſu,
aut non erant alij in familia teſtatoris præter Ioan-
nem Baptiſtam, & clarum eſt, quod illum voluit
vocare ſub nomine proximiorum, aut erant alij, qui
erant proximiores, & hoc caſu voluit teſtator diſ-
ponere in Codicillis ad fauorem dictorum proxi-
miorum quoad prædium, de quo in teſtamento diſ-
poſuerat ad fauorem Ioannis Baptiſtæ. Itaut non
abſolutè illum pœniteret, quòd vocauerit Ioannem
Baptiſtam, ſed quòd ipſum prætulerit aliis proxi-
mioribus, & ſolùm ad hunc effectum mutauit diſpo-
ſitionem, quam fecit in teſtamento ad fauorem
Ioannis Baptiſtæ, ita quòd ceſſante dicto caſu,
voluerit ipſum venire appellatione proximiorum,
quando ipſe reperiretur proximior eueniente caſu
fideicommiſſi. Aut verò reſpexit ad proximiores, qui
tales erunt de tempore, quo eueniret caſus fidei-
commiſſi, & idem dicendum eſt.

1 Non obſtat quod ſemel excluſus à † ſubſtitutio-
ne fideicommiſſaria non cenſeatur ad eam vocatus
ex voluntate teſtatoris, ſed perpetuò excluſum re-
manere, etiamſi ſit proximior, vel in æquali gradu,
vt poſt Socin. *conſil. 249. num. 31. poſt med. in tertio
fundamento, verſ. qua ſemel excluſa, lib. 2.* Rota *de-
ciſ.72. ſub num.4. verſ. ex hac coniectura, part. 1. diuerſ.*
quam ſequitur Surd. *conſil.370. num.16.* Fuſar. *de ſub-
ſtit. quæſt.484. num.63.* Giouagnon. *conſil.12. num.86.
lib.1.* quia regula non applicatur, cùm ipſi ab vniuer-
ſali ſucceſſione bonorum hæreditariorum, de qua
hodie agitur, nunquam fuerint excluſi, & licèt
ſtante dicta reuocatione ſint excluſi à particulari le-
2 gato Cadriani, tanquam filij, & † deſcendentes
Ioannis Baptiſtæ, non propterea ſequitur eſſe ex-
cluſos ab vniuerſali ſubſtitutione, ad quam vti pro-
ximiores de Caſata Codicillantis ſunt expreſsè vo-
cati. Ruin. *conſil. 153. num.9. lib.1.* Surd. *conſil. 494.
ſub num.6. verſ. præterea licet*, non enim veniunt ad
vniuerſale fideicommiſſum omnium bonorum tan-
quam filij, & deſcendentes Ioannis Baptiſtæ, & ex
dicto particulari legato, ſed tanquam proximiores
de Caſata, & familia de Glauarinis ex vniuerſali fi-
deicommiſſo, ac ſubſtitutione ad eorumdem fauo-
3 rem facta, † & ſic alio nomine, & ex nouo, ac di-
uerſo iure, vt in ſpecie aduertit Rota *d. deciſ.72. ſub
num.4. in fin. verſ. quia reſpondetur.* Vnde in caſu iſto
non conſiderantur tanquam filij, & deſcendentes
Ioannis Baptiſtæ, quo caſu procedere poſſet obie-
ctum, ſed tanquam proximiores de Caſata, & ſic
magis dilecti, & expreſsè vocati, & ſic non benè in-
fertur, quod ex eo, quod non poſſunt conſequi par-
ticulare legatum tanquam filij, & deſcendentes
Ioannis Baptiſtæ, non debeant conſequi fideicom-
miſſum vniuerſale tanquam proximiores de Caſata
ipſius Codicillantis, ac ſub diuerſa ratione conſide-
4 rati, & † qualitatem à teſtatore contemplatam, ac
requiſitam habentes, cùm ex iſta qualitate in eis
concurrente, conſiderentur vti diuerſæ perſonæ Car-
din. *cap. cum in tua, num. 4. de decimis.* Abb. *in cap.
Raynutius, num.26. de teſtam.* Surd. *deciſ.153. num.16.
& conſil.300. num.13.*

Et licèt teſtator in Codicillis pœnitentia ductus,
reuocauerit legatum ad fauorem filiorum Ioannis
Baptiſtæ, & in eorum loco inſtituerit, & ſubſtitue-
rit proximiores de familia, nihilominus cum longè
diuerſa ſit ſucceſſio in hæreditate, & legatum, iſta-
que materia pœnitentiæ, † & mutationis volunta- 5
tis ſtrictè intelligatur, nec trahi poſſit vltra ſuos
terminos. Menoch. *de præſumpt. 37. num. 33. lib. 4.* Pe-
regrin. *de fideicommiſſ. art. 18. num. 33.* Ademptio le-
gati facti, non inducit excluſionem à ſucceſſione,
ſed ſolùm tollit prædilectionem, quæ ex legato re-
ſultabat ad fauorem legatariorum, cùm ademptio
† ſolùm operetur relictum non eſſe factum, & da- 6
tum non intelligi, *l. legatum, ff. de adimen. legat.* Caball.
conſil. 72. num. 18. lib. 2. Et illa verba (pœnitentia du-
ctus) important teſtatorem pœnituiſſe diſpoſitionis
antea in teſtamento factæ, per quam in caſu prædi-
cto ſuum patrimonium diuiſerat, & proximiores de
ſua agnatione, & Caſata de Glauarinis ab vniuer-
ſali ſucceſſione excluſerat, & ad illam vocauerat
Laurentium de Carro de aliena agnatione, ac fami-
lia, & ad ſucceſſionem prædij Cadriani ex particu-
lari legato ſimpliciter, & abſolutè vocauerat dictum
Ioannem Baptiſtam eiuſque filios, & deſcendentes,
nulla habita conſideratione, an eſſent proximiores,
vel ne, ex qua mutatione voluntatis ſolùm ſequitur
omne ius, quod ipſis vti dicti Ioannis Baptiſtæ
deſcendentibus in vim dicti particularis legati ſo-
per dicto prædio Cadriani abſolutè competebat, ſiue
eſſent proximiores, ſiue non, ac etiam ius, quod ſu-
per omnibus aliis bonis competebat Laurentio del
Carro, eiuſque filiis, & nepotibus, ex vniuerſali
ſubſtitutione ad eorum fauorem in teſtamento facta
fuiſſe ab eiſdem abdicatum, & translatum in proxi-
miores de familia, adeò vt ſi iſti deſcendentes Ioan-
nis Baptiſtæ tales non eſſent, quicquam prætendere
non poſſint, non autem vllo modo infertur, ipſos
vti proximiores, & ſic in locum dictorum legata-
tiorum, & vniuerſalium ſubſtitutorum ſubrogatos,
non poſſe ex noua ſubſtitutione ad proximiorum
fauorem in Codicillis facta ſuccedere in caſu, quo
teſtatoris deſcendentes deficerent, cùm ſub iſta vo-
catione per nomen collectiuum comprehendantur
etiam deſcendentes Ioannis Baptiſtæ. Nec à diſpo-
ſitione † circa legatum ſpeciale infertur ad ſubſtitu- 7
tionem vniuerſalem. Roman. *conſil. 100. num. 387.
verſ. ſecus autem, & num.388.* Rota *in Narnien. bono-
rum 23. Iunij 1631. coram R. P. D. meo Pirouano*, &
excluſus ab aliquo iure † vna via, poteſt venire ex 8
alia, & tanquam alius. Bart. *conſil.129. num.3. lib.1.*
Socin. ſen. *conſil.130. num.32. lib.1.* Crauet. *conſil.625.
num.8.* nec remanet perpetuò excluſus, vbi non vi-
get eadem ratio. Cephal. *conſil.161. num.28.*

Neque obſtat, quòd illa verba in eorum loco,
&c. inſtituit, ſubſtituit proximiores de Caſata, &c.
importent ſubrogationem, quæ præſupponit quòd
† perſona ſubſtituta, ſeu ſubrogata ſit diuerſa ab ea, 9
in cuius locum ſubrogatur, vt per Alexand. *in l. &
hæredi, in princip. in 1. notab. ff. de vulgar.* Cephal.
conſil.620. num.17. & ſeqq. lib.5. Capitaq. *deciſ.227.
in princip. part.3.* quia nouatio, nouaque diſpoſitio
non negatur, ex quo vbi fuerant in hæreditate ſub-
ſtituti extranei, excepto prædio Cadriani Ioanni
Baptiſtæ, eiuſque deſcendentiæ legato, reuocata in
Codicillis vtraque diſpoſitione, cùm ſubſtituantur,

absolutè proximiores de Casata, prædium remanet cum hæreditate, in qua non magis dicta descendentia, quàm alij, sed absolutè proximiores de Casara subſtituuntur, sicque loco extraneorum quoad vniuersalem successionem, & loco Ioannis Baptistæ, eiusque lineæ particularis quoad prædij rota agnatio, & parentela fuit in vniuersum considerata, & sic cùm hæredes Ioannis Baptistæ priùs essent substituti sub nomine particulari in dicto prædio Cadriani priuariuè quoad alios quoscunque etiam proximiores, deindeque postea in Codicillis fuerint substituti, non vti descendentes Ioannis Baptistæ, sed sub generico nomine de Casara apparet personam subrogatam esse diuersam, & diuerso modo consideratam, & sic cessant absurda, quod, scilicet,
10 in eadem parte Codicillorum excluserit, † & substituerit easdem personas, sicque incontinenri se correxerit, contra text. *in l.non ad ea, ff.de condit.& demonstr. cum simil.* Nam sub diuersa consideratione, & in ordine ad diuersa id fieri potest, quinimo cùm appareat testatorem habuisse rationem conseruādæ agnationis, & quod bona conseruarentur in familia, vt denotant illa verba. Ita quod non reperiatur in rerum natura aliquis de dicta prosapia, & progenie, &c. concludendum est testatorem non reuocasse legatum in Codicillis, ex eo quia dictum Ioannem Baptistam, eiusque descendentes odio haberet, sed potiùs ex eo, quia illos tanquam de agnatione, & familia magis dilexit. Ideoque voluit non quidem particulari duntaxat legato, sed vniuersali omnium bonorum successione honorare, casu, quo deficientibus omnibus descendentibus proximiores esse reperirentur.

Vnde cùm Ioannes Baptista, eiusque descenden-
11 tia nunquam fuerit exclusa à successione † in bonis, & hæreditate testatoris, nisi eodem modo, quo alij de Casata, nempe tacitè per vocationem dicti Laurentij del Carro extranei, iuxta tradita per Bec. *consil.54.num.11.* Surd. *consil.151.num 55.* Ideò non ob-
12 stat † Roman. *consil. 438. num.5. in fin. & seqq.* quia præcesserat exhæredatio, ibi enim vnus filius fuerat exhæredatus, sicque exclusus à successione, & odio habitus, vt pro fundamento deducit *num.6. in fin.*
13 *& 7.* & cum exhæredatio † non possit dari sine causa inducente odium, si in illo casu exhæredatio facta fuisset non odij causa, sed bono zelo, contrarium firmasset Romanus, vt ipsemet deducit pro argumento, quod comprehendatur, *num.6.vers.2.quia exhæredatio*, contrarium firmans, quia fuit odiosus, quæ ratio odij ex supradictis non potest considerari in casu, de quo agitur.

Quibus sic positis cùm Alexander senior in Codicillis, deficientibus descendentibus masculis, ipsius testatoris substituerit proximiores de Casata ipsius Codicillantis, videlicet, illorum de Glauarinis, & Cæsar, & Gaspar, descendentes Ioannis Baptistæ, sint proximiores de Casata, causa quinquies proposita, & ab omnibus Dominis maturè discussa, constare de fideicommisso ad eorum fauorem, vtraque parte informante supradicta die fuit resolutum.

a Est decis.193. part.6.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana successionis.

Die Lunæ 21. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Mater excluditur à legitima per substitutionem pupillarem. Et quando de dicta substitutione dicatur constare, licèt verbis expressis non sit concepta.

SVMMARIVM.

1. *Substitutio pupillaris excludit matrem à legitima, & num.4. & 16.*
2. *Filio debetur legitima ex bonis paternis, & ea non potest fideicommisso grauari.*
3. *Matri debetur legitima in bonis filij.*
   Mater succedit filio ab intestato morienti, num.4.
5. *Substitutio, quando dicatur compendiosa licèt non sit adiecta dictio, quandocumque.*
6. *Substitutio compendiosa, si sit facta per verba ciuilia directa, continet pupillarem etiam matre existente in medio, num.7.*
8. *Substitutio pupillaris excludit matrem si sit facta per verba directa siue ciuilia, siue non ciuilia.*
9. *Verba, heredem suum instituit, tanquam prolata à Notario in tertia persona referuntur ad testatorem, non ad heredem, vide num.11.*
10. *Substitutio compendiosa non continet pupillarem, quando verba non sunt directa.*
   Per pupillarem substitutionem succeditur pupillo, & non testatori, num.10.
12. *Dictio, suum, & similes, quando non excludant pupillarem substitutionem, vide rationem num.13. & num.16.*
14. *Verba precedentia, declarantur ex subsequentibus.*
15. *Per fideicommissariam substitutionem succeditur duntaxat in bonis testatoris.*
17. *Testator, quando certum sit, quòd voluit facere pupillarem substitutionem.*
18. *Verba directa ciuilia sunt apta comprehendere pupillarem substitutionem.*
19. *Conditio, si sine filijs decesserit, non potest conuenire pupillari substitutioni, vide num.20.*
21. *Pupillarem substitutionem, quando dubium est, an pater voluerit facere etiam matre in medio, recurrendum est ad coniecturas.*
22. *Testator præsumitur filio infanti substituisse pupillariter, si non vxorem, sed alterum ei substituit, & num.25.*
23. *Matri, quando est relictus vsusfructus extantibus filijs restringitur ad alimenta, secundùm opinionem Bulgari communiter approbatam.*
24. *Vsusfructus relictus vxori, sub conditione vitæ vidualis, per transitum ad secundas nuptias affectio mariti erga eam cessat.*
26. *Pater, si faciendo filio infanti substitutionem pupillarem, disponat, quòd tota hæreditas ad aliquem perueniat, si detraheretur legitima pro matre, non tota hæreditas ad illum perueniret, & num.27.*

DECISIO XLV.

Quondam Iulius Perintius in testamento sub quo decessit relicta hærede vsufructuaria D. Comitissa Imperia Incasara eius vxore, donec vitam vidualem deduceret, atque instituto in legitima D. Lelio eius filio primogenito, hæredem vniuersalem instituit Vincentium alterum filium in infantili ætate constitutum, cui cohæredem dedit filium masculinum nasciturum ex D. Imperia, eosque ad inuicem

inuicem ſubſtituit, & ambobus decedentibus ſine filiis legitimis & naturalibus hæredem ſuum inſtituit prædictum D. Lelium, eique pariter decedenti ſine filiis, alios ſubſtituit, & tandem voluit, quòd vltimo vocato decedente abſque filiis maſculis, tota hæreditas deuolueretur ad Archiconfraternitatem Sanctiſſ. Trinitatis de Ponte Siſto.

Cumque deceſſerit dictus Vincentius adhuc in infantili ætate conſtitutus, & poſthumo non nato, contigit coram me dubitari, an d. D. Imperiæ deberetur legitima in bonis d. Vincentij filij.

Cuius dubij reſolutio pendebat ex eo nempe videre, an ſubſtitutio d. Vincentij facta ad fauorem Lelij fratris eſſet pupillaris, vel fideicommiſſ. tan-
1 tum. Etenim † ſi eſt pupillaris excludit matrem à legitima, *cap. ſi pater, de teſtam. in 6. l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, ff. de inoffic. teſtament.* Craſſ. *de ſucceſſ. §. ſubſtitutio, quæſt.* 30. *num.* 2. latè Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt* 156. *num.* 1. *& ſeqq.*

2 Si verò eſt fideicommiſſ. legitima, † quæ filio debetur ex bonis patris, *§. 1. Auth. de trient. & ſemiſſ. & in Auth. nouiſſ. C. de inoffic. teſtam. cap. Raynutius, verſ. cum autem, de teſtam.* non potuit fideicommiſſ. grauari, *l. coheredi, §. cum filio, ff. de vulgar. & pupill. l. omnimodo, & l. quoniam, in 2. C. de inoffic. teſtam.* &
3 conſequenter matri † debetur legitima, quia ipſa ſuccedit filio ab inteſtato, *Auth. defuncto, C. ad Tertull.* Mantic. *deciſ.* 367. *num.. & ſeqq.*

Examinata igitur diligenter ſerie teſtamenti d. Iulij, Domini cenſuerunt d. ſubſtitutionem eſſe pu-
4 pillarem, & per conſequens † matri non deberi legitimam, verba ſiquidem teſtamenti ſunt hæc, inſtituit Vincentium eius filium legitimum, & naturalem adhuc in infantili ætate conſtitutum, & inſtituit etiam filium maſculum naſciturum ex vxore quatenus grauida appareret, & dd. maſculos inuicem ſubſtituit, ſed ſi ambo deceſſerint abſque filiis legitimis, & naturalibus hæredem ſuum inſtituit prædictum D. Lelium eius filium, &c. Quæ verba
5 faciunt † ſubſtitutionem compendioſam, etiam quòd non fuerit adiecta dictio quandocunque. gloſſ. *in d. cap. ſi pater, verb. abſque deductione, verſ. ſed ad vltimam, de teſtam. in 6.* Bart. *in d. l. centurio, num.* 32. *poſt med. verſ. item ſi non eſt appoſitu.* Curt. iun. *conſil.* 172. *num.* 1. Neuizan. *conſil.* 53. *num.* 3. Menoch. *lib.* 4 *præſumpt.* 51. *num.* 7. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 33. *num.* 9. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 234. *num.* 6. Rota *deciſ.* 732. *num.* 10 *part.* 2. *recent.*

6 Quæ quidem ſubſtitutio compendioſa cum † ſit facta per verba directa ciuilia qualia ſunt hæredem inſtituit. Iaſ. *in d. l. centurio, num.* 62. *ff. de vulgar. & pupill.* Bald. *in rubr. C. de impub. & alijs ſubſtit. num.* 3. Odd. *de comp. ſubſtit. part.* 4. *quæſt.* 2. *art.* 1. *verb. inſtituo, in principio, & in verſ. retenta regula* Intrigl. *de ſub-*
7 *ſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 4. continet † pupillarem, etiam matre in medio exiſtente *d. cap. ſi pater, de teſtam. in 6. d. l. centurio, & ibi* Doctor *ff. de vulg. & pupill.* Odd. *de compend. ſubſtit. part.* 5. *quæſt.* 3. *de comp. fact. à pagan. art.* 1. *num.* 3. Craſſ. *de ſucceſſ. d. §. ſubſtitutio, quæſt.* 30. *num.* 3. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 56. *num.* 2. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 34. *num.* 21. vbi quod
8 † excludit matrem ſi facta per verba directa, ſiue ciuilia, ſiue non ciuilia. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 240. *num.* 1. *& ſeq. & num.* 12. vbi & alios refert.

Non obſtat quòd dicta verba, hæredem ſuum in-
9 ſtituit, tanquam prolata † à Notario in tertia perſona referantur ad teſtatorem, non ad pupillum, iuxt. doctr. Rip. *in l. ex facto, num.* 5. *ff. ad Trebell.* Dec. *conſil.* 371. *num.* 4. *verſ. & hoc in caſu iſto.* Ruin. *conſil.* 103. *num.* 15. *lib.* 2. *cum alijs*, quos refert Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 106. *num.* 8. ſicque appareat teſtatorem ſibi, † & 10
non pupillo ſubſtituere voluiſſe, quo caſu ſubſtitutio compendioſa non continet pupillarem, cum per hanc ſuccedatur pupillo non teſtatori. Caſtrenſ. *conſil.* 142. *num.* 2. *verſ. vnum tamen in caſu noſtro, lib.* 1. Dec. *d. conſil.* 371. *num.* 4. *verſ. & hoc in caſu iſto.* Ruin. *d. conſil.* 103. *num.* 14. *& ſeq. lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 73. *num.* 18. *&* 19. *lib.* 2. Odd. *de comp. ſubſtit. d. part.* 5. *quæſt.* 3. *de comp. fact. à pag. art.* 1. *num.* 43. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 34. *num.* 6. Fuſar. *d. quæſt.* 106. *num.* 6.

Quoniam fuit reſponſum d. limitationem procedere, vel † quando non eſt facta mentio pupilla- 11
ris ætatis, vel ſubſtitutio non eſt facta verbis directis ciuilibus in quibus terminis loquuntur iura, & Doctor. ex allegar. Secus autem quando prout hic teſtator fecit mentionem pupillaris ætatis, aut ſubſtituit per verba directa ciuilia, quia † tunc dictio 12
ſuum, & ſimiles non excludunt pupillarem. Bald. *in l. precibus, num.* 59. *& num.* 60. *verſ. præterea attende C. de impub. & alijs ſubſtit. & ibid.* Angel. & Salicet. Alciat. *in l.* 1. *num.* 6. *ff. de vulgar.* Pariſ. *conſil.* 73. *num.* 54. *lib.* 2 Honded. *conſil.* 73. *num.* 55. *& ſeqq. lib.* 1. Menoch. *conſil.* 362. *ante num.* 23. *& præſumpt.* 54. *n.* 23. *lib.* 4. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 109. *num.* 8. *& ſeq. & quæſt.* 141. *num.* 65.

Et ratio eſt, quia vbi teſtator fecit mentionem pupillaris † ætatis, vel vſus fuit verbis aptis ad pu- 13
pillarem comprehendendam, vt ſunt verba directa ciuilia, liquido conſtat ipſum voluiſſe pupillariter ſubſtituere, & ideo verba hæredem ſuum, in bonis ſuis, ſibi ſubſtituit, & ſimilia non immutant formam pupillaris, at quando teſtator ſimpliciter nulla facta mentione pupillaris ætatis ſubſtituit per verba communia vtpote quando ſub inuolucro verborum dixit quandocunque deceſſerit ſubſtituo, non apparet quam ſubſtitutionem facere voluerit, & ideo
hæc verba declarantur † ab aliis verbis ſubſequen- 14
tibus, mihi ſubſtituo, in hæreditate mea, hæredem meum ſubſtituo, vel ſibi in bonis ſuis ſubſtituit, & ſimilibus, tunc enim apparet voluiſſe facere ſolam fideicommiſſ. per quam ſuccedìtur in bonis dumta-
xat † teſtatoris, non autem pupillarem, per quam 15
ſuccedìtur etiam in bonis pupilli. Honded. *d. conſ.* 73. *num.* 35. *lib.* 1. Menoch. *d. præſumpt.* 54. *num.* 23. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 141. *num.* 65.

In propoſito autem teſtator vocauit Vincentium eius filium in infantili ætate conſtitutum, ſicque fecit mentionem pupillaris ætatis, eique ſubſtituit Lelium fratrem per verba directa ciuilia, quæ ſunt apta comprehendere pupillarem ætatem, vt ſupra
dictum fuit, & ideo illud † pronomen ſuum non 16
impedit quominus d. ſubſtitutio cenſeatur pupillaris, & per conſequens excludat matrem à legitima, *l. ſi ita ſcriptum, §. qui filio, ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tabul.* vbi Bart. *num.* 12. Bald. *in d. l. precibus, num.* 44. *C. de impub. eom. conſil.* 152. *num.* 31. *lib.* 2. Dec. *d. conſil.* 371. *num.* 3. latè Peregrin. *conſil.* 32. *num.* 42. *lib.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 34. *num.* 12. Fuſar. *quæſt.* 141. *num.* 63. & pluribus cumulatis fuit reſolutum *in Peruſina de Baptiſtis* 28. *May* 1627. *coram R. P. D. meo Pirouano.*

Non obſtat quòd prædict. iura loquantur in caſu, quo teſtator expreſsè ſubſtituit pupillariter, vtpote quando dixit, & ſi filius meus deceſſerit in pupil-
lari ætate, aut aliàs † quandocunque quaſi tunc cer- 17
tum ſit teſtatorem voluiſſe facere ſubſtitutionem pupillarem. Nam fuit reſponſum id procedere etiam quando teſtator prout hic ſubſtituit per verba apta
comprehen

18 comprehendere pupillarem, † qualia ſunt verba di-
recta ciuilia. Mantic. *de coniectur. lib.5. tit.2. num.12.*
verſ. vel niſi facta ſit. Fuſar. *d. quæſt* 241. *num.*65.
19 Nec releuat quòd d. ſubſtitutio ſit † facta ſub
conditione ſi ambo deceſſerint ſine filiis, quæ non
poteſt habere locum in pupillari ætate, etenim d.
20 conditio non † excludit pupillarem infra tempus
pubertatis. Bart. *in d. l. centurio, num.17. ff. de vulgar.*
& pupill. cum aliis, quos latè congerit Fuſar. *d.q.*240.
*num.*5. *& ſeqq.*

Sed quatenus verſaremur in dubio, an dicta ſub-
ſtitutio contineret pupillarem etiam matre in me-
dio exiſtente, iſta dubietas videtur tolli ex conie-
21 cturis, quæ hic concurrunt, † quibus in dubio de-
fertur ad effectum dignoſcendi teſtatorem voluiſſe
facere ſubſtitutionem pupillarem. Rota *deciſ.* 181.
*num.*1. *& ſeq. part.* 2. *diuerſ.* Mantic. *dict. deciſ.* 367.
*num.*10.

Prima autem coniectura in præſenti caſu deſu-
22 mebatur ex eo quòd teſtator dicto † Vincentio in-
fanti ſubſtituit Lelium alterum filium, quem pro-
pterea magis dilexiſſe cenſetur quam vxorem, &
ideo cenſetur voluiſſe pupillariter ſubſtituere. Bart.
*in d. l. precibus, num.*14. *C. de impub. & aliis ſubſtitut.*
Alexand. *in d. l. centurio, n.*90. & idem Rip. *num.*137.
Corn. *conſil.* 28. *num.*3. *verſ.*2. *coniectura*, *lib.*4. cum
aliis cumulatis per Menoch. *de præſumpt.*54. *num.*14.
& Fuſar. *d. quæſt.*242 *num.*60.

Secundò, quia eundem Lelium ſubſtituit in pro-
23 prietate, † matri vero reliquit ſolum vſumfructum,
qui extantibus filiis reſtringitur ad alimenta ſecun-
dùm opinionem Bulgari communiter approbatam,
24 & quidem ſub conditionem vitæ vidualis, † adeout
per tranſitum ad ſecundas nuptias affectio erga il-
lam ceſſauerit. Mantic. *d. deciſ.* 367. *num.* 14. Corn.
conſil. 28. *num.*3. *lib.*4. Menochius *dict. præſumpt.*56.
num. 19.

Tertiò, quia dicto Lelio, & aliis vocatis teſtator
25 † non ſubſtituit matrem, ſed piam cauſam, quæ ex-
cludit fauorem matris, *d. cap. ſi pater, de teſtam. in* 6.
Iaſ. *in d. l. precibus, num.*8. Odd. *de compend. ſubſtit.*
*pact.*5. *quæſt.*1. *num.*4. Roland. *conſil.*69. *num.*7. *lib.*1.
Menoch. *dict. præſumpt.* 56. *num.*18. *verſ. quartum eſt*
exemplum. Fuſar. *d. quæſt.*242. *num.*87.

Quartò denique quæ apud Dominos non leuiter
vrgebat, deſumebatur ex eo, quod in vltimo voca-
to decedente abſque filiis teſtator voluit, quòd tota
hæreditas deuolueret, ad Archiconfraternitatem de
26 Ponte Siſto: ſi autem detraheretur † legitima pro
matre, vtique non tota hæreditas deuenire poſſet
ad ſubſtitutum. Mantic. *de coniect. lib.*5. *tit.*7. *num.*16.
verſ. id quod Bartholomæo. Menoch. *de præſumpt. lib.*4.
*præſumpt.*56. *num.*11. *& ſeq.* Fuſar. *de ſubſt. d. quæſt.*242.
*num.*104. Mantic. *d. deciſ.*367. *num.*11.

Nec dicatur, quod Archiconfraternitas fuit ſub-
ſtituta ſub conditione omnino incerta, nimirum in
caſu obitus, nedum filiorum teſtatoris ſine filiis, ſed
etiam d. Lelij, eiuſque filiorum aliorumque vocato-
rum abſque filiis, adeout per obitum cuiuſlibet ipſo-
rum cum filiis ſubſtitutio dictæ Archiconfraterni-
tatis prorſus euanuiſſet.

Etenim DD. caſum huius ſubſtitutionis non me-
tiebantur à futuro euentu, ſed à voluntate teſtato-
ris, qui tandem voluit totam hæreditatem deuen-
27 turam ad cauſam piam, quod certè † contingere non
poſſet, ſi legitima matris eſſet detrahenda.

Et ita vtraque parte informante reſolutum
fuit, &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana fideicommiſſi de Formicinis.

Die Veneris 19. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Teſtator, ſi vxorem ſuam hæredem inſtituit, & vult quòd ſi ipſa tranſeat ad ſecunda vota, & filios habeat, tota hæreditas perueniat ad vnum ex filiis, & filios iſtius filij inuicem ſubſtituit, & in caſu quòd non habeat filios, alium ſubſtituit: quæritur modò an fiat locus dictæ ſubſtitutioni, ſi vxor moriatur ſine filiis.

SVMMARIVM.

1. *Subſtitutionis caſus, quando non euanuit, illa omnino deficit.*
2. *Fideicommiſſum etiam extenditur ad caſum non expreſſum ſtante veriſimili voluntate teſtatoris, qui ſi de eo fuiſſet interrogatus, idem veriſimiliter diſpoſuiſſet, & num.*6.
   *Intellige ſi nulla probabilis differentiæ ratio afferri poſſit, num.*2.
3. *Subſtitutio compendioſa, & continet in ſe nedum fideicommiſſariam, ſed etiam vulgarem inter ipſos ſubſtitutos ſucceſſiuè vocatos.*
4. *Subſtitutio compendioſa per aditionem primi hæredis inſtituti minimè expirat, ſed adhuc viget, vt ſecundo loco ſubſtitutus ſubintret in locum primi perempti, & caducati ob defectum non exiſtentiæ conditionis, amplia num.*5.
8. *Clauſula codicillaris operatur, vt ſubſtitutus cenſeatur vocatus etiam in caſu non natiuitatis filiorum.*
9. *Conditio primo gradui adiecta ſi deficiat, conſequenter etiam ſecundus ſubſtitutionis gradus tanquam primi ſubordinatus euaneſcit, limita num.*10.
10. *Teſtator, ſi filio naſcituro aliquem ſubſtituit, ſi non naſcatur filius, deficit ſubſtitutio, num.*17. *& quando id non procedat, num.*12. *& num.*14.
13. *Dictio, tunc, quando non impediat extenſionem ad alium caſum.*
15. *Fideicommiſſum quando non eſt abſolutè odioſum, ſed fauorabile, non eſt adeo strictè interpretandum.*
16. *Fideicommiſſum eſt cenſendum fauorabile, ſi ſit factum fauore piæ cauſæ, & in pios vſus pro ſalute animæ ipſius teſtatoris.*
18. *in Teſtamentis ratio, quæ deſumitur ex veriſimili mente teſtatoris multum vrget.*
19. *Per heredes extraneos teſtatori penitus incognitos, ſi excluderetur ſubſtitutus dilectus, & expreſſè vocatus, hoc abſurdum eſſet.*

DECISIO XLVI.

Lata per bon. mem. R. P. D. Monaldenſem ſententia ad fauorem Venerabilis Societatis Sanctiſſimæ Annunciatæ, eaque poſtea de anno 1630. per Reuerendiſſ. D. Vrgellen. confirmata; cum eadem Societas prætenderet adeſſe rem iudicatam, ego tanquam deputatus ab Eminentiſſimo D. Cardinali protectore cum facultate, quòd conſtito de duabus conformibus, ſeu quòd alias prædictarum

ſenten

ſententiarum executioni locus eſſet, illas exequi fa-
cerem; propoſui dubium, an conſtaret de re iudica-
ta, quæ eſſet exequenda; & eum hinc inde plura
deducerentur, Domini pro nunc firmarunt conſta-
te de fideicommiſſo ad ſupradictæ Societatis fauo-
rem, de reliquis verò voluerunt vt particulariter
videatur.

Fundamentum autem reſolutionis fuit; quia te-
ſtator inſtituta ſibi vniuerſali hærede D. Catherina
eius vxore, voluit, quòd ſi ipſa tranſiret ad ſecunda
vota, & filius haberet legitimos, & naturales, tota
hæreditas perueniret ad vnum ex ipſis filiis, qui te-
neretur ſuſcipere cognomen ſuæ familiæ de Formi-
cinis, & ſi filius ſic nominatus filios haberet, eos
inuicem ſubſtituit, ſi autem non haberet, tunc in
omnibus bonis ſubſtituit dictam Venetis ſocietatem
Sanctiſſimæ Annunciatæ.

Vnde quamuis dicta D. Catharina, quæ ad ſecun-
1 da vota tranſiuit, filios non habuerit, & † ſic at-
tenta verborum proprietate ſubſtitutionis caſum
minimè euenisſe, illamque omnino defeciſſe videa-
tur, iuxta conſil. Oldr. 177. Oſaſch. *conſil*. 74. *num*. 10.
Cephal. *conſil*. 649. *num*. 79. Menoch. *conſil*. 326. *num*. 1.
& ſeqq. Peregrin. *conſil*. 55. *per tot. lib*. 2. Burſat. *con-
ſil*. 19. *num*. 15. *&* 12. Honded. *conſil*. 49. *num*. 50. *lib*. 2.

Nihilominus attenta veriſimili teſtatoris mente,
ac voluntate, qui ſi de caſu non natiuitatis, & non
2 ſuſceptionis filiorum cogitaſſet, † vel interrogatus
fuiſſet, idem veriſimiliter diſpoſuiſſet, ac reſpondiſ-
ſet, cum nulla probabilis differentiæ ratio afferri
poſſit, dicendum eſt etiam in hoc caſu ſocietatem
fuiſſe vocatam iuxta communiorem, ac veriorem
Doctorum ſententiam, quam reprobato dicto Oldr.
conſil. tuentur Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verb. libertis,
num* 41. *de reuoc. donat*. Decian. *conſil*. 1. *num*. 1. *& ſeqq.
vſque ad num*. 178. *lib*. 1. Mantic. *de coniectur. lib*. 11.
tit. 6. *num*. 1. *verſ. ſed & diligenter, & num*. 2. Menòch.
conſil. 432. *num*. 9. *verſ*. 5. *& conſil*. 880. *& conſil*. 1062.
num. 18 *& conſil*. 1088. *num*. 24. *& de præſumpt. lib*. 4.
præſumpt. 65. *num*. 2. *cum ſeqq. & præſertim num*. 15. 20.
& 21. Surd. *conſil*. 236. *num*. 26. *&* 45. *verſ. non aduer-
ſatur, & conſil*. 347. *num*. 8. *& ſequentib. & deciſ*. 37.
num. 16. *&* 17. Odd. *conſil*. 12. *num*. 27. *&* 29. Craſſ.
in §. *ſubſtitutio, quæſt*. 10. *in fin*. Peregrin. *de fideicom-
miſſ. art*. 15. *num*. 15. *&* 16. Fuſar. *de ſubſtit quæſt*. 469.
num. 96. Gratian. *diſcept*. 979. *num*. 29. & hanc ſen-
tentiam ſequuta fuit Rota nedum *in hac cauſa ſub
die* 29. *Maij* 1630. *coram Reuerendiſſ. D. Vrgellen.*
Sed etiam *in Bononien. de Canobijs* 8. *Iunij* 1601. *co-
ram Cardinal. Lancellotto, & in Bononien. bonorum
de Griſonibus* 18. *Februarij* 1619. *coram bon. mem. Bu-
ratto, & in Peruſina fideicommiſſi de Baptiſtis* 28.
Maij 1617. *&* 15. *Decembr*. 1628. *coram R.P.D. meo
Pirouano, & in Romana fideicommiſſi de Angelis* 7.
Iulij 1627. *coram Reuerendiſſ. Vrgellen. & in Spole-
tana primogenitura* 18. *Febr*. 1633. *coram R. P. D. meo
Dunozetto.*

Præterea ſubſtitutio prædicta eſt compendioſa,
3 † & continet in ſe nedum fideicommiſſariam, ſed
etiam vulgarem inter ipſos ſubſtitutos ſucceſſiuè
vocatos, quæ per aditionem dictæ D. Catherinæ
hæredis inſtitutæ minimè expirauit, ſed adhuc vi-
4 get, & efficit, vt ſocietas ſecundo gradu † vocata
ſubintret, ac ſubrogetur in locum primi perempti,
& vocati ob non natiuitatem alicuius filij, iuxta
doctr. Bart. *in l. quandiu la* 2. *ff. de acquir. hæred*. So-
cin. *conſil*. 52. *num*. 14. *lib*. 1. Dec. *conſil*. 237. *num*. 2.
Crauett. *conſil*. 283 *ſub num*. 1. Surd. *conſil*. 179. *num*. 10.
& conſil. 347. *num*. 13. *& ſeqq*. Peregrin. *de fideicom-
miſſ. d. art*. 15. *num*. 4. 5. 16. *& ſeqq*. Fuſar. *de ſubſtitut.
d. quæſt*. 469. *num*. 37.

Et hanc ſententiam Domini eo libentius ſunt
amplexi; quia teſtator in caſu quo D. Catherina
plures haberet filios, † noluit ad illos omnes hæ- 5
reditatem ab inteſtato tranſmittere, vel inter eos
ad ſui libitum diſponere; ſed voluit eam teneri no-
minare vnum dumtaxat, qui excluſis aliis in om-
nibus, & per omnia in totum ſuccederet, ea lege,
vt ſuſcipere teneretur cognomen de Formicinis pro
ſuæ familiæ, & agnationis conſeruatione, quem
tamen ſic de eius familia effectum in caſu mortis
ſine filiis grauauit ad fauorem Societatis, quam ſine
dubio ſuccedere voluit, etiamſi alij dictæ D. Ca-
therinæ hæredis filij ſuperſtites eſſent, vnde multo
magis dicendum eſt eamdem ſocietatem vocare vo-
luiſſe in caſu quo nulli filij naſcerentur, vel exta-
rent, & ſic neque ageretur de grauamine illius,
qui eſſet vt ſupra de propria familia effectus, ne-
que de propriorum ipſius Catherinæ filiorum ex-
cluſione, ſed tantùm de præferendo eamdem ſo-
cietatem extraneis hæredibus, ac ſucceſſoribus, &
ſic † multo magis vrget ratio prædicta ex veriſimili 6
teſtatoris mente deprompta, qua mouentur Docto-
res ſupra allegat. vt per Menoch. *dict. præſumpt*. 65.
num. 5. 9. *&* 15. *ad finem*. Surd. *d. conſil*. 347. *ſub num*. 8.
circa fin. verſ. & prædicti omnes, & num. 23. *poſt med.
& num*. 25.

Præſertim etiam, quia teſtator ſocietatem vo-
cauit cum conditione, quòd anno quolibet in die
ſui obitus teneretur anniuerſarium, ac triginta Miſ-
ſas pro eius anima celebrari facere, reliquos verò
ſuæ hæreditatis fructus erogare in augmentum ſub-
ſidij dotalis pauperum puellarum, quæ orationem
Dominicalem, ac ſalutationem Angelicam quin-
quies pro ſuorum peccatorum remiſſione recitare
tenerentur; vnde eſt omnino veriſimile illum vo-
luiſſe, vt dicta D. Catherina eius vxore primo in-
ſtituta deficiente, nec filio aliquo extante, qui me-
diante dicti cognominis eius familiæ de Formicinis
aſſumptione illam conſeruaret, ſubſtitutio prædi-
cta minimè euaneſceret, nec bona ad extraneos hæ-
redes ſibi incognitos, & minimè dilectos tranſirent,
ſed deuenirent ad ipſam † ſocietatem ſubſtitutam, 7
vt pium huiuſmodi opus pro eius animæ ſalute im-
pleri poſſet, vt in propoſito ab onere adiecto arguit
Decian. *d. conſil*. 1. *num*. 19. *& ſeqq*. & Rot. *in d. Bo-
nonien. de Griſonibus coram bon. mem. Buratto.*

Quibus etiam accedit clauſula codicillaris, in
teſtamento adiecta, quæ operatur, † vt ſocietas 8
vocata cenſeatur etiam in caſu non natiuitatis fi-
liorum, vt in ſpecie poſt Caſtrenſ. *conſil*. 394. *num*. 4.
lib. 1. Decian. *d. conſil*. 1. *num*. 134. dicit Menoch. *dict.
conſil*. 432. *num*. 15. *&* 19. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt*. 460.
num. 46.

Neque obſtat, quòd ex eo quòd D. Catherina
filios aliquos non habuit, defeciſſe videatur con-
ditionem primo gradui adiectam, & conſequenter
etiam † ſecundum ſubſtitutionis gradum ad Socie- 9
tatis fauorem tanquam illi ſubordinatum periiſſe,
vt concludunt communiter Doctores *in d. l. quam-
diu*. Bald. *in conſil*. 169. *&* 279. *lib*. 1. Pariſ. *conſil*. 14.
num. 18. *lib*. 3. Natt. *conſil*. 676. *num*. 26. *& conſil*. 678.
num. 19. *&* 20. Theſaur. *deciſ*. 86. *in fin*. Rot. *deciſ*. 519.
num. 2. *part*. 1. *recent*. Quoniam fuit reſponſum nos
non verſari propriè in deficientia conditionis qua
primus ſit vocatus, ſed in caſu quo ille non eſt na-
tus, & ſic ſocietatem ſecundo loco vocatam adhuc
† ſuccedere debere ex veriſimili teſtatoris mente 10

&

& rationis identitate vti subrogatam in locum primi, ex vulgari in compendiosa contenta iuxta superius alleg.

Nec etiam obstat, quòd testator Societatem substituisse videatur filio nominato sine filiis deceden-
11 ti, non autem ipsi Catherinæ, † seseque ad casum expressum restrinxisse mediante adiectione illius dictionis (*Tunc.*) Quia verum non est quòd Societatem nominatim substituerit filio vt supra decedenti, sed illam simpliciter, & absoluté vocauit, si ille filios non haberet, & sic potius respexisse censetur
12 ad † effectum non existentiæ filiorum, qui eius familiam mediante nominis assumptione, vt supra conseruatent, quam ad grauati personam, vt ponderat Sutd. *d. consil.* 236. *num.* 39. & 41. illa vero di-
13 ctio † (*Tunc*) extensionem ad casum non natiuitatis non impedit, Decian. *d. consil.* 1. *num.* 48. *lib.* 1. Menoch. *d. præsumpt.* 65. *num.* 24. & *d. cons.* 432. *num.* 35. & 36. Sutd. *d. cons.* 236. *num.* 46. & *d. cons.* 247. *num.* 18. & *d. decis.* 37. *num.* 32. Grat. *d. discept.* 979. *num.* 31. Rot. *decis.* 140. *num.* 5. *part.* 2. *diuers.*

Nec quicquam facit, quòd nonnulli ex supra al-
14 legatis loquantur in † substitutione directa, proindeque dicta communis opinio in fideicommissaria locum habere non videatur, vt respondet Honded. *d. consil.* 49. *num.* 51. Quia immo plures expresse loquuntur in fideicommissaria, vt ex lectura constat, in eaque etiam dictam communem opinionem locum habere, post alios, quos cógerit, laté ostendit, & bene comprobat Surd. *d. consil.* 347. *sub num.* 10. *vers. quæ opinio,* & *num.* 11. & 12. & *sub num.* 22. *versic.* & *per prædicta cessat,* & *num. seq.* idque indubitanter procedit quando fideicommissum non est absoluté
15 odiosum, † sed potius fauorabile, vt respondit Menoch. *d. consil.* 431. Tale autem est censendum istud de quo agitur vti factum fauore piæ causæ, & in
16 pios vsus pro salute † animæ, & ipsius testatoris peccatorum remissione, Cephal. *consil.* 349. *num.* 20. Peregr. *de fideicommiss. art.* 16. *num.* 60. Mantic. *de coniect. lib.* 6. *titul.* 3. *num.* 16. & *sequent.* & præsertim *sub num.* 29. Fusar. *de substit. quæst.* 290. *num.* 5. Rot. *decis.* 140 *num.* 12. & 3. *part.* 2. *diuers.* & Gratia. qui loquitur de dispositione facta pro maritandis puellis *discept.* 782. *num.* 16.

Denique non visum fuit obstare, quòd conclusio
17 supra firmata non procedat, † quando adest diuersa ratio, & testator cogitauit de casu quo filij non nascerentur, & in eo particulariter prouidit iuxta tradita per Gabr. *consil.* 95. *num.* 3. *lib.* 1. & per Honded. *d. consil.* 49. *num* 68. & *sequent lib.* 2. cum aliis pro Catherina alleg. Quia in casu proposito ratio diuersitatis non adest, sed immo potius illa, quæ ex veri-
18 simili † mente testatoris desumitur multo magis vrget, vt supra fuit ostensum; nec per dictam substitutionem excluditur persona magis dilecta, talis enim persona, d. Catherina sine filiis defuncta mini-
19 mè extabit, immo absurdum † sequeretur si propter extraneos hæredes testatori prorsus incognitos excluderetur societas sine dubio dilecta, & expressè vocata, cum onere erogandi bonorum fructus in pios vsus pro salute animæ ipsius testatoris, in casu vero quòd ipsa Catherina filios non haberet, testator particolarem aliquam dispositiooem non fecit, nec particulariter prouidit vt ex testamenti lectura constat.

Et ita vtraque, &c.

Decisiones Rotæ.

R. P. D. COCCINO DECANO.

Romana Fideicommissi de Caetanis.

Die Veneris 23. *Martij* 1635.

ARGVMENTVM.

Linea masculina, quando est vocata ad fideicommissum, an in ea etiam comprehendantur fœminæ agnatæ. Inuestitura accepta pro se, & descendentibus ex linea masculina, an comprehendat masculum natum ex fœmina.

SVMMARIVM.

1. *Linea masculina alicuius familiæ, quando vocatur ad fideicommissum, in eo fœmina agnata non comprehenduntur.*
2. *Quodque magis procedit, quando adsunt illa verba, familia masculina, ex quibus apparet, quòd non tantum fuit contemplata agnatio simpliciter, sed agnatio masculina.*
3. *Inuestitura accepta pro se, & descendentibus ex linea masculina, non comprehendit fœminam natam ex masculo, & hoc est dictum Castren. communiter receptum. num.* 5.
4. *Fœmina est principium lineæ fœmininæ.*
6. *Oratio vnica illa dicitur, quæ ab vnico verbo tota terminatur.*
7. *Appellatione illorum de domo, & familia, intelleguntur de masculis.*
8. *Copulatiua vna pars, alteram declarat.*
9. *Copulatiua dictio operatur nedum vnitatem orationis, sed vt qualitas in vno ex copulatis, repetita in alio præsumatur.*
10. *Oratio vnica perfecta, vna verborum structura, debet tota capi, non autem in partes scindi.*
11. *Dispositio vnica non diuidenda in plures casus diuerso modo terminandos.*
12. *In fideicommisso in casu obitus, succedunt omnes de familia etiam fœminæ, quando adsunt illa verba de domo, & familia.*
14. *Menoch. consil.* 732. *num.* 31. & 1053. *num.* 9. & *Mant. de coniect. lib.* 8. *tit.* 11. *num.* 9. *reiiciuntur dum tenent, quòd vocatis descendentibus per lineam masculinam, veniant etiam fœminæ.*
15. *Et de illis non est curandum, neque recedendum à contraria communi opinione, maximè, quòd Rota illam sequatur.*
16. *Proximiores præsumuntur magis dilecti, quàm remotiores.*
17. *Proximior si sit exclusus, an ex hoc censeatur etiam exclusus remotior.*

DECISIO XLVII.

VT sæpe dictum fuit [a] verba pacti inter fratres de Caetanis continent: Voluerunt expresséque consenserunt, quòd omnia, & singula bona in perpetuum remaneant, & remanere debeant inter illos de domo, & familia de Caetanis, & quòd non possint, nec eis liceat, illa extra familiam masculinam dictæ domus de Caetanis quomodocunque, & quadocunque alienare, quæ quidem verba, indubitanter est inducere absolutum, & reciprocum fideicommissum, ex allegatis in duabus prioribus decisionibus

k in

in hac causa factis, & quidem inter masculos, ita, vt Illustrissima Domina Magdalena filia fœmina bon. mem. Prosperi vltimo loco grauati non possit succedere, etiam durante vita sua. Et ratio huius dicti est, quia quando vocatur linea masculina aliẽnius familiæ, prout in casu isto, magis communis
1 † sententia est fœminam agnatam non comprehendi sub fideicommisso, vt constat ex cumulatis per Fusar. *de substitut. quæst.* 346. *num.* 12. quæ conclusio procedit de plano in hoc casu ex verbis illis, extra
2 familiam masculinam, † ex quibus apparet, quòd fratres pacifcentes non contemplarunt agnationem simpliciter, sed agnationem masculinam, vt pulchrè per Castrens. *allegat. in vltima decis. consil.* 190. *num.* 4. *vers. nam interdum*, *lib.* 2.

Et huic sententiæ fauet idem Castrens. *in l. si ma-*
3 *ritus*, *num.* 5. *C. de procur*, vbi quòd † inuestitura acceptа pro se, & descendentibus ex linea masculina non comprehendit fœminam natam ex masculo,
4 quia illa est principium lineæ fœminæ, † ideo sicuti descendentes ab ipsa, quia non descendunt per lineam masculinam, ita nec ipsa potest succedere, cum sit principium lineæ fœmininæ, & dictum Ca-
5 strensis † est communiter receptum, vt patet ex DD. allegatis per Menoch. *in consil.* 205. *num.* 20. *volum.* 3. & Rota sequitur hanc sententiam, vt per Caputaq. *decis.* 16. *num.* 4. *& decis.* 17. *num.* 6. *& decis.* 18. *circa finem*, *vers. quoad* 2. *partem*, *lib.* 2. & nouissimè Gratian. *discept.* 901. *num.* 22. qui alios cumulat *lib.* 5. Chaldas *de iur. emphyt. lib.* 2. *quæst.* 24. *num.* 86. *&* 92. vbi quod Iasun, qui contrarium tenuit, est sibi contrarius, *in l. Gallus*, §. *nunc de lege*, *num.* 10. *vers. limita notabiliter*, *ff. de liber. & posthum.* quo loco vere sequitur doctrinam Castrensis *in d. l. maritus*, & ponderat bonas rationes.

Quòd autem in isto casu fuerit vocata linea masculina, satis deprehenditur ex verbis illis, voluerunt expressèque consenserunt, quòd omnia, & singula bona remaneant, &c. inter illos de domo, & familia de Caetanis, iunctis verbis immediatè sequentibus, & quòd non possint, nec eis liceat illa
6 extra familiam masculinam alienare. Ista enim † est vnica ratio, quia omnia reguntur à solis verbis voluerunt, & consenserunt. Bart. *in l. re coniuncti*, *num.* 22. *ff. de legat.* 3. *& in l. in repetendis*, *column.* 2. *ante medium*, *vers. certè cum in hoc*, *ff. de legat.* 3. *& in l. Seia*, §. *Caio*, *post princip. vers. hic loquit. ff. de fund. instruct.* Socin. *consil.* 63. *sub num.* 14. *vers.* 2. *quia*, *lib.* 3. Dec. *consil.* 480. *num.* 2. *vers. his tamen*, *& num.* 4. Gozad. *in consil.* 45. *num.* 2. *&* 6. Parif. *consil.* 72. *num.* 34. *lib.* 4. Rota *decis.* 374. *sub num.* 3. *vers. ex quo de masculis*, *& decis.* 662. *num.* 2. *part.* 2. *diuers.* Bellon. sen. *consil.* 71. *num.* 8. Honded. *consil.* 4. *num.* 12. *& in consil.* 64. *num.* 34. *volum.* 1. *& consil.* 2. *num.* 13. *& consil.* 4. *num.* 32. *volum.* 1. Cephal. *consil.* 527. *num.* 21. *lib.* 4. Tobias Nonius *consil.* 36. *num.* 19. *vers.* 3. *respondetur.* Surd. *consil.* 964. *num.* 7. *lib.* 4. Peregrio. *consil.* 23. *num.* 4. *lib.* 3. *vbi de communi*, *& de fideicommissis*, *art.* 25. *num.* 19. Fusar. *de substit. quæst.* 403. *num.* 8. Tremaciq. *de substitut. part.* 4. *cap.* 7. *num.* 11. *vers. in hac quæst.* Et propterea cum in eadem continuata structura verborum prohibuerint dd. fratres alienationem extra
7 familiam masculinam vtique sub nomine † illorum de domo, & familia de Caetanis intellexerunt de masculis, vt conciliando opiniones dicunt Cephal. *consil.* 681. *num.* 16. *& seq.* Sikian. *consil.* 64. *num.* 18. *in fin.* & de communi testatur Oddo *de compendiosa partitio.* 6. *art.* 4. *conclus.* 4. & alios infinitos huius sententiæ cumulat Fusar. *de substit. d. quæst.* 403. *num.* 8. *& quæst.* 351. *num.* 18. quibus potest addi Peregrin. *de fideicommiss. art.* 16. *num.* 19. qui loquitur in casu, quo sunt duæ dispositiones simul factæ, vna post aliam, sed simul coniunctæ, & † consensit huic vl- 8
timo dicto, quæ vna pars copulatiuè aliam declarat. Roman. *consil.* 231. *num.* 2. Socin. *in l.* 1. *num.* 1. *ff. de reb. dub.* Surd. *decis.* 124. *num.* 9. Rot. *decis.* 453. *num.* 8. *part.* 1. vbi quòd dictio copulatiua † operatur nedum 9
vnitatem orationis, sed vt qualitas expressa in vno ex compularis, reperiita in alio præsumatur. Vnica enim oratio perfecta vno † verborum structu posita, 10
debet tota capi, non autem in partes scindi, vt post Corneum dicit Boër. *decis.* 155. *num.* 1. & sequitur Rainal. Cotf. *in tract. indagin. iur. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 8. & propterea huiusmodi † dispositio non est diui- 11
denda in plures casus diuerso modo terminanodos, vt aliud dicendum sit de fideicommisso in casu obitus, videlicet, vt in isto casu succedant † omnes de 12
familia, etiam fœminæ propter verba de domo, & familia de Caietanis ex adductis *in decis.* 464. *sanct. mem. Greg.* & aliud in euentum alienationis, vt scilicet in isto casu censeantur vocati masculi, vt benè ad propositum ponderat Honded. *d. consil.* 4. *num.* 13. *vers. dispositio hec statutaria*, † & prædicta eo magis 13
placuerunt, eum agatur solum de interpretandis illis verbis, de domo, & familia de Caetanis, vt ad propositum multa congerit Fusar. *in cons.* 37. *num.* 13. *& sequentib.*

Non obstant † Menoch. *consil.* 731. *num.* 31. *&* 14
consil. 1053. *num.* 9. Maotic. *de coniectur. lib.* 8. *num.* 11. *num.* 9. & alij quos allegat Fusar. *d. quæst.* 346. *num.* 19. quia tenent contra communem opinionem, videlicet, quòd vocatis descendentibus per lineam masculinam, veniant etiam fœminæ, & ideo de illis non est curandum, † neque recedendum à communi, maximè quod illam Rota sequatur, & Menoch, 15
sit sibi contrarius, vt patet ex supra deductis.

Prædicta eo magis approbarunt Domini, quòd cum illis concurrunt plures coniecturæ. † Prima 16
quòd bona non possint alienari extra familiam masculinam cum verbis amplissimis ibi quomodocunque etiam ex atduis, & vrgentissimis causis; concurrit etiam quòd agitur de Castris, vnde oritur magna verisimilitudo, quòd voluerint illa conseruari inter masculos. † Adest etiam exclusio propriarum 17
sororum Menoch. *consil.* 95. *num.* 28. *& consil.* 204. *num.* 30. *&* 585. *num.* 7. *& seqq.* Rota quæ alios adducit *d. decis.* 663. *num.* 71. *vers. maxime quia*, *part.* 1. *recent.* quæ coniectura vna cum aliis multum facit licet † de per se sola posset habere difficultatem. 18
Seraphin. *decis.* 880. *num.* 2. *& seqq.* Mantic. *decis.* 305. *num.* 1. sanct. mem. Gregor. *decis.* 514. *num.* 14. & alia quæ possent deduci.

Ex quibus Domini perstiterunt in bis resolutis audita hac tertia vice vtraque parte.

a Idest, sub diebus 25. Februarij 1632 & 30. Ianuarij 1634. & 7. Iunii, & 17. Nouembr. 1634. coram eodem Reuerendiss. P. D. Coccino Decano, sunt in part. 6. decisiones 184. 263. 284. 340.



AD QVÆST. XLIII.

Testatoris mens an preualeat verbis. Quomodo sit interpretanda.

R. P. D.

R.P.D. PANZIROLO.

Auenionen. fideicommissi.

Die Mercurij 9. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Maritus, ex quibus præsumatur, quod voluit, vt eius vxor dotem suam prætendere non posset, si ei reliquerit aliquod legatum, itaut eius mens fuerit, vt intraret compensatio. Quæ materia egregiè declaratur, prout est solemne tam præstantissimi Auditoris profundissimæ scientiæ, & eminentissimi ingenij.

SVMMARIVM.

1. *Verba vniuersalia omnia comprehendunt.*
2. *Testes, licet non probent confessionem, si non sint contestes de loco, & tempore, faciunt tamen adminiculum ad faciendam plenam probationem.*
3. *Hæreditatis appellatione omnia credita actiuè, & passiuè comprehenduntur.*
4. *Æs alienum licet non sit in bonis testatoris, est tamen in illius hæreditate.*
5. *Compensandi voluntas in testatore ex quibus verbis arguatur.*
6. *Testator, si puro, & simpliciter prohibuerit legatario, ne aliud præter legatum petere possit, si aliquid petat, non auditur.*
7. *de Testatoris noua dispositione probanda, quando agitur, necessaria est depositio septem, vel saltem quinque testium contestium.*
8. *de Testatoris voluntate declaranda quando agitur, quatenus verba sint dubia sufficiunt testes singulares, num. 9. & sufficiunt duo testes contestes etiam mulieres, & alias minus idonei, num. 10.*
11. *Testes deponentes de facto proprio plusquam semplene probant.*
12. *Testes deponentes de proprio iunctis adminiculis plene probant.*
13. *Valor alicuius rei ex quo plene remaneat probatus.*
14. *Fideicommissum, quando est sub conditione, potest euenire, & non euenire.*
15. *Fructus percepti ab hæreditate viri solent cum dote compensari ab vxore.*

DECISIO XLVIII.

CVm D. Diana opposuisset se immissioni petitæ à D. Dominico de Castellana in bonis q. Gaspardi de Brancassio prætendens, quod ante omnia ex hæreditate ipsius esset detrahenda dos sibi debita vna cum nonnullis aliis crediris, placuit DD. sub die 10. Maij præteriti a firmare exceptionem dotis immissioni non obstare, reseruato quod de aliis videretur, cum autem sub die 13. Nouembris dubitauerint, an esset standum in decisis, fuit dilata resolutio, & ordinatum, vt strictè informaretur super voluntare testatoris desumenda ex testibus, & super quantitate legati in euentum fideicommissi, hodie autem re proposita causa DD. steterunt in decisis Quia quando etiam coniecturæ in decisione deductæ de per se non inducerent pernecesse compensationem cum dote, prout scribentes pro D. Diana probare conabantur, attamen visa est tolli omnis difficultas tam ex testibus, quam ex quantitate relicta D. Dianæ. Primus enim testis deponit se audiuisse testatorem dicentem, quod remuneratus fuerat
eius vxorem mediante legato, quod ei reliquerat,
quod erant vasa argentea, anuli, argentum signatum, & non signatum, & propterea volebat, quod
esset contenta, & nihil aliud prætendere posset: vnde cum hæc verba sint vniuersalia, † visa sunt com- 1
prehendere omnem debiti speciem, ac etiam debitum dotis, vt respondent Ruin. *consil. 60. num. 6. & cons. 79. num 8. & cons. 81. num. 7. lib. 2.* Aymon. *consil. 149. num 3.* Abb. *cons. 81. num. 2. in fin. part. 1.* Menoch. *consil. 56. num. 36. versic. 10.* Afflict. *decis. 44. sub num. 16. vers. enim si ergo verba generalia.* Hic autem primus testis vocat in contestem Dominum de Massarquis, qui pariter deponit se audiuisse tribus diuersis vicibus à testatore loquente de legato, quod fecerat vxori, quod consistebat in vasis argenteis, auro, & argento signato, & non signato, lapidibus pretiosis, anulis, iocalibus, & indumentis, quod volebat ipsam esse contentam, & satisfactam remanere dicto legato, & quod non posset prætendere rem vllam super suis bonis, & hæreditate pro quauis causa, & occasione: his etiam accedit depositio tertij, & quarti testis, qui licet non sint contestes de loco, & tempore, attamen deponunt ipsos hunc
eundem sermonem audiuisse à testatore, † & sic ne- 2
gari non potest, quin saltem eorum dictum deseruiat pro adminiculo ad faciendam plenam probationem. Castr. *consil. 281. num. 10. ad fin. vers. item non obstat lib. 1.* Aymon. *consil. 35. num. 15. & cons. 73. num. 35. & cons. 178. num. 8.* Cephal. *cons. 141. num. 12.* Surd. *consil. 94. num. 66.* Cachetan. *dec. Pedemont. 99. num. 19.* Greg. *decis. 374. num. 22.* Accedente præsertim dicto alterius testis, qui deponit de auditu ab aliis, quàm à testatore.

Præterea DD. ponderabant, quod secundus, tertius, & quartus testis deponunt, quod testator vltra legatum nolebat vxorem debere consequi aliquid de ipsius hæreditate, per quæ verba videtur magis probari animus compensandi cum credito
dotali, quia † appellatione hæreditatis omnia cre- 3
dita actiua, & passiua comprehenduntur, vt firmat Bart. *in l. liberti libertaq. sub num. 24. vers. antem, dixit relinquo centum. C. de oper. libert.* Mantic. *de coniect. lib. 10. titul. 2. num. 23. versic. sed rursus est aduertendum.* Seraphin. *decis. 451. num. 50.* Rot. *decis. 527.
num. 4. part. 1. diu.* licet enim æs alienum non sit † in 4
bonis testatoris, est tamen in illius hæreditate, *l. pro hæreditarijs. C. de hæreditar. act. l. hæreditas. ff. de regul. iur.* & quintus testis deponit testatorem illi pluries dixisse voluntatem suam esse, quod reliquiæ suorum bonorum illius fideicommissariis integrè
redderentur, † ex quibus verbis clarè etiam colligitur 5
voluntas compensandi ad text. *in l. nomen debitoris. §. fin. ff. de leg. 3. l. 1. §. cùm dicitur ff. si cui plus quam per legem Falcid.* Peregr. *de fideicommiss. art. 3. num. 90.* & sic sumus omnino extra casum, in quo testator
pure, † & simpliciter dixit se nolle D. Dianam ali- 6
quid petere de bonis suis, itaut petendo dotem, videatur petere id, quod est extra bona viri, per ea, quæ tradit idem Bald. *vbi supra sub num. 34.* Surd. *consil. 112. sub num. 81. & seq.* Seraph. *decis. 451. sub num. 1. & 2.* quia versamur in terminis longè diuersis, vt supra dictum est.

Nec Dominis visum est, quod pro parte Dominici agatur de probanda noua dispositione testato-
ris, † quo casu necessaria esset depositio septem, 7
vel saltem quinque testium, qui essent inter se contestes,

teſtes, *l.heredes palam. §.ſi quid poſt.* vbi DD. *ff.de teſtament.* Mantic. *de coniect.lib.*12. *tit.*16. *num.*10. *in fin.*
Natt. *conſil.*366. *num.*16. *&* 19. *verſic. opus eſt igitur,*
Seraphin. *deciſ.*1302. *num.*5. quia fuit conſideratum
hic non agi de probanda noua diſpoſitione, ſeu de
ademptione legati, ſed ſolum de declaranda volun-
8 tate † teſtatoris, quatenus verba teſtamenti rema-
neant dubia, vt bene declarat Afflict. *d. deciſ.* 44.
*num.*27. *verſ.teſtator dixit, & num.*29. *verſ.ex quo probatur*, Mantic. *de coniect. lib.*3. *tit.*1. *num.*2. Rot. *de-
ciſ.*761. *num.*13. *part.*3. *rec.* ad quem effectum ſufficiunt
9 † teſtes etiam ſingulares. Caſtr. *conſ.*395. *num.*1. *verſ.
iſti quidem teſtes, poſt med.lib.*2. Aym. *conſ.*73. *num.*33.
*& conſil.*714. *num.*16. Socin. iun. *conſ.*178. *num.*6. *&
ſeq.lib.*2. Rot. *deciſ.*765. *num.*7. *part.*2. *rec.* Seraph. *d.*
10 *deciſ.*1502. *num.*1. & quod ſufficiant duo teſtes † con-
teſtes etiam mulieres, & aliàs minus idonei, tradit
Signorol. *conſ.*188. *num.*15. Mandell. *conſ.*529. *num.*2.
vbi de communi Surd. *conſ.*129. *num.*18. *in fin. & conſil.*356. *num.*12. Mantic. *de coniect. lib.*12. *tit.* 16. *ſub
num.*2. *& ſeq.* Caual. *dec.*381. *num.*6. *& ſeq.*

Prætetea quod hæc fuerit voluntas teſtatoris, vi-
ſum eſt coadiuuari ex ipſa quantitate legati, quod
aſcendere ad ſcuta 30. mill. probant ſemper teſtes,
11 quorum primus deponit de facto proprio, † quia
ſcilicet fuit appretiator, ſeu æſtimator bonorum &
ſic plus quàm ſemiplene probat Rot. *coram Seraph.
deciſ.*889. *num.*3. *& in recent.deciſ.*252. *num.*2. *part* 2.
*& deciſ.*113. *num.*11 *part.*5. & accedentibus admini-
12 culis † plene probare tradit Rot apud Reuerendiſſ.
D. Cocein. Decan. *deciſ.*19 *num.*2. *& deciſ.*95. *num.*1.
*& deciſ.*473. *num.*1. *& ſequent.* pro adminiculis autem
optimè viſi ſunt deſeruire alij ſeptem teſtes depo-
nentes de auditu à teſtatore, & communiter ab aliis,
13 † ex quibus valor remanet plene probatus, Pinell.
*in l.*2. *part.*3. *cap fin.num.*17. *C.de reſcind.vendit.* Natt.
*conſil.*331. *num.*2. cum aliis per Rot. *in rec.deciſ.*481.
*num.*4 *part.*3.

Sed vltra hanc quantitatem fuit etiam conſide-
ratum, quod D. Diana vigore Capitulorum Matri-
monialium debet conſequi ſcuta duo millia auri, &
præter hæc vigore teſtamenti alia ſcuta 200. auri
ipſius vita durante.

Vlterius viſa eſt magna conſideratione digna
euentualitas fideicommiſſi, quod cum eſſet ſub
14 conditione, † quæ poterat non euenire, D. Diana
omnia bona conſequebatur, vt in propoſito caſu
conſiderat Decius *in authent. præterea num.*12. *in* 3.
limit. C. vnde vir, & vxor, & Tiraquell. *in l. ſi vn-
quam, in verb. ſuſceperit liberos num.*173. *ad med. C. de
reuocan. donat.* Menoch. *præſumpt.*109. *num.*35. *verſic.
cæterum ſolet ambigi lib.*4. Honded. *conſil.*50. *num.*35.
*lib.*2.

Accedit inſuper quod D. Diana percepit fructus
bonorum fideicommiſſo ſubiectorum per annos
tredecim, qui dicuntur aſcendere circiter ad alia
15 ſcuta 40. mill. † quos fructus ſolere cum dote com-
penſari dicit text. *in l. mulier. la prima. §. cùm pro-
poneretur, verſic. quod ſi tantos fructus. ff. ad Trebell.*
DD. *in l. quod de bonis is, §. quod autem. ff. ad l. Fal-
cid.* Rip. *in l. fideicommiſſariam. num.* 19. *ff ad Tre-
bell.* Pariſ *conſil.*25. *num.*6. *lib.*2. Natta *conſil.*321. *ſub
num.*4.

Et ſic parte vtraque informante viſum eſt ite-
rum eſſe decidendum, exceptionem dotis non
obſtare.

AD QVÆST. LVII.

De teſtamento, ſeu inſtitutione metu. Et quid ſi interuenerunt ſolum blanditiæ, vel importunæ perſuaſiones petentis. Necnon, quomodo puniatur ille, qui compellit metu, ſeu minis aliquem ad teſtandum.

R. P. D. MOTMANNO.

Leodien. Caſtrorum.

Die Lunæ 7. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Donatio vel teſtamentum per vim, & metum factum, nullius eſt roboris. Conſuetudine poteſt induci, quòd valeat teſtamentum cum minori numero teſtium, quàm ſeptem. Metus ex quibus arguatur. Metus dicitur ſemper durare, ſi non ceſſet cauſa metus.

SVMMARIVM.

1. *Teſtamentum, ſi exhibeatur non abolitum, nec cancellatum, nec in aliqua ſui parte vitiatum, heredi ſcripto debetur immiſſio.*
2. *Articuli non ſolent dari, niſi cum magna, & matura conſideratione.*
3. *Conſuetudo notoria Tabellionum, circa confectiones teſtamentorum eſt attendenda.*
4. *Conſuetudo, ſi ſit de his, quæ reſpiciunt ſolemnitatem actuum attendi debet, & eſt valida.*
5. *Statuto, ſicuti induci poteſt quod valeat teſtamentum cum minori numero quam ſeptem teſtium, ita etiam poteſt induci conſuetudine.*
6. *Statuto æquiparatur conſuetudo.*
7. *Teſtamentum de Iure Canonico coram Parocho, & duobus teſtibus conditum ſuſtinetur.*
8. *Donatio inter virum, & vxorem non ſubſiſtit.*
9. *Donatio vi, & metu extorta non ſuſtinetur.*
10. *Metus arguitur, ſi quis ſit ferocis, & minacis ingenij, & ſit ſolitus minas per ſe ipſum, vel alios exequi, & cum eis iuncta auctoritate, & potentia. & num.*11.
12. *Metus minor ſufficit in muliere, quam in viro, propter ſexus fragilitatem.*
13. *Metus eſt difficilis probationis.*
14. *Metus præſumitur & ſemper dicitur durare, ſi is cui fuit illatus, nunquam fuit in ſua plena libertate.*
15. *Neceſſitas non habet legem.*
16. *Actus meticuloſi nullius ſunt momenti, & num.*17.
18. *Commiſſa, quando eſt cauſa cum clauſula, quod ſemel tantum liceat appellare, non eſt procedendum executiuè, ſed via ordinaria.*
19. *Diſpoſitiones plures quando concurrunt eiuſdem perſonæ ad fauorem duorum, & c.ceſſat remed.l.fin C. de edict. D. Adr.toll. & eſt agendū via ordinaria.*

DECI

DECISIO XLIX.

NObilis q. Paulus de Stoor, & Maria de Senseille coniuges postquam io testamento, quod simul, & vnico contextu condiderunt, sese ad inuicem hęredes instituissent, facto iterum testamento suum in vtriusque ipsorum bonis, & Dominiis Patriæ Leodiensis, ac Comitatus Namutcensia vniuersalem hæredem nuncuparunt D. Paulum de Berloz eorum nepotem, mortuo deinde dicto Paulo de Stoor, Maria Superstes nupsit q. Ioanni Iacobo Comiti de Belgioioso nobili Mediolanensi, ac strenuo in partibus Belgij armorum, Ductori Regis Catholici, qui amandato specie cultioris educationis in Italiam dicto D. Paulo nepote tunc adolescente, primo blanditiis, postmodum vi, ac metu multipliciter incussis, de quibus infra, ipsam Mariam coniugem, vt sibi omnium bonorum donationem faceret, ac denique, vt se institueret hæredem coëgit; demum cum resciuisset de vi sibi illata conquestam fuisse inhumanissimè eam habuit. Vt autem post dictæ coniugi obitum dictum nepotem magis, ac magis ab huiusmodi successionis spe excluderet in iudicio, quod coram officiali Leodiensi instituit ex remed. *l. diffamari. C. de ingen. manum.* obtinuit sententiam dictæ donationis confirmatoriam contra eumdem D. Paulum indefensum, cum quo successiue assignatis ei nonnullis bonis ex dicta hæreditate prouenientibus ad quandam transactionem deuenit, sed prædicta omnia idem D. Paulus post Comitis decessum coram eodem officiali Leodiensi in iudicio immissionis contra hæredes impugnauit, exhibito dictorum q. Pauli, & Marię cōiugum testamento cum schedula à Maria proprio sanguine conscripta per quam pręcedentem donationē reuocauit.

Verum pro parte dd. hæredum interposita à decreto admissionis articulorum appellatione, causa mihi fuit commissa, & successiue Rota præuiis disputationibus petitam ex parte D. Pauli remissoriam tam pro recognitione dictæ schedulæ, quam etiam pro examine testium super articulis concernentibus metum Mariæ, ac Paulo eius nepoti illatum concessit, vt in decisionibus huius causæ emanatis coram me 4. Iulij 1629. & prima Martij 1630.

Deinde recusato per dictos hæredes Iudice remissoriali, qui non obstante eorum appellatione ad vlteriora processerat; iterato expeditis litteris remissorialibus, & factis probationibus, ac firmata earum validitate ex deductis in decisione emanata sub die 30. Maij anni proximè præteriti, tandem proposito dubio, an D. Paulo hæredi esset danda immissio in possessionem Castri de Chokier, quod est in Principatu, & Diœcesi Leodiensi, Domini responderunt ei deberi petitam immissionem ex dicto testamen-
1 to, quod exhibuit † non abolitum, nec cancellatum, nec in aliqua sui parte vitiatum, cuius ad hunc effectum sola inspectio sufficit, iuxta text. *in l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen.* Quod verò dictum Castrum fuerit in bonis Mariæ testatricis probant testes deponentes eam fuisse Dominam dicti Castri, & fassus fuit ipse Comes in sopradicta transactione exponendo litem fuisse motam occasione tam dicti Castri, quàm aliorum bonorum prouenientium à dicta q. Maria, & Paulo de Stoor coniugibus prædefunctis, idque confirmant articuli primo loco ex parte eiusdem Comitis, & deinde ex parte illius hæredum dati, in quibus habetur quod ad dictam Mariam spectabat dictum Castrum de Chokier, articuli

† enim non solent dari absque magna, & matura 2
consideratione, & propterea eos facere probationis adminiculum dixit Rota *decis. 320. num. 2. in fin. post 2. vol. cons. Farinac.* quam decis. ad hoc allegat Adden. ad Gregor. XV. *decis. 141. num. 5.*

Dicti autem testamenti validitas non obstante, quod tres tantùm testes in eo interuenerint sustinetur, ex consuetudine Patriæ, & Principatus Leodien. quæ probata fuit pluribus documentis similium testamentorum conditorum in Ciuitate, & locis dicti Principatus, & Diœcesis Leodien ab anno 1574. vsque ad annum 1622. ex quibus constat
† de notoria consuetudine Tabellionum illarum 3
partium, quam inspiciendam esse post Cyn. not. Bald. *in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & posthum.* Socin *consil. 94. num 7. volum. 1.* Dec. *consil. 11. num. 9. vers. ad hoc fundamentum.* Aymon. *consil. 134. num. 9.* & huiusmodi testamenta valere, ac subsistere præter officialem attestati sunt Consilium ordinum Principatus Leodiensis, & plures Aduocati, aliique Notarij, & practici Curiæ Leodiensis, quæ
consuetudo † cum sit de his, quæ respiciunt solem- 4
nitatem actus, vt est numerus septem testium, *l. omnium. C. de test.* Bart. *in l. 1. num. 36. C. de sum Trinit.* ea ratione attendi debet, & est valida, quod quemad-
modum Statuto potest induci, † vt valeat testamen- 5
tum cum minori numero, quam septem testium, ita
ioduci potest per consuetudinē, quæ Statuto † æqui- 6
paratur, & non est omnino contra ius, sed potius illi
conformis, cum de iure Canonico † testamentum 7
coram Parocho, & duobus testibus conditum sustineatur. *cap. cùm esses. cap. relatum. de test.* quibus conclusionibus, & aliis latè firmatis in terminis similis testamenti hanc consuetudinem approbauit Rota *in Leodien. Dominij*, quæ est *decis. 497. inter impressas bon. mem. Card. Caual.* & in alia extra illius impressas emanata *coram eodem Card. 1. Iulij 1619.*

Non obstant posteriores dispositiones, quas dicta q. Maria de bonis suis, vt supra, fecit ad fauorem Comitis, quia quod spectat ad donationem, illa
† facta fuit constante matrimonio, & proinde inter 8
coniuges non subsistit. *tot. tit. ff. & C. de donat. inter
vir. & uxor.* & tam ipsa donatio, † quam testamen- 9
tum fuerunt per vim, & metum extorta, *l. si donationes.* vbi Bald. *C. de his, quæ vi, met. caus. cap. cum locum. de sponsal.* Greg. XV. *decis. 351. num. 43.*

Testes enim in hac causa examinati deponunt Comitem fuisse ferocis, ac minacis ingenij, minasque vel per seipsum, vel per alios exequi solitum,
† quæ qualitates iuncta auctoritate, & potentia 10
metum arguunt. Ias. *in l. de pupillo, §. si quis Pretori. num. 7. ff. de non. oper. nuntiat.* Dec. *in cap. 1. num. 3. de offic. delegat.* Aym. *cons. 49. num. 3.* tam ex parte per-
sonæ, † cui metus infertur, gloss. *in d. cap. cùm locum.* 11
in verb. metus. de sponsal. etiam antequam quis patiatur læsionem, Bart. *in d. l. si donationis. in fin. & in l. metum. in princip. ff. de his, quæ vi met. caus.* Et recensendo varios actus illius inhumanitatis, & sæuitiæ, concludunt metum à Comite illatum dictæ Mariæ vxori fuisse talem, quod potuisset cadere in
constantem virum, cum tamen † in muliere propter 12
sexus fragilitatem minor metus sufficiat, quam in viro, iuxta singularem gloss. *in cap. cum locum. de sponsal.* Ant. de Butr. & Abb. *in cap. consultationi, num. 4. eod. tit.* Dec. *in cap. cum in omnibus num. 3. ff. de regul. iur.* Aretin. *cons. 24. num. 7. Greg. XV. decis. 326. num. 25. & decis. 374. num. 7.*

Particulariter verò deponunt, quòd erat mulier magni nominis, & naturæ adeo iracundæ, vt ad

quaſcumque etiam leuis offenſionis occaſiones ſtri-
cto pugione ſuis domeſticis minaretur. Addunt præ-
terea, quòd pro arbitrio ſuo vtebatur militibus præ-
ſertim bannitis, quibus ſtipatus continuò incede-
bat, eoſdemque ad coniugis cuſtodiam adhibebat
dettactantes eius imperium fuſtibus excipi, alios
carceribus iubebat mancipari, eorumque opera ad
munera, & dona per vim extorquenda vtebatur, ve-
nena in promptu habebat; ad hæc militem palam
omnibus cunſpicientibus interfecit, famulæ ipſum
corripienti, quòd concubinas foueret proteſtatus
fuit ſe eamdem interempturum fuiſſe, niſi ſexus ra-
tionem habuiſſet, quemdam ex ſuis famulis vſque
ad necem fuſtibus excepit occaſione Pſittaci ex edi-
tiore loco caſu fortuito delapſi, & extincti, qui-
dam ex ipſis teſtibus deponit, quòd Comes eum
exhortatus fuiſſet ad proprium ſororium interfi-
ciendum. Nuntium publicum ſeu executorem, quod
illi iudicialem inhibitionem intimaſſet in equili ad
columnam alligatum verberibus affici, ac ei bar-
bam abradi iuſſit, immò, & auriculam abſcindi for-
cipe iam admota, itaut ex inciſione ſanguis diffl ue-
ret rem omnino perfecturus, niſi amici inopinato
ſuperuenientis preces eum retraxiſſent, militem
oblato præmio induxit, vt virum egregium ei mi-
nus fauentem perſequeretur, collitigantes per vio-
lentas molitiones liti cedere coëgit. Præterea depo-
nunt ſe vidiſſe, & audiuiſſe Comitem (dicti teſtes
erant domeſtici) minantem vxori, tam verbis, quàm
factis, quod eam eſſet derelicturus; ac eius bona
diſſipaturus, niſi anteriorem diſpoſitionem reuo-
caret, & aliam ad ſui fauorem faceret, perfectam-
que teſtamento confirmaret, ſæpiſſimè etiam affli-
ctæ matronæ querimonias audiuiſſe, quod ſcilicet
per vim, & metum coacta fuiſſet de ſuis bonis diſ-
ponere ad fauorem Comitis, & in nepotis ſui præ-
iudicium; immò eam inquiſiuiſſe, quo pacto clam
Notarium aliquem conuenire poſſet ad effectum
reuocandi coram ipſo poſteriores diſpoſitiones, ac
de vi, & metu ſibi illatis proteſtandi,

Item deponunt, quod idem Comes amandato
in Italiam D. Paulo nepote dictam Mariam abdu-
xit ad ſtatiua militum præſidiariorum vbi ei inter-
dixit, ne eum vllo, præterquam cum famula gibbo-
ſa, & quodam famulo loqui poſſet, quodque ipſius
cum aliis colloquia ægreferés ipſis domeſticis mul-
ta acerba comminatus fuerit eo, quòd eam ad tem-
plum accedere permiſiſſent, ipſam vero priuato, ac
domeſtico carcere mancipauit, vbi ſub militum cu-
ſtodia cibo, & potu parcè, & infra illius conditio-
nem ſubminiſtratis, denegata etiam templum adeũ-
di, vt diuinis intereſſet facultate, tandem præ ni-
mio mœrore contabeſcens non ſine veneni propi-
nati ſuſpicione extincta ſit. Illud inſuper addentes,
quod Comes dum morti proximam acceſſiſſet, ac
de diſpoſitionibus per vim, & metum, vt ſupra fa-
ctis loquentem audiret, ori eius pileum obiecerit.
Quamuis autem dicti teſtes non deponant, ſe inter-
fuiſſe incuſſioni metus, quo tempore prædictas diſ-
poſitiones fecit: attamen tot, & tam multiplices
circumſtantiæ, & coniecturæ, partim antecedentes
13 tempus donationis, & poſterioris teſtamenti, † &
partim ſubſequentes ad arguendum metum admit-
tuntur, cum ſit difficilis probationis, *l. metum, cum ibi not. C. de his, quæ vi met. cauſ.* Alexand. *conſil.* 156.
num. 1. *volum.* 5. Pariſ. *conſil.* 53. *num.* 55. & 64. *vo-
lum.* 4. Gregor XV. *d. deciſ.* 326. *num.* 2. & 42. &
deciſ. 374. *num.* 1. Qui metus toties illatus præſu-
14 mitur duraſſe † vſque ad extremum ipſius Mariæ
ſpiritum, cum enim dictus Comes fuerit ſuperſtes,
ſequitur, quòd mulier numquam fuerit in plena li-
bertate, *cap.* 1. *cum gloſſ. fin. de his, qui met. cauſ.*
Bartol. *in l.* 2. *num.* 7. *eodem tit. & in l. penult. num.* 7.
ff. de condict. ob turp. cauſ. Innocent. *in cap. accedens,
de conuerſ. coniug.* cum aliis allegatis *coram Seraph.
deciſ.* 771. *num.* 8. & Mantic. *deciſ.* 212. *num.* 13.

Præterea dictas poſteriores diſpoſitiones deſtruit
declaratio illarum reuocatoria, quam eadem Ma-
ria morti proxima in ſchedula proprio ſanguine
conſcripſit, hac expreſſa cauſa, quòd ei adempta eſ-
ſet facultas quempiam alloquendi, quòd ei vis il-
lata fuiſſet, ac ipſa donatio vi, & metu extorta, quæ
quidem ſcriptura ſeruatis ſeruandis fuit recognita.
Et quamuis careat ſolemnitatibus attenta tamen
† neceſſitate, quæ legem non habet, facit legiti- 15
mam voluntatis probationem. Anchatran. *conſ.* 337.
per tot. & præcipuè *num.* 2. Pariſ. *conſil.* 46. *num.* 23.
volum. 3. Vaſquez *de ſucceſſ. lib.* 2. §. 12. *requiſit.* 2.
num. 25.

Minus obſtat, quòd Dominus Paulus poſt obi-
tum Mariæ tranſigendo cum Comite renunciauerit
ſucceſſioni in dicto Caſtro, & deinde per officialem
Leodienſem lata fuerit ſententia canonizatoria re-
nunciationis. Quoniam dato initio metus, qui D.
Paulum vſque à pueritia in iiſdem ædibus educa-
tum, percurit, omnes deinde actus viuente Comi-
te ſubſecuti tanquam † meticuloſi reputandi ſunt 16
nullius momenti. Bald. *in l.* 2. *num.* 10. *C. de his, quæ
vi metu.* Aretin. *conſil.* 14. *num.* 17. latè Decian. *con-
ſil.* 219. *num.* 4. & 5. Roland. *conſil.* 2. *num.* 86. *volum.* 1.
Seraphin. *deciſ.* 863. *num.* 4. *deciſ.* 1166. *num.* 1. Sed
nihilominus in facto comprobatur per teſtes de-
ponentes de periculo vitæ ipſius Pauli, caſu quo
noluiſſet tranſigere, vel ſi poſt tranſactionem ini-
tam litem Comiti intentare præſumpſiſſet, faten-
turque ipſimet teſtes neutiquam Comite ſuperſtite
auſuros fuiſſe examini ſe ſubiicere propter pericu-
lum certiſſimum, quod ab illo, eiuſque familiari-
bus damna, & perſecutionem paſſuri fuiſſent, † & 17
ita de timore teſtium loquitur Bald. *in cap. cum nun-
tius, num.* 2. *de teſtib.*

Dictam autem immiſſionem via ordinaria eſſe
concedendam, & non executiuè exigit tam com-
miſſio † cauſæ mihi directa cum clauſula, quòd ſe- 18
mel tantùm liceat appellare, quàm natura iudicij
inſtituti ex ratione dictæ legis finalis, quòd quo-
tieſcumque concurrentibus pluribus † diſpoſitioni- 19
bus eiuſdem perſonæ ad fauorem duorum, alter
munitus vno ex huiuſmodi titulis, cum poſſeſſio-
ne, dicitur legitimus contradictor ad effectum im-
pediendi ſummariam cognitionem. Bart. *in d. l. fin.
num.* 21. *verſ. aut comparet.* Roland. *conſil.* 78. *num.* 27.
colum. 3. Benintend. *deciſ.* 83. *num.* 4. Menoch. *de adi-
piſcend. remed.* 4. *num.* 165. Argil. *de legit. contradict.
quæſt.* 2. *art.* 1. *num.* 45. quæ praxis eſt receptiſſima in
hoc tribunali. Caputaq. *deciſ.* 329. *num.* 2. *part.* 1. Put.
deciſ. 131. *lib.* 2. Seraph. *deciſ.* 1153. *num.* 2. & *fuit di-
ctum in Lucana maiuſculatus* 7. *Iunij* 1585. *coram bon.
mem. Orano in Reatina hereditatis* 4. *Iulij* 1599. *coram
Iuſto, & in Romana ſucceſſionis* 19. *Ianuarij* 1629. *coram
Reuerendiſſimo D. Vrgellen.*

Et ita, &c.

In eadem cauſa adſunt part. 7. aliæ deciſiones,
ideſt ſub die 10. Nouembr. 1636. coram Reueren-
diſſ. P. D. Coccino Decano, & in additione ſub
die 15. Decembr. 1634. coram eodem bon. mem.
Mormanno.

Ad

Ad verb. Aditio hæreditatis.
Item, Iuspatronatus.

R. P. D. MERLINO.

Pistorien. Parochialis.

Die Lunæ 9. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quando est hæreditarium, non potest conuenire ei, qui non est hæres, veluti si hæreditatem repudiauerit, &c. & quando non obstante dicta repudiatione, nihilominus sit capax huius iurispatronatus.

SVMMARIVM.

1. *Iuspatronatus, quando est hæreditarium non potest conuenire ei, nec eius hæredi, quando in eis defecit qualitas hæreditaria.*
2. *Repudiatio infringit, & penitus tollit qualitatem hæreditariam.*
3. *Aditio hæreditatis, cum sit quid facti, non præsumitur, & maximè in transuersalibus, sed debet concludenter probari.*
4. *in Filio, nec etiam præsumitur aditio hæreditatis, cum habeat beneficium abstinendi, & ideo aditio probari debet.*
5. *Portio non adita ad hæredes, non transmittitur.*
6. *Iuspatronatus potest transire in aliquem per ius accrescendi.*
7. *Portio portioni accrescit, & non personæ.*
8. *Iuspatronatus, quando est hæreditarium, & reale, cum ipsa hæreditate transit.*
9. *Repudiationem iam factam, quis potest reuocare, re adhuc integra.*
10. *Iuspatronatus, quando est hæreditarium, citra ius, & nomen hæredis non potest de eo disponi.*
11. *Hæreditatis repudiatio intra triennium potest reuocari.*
12. *Ad præsentandum post repudiationem, quando quis est admissus, non potest amplius obijci, quod non sit patronatus.*
13. *Iurispatronatus status firmatur, quoad omnes per sententiam.*
14. *Iurispatronatus pertinentia benè probatur per confessionem partis aduersæ, quæ probat contra confitentem, & hæredis, iuncta quasi possessione præsentandi, num. 15.*
16. *Iuspatronatus, quando est hæreditarium, quis non potest præsentare, nisi sit hæres.*
17. *Iuspatronatus hæreditarium non potest transire ad hæredes extraneos, donec superest aliquis de agnatione, stante sic præcepto fundatoris.*
18. *Hæres extraneus non potest admitti ad ius patronatus, si extet aliquis hæres ex familia testatoris, quando vtraque qualitas in eius successione requirebatur.*

Nempe, quod sit hæres, & agnatus.

DECISIO L.



CONVENERVNT hinc inde informantes, Iuspatronatus, de quo agitur, fundatum à Domitio de Cancellariis, tractu temporis in duos ex dicta familia consolidatum fuisse, in Thadæum & Riccardum, adeout vnusquisque ipsorum esset pro medietate patronus, & quod vltimi descendentes ex Thadæo, nempe pronepotes, sunt Paulus, & Riccardus, vltimi autem descendentes ex Riccardo, altero patrono pro medietate, pariter pronepotes sunt Baccius, & Riccardus, adeout medietatem dicti patronatus hodie consolidatam fuisse in Paulo, & Riccardo, aliam verò medietatem in Baccio, & Riccardo, dicendum videatur.

Verùm, quia hoc Iuspatronatus est hæreditarium, vt resolutum fuit sub die 31. Martij 1628. coram me, cui resolutioni partes acquiescunt, & Paulus, ac Riccardus deficere qualitatem hæreditariam in Baccio, & Riccardo contendunt, è contra verò Baccius, & Riccardus eamdem qualitatem desiderari in Paulo, & Riccardo obiiciunt; ideo super pertinentia dicti Iurispatronatus suscepta disputatione, proposui dubium, an Iuspatronatus spectet ad Baccium, siue illius hæredes, quod post multiplicem positionem per Dominos hodie negatiuè fuit resolutum.

In quam resolutionem ex eo potissimum adducti fuerunt Domini, quia apparet Baccium repudiasse hæreditatem Lazari patris, Lazarum verò repudiasse hæreditatem Iacobi patris, & Iacobum repudiasse hæreditatem Riccardi senioris, in quo medietas illius iurispatronatus consolidata fuerat, vt in summ. pro Cancellariis, *num.* 1. vnde his positis repudiationibus, & deficiente in Baccio qualitate hæreditaria, Iuspatronatus hæreditarium quoad medietatem, † quæ spectabat ad Riccardum seniorem, nul- 1
latenus transire potuit ad Baccium, aut illius hæredem, Innocent. *in rubr. de Iurepatr. num.* 4. Card. *in clement.* 2. *quæst.* 7. *num.* 7. *de Iurepatr.* Dec. *consil.* 149. *num.* 1. Couar. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 7. Achill. *decis.* 9. *de Iurepatr.* Lambertin. *de Iurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 2. *art.* 1. *num.* 22. Decian. *consil.* 107. *num.* 8. *lib.* 3. repudiatio enim infringit, & penitus
† tollit qualitatem hæreditariam, vt per se no- 2
tum est.

Non obstat, quod Riccardus senior vltra Iacobum patrem Lazari, & auum Baccij, reliquerit etiam tres alios filios, nempe Vincentium, Petrum, & Felicem, à quibus potuit fieri transmissio Iurispatronatus in Baccium. Quoniam non docet Baccius illos adiuisse hæreditatem Riccardi, & se adiuisse hæreditatem dictorum patruorum, seu aliorum transuersalium, adeout per acquisitionem hæreditatis prædictorum, potuerit etiam acquirere Iuspatronatus, huiusmodi autem † aditio, cùm sit quid facti, 3
non præsumitur, præsertim in transuersalibus, sed debet concludenter probari, *l. si pupillus*, §. *vltimò, in fine*, *ff. de acquirend. hæred.* Roman. *consil.* 154. *num.* 2. Crauett. *consil.* 33. *num.* 2. Menochius *præsumpt.* 99. *num.* 2. *lib.* 4. Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 9. *num.* 3. & 5. Immò etiam in filio,
† quia habet beneficium abstinendi, probari debet 4
aditio. Bart. *in l. necessarij*, *num* 1. *ff. de acquir. hæred.* Alexand. *consil.* 183. *num.* 1. *lib.* 6. Cardin. Mantic *decis.* 198. *num.* 5. & 6. Prout nec probatur aditam fuisse à Baccio hæreditatem Riccardi iunioris fratris, ad quem medietas medietatis patronatus Riccardi

ſenioris ſpectabat, quæ pariter aditio eſt iuſtificanda ex ſupradictis, & portio † non adita per Baccium,ad hæredes tranſmitti non potuit, *l.vnica,§.in nouiſſimo, C.de caduc.tollend.* Crauett. *conſil.*37.*num.*4. Rota *deciſ.*653. *num.*7. *part.*1. *recent.* & apparet dictam hæreditatem Riccardi fuiſſe aditam per alium Riccardum fratrem Pauli in ſumm. *num.*7. & antea citato Baccio fuiſſe dictæ hæreditati iacenti datum curatorem, ſummario *num.*5.

Quo verò ad aliam medietatem Iuriſpatronatus, prouenientem à Thadæo, & in illius linea conſolidatam,viſum fuit Dominis,neque iſtam ad Baccium pertinere poſſe, & quod deſcendentes Thadæi re-
6 pudiauerint,& ipſi Thadæi hæreditatem,& ſic † per ius accreſcendi tranſiuerit Iuſpatronatus in Baccium; quoniam, cùm ex ſupradictis appareat ad Baccium, nec ſpectare medietatem prouenientem à Riccardo ſeniore eius aſcendente, hoc eſt Proauo, nulla iuris ratio patitur, vt idem Baccius per ius accreſcendi medietatem Iuriſpatronatus Thadæi ob-
7 tineat, † quia portio portioni accreſcit,& non perſonæ,*l.ſi totum,ff.de acquirend. hæred.* Cnrn.*conſil.*131. *num.*6. *lib.*1. Gratian. *diſcept.forenſ. cap.*347. *num.*12. vel certè cum Iuſpatronatus ſit hæreditarium, ac
8 reale,cúmque ipſa hæreditate † tranſeat ad effectum conſequendi portionem Thadæi,probari deberet ad Baccium perueniſſe dictam Thadæi hæreditatem, Crauett. *conſil.* 37. *num.*4. Franc. *deciſ.* 60. *num.*10. Menoch. *præſumpt.*99. *num.*3. *lib.*4.

Ex quibus deprehenditur, nec opus eſſe ingredi diſputationem, an deſcendentes Thadæi repudiauerint illius hæreditatem, quia huiuſmodi etiam repudiatio non ſuffragaretur Baccio, vt ſupra oſtenſum fuit, & dubium eſt reſtrictum, an Iuſpatronatus ſpectet ad Baccium, ſiue illius hæredes,non autem ad deſcendentes Thadæi.

Vltra quod repudiationes Pauli, & Riccardi deſcendentium Thadæi non videntur obſtare; tum
9 quia † cùm iidem repudiantes intra triennium, & ſic re adhuc integra,diſpoſuerint de hoc patronatu mediante præſentatione, cenſentur repudiationem
10 reuocaſſe, ex quo cùm Iuſpatronatus † eſſet hæreditarium,citra ius, & nomen hæredis de illo diſponere non poterant,per text. *in l. pro hærede*, §. *Papinianus*, vbi Bart. *num.*6. *& 7. ff. de acquirend. hæredit.* Alberic. *in l.fin. num.*5. *C.de repud.hæredit.* Lambert. *de Iurepatr. lib.*1. *part.* 5. *quæſt.*5. *art.* 34. *verſ. dicenſem tamen*, & faciunt tradita per Rotam *coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ.* 371. *num.*8. poſſe autem re-
11 pudiationem † intra triennium reuocari, indubitati iuris eſt, ex text. *in l. ſi quis ſuus, ff. de iur. deliber. & l. fin. C.de repud. hæred.* & poſt Bartol. Bald. Caſtr. & alios tradunt Tiraq. *ad l.*16.*connubial.gloſſ.*7.*num.*74. Sutd. *conſil.*457.*num.*35. Tum etiam quia Paulus, & Riccardus deſcendentes Thadæi à Baccio, fuerunt
12 admiſſi ad præſentandum, vnde ipſe † hodie, vel eius hæredes obiicere non poſſunt, quod non ſint patroni, vt benè per Rotam *deciſ.*174.*num.*7.*part.*5. *recent.* quæ eſt repetita *coram ſan. mem. Gregor.XV. deciſ.* 452. *num.* 15. vbi aliæ deciſiones cumulantur, præſertim verò, quia de pertinentia dictæ medietatis patronatus ad Paulum,& Riccardum, conſtat ex ſententia inter ipſos, & Baccium lata de anno 1599.
13 per quam firmatus † videtur ſtatus patronatus,quoad omnes Anchar. *conſil.* 336. *num.*1. Cardin. Mantic. *deciſ.*350. *num.*3. *& 4. & fuit dictum in hac cauſa ſub die* 27. *Ianuarij* 1620. *coram R. P. D. meo Pirouano.* Atque etiam ex confeſſione Riccardi fratris Baccij,
14 per quam pertinentia † benè probatur contra conſirentem, & hæredes. Pot. *deciſ.* 325. *num.* 1. *lib.* 5. Caſſador. *deciſ.*7. *de Iurepatr.* Garz. *de benef. part.*5. *cap.*2. *num.*276. *& ſeqq.* Rota *coram* Catdin. Mantic. *deciſ.* 350. *num.*10. *& deciſ.* 697. *num.* 5. *part.* 5. *ac deciſ.* 174. *num.* 1. *& deciſ.* 349. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* Iuncta quaſi † poſſeſſione præſentandi firmata in 15 deciſionibus in hac cauſa factis coram R. P. D.meo Pirouano, & coram me.

Demum hæredibus Baccij obſtat, quod non ſont de familia de Cancellariis, ſed extranei, Iuſpatronatus autem iſtud,quamuis ſit hæreditarium, vt ſcilicet † quis non poſſit præſentare, niſi ſit hæres,tamen cùm Domitius, & Iacobus Compatroni de eo 16 ita diſpoſuerint,vt tranſire non poſſit ad extraneum, quouſque extat aliquis de Cippo, & familia de Cancellariis, quæ diſpoſitio ſuſtinetur, dum qualitas hæreditaria à fundatore præſcripta non eſt penitus ſublata, † ſed ſolùm addita qualitas agnatio- 17 nis,quouſque extant agnati, vt cenſuit Rota in hac cauſa *ſub die* 31. *Martij* 1628.*coram me.* Hinc ſequitur non poſſe extraneum hæredem Baccij admitti ad ſucceſſionem Iuriſpatronatus, dum extant Paulus, & Riccardus ex familia, & agnatione de Cancellariis, † cùm vtraque qualitas, nempe quod ſit 18 hæres,& agnatus, requiratur,vt benè per Pariſ. *conſil.*48. *num.* 8. *& ſeqq. lib.* 4. Roch. *de Iurepatr. verb. ipſi, vel ii, quæſt.*33. *num.*73. Lambertin. *eod. tract. lib.*1. *part.*2. *art.*8. *quæſt.*2. *num.*1. *& ſeqq.* Gabr. *conſil.*196. *num.* 5. *lib.*2. Cardin.Seraph.*deciſ.*578.*num.*8. *& in Mediolanen. Iuriſpatronatus* 19. *Aprilis* 1613. *coram R. P. D. meo Pirouano, atque in Ianuen.Iuriſpatronatus* 23. *Ianuarij* 1632. *coram Eminentiſſ. D. Cardinale Pamphilio.*

Et ita vtraque parte informante reſolutú fuit,&c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Bononien. ſucceſſionis.

Die Lunæ 21. *Iunij* 1632.

ARGVMENTVM.

Renunciatio filiarum de bonis paternis, maternis,& fraternis eſt ſtrictè accipienda, & prout iacet interpretanda.

SVMMARIVM.

1. *Renunciationis materia ſtrictè venit interpretanda.*
2. *In renunciatione ea tantùm veniūt,quæ ſunt expreſſa.*
3. *Hæreditas per aditionem deſinit eſſe,& efficitur proprium patrimonium hæredis.*
4. *In renunciatione filiarum de bonis paternis, & maternis non veniunt ea, quæ per aditionem ſunt effecta proprium patrimonium fratrum, &c.*
5. *Pater, quando cenſeatur adire hæreditatem maternam filio delatam.*
6. *Hæreditas ſolo animo aditur.*
7. *Renunciatio ſororis de bonis fratrum nominatorum non extenditur ad non nominatos.*
8. *Verbum, Dictum,eſt perſonaliſſimum,& num.*10.
9. *Renunciatio bonorum debet tantùm, referri ad bona, & perſonas ſpecificatas.*

DECISIO LI.

Comes Ferdinandus Barbatius de Mangiolis ex perſonæ Blanchæ Bentiolæ eius matris prætendebat

tendebat ratam partem bonorum, quæ ex hæreditate peregrinæ Capellæ peruenerant ad Georgium eiusdem Blanchæ fratrem ab intestato prædefunctum. Ex aduerso autem Comes Alexander Bentiuolus frater prædictæ Blanchæ excipiebat de renunciatione facta à Blancha occasione dotis sibi à patre constitutæ; vnde proposito à me dubio, An prædicta renunciatio obstaret, DD. vnanimiter negatiuè responderunt.

Licet enim renunciatio amplissimis verbis legatur facta, cum in narratiua ibi, dummodo ipsa quoque renunciet, & cedat omnia, & quæcunque iura præsentia, & futura sibi competentia, vel competitura in bonis, vel hæreditate olim D. Peregrinæ eius matris, & DD. Francisci, & Alexandri eius fratrum vtrinque coniunctorum, & omnium singulorum aliorum eius ascendentium, tam ex causa successionis abintestato, &c. Tum etiam in dispositiua, ibi cessit, renunciauit Comiti Vlixi eius patri pro se, suisque hæredibus, &c. omnia, & quæcunque iura, actiones, & cuiuscunque qualitatis, & conditionis, omneque edictum, & interdictum, quæ quas, & quod ipsa habuit, habet, & habitura est in futurum, ex causa successionis, ab intestato, &c. sibi debita, seu debenr. in bonis, & hæreditate, seu hæreditatibus dd. parentum, & fratrum, & cuiuslibet eorum, ex causa legati, &c. quæ iura, & alia sic, vt supra. Et propterea videatur comprehendere etiam bona, quæ ex hæreditate Peregrinæ peruenerant ad Georgium eius filium, tamen cum agatur, de

1 † materia renunciationis, quæ strictè venit interpretanda. Purpurat. *consil.* 372. *num.* 4. Gabriel. *consil.* 60. *num.* 6. *lib.* 1. Goxad. *consil.* 1. *num* 7. Surd. *consil.* 432. *num.* 2. Cavaler. *decis.* 340. *num.* 1. tantum censetur

2 per eam renunciatum, quantum fuit in ea † specificatum, qua propter cum de ista portione Georgij nulla fuerit facta mentio, non potest dici in renunciatione comprehensa. Surd. *d. consil.* 431. *num.* 13. *& seqq.* Seraphin. *decis.* 658. *num.* 2. Rot. *decis.* 624. *num.* 1. *& seqq. part.* 1. *diuers.*

Nec obstare visum fuit, quod ista portio Georgij proueuit ex hæreditate Peregrinæ, quia cum per mortem eiusdem Peregrinæ hæreditas illius statim delata fuerit ad singulos filios, & sic etiam ad Georgium pro rata, sequuta deinde aditione facta per

3 eundem Georgium non dicitur † amplius hæreditas, & patrimonium Peregrinæ, sed efficitur proprium patrimonium filiorum. Menoch. *consil.* 124. *num.* 5. Cephal. *consil.* 489. *num.* 73. *&* 74. Surd. *consil.* 562. *in princip.*

4 Vnde licèt in renunciatione fuerint † comprehensa bona materna, non tamen veniunt ista bona, quæ per aditionem fuerunt effecta proprium matrimonium Georgij filij. Alber. *in l. si quam*, §. *illud*, *num.* 7. *C. de inoffic. testam.* Dec. *in l. hereditas*, *num.* 8. *ff. de reg. iur.* Bald. *consil.* 48. *lib.* 2. Alba *consil.* 7. *num.* 16. Afflict. *decis.* 178. *num.* 4.

Quòd Georgius paternam hæreditatem adiuerit satis iustificatur; nam cum tempore obitus matris esset infans, pater retinendo dotem, & bona mulieris, illorumque fructus exigendo † censetur nomine

5 filiorum hæreditatem mulieris adiuisse, iuxta doctrinam Bart. *in l. gerit*, *num.* 28. *in fin. ff. de acquirend. hered.* Surd. *dicto consil.* 562. *num.* 7. *& decis.* 140. *num.* 1. *&* 10. *vers. sed quia aliàs.*

Quod in præsenti casu absque difficultate procedit. Ex quo, pater circa aditionem dictæ hæreditatis plures actus positiuos fecit, nomine Georgij filij, semper ipsum matris hæredem enunciando, quod ad hunc effectum † sufficit, cum hæreditas so- 6
lo animo adeatur *l. pro herede*, *ff. de acquirend. hered. gloss. in l. posuit*, *in verb. voluntas*, *C. de iur. delib.* cum aliis relatis per Mart. *de success. part.* 4. *quæst.* 14. *art.* 2. *&* 3.

Minùs obstat, quod Blancha renunciauerit hæreditatibus, & bonis fratrum, & sic censeatur renunciasse etiam bonis Georgij fratris, quia cum in dicta renunciatione fuerint specificata nomina fratrum, scilicet Comitum Francisci, & Alexandri, † renun- 7
ciatio facta de bonis fratrum nominatorum, non potest extendi ad bona Georgij fratris non nominati. Dec. *consil.* 379. *num.* 3. *&* 4. *& consil.* 419. *num.* 9. Bald. *consil.* 48. *per tot. lib.* 2. Atetin. *consil.* 161. *num.* 5. Eugen. *consil.* 88. *num.* 82. *lib.* 1. Caual *decis.* 340. *num.* 3. Gregor. *decis.* 15. *num.* 3.

Ponderato maximè verbo † Dictorum, quod est 8
personalissimum, & demonstratiuum personarum prius nominatarum, ad quarum portiones restringit renunciationem. Ias. *in l. filius familias*, §. *Diui*, *in secunda lectura*, *num.* 51. *de leg.* 1. Mandos. *consil.* 201. *num.* 3. Surd. *consil.* 464. *num.* 2. Rot. *coram Gregor. decis.* 495. *num.* 1. *&* 7. *& decis.* 607. *num.* 6.

Denique non obstant verba generalia, ibi, Pro eo, & toto, quod prætendere possit, quæ verba sunt apta comprehendere etiam hæreditatem Georgij, quia † nihilominus referuntur ad bona, & personas spe- 9
cificatas. Surd. *consil.* 431. *num.* 11. Maximè stantibus verbis restrictiuis, & repetitiuis, ibi. Dictorum, vt supra, & similibus, quæ restringunt dispositionem ad superiùs specificata, prout de dictione, seu, verbo † Dictorum, tenent DD. proximè relati, & 10
de alteta, vt supra, firmat Surd. *decis.* 291. *num.* 13. Rot. *decis.* 125. *in fin. part.* 1. *recent.*

R. P. D. BVCCABELLA.

Auenionen. fideicommissi.

Die Lunæ 19. Nouembris 1635.

ARGVMENTVM.

Interdictum, Quorum bonorum, quod competit hæredi, datur etiam eius cessionario. Hæreditatis aditio probatur etiam ex verbis enunciatiuis, immo ex sola cessione, aut donatione alicui facta de hæreditate.

SVMMARIVM.

1. *Testator, si filios præterierit, eius testamentum non sustinetur.*
2. *Heredi proximiori ab intestato, competit interdictum, Quorum bonorum.*
3. *Cessionario competit id, quod competebat cedenti.*
5. *Hereditas non adita regulariter non transmittitur.*
6. *Hereditatis aditio probatur etiam ex verbis enunciatiuis.*
7. *Clausula, & omni meliori modo, cum dictione copulatiua, implicat etiam alios modos extra expressos.*
8. *Hereditatem donans, vel cedens, vel ius sibi super hereditate competens censetur illam adire.*
9. *Filij legitima consolidatur cum suis bonis, & efficitur vnum patrimonium.*

DECI

DECISIO LII.

POstquam fuit vltimo loco die 27. Nouembris
1627. a cotam Eminentiss. D. Cardin. Vbaldo
in hac causa resolutom substitutionem exemplarem,
quam Nicolaus testatot Bartholomæo, & Antonio
filiis mente captis hæredibus institutis, fecerat ad
fauorem Francisci,& Hectoris nepotum ex filiabus,
1 esse nullam;ex quo † testator filias ipsas prætererat
contra dispositionem *l. humanitatis, C. de impub. & alijs substit.* prout antea etiam fuerat firmatum 10.
Iunij 1624. coram bon. mem. Buratto; intrate ta-
men substitutionem fideicommissariam ad fauorem
eorumdem nepotum, quoad bona testatoris; DD.
Franciscus, & Catherina nepotes Gabrieliæ vnius
ex d. testaroris filiabus, & eiusdem Gabrieliæ eo-
rum auiæ matetnæ donatatij, cessionarij, & hæte-
des petierunt ab intestato immissionem in bonis
mente captorum; super quo hodie proposito parti-
culari dubio, Domini dixerunt immissionem esse
2 dandam; quia sicuti illa Gabrieliæ † vti proximiori
hæredi ab intestato competebat ex interdicto Quo-
rum bonorum, *l.1. C.quorum bonorum*,cum aliis ad-
duct. per Menoch. *de adipisc. possess. remed.1. num.33.*
& per Rot. *decis.* 115. *num.1. part.1. recent.* & cotam
Cardin. Caualer.*decis.*386.*num.*1.*& decis.*401.*num.*3.
& seqq. ita etiam competit dictis Gabrieliæ nepoti-
3 bus, † cessionariis, ac hæredibus personam illius
repræsentantibus, vt per eumdem Menoch. *de adipiscend.remed.*40. *num.* 236. *& seqq.* cum aliis allegat.
& tenuit Rot. *d. decis.*115.*num.*1.*vers.quod modo competit,part.*1. *recent.*& tradit Grat.*discept.*309.*num.*35.
& cum huiusmodi bona in effectu consistant in le-
gitima in bonis paternis dictis filiis mente captis de-
4 bita, ipsa immissio † est danda pro tertia parte pro
indiuiso ipsius legitimæ dictæ Gabrieliæ debita,iuxt.
not. *in l. locus, ff. de acquirend. possess.* Alexand. *consil.*70. *num.* 10. *& seqq. lib.*6. & tenuit Rot. *in pluribus causis relat. per addent. ad decis. Gregor. XV.* 185.
num. 4. & fuit dictum *in causa ciuitatis Castelli bonorum 12. Iunij 1617. coram Eminentiss. Card. Pamphilio, & in Romana hæreditatis del Conte 29. Nouembris 1621. coram Card. Caual.*

Non obstat, quòd probari non videatur Gabrie-
liam hæreditatem dd. fratrum, dum vixit ab inte-
5 stato adiuisse, † & quòd hæreditas non adita regu-
lariter non transmittatur, *l. si ex pluribus, in princip. ff. de suis,& legitim. l. vnica,§. in nouissimo, C.de caduc. tollend.* Surd. *decis.*140. *num.*5. *&* 6. Franc. *decis.*101.
*num.*24. *& seqq.* Gomez *variar. resolut. tom.* 1. *cap* 9.
num. 1. Rot. *in Firmana fideicommissi de Formonis 9. Iunij 1634. coram R. P. D. meo Panzirolo.* Quoniam
de aditione satis constare visum fuit ex mandato
procuratæ per ipsam Gabrieliam facto de anno 1614.
in quo se expresè nominauit sororem vtrinque
coniunctam, & hæredem DD. Bartholomæi, &
Antonij mente captorum, quæ nominatio sufficit
6 ad hunc effectum, cum etiam ex verbis † enuncia-
tiuis hæreditatis aditio probetur. Bart. *in l.gerit, sub num.*14. *ff. de acquir. hæred.* Mathes. *not.*34. Ias. *in l.ex his verbis, C. de testam. milit. sub num.* 8. *vers. octauo limita.* Ruin. *consil.* 113. *num.*7. *lib.*3. Bero. *consil.* 57.
*num.*55. *lib.*3. Aymon *consil.*148. *num.*10. Gregor. *decis.* 460. *num.* 1. & procuratores constituit ad ipsius
nomine adeundum dd.Bartholomæi,& Antonij hæ-
reditatem, qui mente capti, & nullo condito testa-
mento decesserunt; ac etiam petendum se immitti
in possessionem bonorum, & hæreditatis eorum-
dem in totum, vel pro parte, qui postea immissio-
nem ipsam effectualiter petierunt, & sic hæredita-
tem adiuerunt; & licèt illam petierint ex remedio,
l.fin. C. de edict. D.Adrian.tollend. nihilominus se ad
illud minimè restrinxerunt, sed vlterius illam etiam
petierunt omni meliori modo ex quocunque alio
titulo, seu causa iure, &c. & omni meliori alio re- 6
medio possessorio,magis opportuno & proficuo, &
sic petitio comprehendit etiam remedium interdicti
Quorum bonorum, quòd dictæ Gabrieliæ ab inte-
stato venienti competebat,stante clausula, † & om- 7
ni meliori modo cum dictione copulatiua, quæ im-
plicat etiam alios modos diuersos ab expressis. Dec.
*consil.*14. *num.*4. Achill.*decis.vnic. de verb.signif.*Rot.
*decis.*467.*num.*7.*lib.*3.*part.*3. *diuers. & decis.*733. *n.*9.
*part.*2. *recent.*

Præterea eadem aditio probatur etiam ex dona-
tione, ac cessione postea de anno 1616. per verba
amplissima per eamdem Gabrieliam facta ad dd.
Francisci, & Catherinæ fauorem, donans enim,
† aut cedens hæreditatem,vel ius sibi super hæredi- 8
tate competens, censetur illam adire, ad text. *in l. si auia, C. de iur. deliber.* Corn. *consil.*211. *num.*2.*lib.*2.
& consil. 110. *num.*4. *lib.*4. Aymon *consil.* 200. *num.* 1.
Socin. iun. *consil.*107. *num.* 1. *lib.*2. Menoch. *consil* 1.
*num.*488. Surd. *consil.*244. *num.*19.*&* 523.*num.*8.Put.
*decis.*519. *num.*3. *lib.*2.

Non obstat, quòd dicto Bartholomæo,qui præ-
decessit successerit dictus Antonius frater superstes
ex reciproca per partem inter ipsos facta. Nam quic-
quid sit de hoc, placuit responsio, quòd præ suppo-
sita tali successione portio legitimæ Bartholomæi
peruenerit ad Antonium, & sic tota legitima dd.
filiis mente captis debita † fuit in ipso Antonio con- 9
solidata, & effectum vnum patrimonium, iuxt. *l. sed si plures, § filio. ff. de vulgar. & pupill.* proindeque di-
ctæ Gabrieliæ eiusdem Antonij ab intestato cohæ-
redi adhuc competebat immissio pro integra tertia
parte ipsius legitimæ vtrique fratri in bonis pater-
nis debitæ, &c.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

a Est decisio 112. part.3. recent.

Et in eadem causa adest altera decisio sub die 3.
Martij 1636. coram eodem bon. mem. Buccabel-
la, part. 7.

R. P. D. BVCCABELLA.

Auenionen. fideicommissi.

Die Lunæ 3. Martij 1636.

ARGVMENTVM.

Hæreditas non adita transmitti non potest, fallit, si agatur de hæreditate ascendentium. Hæreditas dicitur adita ex solo actu constitutionis procuratoris ad adeundam hæreditatem. Hæreditatem censetur quis voluisse adire ex eo capite, quòd erat ei magis proficuum.

SVMMARIVM.

1. *Hæreditatis cessionario datur immissio, sicuti danda erat cedenti.*
2. *Hæreditas non adita, transmitti non potest.*
3. *Hæreditas ascendentium, etiam non adita, transmitti potest.*

4. in

4. *in Hereditate transuersalium ante aditionem transmissio locum non habet.*
5. *de Aditione hereditatis sufficienter dicitur constare, ex constitutione procuratoris ad adeundum, & num.8. & 15.*
6. *Hereditatis aditio, tanquam necessarium antecedens prasupponi debet ex donatione, & cessione ab herede alicui facta.*
7. *Hereditatem ab intestato, quando dicatur quod heres validè non adiuerit.*
9. *Mente captus est omnino intestabilis.*
10. *Substitutio exemplaris facta contra formam prascriptam in l. humanitatis, C. de impub. est omnino inualida, & nulla.*
11. *Clausula, & omni meliori modo, implicat etiam alios modos diuersos ab expressis.*
12. *Mandati fines nemo presumitur quòd voluerit excedere.*
13. *Restringere nemo prasumitur se voluisse ad ius, quod ei non potest competere, & num. 19.*
14. *Procurator Domino praiudicare non potest.*
15. *Heres, ex actu constitutionis procuratoris ad adeundum hereditatem, inducta censetur hereditatis aditio, non spectata aditione, vel alio actu per procuratorem faciendo.*
16. *Heredem quando quis se expressè enunciauit, sine dubio hereditatem adiuit.*
17. *Principalis verisimile existimare potest, quòd suus procurator deduxerit in iudicio ius, quod sibi competebat.*
18. *Scientia requiritur ad effectum ratificationis gestorum.*

DECISIO LIII.

NOn acquiescentibus DD. Hectore, & Francisco de Tertulliis resolutioni in hac causa factæ sub die 17. Nouembris præteriti [a] proposui dubium super iisdem. Et Domini persistentes in decisis denuò responderunt DD. Francisco, & Catherinæ donatariis, ac cessionariis, & hæredibus Gabrieliæ eorum auiæ maternæ ab intestato hæredis Bartholomæi, & Antonij dandam esse immissionem pro tertia parte in possessionem bonorum in eorumdem Bartholomæi, & Antonij hæreditate re-
1 pertorum, quemadmodum † ipsi Gabrieliæ cuius personam repræsentant dari debebar, iuxt. tradita per Menoch. *de adipiscend. remed.* 1. *num.* 35. *& remed.* 4. *num.* 236. *& seqq. cum alijs in decis. alleg.*

Nec obstare censuerunt quòd denuo obiiciebatur Gabrieliam dd. Bartholomæi, & Antonij eius
2 fratrum hæreditatem dum vixit ab intestato † non adiuisse, & consequenter illam non potuisse trans-
3 mittere, cum non agatur de hæreditate † ascendentium, quæ etiamsi adita non fuerit, transmittitur, *l. vnic. C. de his qui ant. apert. tabul.* Bart. *in l. ventre praterito, num.* 25 *ff. de acquir. hered.* Bald. *in l. si auia, num.* 40. *C. de iur. delib.* Gail. *obseruat.* 131. *num.* 5 *lib.* 2. Sed de hæreditate fratrum, & sic transuersalium, in
4 qua transmissio † ante aditionem locum non habet, *l.* 1. *§. in nouissimo, C. de cad. tollend. l. quoniam sororem, C. de iur. delibtr. l. si ex pluribus, ff. de suis & legit. gloss. in d. l. vnic. in verbo, in liberos.* Quoniam placuit responsio in decisione data, quòd de aditio-
5 ne † sufficienter constat ex constitutione procuratorum ad adeundum, in qua Gabrielia sese expressè enunciauit hæredem, ac etiam ex donatione, ac cessione per eamdem facta, non quidem generaliter omnium, & quorumcumque iurium; sed specialiter, ac nominatim iurium sibi competentium super successione, & hæreditate dd. eius fratrum sibi, vt diait, obtenta, ex qua dubiom non † est in necessa- 6
rium antecedens illius aditionem præsupponi. Corn. *consil.* 211. *num.* 2. *lib.* 2. *& consil.* 236. *num.* 10. *lib.* 4. Surd. *consil.* 244. *num.* 19. *& consil.* 523. *num.* 8. *& decis.* 138. *num.* 25. Nicol. Noalis *de transmiss. cap.* 8. *num.* 104. Rot. *in Auersana iurispatronatus* 15. *Martij* 1620. *coram R. P. D. meo Pirouane, qua est decis.* 265. *part.* 3. *recent. & in Romana fideicommissi de Formonis* 9. *Iunij* 1634. *coram R. P. D. meo Panzirolo.*

Nec etiam visum fuit obstare, quòd Gabrielia sub die 19. Maij 1614. constituerit procuratorem ad eius nomine comparendum pro iure ipsi competente vigore testamenti q. Nicolai eius patris, & attenta substitutione in eo apposita, & in ipsius personam aperta petendum cassari inhibitiones per DD. de Saignon, & la Roque obtentas, & consequenter cum videatur voluisse acquirere ea testamento ac substitutione in eo contenta dici † non 7
possit validè dd. eius fratrum hæreditatem adiuisse ab intestato, iuxt. text. *in l. si is ad quem, ff. de acquir. hered.* vbi gloss. & Odofred. & Castr. *num.* 1. & Ias. *in princ. vers. in quarto.* Marant. *in l. is potest, num.* 166. *d. tit. de acquir. hered.* Bald. *consil.* 141. *num.* 2. *lib.* 3. Anchar. *consil.* 357. *colum. vltim. vers. ex pradictis concludo, & fuit dictum in Romana de Marescotis* 25. *Iunij* 1632. *coram Reuerendiss. D. Vrgellen.*

Quia dictus procurator non solum fuit constitutus ad petendum cassari dictas inhibitiones ratione iuris dictæ constituenti competentis ex testamento paterno, & substitutione in eo facta, quam ad sui fauorem apertam prætendebat, quod potest intelligi de substitutione, quoad vsumfructum portionis bonorum in eodem testamento contenta, sed etiam ad obtinendum ipsam admitti ad faciendum actus ibi expressos tanquam vnam ex dicti q. Antonij vltimo loco defuncti hæredibus, quod videtur intelligendum de hæredibus ab intestato.

Præterea, quicquid sit de hoc, cum ipsa postea sub die 30. eiusdem mensis vti soror vtrinque coniuncta, & hæres dd Bartholomæi, & Antonij alios constituerit Procuratores ad eius nomine hæreditatem eorumdem Bartholomæi, & Antonij, seu alterius ipsorum adeundum, & immissionem in possessionem bonorum hæreditariorum petendam, Do-
mini † existimarunt ex hoc secundo mandato satis 8
constare de aditione, vt per gloss. *in l. procuratorem, in princip. vers. statim enim quod mande*, vbi etiam Bart. *num.* 1. *vers. vnde eo ipso, & num.* 2. *ff. de acquir. hered.* Marant. *in d. l. is potest, num.* 68. *ff. eod.* Menochius *de prasumpt. lib.* 4. *prasumpt.* 101. *num.* 16. Idque esse intelligendum ab intestato, tum quia de testamento, vel substitutione nullam mentionem fecit, tum quia hæreditas fuerat eidem vti sorori vtrinque coniunctæ qualem se enunciauit ab intestato tantùm delata, immo nec etiam potuerat ea testamento deferri dd. enim Bartholomæus, & Antoni ns tam de tempore mortis patris, quàm etiam
postea vsque ad obitum † fuerant mente capti, & sic 9
omnino intestabiles, *l.* 2. *§. furiosus, ff. de iur. codicill. l. furiosum, C. qui testam. fac. possess. cap. fin. de success. ab intest.* de quo dicta Gabrielia soror scientiam habebat; substitutio vero eaemplatis in d. patris te-
stamento † contenta tanquam facta contra formam 10
præscriptam *in l. humanitatis, C. de impub. & alys substit.* fuerat omnino nulla, & inualida, vt fuit *in hac causa decisum die* 10. *Iunij* 1624. [b] *coram bon. mem. Buratto, & sub die* 24. *Nouembr.* 1627. *coram Eminentiss.*

tiss. Cardin. Vbaldo, & vbi etiam fuisset valida Gabrielia in vim illius succedere non poterat, quia ex ea vocata non erat, vnde nullo modo est dicendum voluisse hæreditatem adire ex causa testati de qua mentionem aliquam non fecit, & ex qua adire nullatenus poterat, & omittere causam intestati, ex qua realiter, & cum effectu hæreditas sibi delata fuerat.

Nec quicquam facit, quòd Gabrielia in d. secundo mandato dixerit se de nouo constituere dd. suos speciales procuratores citra reuocationem procuratorum per eam hactenus constitutorum, & consequenter voluisse videatur d. primo mandato inhærere, & ab eo minimè recedere; quoniam (omisso quòd in eo quoque procurator constitutus videatur etiam ad petendum ipsam admitti tanquam vnam ex hæredibus ab intestato, vt supra dictum est) fuit responsum ex eo quod noluerit reuocare procuratorem ad petendum cassari dictas inhibitiones pro iure sibi competente ex testamento eius patris, & attenta substitutione in eo ad ipsius fauorem contenta non bene inferri, dum in secundo procuratores vt supra constituit dictorum suorum fratrum hæreditatem ab intestato adeundi animum non habuisse; ipsa enim fratrom hæreditas, vt in dicta decisione coram Emioentissimo D. Cardinali Vbaldo facta deductum fuit, diuersum constituebat patrimonium, & erat quid omnino distinctum, ac separatum à d. iure ex paterno testamento competente, quod consistebat in substitutione, quoad vsumfructum eius vita durante; vnde bene se compatiuntur ista duo, quòd scilicet ipsa voluerit ex secundo mandato dd. frattum hæreditatem ab intestato adire, & nihilomious primum mandatum adhuc firmum remanere, vt procurator in eo constitutus iudicium super d. iure consequendi vsumfructum in bonis patris sibi ex dicto testamento, & substitutione ad eius fauorem facta, & aperta prosequi posset.

Nec etiam releuat, quòd postea procuratores io d. secundo mandato constituti declarauerint velle adire hæreditatem dictæ Gabrieliæ delatam vigore dictæ exemplaris substitutionis in paterno testamento factæ, quia se ad id non restrinxerunt; sed addiderunt verba illa (vel etiam alio quocumque titulo, seu causa) & petierunt immitti non solùm ex *remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* sed etiam ex omni alio remedio possessorio magis opportuno, ac

11 proficuu, & addiderunt etiam clausulam, † & omni alio meliori modo, quæ implicat etiam alios modos diuersos ab expressis, Alex. *cons.* 12 1. *num.* 12. *vers. nam magna est virtus lib.* 1. Dec. *cons.* 14. *num.* 4. Rot. *decis.* 467. *num* 7. *lib.* 1. *part.* 3. *diuers. & decis.* 731. *num.* 9. *part.* 2. *recent. cum aliis in decis. alleg.* Præsertim, quia nulla ratione dicendum est illos vo-

12 luisse excedere † fines mandati, & se restringere ad ius dictæ substitutionis exemplaris, quod d. constituenti nullo modo competebat, ex quo ipsa sub-

13 stitutio de iure † non sustinebatur, nec dictam Gabrieliam comprehendebat, nec ad eius fauorem aperta fuerat, & nihilominus etiamsi illi ad talem substitutionem se expresse restrinxissent, non office-

14 ret, † quia non potuissent ipsi Gabrieliæ præiudicare. ad text. *in l. si procurator. C. de procurat. l. cum mandati*, & ibi gloss. *in verb. non potuit. C. mandati.* Rot. *coram Gregor. X V. decis.* 75 *num.* 1. *& decis.* 168. *num.* 5. Nec de medio tollere dictam hæreditatis ab intestato aditionem, quæ fuerat iam antea indu-

15 cta in ipsomet actu † quo illa Procuratores ad adeundum constituit, non aliter expectata aditione, vel alio actu per Procuratores faciendo, vt expressè dicit gloss. & Bart. *in d. l. per Procuratorem.* Matant. *in d. l. si potest*, *num.* 68. *ff. de acquir. hered.* & Menoch. *d. præsumpt.* 101. *num.* 26. *lib.* 4. *super alleg.* Io. Francisc. à Ponte *consil.* 6. *num.* 35. Caualer. *decis.* 144. *num.* 2. Maximè cum se expressè hære-

dem † enunciauerit, & sic sine dubio aduertit. iuxta 16

text. *in l. pro herede.* §. 1. *ff. de acquir. hered.* & tradita per Bart. *in l. gerit. num.* 14. *ff. eod.* Surd. *cons.* 576. *num.* 35. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 11. *num.* 10.

Nec obstat prætensa ratificatio gestorum per procuratores prædictos deducta ex dicta donatione, ac cessione; tum quia verisimile est ipsam existimasse illos in iudicium deduxisse ius † intestatæ succes- 17

sionis, quod sibi re vera competebat, nec apparet certam scientiam babuisse, quòd illi aliter gessissent, & ius dictæ substitutioois deduxissent prout ad effe-

ctum ratificationis † requiritur secundum glos. *in* 18

c. concertationi in verb. sciuerint. de appell. in 6. Surd. *consil.* 183. *num.* 32. Tiraquell. *de legib. connub. glos.* 8. *num.* 183. Rot. *decis.* 139. *num.* 8. *part.* 1. *& decis.* 109. *num.* 2. *part.* 4. *recent. & decis.* 136. *num.* 2. *coram Card. Seraphin.* tum etiam quia procuratores ad dictam exemplarem substitutionem se non restrinxerunt,

† sed ius omne ex quouis titulo, & causa compe- 19

tens deduxerunt, immò apparet in iudicio hic in Curia in secunda instantia coram D. bon. mem. Buratto, de quo Gabrielia in dicta donatione, ac cessione specialem mentiooem fecit, prædictam exemplarem substitutionem fuisse expressè impugnatam, & id obtentum declarari illam omnino nullam, & inualidam, dictumque fratrum hæreditatem fuisse ad ipsam pro tertia parte ab intestato delatam, vt patet ex dicta decis. coram eodem facta.

Et ita decisum vtraque parte ioformante, &c.

- *a* Est decisio 74. parte 7.
- *b* Est decisio 801. inter eius impress.
- *c* Est decisio 112. part. 5. recent.

Et part. 7. in eadem causa adsunt aliæ decisiones, id est sub die 4. Februarij 1637. coram R. P. D. Dunozetto, & sub die 1. Iulij eiusdem anni coram R. P. D. Ghisilerio, & 18. Martij 1639. coram eodem.



Ad verbum Mater.

R. P. D. MERLINO.

Cæsenaten. Prædij.

Die Veneris 12. *Decembris* 1631.

ARGVMENTVM.

Tractatur in hac decisione materia, quando mater transit ad secundas nuptias quid amittat. Item etiam de consensu filiorum, quando per matrem fit iste transitus.

SVMMARIVM.

1. *Transactio, seu assignatio ex falsa causa emanata non sustinetur.*

2. Dos

2. *Dos debita alicui, solum est præstanda contractis nuptijs, & non antea.*
3. *Mulier, quicquid consequitur ex substantia primi viri, & ex successione filiorum primi matrimonij, tenetur reseruare eisdem filijs primi matrimonij, non autem filijs alterius matrimonij.*
4. *Dominium rerum, quæ liberis primi matrimonij seruantur, defuncta matre binuba, vindicantur à liberis primi matrimonij, & solum vsusfructus matri, dum vixerit, reseruatur.*
5. *Et hoc procedit etiam attenta Iuris Canonici dispositione.*
6. *Mater binuba, nec etiam legitimam in bonis filiorum præmortuorum, nisi quoad vsumfructum retinet. & num. 7.*
8. *Pœna l. fœmina. C. de secund. nupt. extenditur etiam ad legitimam debitam matri in bonis filij.*
9. *Mater transeundo ad secunda vota, funestatur prima proles, & deseritur.*
10. *Mater transiens ad secunda vota tenetur semper reseruare, quicquid consequuta est ex bonis primi viri, filijs eiusdem matrimonij, siue secundæ nuptiæ præcedant, siue subsequantur mortem dd. filiorum. & num. 11.*
12. *Constitutiones variæ circa mulieres secundò nubentium editæ fuerunt, propter inconstantiam Triboniani.*
13. *Filij, quando consentiunt, vt mater transeat ad secunda vota cessat l. fœmina. C. de secund. nupt.*
14. *Filiorum etiam expressus consensus in transitu parentis ad secunda vota non tollit beneficium l fœmina. C. de secund. nupt. nisi expresè sit renunciatum eidem legi.*
15. *Renunciatio, cum sit odiosa, & stricti iuris, non inducitur nisi verbis, vel si necessario ex antecedenti inferatur.*
16. *Filij, quando parentes transeunt ad secunda vota, propter reuerentiam eidem debitam non audent contradicere.*
17. *Filiorum acquiescentia, quando mater transit ad secunda vota, operatur quo ad remissionem iniuriæ, & contumeliæ, qua afficiuntur iidem filij.*
18. *Iniuriam, quam facit mater filijs propter transitum ad secunda vota, leges valde detestantur.*
19. *Filiorum acquiescentia, quando mater transit ad secunda vota non operatur, vt dicatur remissum fuisse damnum, & iacturam, quæ ipsis filijs irrogaretur, si bona eorum patris cederent in vtilitatem nouercæ, ac vitrici.*
20. *Filiorum consensus, quando mater transit ad secunda vota, requiritur quod sit expressus, & non sufficit tacitus.*
21. *Consensus expressus est necessarius, quando agitur de præiudicio notabili, & de renunciatione beneficij certi.*
22. *Consensus expressus pupilli non sufficit, ad effectum inducendi renunciationem iurium pro eo introductorum.*
23. *Filij destituuntur materna charitate, quando mater transit ad secundas nuptias.*
24. *Consensus impuberis cum licentia tutoris, non sufficit, quando graue præiudicium infertur ipsi impuberi.*
25. *Hæres adeundo hæreditatem non potest impugnare testamentum defuncti.*
26. *L fœmina. C. de secund. nupt. quid disponat.*
27. *Trascriptio 40. annorum non attenditur stante falsitate causæ, & mala fide.*

DECISIO LIV.


ROPOSVI dubium super excessu, reseruatum in disputatione habita in hac causa sub die 16. Iunij præteriti, a & Domini hodie dixerunt de illo constare.

Quoniam sententia ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* per A. C. lata, decreuit Immissionem filiis Almerici pro medietate in possessionem fondi Vinciliani, pro alia verò medietate filiis Camilli primi mariti Aureliæ, iuxta tenorem testamenti eiusdem Aureliæ. Et tamen fundus Vincilianus non spectabat ad Aureliam, nec dicebatur esse in bonis, & hæreditate illius, licet fuerit ei assignatus in dotem, sed spectabat ad Camillum, stante æstimatione eiusdem fundi, quæ æstimatio faciebat venditionem, & transtulerat irreuocabiliter dominum fundi in Camillum, vt in alia decisione sub die 16. Ionij præteriti fuit firmatum, quæ decisio in præsenti disputatione est præsuponenda; vnde excessus est patens in eo, quod filij Almerici ex testamento Aoreliæ solummodo ius habebant ad medietatem dotis, oempe scuta 600. dos enim Aureliæ erat solum scutorum 1200. non autem ad fundum Vincilianum, cuius dominus effectus erat Camillus per emptionem, resultantem ex æstimatione fundi, dum fuit traditus Camillo, præsertim quia fundus Vincilianus, licet fuerit æstimatus in dictis scutis 1200. tamen tractu temporis creuit ad longe maiorem valorem, vt appatet ex transactione, ex quo clarior insurgit excessus, quia, si filij Almerici secundi mariti Aureliæ, obtinent medietatem fundi Vinciliani, consequentur vltra eorum creditum, quantum accessit valori prædij post dictam æstimationem.

Neque obstat, quod per filios Camilli eidem Aureliæ nuptias repetenti, fuerit assignatus totus fundus Vincilianus, nedum pro soa dote, sed etiam tatione successionis, & hęreditatis Iulię, & Mutij filiorum ex Camillo primo marito prædefunctorum delatæ eidem Aureliæ matri, antequam ad secũdas nuptias cum Almarico transiret; Quoniam hæc † assig- 1
natio, seu transactio noo substineetur, dum emanauit ex falsa causa, *l si ex fals. C. de transact. l. 1. & seq. C. si ex fals. instr.* Ancb. *cons. 98. n. 8. in fin.* Card. Mant. *de tacit. lib. 16. tit. 9. n. 42. & seqq* Rot. *dec. 765. n. 2. part. 4. diu.* Quæ quidem falsa causa respectu successionis Iuliæ bene deducitur, quia Iulia infans mortua erat ante contractas secũdas nuptias per Aureliam, extabantque fratres masculi, & sic erat exclusa Iulia per Statutum Cæsenæ, & dos, si quæ vigore statuti eidem Iuliæ fuisset debita, hæc solum præstanda erat contractis nuptiis, † & non antea, adeo, vt mortua puel- a
la innupta, ad hæredes dotem non transmitteret, vt plene per Gabr. *cons. 130. num. 15. & 25. lib. 1. & in fin. cons.* ait quod Rota hanc approbauit conclusionem.

Respectu verò successionis, & hæreditatis Mutij, quatenus per Statutum Aurelia mater noo fuisset exclusa, ex qoo secundæ eius nuptiæ sequutæ sont post mortem dictorum filiorum, quicquid Aurelia consequuta est ex dicta successione filiorum primi matrimonij, & ex substantia Camilli primi mariti, tenebatur reseruare † eisdem filiis 3
Camilli mariti, non autem communicare cum filiis Almerici secundi matrimonij, iuxta dispositionem, *l fœmina. C. de secund. nuptijs, l. 1. C. de indict. viduit. toll. l. mater. ff. ad senat. consul. Tertul. & in l generaliter, in princip. C. de secund. nup.* vbi habetur, quod Dominum rerum, quæ liberis primi matrimonij

4 monij seruantur, defuncta † matre binuba, vindi-
eantur à liberis primi matrimonij, solumque vsus-
fructus matri binubæ, dum vixerit, reseruatur, &
in auth. de nupt. §. hinc nos, collat. 4. versic. si autem in-
testatus, & ibidem gloss. in verb. vsum, & aliis rela-
tis plene docet Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 89.
num. 2. & 18. Caball. consil. 169. num. 14. & sequent.
5 lib. 1. vbi, quòd hoc procedit † attenta etiam Iuris
Canonici disputatione, Guttier. de matrim. cap. 109.
num. 1. & 2. & pluries dixit Rota, vt apud Put. de-
cis. 4. num. 1. lib. 3. & in Romana restitutionis dotis 9.
Aprilis, & 15. Iunij 1612. coram Eminentiss. D. Card.
Pamphilio, & apud Pacif. de Saluian. decis. 96. num. 2.
ac decis. 638. num. 1. part. 1. recent. Quod adeò ve-
6 rum est, vt nec etiam † mater binuba legitimam
in bonis filiorum prædefunctorum retineat, sed
solum vsumfructum habeat, iuxta sententiam Bald.
in authent. de testamento, ante num. 1. versic. pone ergo,
& ibidem Io. de Gatonibus num. 14. C. de secund. nupt.
Socin. iun. consil. 97. num. 4. lib. 4. Peregr. consil. 78.
num. 5. lib. 1. & consil. 17. num. 4. lib. 3. Ioseph. Lu-
douic. conclus. 33. ampliat. 2. Sanch. de matrim. d. di-
sput. 89. num. 19. Modern. Foroliu. de legit. lib. 4. ti-
tul. 2. quæst. 2. num. 5. & 11. & sequentib. Modern. Man-
tuan. controuers. forens. cap. 139. num. 24. & cap. 367.
num. 43. Guttier. de matrim. dict. cap. 109. num. 6. vbi
Hippolytum Riminaldum, & D. Facchinæum con-
trarium sentientes reprobat, qui tamen D. Facchi-
næus verè non est contrarius huic sententiæ; is enim
7 admittit quidem matri binubæ deberi † legitimam
in bonis filij primi mariti iam defuncti, sed tamen
concedit teneri matrem hæc bona, quæ pro legi-
tima filiorum habuit, conseruare filiis eiusdem ma-
trimonij, nec matrem huiusmodi bona posse alie-
nare, inter quæ latum est discrimen, vt bene per
8 eundem D. Facchinæum probatur; † iure autem me-
rito pœna priuationis ex l. fæmina. C. de secund. nupt.
extenditur etiam ad legitimam, cum hæc priuatio
matris proueniat ex illius culpa, nempe ex secundis
9 nuptiis, † quibus prima proles funestatur & deseri-
tur, vt per Peregr. d. consil. 78. num. 5. lib. 1. cum aliys
suprà alleg.

Non obstat, quod Aurelia transiuerit ad secun-
das nuptias post mortem filiorum, & assignatio
illa fundi Vinciliani præcesserit easdem secundas
nuptias, vt asseritur in eadem transactione, dum
ibi dicitur, quod Aurelia secundas cogitabat nu-
ptias; suspecta enim Dominis visa fuit hæc as-
sertio, quia apparet, quod per quatuor menses
ante præcesserat apocha matrimonialis cum Al-
merico, impositumque fuit filiis primi matrimo-
nij, dum post dictam apocham, Aurelia curauit
sibi assignari totum fundum Vincilianum, cum
solum creditrix esset quantitatis, nempe scuto-
rum 1200.

10 Verùm nihil refert ad hunc effectum, an † se-
cundæ nuptiæ præcedant, siue subsequantur mor-
tem filiorum primi matrimonij, quia semper quic-
quid consequuta est ex substantia primi mariti, te-
netur reseruare aliis filiis eiusdem primi matrimo-
11 nij, totaque hæc distinctio, an ante, † vel post se-
quantur secundæ nuptiæ, sublata fuit per postre-
mam constitutionem Iustiniani in dict. authent. de
nupt. collat. 4. §. sed quanta quidem, ibi, sed quanta
quidem, quæ ex paterna substantia ad filium peruene-
runt, eorum solum habeat vsum, ad secundas, siue prius
siue postea veniat nuptias, & notat Sanchez de ma-
trim. lib. 7. disput 89. num. 18. versic. nec refert, & me-
lius Gaspar. Anton. Thes. q. forens. cap. 29. num. 10.
lib. 1. vbi varias Imperatorum circa hoc recenset
Constitutiones, & distinctione temporum conci-
liat antinomiam, quæ in hac materia aliquibus
subesse videri posset, prout etiam eruditè, & chro-
nologicè facit Odd. consil. 37. num. 48. animaduer-
tens † ex Inconstantia Triboniani à Iustiniano dis- 12
crepantes in hac materia constitutiones editas fuis-
se, Castill. de vsufruct. cap. 2. num. 15. Modern. Fo-
rol. de legit. lib. 4. titul. 2. quæst. 1. num. 3. Gratian. dis-
cept. forens. cap. 701. num. 23. Rota Bononien. de-
cis. 84. num. 14. & fuit dictum in decis. 638. num. 3.
& 4. part. 1. recent. & apud Pacif. de Saluian. decis. 96.
num. 3.

Minus obstat, quod filij primi † matrimonij con- 13
senserint secundis nuptiis Aureliæ matris, dum nun-
quam conquesti sunt & assignatos fundum Vinci-
lianum, quamuis cogitauerint matrem ad secundas
nuptias transituram esse, quo stante consensu, cessat
dispositio, l. fæmina, ad glos. in authent. de non eligen. 2.
nuben. colum. 1. in princip. verb. copulantur, Menoch.
cons. 155 num. 13. & sequentib. & cons. 628. num. 1. La-
derch. cons. 127. num. 5. Sanch. de matr. lib. 7. disput. 89.
num. 43. cum alys.

Quoniam, misso, quod aliquibus, & summæ
auctoritatis Doctoribus, visum est, nec etiam ex-
pressum filiorum consensum secundis nuptiis, † pa- 14
rentis binubæ præstitum, tollere beneficium, l. fæ-
mina, nisi signanter consentiendo addant expressè
renunciationem eidem beneficio, l. fæmina, ita An-
gel. consil. 396. num. 2. Adden. ad Dec. consil. 206. lit-
tera B. Franc. Sarmient. Insignis olim Rotæ Audi-
tor, select. Interpret. lib. 1. cap. 4. D. Fachin. contro-
uers. iur. lib. 3. cap. 65. versic. iam quid mihi, Odd.
consil. 37. num. 19. Gaspar. Anton. Thes. quæst. forens.
cap. 30. num. 5. & 6. lib. 1. Manent. decis. 47. per tot.
vbi contrariam opinionem, licet communem, plu-
ribus refellit, plene Galerat. de renunc. tom. 2. cen-
tur. 1. cap. 98. num. 11. & 12. vbi quòd hæc opinio
est omnino retinenda, Modern. Mantuan. contro-
uers. forens. cap. 139. num. 39. Non enim ex solo con-
sensu filiorum primi matrimonij in secundas nu-
ptias matris rectè infertur ad renunciationem, quæ
cum sit stricti iuris, & odiosa, † non inducitur, 15
nisi verbis, vel si necessario ex antecedentibus se-
quatur, Bald. consil. 437. num. 2. versic. item ista,
lib. 1. Honded. consil. 29. num. 93. 94. & 107. lib. 1.
& in his terminis Galerat. de renunc. tom. 2. centur.
prima, cap. 98. num. 11. Modern. Mantuan. controuers.
for. cap. 139. num. 16. & sequentib. Quorum hic neu-
trum concurrit, non expressio, vt de se patet, nec ne-
cessario infertur, stant enim simul, & se compatiun-
tur, quod filius officiosè consentiat secundis nuptiis,
ne mater vratur, & cælibatus incommodis discrucie-
tur, & quia salua reuerentia debita † parentibus fi- 16
lius non audeat contradicere, & tamen adhuc filius
retineat beneficium illud, & auxilium pro sua in-
demnitate, quod sibi à iure conceditur ob transitum
matris ad secundas nuptias, & † acquiescentia filio- 17
rum operari quidem potest, remissionem iniuriæ, &
contumeliæ, qua afficiuntur iidem filij, dum mater,
spreta charitate materna, prolis abiecta cura, & de-
functi viri † abolita memoria, ad secunda vota con- 18
uolat, & nouum maritum prædiligit, quam iniuriam
leges detestantur in § soluto, & §. si vero expectet, auth.
de nupt. col. 4. & alibi, non autem inde censeri debet
remissum fuisse damnum, & iacturam, quæ iisdem
filiis irrogaretur, †, si bona eorum Patris cederent in 19
vtilitatem nouercæ, ac vitrici, vt per Sarm. D Fach.
locis citatis, & Galerat. d. cap. 98. n. 10. & 12. & faciunt
etiam

etiam tradita *in decis.* 154. *num.* 8. *&* 9. post Pacif. *de Saluian.*

Attamen, quicquid sit de istorum sententia, certum est non sufficere tacitum † consensum filio-
20 rum in ipsas secundas nuptias, sed requiri expressum, quia agitur de præiudicio notabili, & de re-
21 nunciatione beneficij certi, & † in iure scripti, quo casu taciturnitas non sufficit, sed expressus consensus est necessarius, ita Io. de Garooibus *in rubr. de nupt. num.* 7. Sanchez *de matrim. d. lib.* 7. *disput.* 89. *num.* 44. Peregr. *consil.* 78. *num.* 11. *&* 17. *lib.* 1. D. Fachin. *controuers. iur. d. cap.* 65. *versic.* 5. *conclusio*, Guttier. *de matrim. cap.* 109. *num.* 51. vbi Menoch. *contrarium dicen. reprobat*, Castill. *de vsufruct. cap.* 2. *num.* 100. *& sequentib.* Fontanell. *de pact. nuptial. claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 11. *num.* 36. vbi testatur ita fuisse iudicatum, Rot. Bonon. *decis.* 84. *num.* 15. Præsertim verò, quia filij erant impuberes, dum secundæ nuptiæ per matrem contractæ sunt, quo
22 casu oec etiam † expressus conseosus sufficit pro inducenda renunciatione iuribus, quæ à legibus concessa sunt filiis primi matrimonij in recompensationem maternæ illius charitatis, qua desti-
23 tuuntur iidem filij, † dum mater secundas petit nuptias, Boër. *decis.* 185. *num.* 23. Peregr. *dict. consil.* 78. *num.* 11. *versic. alia est ratio. lib.* 1. D. Fachin. *controu. iur. d. cap.* 65. *vers.* 4. *concl.* Sanch. *de matr. d. disput.* 89. *num.* 47. Guttier. *de matr. d. cap.* 109. *num.* 52. vbi etiam dicit verius, quod non sufficiat coosen-
24 sus impuberis cum licentia tutoris, † ex quo graue præiudicium infertur ipsis pupillis, Surd. *decis.* 100. *num.* 6. *& consil.* 164. *num.* 50. Gaspar. Aot. Thes. *qq. foren. cap.* 30. *num.* 6. *lib.* 1. Galerat. *de renun. tom.* 2. *cent.* 1. *cap.* 98. *num.* 7. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 3. *titul. de matrim. resol.* 5. *num.* 14. *versic. sed dubito, in fin.* vbi, quod in impuberibus hæc est conclusio indubitata, Manent. *decis.* 47. *num.* 24. & fuit etiam de mente Rotæ *in decis.* 638. *num.* 6. *part.* 1. *recent. & decis.* 96. *numer.* 9. *&* 12. post Pacif. *de Saluian.*

Neque obstat, quòd filij ex primo matrimonio
25 adiuerint hæreditatem Aoreliæ matris, † & ideo non possint impugnare illius testamentum, in quo medietatem fundi Vinciliani assignauit filiis secundi matrimonij; quoniam & hæc assignatio Aureliæ in eius testamento facta potuit prouenire ex falsa causa, eo quod putauerit fundum Vincilianum esse proprium sui ipsius, tanquam fundum dotalem, & æstimationem non fecisse venditionem, quod est falsum, vt in alia decisione deducitur, & quia etiam Aurelia putauerit assignationem sibi factam à filiis primi matrimonij sustineri, & ignorauerit dispositionem † *l. fæ-* 26
mina, quod scilicet tenebatur reseruare filiis Camilli primi mariti, quicquid ab eodem Camillo, etiam mediante successione filiorum prædefunctorum, quos ab eodem susceperat, in primo matrimonio, consequuta fuerat, vel certè dispositio prædicta de fundo Vinciliano, ab Aurelia facta fuit in fraudem filiorum primi matrimonij, quorum commodo parum fuisse studiosam, deprehenditur ex toto testamenti cootextu. Et demum, quia filij ex primo matrimonio adiuerunt hæreditatem cum beneficio legis, & Inuentarij, per quod noo sunt confusæ actiones, nec vnquam adeondo hæreditatem intellexeruot hunc fundum Vincilianum acceptum referre Aureliæ matri, vt colligitur ex eo, quod in Inuentario bonorum maternorum eundem fundom describere prætermiserunt, signum quod agnouerunt se illum habere à Patre, non autem ab Aurelia matre, ex cuius hæreditate, nec tantumdem habuerunt, quod æquipolleat valori fundi Vinciliani.

Non obstat cursus 40. annorum, quia stante † fal- 27
sitate causæ, & mala fide, dum pro coloranda dicta assignatione Aurelia allegauit successionem in bonis filiorum, quæ non suffragabatur, stante transitu ad secundas noptias, & dispositione *l. fœmina*, vtique non intrat aliqua præscriptio, *cap. fin. de præscript.* Caput. *decis.* 362. *num.* 1. *part.* 2. Put. *decis.* 383. *num.* 3. *lib.* 3. *cum alijs*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

a Est decis. 52. parte 6.



DECISIONES S. ROTÆ ROMANÆ

QVÆ PARTIM AD VNAM, PARTIM AD ALTERAM QVÆSTIONEM

REPERTORII DE VLTIMIS VOLVNTATIBVS PROSPERI FARINACII concernunt.

R. P. D. REMBOLDO.

Seguina Castrorum.

Die Luna 24. *Ianuarij* 1622.

ARGVMENTVM.

Repudiatio iuris conditionalis, licèt non teneat, tamen quando hoc non procedat. Repudiatio, vel renunciatio legati, vel fideicommissi nondum purificati, vt censeatur vera, & perfecta donatio ad hoc, vt subiaceat statutis de insinuandis donationibus, & dispositioni text. in l si vnquam, C. de reuocand. donat. quid requiratur, & quando talia tequisita non dicantur interuenire.

SVMMARIVM.

1. *Ius conditionale, vel in diem renunciari non potest.*
2. *Repudiatio iuris conditionalis, vel in diem valet si sit facta cum iuramento.*
3. *Repudiatio iuris quærendi valet, si sit facta parte præsente, quia tunc habet vim pacti.*
Iuri de futuro renunciari potest in vim pacti. ibid.
4. *Renunciatio innititur voluntate renunciantis tantùm, sed pactum innititur consensu duorum.*
5. *Obligare quis se potest super iure de futuro, quia obligatio est de præsenti.*
6. *Repudiatio, si transeat in donationem subiacet statutis de donationibus insinuandis.*
7. *Repudiatio si transeat in donationem, in ea intrat dispositio l si vnquam, C. de reuocand. donat.*
8. *Renunciatio si fiat ante acquisitam hæreditatem, hoc casu repudiatio, & obuiat principio acquisitionis, & tunc non est donatio saltem, vt egeat insinuatione.*
9. *Maritus institutus, si repudiauerit hæreditatem animo donandi vxori, quæ sibi fortè erat substituta, repudiatio tenet, non obstante, quod donatio inter virum, & vxorem sit prohibita, & quare num. 10.*
11. *Renunciatio, si tollat ius confirmatum, & perfectè quæsitum, si sit gratuita, est species donationis.*
12. *Repudiatio, si non fuit gratuita, nec subiacet statuto de insinuat. &c. nec dispositioni l. si vnquam, C. de reuocand. donat. declara num. 13.*
13. *L. si sponsus, ff. de donat. inter vir. & vxor. loquitur de renunciatione hæreditatis iam delata.*
14. *Renunciatio, vt cognoscatur an sit donatio, quid sit inspiciendum.*
16. *Renunciatio, si sit facta de iure quærendo, cum talis renunciatio non sit donatio, non est opus insinuatione.*
17. *Iuris quærendi non habetur tanta ratio, quanta iuris quæsiti.*
18. *Ius quærendum in nulla consideratione est, amplia, num. 19.*
20. *Fideicommissarius, licèt iunior, potest prædecedere hæredem grauatum, licèt seniorem.*
21. *Renunciatio, quando est facta de re, nulla certa spe radicata, non indiget insinuatione, nec subiacet dispositioni l. si vnquam, C. de renoc. donat.*
22. *Insinuatio non requiritur, quando quis renunciat hæreditati, seu legato, quod sperat virtute fideicommissi.*
23. *Substitutio, quæ nondum competit, extra bona nostra est.*
24. *Ius, seu spes, quæ renunciantur si recipiat æstimationem, & valeat plusquam aureos 500. opus est insinuatione, & num. 30. & 31.*
25. *Succedendi spes si penitus sit incerta, idem videtur iudicandum de ea, quàm de iactu retis, qui nullam recipit æstimationem.*
27. *Hæreditas etiam iam delata, sine solemnitatibus repudiari potest, quia momentanea illa acquisitio non habetur in consideratione.*
28. *Acquisitio earum rerum, quæ fiunt sine facto nostro, non videntur illa in effectu acquisita, nisi mediante consensu, & ratificatione postea subsecuta.*
29. *Ideoque, si quis nolit habere ratum, vel repudiet, videtur potiùs per talem repudiationem declarare acquisitionem non fuisse factam.*
32. *Repudiatio facta ad fauorem certæ personæ, non est donatio, si nihil transferatur in eam personam, sed solùm repudiatur aliquod ius competens.*
33. *Donare aliud est, aliud verò lucrum non accipere, seu potiùs repudiare antequam illud deferatur.*
34. *Verbo, repudio, vel renunciatio, si quis vtatur in beneficium alicuius, magna differentia est.*
35. *in Donationibus, si statutum requirat insinuationem.*

nem, non habet locum in remissione, seu donatione iuris quærendi.

36. *Et hoc multo magis procedit, quando tale ius non est aliqua spe certa radicatum, ideoque nec certa æstimatione æstimabile.*
37. *Iuramenta seruanda sunt.*
38. *Donatio propter superuenientiam liberorum, etiam non obstante iuramento reuocatur.*
39. *L. si vnquam. C de reuocand. donat. loquitur in donatione, & non in repudiatione iuris quærendi. & num.40.*
41. *Repudiatio quando nullo modo subiaceat statuto de insinuan. &c. & dispositioni l. si vnquam. C. de reuoc. donat. etiamsi esset vera, & propria donatio.*
42. *Solutio aliqua, quando fuit facta paulo post renunciationem, &c. præsumitur dicta renunciatio facta sub spe solutionis sequuta.*
43. *Liberatio facta per maritum præsumitur facta sub spe futuræ promissionis incontinenti secuta.*
44. *Clausula, pro quibus omnibus, &c. in instrumento apposita refertur etiam ad enunciata.*
45. *à Legati petitione, legatarius repellitur, si illud vendiderit.*
46. *Clausula apposita ad maiorem cautelam, si contractus sustinetur, vt intendunt contrahentes dd. clausula habentur non pro apposita.*
47. *ad Cautelam maiorem ea, quæ fiunt, non debent immutare naturam præcedentis dispositionis.*
48. *Donatio, quando non possit censeri vera donatio.*
49. *Donatio, quando est non gratuita, sed potius quædam venditio, non subiacet statutis de insinuandis, nec dispositioni l. si vnquam. C. de reuoc. donat.*
50. *Contractus primus reuocatur per secundum.*

DECISIO LV.



VM Domini in disputatione dubij sæpius aliàs propositi vtrum D. Duci agenti ad recuperationem Castrorum, de quibus agitur, obstet periurium, mandassent quod d. D. Dux audiretur super ipsius iuribus, dubium dedi, vtrum d. D. Duci petenti immissionem in dd. Castris vigore substitutionis à q. Maxima de Comitibus ad ipsius fauorem in eius testamento factæ, obstent instrumenta die 14. Aprilis, & 14. Nouemb. 1597. inter bo. me. Cardinalem Saluiatum, & D. Ducem celebrata, quo sæpius proposito, Domini taodem re maturè discussa venerunt in seotentiam quod d. instrumenta D. Duci obstent.

In primo enim instrumento d. die 14. Aprilis celebrato D. Dux certa scientia, & relatis verbis dictæ substitutionis ad eius fauorem factæ declarauit, quod nunquam habuit animum acceptandi dictam substitutionem, eamque propterea medio iuramento repudiauit, atque omni tempore, & perpetuo effici caducam voluit, & sibi nullo vnquam tempore acquiri deberet, ac si nunquam facta fuisset, & ipsamque substitutionem, seu legatum, ac omnia in eo contenta per pactum expressum medio iuramento factis, ex nunc prout ex tunc, & è contra postquam delatum fuerit, refutauit, ac etiam omni, & cuicunque iuri tam in re, quàm in spe seu ad rem certam de præsenti, quàm quomodocunque competituto post mortem D. Cardinalis hæredis tunc viuentis ex nunc prout ex tunc, & è contra etiam per Aquilianam stipulationem, & acceptilationem, quatenus opus sit, & quocunque alio validiori modo renunciauit ad fauorem d. D. Cardinalis præsentis, & stipulantis, &c. in secundo verò instrumento 14. Nouembris celebrato, fatendo se recepisse in remunerationem dictæ repudiationis, & renunciationis à d. D. Cardinali scuta 25. mill. promisit dd. scuta 25. mill. amplius non petere, & d. renunciationi non contrauenire cum obligatione Camerali, & aliis clausulis & cautelis, de quibus latius in dd. instromenis, adeo quod non videatur dubitari posse, quin hodie D. Duci petenti legatum semel cum iuramento, & cum tot clausulis repudiatum obstent dd. instrumenta, seu refutationes, renunciationes, promissiones, & obligationes in eis contentæ.

Nec obstant quod prætenditur dictam repodiationem fuisse inualidam, nec iure teneri, cum
† ius conditionale, vel in diem valide renunciari 1
non possit ad text. *in l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de leg. 2. l. qui potest. §. quod quis. ff. de regul. iur. leg. 1. §. decretalis. ff. de success. edict.* quia obiectum
hoc non procedit, nec quando † repudiatio fa- 2
cta est cum iuramento, prout in casu isto, nam tunc repudiatio ratione iuramenti tenet Cuman. *in l. is, qui heres. num. 3.* & *ibi* Alexand. *num. 7. ff. de acquir. hæred.* Rip. *in l. 1. num 17. & ibid.* Cagnol. *num. 74.* Bolognett. *num. 33. C. de pact.* Dec. *cons. 379. num. 10.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 109. numer. 3. & sequentib.* cum aliis per Peregr. *de fideicommiss. art. 52. num. 11.* nec quando facta est par-
te † præsente, quia tunc habet vim pacti, & per 3
viam pacti potest repudiari ius de futuro, licèt repudiari non possit per viam simplicis renunciatio-
nis, quia renunciatio innititur † voluntati renun- 4
ciantis tantùm, sed pactum innititur voluntati, seu consensui duorum, & non tendit ad abdicandum principaliter, sed ad se obligandum, potest autem
quis se obligare super iure de futuro, † quia obli- 5
gatio est de præsenti, ita Castren. *in d. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de leg. 2.* Socin. sen. *consil. 114. num. 6. lib. 1. & de communi* inter alios per eos citatos testatur Peregr. *de fideicommiss. d. art. 52. num. 11.*

Nec obstat quod quatenus repudiatio facta per D. Ducem sustineatur ratione iuramenti, vel etiam ex eo, quod fuit facta parte præsente, non rema-
net simplex repudiatio, sed † transit in donatio- 6
nem, sicque subiacet statuto Vrbis, *cap. 149. & 150.*
lib. 1. vel † saltem dispositioni *l. si vnquam. C. de* 7
reuocan. donat. quia est aduertendum, quod vel re-
nunciatio fit ante acquisitam hæreditatem, † quo 8
casu dicitur repudiatio. Afflict. *decis. 350. num. 13.* Surd. *cons. 144. num. 5.* & obuiat principio acquisitionis, & tunc non est donatio saltem, quæ egeat insinuatione, vel subiaceat dispositionibus loquen. de donationibus, vt est bonus text. *in l. si sponsus. in fin. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi si maritus institu-
tus repudiauerit † hæreditatem animo donandi, 9
vxori, quæ sibi forte erat substituta, vel erat futura hæres ab intestato ipsius mariti; repudiatio prodest mulieri, nec irritatur ex eo titulo prohiben-
te donationem inter virum & vxorem, quia † non 10
dicitur maritus pauperior fieri, qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo diminuit, & declarat Card. Mantic. *de tacit. lib. 21. tit. 4. num. 57. & sequentib.* post Bald. *in l. illud. num. 10. in fine, & seq. C. de sacrosf. Eccles.* cum aliis relatis per Tiraquell. *in l. si vnquam, in verb. donatione largitus num. 180. & seqq. C. de reuocan. donat.* Gabriel. *de donat. conclus. 1. num. 72.*

& fuit dictum *in Recanaten successionis* 16.*Iunij* 1618.
coram R. P. D. meo Buratto.

Aut renunciatio tollit ius confirmatum, & per-
11 fectè quæsitum, etiam tunc si † est gratuita, est quæ-
dam species donationis, *l.si,quis delegauerit.ff. de nou,*
Bald.*in d.l.illud.num.*11. *C.de sacros.Eccles.*

Ac propterea cum in casu de quo agitur D. Dux,
renunciauerit hæredi nondum delatæ, nedum per-
fectè quæsitæ, & imò ne dicta renunciatio, seu ma-
gis proprie loquendo, repudiatio fuerit gratuita, vt
12 infra dicetur, merito † non subiacet dicto statuto,
neque dictæ dispositioni, *d.l.si vnquam*, aut aliis de
donatione loquentibus. Bald. *in d. l. si illud. sub nu-
mer.*11. *C.de sacros.Eccles.* Socin.sen.*cons.*114. *num.*8.
*lib.*1. Cast. *cons.* 419. *sub num.*1. *versic. sed repudians,*
*lib.*2. Phanut. *de lucro dot. glos.*8. *num.*17. *in princ.* &
fuit dictum *in vna Viterbien. Terra Vetralla* 14. *De-
cembris* 1615.*coram me.*

Nec obstat, quod dicitur prædicta procedere in
renunciatione iuris, nec re, nec spe competenti, non
13 autem † in renunciatione iuris competentis saltem
spe probabili puta, vt in casu isto ex fideicommisso
claro, & indubitato, & probabiliter purificando,
Gabriel.*consil.*6.*num.*6. *& sequentib. num.*2. cum aliis
à scribentibus pro D.Duce cumulatis, quia imò *text.*
14 *in d. l. si sponsus* † loquitur de renunciatione hæredi-
tatis iam delatæ, & ad dignoscendum, an renuncia-
15 tio sit donatio, inspicitur † tantummodò, an renun-
cians abdicauerit à se ius iam sibi perfectè quæsi-
16 tum, seu potius renunciauerit † iuri quærendo, nam
si renunciauit iuri quærendo, tunc talis renuncia-
tio non est donatio, sed potius omissio lucrandi,
obuiat enim principio acquisitionis *d. l. si sponsus.* §.
si maritus.ff.de donat.inter vir. & vxor. ideoque nec in
tali renunciatione, seu repudiatione, locum habent
17 disposita de donationibus, quia non habetur † tan-
ta ratio iuris quærendi, quàm quæsiti, Ias.*cons.*236.
*num.*16. *& seq.lib.*1. Dec.*cons.*269. *sub num.*6. *vers.&
hoc præsertim,* Curt.iun.*cons.*147. *num.*18. *& seq.* Ale-
xand. *cons.* 196. *num.* 5. *vers. & quia facilius*, *lib.*7. &
imò ius quærendum in nulla prope consideratio-
ne est, Natt.*cons.*501. *num.*45. *in fin.* Tiraquell.*in d.l.
si vnquàm in verb.donatione largitus, num,*180. *&* 181.
cum ibi cumulatis.

Quod, & tanto magis in casu isto locum sibi
18 vendicat, † quia non solùm agitur de renunciatio-
ne hæreditati nondum delatæ, & sic iuri, nec perfe-
ctè, nec imperfectè quæsito, vt dictum est, sed etiam
19 de renunciatione iuri quærendo † non radicato vl-
20 la spe certa, quia D. Dux licèt esset † ætate iunior,
poterat tamen præmori Cardinali, & per conse-
quens, nec habebat ius radicatum vlla spe certa in
dicto legato, *ad l.nam, etsi parentibus ff.de inoff.testam,*
Bart.*in l.post emancipationem.* §. *illud.ff. de lib.leg.* quo
casu omnes admittunt, quod talis renunciatio non
21 reuocatur † per superueuientiam filiorum, nec sub-
iacet dispositionibus loquentibus de donationibus,
Rip.*in d.l.si vnquam num.*20. *& seq. C. de reuocat. do-
nat.* & in terminis, quod † non requiratur insinua-
22 tio, quando quis renunciat hæreditati, seu legato,
quod sperat vitute fideicommissi, Gomes. *var.resol.
tom.*2.*cap.*4. *sub num.*10. *vers.*1.*infero,* Ant.de Canat.
*in tract. de insinuat.*2. *par. quæst.*16. *num.* 25. Carpan.
*ad Stat. Mediolan.cap.*314. *num.*25. Galuan. *cons.*38.
in fin. versic. secus esset. Gabriel.*tit. de donat. conclus.*1.
23 *num.*18.substitutio † enim, quæ nondùm competit,
extra bona nostra est, *l. substitutio. ff. de acquiren.
rer.domin.*

Nec dicatur quod tale ius, seu spes qualis, qualis
illa fuerit, recipiebat æstimationem, † & communi 24
æstimatione valebat plusquàm aureis 500. Ideoque
in eius cessione requirebatur insinuatio, & solem-
nitas statutaria, ex alleg. per Gabriel.*de donat. d.con-
clus.*1. *num.*84. quia, vt iam dictum est, spes succe-
dendi, quam habebat D.Dux in dd.Castris post mor- 25
tem D. Cardinalis erat penitus † incerta, ac prop-
terea idem videtur iudicandum de ea, quod de iactu
retis, qui nullam recipit certam æstimationem, &
videlicet nec d.spes fuit à D. Duce donata Cardina-
li, sed d, D. Dux declarauit cum iuramento, quod
nunquam habuit animum acceptandi substitutio-
nē ad eius fauorem factam eamque repudiauit, nec
vllo tempore ipsi acquiri voluit, vnde Doctores in
contrarium pro D.Duce allegati, vel non applican-
tur, quia loquuntur de iure, seu spe firma de certo
† effectu consequente ad causam, ex qua talis spes 26
oritur, & quando spes ipsa seu ius ex tali causa com-
petens donatur, ad *l.spem, cum ibi not. C. de donat.* non
autem vbi spes, & quidem incerta, prout in casu
isto, repudiatur.

Vel certè non sunt attendendi cum imò iuxta
veriorem opinionem possit † etiam hæreditas iam 27
delata sine solemnitatibus repudiari, quia momen-
tanea illa acquisitio non habetur in consideratione,
vt post Socin.*cons.*53.*num.*27.*&* 28. *vol.*4. quod Ro-
ta aliàs est amplexa, & in specie *in vna Bononien de
Papazonibus*, quæ est decisio 30. *inter impress.diu.l.*2.
part. 3. concludit Modern. *discept. forens. cap.* 132.
*num.*20. *& seqq.* Istaque opinio innititur optima ra-
tione, quia scilicet ea, quæ sine facto nostro acqui-
runtur, non videntur † in effectu acquisita, nisi me- 28
diante consensu, & ratificatione postea subsequuta,
ideoque si quis nolit habere ratum, & repudiet, vi-
detur potius per talem repudiationem declarare
† acquisitionem non fuisse factam. Dec. *in l.*1. *nu- 29
mer.*22. *C. de pact.* nec dici potest, quod huiusmodi
declaratio sit donatio, ex supra alleg.

Nec obstat si denuo replicetur prædicta proce-
dere in repudiatione simplici, non autem † in repu- 30
diatione facta ad fauorem certæ personæ præsentis,
& acceptantis, quia tunc talis repudiatio habetur
pro donatione, & si ius repudiatum sit † æstimabi- 31
le, ac communi æstimatione valeat plusquàm 500.
aureis, talis repudiatio subiacet dispositionibus lo-
quentibus de donationibus, nam ex supra deductis
patent plures responsiones.

Et primò, quod repudiatio facta ad fauorem cer-
tæ personæ non est † donatio, quando nihil trans- 32
fertur mediante huiusmodi repudiatione in illam
personam, cuius contemplatione fit repudiatio, sed
vti in casu isto repudians declarat tantummodò, &
quidem ante apertam substitutionem eius fauore
factam velle illam caducam effici, nam † aliud est 33
donare, aliud verò lucrum non accipere, seu potius
repudiare antequam illud sit delatum, etiamsi hoc
fiat contemplatione certæ personæ, *d. l. si sponsus.* §.
*si maritus.ff.de donat. inter vir. & vxor. l.qui autem. ff.
qui in fraud. credit.* Lap. *alleg.*25. *num.* 5. Vincent. de
Franch.*decis.*14. *num.*24. vbi, quòd magna est diffe-
rentia, vtrum quis vtatur verbo † repudio, vel re- 34
nuncio, in beneficium alicuius.

Secundò, quod dato, quod talis repudiatio pos-
sent aliquo modo dici donatio, tamen illa subiace-
ret statuto disponenti de donatione, quia statutum
locum † non habet in remissione, seu donatione iu- 35
ris quærendi, & tanto minus, quando tale ius non
est aliqua spe certa radicatum, ideoque † nec cer- 36
ta æstimatione æstimabile ex supra alleg.

Tertiò,

Tertiò, quod tria principaliter acta fuerint à D. Duce in instrumento, de quo agitur. Primum est, quod D. Dux medio iuramento declarauit nunquam habuisse animum acceptandi substitutionem, eámque propterea voluit effici caducam. Secundum, quod idemmet D. Dux legatum, & omnia in substitutione contenta refutauit ad fauorem Cardinalis præsentis, & acceptantis. Tertium quod ius ex dicto legato competens, quatenus opus esset, eidem Cardinali donauit, vnde quatenus dicta refutatio, & donatio indiguissent insinuatione, atque ita ob defectum d. insinuationis D. Duci non obstent, obstat tamen repudiatio facta cum iuramento ex supra allegatis.

Nec obstat, quod ex repudiatione simplici nihil fuisset acquisitum D. Cardinali, quia imò eò ipso quod D. Dux cum iuramento declarauit nolle acquirere, bona remanserunt libera penes D. Cardinalem, & hodie petenti sibi restitui dd. bona vigore substitutionis ad ipsius fauorem post mortem Cardinalis factæ, obstat dictum iuramen-
37 tum, † quod seruare tenetur, *cap. cum contingat. de iureiuran.* & in terminis renunciationis latè probat Seraph. *de priuileg. iurament. d. priuileg.* 109. *num.* 3. *& sequentib.* Peregr. *de fideicommiss. d. art.* 52. *num.* 11.

Minùs obstat, quod si d. repudiatio non subiacet statuto disponenti de donatione, censetur saltem re-
38 uocata propter superuenientiam filiorum, † etiam non obstante iuramento ad *l. si vnquam. C. de reuo-*
39 *cat. donat.* quia d. lex loquitur † de donatione, & sic non procedit in repudiatione iuris quærendi, Cagnol. post alios *in l.* 1. *num.* 38. *vers. ad tertiam limitationem. C. de pact.* vbi quod licèt fortassis pater non repudiasset, si de filiis cogitasset, atque ita videatur
40 militare † eadem ratio *l. si vnquam*, tamen verba repugnant. Ruin. *consil.* 60. *num.* 14. *lib.* 3. & maximè quando tale ius est incertum, & pendet à futuro euentu, Rip. *in d. l. si vnquam, num.* 2. *& seq. C. de reuoc. donat.*

Et omnis difficultas tollitur, quia ex tota serie facti, & præcipuè ex instrumento 14. Nouembris 1597. inter d. D. Cardinalem, & D. Ducem celebrato in quo d. series facti narratur, satis apparet quod dicta renunciatio non fuit gratuita, sed quod illa facta fuit intuitu scutorum 25. mill. quæ à D. Cardinali solui debebant creditoribus D. Ducis prout in effectu soluta fuerunt.

Nam hoc stante, dubitari non potest, quia dicta repudiatio nullo modo subiacet d. statuto, & dispo-
41 sitioni *d. l. si vnquam*, etiam si esset † vera, & propria donatio, & de re æstimabili plusquam 500. aureis facta, Natt. *consil.* 609. *num.* 9. *& seq.* Tiraquell. *loco citato, num.* 130. Crescent. *dec.* 1. *num.* 6. *de donat.* Rot. *dec.* 488. *num.* 4. *part.* 1. *diuers.*

Quod autem dicta repudiatio non fuerit gratuita colligitur ex pluribus, & primò quia dd. scuta 25. mill. fuerit paulò post dictam repudiationem d. D. Duci soluta.

Secundò, quia in dicto secundo instrumento expliciè narratur quod D. Cardinalis soluit dd. scuta 25. mill. in recompensationem renunciationis sibi à D. Duce factæ.

Tertiò, quia ipsemet D. Dux in d. secundo instrumento fatetur dd. scuta 25. mill. fuisse ei soluta in recompensationem d. renunciationis.

Quartò, quia constat quod D. Dux tempore d. repudiationis premebatur magno ære alieno, ita quod etiam ad effugiendam personalem exequutionem mandatorum contra ipsum relaxatorum latitare cogeretur.

Quintò, quod idemmet Dux in eodem instrumento d. D. Cardinalem de dd. scut. 25. mill. quietat cum pacto ea amplius non petendi.

Ex his omnibus, saltem simul iunctis apparet, quod nec d. D. Cardinalis ex mera eius liberalitate dictam renunciationem compensando donauit d. D. Duci scuta 25. mill. nec minus D. Dux in tali angustia constitutus gratis dictam renunciationem fecit, & maximè quia eo ipso, quod solutio fuit sequuta paulo † post renunciationem, præsumitur dicta re- 42
nunciatio facta spe solutionis sequutæ, Bart. *in l. penult.* §. *sicut. ff. solut. matrim.* vbi quod liberatio facta per maritum, præsumitur facta sub spe† futuræ pro- 43
missionis incontinenti sequutæ. Alexand. *consil.* 148. *num.* 1. & *ibi* Apostill. *lib.* 5. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 12. *num.* 85.

Et quia D. Dux vtique non quietasset D. Cardinalem de dd. scutis 25. mill. nec promisisset illa amplius non petere, si fuissent gratis soluta, & non præcessisset prius quidam tractatus, & promissio inter eos soluendi dd. scuta 25. mill.

Et in omnem euentum, quia in hoc secundo instrumento D. Dux non solùm quietauit D. Cardinalem de dd. scutis 25. mill. cum pacto, vt dictum est de non ampliùs ea petendo, sed videlicet etiam promisit, cum insertione tenoris primi instrumenti, & renunciationi in eo factæ non contrauenire, cum iuramento, & obligatione Cametali, & cum † clau- 44
sula, pro quibus omnibus, &c. quæ refertur etiam ad enunciata. Alexand. *consil.* 17. *num.* 2. *lib.* 1. Rot. *dec.* 741. *num.* 2. *part.* 1. *diu.* videtur quod saltem hanc promissionem pro dd. scutis 25. mill. fecerit seu spem succedendi vendiderit, adeò quod huius † nouæ 45
obligationis, seu potiùs venditionis vigore, possit à petitione d. legati repelli.

Et ex his patet responsio ad id quod dicitur, quod primum instrumentum continet meram donationem, quia imò, vt dictum est, continet repudiationem, vt ex verbis suprà relatis apparet, & licèt in eo fiat mentio de donatione, tamen hoc fuit factum ad maiorem cautelam, & cum clausula quatenus opus sit, hoc est quatenus repudiatio non teneret, vt satis ex lectura d. instrumenti apparet, ac propterea dum d. contractus sustinetur absque donatione, dd. clausulæ habentur † pro non appo- 46
sitis, vt per Modern. *de clausulis, part.* 3. *clausf.* 68. & fuit dictum *in Montis Regalis iurisdictionis* 16. *Decembris* 1605. *coram bo. me. Penia, & in Ferrarien. bonorum* 11. *Martij* 1616. *coram Reuerendiss. D. meo Decano* quod enim fuit ad maiorem firmitatem actus factum, non debet immutare † naturam præ- 47
cedentis dispositionis, Bero. *consil.* 176. *num.* 51. *lib.* 1. nec de directo contrarium operari, faciendo repudiationem corruere; & in omnem euentum si continetet donationem, nihilominus talis donatio non esset donatio iuris, † nec perfectè, nec imperfectè 48
quæsiti, sed donatio iuris quærendi, nec vlla spe certa radicati.

Quinimò nec dici posset donatio gratuita, † sed 49
potius quædam venditio iuris, seu speciei succedendi, & sic talis donatio nullo modo, nullaque ratione subiacet statuto, nec dispositioni dictæ *legis, si vnquam.*

Et denique D. Dux repelleretur vigore nouæ obligationis factæ in secundo instrumento, quæ obligatio expressè facta fuit pro scutis 25. mill. receptis à D. Cardinali, vt dictum est, & per bune secundum

50 cundum contractum, fuit primus † reuocatus, ad not.per Batt. Ias.& alios *in l.iuris gentium.§. adeo autem.ff.de pactis.*

Et ita, &c.

R.P.D.COCCINO DECANO.

Signina Castrorum.

Die Lunæ 13. Nouembris 1613.

ARGVMENTVM.

Legatum, seu fideicommissum non dum purificatum si quis repudiauerit, an, & quando sustineatur talis repudiatio, & plura habentur circa hanc materiam. Renunciationis natura qualis sit. Insinuationem si statutum requirat in donationibus, de quibus donationibus sit intelligendum. Donatio vera, quæ dicatur. Et aliqua circa materiam correspectiuitatis.

SVMMARIVM.

1. *Bona, si quis repudiauerit, non potest ampliùs ad ea redire.*
2. *Repudiatum, quod est semel, non amplius reintegratur.*
3. *Hæreditatem, si quis semel adiuerit, non potest amplius eam adire.*
4. *Pœnitentiæ non est amplius locus post repudiationem.*
5. *Repudiatio, & si non possit dici priuatio iuris repudiati, tamen dicitur aliquo modo priuatio.*
   Repudiatio tollit facultatem acquirendi, & acceptandi, ibid.
6. *Hæreditatem repudians non dicitur priuari hæreditate.*
7. *Renunciationis effectus est priuatio illius iuris, quod à se per renunciationem abdicauit.*
8. *à Priuatione ad habitum non datur regressus.*
9. *Renunciati non datur regressus ad ius renunciatum.*
10. *ad Renunciatum redire absurdum est.*
11. *Renunciatio plus operatur, quàm sententia.*
   Renunciatio pendet à spontanea voluntate. ibid.
   Sententia est actus à consensu inuito pendens.ibid.
12. *contra Cedentem potest excipi de repudiatione, & renunciatione.*
13. *Repudiatio fit de Iure iam delato.*
14. *Repudiare is potest, qui potest adire.*
15. *Repudiatio, quando est nulla, eueniente casu repudians potest iterum repudiare, vel adire.*
16. *Repudiatio iuris nondum delati, quando valeat.*
17. *Dictio, postquam, est conditionalis.*
18. *Dictio, ex nunc prout ex tunc, & è contra, non operatur à die data Instrumenti, sed solùm à die purificata conditionis.*
   Sed hoc limita, si actus sit purus. ibid.
19. *Repudiatio conditionalis ante purificationem conditionis nulla est.*
20. *Nomina demonstrant voluntatem.*
21. *Repudiationis natura est, vt fiat post delatam hæreditatem ante acceptationem.*
22. *Repudiare verbum, refertur ad ius quærendum.*
23. *Hæreditas, quando alicui defertur debet acceptare, vel repudiare.*
24. *Repudiari dicitur hæreditas, cum abdicatur ipsa adeundi facultas.*
25. *Insinuatio solùm requiritur, quando sumus in vera, & propria donatione, non autem, quando sumus in impropria.*
26. *ad Donationis veræ effectum requiritur copulatiuè, quod donans fiat pauperior, donatarius verò locupletior.*
27. *Donatio non est vera si donans non fiat pauperior, licèt donatarius efficiatur locupletior.*
28. *Donans tunc dicitur fieri pauperior quando tradit de substantia sua, ita vt diminuat patrimonium suum.*
   Hæreditatem, si quis repudiet, non dicitur pauperior fieri, cum non minuat patrimonium suum. ibid.
29. *Pauperior non dicitur quis fieri, si non acquirat.*
30. *Fideicommissum si quis repudiet ad effectum, vt remaneat penes hæredem grauatum, ex hoc non dicitur, quod repudians efficiatur pauperior.*
31. *Repudiatio hæreditatis, quando est facta per pactum, tunc in ea requiritur insinuatio, & quod aliàs de iure non requireretur.*
32. *Clar. in §.Donatio.quæst.16.num.2.& 3.& alij declarantur.*
33. *Repudiatio fit, quando ius est delatum, an ille cuius delatum est velit acquirere vel non.*
34. *Repudians ius sibi delatum, fingitur illud nunquam habuisse.*
35. *Repudiantis respectu, res nunquam dicitur acquisita.*
36. *Acquisitio alicuius rei, vt dicatur facta, necesse est, vt hoc fiat per actus naturales, puta per voluntatem, & apprehensionem naturalem, num.39. & tunc eius remissio donatio est.*
37. *Acquisitio propriè non inducitur per actus ciuiles, vt sit donatio eius remissio.*
38. *Renunciatio non potest fieri, nisi de iure iam acquisito, vel acquirendo de causa de præsenti.*
40. *Refutatio est donatio.*
41. *Renuntiatio iuris futuri ex causa de præsenti regulariter fieri non potest.*
42. *Iuri de futuro dum renunciatur per pactum, si sit ex spe de præsenti sapit donationem.*
43. *in Renunciatione iuri de futuro, quando requiratur insinuatio.*
44. *Insinuatio requiritur in repudiatióne facta per pactũ.*
45. *Renunciatio iuri in spe de præsenti, & iuri de futuro ex dicta spe de præsenti, regulariter non valet.*
46. *Renunciatio facta per pactum, vallatur consensu duorum, renunciatio verò simplex vnius tantum voluntate.*
48. *Ius futurum, licèt per renunciationem non tollatur, hoc tamen fallit stante iuramento.*
49. *Remissio censetur donatio.*
50. *Remissio eget insinuatione perinde ac si res tradita fuisset ex causa donationis.*
51. *Insinuatione non est opus, quando remittitur ius futurum non dum quæsitum.*
52. *in Remissione iuris, quod est in spe, non requiritur insinuatio.*
53. *Ius quæsitum, quando remittitur requiritur insinuatio.*
54. *Donatio esse intelligitur, quando remittitur ius quæsitum.*
55. *Donatio vera, & propria consistit in iuris quæsiti remissione.*
56. *Remissio iuris quærendi non requirit insinuationem, sicut requirit iuris quæsiti remissio.*

57. *Remissio*

57. *Remissio iuris quaerendi, quando requirat insinuationem.*
58. *Repudiatio, & refutatio pendent ab illa voluntate non acquirendi.*
59. *Dictio, propterea, denotat causam.*
Dictio, ideo, est significatiua causa. ibid.
60. *Donatio, vt censeatur remissio, debet inspici animus donandi, & liberalitatem exercendi.*
61. *Donatio ibi non videtur esse, vbi non constat de animo donandi.*
62. *Refutatio, quando non possit dici donatio.*
63. *Remissio si fiat à tutore principaliter, non animo donandi, sed pro commodo pupilli, non censetur donatio, & talis remissio per tutorem facta valet, & tenet.*
64. *Donare is tantùm dicitur, qui ob nullam aliam causam donat, quam vt liberalitatem exerceat.*
65. *Refutatio legati non dicitur facta ob liberalitatem exercendam si refutans non habebat animum illud acquirendi.*
66. *Donatio non dicitur inducta ex verbo donationis, nisi principaliter interuenerit animus donandi.*
Donationis verbo, si dominus remiserit sterilitatem anni, non erit donatio, sed transactio n.86.
67. *Verba accipiuntur ex qualitate contractus contra propriam significationem.*
68. *Contractus non debent à verbis denominari, sed à principali contrahentium intentione, & illius effectum. & num.69.*
70. *Donatio quando non possit negari quod sit correspectiua.*
71. *post Donationem, si donatarius obliget se ad aliquid, censetur hoc fecisse contemplatione illius donationis.*
72. *Donans aliquid alicui, vt eadem die donatarius se obliget ad dandum donanti decem singulis annis, censetur hoc fecisse contemplatione praecedentis donationis, ex actuum vicinitate.*
73. *Frater, licèt videatur dotare sororem animo donandi, tamen si eadem die appareat Instrumentum quietationis facta per sororem fratri, praesumitur dotasse contemplatione illius quietationis.*
74. *Praecedentia declarant subsequentia.*
In Continenti ea, quae fiunt inesse videntur.
75. *Actus praesumuntur correspectiui, si fiant eadem die.*
76. *ad Correspectiuitatem inducendam dicitur in continenti fieri, si fiat infra vnum diem.*
77. *Soror, si renunciet haereditati paternae ad fauorem fratrum, & alio die fratres illam dotent, praesumuntur actus correspectiui.*
78. *Donatio si sit correspectiua, non eget insinuatione.*
79. *Donatio illa proprie dicitur, quae à mera liberalitate procedit.*
80. *Statutum loquens de donatione, intelligi debet de vera donatione.*
81. *Statutorum verba debent intelligi strictè, & in propria significatione.*
82. *Donatio, si sit ob causam, & reciproca, non comprehenditur sub statuto loquente de donatione.*
83. *Insinuatio in conuentionibus, quae non continent donationem, non est necessaria.*
84. *in Donationibus non requiritur insinuatio, si adsit iuramentum; secundum communem opinionem.*
85. *Correspectiuitas in actibus quando praesumatur.*
86. *Correspectiuorum natura est, vt quod inest in vno, insit etiam in altero.*
Ita vt vnus actus indicetur, etiamsi diuersa sint natura num.89.
87. *Mutuans alicui centum, si statim deponat illa penes mutuantem, licet in deposito non admittatur compensatio, tamen secus est in hoc casu quia depositum pendet à mutua ratione correspectiuitatis. & num.88.*
90. *Renunciatio, seu cessio potest reuocari per superuenientiam liberorum.*
91. *in Repudiatione non habet locùm dispositio l. si vnquam. C. de reuocand. donat.*
92. *Donatio, si non sit simplex, sed ob causam, cessat text. in l. si vnquam C. de reuocand donat.*
93. *Donatio ob causam non est vera donatio.*

DECISIO LVI.

BOn. mem. Maxima de Comitibus sub die 14. Aprilis de ann. 1592. reliquit Castra de quibus agitur, elatae me. Antonio Mariae Cardinali Saluiato; eique post eius obitum substituit filios legitimos, & naturales Federici de Comitibus, videlicet, Camillum, & Hotatium, praedefuncto Horatio, Excelleontissimus D. Camillus Dux Carpineti sub die 14. Aptilis 1597. assetens se bene infotmatum de praedicto testamento, ac substitutione, declarauit se nuoquam habuisse, neque habere animum acceptandi praedictam substitutionem, neque ius accrescendi, vel ooo decrescendi ex motte Horatij fratris, & propterea repudiauit, & tepudiat, vt in instrumento dicitur, medio iutamento, &c. dictum ius accrescendi, vel non decrescendi, & totam dictam substitutionem fideicommissariam sibi post mortem Cardinalis haeredis factam, ipsamque substitutiooem, seu legatum perpetuo, & omni tempore effici caducum voluit, & sibi nullo vnquam tempore acquiri debete, ac nunquam factum fuisset, ipsamque substitutionem, & seu legatum medio iutamento, &c. ex nunc prout ex tunc, & è contra postquam delatum erit refutauit, & repudiauit, & cuicunque iuri tam io spe, quam in re, seu ad rem certam de praesenti, quam quomodolibet competituro post mottem Cardinalis, ex nunc prout ex tunc, & è cootra, &c. renunciauit ad fauorem praedicti Cardinalis pro se, & suis haetedibus, &c. illique fecit finem, quietantiam, remissionem, & pactum perpetuum de vlterius quicquam oon petendo vigore dicti testamenti. Die sequenti, videlicet, die 15. Aprilis eiusdem anni. 1697. idem Cardinalis per chirogtaphum, seu manuscriptum promisit, & se obligauit soluere eidem Excellentissimo D. Duei scuta 20. mill. illaque numetare creditotibus eiusdem Ducis, qui cedete respectiuè iura debetent eidem Cardinali, & postea sub die 4. Ionij eiusdem anni ptaedictus D. Catdinalis sctipto declarauit suae intentionis oon fuisse reualeodi se vllo tempote de isto eredito contra ipsum D. Ducem, sed dedisse dictam summam in gratitudinem renunciationis ab eodem D. Duce factae fideicommisso praedicto, prout haec omnia narrata fuerunt in instrumento celebrato sub die 14. Nouembris eiusdem anni, in quo pariter dicitur quod in signum gtatitudinis addebat idem Cardinalis scut. 5. mill.

His stantibus cum praedictus Excellentissimus D. Dux peterer immissionem in Castra de quibus agitur sub die 24. *Ianuarij* 1622. Rota resoluit coram R.P.D.

R. P. D. meo Remboldo * obſtare dicto D.Duci di-
cta duo inſtrumenta ſub diebus 14. Aprilis, & 14.
Nouembris anni 1597. & lata ſententia contra D.
Ducem, cum mihi cauſa fuiſſet commiſſa in ſecun-
da inſtantia, dubitaui, an ſententia Roralis eſſet con-
firmanda, vel infirmanda; & Domini cenſuerunt,
ſententiam eſſe confirmandam. Quia aut agitur de
repudiatione, aut de renunciatione; ſi de repudia-
1 tione, † nullo modo fas eſt D. Duci ad bona repu-
diata redire, l. ſicut l. ſi quis ſuus, C. de repud. hæred. l. 1,
C. de repud. bonor. poſſeſſ. l. 1. §. ſed videndum eſt, ff. de
ſucceſſ. edict. Aymon conſ. 959. num. 2. lib. 5. quod enim
2 ſemel repudiatum † eſt redintegrari non poteſt, l. fin.
ad fin. C. de condit. inſert. Corn. in l. bonorum, num. 26.
C. qui admitti; vnde hæreditatem ſemel repudians
3 † non poteſt amplius eam adire, l. ſi quis ſuus, C. de
repud. hæred. vbi Fulgoſ. num. 5. Albet. in l. pro hære-
de, num. 4. in fin. & num. 5. ff. de acquir. hæred. Neque
4 eſt † ampliùs locus pœnitentiæ. Angel. in d. l. ſi quis
ſuus, num. 3. C. de repud. hæred. Nam, ſi repudia-
5 tio † non poſſit dici priuatio iuris repudiati, quo-
niam repudians hæreditatem non dicitur priuari
6 hæreditate, quam nunquam † habuit, & priuatio
præſupponit habitum, tameo dicitur aliquo modo
priuatio, quia tollit facultatem acquirendi, & ac-
ceptandi; ſi verò agitur de reounciatione, renun-
7 ciationis † effectus eſt priuatio illius iuris, quod
à ſe per renunciationem abdicauit, & propterea à
8 priuatione ad habitum † non debet dari regreſſus,
l. homo liber. ff. de ſtat. hom. §. quod autem, in fin. vbi
Angel. num. 1. verſ. nota, quod à priuatione, Inſti. de ca-
9 pit. diminut. & hinc fit quod † renuncianti non da-
tur regreſſus ad ius renunciatum, l. quæritur, §. ſi ven-
ditor. ff. de ædilit. edict. l. Herennius 63. in princip. ff.
de euict. l. nihil 123. §. omnibus, ff. de leg. 1. l. ſi quis ius
iurandum, C. de reb. credit. vbi dicitur quòd ſatis ab-
10 ſurdum eſt redire † ad hoc, cui renunciandum pu-
11 tauit, & plus operatur renunciatio † quàm ſenten-
tia, cum renunciatio pendeat à ſpontanea volunta-
te, ſententia verò eſt actus à conſenſu inuito pen-
dens, Oldrad. conſil. 227. num. 5. Decian. reſponſ. 39.
num. 44. lib. 2. Et propterea à Rota benè reſoluit ob-
ſtare dicta inſtrumenta, ſuper qua reſolutione fuit
lata ſententia, quia contra cedentem poteſt exci-
12 pi de repudiatione, & renunciatione, & † quod
propterea non competit actio. Aymon conſil. 191,
num. 3. Ancharan. conſil. 34. num. 8. & 9. verſ. & ma-
ximè quia.

Quod verò in hoc caſu dici poſſit, quod agitur
de repudiatione ſatis patet, quia D. Dux ſubſtitu-
tionem, ſeu legatum poſtquam delatum erit refu-
tauit, & repudiauit, quod propriè conuenit repu-
13 diationi, † nam repudiatio fit de iure iam delato,
l. 1. §. decretalis, ff. de ſucceſſ. edict. l. nec is, 17. in fin.
ff. de acquir. hæred. Et quamuis de tempore repudia-
tioois legatum, ſeu fideicommiſſum non eſſet dela-
14 tum, & ideo noo potuit repudiari, † is enim poteſt
repudiare, qui poteſt adire, l. is poteſt, 18. de acquir.
hæred. itaut aliàs repudiatio ſit nulla, & eueniente
15 caſu repudians poſſit † iterum repudiare, vel adire,
l. is qui hæres, 13. in princip. ff. de acquir. hæred. & ibid.
Bart. num. 1. & 3. Imol. num. 1. Iaſ. num. 5. Surd. con-
ſil. 398. num. 12. & conſil. 446. num. 3. Nihilominus
eſt aduertendum, quod D Dux noo repudiauit ſim-
pliciter, ſed poſtquam dicta ſubſtitutio, ſeu legatum
16 ſibi eſſet † delatum, & ideo cum repudiatio ſit con-
ditionalis, ſcilicet poſtquam ſubſtitutio, ſeu lega-
17 tum erit delatum, quod denotat dictio illa, † (poſt-
quam) quæ eſt cooditionalis. Bart. in l. quibus die-
bus, §. Termilius, num. 6. ff. de condit. & demonſtr. l. ſi
ita, 45. §. fin. vbi gloſſ. ver. 6. vbi ea, ff. de leg. 2. l. ab ho-
ſtib. 15. §. fin. ff. ex quib. cauſ. maior. Rota deciſ. 46.
num. 2. part. 2. in recent. dictio, ex nunc † prout ex 18
tunc, & è contra non operatur a die datæ inſtrumen-
ti, ſed ſolùm à die purificatæ conditionis, vt in iſtis
terminis clauſulæ, ex nunc, prout ex tunc, & è con-
tra in actu conditionali (licet ſecùs eſſet dicendum
ſi actus eſſet purus,) & eſt deciſio Caſſad. 3. num. 14.
in fin. verſ. cui concluſioni, & num. 15. per tot. de preb.
Cardin. in clement. 1. num. 9. verſ. oppono quod decre-
tum. Imol. num. 10. de conceſſ. preb. Pariſ. conſil. 82.
num. 17. volum. 4. Gabr. conſil. 185. num. 6. volum. 1.
& eſt text. in clement. 1. vbi gloſſ. in verb. ex tunc, de
conceſſ. preb. & ratio eſt, quia ante conditionem
† purificatam nulla adeſt repudiatio, l. Labeo, 7. §. 19
idem Tubero, ff. de ſuppellect. legat. vbi quod nomina
† demonſtrant voluntatem, cap. is autem 22. quæſt. 2. 20
Caſſad. in puncto, d. deciſ. 3. num. 15. de preb. Ex qui-
bus cum repudiatio cenſeatur facta poſt delatam
hæreditatem eſt valida, talis enim eſt † natura repu- 21
diationis, vt dictum eſt, vt fiat poſt delatam hære-
ditatem ante acceptationem, d. l. 1. §. furioſi, & §. de-
cretalis, ff. de ſucceſſ. edict. l. qui poteſt, verſ. quod quis,
ff. de reg. iur. Nam repudiare verbum refertur † ad 22
ius quæreodum. Alciat. in l. inter diuortium 191. num. 1.
ff. de verb. ſignif. quare cum alicui defertur hæredi-
tas, † vel legatum, vel aliud ſimile, debet quis acce- 23
ptare, vel repudiare, ne ius delatum, dum non ac-
ceptatur habeatur pro derelicto; vnde repudiari di-
citur † hæreditas, cum abdicatur ipſa adeundi fa- 24
cultas, vt in rubr. C. de repud. hæred. Corn. conſil. 272.
num. 4. lib. 3. Ruin. conſil. 207. num. 3. lib. 1.

Et quatenus teneamus hanc eſſe repudiationem,
non eſt opus inſinuatione, quia illa ſolùm requiri-
tur in vera, † & propria donatione, oon autem in 25
impropria. Calder. conſil. 2. de empt. & vendit. Curt.
iun. conſil. 147. num. 7. & io noſtris terminis Gomez
variar. tom. 2. cap. 4. num. 10. Azeued. ad leges regias,
lib. 5. tit. 9. l. 9. num. 2. in fin. & num. 3. Quod autem
iſta propriè, & verè non ſit donatio ſatis patet, quia
ad effectum veræ † donationis, duo copulatiuè re- 26
quiruntur, alterum quod donans fiat pauperior, al-
terum quod donatarius ſit factus locupletior. Sed in
hoc caſu licèt recipiens ſit factus locupletior, † ta- 27
men donans non eſt factus pauperior, & ſic non eſt
propriè donatio, l. ſi ſponſus 5. §. conceſſa, verſ. hoc au-
tem ex eo euenit, & §. fin. incip. vbicunque, ff. de donat.
int. vir. & vxor. l. quod autem 8. §. 1. ff. eod. Rot. de-
ciſ. 8. verſ. in oppoſitum, de conſuet. in antiq. latè Card.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 21. tit. 5. num. 57. tunc 28
enim donans dicitur fieri † pauperior, quando tra-
dit de ſubſtantia ſua, itaut diminuat patrimonium
ſuum, ſecùs verò ſi repudiat hæreditatem, & deue-
niat ad ſubſtitutum, nam tunc non † acquirendo 29
noo dicitur fieri pauperior, vt habetur in d. l. ſi ſpon-
ſus, §. ſi maritus, vt beoè declarat Abb. in cap. do-
natio 15. num. 8. verſ. quæritur, de donat. inter vir. &
vxor. Mantic. loco ſuprà cit. num. 59. Et idem in caſu
iſto licèt oon agatur, vt legatum deueniat ad ſub-
ſtitutum, † ſed vt remaneat penes grauatum à quo 30
relictum eſt, ſicut caducum, l. 1. §. pro 2. C. de cad.
tollend. vt benè ad propoſitum conſiderat Caſtr. in
conſil. 135. num. 3. verſ. & ſi dicatur, lib. 1.

Neque obſtat, quod iſta repudiatio videatur fa-
cta per pactum, vnde eſt locus inſinuationi, † etiam 31
quod aliàs de iure non requireretur. Clar. in §. do-
natio, quæſt. 16. num. 2. & 3. Gabr. de donat. concluſ. 1.
num. 19. Seraphin. de priuil. 209. num. 4. Nam fuit
reſponſum

32 reſponſum, quod iſti † Doctores loquuntur in re-
nunciatione, ſecùs autem dicendum eſt in repudia-
33 tione, & ratio differentiæ eſt, quia cum † repudiatio
fiat, quando ius eſt delatum, an ille cui eſt delatum
velit acquirere, vel non acquirere, pendet ab eius
34 voluntate, vnde ſi † repudiat, fingitur nunquam ha-
buiſſe, ex *l. tibi homo*, 88. §. *cum ſeruus*, *ff. de leg. 1.* &
35 ſic reſpectu eius nunquam eſt res † acquiſita, & quod
ſibi dominium ſit acquiſitum pendet ex eius acce-
ptatione, vnde non acceptando lex habuit, vt ac-
quirendum, non vt acquiſitum, quia eſſe acquiſi-
tum dependet etiam à poteſtate legis, & lex ipſa po-
36 tuit fingere non acquiſitum, tandem ad hoc, † vt res
dicatur acquiſita neceſſe eſt, quod hoc fiat per actus
naturales, vt puta per voluntatem, & apprehenſio-
nem naturalem, & tunc eius remiſſio donatio eſt,
37 † per actus verò ciuiles non inducitur iſta propria
acquiſitio, vt ſit donatio eius remiſſio, & hic eſt
verus ſenſus *d. l. ſi ſponſus*, §. *ſi maritus*, *ff. de donat. in-
ter vir. & vxor.* ita eleganter Add. *ad deciſ.* 119. An-
tonij Gamæ *colum.* 1. *verſ. in maiore verò.* At ſecùs
38 eſt in renunciatione, quæ non poteſt fieri, niſi † de
iure iam acquiſito, vel acquirendo ex cauſa de præ-
ſenti, vnde ſi fiat de iure acquiſito, clarum eſt,
39 quod iſta acquiſitio fit per actus naturales, † ſcilicet
per voluntatem, & apprehenſionem naturalem,
40 & ſic refutatio † eſt donatio, vt ſupra dictum eſt,
& benè Caſtrenſ. *in d. conſil.* 135. *num.* 3. *verſ. ex quo
igitur, lib.* 1. Et idem eſt in renunciatione iuris futuri
41 ex cauſa de præſenti, † quæ cum non poſſit regula-
riter fieri, *l. ſi ita ſcriptum*, §. *ſub conditione*, *ff. de leg.* 1.
niſi fiat per pactum, *l.* 2. iuncta gloſſa magna *poſt
princip. ibi, primò*, quia adhuc non competit, *C. de
42 pact.* & latiùs infrà dicetur, cum renunciatur † per
pactum iuri de futuro, ex ſpe de præſenti ſapit do-
nationem, *l. ſpem*, *C. de donat.* Ruin. *conſil.* 204. *num.* 4.
lib. 1. & ideo nihil mirum ſi requiritur inſinuatio,
quia eſt donatio, & in hoc caſu lex non fingit re-
43 nunciantem nunquam habuiſſe † ius renunciatum,
prout fingit, repudiantem nunquam habuiſſe hære-
ditatem, vel legatum repudiatum, vt ſuprà dictum
eſt, & ceſſat omnis difficultas, quia vt ex mox di-
44 cendis apparebit etiam quod in repudiatione † ex
pacto requireretur inſinuatio, tamen ſecùs dicen-
dum eſt in hoc caſu.

Et in omnem euentum D. Duci obſtat renuncia-
tio iuri de futuro ex ſpe de præſenti, quæ clarè col-
ligitur ex illis verbis: Et cuicunque iuri tam in ſpe,
quàm in re, ſeu ad rem certam de præſenti, quàm
quomodolibet competituro poſt mortem Cardina-
lis, ex nunc prout ex tunc, & è contra renunciauit
ad fauorem prædicti Cardinalis pro ſe, & ſuis hæ-
redibus, & cui fecit finem, quietantiam, remiſſio-
nem, & pactum perpetuum de vlteriùs quicquam
non petendo, cum iuramento, &c. vnde, etſi renun-
ciatio iuri in ſpe de præſenti, & iuri de futuro ex
45 dicta ſpe de præſenti † regulariter non valeat, nec
renunciatione tollatur, *l. ſi ita ſcriptum*, §. *ſub condi-
tione*, *ff. de leg.* 2. Bartol. *in l.* 2. *num.* 3. *C. de pact.* vbi
Bolognet. *num.* 70. teſtatur de communi, per pactum
tamen tollitur. Bart. *in d. l.* 1. *num.* 3. Afflict. *deciſ.* 381.
num. 5. Milis *in repet. in verb. renunciari non poteſt
iuri de futuro.* Tiraq. *de retract. conſang.* §. 1. *gloſſ.* 9.
46 *num* 124. Et ratio eſt, † quia renunciatio facta per
pactum vallatur conſenſu duorum, renunciatio ve-
47 rò ſimplex vnius † tantùm voluntate. Butrig. *in d.
l.* 1. *in princip. verſ. item oppone quod futurum.* Tiberius
Decian. *reſponſ.* 39. *num.* 64. *volum* 2 Hieron. Schurff.
conſil. 74. *num* 9. *& ſeqq. centur.* 1. Iaſ. *in d. l.* 1. *num.* 14.
C. de pact. Et prædicta eo magis procedunt, quia
in hoc caſu adeſt † iuramentum, quod per ſe ſuffi- 48
ceret, vt ius futurum per renunciationem tollatur.
Alexand. poſt Cuman. *in l. ſi quis hæres* 13. *num.* 7. *ff.
de acquir. hæred.* Dec. *in l.* 1. *num.* 27. *C. de pactis*, &
conſil. 31. *num.* 5. *in princip.* & *conſil.* 379. *num.* 10. Ruin.
conſil. 16. *num.* 3. *lib.* 2. Gerard *ſingul.* 18. *num.* 19. Ti-
raquel. *in l. ſi vnquam*, *in præfat. num.* 138. Gutier. *de
iuram. confirm. cap.* 25. *num.* 2. *lib.* 2. Seraphin. *de priuil.
iuram. priuil.* 109. *num.* 3. & *per tot.*

Neque prædictis obſtat, quod remiſſio † cenſe- 49
tur donatio, *l. ſi quis delegauerit*, 12. *ff. de donatio. l. ſi
quis obligatione* 115. & *ibi gloſſ. in princip.* & Decian.
num. 2. & *ſeqq. ff. de reg. iur.* Et propterea eget inſi- 50
nuatione perinde † ac ſi res tradita fuiſſet ex dona-
tionis cauſa. Gloſſ. *in d. l. ſi quis obligatione*, *in prin-
cip. verſ. ſi fiat*, & *in l. Modeſtinus* 23. *in princip. gloſſ.*
vbi Bart. *num.* 1. *ff. de donat.* Ruin. *conſil.* 133. *num.* 5.
lib. 4. Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 11. *num.* 8. Buſigell. *in
repet. l.* 4. §. *cato*, *num.* 35. *ff. de verb. obligat.* Nam fuit
reſponſum, quod in hac facti ſpecie non fuit opus
inſinuatione, quia illa non eſt opus † quando re- 51
mittitur ius futurum nondum quæſitum, prout eſt
caſus noſter. Bald. *in l. illud*, *num.* 11. *verſ. quid ergo
dicemus*, *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Tiraq. *in l. ſi vnquam*,
verb. donatione, *num.* 180. Gomez *var. reſolut. tom.* 2.
cap. 10. *num.* 10. *verſ. item etiam.* Azeuedus *ad leges re-
gias*, *lib.* 5. *tit.* 9. *lib.* 9. *num.* 2. & 3. Neque procedit 52
in † remiſſione iuris quod eſt in ſpe, prout etiam eſt
caſus noſter. Roland. *de lucr. dot. quæſt.* 39. *num.* 24.
Rebuff. *in conſtit. lib.* 2. *tit. de donat. inſinuan. art.* 1.
gloſſ. 1. *num.* 30. *verſ.* 10. Gomez *vbi ſupra*, *verſ. ſecun-
do infero*; ſecus autem † quando eſt ius quæſitum 53
Rebuff. *vbi ſuprà.* Gabr. *concluſ.* 1. *de donat. num.* 2.
limit. 13. quia vbi ius † quæſitum remittitur, ibi do- 54
natio eſſe intelligitur. Caſtr. *in l. actione*, *num.* 2. *C. de
pact.* Dec. *conſil.* 86. *num.* 5. *verſ. quantum verò.* Aymon
conſil. 142. *num.* 7. planè donatio vera, & propria in
iuris † quæſiti remiſſione verſatur. Aym. *conſil.* 959. 55
num. 5. & *conſil.* 618. *num.* 3. Gabr. *concluſ.* 127. *num.* 28.
lib. 1. & *conſil.* 6. *in princip. lib.* 2. & propterea remiſ-
ſio iuris † quærendi non exigit inſinuationem ſicu- 56
ti requirit iuris quæſiti remiſſio, vt ſuprà dictum eſt.

Et quamuis prædicta videantur eſſe vera, niſi al-
teri † cedatur ſpes iuris quærendi, prout fuit factum 57
in caſu iſto, cum ceſſio fuerit facta ad fauorem
Cardinalis. Ruin. *conſil.* 204. *num.* 4. *lib.* 1. per text.
in l. ſpem, *C. de donat.* Socin. ſen. *conſil.* 82. *in fin. lib.* 4.
Nihilominus fuit conſideratum, quod D. Dux in
dicto primo inſtrumento aſſeruit, ſe nunquam ha-
buiſſe animum, nec habere ſubſtitutionem, & ius
accreſcendi, vel non decreſcendi, acceptandi, & ſub-
ditur: Et propterea repudiauit, & refutauit, &c. re-
nunciauit, & renunciat, &c. quæ dictio (*propterea*)
denotat quod propter illam cauſam, ſcilicet quia
nunquam habuit animum, habere ſubſtitutionem, &
ius accreſcendi, quæ cenſetur finalis, & coniungit
animum non acceptandi, cum repudiatione, & re-
futatione, itaut repudiatio, † & refutatio pendeant 58
ab illa voluntate non acquirendi, *l.* 2. *ff. de vſur.* Bald.
in l. cancellauerat. num. 1. *ff. de his, quæ in teſtam. delent.
cap. quia propter, de elect.* Socin. ſen. *conſil.* 156. *num.* 18.
in princip. lib. 2. Roland. *conſil.* 15. *num.* 5. *lib.* 3. Seraph.
deciſ. 883. *num.* 7. & prædicta dictio denotat expreſ-
ſam † cauſam repudiationis, & renunciationis, ſicu- 59
ti dicitur de dictione, ideo, quæ idem importat.
Socin. iun. *conſil.* 159. *num.* 11 *lib.* 2. Aymon *conſil.* 192.
num. 1. *verſ.* 1. *arguitur.* Vnde fit, quod cum in iudi-
canda remiſſione, † vt ea cenſeatur donatio debeat 60
inſpici

inſpici animus donandi, & liberalitatem exercendi,
l. in ædibus 9. in princip. ff. de donat. & vbi non con-
61 ſtat † de animo donandi, tunc non videtur ibi eſſe
donatio ob defectum conſenſus; ideo cum refuta-
tio non fuerit facta ſimpliciter, ſed in conſequen-
62 tiam † ex quo nuoquam D. Dux habuit anunum
acquirendi, quod denotat dicta dictio (*propterea*) iſta
non debet cenſeri donatio, ſed liberatio, ſine cau-
ſa. Angel. *conſil. 94. num. 7.* Roman. *in l. Modeſti-
nus, num. 15. ff. de donat.* Butrig. *in l. pactum, C. de
pact. verſ. item opponitur*, vbi quod ſi remiſſio fit
63 principaliter animo donandi, cenſetur donatio, † ſi
verò ſit principaliter pro commodo pupilli, non cen-
ſetur donatio, & talis remiſſio per tutorem facta
eſt valida. Rom. *ibid. num. 4.* Nam donare is demum
64 dicitur, † qui ob nullam aliam cauſam donat, quam
vt liberalitatem exerceat, *l. 1. ff. de donat. in princip.*
65 quare cum refutatiò non fuerit facta † ob liberali-
tatem exercendam, ſed ex quo D. Dux non habuit
animum acquirendi legatum, non dicitur donatio,
itaut comprebendatur ſub diſpoſitione iuris com-
munis, vel ſtatuto de inſinuatione, etiam quod ſub
66 verbo † donationis fuiſſet facta remiſſio, niſi prin-
cipaliter interuenerit cauſa donandi, vt eſt text. *in
l. ſi vno, 17. in princip. ſeu in l. ex conducto 16. §. Pa-
pinianus, ff. locati*, vbi quod ſi verbo donationis
67 dominus † ob ſterilitatem anni remiſerit, idem erit
dicendum quaſi non ſit donatio, ſed tranſactio, &
ibi gloſſ. *in verb. ſed tranſactio*, notat quod ex qua-
68 litate contractus † verba accipiuntur contra pro-
priam ſignificationem, & eſt clarum in iure quod
contractus non debet à verbis denominari, ſed à
69 principali † contrahentium intentione, & ab illius
effectu, *l. inſulam 6. ff. de præſcr. verb.* Pariſ. *conſil. 20.
num. 62. & conſil. 78. num. 11. lib. 1.* Vacon. *declar. iur.
declarat. 69. num.* 10. Aymon *conſil. 20. num. 5.* Ruio.
conſil. 107. num. 9. lib. 4. Roland. *conſil. 69. num. 40.
& ſeqq. lib. 3.* Surd. *conſil. 243. num. 2. & 43.*

Præterea ſi admitteremus hanc fuiſſe donatio-
nem, cum bon. mem. Cardinalis die ſequenti, poſt
factam donationem dederit Duci ſcut. 20. mill. &
poſtea alia ſcut. 5. mill. negari non poteſt quin iſta
70 ſolutio ſit correſpectiua † ad ipſam refutationem,
ſeu donationem, ſi illam talem eſſe dicamus, ex text.
in l. 1. §. quæ oneranda, ff. quarum actio rerum non det.
per quem text. poſt Fulgoſ. dicit Socin. ſen. in ter-
minis donationis, *in conſil. 273. num. 4. lib. 2.* quod
71 ſi poſt donationem † donatarius obligat ſe ad ali-
quid, cenſetur hoc feciſſe contemplatione illius do-
nationis, & ſubdit quod Paulus de Caſtro conſu-
luit, quod ſi mulier donat aliquid Hoſpitali, & ea-
dem die Hoſpitale ſe obligat ad dandum mulieri
72 decem ſingulis annis, † cenſetur hoc feciſſe con-
templatione præcedentis donationis ex actuum vi-
cinitate, & allegat quoque Bald. concludentem,
73 quod licèt frater † videatur dotare ſororem animo
donandi, *l. vni, §. accedit, C. de rei vxor. act.* ta-
men ſi eadem die appareat inſtrumentum quieta-
tionis factæ per ſororem fratri, præſumitur dotaſſe
contemplatione illius quietationis, quia præceden-
74 tia † declarant ſequentia, & quæ in continenti
fiunt videntur ineſſe, & hoc dictum in noſtris ter-
minis donationis ad literam ſequitur Ioan. Iacob.
Leonardus *in conſil. 118. num. 3. & ſequent. inter con-
ſil. feudalia.* Brun. *lib. 1.* Et quamuis prædicti Do-
ctor. loquantur de actibus factis eodem die, nihilo-
75 minus † idem obtinet in caſu iſto, ex quo promiſ-
ſio ſcut. 20. mill. fuit facta die ſequenti poſt renun-
ciationem. Ancharran. *conſil. 434. num. 3.* vbi quòd
ad inducendam † correſpectiuitatem, dicitur in con- 76
tinenti fieri, ſi fiat infra vnum diem, nam ſi ſoror
renunciat hæreditati paternæ ad fauorem † fratrum, 77
& alio die fratres dotant ſororem præſumuntur cor-
reſpectiui actus, ſequitur Aymon *in conſ. 356. in prin-
cip.* Et ceſſat omnis difficultas ex quinque ponde-
ratis in facto ſecundi inſtrumenti in deciſione *co-
ram R. P. D. Remboldo.* Ex quibus clariſſimè colli-
gitur iſta correſpectiuitas. Quare cum iſti actus ſint
correſpectiui, iſta donatio non † eſt pura donatio, 78
quæ ſubiaceat inſinuationi requiſitæ *à Statuto Vr-
bis, cap. 149. & 150. lib. 1.* quod tollit etiam iura-
mentum, cum donatio propriè † dicatur illa, quæ 79
à mera liberalitate procedit, *l. 1. ff. de donat.* & di-
cit *ibi* Bart. *in fin.* quòd ſtatutum de donatione lo-
quens intelligitur de illa † propria donatione, quæ 80
à mera liberalitate procedit, quia verba ſtatuto-
rum † debent intelligi ſtrictè, & in propria ſignifi- 81
catione, *l. 1. §. ſi quis nauem, ff. de exercit. actio. l. 3.
§. hæc verba, ff. de neg. geſt.* & idem in propoſito no-
tat Bart. *in l. filiusfamilias, in ſecunda oppoſitione, ff.
de donat.* & Cyn. *in l. vt liberis, num. 2. verſ. noſtri
autem, C. de collat.* Quare cum renunciatio † de qua 82
agitur quatenus ſit donatio, non ſit ob liberalita-
tem, ſed correſpectiua, ſaltem ad ſummam ſcut. 20.
mill. & propterea fuerit ob cauſam, & reciproca,
non comprehenditur ſub dicto ſtatuto. Alexand.
*in puncto conſil. 167. num. 10. & 14. verſ. non obſtat,
lib. 7.* vbi concludit, quod iſtæ conuentiones non
continent donationem ſaltem propriè, † & quoad 83
inſinuationem de iure communi requiſitam (omiſ-
ſo quòd non requiritur in donatione reciproca, vt
de communi teſtatur Curt. iun. *conſil. 81. num. 5.* Clar.
in §. donatio, quæſt. 16. num. 5. verſ. ſed nunquid) ceſ-
ſat omnis difficultas, quia cùm interuenerit † iura- 84
mentum, non requiritur inſinuatio ſecundùm ma-
gis communem opinionem, de qua Iaſ. *conſil. 169.
num. 16. lib. 4.* Alexand. *conſil. 20. num. 4. verſ. poſſet
etiam dici, lib. 3. & conſil. 133. num. 10. verſ. quinimò
etiam, lib. 7.* Clar. *in d. §. donatio, quæſt. 18. verſ. con-
trariam autem.*

Neque obſtat correſpectiuitas ceſſa, ex quo Car-
dinalis promiſit numerare ſcut. 20. mill. creditori-
bus D. Ducis, qui cedere deberent iura ad fauo-
rem ipſius Cardinalis, quæ iura cùm Cardinalis
poſſit exercere contra Ducem ceſſat correſpectiui-
tas, cùm Dux ſemper remaneret debitor. Nam fuit
reſponſum quòd cum ex prædictis præſumatur cor-
reſpectiuitas Cardinalis † non poterat vti viribus 85
ceſſis contra Ducem, licèt aliàs poſſet, vt benè ad
propoſitum Bald. *in conſil. 317. incip. Ad euidentiam
præmittendum per tot. & maximè in fin. lib. 3.* vbi quod
natura correſpectiuorum eſt, † vt quod ineſt in 86
vno, inſit alteri, itaut vnus actus iudicetur, etiam-
ſi ſint diuerſæ naturæ, nam ſi quis mutuauit alicui
centum, & ſtatim † illa depoſuit penes mutuantem, 87
licèt in depoſito non admittatur compenſatio, *l. fin.
C. de compenſ.* tamen fallit in caſu iſto, quia depoſi-
tum pendet à mutuo † ratione correſpectiuitatis, & 88
coniunctionis contractuum, ſic in propoſito licèt
ſolutio facta per Cardinalem creditoribus Ducis
cùm reportatione ceſſionis operaretur, quod Car-
dinalis poſſet vti illis iuribus ceſſis contra Ducem,
tamen ſecùs eſt in iſto caſu ex quo ſolutio facta
creditoribus fuit correſpectiua ad renunciationem
factam per Ducem, vnde Cardinalis non poterat
vti iuribus ceſſis contra ipſum, cùm † ſolutio facta 89
creditoribus ratione correſpectiuitatis eſſet eiuſ-
dem naturæ, prout renunciatio facta per Ducem,

l.si enim, § final l. qui iniuria, ff.si quis cantion. Bald.*vbi supra ante fin.vers.quia istud depositum.* Et cessat omnis difficultas, cùm die 4. Iunij eiusdem anni 1597. Cardinalis agnoscendo veritatem per aliam scripturam declarauerit suæ intentionis non fuisse reualendi se vllo tempore de isto credito contra ipsum D. Ducem, aut contra alios pro eo, sed dandi Excellentiæ suæ d.summam scut.20. mill.in gratitudinem renunciationis ab eodem D. Duce factæ fideicommisso q.D.Maximæ,&c.vt etiam habetur in instrumento celebrato die 14. Nouembris 1597.

Neque denique facit, quòd propter superuenien-
90 tiam filiorum D. Dux potuit † reuocare istam cessionem, seu renunciationem, ex *l.si vnquam C.de reuocan. donat.* Nam fuit responsum, quòd aut agitur
91 de repudiatione, aut de renunciatione, si † de repudiatione non est locus reuocationi ex dispositione *d.l.si vnquam*, vt notat.*ibidem* Ripa, &*num.*21. & *ibidem* etiam Tiraquell. *in verb. donatione largitus, num.*180. *& sequent.* Socin.sen.*in l.*1.*in fin.C.de pact.* vbi quod hoc est nouum dictum, Gomez *variar. tom.*1.*cap.*4. *num.*14. *vers septimo infero*, qui dicit solùm Socinum hoc tenere. Si verò agitur de renunciatione, quæ habet vim donationis, cum ista non
92 sit donatio simplex, † sed ob causam, vt supra probatum est, cessat in ea dispositio, *l.si vnquam*, Alex. *consil.*29.*num* 16 *lib.*3. Dec.*consil.*180.*in fin.*Paris.*con-*
93 *sil.*28. *num.*62. *lib.*3. quia † ista non est proprie vera donatio, vt *supra* dictum est, ex Alexand.*consil.*167. *num.*14.*in fin.lib.*7.

Et ita conclusum solo D.Marchione informante.

a Est decisio 320.parte 6.

R. D. CARD. VIRILI.

Perusina fideicommissi de Cinciis.

Die Veneris 9. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Confessio testatoris etiam incidenter facta probat etiam contra hæredem hæredis. Iocalia, & bona mobilia præsumuntur adesse iuxta qualitatem personæ, & patrimonij.

SVMMARIVM.

1. *Confessio testatoris non solum probat contra hæredem, sed etiam contra hæredem hæredis.*
2. *Et amplia hoc etiamsi dicta confessio sit facta incidenter.*
3. *Iocalia magni valoris præsumitur vxor habuisse, attenta qualitate personarum.*
4. *Vxor grauata restituere præsumitur satisfacta de residuo dotis, ex bonis mobilibus, si erant notabilis summa.*
   *Bona mobilia ex qualitate personæ, & patrimonij arbitrantur, num.*4.
5. *Facta non præsumuntur, nisi probentur.*
6. *Testator, si mandauerit hæredibus, vt eius vxori restituant dotem, omni exceptione remota, quid hoc importet.*
7. *Æs alienum, quando ex bonis fideicommisso subiectis sit soluendum.*

DECISIO LVII.

Domini steterunt in decisis coram me sub die 8.Iunij 1628.[a] ex deductis in decisione.

Non obstat, quod Olympia hæres grauata soluerit scuta 1100. pro restitutione dotis Isabellæ vxoris fideicommittentis, hoc modo, nempe scut. 600. mediante accollatione census debiti per hæredem Isabellæ, necnon scuta 500.in contanti, pro quibus habendis imposuerit censum scut. 250. & tandem soluerit scut. 219. pro fructibus prædictorum censuum, & ideo sit danda retentio, vel facienda restitutio, quia cum Olympia, & Isabella occasione retrouenditionis censuum hæreditariorum Petri Hieronymi receperint scut. 732. baioc. 50. vtique ista scut.732.baioc.50. sint imputanda in satisfactionem crediti supradictæ dotis.

Vlterius cum adessent iocalia valoris scut. 216. baioc. 75. Ista etiam summa debet imputari in diminutionem supradicti crediti dotis.

Non obstat, quod inuentarium fuerit factum à Monaldo hærede Isabellæ, quia cum ista iocalia fuerint reperta penes Isabellam vxorem Petri Hieronymi, vtique inuentarium erat faciendum à Monaldo hærede Isabellæ,& veritas iocalium comprobatur ex assertione † ipsius Petri Hieronymi in eius 1
testamento, quod aderant iocalia, quæ assertio nedum probat contra hæredem, sed etiam contra hæredem hæredis † etiam quod sit facta incidenter. Nat. 2
*cons.*135.*num.*11. *in fin.& seq.& cons.*400. *num.*5. Cephal. *cons.*386. *num.*19. Dec.*cons.*76. *num.*16. *vers.*1. *lib.*3. Peregr.*cons.*48. *num.*5. *lib.*1. *& de fideic. art.*44. *num.*20. *vers.item assertio.*Barz.*dec.Bonon* 2. *num.*11.&
est verisimile quod † adesset, iocalia valoris scut.216. 3
baioc.75.attenta qualitate personarum.

Ex mobilibus quoque quæ ex qualitate perso-
næ, † & patrimonij arbitrantur, potuit solui residuum 4
dotis, *l. Marcellus.§. res quæ.ff.ad Trebell.* Peregr. *de fideicom. art.*35. *num.* 22. & si fuit facta solutio fructuum census, fuerunt versa vice percepti fructus bonorum fideicommissi.

Non obstat, quod prætendatur reinuestimentum
† scut.732.in aliis censibus, quia hoc non probatur. 5

Motiuum quod Olympia,& Virginia tenerentur de suo restituere dotem Isabellæ, non placuit Dominis, licet enim testator mandarit hæredes institu-
tas, vel aliquam ipsarum superuiuentem, sin autem 6
hæredes substituendos teneri restituere dotem Isabellæ omni exceptione remota, tamen non expres-
sit, quod soluerent de proprio, vnde æs † alienum 7
soluendum est ex bonis subiectis fideicommisso, *l. Papinianus.§. quarta.ff.de inoff.test.* Gregor.*decis.*266. *num.*2. *& decis.*421. *num.*2.

Et ita vtraque parte, &c.

a Est decisio 184. prima parte, vbi etiam habes aliam decisionem in hac causa sub die 19. Aprilis 1630. coram R.P.D. Dunozetto, & est decisio 368 & part 7. adest altera decis. 19. Aprilis 1630. coram eodem est in ordine decisio 276.

R. P. D. MERLINO.

Narnien. Successionis.

Die Lunæ 26. Nouembris 1629.

ARGVMENTVM.

Statutum exclusiuum fœminarum, licèt in dubio interpretãdum veniat, ne fœmina

propter vnam dotem repellatur etiam ab hæreditate eorum, qui eam non dotarunt, & hoc ad euitandum magnum absurdum, & quasi intolerabile, quod aliàs sequeretur. Tamen quando id concipi potest ex eisdem statutis, & hoc præsertim ad interpretationem statut. Narnien. cap. 40.

SVMMARIVM.

1. *Statutum excludens dotatam censetur in dubio solùm excludere eam ab hæreditate dotantis.*
2. *Sed hoc non procedit, quando vlteriùs progreditur, & ex contextu ipsius statuti appareat eas voluisse excludere à cuiuscunque hæreditate.*
3. *Ita vt exclusio prædicta non sit correspectiua ad dotem, quodque vna dos operetur omnium hæreditatum iacturam.*
4. *Fœmina exclusa à statuto à successione, vt excludatur ab omnium hæreditate, non sufficit, quod statutum enumeret plures personas, à quarum successione inducit exclusionem.*
5. *Costren. in consil. 91. num. 2. lib. 2. declaratur.*
6. *Bald. in l. 1. num. 4. C. de legit. hæred. declaratur, & num. 18. & 20.*
7. *Statutum fœminas excludens ab hæreditate, censetur solùm excludere ab hæreditate dotantis, etiamsi plures recenseret personas.*
8. *Quia hoc casu etiam viget illa æquitas, quod singula singulis referenda sunt.*
9. *Fœmina, vt excludatur tantùm à statuto ab hæreditate dotantis semper facienda est interpretatio, nisi verba statuti valdè, vel ex toto repugnent.*
10. *Quod procedit etiamsi verba sint valdè prægantia.*
11. *Statutum si alternatiuè loquatur, alternatiuè debet intelligi, singula singulis referendo, & num. 17.*
12. *Pro fœmina in dubio pronunciandum est, quod non sit exclusa à statuto.*
13. *Statutum excludens fœminas à successione aliquarum personarum non extenditur ad personas, quæ in verbis non sunt expressæ.*
14. *Et nec habet locum, nisi casus sit à statuto formaliter expressus, tam ad effectum exclusionis, quàm inclusionis.*
15. *Alternatiuæ natura est, vt vno contentetur, nec omnium concursum expostulat.*
16. *Copula, &, natura est omnia simul connectere, & comprehendere.*
17. *Statutum exclusiuum fœminarum si in dotatione, & in exclusione loquatur alternatiuè, qualiter sit intelligendum, & num. 18.*
19. *Alternatiua absonum esset, quod in vna parte acciperetur diuisim, in alia verò coniunctim.*
21. *Statutum si simpliciter dicat, mulierem dotatam non succedere Patri, vel Matri, & alijs, tunc non recepit restrictionem ad hæreditatem dotantis, cum de nullo dotante mentionem faciat.*
22. *Et hoc casu sufficit, vt ab hæreditate cuiuscunque dicatur exclusa, vt ab aliquo sit dotata, nec perquirendum est à quo sit dotata, & quare, num. 23.*
24. *Fœmina exclusa à statuto, ab illius hæreditate censetur exclusa, à quo fuit dotata, & quando id procedat.*
25. *Statutum si sit correctorium iuris communis, in eo non sunt intelligenda persona ibi non expressa.*
26. *In statutis omissum habetur pro omisso.*
27. *Exclusio ab hæreditate fratris, non est admittenda in statutis exclusiuis fœminarum, nisi de hoc fiat mentio in dictis.*
28. *Exhæredatio non infertur, nisi vbi nominatim exprimitur.*
29. *Statutum, quando dicatur temperare rigorem exclusionis fœminarum.*
30. *Dictio, talis, est demonstratiua ad oculum, & restringit dispositionem.*
31. *Dictio, dummodo, coarctat dispositionem secundùm qualitates appositas.*
32. *in Statutis exclusiuis fœminarum absurdum esset ingens, si vellemus addere exclusionem ab hæreditate fratris, quæ non legitur in ipso statuto.*
33. *Statutum Narnien. exclusiuum fœminarum intelligendum est diuisim, idest quod fœmina ab illius tantùm hæreditate excludatur, à quo fuit dotata, & non ab alijs.*
34. *Statutum exclusiuum fœminarum, si ad eas excludendas contentetur vna dote, absurdum esset, vt pro inducenda totali exclusione earum, exigamus bis, ter, quater, & plures dotes.*
35. *Fœmina exclusa à statuto, absurdum esset, vt propter vnã solam dotẽ excludatur à pluriũ hæreditatibus.*
36. *Statutum, si mandet, quod filia vnica dote contenta sit, procedit in bonis eiusdem personæ, quæ dotauit.*
37. *De lucro captando agens minùs fauorabile est, quam agens de damno vitando.*
38. *Dotatio est actus reiterabilis.*
39. *Dos est loco legitimæ portionis, quæ circumscripto statuto, debetur fœminæ.*
40. *Statutum, si excludat fœminam ab hæreditate patris & aliorum, si sit dotata à fratre, quid inde inferatur, & num. 41.*
42. *Fœminis successio fratris minùs debita est, quàm successio parentum.*
43. *Fœmina, vt censeatur exclusa ab hæreditate dotantis, sic disponente statuto, vis non consistit in hoc, quod pater, vel frater, vel nepos dotauerit, sed ex quibus bonis dotem præstiterint.*
44. *Pater tenetur dotare filiam, & hoc munus, & obligatio propriè inhæret illi.*
45. *Patris bona sunt obnoxia obligationi dotandi filias, & cum hoc onere transeunt in hæredem.*
46. *Dos habetur loco legitimæ portionis filiæ debitæ ex successione patris.*
47. *Frater, quando ex bonis paternis dotat sororem, hoc non dicitur fecisse ex propria liberalitate, sed ex debito paterno.*
48. *Frater, si ex bonis paternis dotet sororem, licèt extrinsecè sit dotata à fratre, tamen verè censetur dotata a patre.*
49. *Filia dotata à patre, sicuti non succedit patri, ita dotata à fratre, excluditur itidem ab hæreditate patris, quia ex eius bonis dotata fuit.*
50. *Statutorum dispositiones referri debent ad id, quod frequentiùs accidunt.*
51. *Soror, si sit dotata à fratre de bonis suis castrensibus, hoc casu exclusa remanet ab hæreditate fratris, non autem exclusa remanebit ab hæreditate patris, & aliorum, qui non dotarunt.*
52. *Fœmina censetur exclusa tantùm ab illa hæreditate, in qua habuit recompensam, scilicet dotem receptam à defuncto.*
53. *Statuta excludentia fœminas dotatas, interpretanda sunt, vt fœminæ non succedant dotantibus.*
54. *Et potiùs debet admitti suppletio verbi, quàm admittatur illud absurdum, quod fœmina ab vno dotata excludatur ab omnium successione, ad quam de iure erat vocata.*

55. *Frater*

55. *Frater est in primo gradu. Patruus verò in secundo.*
56. *Sorori magis debita est successio fratris, quàm patrui.*
57. *Frater in subsidium tenetur dotare sororem.*
58. *Patruus non tenetur dotare neptem fratris, & hoc secundùm opinionem aliquorum.*
59. *Filius illico sequuta aditione hæreditatis paternæ, bona non considerantur amplius, vt paterna, sed vt proprium patrimonium filij.*
60. *Successio ab intestato regulariter fit per quotas, vel in vniuersum, non autem per genera bonorum, & quare.*
61. *Matrimonium potest esse sine dote.*
62. *Matrimonia, vt plurimum non solent esse sine dote.*
63. *Statutum referri non debet ad casum insolitum.*
64. *Verbum* maritare *resoluitur in dotationem.*
65. *Statuta exclusiua fœminarum, si sint correspectiua ad dotem, vt dicatur eis satisfactum, quid requiratur.*

DECISIO LVIII.

Concordibus suffragiis Domini approbarunt etiam hodie resolutionem emanatam sub die 7. Februarij proxime præteriti coram me, [a] Helenæ scilicet, & Magdalenæ sororibus dandam esse immissionem in possessionem bonorum q. Iacobi eorum fratris, vna cum Petro pariter fratre; nec statutum Narnien. cap. 40. in quo totum difficultatis momentum positum erat obstare.

Verissimum est enim, & à nemine in controuer-
1 siam reuocatur axioma, quod statutum † excludens dotatam, censetur in dubio solum excludere ab hæreditate dotantis, vt in decisione firmatum fuit; & quamuis huiusmodi conclusio communiter limitetur, quando statutum progreditur vlterius, & ex
2 contextu ipsius statuti † appareat statuentes voluisse à cuiuscunque hæreditate excludere fœminas,
3 † nec exclusionem inductam correspectiuam esse ad dotem, quodque vnica dumtaxat dos operetur omnium hæreditatum iacturam, vt per Castr. *consil.* 91. *num.* 2. *lib.* 2. Aldobr. *late consil.* 2. *num.* 123. *& seqq. lib.* 1. & alij in decisione etiam congesti, *versic. & quamuis.*

Attamen aduertendum est, non sufficere ad inducendum hanc exclusionem ab omnium hæredi-
4 tate, quod statutum enumeret † plures personas, à quarum hæreditate inducit exclusionem, vt videtur sensisse Castrens. *d. consil.* 91. Quoniam Bald. *in l. prima, num.* 4. *C. de legitim. hæred.* qui huius opinio-
5 nis antesignanus est, & quo Castrens. † innititur, hoc non dixit, sed docuit statutum accipiendum esse cum hoc temperamento, quod solum excludat ab hæreditate dotantis, nisi vlterius progrediatur.
6 Et ideo Bald. intelligi † debet, quando ex modo, vel ex forma enumerationis, vel aliunde appareret, statuentes sensisse excludere fœminas à cuiuscunque hæreditate, etiam non dotantis, vt bene perpendit Franc. Niconit. *alleg.* 6. *num.* 37. & Crauet. *consil.* 581. *num.* 2. *versic. secundò crebrior*, vbi, quod
7 statutum † excludens fœminas ab hæreditate, censetur solum excludere ab hæreditate dotantis, etiam si plures recenseret personas, quia, & hoc casu ad-
8 huc vrget illa æquitas, vt singula † singulis referantur, Brun. *de statut. exclusiu. fœmin. art.* 8. *num.* 63. vbi firmat, quod & si verba statuti valde repug-
9 nent, nisi ex toto repugnent † semper facienda est interpretatio, vt fœmina excludatur tantùm ab hæreditate dotantis. Paseth. *consil.* 69. *num.* 12. vbi
10 etiam si statuti verba † sint valde prægnantia, &

idem videtur censuisse Rota *in Anximana bonorum* 17. *Februarij* 1620. *coram bon. mem. Remboldo, versic. Atque hoc magis.*

In statuto autem Narnien. Domini non assequebantur hanc voluntatem, mentem excludendi fœminas à cuiuscunque hæreditate, licet enumeret plures personas, immò ex multis, saltem simul iunctis, desumi videbatur potius exclusionem inductam esse disiunctim, & diuisim singula singulis referendo, vt dotata à patre, non succederet patri, dotata à matre, ab eiusdem matris hæreditate excluderetur, & sic de cæteris.

Primò, quia statutum in parte excludente loquitur alternatiuè, ibi, *nulla mulier debeat habere regres-*
sum ad bona paterna, vel matris, vel patrui, vnde † al- 11
ternatiuè intelligi debet, & disiunctim, singula singulis referendo, prout in alia decisione, *vers. Nihilominus*, &c. vbi multi congeruntur Doctores, quibus addi possunt, Corn. *consil.* 48. *num.* 9. *lib.* 2. Paris. *consil.* 49. *num.* 17. *lib.* 3. Niconit. *alleg.* 6. *num.* 31. Io. Vinc. Anna *alleg.* 70. *num.* 32. Gabriel. *de statut. conclus.* 3. *num.* 2. *vers. Contrarium, & num.* 9. Brun. *de statut. exclusiu. fœmin. dicto art.* 8. *quæst.* 16. *num.* 67. *cum seqq.* & rationes etiam in eadem decisione fuerunt ponderatæ.

Quibus pariter accedit, quod filiæ fœminæ causa videtur fauorabilior, cum ipsa habeat intentionem fundatam in dispositione iuris communis, &
illius exclusio non legatur in statuto, & † in dubio 12
pro fœmina, quòd scilicet à statuto non sit exclusa, pronunciandum est, vt plene per Alex. Raudens. *consil.* 56. *num.* 20. *lib.* 1. Barz. *decis. Bononien.* 98. *num.* 22. *& seqq.* Et statutum excludens fœminas à successio-
ne aliquarum personarum † non extenditur ad per- 13
sonas, quæ in verbis non sint expressæ, vt per Bald. *in l. sed, & milites, num.* 3. *vers. & facis, ff. de excusat. tutor.* cuius dictum notandum esse dixit Marz. *consil.* 29. *num.* 20. *& consil.* 30. *num.* 14. Alb. *consil.* 349. *num.* 10. *lib.* 2. Purpur. *consil.* 145. *num.* 3. *lib.* 1. Manent. *consil.* 4. *num.* 5. *lib.* 1. Modern. Mant. *controuers.*
forens. lib. 2. *cap.* 400. *num.* 8. Nec † habet locum, ni- 14
si casus sit à statuto formaliter expressus, tam ad effectum exclusionis, quàm inclusionis, Purpur. *dict. cons.* 145. *num.* 3. *lib.* 1. late Honded. *cons.* 8. *num.* 13. *& seqq. lib.* 1.

Secundò, quicquid sit de prædicta opinione, quæ plurimos habet contradictores, vt fuit animaduersum in decisione, *versic. Nec Dominos fugit*, &c. In qua Doctorum dissensione, nec hodie Domini putarunt opus esse aliquid definire; In statuto Narnien. videtur ex pluribus circunstantiis iam ponderatis in decisione, facilior resolutio pro fœmina, quia statutum loquitur alternatiuè, nedum in parte excludente, sed etiam in parte, vbi de dotatione agitur, & quemadmodum si in parte dotante loqueretur alternatiuè, in exclusione verò con-
iunctiuè, tunc sufficeret † vna dos, quia alterna- 15
tiuæ natura est; vt vno contentetur, nec omnium concursum expostulat, *l. si quis ita stipulatus ff. de verb. oblig. cap. in alternatiuis, de regul. iur. in* 6. Ita etiam exclusio resultaret in omnium nominatorum hæ-
reditatibus, † virtus enim copulæ est omnes in simul 16
connectere, & comprehendere, *dict. l. si quis ita stipulatus, ff. de verb. obligat.* prout in his terminis ratiocinatur Bald. *consil.* 73. *incipien. de iure communi nullum, vers. & est considerandum. lib.* 4. Surd. *cons.* 100. *num.* 9. Bellon. iun. *cons.* 74. *num.* 48. Sic etiam pari ratione, cum, & in dotatione; & in exclusione, statu-
tum Narnien. loquatur alternatiuè, † interpretari 17

debét, vt pars excludens respondeat parti dotanti,
& insimul cohæreant, & sic, singula singulis refe-
rendo, statutum diuisim sit accipiendum, vt dotara
à patre non succedat parri, & dotata à matte, ab
eiusdem hæreditate solummodò exclusa censeatur,
vt per Bcc. *cons.53. num.3. versic. nam respondetur, &
cons.112. num.22. vers. & maximè, lib.1.* Brun *de sta-
tut. exclus. fœmin. dict. art.8. num.68.* Et certe hoc vi-
detur sensisse Bald. *dict. consil.73. lib.4.* dum ponde-
18 rat vim alternatiuæ † in parte, vbi de donatione
agitur, quia eiusdem virtutis esse debet eadem al-
ternatiua in patte, vbi de exclusione agitur, & idem
dixit Niconit. *d. alleg.6. num.31.* Paris. *cons.47. num.3.
lib.3.* bene Alciat. qui ita Bald. exponit, *consil.5.
num.12. lib.2.* Gabriel. *de Statut. conclus. 5. num. 9.*
19 cum aliis. Et absonum esset, † quod eadem alter-
natiua in parte dorante acciperetur diuisim, in par-
te verò, vbi de exclusione agitur, interpretaretur
coniunctim.

Tertiò, quia statutum Narniense in parte, vbi de
dotatione agit, non loquitur in rem, in quibus ter-
20 minis loquitur † Castr. vbi statutum simpliciter di-
cebat, mulierem dotatam non succedere patri, vel
21 matri, & aliis, quia tunc statutum † non potest re-
cipere restrictionem ad hæreditatem dotantis, cum
de nullo dotante mentionem faciat. Et hoc casu, vt
22 mulier dicatur exclusa ab hæreditate † cuiuscumque
sufficit esse dotatam ab aliquo, nec perquirendum
à quo fuerit dotata, cum & statutum ipsum hoc
neglexerit, & verba dirigat in rem, scilicet dota-
tionem, non autem in personas, hoc est dotantes,
vt bene considerat Castr. *in dicto cons.91. num.2.* Ias.
in l. vt liberis, num.6. vers. secus si statutum, C. de collat.
Alex. *cons.29. num.6. lib.1.* Corn. *consil. 134. num. 2.*
Brun. *de Statut. exclusiu. dict. art.8. quæst.16. num.67.*
plene Menoch. *cons.873. num.11. versic. tertius est ca-
sus*, & plenius Aldobrand. *d. consil.1. num.127. & seqq.*
At secus est in casu præsenti, quia statutum enume-
rat personas, nedum in parte, vbi de exclusione
23 † disponit, sed etiam in parte, vbi disponit de do-
tatione, & sic vim facit in persona dotantis, & con-
sequenter videtur admittenda æquitas illa, quod ea-
tenus fœmina censeatur exclusa, quatenus ab eo-
24 dem fuerit † dotata, vt etiam videntur innuere præ-
alleg. Doctores.

Quartò, quia statutum non facit mentionem de
fratre, in illa parte, vbi de exclusione agitur, & cum
25 statutum sit correctorium † Iuris communis, nec
in eo exprimatur ratio conseruationis agnationis,
nisi vrgente aliqua causa, non sunt subaudiendæ
personæ, ibi non expressæ, vt in terminis ponde-
rabat Capt *consil.73. num.4. & 5. in fine.* Corn. *con-
sil.97. num.8. post med. & in fine, ac num.9. lib.1. & con-
sil.305. num.4. & 8. lib.4.* & latius fuit ponderatum
in alia decisione, *vers. Altera circumstantia*, & con-
fert Addit. ad Thes. *decis.63. in princip. versic. cæterum*,
præsertim, quia de fratre statutom mentionem fa-
26 cit in prima † parte, vnde si omisit in secunda par-
te, pro omissa haberi debet, *ad l. vnicam, §. sin au-
tem, C. de caduc. tollen.* Honded. *consil.4. num.77. lib.1.*
& cum mysterio hoc fecisse dicendum est, vt infe-
rius probabitur, cumque exclusio ab hac hæredita-
27 te † fratris non legatur in statuto, non videtur vl-
lo modo facienda aliqua extensio, hæc enim exclu-
28 sio habetur loco exhæredationis, † quæ non in-
fertur, nisi vbi nominatim exprimitur, *l.1. & 2. ff.
de liber. & posthum.* & ita arguit post Alciat. *cons.53.
num 23.* Capt. *d. consil.39. num.15.* Menoch. *cons.873.
num.8.*

Quintò, in quo potissimum vim faciebant Do-
mini, quia statuentes, vt mitigarent rigorem ex-
clusionis fœminarum eatenus solùm huiusmodi ex-
clusionem ipsa tum decreuerunt, quatenus duo con-
currerent, Primum, quod extarent filij masculi il-
lius, de cuius successione agitur; alterum quod idem
defunctus dotauerit fœminam, quam masculi in-
tendunt excludere, ibi, *dummodò ex tali patre, aut
matre subsint filij masculi, vel nepotes masculi ex filio,
& patruo subsint filij, vel ex fratre talis patrui mari-
tantis existerent filij masculi*, quæ verba plurimum
temperant, † & restringunt exclusionem fœmina- 29
rum, ponderando dictionem illam (*de tali patre*)
quæ † dictio (*talis*) est demonstratiua ad oculum, 30
& restringit dispositionem, Dec. *cons.500. num.14.
versic. & reassumendo*, Cardin. Seraphin. *decis. 812.
num.2.* Et dictio † (*dummodo*) etiam ipsa coarctat 31
dispositionem secundùm qualitates appositas, *l. cum
ab eo, ff. de contrahen. empt.* Dec. *in cap. ex literis, num.51.
versic. Vnde 2. meliùs, & num.52. de Const.* Rot. *de-
cis.777. num.6. part.2. diuers.* & verba illa (*talis pa-
trui maritantis*) præcisè indicant solùm exclusio-
nem fœminarum inductam fuisse in hæreditare per-
sonæ maritantis, & ita etiam perpendit Corn. *d.
cons.305. num.6. post med. vers. Item potest, lib.4.* Et sa-
ne absurdum esset ingens, † si vellemos addere sta- 32
tuto exclusionem ab hæreditare fratris, quæ non
legitur in statuto, atque etiam separare qualitatem
illam, quatenus dotauerit, quæ in verbis exprimi-
tur à statuentibus, & vtrumque requisitum hic de-
ficit, quia nec extant filij masculi Iacobi, nec ipse
dotauit sorores.

Sextò, quia Capt. *cons.73. per tot.* & Corn. *cons.97.
num.8. lib.1. & cons.305. num.4. & seqq. lib.4.* respon-
derunt, hoc statutum signanter Narnien. intelligen-
dum † esse diuisim, itaut, dotata à patre non succe- 33
dat patri, dotata à matre, non succedat matri, & do-
tata à patre, siue matre, adhuc succedat fratri in iis-
dem bonis, quę à patre in fratrem deuenerunt, & per
aditionem eiusdem, fratris bona effecta sunt, vt per
eos, & Corn. *dicto consil.305. num.8. vers. Nec obstat,
vltimo, lib.4.* bene declarat hoc statutum cap.40. non
posse dici superfluum, & aliquid operari vltra illud
statutum cap.32.

Quibus non obstat, quod absonum videatur, vt
pro inducenda totali exclusione † fœminarum, exi- 34
gamus filiam bis, ter, quater, & pluries dotari, cum
tamen statutum contentetur vna dote, prout Al-
dobr. *dict. consil.2. num.134. versic. alias lib.1.* The-
saur. *decis. 62. num. 4.* & alij dixerunt; quoniam
immò magis absurdum, & intolerabilius vide-
tur, quod filia, quæ † de iure naturæ, & ciuili 35
æque concurrit cum masculo ad successionem pa-
tris, ob vnam solam dotem excludatur à plurium
hæreditatibus, Ancharan. *dict. consil.80. num.2.* An-
gel. *consil. 126. num.3.* vbi hoc dicit absurdum, &
iniquum, Rimin. iun. *consil.31. num.84.* Alciat. *con-
sil.1. num.46. lib.2.* Bott. *consil.70. num.8.* Brun. *dict.
art.8. num. 68. versic. item quia, & sequentib.* Et dum
statutum † mandat filiam vnica dote contentam 36
esse, procedit in bonis eiusdem personæ, quæ do-
tauit, Corn. *consil.57. num. 5. versic. sed animaduer-
to, lib. 2.* Barz. *decis. Bononien 98. num.18.* Et eo mi-
nus hoc absurdum permitti debet, quia fœmina,
dum concurrit cum masculo, & instat illius ex-
clusionem restringi ad hæreditatem dotantis, agit
de damno vitando, quia alias, vt dicebatur, ip-
sa de Iure æque concurrit cum masculo; dum ve-
rò is masculus intendit excludere fœminam ab
omnium

37 omnium hæreditate, † agit de lucro captando,
quod minus fauorabile est, *l. non debet*, vbi Dec.
num. 1. ff. de reg. iur. Alexand. *consil. 55. num. 18. lib. 5.*
Crauet. *consil.* 110. *num.* 2. Immò nec est ita ingens
absurdum, quod semel dotata iterum dotetur,
38 † cum dotatio sit actus reiterabilis, vt per Surd.
consil. 402. *num.* 34. *versic. est, & aliud*; maximè ad
effectum exclusionis, quia dos est loco legitimæ
39 portionis, † quæ circumscripto statuto, deberetur
fœminæ.

Non obstat, quod statutum in parte dotaote faciat mentionem de fratre, ibi, *à Patre, Matre, Auo,*
& fratre, in alia verò parte, vbi de exclusione agitur, nun meminerit de fratre, & inde deprehenda-
40 tur, quod dotata à fratre, saltem dici debeat † exclusa ab hæreditate patris, & aliorum, & consequenter verum sit, statutum intellexisse propter dotem
acceptam ab vno, excludere etiam ab hæreditate
alterius, quod motiuum magni fecit Curt. iun. *consil. 65. num. 3. vers. præterea & fortius*, Alb. *consil. 98.*
num. 4. vers. mouetur etiam, Aldobr. *d. consil. 2. num. 131.*
Brun. *de statut. exclus. d. art. 8. quæst. 16. num. 66. vers. &*
simile statutum, Honded *cons. 10. num. 45. lib. 2.* Et
Informantes pro Petro obiectum augebant ex eo,
41 quod si fœminam † dotatam a fratre excludere vult
statutum ab hæreditate patris, vel alterius Ascendentis, multò magis dicendum est, & fœminam
dotatam a patre exclusisse ab hæreditate fratris,
42 cum minus debita sit successio † fratris, quam successio parentum, Ruin. *consil. 43. num. 5. & 6. lib. 3.*
Put. *decis. 127. in fin. lib. 3.* Surd. *consil. 535. num. 15.*
& sequentib.

Quoniam pro responsione, admittitur quidem
assumptum, quod filia dotata à fratre excludatur ab
hæreditate patris, nam vere filia dotata, etiam à
fratre, excluditur ab hæreditate patris, sed in hac
materia, vt mulier censeatur exclusa ab hæreditate
43 † dotantis, vis noo consistit in hoc, quod pater,
vel frater, vel nepos dotauerit, verum ex quibus
bonis dotem præstiterint, vt per Bald. *in l. neque mater, num. 5. & 6. in fin. C. de Iur. dot.* Crauet. *cons. 142.*
num. 10. & versic. ideo statutum, Paris. *consil. 68. numer. 7. lib. 2.* Surd. *consil. 402. num. 35. & sequentib.* Bott.
consil. 70. num. 7. in fin. & num. 10. sed clarius in proposito Franc. Niconit. *dict. alleg 6. num. 37.* Brun. *de*
Statut. exclus. dict. art. 8. quæst. 16. num. 59. & sequentib. Thesaur. *decis. 63. num. 3. in princip. & num. 8.* Vn-
44 de, cum pater teneatur dotare filiam, † & hoc munus, & obligatio proprie inhæreat illi, *l. qui liberis.*
ff. de rit. nuptiarum, l. fin. C. de dot. promiss. Seraphin.
decis. 451. num. 9. bonaque patris sunt huic obligationi obnoxia, & transeunt in filium affecta, hoc
45 † eodem onere dotandi sororem, ex ipsis bonis paternis, arg. *l. si quis à liberis, §. item rescriptum, ff. de*
lib. agnoscen. Castr. *in l. si marito, §. si voluntate, ff. solut. matrim.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 12.*
titul. 18. num. 7. & sequentib. quippe quod dos habe-
46 tur loco † legitimæ portionis filiæ debitæ ex successione patris, *l. quoniam nouella, C. de inoff. testament.*
Castr. *in l. Titio centum, §. Titio genero num. 8. in fin. ff.*
de condit. & demonstr. Alexand. *consil. 13. num. 12.*
lib. 3. Paris. *consil. 36. num. 4. & sequentib. lib. 3.* latè
Tiraquell. *in l. si vnquam, in verbo, susceperit, num. 112.*
C. de reuocand. donat. Et frater, quando dotauit sororem, hoc non dicitur fecisse ex propria liberali-
47 tate, † sed ex debito paterno, dotemque hanc soror haud acceptam refert fratri, sed patri, adeo vt
propterea, licèt extrinsecè, filia sit dotata à fratre, tamen verè censeatur dotata à patre, iuxta Do-
ctores præallegatos, Statutum namque considerat ius, & commodum reale, quod consistit in bo-
nis paternis pro † dote filiæ traditis, non autem 48
actum nudi ministerij, quod præstatur per fratrem,
soluendo dotem ex bonis paternis, vt egregie docet
Bald. *in d. l. neque mater, num. 5. & 6. in fin. C. de Iur.*
dot. Ex his sequitur, quod, quemadmodum filia
dotata à patre non succedit patri, ita & dotata
† à fratre, excludatur itidem ab hæreditate patris, 49
quia ex eius bonis fuit dotata, vt bene per Odd.
consil. 86. num. 2. & 3. & hinc assequimur Statuentes,
cum mysterio in parte excludente non meminisse,
nec de fratre, nec de nepote ex filio, sed solum de
patre, matre, vel patruo, quia pro vno, & eodem
habuerunt Statuentes, quod filia fuerit dotata à
patre, vel à filio, seu à nepote, præsupposuerunt
enim istos fere semper dotare ex bonis paternis, &
ideo itidem semper excluserunt ab hæreditate patris, siue à patre, siue ab illius descendentibus fœ-
mina fuerit dotata; statutorumque † dispositiones 50
referri debent ad id, quod frequentius contingit,
ad *l. nam ad ea, ff. de legib.*

Si verò, frater ex propriis bonis (quòd de rarò
contingit) nempe ex peculio castrensi, † seu alio 51
simili dotasset sororem, hoc casu exclusa quidem
censebitur ab hæreditate fratris, quia ex bonis propriis dotauit, non autem exclusa erit ab hæreditate patris, vel aliorum, qui non dotarunt, hoc
enim suadet illa iuris æqua interpretatio, quod
singula singulis referantur, & quod fœmina exclusa censeatur tantùm ab illa hæreditate, in qua ha-
buit † recompensam, scilicet dotem acceptam à 52
defuncto, & huiusmodi statuta excludentia fœminas dotatas sic interpretanda sunt, † vt fœminæ 53
non succedant dotantibus, Odd. *d. consil. 86. num. 3.*
Manent. *consil. 4. num. 19. lib. 1.* cum aliis; & ita in hac
parte statutum Narniæ intelligit Corn. *d. cons. 305.*
num. 3. versic. confert. &c. lib. 4. & *ibidem* post Afflict.
tradit Thes. *d. decis. 63. num. 8.* Et potius admitti debet suppletio verbi, quàm hoc magnum absurdum,
† quod à Doctoribus etiam iniquum appellatur, 54
vt fœmina ab vno dotata, excludatur à successione alterius non dotantis, ad quam de iure erat
vocata.

Non obstat, quod ab hæreditate patrui excludat
fœminam, ne dum ob existentia filiorum eiusdem
patrui; sed etiam fratris ipsius patrui, ibi, *& patruo*
subsint filij, vel ex fratre talis patrui maritantis existerent filij masculi, vnde, qua ratione excluditur filia
fœmina ab hæreditate patrui ob existentiam filij
fratris eiusdem patrui, ita ob existentiam fratris exclusa censeatur ab hæreditate alterius fratris; quoniam non æqua est ratio inter fratrem & patruum,
† frater enim est in primo gradu, patruus verò in 55
secundo, & minus † debita est successio patrui, quàm 56
fratris, atque frater in subsidium † tenetur dotare 57
sororem, Bald. *in l. fin. C. de dot. promiss. num. 9.* Siluan.
cons. 13. num. 9. Barbos. *in l. 1. part. 4. num. 128. ff. solut.*
matrim. Thes. *decis. 192. num. 7.* non autem † patruus 58
neptem ex fratre, secundùm opinionem aliquorum, Alexand. *cons. 66. num. 3. lib. 4.* Rip. *in l. prima,*
num. 86. ff. solut. matrim. Rom. *cons. 413. num. 6. & aliorum.* Præterea semper vrget motiuum, quod statutum non excludit fœminam ab hæreditate cuiuscumque patrui, sed patrui dumtaxat maritantis, &
obiectum fortasse intraret, si Iacobus frater dotasset
Helenam, & Magdalenam.

Non obstat, quod bona Iacobi sint eadem materialiter, quæ erant bona Andreæ patris, & ideo,

cum statutum excludat à bonis Patris, intelligatur, & ab his bonis, quæ in Iacobum deuenerunt, exclusisse fœminas; quia non considerantur ampliùs tanquam bona paterna, & illicò sequuta aditione
59 Iacobi, † effecta sunt bona eiusdem, resoluto penitus pristino statu, vt *in l. 1. §. veteres, ff. de acquir. possess.* Batt. *in l. fin.* §. 1. *num.* 1. *&* 3. *ff. ad Tertullian.* & in his terminis Fab. de Anna *consil.* 45. *num.* 73. Et rectè dixit Corn. *consil.* 97. *num.* 9. *lib.* 1. *& consil.* 305. *num.* 6. *lib.* 4. quod regulariter ab intestato succedi-
60 tur per quotas, † vel in vniuersum, non autem per genera bonorum, quia origo bonorum non attenditur, sed status de tempore delatæ successionis, vt latè fuit in prima decisione firmatum, & in terminis statuti Narnien. hoc idem dixit Capr. *dict. consil.* 73. *num.* 4.

Denique non obstat, quod illud verbum, *maritantis*, non importet dotationem, sed solùm collo-
61 cationem in matrimonium, † cum & matrimonium esse possit sine dote, vt per Brun. *de statut. exclusio. art.* 6. *quæst.* 18. *num.* 184. Quoniam, cum regulariter,
62 & vt plurimum, matrimonium † non soleat esse sine dote, statutum referri debet ad id, quod frequen-
63 tiùs † contingit, non autem ad casum insolitum, *d.*
64 *l. nam ad ea, ff. de leg.* Et quod verbum, † *maritare*, soluatur in dotationem, dixerunt Iscroia, relatos à Bruno vbi suprà. Gabr. *consil.* 140. *num.* 25. *lib.* 2. Bardellon. *consil.* 4. *num.* 90. *&* 95. *in fin.* Bellon. iun. *consil.* 74. *num.* 41. & Corn. *dict. consil.* 306. *num.* 6. *&* 8. *lib.* 4. intelligit verbum illud statuti, *maritantis*, pro verbo, *dotantis*, & necessariò sumi debet hæc interpretatio, quia exclusio ab hæreditate est cor-
65 respectiua † ad dotem, & quod puella fuerit in matrimonio collocata sine dote, non æquiualet exclusioni hæreditatum, & faciunt tradita per Bardellon. *d. consil.* 4. *num.* 94. Et demum nec constat, quod Iacobus, de cuius hæreditate modò agitur, in matrimonium collocauerit Magdalenam, & Helenam, sed pater ipse collocauit, vnde nullo modo suffragantur verba statuti, *Patrui maritantis*, &c. Neque sat fuisse sorores in matrimonio collocatas, & do-
66 tatas fuisse, quia, vt dictum est, † opus erat, quod à Iacobo, de cuius hæreditate agitur, fuissent dotatæ, vt per Bald. *in d. l. neque mater, num.* 5. *&* 6. *in fin. C. de iur. dot.* Surd. *consil.* 45. *num.* 36. *& seqq.* Manent. *consil.* 4 *num.* 19. *lib.* 1. Et hoc idem importat genitiuus ille statuti, *talis patrui maritantis*, infert enim, quod defunctus ipse, de cuius hæreditate agitur, dotauerit fœminas, &c.

Et ita, vtraque parte informate, vnanimiter Domini steterunt in decisis.

a Est decisio 247. part. 5. recent.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana fideicommissi de Cinciis.

Die Veneris 19. *Aprilis* 1630.

ARGVMENTVM.

Bona ab hæredibus acquisita, quando dicantur acquisita, seu empta nomine potius proprio, quàm hæreditario. Præsumptio subtractionis bonorum hæreditariorum, quando intret in hærede.

SVMMARIVM.

1. *Bona empta per hæredem, quando dicantur hæreditaria effecta.*
2. *Bona empta ab hærede pro se ipsis, & eorum hæredibus cum clausula, ad habendum, censentur empta nomine proprio, non autem nomine hæreditatis.*
3. *Ex inuentario probatur an bona aliqua aderant in hæreditate.*
4. *Confessio testatoris non solum probat contra hæredem, sed etiam contra hæredem hæredis.*
5. *Præsumptio subtractionis semper intrat in hærede, donec non reddit rationem de bonis hæreditatis.*
6. *Bona mobilia præsumuntur esse in notabili quantitate, & qualitate stante nobilitate, & dignitate testatoris.*

DECISIO LIX.

PEr binas resolutiones a emanatas coram Illustrissimo D. meo Cardin. Virili firmatum fuit D. Ludouico Cincio vocato ad fideicommissum Petri Hieronymi dandam esse immissionem in possessionem domorum, & censuum, de quibus agitur, non obstante quod pro parte hæredum Olimpiæ, (quæ fuit hæres grauata d. Petri Hieronymi) prætenderetur retentio, vel restitutio scut. 1100. per eandem Olimpiam solutorum pro ære alieno antedicti Petri Hieronymi fideicommittentis: quia cum ipsa occasione retrouenditionis censuum hæreditariorum dicti Petri Hieronymi receperit scut. 731. baioc. 50. ac ad eius manus peruenerint iocalia, & mobilia eiusdem Petri Hieronymi, quæ simul excedunt prædictam quantitatem scut. 1100. præsumitur ex iis integraliter satisfacta.

Verum quia pro parte dd. hæredum nouissimè allegabatur dicta scut 731. baioc. 50. fuisse ab eadem Olimpia reinuestita ad commodum hæreditatis d. Petri Hieronymi, itaut propterea dici non posset, quod ipsa ex dictis pecuniis fuerit satisfacta, placuit Dominis pro tertia vice dictis hæredibus audientiam concedere. Vnde reproposito à me dubio, an esset standum, in bis resolutis, Domini affirmatiuè responderunt.

Nam licet hodie pro parte dictorum hæredum dentur plura instrumenta censuum in totum scut. 712. in sorte, qui prætenduntur acquisiti ex pretio aliorum censuum per Olimpiam alienatorum, non propterea sequitur, quod sint hæreditarij Petri Hieronymi, quia non † constat fuisse acquisitos, etiam 1
nomine dictæ hæreditatis prout necessariò requiritur. Peregrin. *consil.* 31. *num.* 18. *lib.* 4. Rota *in Anconitana censuum coram bon. mem. Buratto, relat. post tract. de cens. decis.* 98.

Non obstat, quod dicta instrumenta cantent ad fauorem hæredum Petri Hieronymi, quia aduerterunt DD. ex dictis censibus duos solum vnum scut. 100. venditum à Capitaneo Balthassare Chrispolto 2. Iunij 1612. alterum vero scutorum 100. venditum à Fantaiuto 18. Iunij 1616. fuisse acquisitos nomine hæreditatis, & pro omnibus quorum interest, cæteri vero fuerunt acquisiti ab hæredibus d. Petri Hieronymi pro se ipsis, & eorum hæredibus † cum 2
clausula (ad habendum) vnde censentur acquisiti nomine proprio, non autem nomine hæreditatis. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 44. *num.* 28. *in primo, & dict. consil.* 31. *num.* 11. *vers. secundum casus, & num.* 16. *in fin. lib.* 4. Menoch. *consil.* 213. *num.* 23. Rota *in prædicta*

dicta Anconitana censuum coram bon. mem. Buratto.

Circa ea, quæ replicabantur de non existentia
iocalium, & mobilium, placuit DD. responsio data
3 in decis. quæ reuidetur, illam scilicet probari † ex
inuentario facto à Monaldo iuncta assertione facta
Petro Hieronymo fideicommittente in suo testa-
4 mento, † quæ nedum probat contra Olimpiam hæ-
redem, verum etiam contra illius hæredes. Cephal.
consil. 386. *num.* 29. Decian. *consil.* 76. *num.* 16. *vers.* 2.
lib. 3. *cum alijs in dd. decis. citat.* & licet const. solum
de pretio retracto ex iocalibus scut. 216. baioc. 75.
& non de pretio mobilium, tamen donec de dictis
5 mobilibus reddatur ratio semper militat † præsum-
ptio subtractionis in maiori quantitate, quam im-
portet residuum dd. scut. 1100. vt fuit sæpiùs dictum
in Maceraten. legitima 14. *Aprilis* 1627. *coram R.P.D.*
6 *meo Vbaldo*, inspecta † præcipuè qualitate, & statu
Petri Hieronymi diuitis, & nobilis, ex quibus aliàs
Rota quantitatem mobilium fuit arbitrata *in Perusin. de Alphanis* 20. *Decembr.* 1621. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et ita vtraque, &c.

[a] Idest, sub diebus 8. Iunij 1628. & 9. Iunij 1629. prima est decisio 184. part. 1. altera verò est decisio 274. part. 7. & in d. part. 1. habetur alia decisio in eadem sua causa sub die 19. April. 1630. coram eodem R.P.D. Dunozetto est in ordine decis. 368.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana redditionis rationis.

Die Mercurij 16. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Tutor, si soluat indebitum, non pupillis, sed ipsi imputari debet, itaut eis tenetur soluere summam indebitè solutam. Tutor, quando soluendo debitum pupillorum, possit agnoscere bonam fidem erga creditorem, Tutor debita tantùm soluere debet.

SVMMARIVM.

1. *Scriptura priuata si contineat inuerisimilia, non est credendum.*
2. *Consuetudo est inter Laniones Vrbis non conficiendi scripturam inter eos, & eorum famulos, sed eis tantùm intra certum quid tempus soluunt salarium.*
3. *Pecunias alicuius, si quis in sua potestate habebat, dato, quod iste esset illius creditor, intrat præsumptio, quod de huiusmodi pecunijs, sibi ipsi satisfecerit de suo credito.*
4. *Tutor soluendo debitum pupillorum licitè, potest agnoscere bonam fidem.*
5. *Quod intellige, quando debitum stante scriptura priuata, seu publica, aut confessione; aut testibus, vel denique sententia iudicialiter lata, nullo modo tergiuersari potest.*
6. *Tutor non potest plus dare legatario, quàm testator ei reliquit.*
7. *Frater non tenetur dotare filiam fratris, vel sororis.*
8. *Tutor munera nuptialia missa agnatis pupillorum ipsis pupillis imputare non debet.*
9. *Legatum, quando est solutum in vita testatoris, legatum ipsum censetur a emp[illegible]um*
10. *Testator non præsumitur voluisse duplicare legatum.*
11. *Tutor, quod non est debitum, soluere non debet.*

DECISIO LX.

Quæsitum fuit, an sententia A. C. condemnans hæredem tutoris ad soluendum pupillis summam scutorum 1615. monetæ esset confirmanda, & die 25. Februarij præteriti Domini firmarunt partitam scutorum 814. ratione salarij ponendam esse ad creditum tutoris, & consequenter à summa prædicta esse detrahendam. Hodie verò prosequendo disputationem censuerunt sententiam prædictam esse confirmandam quoad summas hic expressas, quarum partitæ pupillis imputare non debent.

Nam de summa scutorum 725. quæ tutor scripsit
soluisse vti debita institori patris defuncti nulla ra-
tio haberi debet, quia huiusmodi scripturæ, cùm sit
† priuata propter inuerisimilia, quæ continet, non 1
est credendum, vt in terminis dixit Bald. *consil.* 117.
num. 2. *lib.* 2. Tiraquell. qui alios refert *in l. si vnquam, in præfat. num.* 52. *C. de reuoc. donat.* non enim est verisimile, quod siue is fuerit famulus, siue fuerit socius defuncti in exercitio Macelli, summa huiusmodi illi esset persoluenda, quia ipsemet institor examinatus deposuit, durante eius famulatu salaria in singulas hebdomadas, vel ad summum in singulos menses sibi à defuncto fuisse numerata, & idem cum aliis fieri solitum fuisse deponunt testes. Vnde
probatur obseruantia, quæ facit præsumi solutio-
nem pecuniarum, de quibus iidem testes † etiam 2
affirmant, non esse moris inter laniones Vrbis, vt
conficiatur scriptura, ad tradita per Corn. *consil.* 81.
num. 11. *vers. & attento quod, lib.* 4. Ioseph. Ludouic. *conclus.* 38. *vers. infertur* 144.

Quatenus verò ipse institor fuit in societate cum
idem deposuerit, penes se extitisse claues capsulæ
in qua recondebantur pecuniæ, cui depositioni con-
formia dixerunt iidem testes examinati, affirman-
tes dictum institorem administrasse rem macella-
riam, ac habuisse facultatem aperiendi, & clauden-
di arculam nummariam, inde † inducitur præsum- 3
ptio, quòd ex huiusmodi pecuniis sibi ipsi satisfe-
cerit de suo credito, *l. peculium*, *§. præterea*, *vers. nam vt eleganter*, *ff. de pecul.* Afflict. *decis.* 13. *num.* 16. Surd. qui plura congerit ad propositum *cons.* 190. *num.* 33. *lib.* 1. Seraphin. *decis.* 1455. *num* 5. *vers. in illis enim.* Gratian. *discept. forens. cap.* 129. *sub num.* 21. *vers. nam constat*, *lib.* 1. & fuit dictum *in Interamnen. legatorum* 16. *Iunij* 1615. *coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano.*

Neque obstat, quòd tutor soluendo debitum
† pupillorum licitè agnouerit bonam fidem erga in- 4
stitorem, cum nemo id facere prohibeatur *l. quoties. §. sicut, in fin. ff. de administr. tutor. l. si rem quam, in princip. ff. de euict.* Mantic. *decis.* 339. *num.* 7. Quia conclu-
sio procedit quando debitum stante † scriptura pu- 5
blica seu priuata fidem faciente, aut confessione, vel testibus legitimè receptis, vel denique sententia iudicialiter lata, nullo modo tergiuersari potest, per ea, quæ dixit Rot. *in Romana de Ruspolis* 5. *Iulij* 1599. *coram bon. mem. Litta.*

Minùs admittenda est partita vnius summæ scu-
torum 21. & alterius scutorum 28. 51. quæ tutor si-
militer in libro tutelari scripsit impendisse pro serui-
tio † Cæciliæ neptis testatoris ex sorore, tum quia 6
ipse testator postquam ei legauit scuta 300. ad aliud

7 minimè tenebatur, nec vllo iure reperitur cautum,
quod frater teneatur dotare filiam fratris, vel soto-
ris. Rip. *qui alios allegat. in l.1. num.86. ff. solut. ma-*
trim. & hoc petere ex text. *in l. neque mater. C. de iur.*
dot. tradit Alexand. *consil. 66. sub num.2. lib. 4.* tum
8 etiam quia tutor munera † nuptialia missa agnatis
pupillorum, ipsis pupillis imputare non debet, *l.tu-*
tor secundùm, §. in soluendis, vers. neque nuptiale, de ad-
ministr. tut. & in l.1. §. sed & si munus nuptiale, ff. de
tutel. & ration. distrah. Escobar *de ratiocin. cap. 22.*
num.47. ver. non tamen tutor.

Neque prædictis pupillis imputari debet summa
scutorum 100. quæ testator reliquerat Margaritæ
filiæ ipsius tutoris, cùm ex eodem libro tutelari con-
stet ea fuisse per eumdem testatorem adhuc viuen-
tem soluta ipsi Margaritæ dum nupsit, vnde orta
postmodum iudiciali controuersia fuit lata senten-
tia absolutoria pupillarum, quia per solutionem le-
9 gati † factam in vita testatoris legatum ipsum cen-
setur ademptum, *l. Lucius Titius. ff. de legat. 2. l. filia*
10 *legatorum, C. de legat.* neque præsumitur † quòd te-
stator illud voluerit duplicare, *l. Seia, ff. de aur. &*
arg. legat. Rot. *coram san. mem. Gregor. XV. 236. num.1.*
cum seqq.

Nulla similiter habenda est ratio scutorum 24.
quibus idem tutor etiam scripsit se reluisse alterius
pignora, neque scutorum 17. exactorum à debito-
ribus pupillarum in tot vino, quia respectu primæ
summæ non constat huiusmodi pignora fuisse He-
bræis tradita pro debito hæreditatis, vel in vsum
11 pupillarum, & quod non est debitum, † tutor sol-
uere non debet, *d. l. tutor secundum, §. in soluendis,*
ibi, ne cui non debitum soluat, *ff. de administr. & pe-*
ric. tut. Respectu verò secundæ summæ non erat po-
nenda ad debitum tanquam erogata in emptionem
vini, nisi etiam posita esset ad creditum tanquam
exacta ex creditis pupillorum. Denique visum fuit
Dominis ex summa scutorum 36. pro oleribus, seu
lactucis emptis in vsum pupillorum in libro tute-
lari descript. tertiam partem adimendam esse.

Et ita vtraque parte fuit decisum.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana fideicommissi de Epis.

Die Veneris 21. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Manutentio concedi debet ei, qui doceat de sua possessione exigendi, vel ex pluribus solutionibus titulo præambulo confirmatis, vel ex confessione partis aduersæ, nec retardatur exceptione fideicommissi.

SVMMARIVM.

1. *Manutentio competit probanti suam possessionem exigendi, vel ex solutionibus pluries factis, ea vim tituli præambuli, vel ex confessione partis aduersæ, num. 2.*
3. *Exceptio fideicommissi tanquam ea, quæ altiorem indaginem requirit non admittitur in iudicio manutentionis.*
4. *A bonis maternis tanquam à diuersis non infertur ad bona paterna.*
5. *Legitima grauari non potest onere fideicommissi.*
6. *Pater adijciens fideicommissum in bonis filio relictis non præsumitur voluisse filium grauare in legitima, nisi hoc expressè dixerit.*

DECISIO LXI.

Ex testamento Melchioris de Epis, & ex lege data in eodem testamento, inuestiri debebant scuta mille, & quingenta ex pecuniis illi debitis pro dote materna super pretio casalis venditi Laurentio Rogerio, vt ex eiusdem inuestimenti, & pecuniarum fructibus soluerentur quotannis scuta sexaginta pro dote vnius puellæ, & nominauit idem Melchior exequutorem huius suæ voluntatis Lucam Antonium de Fabiis, qui ex facultate, quam habuit ab eodem testatore reliquit ius nominandi puellas Societati S. Mariæ de Carmine, & Archiconfraternitati Sanctissimi Crucifixi, habuit exequutionem testamentum, & Rogerius debitor pretij Casalis, consentiente hærede Melchioris, soluit semper ea scuta sexaginta, vt docuit Archiconfraternitas ex pluribus solutionibus sibi factis; sed cum anno 1617. solutum fuisset à Rogerio integrum pretium Casalis, illud inuestitum fuit simul cum aliis pecuniis, è quibus emptus fuit annuus census à Dominis de Naris pro summa scutorum decem millium, & ex hoc etiam inuestimento exigit Archiconfraternitas summam scutorum sexaginta, cum quibus dotauit puellam quotannis iuxta mentem testatoris; cum autem Ludouicus hæres substitutus Melchiori ex fideicommisso Bartholini illius patris commisisset in Rota causam iactationis, Domini de Naris cœperunt apud Sacrum Montem Pietatis deponere pecunias, quas aliàs soluerant vtrique societati; vnde petiit societas Crucifixi manuteneri in sua possessione, & disputatio hodie dubio Domini affirmatiuè, & pro eadem societate responderunt.

Non enim poterat negari possessio Archiconfra-
ternitatis, & illa eam ostendebat, tam ex solutio-
nibus sibi factis, quæ poterant satis esse in hoc iu-
dicio, cum essent numero † plures; & confirmaren- 1
tur ex titulo, qui oriebatur ex testamento Melchio-
ris, ex notatis per Ripam *in cap. cum Ecclesia Sutri-*
na, num.55. de caus. possess. & propriet. & in l. natura-
liter, §. nihil commune, num. 100. ff. de acquir. possess.
Bald. *in l. data opera, num. 69. C. de his qui accus. non*
poss. Rot. *decis. 17. num. 1. part. 2. diuers. & coram*
Gregor. decis. 412. num.2. quàm ex confessione par-
tis, quia in instrumento census, quem Domini de
Naris imposuerunt, & vendiderunt Ludouico vti
hæredi Melchioris, acceptauit idem Ludouicus con-
ditionem, quæ continebatur in illius testamento,
vt soluerentur dotes puellarum ex pretio scutorum
mille, & quingentorum, quorum creditor erat oc-
casione dotis maternæ; & hæc etiam † confessio 2
poterat satis esse in hoc iudicio, vt notant Doctores
in cap. cùm venissent, de in integr. restit. & *ibi* Innoc.
num.2. Imol. *num. 21.* Rot. *decis. 561. num.2. part.1.*
recent. & coram Gregor. decis. 365. num. 1. & decisio-
ne 458. num.6.

Neque obstare poterat fideicommissum Bartho-
lini, quòd adductum fuit pro Ludouico, quia hæc
exceptio fideicommissi non solet admitti in hoc iu-
dicio possessorio, tanquam ea, quæ † videtur requi- 3
rere altiorem indaginem, vt notant Doctor. *in l. vlt.*
C. de edict. D. Adrian. & *ibi* Bart. *num. 22.* Decian.
num.48. Rip. *in rubr. ff. de pign. num.19.* Menoch. *de*
adipiscend. possess. remed. 4. num. 558. & num. 630.

Præterea

Præterea nihil obstare poterat idem fideicommissum, quia inuestimentum, quod Melchior fieri præceperat, factum fuit ex pretio casalis, super quo consistebat pars dotis maternæ, quæ tanquam proprium patrimonium matris Melchioris nihil commune habebat cum † bonis, ex patrimonio Bartholini illius patris, argum. text. *in l. 3. § sed utrum, ff. de minor. 25. annorum*, & tradit Aymon *consil. 39. num. 4.* Socin. sen. *consil. 25. num. 20. lib. 1.* Menoch. *cons. 238. num. 4. & consil. 286. num. 28.* Et quamuis casale esset in hæreditate patris, adhuc dispositio Melchioris sustineri poterat ratione legitimæ, † quæ non potuit grauari eo onere fideicommissi, vt notatur *in l. quoniam in prioribus, & in l. scimus, §. cum autem, C. de inoffic. testam. & in l. si pater, & ibi gloss. C. de instit. & substit.* & talis etiam præsumi debebat fuisse voluntas patris, dum non constabat de contraria illius voluntate, quod † voluerit grauare filium in legitima, argum. text. *in l. si pater, ff. quæ in fraud. credit.* & tradit Decian. *in consil. 81. num. 1. & in consil. 118. num. 3.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 4.*

4

5

6

Et ita, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana fideicommissi de Guidis.

Die Veneris 28. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius potest agere contra hæredem grauatum, vt sibi restituat hæreditatem, quamuis habeat alios anteriores in gradu, quibus ipse ex substitutione facta à testatore succedere debet in fideicommisso, si habeat cessionem ab anterioribus vocatis.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissarius si habeat cessionem ab anterioribus agere potest, vt sibi fiat restitutio hæreditatis, quam debet recipere nomine cedentis, & postea retinere poterit iure proprio ex vtilibus actionibus, quæ continentur etiam in cessione.*
2. *Idem facere poterit ex vi delegationis, quæ etiam continetur in cessione, ex qua cogere poterit hæredem, vt restituat hæreditatem fideicommissario ad propriam vtilitatem.*
3. *Identitas personarum ex quibus probetur, item ex quibus probetur identitas bonorum, num. 6.*
4. *Exceptio, tu habes parem in gradu, non potest proponi à possessore contra vocatum, aut venientem ex illius persona, cum illa respiciat ius tertij.*
5. *Præsumptio iuris, vt non viuat persona, à qua alter excluderetur, iuuat ipsum actorem, quando reus non opponat existentiam, aut mortem talis personæ.*
7. *Confessio in alio iudicio, & ad alium effectum facta, imò etiam extraiudicialis impugnari nequit, si præsumptionibus, & adminiculis iuuetur.*

DECISIO LXII.

POst vltimam decisionem, quæ facta fuit in hac causa *sub die 25. Iunij anni præteriti*, in qua dictum fuit, quod Ioan. Lucas de Fabiis, & alij descendentes ex filiabus Antonij Guidi testatoris probauerant euenisse casum suæ vocationis, dubitatum hodie fuit, an illis esset concedenda immissio, & Domini affirmatiuè responderunt ex rationibus, quæ in eadem decisione, & aliis sæpiùs deducta fuerunt, quia probabatur fideicommissum ex testamento Antonij, & quod euenisset conditio, sub qua iidem descendentes ex fœminis vocati erant; nam licèt illi vocati essent in defectum omnium agnatorum, tamen habebat cessionem iurium ab iis agnatis, qui eos debebant in gradu præcedere.

Ex qua cessione sublata erant omnia, quæ in hac disputatione repetebat Franciscus de Alexandris, cui tanquam reo, & possessori satis erat quocunque modo excludere hos substitutos; ex ea enim cessabat, tam illa exceptio, vt adessent alij anteriores in gradu, (quæ exceptio dicebatur probata ex sententia A.C. lata contra eosdem descendentes ex fœminis, qui hodie agunt) quàm alia, vt posset Franciscus proponere eandem exceptionem, dummodo videbatur respicere, & concludere non ius agentis; nam licèt ex ea sententia, quæ tamen non iustificabatur ex actis, videretur desumi probatio huius existentiæ, tamen non poterat suffragari Francisco, quia hi descendentes poterant obtinere ex persona eorum, quorum fauore dicebatur extitisse conditio eiusdem fideicommissi, à quibus ipsi habebant cessionem, siue id contingeret propter exercitium directarum actionum, † quod eis dabat eadem cessio, 1 cum ex iis actionibus obtinere possent, vt sibi fieret restitutio hæreditatis, quam recipere habebant nomine cedentis, & postea ex vtilibus actionibus iure proprio retinere, vt tradit Angel. *in l. si vsufructus, ff. de nouation.* Bart. *in l. quis ita, §. 1. ff. ad Senat. Consl. Trebell. & in l. si stipulatus, 76. num. 7. ff. de verb. obligat.* Alexand. *super ead. l. num. 8. & in l. apud Iulianum, §. verùm, num. 1. ff. ad Trebell.* & *ibi* etiam Imola *num. 10. vers. in ea glossa*, siue hoc procederet ex delegatione, † quam habebat occasione eiusdem cessionis, ex qua poterat cogere hæredem, vt restitueret 2 hæreditatem fideicommissario, ad propriam tamen vtilitatem, vt probat text. *in l. seruo inuito, §. vltim. ff. ad Trebell.* & tradit Cagnol. *in l. 2. num. 39. C. de pact.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 31. num. 33.* Gabr. *consil. 121. num. 48. & 49. lib. 1.*

Neque Domini dubitarunt, an illi, qui approbati fuerunt in sententia tanquam de agnatione testatoris, essent iidem, qui iura sua cesserunt fauore horum descendentium ex fœminis, prætet vnum Vincentium, cuius mors probata fuit; cum appellarentur eisdem denominationibus, † quæ fuerunt 3 expressæ in sententia, nimirum patris, patriæ ac duplici cognomento familiæ Berniæ de Guidis, quæ satis esse poterant ad probationem identitatis personarum, ex doctr. Batt. *in l. demonstratio, ff. de cond. & demonstrat.* & tradit Menoch. *de præsumpt. præsumpt. 15. num. 40. & 45. lib. 5.* Præsertim in vna eademque agnatione, & familia, vt considerauit Cephal. *consil. 90. num. 17. lib. 1.* Viui. *decis. 324. num. 1. lib. 2.* Imò ex iis probatur aliud fundamentum decisionis, quia cum ex vocatis, & quorum fauore impleta erat conditio † fideicommissi, adessent, qui 4 illud peterent, non poterat Franciscus eos excludere, aut venientes ex illorum persona. Licèt enim probarentur alij existere præter eos, quos declarauit sententia esse de agnatione testatoris, quod tamen nunquam probatum fuit, tamen non poterat negare Franciscus restituere fideicommissum iis, qui illud

petebant, cum hæc exceptio, vt adsint alij pates in gradu, tanquam respiciens ius tertij non possit proponi a possessore, vt tenuit Rot. *in Tiburtina Castri S. Angeli 26. Nouembr. 1616. & in Viterbien. fideicommissi 4. Decembris 1624. coram Cardin. Sacrato, & nouissimè in Romana domus, & Saluiani 23. Ianuarij, & 18. Martij 1630. coram R. P. D. meo Quippo.* Et poterat etiam probabiliter dubitari, an existentia horum agnatorum esset probata, dum illa nunquam fuit iustificata ex actis; sicut etiam dubitari poterat, an illa obesse deberet descendentibus fœminarum,

5 quia eum illi non opponerent existentiam eorumdem agnatorum, neque se fundarent in eorum morte, iuuari poterant præsumptione iuris, vt non superessent alij agnati, aut descendentes ex masculis, à quibus ipsi excluderentur, vt tradit Ripa *in l. ex facto, § si quis autem, num. 9. ff ad Senat. Consult. Trebell. & in l. in illa, num. 26. ff. de verb. obligat.* Cassan. *consil. 19. num. 11.* Put. *decis. 43. lib. 1.* Rot. *decis. 862. num. 1. part. 3. diuers. & decis. 436. part. 1. recent.*

6 Non etiam poterat dubitari de † identitate bonorum, super quibus petebatur immissio, quia datæ fuerunt acquisitiones omnium corporum factæ à testatore, & primò ex tribus domibus, quæ hodie à Francisco possidentur, deponebant testes examinati in causa de duabus, quod illæ possessæ fuerunt ab Antonio, & deinde à Ioan. Baptista illius filio, ac patre Antonij iunioris, à quo ipse Franciscus causam habet, expressis omnibus illarum finibus; tertia verò, quæ est sub proprietate Dominotum de Sorbellonibus probabatur ex eisdem testibus eodem modo possessa à testatore, prætetea ex libro Domini directi, ex quo apparebat illam primum concessam fuisse Antonio seniori, & per aliorum successorum manus deriuatam hodie possideri à Francisco. Præterca probabatur hæreditarius census scutorum quadraginta quatuot, cum ille emptus fuisset ex pretio vineæ hæreditariæ, & expressè in illius locum subrogatus. Tertiò probabantur prouenire ab eodem fideicommisso loca viginti septem Montium, ex quibus sexdecim erant Montis Fatnesij, vndecim Montis Sixti secundæ erectionis, nam in mutatione literarum patentium, quam idem Franciscus curauit fieri ad sui fauorem tanquam hæres Antonij expressè reseruatæ fuerunt omnia onera, & conditiunes fideicommissi Antonij Guidi senioris, quod etiam confessus fuit idem Franciscus, dum tanquam tutor Antonij negauit illum esse hæredem Ioannis Baptistæ patris, aut alia bona possidere, ex fideicommisso, & dispositione aui, quam confessionem non

7 poterat hodie impugnare † Franciscus, quasi illa facta fuisset in alio iudicio, aut ad alium effectum, nimirum contra creditores pupilli, cum confirmaretur aliis præsumptionibus, & adminiculis, quo casu probare solet etiam confessio extraiudicialis, vt tenuit Rota apud Achill. *in decis. 1. de confess. & in decis. 177. num. 4. part. 2. diuers.* & fuit dictum *in Romana Laudi seu participationis 17. Aprilis 1617. coram bon. mem. Buratto.*

Et ex his dixerunt Domini dandam esse immissionem, quam hodie petunt hi descendentes ex filiabus Antonij testatoris pro indiuiso, & saluo iure detractionum, quæ competerent Antonio authori Francisci ex persona Ioan. Baptistæ sui patris, & filij testatoris, cum probatum esset fideicommissum, & casus successionis fauore eorumdem descendentium, ac demum possessio testatoris super iis bonis, super quibus petitut immissio, quæ solùm solet existimari necessaria ad effectum obtinendi in hoc iudicio, & interdicto possessorio, vt notatur *in l. vlt. C. de edict. D. Adrian.* & tradit *ibi* Bart. *num. 9. & 11.* Menoch. *de adipiscead. possess. remed. 4 num. 56.*

Et ita, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Firmana fideicommissi de Carradoris.

Die Mercury 11. Nouembris 1630.

ARGVMENTVM.

Verba posita in substitutione, quando nequaquam sunt etiam ad institutionem referenda. Fœminæ, si sint vocatæ, deficientibus masculis, quando dicatur factus locus huic vocationi.

SVMMARIVM.

1. *Verba, quando ad immediatè cohærentia tantùm referenda sint.*
2. *Verba in substitutione, non sunt referenda ad institutionem, si dicta relatio commodè fieri non possit.*
3. *Per mortem filiarum, quando dicatur purificatum fideicommissum ad fauorem filiarum, &c.*
4. *Verba subsequentia non est incompetens, vt declarent præcedentem substitutionem, & simul augendo ponant nouam successiuam vocationem.*
5. *Fideicommissum dicitur conditio.*
6. *Verbum, deficientibus, ex sui propria natura successiuam deficientiam per mortem, & vocationem per fideicommissum significat.*
7. *Vocatio alicuius per fideicommissum, quando clarè pateat.*
8. *Clausula, & omni meliori modo, vertit etiam vulgarem substitutionem in fideicommissariam.*
9. *Testator, si disposuerit, quod filia fœmine succederent deficientibus masculis, inter masculos resultat reciproca substitutio.*
10. *Et idem est, ac si dicta substitutio, facta esset vltimo, in toto eo, quod eis fuit relictum, & vide num. 11. & 12.*
13. *Fœmine, si sint vocata deficientibus masculis, non succedunt decedente quolibet ex masculis, sed expectanda est mors omnium.*
14. *Verba illa, deficientibus masculis fœminæ succedant, intelliguntur discretiuè, & non comunitiuè, & sic sufficit decessisse filios masculos testatoris, licèt adsint filij filiorum, nam tunc fœmina intrant.*
15. *Et hoc sine dubio est verum in transuersalibus, & amplia num. 16.*

DECISIO LXIII.

Coram bon. mem. Butatto, sub die 10. Martij 1623. fuit in hac causa resolutum, constare de fideicommisso Mariæ eiusque purificatione ad fauorem Ludouicæ filij Accursij, & sororis Baptistæ, nisi obstaret superextantia Iosephi. Proponente me eausam super eisdem, & super reseruatis sub die 5. Martij 1629. DD. procedendo distinctè dixerunt, Ludouicam hodie non posse agere ad portionem Iosephi, nec ad portionem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad filios Ludouici, sed posse agere ad portionem eorumdem Lelij, & Philippi, quæ peuenit ad Baptistam,

ptistam, de portione verò Accursij mandarunt par-
ticularitet videri. Concessa partibus super eisdem
audientia, causa (vt faciliùs discuteretur) per articu-
los diuisa, placuit DD. vt priùs videretur, an Lu-
douica posset agere ad portionem Lelij, & Philippi
patruorum, quæ peruenit ad Baptistam, itaut circa
hoc esset standum, vel recedendum à decisis, quo
dubio proposito DD. steterunt in hac parte in de-
cisis coram bon. mem. Buratto, & coram me.

Mouebatur, quia verba (ac etiam adiecta condi-
tione, quod deficientibus masculis fœminæ succe-
dant non solùm modo prædicto, sed etiam alio me-
liori modo) non referuntur ad institutos, sed ad fi-
lios Accursij, & Ludouici discretiuè substitutos, vt
in dicta decisione coram me firmatum fuit tanquam
1 immediatè cohærentia dictæ substitutioni filiorum,
ex allegatis *in ea*, & per Surd. *consil.*315.*sub num.*9.
& 10. & quia distinctio, & relatio commodè fieri
2 † non potest circa institutos, vt in eadem decisione,
& post alios Surd. *d. consil.* 315. *num.*9. & ex aliis in
ea consideratis, quæ DD. placuerunt.

Nec potest inde fieri, vocationem filiarum fœ-
minarum fuisse restrictam ad idem tempus vocatio-
nis filiorum masculorum, imò per dicta verba, DD.
3 concluserunt † filias fœminas Accursij, & Ludoui-
ci fuisse discretiuè per fideicommissum vocatas post
mortem filiorum masculorum cuiusque, atque ita
per mortem Baptistæ vltimi filij Accursij, quoad
portionem Lelij, & Philippi, quæ ad eum perue-
nerat, fideicommissum fuisse ad fauorem Ludoui-
cæ purificatum, ex rationibus in decis. coram bon.
mem. Buratto deductis, & in alia coram me con-
firmatis.

Vltra quòd prædicta restrictio clarè tollitur ex
verbis, sub quibus vocatio fœminarum concepta
legitur, nempe. Primò ex verbis ibi (ac etiam adie-
4 cta) quæ † stant augumentatiuè, & a[illegible]atiuè, &
singula ponderando firmatur in prima, & compro-
batur in secunda decisione, nec est inconueniens per
illa verba declarari præcedentem substitutionem, &
simul augendo poni nouam successiuam vocatio-
nem, *l. ea tamen adiectio, ff. de leg.*3. *& in Roman. fi-
deicommiss. de Gallis* 19. *Martij* 1596. *coram bon. mem.
Cardin. Pamph.* prout nec repugnat verbum (condi-
5 tione) † cùm & fideicommissum dicatur conditio,
*l.*1. *C. de pact.* vbi Bart. *in* 1. *not.* Fulgos. *num.*1. *in* 2.
not. Grat. *consil.*9. *num.* 24. *lib.*2. Secundò tollitur ex
6 verbo ibi (deficientibus) quòd † ex sui propria na-
tura successiuam deficientiam per mortem, & voca-
tionem per fideicommissum significat, ex allegatis
in vtraque decisione, & per Menoch. *in consil.*106.
*num.*342. Cephal. *consil.*150. *num.*15. Rimin. iun. *con-
sil.*412. *num.*73. *& seq.* Fusar. *consil.*68. *num.*4. *& con-
sil.*183. *num.*27. *in fin. &* 28. Tertiò tollitur etiam ex
verbis, ibi (non solùm modo præmisso, sed etiam
alio meliori) nam dum modo præmisso vocantur
fœminæ, & præmissus in præcedenti clausula conti-
7 net expressè per fideicommissum, clara patet voca-
tio illius per fideicommissum. Seraphin. *decis.* 934.
num. 11. cùm vigore huius clausolæ vertatur etiam
8 vulgaris ipsa † in fideicommissariam, ex allegatis
*in decis. coram bon. mem. Buratto, vers. ponderabatur,
& coram me, vers. non obstat*, & demum clausula præ-
dicta ne dum est ampliatiua, sed habet proprium
verbum dispositiuum, succedant, & orationem per-
fectam.

Non obstat, quòd ex Accursio dicantur extitisse
Felix, & Baptista, & si portionem Lelij, & Phi-
lippi pro medietate ab initio ad vtrumque perue-
nisse, & per mortem Felicis ad Baptistam. Quia vbi
hoc esset, dum testatrix voluit, quòd filiæ fœminæ
succederent † deficientibus filiis masculis, inter fi- 9
lios masculos cuiusque, & sic inter Felicem, & Bapti-
stam resultat reciproca, cùm sint vocati, & substi-
tutio facta † illis deficientibus, quod idem est, ac si 10
esset facta vltimo, & in toto eo, quòd illis erat reli-
ctum bonis diuisis in duas medietates. Ias. *consil.*33.
*num.*4. *per tot. lib.*1. Menoch. *consil.*397. *num.*12. Surd.
consil. 344. *num.* 17. qui ibi, *num.*18. confirmat reci-
procam ab absurdo ex aduerso ponderato, si dece-
dente quolibet † ex filiis masculis admitti debuisset 11
fœmina, *& in Romana seu Ferrarien. fideicommiss.*29.
Ianuarij 1626. *coram bon. mem. Buratto.* Vnde rueret
prætensio, quòd portio Felicis libera peruenerit ad
Baptistam, sed adhuc tota medietas † veniret in re- 12
stitutione fideicommissi ad fauorem Ludouicæ. Me-
noch. *præsumpt.*193. *num.*15. *&* 16. *&* 21. *lib.*4. Fusar.
*de substit. quæst.*440. *num.*15. *&* 16.

Præterea dicebant aliqui ex DD. etiam vbi pos-
set de reciproca dubitari, & Ludouica non potuis-
set fortasse admitti ad portionem Felicis viuente Ba-
ptista; tamen purificata † postea conditione defi- 13
cientiæ per mortem Baptistæ, Ludouicam admit-
tendam esse ad totum, quasi quilibet fratri substitu-
tam, suspenso effectu in tempus mortis omnium.
Ruin. *consil.*134. *num.*10. *vers. quinimò, & ad fin. vers.
sed tunc*, *& num.*11. *vers. nec obstat*, *lib.* 3. Zanch. *in
l. hæredes mei*, *§. cùm ita, num.*625. Decian. *respons.*26.
*num.*59. *lib.*2. Peregrin. *de fideicommiss. art.*13. *num.*3.

Nec facit extantia filiorum Ludouici, ex quo in-
ter lineas facta non fuit reciproca, & dicta † verba 14
(deficientibus masculis fœminæ succedant) intelli-
guntur discretiuè, & non coniunctiuè, sicque suffi-
cit defecisse filios masculos Accursij, vt admittatur
Ludouica illius filia, & non linea Ludouici, vt Rota
in vtraque decisione intellexit; & per Mantic. *de
coniectur. lib.*7. *tit.* 5. *sub num.* 17. *vers. sed multum*,
† vbi dicit esse sine dubio in transuersalibus, de qui- 15
bus hic agitur. Fusat. *de substit. quæst.* 379. *num.*45.
& 56. Rota *decis.*316. *num.*4. *part.*1. *recent.* præcipuè
cùm præcedens substitutio † diuisa fuerit in stirpes, 16
& duas medietates, istaque habeat verba, modo
prædicto. Crauett. *consil.*68. *num.*12.

Aliis obiectionibus visum fuit sufficienter re-
sponsum in dictis duabus decisionibus, quas in ista
positione DD. confirmarunt.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. MERLINO.

Camerinen. hæreditatis.

Die Veneris 21. *Februarij* 1631.

ARGVMENTVM.

Institutus post mortem vsufructuarij, cen-
setur purè, & liberè institutus, ita quòd
potest hæreditatem transmittere, licet
prædecedat vsufructuario, & solum du-
rante vita vsufructuarij suspenditur ei
petitio vsusfructus, in gratiam, & vtilita-
tem eiusdem vsufructuarij.

Rota secuta est pluries hanc singula-
rem decisionem, & præsertim eam ca-
nonizauit coram Reuerendiss. P. D. Coc-
cino

cino Decano in Romana bonorum 4. Iulij 1631. vbi habetur, quod ista est doctissima decisio more solito istius Auditoris.

SVMMARIVM.

1. Mulier instituta in vsufructu solummodo, si ei nullus alius cohæres in vita datus fuerit, censetur hæres in totum tam in vsufructu, quàm in proprietate. Et ista quæstio est valde anceps, & DD. ingenia multum torsit num. 7.
2. Verbum, instituit post mortem exponitur, substituit.
3. Mulier instituta in vsufructu, multo magis censetur instituta in proprietate, si ei vsusfructus sit relictus titulo legati.
4. Mulier relicta Domina, & Patrona, ista verba videntur importare idem, ac si esset relicta hæres proprietaria.
5. Hæres institutus post mortem alicuius intelligitur si superuixerit.
6. Hæres, qui non adiuit hæreditatem, non potest illam transmittere, sed dicitur caducatum ius illius.
8. Mulieri siue titulo legati, siue titulo institutionis fuerit relictus vsusfructus, censetur solummodo legataria.
9. Institutus post mortem alicuius, qui relictus est vsufructuarius, si prædecedat vsufructuarius, potest institutus statim adire hæreditatem, & ad hæredes transmittere.
10. Et ista opinio est æquior, & verior, & contraria opinio valde aduersatur voluntati testatoris, & n. 11.
14. Decis. 138. num. 3. part. 4. diuers. declaratur.
15. Decis. 460. eadem parte intellectus.
16. Decis. 122. part. 2. in recent. declaratur.
17. Hæres institutus purè, & directè post mortem mulieris relicta vsufructuaria, etiamsi prædecesserit d. vsufructuaria, potest hæreditatem transmittere ad hæredem.
18. Vsufructu resoluto per mortem vsufructuarij, si non ad sit institutus, tamen eiusdem hæres capit hæreditatem.
19. Proprietas, quod accrescat vsufructui impossibile reputatur.
20. Hæres hæredis proprietarij finito vsufructu per mortem vsufructuarij, hæreditatem capit non iure transmissionis, seu fideicommissi, sed iure deuolutionis, seu consolidationis.
21. Legati temporalis natura, quæ sit.
22. Vsusfructus, qui finitur morte vsufructuarij, redit ad proprietatem, & cum ea consolidatur, seu trahitur, & absorbetur, vbicunque, & penes quemcunque ipsa proprietas reperiatur.
23. Mulier relicta vsufructuaria, donec ipsa vixerit vita naturali, non debet extendi ad ipsius hæredem.
24. Mulier instituta vsufructuaria, donec vixerit, consequitur dumtaxat vsumfructũ morte finiturum.
25. Verba, ore proprio, necessaria sunt in testamentis nuncupatiuis, respectu primi hæredis.
26. Vniuersitatis qualitas adiecta verbo directo, hæredes, importat institutionem puram ab initio.
27. Verba, pleno iure, in substitutione apposita, quid operentur.
28. Verbo, pleno iure, denotant plenam successionem tam in proprietate, quàm in vsufructu absque alia detractione, & diminutione.
29. Trebellianica detractio competit hæredi vniuersali, cum onere restituendi post mortem.
31. Testator non præsupponens nomen hæredis, quando nominat vsufructuarium, & illud præsupponens, quando nominat institutum post illius mortem, tunc ille censetur purè institutus.
32. Actio, & passio non cadunt in eodem subiecto. Hæredi à se ipso legari non potest. ibid.
33. Coniectura debiliores tolluntur per validiores.
34. Mulier relicta Domina, Patrona, & Massaria, ista verba de sui natura important absolutum dominium.
35. Mulier relicta Domina, Patrona, &c. si ista verba restringantur ab verbo vsufructuaria, vel donec vixerit, censetur relictum ei dominium vtile, & liberam dispositionem fructuum, cum præeminentia.
36. Voluntates defunctorum, quando interpretantur, mordicè non debet insisti scrupulositati, seu cortici, & calumniæ verborum, & subtilitatibus iuris.
37. Voluntates defunctorum sæpius perniciosè obumbrantur, impediuntur, & circumueniuntur.
38. Voluntates defunctorum perindices, coniecturis venanda sunt.
39. Hæreditas non adita non potest transmitti.
40. Hæreditas non adita in aliquibus casibus transmittitur, nempe iure suitatis, iure sanguinis, & iure deliberandi.
41. Hæreditas non adita, vt transmittatur ex capite iuris deliberandi, quid requiratur.
42. Hæreditatis aditio probatur ex actu, qui citra ius, & nomen hæredis expediri non potest.
43. Hæreditas solo animo aditur, & animus hoc casu elicitur ex quocunque actu, siue proueniat ex facto, siue non facto, siue dicto, siue scripto.
44. Hæreditatis aditio probatur ex contractu inito super re hæreditaria.
45. Instituto post mortem vsufructuarij, durante illius vita, solum suspenditur petitio vsusfructus in gratiam vsufructuarij quousque viuat.
46. Et potest transmittere hæreditatem, quia licet non habeat ius in exercitio, illud tamẽ habet in habitu.
47. Conditio, quando certum est, quod est casura, non impedit transmissionem.
48. Vsusfructus vniuersalis, quando legatur alicui donec vixerit, tunc ille, qui ei est substitutus, intelligitur purè, & non conditionaliter institutus.

DECISIO LXIV.

Filiis Catherinæ petentibus immissionem pro
medietate in possessionem bonorum Angeli,
obiiciebat Iacoba, Catherinam non fuisse hæredem
à principio directè institutam, sed solùm per fidei-
commissum substitutam, quatenus superuixisset
Magdalenæ, quæ licet vsufructuaria hæres † fuerit 1
instituta solummodo, attamen cum ei nullus cohæ-
res in vita datus fuerit, dempta mentione vsusfru-
ctus, censeatur per quoddam ius accrescendi hæres
in totum, tam in vsufructu, quàm in proprietate,
grauata tamen restituere post mortem, medietatem
Catherinæ, & alteram medietatem Iacobę neptibus,
iuxta doctrinam Bald. in l. id quod pauperibus, num. 27.
C. de Episcop. & Cleric. quam plures, & grauissimi
auctores sequuti sunt, quos refert, & sequitur Card.
Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 4. tit. 5. & seqq.
Bellon. sen. consil. 30. num. 2. vbi post Bald. in d. l. id
quod pauperibus, quod verbum † instituit, post mor- 2
tem exponitur, substituit. Menoch. consil. 273. per tot.
& cons. 637. num. 2. & seqq. & consil. 1112. & 1235. per
tot. & præsumpt. lib. 4. præsumpt. 141. num. 1. & 27. & 35.
Peregr. de fideicommiss. art. 5. num. 21. & 24. & 58. lib. 3.

&

& nouissimè, omnes Doctores proponendum cu-
mulando, Moderni Brixien. *consil.* 195. *num.*7. *con-
sil.*196.*num.* 11.*consil.*197. *num.*21. *consil.*198. *num.*31.
*& consil.*199.*num.*30.*& consil.*200. *num.*51. vbi etiam
referunt secundum hanc opinionem pluties fuisse
iudicatum.

Quæ & eo facilius videbantur admittenda in ca-
su præsenti nedum, quia non titulo legati, sed In-
3 stitutionis † Magdalena vocata fuit ad vsumfru-
ctum, in quibus terminis propriis loquitur Bald. *in
d.l. id quod pauperibus*, & alij cumolati per Menoch.
*d.conf.*1112.*num.*2. Card.Mant.*d.art.*7. *num.*5. & per
Modern. Brixien.*in conf.*196. *&* 198. atque alij, sed
& quoniam testator addidit, quod ipsa Magdalena
4 † esset Domina,& Pattona, quæ verba videntur im-
portare, ac si dixisset hæredem proprietariam, ad *l.
hus verbis ff. de hared. instit.* Card. Mant. *de coniect. d.
lib.*4.*tit.*5.*art.*9.*num.*3. Eugen.*conf.*10.*num.*26. *vers.*1.
*quando, & conf.*25.*num.*36. *lib.*1. Menoch.*consil.*173.
num 4. Negusant. *quæst.* 100. *num.*66. *& seqq.* Vnde
cum Catherina fideicómissaria prædecesserit Mag-
dalenæ,bona videntur remansisse libera penes eam-
5 dem Magdalenam, tanquam † deficiente conditio-
ne illa, sub qua fuerat vocata Catherina, nempe
quatenus ipsa superuiueret Magdalenæ, Card Mant.
*de coniect. d.lib.*4. *tit.*5. *art.*7. *num.*9. Menoch. *d. con-
sil.*1112.*num.*22. D.Facbin.*controuers.iur.cap.*16.*lib.*4.
Vel in omnē casum, quatenus etiam Catherina hæ-
res pure, & directè fuisset instituta pro medietate,
6 † attamen cum non adiuerit hæreditatem, non po-
tuit illam transmittere, sed dicitur caducatum ius il-
lius, *l. quoniam sororem. C. de iur. deliber. l. vnica §.in
nouissimo.C.de caduc.tollen.* Alex.*conf.*168.*num.*15.*lib.*7.
Peregr.*decis.Patauin.*151.*num.*1.*& seqq.*Menoch.*con-
sil.*173. *num.*14.

Cæterum domini responderunt, dandam esse im-
missionem filiis Catherinæ, quia, licet quæstio illa,
an mulier instituta hæres in vsufructu, nullo scripto
7 cohærede in proprietate, † dum ipsa viuit, admo-
dum anceps sit, & Doctorum ingenia multum tor-
serit, attamen Rota semper inclinauit in eam sen-
tentiam, vt mulier, siue titulo legati, siue titulo in-
stitutionis, ei fuerit relictus vsusfructus, censeatur
8 † solummodo legataria, vocatus verò post mortem
vsufructuariæ habeatur tanquam pure,& libere hæ-
res in proprietate, videtur enim solummodò dilata
vsusfructus acquisitio ad mortem vsufructuariæ, il-
laque verba, *post mortem*, dicuntur apposita, vt mu-
lier libere fruatur vsufructu, nec aliquo modo ab
hærede vniuersali proprietario vexetur, & tempus
illud mortis vsufructuariæ non est adiectum sub-
stantiæ institutionis hæredis proprietarij,& ad illam
infringendam,aut conditionandam, sed potius exe-
cutioni, ad differendum emolumentum commodi
9 vsusfructus † interimque viuente vsufructuaria, hæ-
res post eiusdem vsufructuariæ obitum institutus,
statim adire hæreditatem,& ad hæredes potest trans-
mittere. Ita Bald. *conf.*26. *lib.*5. Corn. *in l.extraneum,
num.*21. *vers.*4. *tangit. ff. de hæred. instit.* vbi quod ita
vidit iudicari, & quod opinio contraria est iniqua,
10 contra † naturam materiæ subiectæ, & mentem te-
statoris, Paris. *conf.*97. *num.*3. *vers. dico insuper, &
num.*6. *lib.* 2. Dutan. *de arte testand. tit. de legat. cau-
tel.*39. *num.*1. bene Add ad Alex. *conf.*162. *sub littera
B.lib.*2. Couar. *var. resol. lib.*2. *cap.*2. *num.*5. asserens
hoc esse verius de iure, Petr. Peck. *de testam coniug.
lib.*5. *cap.*5. *in princip.* vbi ex relatione Castrens. ita
Bononiæ, & alibi iudicatum fuisse testatur Bero.
consil. 58. *num.*6. *lib.*2. qui affirmat hanc opinionem

magis communem, magis veram, & magis æquam
esse, Suarez *recept. sent. verbo, vxor. num.* 114. Gail.
*pract.obseruat.*143. *num.*5. vbi de veriori, *lib.*2. Rom.
iun.*consil.*291. *num.*36. *& sequentib.* Bursat.*consil.*245.
*num.*4. Simon. de Præt. *de interpret. vltim. volunt.
lib.*3. *dubit.*1.*solut.*1. *num.*23. Ladereh.*conf.*57.*num.*3.
vbi quod semper ita obtinuit in foro, Castil.*de vsu-
fruct. cap.* 8. *num.*43. dicens contrariam † opinio- 11
nem voluntati defuncti valde aduersari, Cabal.*con-
sil.*153. *per tot.* Odd. *consil.*91. *num.*20. *cum sequentib.*
vbi de humaniori, veriori, & magis communi te-
statur, Thesaur.iun.*qq.forens.cap.*81. *num.*3. qui dicit
per Senatum Pedemontanum ita iudicatum fuisse
*lib.*3.Gratian.*discept.forens.cap* 822. *num.*2. Giouagn.
*consil.*26. *num.*13. *lib.*1. quorum plures loquuntur in
his terminis, quando ipsa mulier instituta fuit hæ-
res in vsufructu, vt per Cabal. *dict.conf.*153. Odd.*d.
consil.*91.*num.*21. Castill. *de vsufruct.d.cap.*8. *num.*43.
qui profitetur expressè non esse constituendam dif-
ferentiam inter institutionem, vel legatum, † & 12
Rota semper (vt supra dicebatur) propensior fuit
in hanc sententiam, tanquam magis æquam, & vo-
luntati defunctorum, qui iuris subtilitates igno-
rant, multùm congruentem, & consentaneam, vt
*in decis.*162. *num.*1. *& per tot. & decis.* 663. *num.* 1.
part. 2. *recent. & in Perusina Bonorum* 13. *Februarij*
1579.*coram Brauo*, impressa post Eugen. *consil.* 33.
*lib.*2. *& in Romana Apotheca profumaria* 11. *Martij*
1613.*&* 20.*Martij* 1615.*coram bon.mem. Vbaldo*, quæ
pariter decisiones loquuntur in casu institutionis,
& *in Sancti Seuerini datis* 16. *Decembris* 1619. *coram
eodem*, in qua fuit recessum ab alia decisione sub die
28.Nouembris 1618. *& coram bo.me.Card.d.Caualle-
rio dec.*310.*& in Tridentina Bonorum* 7.*Aprilis* 1606.
coram bo.me.Card Sacrato.

Falluntur autem, & † quidem egregiè consulen- 13
tes apud Moder. Brixien. *consil.* 199. *num.*30. *&* 39.
dum putant Rotam contrarium sensisse *in decis.*138.
*num.*3.*& decis.*460. *part.*4. *diuers.& decis.*122. *part.*2.
recent.

Decisio enim illa † 138.non applicatur, quia ibi 14
mulier non erat instituta hæres in vsufructu, sed sim-
pliciter, & indefinitè erat nominata hæres, vnde
meritò Rota sensit illam indefinitam vocationem,
non esse coarctandam ad solom vsumfructum, diffe-
runt inter se isti casus, quod mulier sit instituta in
vsufructu, & post mortem sit datus alius hæres, vel
quod simpliciter sit hæres instituta nulla facta men-
tione vsusfructus, nec proprietatis, & post mortem
sit datus etiam alius hæres, vt per Imol. *in l. filius à
patre num.*4. *versic. ideo potest dici*, *& num.* 6. *vers.* 2.
casu, ff. de lib.& posthum. vbi firmat primo casu vxo-
rem esse vsufructuariam, in secundo autem casu esse
proprietariam, Alexand.*ibid.num.*3. *vers.*2. *est casus*,
Aret. *num.*3.*col.*4. *versic.pro declaratione*, *& colum.* 7.
vers.circa secundum, Menoch.*præsumpt.*141.*& num.*48.
*& sequentib.lib.*4. Card. Mantic. *de coniect. vltim. vo-
lunt.lib.*4. *titul.*5. *art.*6. *&* 7. & in hoc secundo casu
loquitur *dict. decis.*138. dictamque diuersitatem ra-
tionis in prædictis casibus videtur etiam conside-
rasse Rota *in Perusina Bonorum* 13. *Februarij* 1579.
coram Brauo.

Decisio vero 460. loquitur pariter in casu, quo 15
mulier erat hæres instituta simpliciter, & ibi appa-
rebat in alia parte testamenti, testatorem sensisse de
vsufructu causali, non autem formali, ex prohibi-
tione ipsi mulieri adiuncta circa detractionem Tre-
bellianicæ, & ex qualitate vocationis substitutorum
obliquæ, & non directæ.

16 Et demum † decis.124.part.2. recens.apertis verbis
inquit,nullum fuisse datum cohæredem,& ideo cen-
seri vxorem institutam in totum, vnde ad hanc
quæstionem non applicatur illa decisio, hic vero
scriptæ fuerunt hæredes Catherina, & Iacoba.

Hoc autem posito,quod Catherina fuerit à prin-
cipio directè, & pure hæres instituta pro medietate,
sequitur, vt etiam si prædecesserit Magdalenæ, at-
17 tamen potuerit transmittere † ad hæredes hæredi-
tatem delatam, nec impedimentum præstare Mag-
dalenam, quia ipsa est solum legataria, vt in propo-
sito bene firmat Cabal.consil.153. num.3. & 4. Odd.
consil.91. num 24. 25. 26. & 58. qui respondent om-
nibus obiectis, & præsertim rationi illi, qua com-
muniter nituntur contrariæ sententiæ assertores,
quod scilicet, cum vsufructuariæ non fuerit datus
18 cohæres,censetur † ipsa hæres etiam vniuersalis per
ius accrescendi, ex præsumptione legis, quia hoc
ius accrescendi, vt scilicet proprietas accrescat vsu-
19 fructui impossibile reputatur,† nec reperitur in iure,
vt inquit Bald. consil. 273. versic.6. ratione impossibi-
litatis, lib. 4. & bene etiam respondet Rot. in dict.
decis.162. part.2. recent. & in Romana Apotheca pro-
phumaria coram bon. mem. Vealdo, extinctoque vsu-
fructu per obitum Magdalenæ, hæreditatem capit
hæres hæredis proprietarij, vt sunt filij Catherinæ,
20 † non iure transmissionis, seu fideicommissi, sed iu-
re quodam deuolutionis, siue consolidationis, &
temporalitatis adiectæ institutioni, seu legato vsus-
fructus, etiam ad effectum impediendi ius accres-
cendi, Bart.in l.Titia, §.fin.ff.de leg.2.num.2.vbi quod
non habetur respectus ad personam, sed ad ius hæ-
reditarium, & ad hæredem in genere, sicque hære-
dem hæredis in infinitum, Castr. ibidem num.1. vbi
21 quod hæc est natura † legati temporalis, Socin.sen.
cons.102.num.10. lib.3. Rub.Alexand.cons.23. num.3.
Cephal.cons.158. num.5. & 6. & per tot.vbi quod vis
stat in temporalitate legati, Card. Mant. de coniect.
vltim.volunt.lib.9. tit.2.num.29. vers.id quod constare,
& decis.19. num.1. & 2. Menoch. consil.273. num.24.
& 25. Surd. cons.123. num.12. & fuit dictum in dict.
Perusina Bonorum 13. Februarij 1579. coram Brauo,
22 qui quidem vsusfructus, finito tempore † vitæ vsu-
fructuarij, redit ad proprietatem, & cum ea con-
solidatur, seu trahitur, & absorbetur, vbicunque,
& penes quemcunque ipsa proprietas reperiatur,
Castr.in dict.l. Titia §.fin. sub num.1.ff. de legat.2. &
consil.121. num.2. lib 1. Cephal. dict.consil.158. in ca-
su 1. num.1. & seqq. Bertazol. cons.ciuil.4. num.28. &
cons.83. num.53.

Hancque opinionem facilius in præsenti casu
domini amplexi sunt, quia ex multis deprehende-
runt hoc idem sensisse testatorem,vt scilicet Magda-
lena in effectu esset sola legataria, Catherina verò,
& Iacoba hæredes essent proprietariæ,etiam viuen-
te Magdalena.

23 Primò, quia non simpliciter Magdalenam † hæ-
redem fecit vsufructuariam, sed coarctando illius
vocationem, addidit, donec ipsa vixerit, vita natu-
rali, vnde non debet extendi hæc temporalitas ad
hæredem Magdalenæ, prout extenderetur si abso-
lutè censeretur hæres proprietaria, & solum grauata
per fideicommissum restituere Catherinæ, & Iaco-
bæ, vt ponderauit Rota d. decis.162. num.3. part. 2.
recent. & ante Rotam considerabat Dec. consil. 278.
num 4. vers.4.quia, Bertaz.cons.ciuil.4.num.18. & 19.
ac 35.& cons.31. num.2. & cons.83. num.52. & secun-
dum germanam voluntatem testatoris, Magdalena
24 debet consequi dumtaxat vsumfructum † morte
finitutum, non autem vniuersalem hæreditatem, ad
tradita per Aretin. in l.filius a patre, num. 4. in fin.
vers.sed aduerte, ff.de liber.& posthum. Ruin.cons.209.
num.22. vers. & illa opinio, lib.2. Honded. consil.62.
num.14. num.1.

Secundò quia, dum testator vsufructuariam hæ-
redem fecit Magdalenam, non est vsus verbis deno-
tantibus directo iure admittendam esse, prout vsus
est, dum scripsit hæredes Iacobam, & Catherinam,
ibi, hæredes proprietarias,vt vniuersales fecit, & suo ore
proprio nominauit Catherinam, & Iacobam pleno iure,
in qua clausula ponderanda sunt verba, ore proprio
† quod necessarium est, in testamentis nuncupatiuis 25
respectu primi hæredis directe instituti, non autem
in substitutis per fideicommissum, l hac consultissima.
§.per nuncupationem. C.de testam. §. fin. Instit. eod.l.1.
§. institutum.ff. de hæred. institut. & ponderanda sunt
etiam illa † verba, proprietarias & vniuersales, hæc 26
enim qualitas vniuersalitatis, adiecta verbo dire-
cto, hæredes, importat institutionem puram ab ini-
tio, Simon.de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib.3.
dub. 1. fol.1. num. 39. Thesaur. inn. qq. forens. lib. 3.
quæst.81. num.3. Demum, & verba illa † pleno iure, 27
omissa respectu Magdalenæ, & apposita respectu
Catherinæ, & Iacobæ, arguunt easdem Iacobam,
& Catherinam iure directo vocatas esse, nec opus
habere ministerio alterius,vt scilicet capiant de ma-
nu Magdalenæ, Bald. in authent. hac vsus prastatio,
vers.tenet Bart. C. de sacros. Eccles. Aretin consil.155.
num.5. vers. sed quando substitutus, Simon. de Præt.
de interpret. vltim. vol lib.3. interpret.2. dub.1. solut.2.
num.5. Rota in dicta Perusina Bonorum 13. Februarij
1579.coram Brauo, dictaque clausula,pleno iure,† de- 28
notat plenam successionem, tam in proprietate,
quàm vsufructu, absque aliqua diminutione, & de-
tractione, Gozad. in cons.47. num.10. Ruin. cons.84.
num.12. lib.1. Menoch. consil.1046. num. 5. & 1179.
num. 23. detractio autem Trebellianicæ † compe- 29
teret Magdalenæ si esset hæres vniuersalis, cum
onere restituendi post mortem, Cephal. consil.563.
num.39. Cardinal. Mantic.de coniect. vltim. vol.lib.4.
tit.5. art.7. num.6. & ideo non est prætermissa hæc
clausula respectu ipsius Magdalenæ, & apposita
respectu Catherinæ, & Iacobæ, † bene deprehen- 30
ditur diuersitas casuum vocationis, itaut hæ sint ve-
ræ hæredes, Magdalena vero in effectu solum lega-
taria vsusfructus,verbaque institutionis, & illa post
mortem,& alia eò tendere, ne ab hæredibus proprie-
tariis quandiu viueret, molestaretur Magdalena in
dicto vsufructu.

Tertiò, quia testator in eodem testamento præ-
supposuit nomen hæredis solùm proprie † verifica- 31
ri in Catherina, & Iacoba, & ab hæredibus contra-
distinxit ipsam Magdalenam, vt in capitulo de iure-
patronatus, ibi, per infra scriptam Magdalenam soro-
rem carnalem erigi, ecce quòd testator non appellat
hæredem Magdalenam, deinde verò subdit, Et post
illius obitum, & infrascriptorum hæredum ipsius testato-
ris, & successorum in infinitum, &c.Hic verò Catheri-
na, & Iacoba hæredes nominantur.

Quartò, omissis aliis, hoc idem suadetur (& est
admodum potens argumentum)quia testator man-
dauit hæredibus, vt restituerent Magdalenæ mobi-
lia, vinum & alia, quæ ad domum testatoris aspor-
tauerat ipsa,vnde ineptum fuisset,iubere hæredibus,
vt restituerent Magdalenæ, si testator intellexisset
Magdalenam esse iure directo etiam hæredem, quia
† actio, & passio non cadunt in eodem subiecto, & 32
hæredi à se ipso legari non potest, ne quis sui ipsius
debitor

debitor efficiatur, *l. plane. § si duobus, l. qui filiabus, in fin. l. legatum* §. 1. *ff. de legat.* 1. & in proposito Bald. *cons.* 273. *vers.* 3. *quoniam, lib.* 4. Sutd. *decis.* 250. *num.* 3. nec opus fuisset hoc ministerio restitutionis in fauorem Magdalenæ, si enim fuisset hæres directò, potuisset sibi satisfacere, & hæredes Magdalenæ, retinuissent dicta bona, nec ideo verificabatur terminus restitutionis, vt apposite attingit Odd. *d. consil.* 91. *num.* 44. & 50. *vers.* 4.

33 Coniecturæ autem deductæ pro Magdalena visæ fuerunt satis leues, & tolli ex aliis † contrariis coniecturis, supra ponderatis, tanquam validioribus, *l. Diuus, ff. de in integr. restit.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 9. *cum alys.*

34 Non obstat Magdalenam, non simpliciter hæredem vsufructuariam fuisse scriptam, sed etiam tali- ctam † Dominam, Patronam, & Massariam, quoniam de sui natura dicta verba significant quidem absolutum dominium, sed in hoc casu debent restringi ab antecedenti verbo, *vsufructuariam*, & ab

35 aliis, *donec vixerit, & eius vita durante*, itaut † solùm sufetant dominium vtile, & libetam dispositionem fructuum, cum præeminentia, Bald. *in l. fin. num.* 9. *C. de indict. viduit. tollen.* Dec. *consil.* 476. *num.* 1. Paris. *cons.* 21. *num.* 9. *lib.* 2. Surd. *cons.* 218. *num.* 14. Rot. *d. decis.* 162. *num.* 6. prælertim iunctis tot coniecturis supra ponderatis, & aliis etiam per Informantes deductis, ex quibus apparet, quamcumque vocationem Magdalenæ fuisse coarctatam ad vitam illius, & sic esse temporalem, Cathetinam verò, & Iacobam, etiam viuente Magdalena hæredes extitisse, earumque ius succedendi in vsufructu, per exclusionē temporalem non fuisse vnquam ademptum, sed suspensum duntaxat illius commodum, & impeditam ad tempus, non quidem delationem iuris, sed petitionem, & executionem. Cum agatur de interpretanda

36 † voluntate defuncti, non est mordicus insistendum scrupulositati, seu cortici, & calumniæ verborum, & subtilitatibus iuris, per quas vera defunctorum iudicia, vt plurimum subuerti monuit Constantinus *in l. quoniam indignum. C. de testam.* & damnauit *in l. si quis hæredem, C. de instit. & subst.* sequutus Celsi dictum *in l. sequitur*, §. *si ad illo, ff. de verb. oblig.* quod in subtilitate iuris sæpè perniciose erratur, &

37 eorum † voluntatem sæpius perniciose obumbrari, impediri, circumueniríque dixit Socin. sen. *consil.* 157. *num.* 6. *lib.* 2. Peregr. *consil.* 21. *num.* 21. *lib.* 5. sed omnino enitendum est ad assequenda, diligenti perquisitione vestigia voluntatis defuncti, quæ metrum est, & mensura dispositionis, & illam quidem

38 per † iudices coniecturis venandam esse, post Bald. *in l. fin. C. de impub. & alys subst.* inquit Natt. *cons.* 100. *num* 5. *ad fin.* Petra *de fideicommiss. quæst.* 9. *num.* 6. Et Doctores omnes in hac quæstione magni faciunt coniecturas, vt per Menoch. *cons.* 11 ta. *num.* 4. & *seqq.* vbi ex his posse vtramque opinionem conciliari affirmat Odd. *dict. consil.* 91. *num.* 29. Bertazol. *consil.* 4. *num.* 26. *ad fin.* Rota *d. decis.* 663. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* & *in d. Romana Apothecæ prosumaria coram bona memoria Vbaldo.*

39 Nec obstat Catherinam nequaquam adiuisse † hæreditatem, & ideo non potuisse illam transmitti; quoniam dantur casus, in quibus fit transmissio hæ-

40 reditatis delatæ, licet non aditæ, nempe iure † suitatis, iure sanguinis, & ex capite iuris deliberandi, vt bene per Angel. *cons.* 83. *num.* 1. *vers. solum hoc autem.* Hic verò bene intrat transmissio ex capite iuris deliberandi, quia concurrunt tria requisita, primum quod transmittens sciat sibi delatam hæreditatem,

Decisiones Rotæ.

vt hic, dum Catherina remisetit seruitia præstanda à Blanchino; secundum quod decedat intra annum, prout hic Catherina decessit intra decem dies ab obitu Alegretti testatoris, hic enim obiit 6. Nouembris 1626. illa verò die 16. eiusdem mensis; Tertium quod prætendens transmissionem adiuerit intra residuum dicti anni, quod & in hoc casu verificatur, quia statim mortua Catherina, filij eiusdem petietunt immissionem, quæ petitio est loco aditionis,
† & in his requisitis concurrentibus, certum est hæ- 41
reditatem, etiam non aditam, transmitti, *l. cùm in antiquioribus*, vbi Alex. *num.* 5. *vers. item nota, ff. de iur. deliber.* Bart. *in l. quia dos, num.* 7. *ff. de reb. dub.* Socin. iun. *cons.* 14. *num.* 9. *lib.* 3. Gomez *var. resolut lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 50. & 51. *vers. aliquando*, Eugen. *cons.* 15. *num.* 95. *lib.* 1. Odd. *de restit. in integr. quæst.* 50. *art.* 6. *num.* 57. & *seqq.*

Et dominus videbatur liberationem illam, factam à Catherina de seruitiis præstan per Blanchinum, cum sit actus, qui citra ius, & nomen hæredis 42
fieri non poterat, importare aditionem eiusdem Catherinæ, *l. pro hærede*, vbi Bart. *l. pupillus, alias Iulianus*, §. *fin. ff. de acq. hæred.* Rota *coram sanct. me. Gregor. XV. decis.* 98. *num.* 4. & 5. solo enim animo hæreditas aditur, † & animus ad hunc effectum sufficit, 43
vt eliciatur per quemcunque actum, siue proueniat ex facto, siue non facto, siue dicto, siue scripto, Bart. *in l. gerit, num.* 5. *ff. sod. tit.* præsertim quia sub nomine hæredis hæc liberatio à Catherina emanauit, Bart. *in d. l. gerit, num.* 14. Card. Mant. *de coniect. lib.* 12. *titul.* 11. *num.* 9. & versatur etiam circa † rem 44
hæreditariam, nempe seruitium hæredibus præstandum, quod ponderat Card. Mant. *vbi sup. num.* 10. *vers. si verò*, & *vers. quod si præferatur*, Natt. *cons.* 448. *num.* 18. Rota *coram sanct. me. Gregor. XV. d. decis.* 98. *num.* 3.

Illudque semper retinendum est, vocationem Iacobæ, & Catherinæ, siue iure directo, siue per viam fideicommissi, esse puram, quia verba illa, *post mortem Magdalenæ*, ex præsumpta, & coniecturata mente testatoris non important conditionem, si superuiuat, sed solummodo dilationem, ac temporalitatem, & in substantia non impediunt delationem iuris Catherinæ, & Iacobæ hæredum, sed suspendunt duntaxat petitionem, † seu emolumentum acquisitionis vsusfructus, in gratiam, & vtilitatem vsufructuarij, quousque viuit, vt scite docuit Aretin. *in l. filius à patre*, *sub num.* 3. *vers. tamen aliquando*, *cum sequentib. ff. de liber. & posthum.* Peregr. *cons.* 54. *num.* 4. *lib.* 5. & mors Magdalenæ, certum est, quod erat casura, cum esset mortalis, vnde ipsa Catherina, licet prædecesserit, rectè potuit transmittere ius illud succedendi in vsufructu acquisitum quidem, & delatum, sed in tempus mortis Magdalenæ, & sic in illum casum suspensum, & dilatum, quod interim peti, atque exigi solum impediebatur, suf- 46
ficit † enim ad hunc effectum habere ius in habitu, licet non habeatur in exercitio, vt inquit Bald. *in l.* 2. *num.* 10. *vers. in contrarium videtur*, *C. de liber. præterit.* Houded. *cons.* 14. *num.* 53. & *seqq. lib.* 2. Peregr. *de fideicommiss. art.* 22. *num.* 3. & *art.* 31. *num.* 26. & *art.* 32. *num.* 3. plenè Galuan. *cons.* 13. *num.* 63. 64. & 65.
& conditio, † quam certum est esse casuram, non 47
impedit transmissionem, Anchar. *consil.* 354. *num.* 7. Peregr. *in locis preallegat.* Sim. de Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *dub.* 5. *solut.* 4. *num.* 19. & 23. Atque in puncto, quod in vniuersali vsufructu, legato alicui in vita sua, seu donec vixerit, post illius verò mortem alio instituto hærede, † is intelligatur purè, 48

n 2 &

consensu carente, Surd.*decis.*100. *num.*2. & Rot.*decis.*638.*num.*6.*part.*1.*recent.* quia obseruantia subsequuta dum Iulius obtinuit officium prædictum per annos triginta,& vltra,& ab eodem fuit resignatum de anno 1571.iuncta narratiua instrumenti deputa-
17 tionis Curatoris ad inuicem adminiculantur † itaut
probatio impleatur etiamsi respectiuè scripturæ illæ in aliquo deficiant,*l.Instrumenta,C.de probat.* Achill. *decis.*1.*de confess.*Guidop.*decis.*44.Rot.*dec.*375.*num.*2. *part.*1.*diuers.*

Ætate autem firmata, non est opus ingredi alias disputationes, scilicet ad quam summam ascendat
18 valor legitimæ Iulij:quia siue erat quota† bonorum,
siue etiam hæreditatis, semper vsusfructus formalis ratione temporis, æquat sortem in quantitate debitam, nec minus quærendum est, ad quam summam ascendant fructus per Iulium ex vsufructu percepti,
19 quia dum possedit corpora hæreditaria, † præsump-
tio est quod omnes fructus perceperit.Seraphin. *decis.*1245.*num.*6. *& in causa Maceraten Dotis* 24. *Ianuarij.* 1618. *coram me*, nec demum agendum est de summa fructuum ex ipsa legitima debita, quia
20 per † acceptationem formalis vsufructus, ex adi-
tione resultantem cessat fructuum computatio, nec de illis habetur ratio, dum à lege compositio iam facta dicitur.

Non obstat qood & si Iulius acceptauerit ius formalis vsusfructus, non tantum renunciauerit legi-
21 timæ, quin † possit ad illius implementum, aut sup-
plementum agere, Seraphin.*ead.decis.*1365. *num* 23. propterea, vel in æstimando vsufructu non sit ha-
22 benda † ratio portionis fructuum legitimæ, Ripa
*in l.quartam,num.*45.*ff.ad Trebell.* Peregr.*de fideicommiss.art.*49.*num.*53.vel ipsum ius vsusfructus forma-
23 lis, & in hæreditate consistens tanqoam † augens
hæreditatem ad Commodum Lutij sit computandum,prout fuit in hac causa resolutum 5.Iolij 1620. Vtroque autem casu, cum vsusfructus decrescat in parte,non sufficere 23.annos pro æquanda sorte,sed
24 augendos † respectiuè, & porportionabiliter ad an-
nos viginti octo.

Quia domini existimantur de fructibus non esse habendã rationem,si quidem filius statim acceptato
25 † vsufructu desinit esse dominos legitimæ tanquam
satisfactus secundum ratam portionis illius, & eo, cessante fructus deberi non possunt, dum non ha-
26 bent dominum † quem sequuntur, & nihilominus
si adhuc essent computandi, & ius vsufructus formatum augeret hæreditatem, attamen quia Iulij portio in semisse legitimæ erat sexta pars tantum
27 †cum essent sex filij Angelę,& habuit vsumfructum
alterius medietatis hæreditatis, ex hac medietate consequi debuisset tantummodo sextam, & ad sum-
28 mam tertiam, in cuius consumptione † sufficiebat
fructus totius medietatis pro tempore septem annorum secundum regulam glosæ supra allegatæ,*in Authent.perpetua,C.de sacros.Eccles.*

Similiter neque obstat,quod de eodem vsufructu
29 sint deducenda † bona alienata per Alexandrum
filium Vincentij hæredem proprietarium ab eadem Angela institutum, & vlterius quantitas bonorum adiudicata Lutio filio Alphonsi alterius dictæ Angelæ filij pro supplemento legitimæ ipsi Alphonso debitæ, vna cum fructibus liquidatis à sententia bo. me.Patriarcha Manzanedo.

Quia alienationes supradictæ non admittunt, & quatenus probentur ex eodem Instrumento poderis della Pugliana alienari, apparet reseruatus vsusfructus ad fauorem Iulij,adiudicatio verò bonorum pro supplemento legitimæ Alphonsi non tangit interesse Iulij dum prætendit fructus legitimæ non esse conputandos in ponenda ratione eiusdem, itaque Lutius de portione sui patris & bonorum,& fructus
non comprehensa † in vsufructu formario fuit satis- 30
factus,non autem de vsufructu Iulio relicto spectante ad alteram medietatem hæreditaris Angelæ ab ipsa legitima superaodam.

Denium,non obstat, quod vsusfructus sit liquidandus dempto Palatio in ciuitate Castelli nullius
† fructus, aut redditus, quia decisio respondet por- 31
tionem Palatij quoad fructus & redditus, quales illi sunt intrare æqualiter in diuisione ad constituendas partes æquales pro indiuiso, tam respectu legitimæ, quam aliarum partium, itaut Iulius nullum senserit damnum in supputatione propter æqualem diminutionem vniuscuiusque quotæ partis bonorum hæreditariorum.

Quæ responsio non tollitur ex vltima replicatione, quod scilicet non agatur de diuisione proprietatis respectiuè ad legitimam, sed de implenda legiti-
ma per vsumfructum, qui si deficit, † cessat & sub- 32
iectum satisfactionis legitimæ pro ea parte.

Quia non dubitatur quin Iulius senior Palatium habitauerit, neque certum est quanti tunc vendi potuerit Palatium, vnde qua ratione fructus pro
tempore sufficienti à † possessore rei fructiferæ per- 33
cepri æquam sortem, secundum terminos allegatæ
Glos.Auth.perpetua, eodem supposito † vsu rei etiam 34
de sui natura non fructiferæ non constito de valore reddituum excedente eandem sortē legitimæ, æquare debebit.

Et ita, &c.

a Habentur istæ duæ decisiones part.5. recent. & sunt decis.350.& 376.

Et part. 6. in eadem causa adest alia decisio sub die Veneris 30. Aprilis 1632.coram eodem R.P.D, Pirouano.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana hæreditatis.

Die Veneris 13. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Immissio in possessionem bonorum hæreditariorum defuncti ab intestato,danda est eius proximiori, & ei competit interdictum,Quorum bonorum,cõtra eum,qui pro hærede, vel pro possessore possidet. Matertera succedit eius nepoti defuncto ab intestato,exclusis consobrinis.

SVMMARIVM.

1. *Testes, quando pleno probent.*
2. *ex Testibus examinatis ante litem contestatam potest desumi magnum adminiculum.*
3. *Matertera est in tertio gradu, consobrinus verò in quarto.*
4. *Defuncto ab intestato eius proximior habet ius succedendi.*
5. *Et competit ei interdictum, Quorum bonorum,contra alios, qui non sunt hæredes.*
6. *Interdictum,Quorum bonorum,competit hæredi cõtra eum,qui pro hærede,vel pro possessore possidet.*

7. *Testes*

7. *Testes producens solùm videtur eius personas approbare, non vero eorum dictum.*
8. *Ex vsu, quis censetur dicta testium comprobasse.*
9. *Testium dicta contra producentem probant, stante eius approbatione.*
10. *Iudicium factum contra quoscumque omnibus interesse habentibus potest nocere, & prodesse.*
11. *Testes non probant mortem alicuius, si deponant de eius credulitate, & hoc maximè si detur fides in contrarium.*
12. *Personæ identitas ex quibus benè remaneat probata.*
13. *Proximiorem alieni non sufficit, vt quis probet ad hoc vt ipse defuncto ab intestato succedat cum vlterius requiratur, vt probet se esse legitimum, & quid ad hec sufficiat num. 14.*
15. *de Hereditate coniuncti ex latere materno quando agitur, tunc exceptio illegitimitatis non releuat.*
17. *Repræsentationis ius inter collaterales duntaxat habet locum, quando agitur de successione patrui, & propterea non debet ad alios gradus extendi.*
18. *Repræsentationis ius inter collaterales non egreditur gradum fratrum & sororum.*
19. *Filius succedit loco patris defuncti tantùm, quando agitur de successione aui, vel patrui, non autem si agatur de successione alterius transuersalis.*
20. *Repræsentatio non datur, quando minimè agitur de successione patrui, qui est in tertio gradu, sed de succedendo consobrino, qui est in quarto gradu.*
21. *Matertera præferenda est in successione nepoti ab intestato defuncto, cum sit prior in gradu filijs aliarum materterarum inferioris gradus.*

DECISIO LXVII.

FVit per DD. resolutum Iuliæ Bifolchæ esse dandam immissionem in possessionem hæreditatis
Ioan. Iacobi Mattonei ab intestato defuncti; quia
ex testibus examinatis à Iuliano, & litis consortibus
coram A. C. ad effectum probandi suam proximitatem cum Io. Iacobo apparet ipsam Iuliam, Liuiam,
Margaritam, & Dianam fuisse sorores germanas, &
ex Liuia natum fuisse Ioan. Iacobum, de cuius hæreditate agitur, qui plenè probant, cum fuerint in-
1 ducti, † & examinati ad instantiam Iuliani, & litis
consortum, *can. si quis testib. 4. quæst. 3. l. si quis testib. C. de testib.* Aymon *consil. 73. num 4.* & tanto magis
probant, quia adminiculantur ex depositionibus
aliorum testium, qui licet ante litem contestatam
2 fuerint examinati, † ex eis tamen desumitur magnum adminiculum. Rot. *decis. 113. num. 1. & 661. num. 1. part. 2. recent.* atque ita cum Iulia matertera
sit proximior, quàm Iulianus, & consortes conso-
3 brini, cum † matertera sit in tertio gradu, consobrini verò in quarto, *l. 1. §. 3. & §. 4. gradu, ff. de gra-*
4 *dib. affinit.* Ipsa habet ius † succedendi ab intestato,
ex text. *in l. 2. §. heredibus, ff. de suis, & legit. hered. l. Iurisconsultus, ff. de gradib. affin. l. 1. §. proximus, ff. vnde cognat. §. 1. Instit. de legit. agnat. success.* & com-
5 petit ei interdictum, Quorum bonorum, contra † Iolianum, & alios, cum non sint hæredes Iacobi, &
tamen tanquam hæredes dictam hæreditatem possideant vigore mandati relaxati ab A. C. quia com-
6 petit † contra eum, qui pro hærede, vel pro possessore possidet, *l. 1. ff. & C. quor. bonor.* vbi gloss. Bart.
& Doctor. Menoch. *de adipiscend. possess. remed. 2.*

Non obstat, quod producens testes solùm videa-
7 tur eius personas approbare, † non verò eius dictum, quia procedit ad effectum, vt possit producens dictum impugnare, & probare contrarium, sed
in hoc casu, cum Iulianus, & alij nedum induxerint, & examinari fecerint, sed vlterius illis vtendo
eorum † vigore immissionem in possessionem, in 8
qua existunt, obtinuerint, ex hoc vsu censentur etiam
dicta testium comprobasse. Rota *decis. 39. de procur. in nou.* Surd. *decis. 99. num. 7. & 229. num. 6.* Rota *in Bonon. fideicommissi de Manzolis 15. Martij 1630. coram Reuerendiss. D. Decano*, & sic contra producentem † probant Honded. *cons. 84. num. 50. & seqq. lib. 2.* 9
Farinac. *de testib. quæst. 62. num. 243.* Rota *in Bonon. tutelæ 1. Iunij 1615. coram Eminentiss. Card. Verospio, addent. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 115. num. 9.* Et
quamuis in illo iudicio esset absens, cum tamen iudicium † illud fieret contra quoscunque, omnibus 10
interesse habentibus potuit prodesse, & nocere, *l. ad edictum, ff. de iudic.* nec subsistit quod concludant Iu-
liam esse mortuam, quia iidem † testes dicunt so- 11
lum de credulitate, vt primus, & tertius testis, &
hæc eorum credulitas satis redarguitur minus vera
per fidem superuiuentiæ, & alios testes examinatos
ante motam litem, qui † benè concludunt identita- 12
tem personæ ipsius Iuliæ, cum illam dicant esse sororem Liuiæ, ac filiam Pieriæ, & Leonardi de Spichis, & nuptam Cherubino de Bifulcis, sicut etiam
deponunt testes examinati per Iulianum, & alios.

Non obstat quod Iuliæ non sufficiat probare se
esse sororem † Liuiæ Ioan. Iacobi, sed vlterius re- 13
quiratur, vt probet se esse legitimam. Dec. *cons. 471. num. 2.* Socin. *consil. 39. num. 1. lib. 1.* Roland. *consil. 3. num. 4. & seqq. lib. 1.* Quia cùm supradicti testes pariformiter deponant de Diana, & Margarita matribus Iuliani, & aliorum, easdemque sorores natas ex
eisdem parentibus, ea omnia concurrunt ipsi Iuliæ
sorori, & sic vel omnes sunt legitimæ, vel omnes
naturales, † & propterea sufficit eadem præsumpta 14
legitimitas, tam in vna, quàm in aliis, sed cum dependentia vtriusque partis proueniat ex linea materna, & agatur de hæreditate † coniuncti ex late- 15
re materno, exceptio illegitimitatis non releuat,
l. hac parte, & l. si spurius, & l. Modestinus, ff. vnde cognat. Alexand. *consil. 174. ad fin. volum. 5.* Crauett. *consil. 138. colum. 1.* Capra *consil. 136. in fin.* Peregrin. *de iur. fisc. tit. 18. num. 15.*

Non obstat quod ex Diana extet Iulianus, & ex
Margarita Laurentius, & Franciscus, qui vigore repræsentationis † prætendunt hæreditatem insimul 16
cum matertera, *Auth. cessante, Auth. post fratres, C. de legit. hered.* quia priuilegium repræsentationis inter
collaterales duntaxat habet locum, † quando agi- 17
tur de successione patrui, & propterea non debet ad
alios gradus extendi, *l. iubemus, C. ad Senat. consult. Trebell.* Bart. *in l. liberorum, la secunda, num. 6. vers. vbicumque, ff. de verb. signif.* Rota *in Romana iuris succedendi 10. Aprilis 1592. coram Cardin. Blanchetto*,
nec egreditur gradum † fratrum, & sororum, est 18
text. *in d. auth. cessante, C. de legit. hered. auth. post fratres, la secunda*, vbi Bart. & Salycet. *eod. tit.* Gutier. *lib. 3. practicabil. quæst. 166. num. 2.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 9. num. 4.* Ita quod filius succedit loco patris prædefuncti tantum, † quando agi- 19
tur de successione aui, vel patrui, non autem si agatur de successione alterius transuersalis, vnde cum
non agatur de † successione patrui, qui est in tertio 20
gradu, sed de succedendo consobrino, qui est in
quarto, & ad quem gradum repræsentatio non datur; in successione Ioan. Iacobi ab intestato defuncti, præferenda est Iulia matertera prior in gradu
filiis † aliarum materterarum inferioris gradus, *l.* 21
auuncule, C. communia de successio. vbi Bart. *l. 2. C.*

7 minimè tenebantur, nec vllo iure tepetitui causam, quod frater tenetur dotare filiam fratris, vel sororis. Rip. *qui alios allegat. in l.* 1. *num.* 86. *ff. solut. matrim.* & hoc petere ex text. *in l. neque mater. C. de iur. dot.* tradit Alexand. *consil.* 66. *sub num.* 5. *lib.* 4. tum
8 etiam quia tutor munera † nuptialia missa agnatis pupillorum, ipsis pupillis imputare non debet, *l. tutor secundum*, §. *in soluendis, vers. neque nuptiale, de administr. tut. & in l.* 1. §. *sed & si munus nuptiale, ff. de tutel. & ration. distrah.* Escobar *de ratiocin. cap.* 25. *num.* 47. *ver. non tamen tutor.*

Neque prædictis pupillis imputari debet summa scutorum 100. quæ testator reliquerat Margaritæ filiæ ipsius tutoris, cùm ex eodem libro tutelari constet ea fuisse per eumdem testatorem adhuc viuentem soluta ipsi Margaritæ dum nupsit, vnde orta postmodum iudiciali controuersia fuit lata sententia absolotoria pupillarum, quia per solutionem le-
9 gati † factam in vita testatoris legatum ipsum censetur ademptum, *l. Lucius Titius, ff. de legat.* 2. *l. filia*
10 *legatorum*, *C. de legat.* neque præsumitur † quòd testator illud voluerit duplicare, *l. Seia, ff. de aur. & arg. legat.* Rot. *coram san. mem. Gregor. XV.* 236. *num.* 1. *cum seqq.*

Nulla similiter habenda est ratio scutorum 24. quibus idem tutor etiam scripsit se taluisse alterius pignora, neque scutorum 17. exactorum à debitoribus pupillarum in ror vino, quia respectu primæ summæ non constat huiusmodi pignora fuisse Hebræis tradita pro debito hæreditatis, vel in vsum
11 pupillarum, & quod non est debitum, † tutor soluere non debet, *d. l. tutor secundum*, §. *in soluendis*, ibi, ne cui non debitum soluat, *ff. de administr. & peric. tut.* Respectu verò secundæ summæ non erat ponenda ad debitum tanquam erogata in emptionem vini, nisi etiam posita esset ad creditum tanquam exacta ex creditis pupillorum. Denique visum fuit Dominis ex summa scutorum 86. pro oleribus, seu lactucis emptis in vsum pupillorum in libro tutelari descript. tertiam partem adimendam esse.

Et ita vtraque parte fuit decisum.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana fideicommissi de Epis.

Die Veneris 21. *Iunij* 1630.

ARGVMENTVM.

Manutentio concedi debet ei, qui doceat de sua possessione exigendi, vel ex pluribus solutionibus titulo præambulo confirmatis, vel ex confessione patris aduersæ, nec retardatur exceptione fideicommissi.

SVMMARIVM.

1. *Manutentio competit probanti suam possessionem ex gendi, vel ex solutionibus pluries factis in vim tituli præambuli, vel ex confessione patris aduersæ, num.* 2.
3. *Exceptio fideicommissi tanquam ea, quæ altiorem indaginem requirit non admittitur in iudicio manutentionis.*
4. *A bonis maternis tanquam à diuersis non infertur ad bona paterna.*
5. *Legitima grauari non potest onere fideicommissi.*
6. *Pater adijciens fideicommissum in bonis filio relictis non præsumitur voluisse filium grauare in legitima, nisi hoc expressè dixerit.*

DECISIO LXI.

Ex testamento Melchioris de Epis, & ex lege data in eodem testamento, inuestiri debebant scuta mille, & quingenta ex pecuniis illi debitis pro dote materna super pretio casalis venditi Laurentio Rogerio, vt ex eiusdem inuestimenti, & pecuniarum fructibus soloerentur quotannis scuta sexaginta pro dote vnius puellæ, & nominauit idem Melchior exequutorem huius suæ voluntatis Lucam Antonium de Fabijs, qui ex facultate, quam habuit ab eodem testatore reliquit ius nominandi puellas Societati S. Mariæ de Carmine, & Archiconfraternitati Sanctissimi Crucifixi, habuit exequutionem testamentum, & Rogerius debitor pretij Casalis, consentiente hærede Melchioris, soluit semper ea scuta sexaginta, vt docuit Archiconfraternitas ex pluribus solutionibus sibi factis; sed cum anno 1617. solutum fuisset à Rogerio integrum pretium Casalis, illud inuestitum fuit simul cum aliis pecuniis, è quibus emptus fuit annuus census à Dominis de Naris pro summa scutorum decem millium, & ex hoc etiam inuestimento exigit Archiconfraternitas summam scutorum sexaginta, cum quibus dorauit puellam quotannis iuxta mentem testatoris; cum autem Ludouicus hæres substitutus Melchiori ex fideicommisso Bartholini illius patris commisisset in Rota causam iactationis, Domini de Naris cœperunt apud Sacrum Montem Pietatis deponere pecunias, quas aliàs soluebant vtrique societati; vnde petiit societas Crucifixi manuteneri in sua possessione, & disputatio hodie dubio Domini affirmatiuè, & pro eadem societate responderunt.

Non enim poterat negari possessio Archiconfraternitatis, & illa eam ostendebat, tam ex solutionibus sibi factis, quæ poterant satis esse in hoc iudicio, cum essent numero † plures; & confirmantur ex titulo, qui oriebatur ex testamento Melchioris, ex notatis per Ripam *in cap. cum Ecclesia Sutrina, num.* 55. *de caus. possess. & propriet. & in l. naturaliter*, §. *nihil commune, num.* 100. *ff. de acquir. possess.* Bald. *in l. data opera, num.* 69. *C. de his qui accus. non poss.* Rot. *decis.* 17. *num.* 1. *part.* 5. *diuers. & coram Grigor. decis.* 412. *num.* 5. quàm ex confessione patris, quia in instrumento census, quem Domini de Naris imposuerunt, & vendiderunt Ludouico vel hæredi Melchioris, acceptaoit idem Ludouicus conditionem, quæ continebatur in illios testamento, vt soluerentur dotes puellarum ex pretio scutorum mille, & quingentorum, quorum creditor erat occasione dotis maternæ; & hæc etiam † confessio potetat satis esse in hoc iudicio, vt notant Doctores *in cap. cùm venissent, de in integr. restit. & ibi* Innoc. *num.* 2. Imol. *num.* 21. Rot. *decis.* 561. *num.* 5. *part.* 1. *recent. & coram Gregor. decis.* 365. *num.* 1. *& decisione* 458. *num.* 6. 1 2

Neque obstare poterat fideicommissum Bartholini, quòd adductum fuit pro Ludouico, quia hæc exceptio fideicommissi non solet admitti in hoc iudicio possessorio, tanquam ea, quæ † videtur requirere altiorem indaginem, vt notant Doctor. *in l. vlt. C. de edict. D. Adrian. & ibi* Bart. *num.* 55. Decian. *num.* 48. Rip. *in rubr. ff. de pign. num.* 19. Menoch. *de adipiscend. possess. remed.* 4. *num.* 558. *& num.* 630. 3

Præterea

Præterea nihil obstare poterat idem fideicommissum, quia inuestimentum, quod Melchiot fieri præceperat, factum fuit ex pretio casalis, super quo consistebat pars dotis maternæ, quæ tanquam proprium patrimonium matris Melchioris nihil com-
4 mune habebat cum † boois, ex patrimonio Bartholini illius patris, argum. text. *in l. 3. §. sed vtrum, ff. de minor. 25. annorum*, & tradit Aymon *consil. 39. num. 4.* Socin. sen. *consil. 25. num. 20. lib. 1.* Menoch. *conf. 238. num. 4. & consil. 286. num. 28.* Et quamuis casale esset in hæreditate patris, adhuc dispositio Melchiotis
5 sustineri poterat ratione legitimæ, † quæ non potuit grauari eo onere fideicommissi, vt notatur *in l. quoniam in prioribus, & in l. scimus, §. cum autem, C. de inoffic. testam. & in l. si pater, & ibi gloss. C. de instit. & substit.* & talis etiam præsumi debebat fuisse voluntas patris, dum non constabat de contraria illius
6 voluntate, quod † voluerit grauare filium in legitima, argum. text. *in l. si pater, ff. qua in fraud. credit.* & tradit Decian. *in consil. 81. num. 1. & in consil. 218. num. 3.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 4.*

Et ita, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana fideicommissi de Guidis.

Die Veneris 28. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius potest agere contra hæredem grauatum, vt sibi restituat hæreditatem, quamuis habeat alios anteriores in gradu, quibus ipse ex substitutione facta à testatore succedere debet in fideicommisso, si habeat cessionem ab anterioribus vocatis.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissarius si habeat cessionem ab anterioribus agere potest, vt sibi fiat restitutio hæreditatis, quam debet recipere nomine cedentis, & postea retinere poterit iure proprio ex vtilibus actionibus, quæ continentur etiam in cessione.*
2. *Idem facere poterit ex vi delegationis, quæ etiam continetur in cessione, ex qua cogere poterit hæredem, vt restituat hæreditatem fideicommissario ad propriam vtilitatem.*
3. *Identitas personarum ex quibus probetur, item ex quibus probetur identitas bonorum, num. 6.*
4. *Exceptio, tu habes parem in gradu, non potest proponi à possessore contra vocatum, aut venientem ex illius persona, cum illa respiciat ius tertij.*
5. *Præsumptio iuris, vt non viuat persona, à qua actor excluderetur, iuuat ipsum actorem, quando reus non opponat existentiam, aut mortem talis personæ.*
7. *Confessio in alio iudicio, & ad alium effectum facta, imò etiam extraiudicialis impugnari nequit, si præsumptionibus, & adminiculis iuuetur.*

DECISIO LXII.

POst vltimam decisionem, quæ facta fuit in hac causa *sub die 25. Iunij anni præteriti*, in qua dictum fuit, quod Ioan. Lucas de Fabiis, & alij descendentes ex filiabus Antonij Guidi testatoris probauerant euenisse casum suæ vocationis, dubitatum hodie fuit, an illis esset concedenda immissio, & Domini affirmatiuè responderunt ex rationibus, quæ in eadem decisione, & aliis sæpiùs deducta fuerunt, quia probabatur fideicommissum ex testamento Antonij, & quod euenisset conditio, sub qua iidem descendentes ex fœminis vocati erant; nam licèt illi vocati essent in defectum omnium agnatorum, tamen habebant cessionem iurium ab iis agnatis, qui eos debebant in gradu præcedere.

Ex qua cessione sublata erant omnia, quæ in hac disputatione repetebat Franciscus de Alexandris, cui tanquam reo, & possessori satis erat quocunque modo excludere hos substitutos; ex ea enim cessabat, tam illa exceptio, vt adessent alij anteriores in gradu, (quæ exceptio dicebatur probata ex sententia A. C. lata contra eosdem descendentes ex fœminis, qui hodie agunt) quàm alia, vt posset Franciscus proponere eandem exceptionem, dum illa videbatur respicere, & concludere non ius agentis; nam licèt ex ea sententia, quæ tamen non iustificabatur ex actis, videretur desumi probatio huius existentiæ, tamen non poterat suffragari Francisco, quia hi descendentes poterant obtinere ex persona eorum, quorum fauore dicebatur extitisse conditio eiusdem fideicommissi, à quibus ipsi habebant cessionem, siue id contingeret propter exercitium dire-
ctarum actionum, † quod eis dabat eadem cessio, 1
cum ex iis actionibus obtinere possent, vt sibi fieret restitutio hæreditatis, quam recipere habebant nomine cedentis, & postea ex vtilibus actionibus iure proprio retinere, vt tradit Angel. *in l. si vsusfructus, ff. de nouation.* Bart. *in l. qui ita, §. 1. ff. ad Senat. Cons. Trebell. & in l. si stipulatus, 76. num. 7. ff. de verb. obligat.* Alexand. *super ead. l. num. 8. & in l. apud Iulianum, §. vtrùm, num. 1. ff. ad Trebell. & ibi* etiam Imola *num. 10. vers. in ea glossa*, siue hoc procederet ex dele-
gatione, † quam habebat occasione eiusdem cessio- 2
nis, ex qua poterat cogere hæredem, vt restitueret hæreditatem fideicommissario, ad propriam tamen vtilitatem, vt probat text. *in l. seruo inuito, §. vltim. ff. ad Trebell.* & tradit Cagnol. *in l. 2. num. 39. C. de pact.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 31. num. 33.* Gabr. *consil. 121. num. 48. & 49. lib. 1.*

Neque Domini dubitarunt, an illi, qui approbati fuerunt in sententia tanquam de agnatione testatoris, essent iidem, qui iura sua cesserunt fauore horum descendentium ex fœminis, præter vnum Vincentium, cuius mors probata fuit; cum appel-
larentur eisdem denominationibus, † quæ fuerunt 3
expressæ in sententia, nimirum patris, patriæ ac duplici cognomento familiæ Berniæ de Guidis, quæ satis esse poterant ad probationem identitatis personarum, ex doctr. Bart. *in l. demonstratio, ff. de cond. & demonstrat.* & tradit Menoch. *de præsumpt. præsumpt. 15. num. 40. & 45. lib. 5.* Præsertim in vna eademque agnatione, & familia, vt considerauit Cephal. *consil. 90. num. 17. lib. 1.* Viui. *decis. 324. num. 1. lib. 2.* Imò ex iis probatur aliud fundamentum decisionis, quia cum ex vocatis, & quorum fauore im-
pleta erat conditio † fideicommissi, adessent, qui 4
illud peterent, non poterat Franciscus eos excludere, aut venientes ex illorum persona. Licèt enim probarentur alij existere præter eos, quos declarauit sententia esse de agnatione testatoris, quod tamen nunquam probatum fuit, tamen non poterat negare Franciscus restituere fideicommissum iis, qui illud

petebant

petebant, cum hæc exceptio, vt adsint alij pares in gradu, tanquam respiciens ius tertij non possit proponi a possessore, vt tenuit Rot. *in Tiburtina Castri S. Angeli 26. Nouembr. 1616. & in Viterbien. fideicommissi 4. Decembris 1624. coram Cardin. Sacrato, & nouissimè in Romana demus, & Saluiani 23. Ianuarij, & 18. Martij 1630. coram R. P. D. meo Quieppo.* Et poterat etiam probabiliter dubitari, an existentia horum agnatorum esset probata, dum illa nunquam fuit iustificata ex actis; sicut etiam dubitari poterat, an illa obesse deberet descendentibus fœminarum,

5 quia cum illi non opponerent existentiam eorumdem agnatorum, neque se fundarent in eorum morte, iuuari poterant præsumptione iuris, vt non superessent alij agnati, aut descendentes ex masculis, à quibus ipsi excluderentur, vt tradit Ripa *in l. ex facto, § si quis autem, num. 9. ff ad Senat. Consult. Trebell. & in l. in illa, num. 26. ff. de verb. obligat.* Cassan. *consil. 19. num. 12.* Put. *decis. 43. lib. 1.* Rot. *decis. 862. num. 1. part. 3. diuers. & decis. 436. part. 1. recent.*

6 Non etiam poterat dubitari de † identitate bonorum, super quibus petebatur immissio, quia datæ fuerunt acquisitiones omnium corporum factæ à testatore, & primò ex tribus domibus, quæ hodie à Francisco possidentur, deponebant testes examinati in causa de duabus, quod illæ possessæ fuerunt ab Antonio, & deinde a Ioan. Baptista illius filio, ac patre Antonij iunioris, à quo ipse Franciscus causam habet, expressis omnibus illarum finibus; tertia verò, quæ est sub proprietate Dominorum de Sorbellonibus probabatur ex eisdem testibus eodem modo possessa à testatore, prætereа ex libro Domini directi, ex quo apparebat illam primum concessam fuisse Antonio seniori, & per aliorum successorum manus deriuatam hodie possideri à Francisco. Præterea probabatur hæreditarius census scutorum quadraginta quatuor, cum ille emptus fuisset ex pretio vineæ hæreditariæ, & expresse in illius locum subrogatus. Tertiò probabantur prouenire ab eodem fideicommisso loca viginti septem Montium, ex quibus sexdecim erant Montis Fatnesij, vndecim Montis Sixti secundæ erectionis, nam in mutatione literarum patentium, quam idem Franciscus curauit fieri ad sui fauorem tanquam hæres Antonij expressè referuatæ fuerunt omnia onera, & conditiones fideicommissi Antonij Guidi senioris, quod etiam confessus fuit idem Franciscus, dum tanquam tutor Antonij negauit illum esse hæredem Ioannis Baptistæ patris, aut alia bona possidere, ex fideicommisso, & dispositione aui, quam confessionem non

7 poterat hodie impugnare † Franciscus, quasi illa facta fuisset in alio iudicio, aut ad alium effectum, nimirum contra creditores pupilli, cum confirmaretur aliis præsumptionibus, & adminiculis, quo casu probare solet etiam confessio extraiudicialis, vt tenuit Rota apud Achill. *in decis. 1. de confess. & in decis. 177. num. 4. part. 2. diuers.* & fuit dictum *in Romana Laudi seu participationis 17. Aprilis 1617. coram bon. mem. Buratto.*

Et ex his dixerunt Domini dandam esse immissionem, quam hodie petunt hi descendentes ex filiabus Antonij testatoris pro indiuiso, & saluo iure detractionum, quæ competerent Antonio authori Francisci ex persona Ioan. Baptistæ sui patris, & filij testatoris, cum probatum esset fideicommissum, & casus successionis fauore eorumdem descendentium, ac demum possessio testatoris super iis bonis, super quibus petitur immissio, quæ solùm solet existimari necessaria ad effectum obtinendi in hoc iudicio, & interdicto possessorio, vt notatur *in l. vlt. C. de edict. D. Adrian.* & tradit *ibi* Barr. *num. 9. & 11.* Menoch. *de adipiscend. possess. remed. 4 num. 56.*

Et ita, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Firmana fideicommissi de Carradoris.

Die Mercurij 11. Nouembris 1630.

ARGVMENTVM.

Verba posita in substitutione, quando nequaquam sunt etiam ad institutionem referenda. Fœminæ, si sint vocatæ, deficientibus masculis, quando dicatur factus locus huic vocationi.

SVMMARIVM.

1. *Verba, quando ad immediatè coherentia tantùm referenda sint.*
2. *Verba in substitutione, non sunt referenda ad institutionem, si dicta relatio commodè fieri non possit.*
3. *Per mortem filiorum, quando dicatur purificatum fideicommissum ad fauorem filiarum, &c.*
4. *Verba subsequentia non est inconueniens, vt declarent præcedentem substitutionem, & simul augendo ponant nouam successiuam vocationem.*
5. *Fideicommissum dicitur conditio.*
6. *Verbum, deficientibus, ex sui propria natura successiuam deficientiam per mortem, & vocationem per fideicommissum significat.*
7. *Vocatio alicuius per fideicommissum, quando clarè pateat.*
8. *Clausula, & omni meliori modo, vertit etiam vulgarem substitutionem in fideicommissariam.*
9. *Testator, si disposuerit, quod filia fœmina succederent deficientibus masculis, inter masculos resultat reciproca substitutio.*
10. *Et idem est, ac si dicta substitutio, facta esset vltimo, in toto eo, quod eis fuit relictum, & vide num. 11. & 12.*
13. *Fœmina, si sint vocata deficientibus masculis, non succedunt decedente quolibet ex masculis, sed expectanda est mors omnium.*
14. *Verba illa, deficientibus masculis fœmina succedant, intelliguntur discretiuè, & non coniunctiuè, & sic sufficit decessisse filios masculos testatoris, licèt adsint filij filiorum, nam tunc fœmina intrant.*
15. *Et hoc sine dubio est verum in transuersalibus, & amplia num. 16.*

DECISIO LXIII.

Coram bon. mem. Buratto, sub die 10. Martij 1623. fuit in hac causa resolutum, constare de fideicommisso Mariæ eiusque purificatione ad fauorem Ludouicæ filij Accursij, & sororis Baptistæ, nisi obstaret superexistantia Iosephi. Proponente me causam super eisdem, & super reseruatis sub die 5. Martij 1629. DD. procedendo distinctè dixerunt, Ludouicam hodie non posse agere ad portionem Iosephi, nec ad portionem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad filios Ludouici, sed posse agere ad portionem eorumdem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad Baptistam,

ptistam, de portione verò Accursij mandarunt par-
ticulatirer videti. Concessa partibus super eisdem
audientia, causa (vt faciliùs discureretur) per articu-
los diuisa, placuit DD. vt priùs videretur, an Lu-
douica posset agere ad portionem Lelij, & Philippi
patruorum, quæ peruenit ad Bapristam, itaut circa
hoc esser standum, vel recedendum à decisis, quo
dubio proposito DD. steterunt in hac parte in de-
cisis coram bon. mem. Buratto, & coram me.

Mouebatur, quia verba (ac etiam adiecta condi-
tione, quod deficientibus masculis fœminæ succe-
dant non solùm modo prædicto, sed etiam alio me-
lioti modo) non referuntur ad institutos, sed ad fi-
lios Accursij, & Ludouici discretiuè substitutos, vt
in dicta decisiooe coram me firmatum fuit tanquam
1 immediatè cohærentia dictæ substitutioni filiorum,
ex allegatis *in ea*, & per Surd. *consil.* 315. *sub num.* 9.
& 10. & quia distinctio, & relatio commodè fieri
2 † non potest circa institutos, vt in eadem decisione,
& post alios Surd. *d. consil.* 315. *num.* 9. & ex aliis in
ea consideratis, quæ DD. placuerunt.

Nec potest inde fieri, vocationem filiarum fœ-
minarum fuisse restrictam ad idem tempus vocatio-
nis filiorum masculorum, imò per dicta verba, DD.
3 conclusetunt † filias fœminas Accursij, & Ludoui-
ci fuisse discretiuè per fideicommissum vocatas post
mortem filiorum masculorum cuiusque, atque ita
per mortem Baptistæ vltimi filij Accursij, quoad
portionem Lelij, & Philippi, quæ ad eum perue-
nerat, fideicommissum fuisse ad fauorem Ludoui-
cæ purificatum, ex rationibus in decis. coram bon.
mem. Buratto deductis, & in alia coram me con-
firmatis.

Vltra quòd prædicta restrictio clarè tollitur ex
verbis, sub quibus vocatio fœminarum concepta
legitur, nempe. Primò ex verbis ibi (ac [illegible] adie-
4 cta) quæ † stant augumentariuè, & a[illegible]atiuè, &
singula ponderando firmatur in prima, & compro-
batur in secunda decisione, nec est inconueniens per
illa verba declarari præcedentem substitutionem, &
simul augendo poni nouam successiuam vocatio-
nem, *l. ea tamen adiectio, ff. de leg.* 3. *& in Roman. fi-
deicommiss. de Gallis* 19. *Martij* 1596. *coram bon. mem.
Cardin. Pamph.* prout nec repugnat verbum (condi-
5 tione) † cùm & fideicommissum dicatur conditio,
l. 1. *C. de pact.* vbi Bart. *in* 1. *not.* Fulgos. *num.* 1. *in* 2.
not. Grat. *consil.* 9. *num.* 24. *lib.* 2. Secundò tollitur ex
6 verbo ibi (deficientibus) quòd † ex sui propria na-
tura successiuam deficientiam per mortem, & voca-
tionem per fideicommissum significat, ex allegatis
in vtraque decisione, & per Menoch. *in consil.* 106.
num. 342. Cephal. *consil.* 150. *num.* 15. Rimin. iun. *con-
sil.* 412. *num.* 73. *& seq.* Fosar. *consil.* 68. *num.* 4. *& con-
sil.* 183. *num.* 27. *in fin. &* 28. Tertiò tollitur etiam ex
verbis, ibi (noo solùm modo præmisso, sed etiam
alio melioti) nam dum modo præmisso vocantur
fœminæ, & præmissus in præcedenti clausula conti-
7 net expressè per fideicommissum, clara patet voca-
tio illius per fideicommissum. Seraphin. *decis.* 934.
num. 11. cùm vigore huius clausulæ vertatur etiam
8 vulgaris ipsa † in fideicommissariam, ex allegatis
*in decis. coram bon. mem. Buratto, vers. ponderabatur,
& coram me, vers. non obstat*, & demum clausula præ-
dicta ne dum est ampliatiua, sed habet proptium
verbum dispositiuum, succedant, & orationem per-
fectam.

Noo obstat, quòd ex Accursio dicatur extitisse
Felix, & Baptista, & si portionem Lelij, & Phi-
lippi pro medietate ab initio ad vtrumque perue-
nisse, & per mortem Felicis ad Baptistam. Quia vbi
hoc esset, dum testatrix voluit, quòd filiæ fœminæ
succederent † deficientibus filiis masculis, inter fi- 9
lios masculos cuiusque, & sic inter Felicem, & Bapti-
stam resultat reciproca, cùm sint vocati, & substi-
tutio facta † illis deficientibus, quod idem est, ac si 10
esser facta vltimo, & in toto eo, quòd illis erat reli-
ctum bonis diuisis in duas medietates. Ias. *consil.* 33.
num. 4. *per tot. lib.* 1. Menoch. *consil.* 397. *num.* 12. Surd.
consil. 344. *num.* 17. qui ibi, *num.* 18. confirmat reci-
procam ab absurdo ex aduerso ponderato, si dece-
dente quolibet † ex filiis masculis admitti debuisset 11
fœmina, *& in Romana seu Ferrarien. fideicommiss.* 29.
Ianuarij 1626. *coram bon. mem. Buratto.* Vnde rueret
prætensio, quòd portio Felicis libera peruenerit ad
Bapristam, sed adhuc tota medietas † veniret in re- 12
stitutione fideicommissi ad fauorem Ludouicæ. Me-
noch. *præsumpt.* 193. *num.* 15. *&* 16. *&* 21. *lib.* 4. Fusar.
de substit. quæst. 440. *num.* 15. *&* 16.

Præterea dicebant aliqui ex DD. etiam vbi pos-
set de reciproca dubitari, & Ludouica non potuis-
set forralle admitti ad portionem Felicis viuente Ba-
ptista; tamen purificata † postea conditione defi- 13
cientiæ per mortem Baptistæ, Ludouicam admit-
tendam esse ad totum, quasi quilibet fratri substitu-
tam, suspenso effectu in tempus mortis omnium.
Ruin. *consil.* 134. *num.* 10. *vers. quinimò, & ad fin. vers.
sed tunc, & num.* 11. *vers. nec obstat, lib.* 3. Zanch. *in
l. hæredes mei, §. cùm ita, num.* 625. Decian. *respons.* 26.
num. 59. *lib.* 1. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 13. *num.* 3.

Nec facit extantia filiorum Ludouici, ex quo in-
ter lineas facta non fuit reciproca, & dicta † verba 14
(deficientibus masculis fœminæ succedant) intelli-
guntur discretiuè, & non coniunctiuè, sicque suffi-
cit defecisse filios masculos Accursij, vt admittatur
Ludouica illios filia, & non linea Ludouici, vt Rota
in vtraque decisione intellexit; & per Mantic. *de
coniectur. lib.* 7. *tit.* 5. *sub num.* 17. *vers. sed multum,*
† vbi dicit esse sine dubio in transuersalibus, de qui- 15
bus hic agitur. Fusar. *de substit. quæst.* 579. *num.* 45.
& 56. Rota *decis.* 316. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* præcipuè
cùm præcedens substitutio † diuisa fuerit in stirpes, 16
& duas medietates, istaque habeat verba, modo
prædicto. Crauett. *consil.* 68. *num.* 12.

Aliis obiectionibus visum fuit sufficienter re-
sponsum in dictis duabus decisionibus, quas in ista
positione DD. confirmarunt.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. MERLINO.

Camerinen. hæreditatis.

Die Veneris 21. *Februarij* 1631.

ARGVMENTVM.

Institutus post mortem vsufructuarij, cen-
setur purè, & liberè institutus, ita quod
potest hæreditatem transmittere, licet
prædecedat vsufructuario, & solum du-
rante vita vsufructuarij suspenditur ei
petitio vsusfructus, in gratiam, & vtilita-
tem eiusdem vsufructuarij.

Rota secuta est pluties hanc singula-
rem decisionem, & præsertim eam ca-
nonizauit coram Reuerendiss. P. D. Coc-
cino

cino Decano in Romana bonorum 4. Iulij 1631. vbi habetur, quod ista est doctissima decisio more solito istius Auditoris.

SVMMARIVM.

1. *Mulier instituta in vsufructu solummodo, si ei nullus alius coharet in vita datus fuerit, censetur heres in totum tam in vsufructu, quàm in proprietate. Et ista quaestio est valde anceps, & DD. ingenia multum torsit num. 7.*
2. *Verbum,* instituit *post mortem exponitur,* substituit.
3. *Mulier instituta in vsufructu, multo magis censetur instituta in proprietate, si ei vsusfructus sit relictus titulo legati.*
4. *Mulier relicta Domina, & Patrona, ista verba videntur importare idem, ac si esset relicta hares proprietaria.*
5. *Heres institutus post mortem alicuius intelligitur si superuixerit.*
6. *Heres, qui non adiuit hereditatem, non potest illam transmittere, sed dicitur caduceatum ius illius.*
8. *Mulieri siue titulo legati, siue titulo institutionis fuerit relictus vsusfructus, censetur solummodo legataria.*
9. *Institutus post mortem alicuius, qui relictus est vsufructuarius, si pradecedat vsufructuarius, potest institutus statim adire hereditatem, & ad haredes transmittere.*
10. *Et ista opinio est aquior, & verior, & contraria opinio valde aduersatur voluntati testatoris, & n. 11.*
14. *Decis. 138. num. 3. part. 4. diuers. declaratur.*
15. *Decis. 460. eadem parte intellectus.*
16. *Decis. 122. part. 2. in recen. declaratur.*
17. *Heres institutus purè, & directè post mortem mulieris relicta vsufructuaria, etiamsi pradecesserit d. vsufructuaria, potest hereditatem transmittere ad haredem.*
18. *Vsufructu resoluto per mortem vsufructuarij, si non ad sit institutus, tamen eiusdem hares capit hareditatem.*
19. *Proprietas, quod accrescat vsufructui impossibile reputatur.*
20. *Heres heredis proprietarij finito vsufructu per mortem vsufructuarij, hareditatem capit non iure transmissionis, seu fideicommissi, sed iure deuolutionis, seu consolidationis.*
21. *Legati temporalis natura, qua sit.*
22. *Vsusfructus, qui finitur morte vsufructuarij, redit ad proprietatem, & cum ea consolidatur, seu trahitur, & absorbetur, vbicumque, & penes quemcunque ipsa proprietas reperiatur.*
23. *Mulier relicta vsufructuaria, donec ipsa vixerit vita naturali, non debet extendi ad ipsius heredem.*
24. *Mulier instituta vsufructuaria, donec vixerit, consequitur dumtaxat vsumfructũ morte finiturum.*
25. *Verba,* ore proprio, *necessaria sunt in testamentis nuncupatiuis, respectu primi heredis.*
26. *Vniuersitatis qualitas adiecta verbo directo, heredes, importat institutionem puram ab initio.*
27. *Verba,* pleno iure, *in substitutione apposita, quid operentur.*
28. *Verba,* pleno iure, *denotant plenam successionem tam in proprietate, quàm in vsufructu absque alia detractione, & diminutione.*
29. *Trebellianica detractio competit heredi vniuersali, cum onere restituendi post mortem.*
31. *Testator non prasupponens nomen heredis, quando nominat vsufructuarium, & illud prasupponens, quando nominat institutum post illius mortem, tunc ille censetur purè institutus.*
32. *Actio, & passio non cadunt in eodem subiecto. Heredi à se ipso legari non potest. ibid.*
33. *Coniectura debiliores tolluntur per validiores.*
34. *Mulier relicta Domina, Patrona, & Massaria, ista verba de sui natura important absolutum dominium.*
35. *Mulier relicta Domina, Patrona, &c. si ista verba restringantur ab verbo vsufructuaria, vel donec vixerit, censetur relictum ei dominium vtile, & liberam dispositionem fructuum, cum praeminentia.*
36. *Voluntates defunctorum, quando interpretantur, mordicè non debet insisti scrupulositati, seu cortici, & calumnia verborum, & subtilitatibus iuris.*
37. *Voluntates defunctorum sapius perniciosè obumbrantur, impediuntur, & circumueniuntur.*
38. *Voluntates defunctorum per iudices, coniecturijs venanda sunt.*
39. *Hereditas non adita non potest transmitti.*
40. *Hereditas non adita in aliquibus casibus transmittitur, nempe iure suitatis, iure sanguinis, & iure deliberandi.*
41. *Hereditas non adita, vt transmittatur ex capite iuris deliberandi, quid requiratur.*
42. *Hereditatis aditio probatur ex actu, qui citra ius, & nomen heredis expediri non potest.*
43. *Hereditas solo animo aditur, & animus hoc casu elicitur ex quocumque actu, siue proueniat ex facto, siue non facto, siue dicto, siue scripto.*
44. *Hereditatis aditio probatur ex contractu inito super re hereditaria.*
45. *Instituto post mortem vsufructuarij, durante illius vita, solum suspenditur petitio vsusfructus in gratiam vsufructuarij quousque viuat.*
46. *Et potest transmittere hereditatem, quia licet non habeat ius in exercitio, illud tamẽ habet in habitu.*
47. *Conditio, quando certum est, quod est casura, non impedit transmissionem.*
48. *Vsusfructus vniuersalis, quando legatur alicui donec vixerit, tunc ille, qui ei est substitutus, intelligitur purè, & non conditionaliter institutus.*

DECISIO LXIV.

Filiis Catherioæ petentibus immissionem pro
medietate in possessionem bonorum Angeli,
obiiciebat Iacoba, Cathetinam non fuisse hæredem
à principio directè iostimtam, sed solùm per fidei-
commissum substitutam, quatenus superuixisset
Magdalenæ, quæ licet vsufructuaria hæres † fuerit 1
iostituta solummodo, attamen cum ei nullus cohæ-
res in vita datus fuerit, dempta mentiooe vsusfru-
ctus, censeatur per quoddam ius accrescendi hæres
in totum, tam in vsufructu, quàm in proprietate,
grauata tamen restituere post mortem, medietatem
Catherioæ, & alteram medietatem Iacobę neptibus,
iuxta doctrinam Bald. *in l. id quod pauperibus, num. 27. C. de Episcop. & Cleric.* quam plures, & grauissimi
auctores sequuti sunt, quos refert, & sequitur Card.
Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 4. tit. 5. & seqq.*
Bellon. sen. *consil. 30. num. 2.* vbi post Bald. *in d. l. id
quod pauperibus,* quod verbum † *instituit*, post mor- 2
tem exponitur, *substituit.* Menoch. *consil. 273. per tot. & cons. 637. num. 2. & seqq. & consil. 1112. & 1235. per tot. & præsumpt. lib. 4. præsumpt. 141. num. 1. & 27. & 35.*
Peregr. *de fideicommiss. art. 5. num. 21. & 24. & 58. lib. 3.*
&

& nouissimè, omnes Doctores proponendum cu-
mulando, Moderni Brixien. consil. 195. num.7. con-
sil. 196. num. 11. consil. 197. num. 21. consil. 198. num. 31.
& consil. 199. num. 30. & consil. 200. num. 51. vbi etiam
referunt secundum hanc opinionem pluries fuisse
iudicatum.

Quæ & eo facilius videbantur admittenda in ca-
su præsenti nedum, quia non titulo legati, sed In-
3 stitutionis † Magdalena vocata fuit ad vsumfru-
ctum, in quibus terminis propriis loquitur Bald. in
d.l. id quod pauperibus, & alij cumulati per Menoch.
d.cons. 1112. num. 2. Card. Mant. d.art.7. num.5. & per
Modern. Brixien. in cons. 196. & 198. atque alij, sed
& quoniam testator addidit, quod ipsa Magdalena
4 † esset Domina, & Patrona, quæ verba videntur im-
portare, ac si dixisset hæredem proprietariam, ad l.
his verbis ff. de hared. instit. Card. Mant. de coniect. d.
lib.4. tit.5. art.9. num.3. Eugen. cons.10. num.26. vers.1.
quando, & cons.25. num.36. lib.1. Menoch. consil.273.
num 4. Negusant. quæst. 100. num.66. & seqq. Vnde
cum Catherina fideicõmissaria prædecesserit Mag-
dalenæ, bona videntur remansisse libera penes eam-
5 dem Magdalenam, tanquam † deficiente conditio-
ne illa, sub qua fuerat vocata Catherina, nempe
quatenus ipsa superuiueret Magdalenæ, Card Mant.
de coniect. d.lib.4. tit.5. art.7. num.9. Menoch. d. con-
sil. 1112. num. 22. D. Fachin. controuers. iur. cap. 16. lib. 4.
Vel in omnẽ casum, quatenus etiam Catherina hæ-
res pure, & directè fuisset instituta pro medietate,
6 † attamen cum non adierit hæreditatem, non po-
tuit illam transmittere, sed dicitur caducatum ius il-
lius, l. quoniam sororem. C. de iur. deliber. l. vnica §. in
nouissimo. C. de caduc. tollen. Alex. cons. 168. num. 15. lib. 7.
Peregr. decis. Patauin. 151. num. 1. & seqq. Menoch. con-
sil. 273. num. 14.

Cæterum domini responderunt, dandam esse im-
missionem filiis Catherinæ, quia, licet quæstio illa,
an mulier instituta hæres in vsufructu, nullo scripto
7 cohærede in proprietate, † dum ipsa viuit, admo-
dum anceps sit, & Doctorum ingenia multum tor-
serit, attamen Rota semper inclinauit in eam sen-
tentiam, vt mulier, siue titulo legati, siue titulo in-
stitutionis, ei fuerit relictus vsusfructus, censeatur
8 † solummodo legataria, vocatus verò post mortem
vsufructuariæ habeatur tanquam pure, & libere hæ-
res in proprietate, videtur enim solummodò dilata
vsusfructus acquisitio ad mortem vsufructuariæ, il-
laque verba, post mortem, dicuntur apposita, vt mu-
lier libere fruatur vsufructu, nec aliquo modo ab
hærede vniuersali proprietario vexetur, & tempus
illud mortis vsufructuariæ non est adiectum sub-
stantiæ institutionis hæredis proprietarij, & ad illam
infringendam, aut conditionandam, sed potius exe-
quutioni, ad differendum emolumentum commodi
9 vsusfructus † interimque viuente vsufructuaria, hæ-
res post eiusdem vsufructuariæ obitum institutus,
statim adire hæreditatem, & ad hæredes potest trans-
mittere. Ita Bald. cons. 26. lib. 5. Corn. in l. extraneum,
num. 21. vers. 4. tangit. ff. de hared. instit. vbi quod ita
vidit iudicari, & quod opinio contraria est iniqua,
10 contra † naturam materiæ subiectæ, & mentem te-
statoris, Paris. cons. 97. num. 3. vers. dico insuper, &
num. 6. lib. 2. Duran. de arte testand. tit. de legat. cau-
tel. 39. num. 1. bene Add ad Alex. cons. 162. sub littera
B. lib. 2. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 2. num. 5. asserens
hoc esse verius de iure, Petr. Pech. de testam coniug.
lib. 5. cap. 5. in princip. vbi ex relatione Castrens. ita
Bononiæ, & alibi iudicatum fuisse testatur Bero.
consil. 58. num. 6. lib. 2. qui affirmat hanc opinionem

magis communem, magis veram, & magis æquam
esse, Suarez recept. sent. verbo, vxor. num. 114. Gail.
pract. obseruat. 143. num. 5. vbi de veriori, lib. 2. Rom.
tun. consil. 291. num. 36. & sequentib. Bursat. consil. 145.
num. 4. Simon. de Præt. de interpret. vltim. volunt.
lib. 3. dubit. 1. solut. 1. num. 23. Laderch. cons. 57. num. 3.
vbi quod semper ita obtinuit in foro, Castil. de vsu-
fruct. cap. 8. num. 43. dicens contrariam † opinio- 11
nem voluntati defuncti valde aduersari, Cabal. con-
sil. 153. per tot. Odd. consil. 91. num. 20. cum sequentib.
vbi de humaniori, veriori, & magis communi te-
statur, Thesaur. tun. qq. forens. cap. 81. num. 3. qui dicit
per Senatum Pedemontanum ita iudicatum fuisse
lib. 3. Gratian. discept. forens. cap 822. num. 1. Giouagn.
consil. 26. num. 13. lib. 1. quorum plures loquuntur in
his terminis, quando ipsa mulier instituta fuit hæ-
res in vsufructu, vt per Cabal. dict. cons. 153. Odd. d.
consil. 91. num. 21. Castill. de vsufruct. d. cap. 8. num. 43.
qui profitetur expressè non esse constituendam dif-
ferentiam inter institutionem, vel legatum, † & 12
Rota semper (vt supra dicebatur) propensior fuit
in hanc sententiam, tanquam magis æquam, & vo-
luntati defunctorum, qui iuris subtilitates igno-
rant, multùm congruentem, & consentaneam, vt
in decis. 162. num. 1. & per tot. & decis. 663. num. 1.
part. 2. recent. & in Perusina Bonorum 13. Februarij
1579. coram Brauo, impressa post Eugen. consil. 33.
lib. 2. & in Romana Apotheca profumaria 15. Martij
1613. & 20. Martij 1615. coram bon. mem. Vbaldo, quæ
pariter decisiones loquuntur in casu institutionis,
& in Sancti Seuerini dotis 16. Decembris 1619. coram
eodem, in qua fuit recessum ab alia decisione sub die
28. Nouembris 1618. & coram bo. me. Card. d. Cauale-
rio dec. 310. & in Tridentina Bonorum 7. Aprilis 1606.
coram bo. me. Card. Sacrato.

Falluntur autem, & † quidem egregiè consulen- 13
tes apud Moder. Brixien. consil. 199. num. 30. & 39.
dum putant Rotam contrarium sensisse in decis. 138.
num. 3. & decis. 460. part. 4. diuers. & decis. 122. part. 2.
recent.

Decisio enim illa † 138. non applicatur, quia ibi 14
mulier non erat instituta hæres in vsufructu, sed sim-
pliciter, & indefinitè erat nominata hæres, vnde
meritò Rota sensit illam indefinitam vocationem,
non esse coarctandam ad solum vsumfructum, diffe-
runt inter se isti casus, quod mulier sit instituta in
vsufructu, & post mortem sit datus alius hæres, vel
quod simpliciter sit hæres instituta nulla facta men-
tione vsusfructus, nec proprietatis, & post mortem
sit datus etiam alius hæres, vt per Imol. in l. filius à
patre num. 4. versic. ideo potest dici, & num. 6. vers. 2.
casu, ff. de lib. & posthum. vbi firmat primo casu vxo-
rem esse vsufructuariam, in secundo autem casu esse
proprietariam, Alexand. ibid. num. 3. vers. 2. est casus,
Aret. num. 3. col. 4. versic. pro declaratione, & colum. 7.
vers. circa secundum, Menoch. præsumpt. 141. & num. 48.
& sequen lib. lib. 4. Card. Mantic. de coniect. vltim. vo-
lunt. lib. 4. titul. 5. art. 6. & 7. & in hoc secundo casu
loquitur dict. decis. 138. dictamque diuersitatem ra-
tionis in prædictis casibus videtur etiam conside-
rasse Rota in Perusina Bonorum 13. Februarij 1579.
coram Brauo.

Decisio vero 460. loquitur pariter in casu, quo 15
mulier erat hæres instituta simpliciter, & ibi appa-
rebat in alia parte testamenti, testatorem sensisse de
vsufructu causali, non autem formali, ex prohibi-
tione ipsi mulieri adiuncta circa detractionem Tre-
bellianicæ, & ex qualitate vocationis substitutorum
obliquæ, & non directæ.

16 Et demum † *decis.122.part.2. recent.* apertis verbis
inquit, nullum fuisse datum cohęredem, & ideo cen-
seri vxorem institutam in totum, vnde ad hanc
quæstionem non applicatur illa decisio, hic vero
scriptæ fuerunt hæredes Catherina, & Iacoba.

Hoc autem posito, quod Catherina fuerit à prin-
cipio directè, & pure hæres instituta pro medietatę,
sequitur, vt etiam si prædecesserit Magdalenæ, at-
17 tamen potuerit transmittere † ad hæredes hæredi-
tatem delatam, nec impedimentum præstare Mag-
dalenam, quia ipsa est solum legataria, vt in propo-
sito bene firmat Cabal.*consil.153.num.3. & 4.* Odd.
consil.91. num 24. 25. 26. & 58. qui respondent om-
nibus obiectis, & præsertim rationi illi, qua com-
muniter nituntur contrariæ sententiæ assertores,
quod scilicet, cum vsufructuariæ non fuerit datus
18 cohæres, censetur † ipsa hæres etiam vniuersalis per
ius accręscendi, ex præsumptione legis, quia hoc
ius accrescendi, vt scilicet proprietas accrescat vsu-
19 fructui impossibile reputatur, † nec reperitur in iure,
vt loquit Bald. *consil. 273. versic.6. ratione impossibi-
litatis, lib. 4.* & bene etiam respondet Rot. *in dict.
decis.162. part.2. recent. & in Romanu Apotheca pro-
phumaria corum bon. mem. Vvuldo*, extinctoque vsu-
fructu per obitum Magdalenæ, hæreditatem capit
hæres hæredis proprietarij, vt sunt filij Catherinæ,
20 † non iure transmissionis, seu fideicommissi, sed iu-
re quodam deuolutionis, siue consolidationis, &
temporalitatis adiectæ institutioni, seu legato vsus-
fructus, etiam ad effectum impediendi ius accres-
cendi, Bart.*in l.Titia, §.fin.ff.de leg.2.num.2.* vbi quod
non habetur respectus ad personam, sed ad ius hæ-
reditarium, & ad hæredem in genere, sicque hære-
dem hæredis in infinitum, Castr. *ibidem num.1.* vbi
21 quod hæc est natura † legati temporalis, Socin.sen.
cons.102.num.10. lib.3. Rub.Alexand.*cons.23. num.3.*
Cephal.*cons.158. num.5. & 6. & per tot.* vbi quod vis
stat in temporalitate legati, Card. Mant. *de coniect.
vltim.volunt.lib.9. tit.2.num.29. vers.id quod constare,
& decis.19. num.1. & 2.* Menoch. *consil.273. num.24.
& 25.* Surd. *cons.123. num.12.* & fuit dictum *in dict.
Perusina Bonorum 13. Februarij 1579. coram Bruno,*
22 qui quidem vsusfructus, finito tempore † vitæ vsu-
fructuarij, redit ad proprietatem, & cum ea con-
solidatur, seu trahitur, & absorbetur, vbicunque,
& penes quemcunque ipsa proprietas reperiatur,
Castr.*in dict.l. Titia §.fin. sub num.1. ff. de legat.2. &
consil.121. num.2. lib 1.* Cephal. *dict.consil.158. in ca-
su 1. num.1. & seqq.* Bertazol. *cons.ciuil.4. num.28. &
cons.83. num.53.*

Hancque opinionem facilius in præsenti casu
domini amplexi sunt, quia ex multis deprehende-
runt hoc idem sensisse testatorem, vt scilicet Magda-
lena in effectu esset sola legataria, Catherina verò,
& Iacoba hæredes essent proprietariæ, etiam viuen-
te Magdalena.

23 Primò, quia non simpliciter Magdalenam † hæ-
redem fecit vsufructuariam, sed coarctando illius
vocationem, addidit, *donec ipsa vixerit, vita natu-
rali*, vnde non debet extendi hæc temporalitas ad
hæredem Magdalenæ, prout extenderetur si abso-
lutè censeretur hæres proprietaria, & solum grauata
per fideicommissum restituere Catherinæ, & Iaco-
bæ, vt ponderauit Rota *d. decis.162. num.3. part. 2.
recent.* & ante Rotam considerabat Dec. *consil. 278.
num 4. vers.4.quia,* Bertaz.*cons.ciuil.4.num.18. & 19.
ac 35. & cons.51. num.2. & cons.83. num.52.* & secun-
dum germanam voluntatem testatoris, Magdalena
24 debet consequi dumtaxat vsumfructum † morte
finitum, non autem vniuersalem hæreditatem, ad
tradita per Aretin. *in l. filium a patre, num. 4. in fin.
vers.sed aduerte, ff.de liber.& posthum.* Ruin.*cons.209.
num.22. vers. & illa opinio, lib.2.* Honded. *consil.62.
num.14 num.1.*

Secundò quia, dum testator vsufructuariam hæ-
redem fecit Magdalenam, non est vsus verbis denu-
tantibus directo iure admittendam esse, prout vsus
est, dum scripsit hæredes Iacobam, & Catherinam,
ibi, *hæredes proprietarias, vt vniuersales fecit, & suo ore
proprio nominauit Catherinam, & Iacobam pleno iure,*
in qua clausula ponderanda sunt verba, *ore proprio*
† quod necessarium est, in testamentis nuncupatiuis 25
respectu primi hæredis directe instituti, non autem
in substitutis per fideicommissum, *l hac consultissima.
§.per nuncupationem. C.de testam. §. fin. Instit. eod.l.1.
§. institutum. ff. de hæred. institut.* & ponderanda sunt
etiam illa † verba, *proprietarias & vniuersales*, hæc 26
enim qualitas vniuęrsalitatis, adiecta verbo dire-
cto, *hæredes*, importat institutionem puram ab ini-
tio, Simon.de Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib.3.
dub. 1.fol.1. num. 39.* Thesaur. iun. *qq. forens. lib. 3.
quest.81. num.3.* Demum, & verba illa † *pleno iure,* 27
omissa respectu Magdalenæ, & apposita respectu
Catherinæ, & Iacobæ, arguunt easdem Iacobam,
& Catherinam iure directo vocatas esse, nec opus
habere ministerio alterius, vt scilicet capiant de ma-
nu Magdalenæ, Bald. *in authent. hac vsus prælatio,
vers.tenet Bart. C. de sacros. Eccles.* Aretin *consil.155.
num.5. vers. sed quando substitutus*, Simon. de Præt.
*de interpret. vltim. vol lib.3. interpret.2. dub.1. solut.2.
num.5.* Rota *in dicta Perusina Bonorum 13. Februarij
1579. coram Brauo,* dictaque clausula, *pleno iure,* † de- 28
notat plenam successionem, tam in proprietate,
quàm vsufructu, absque aliqua diminutione, & de-
tractione, Gozad. *in cons.47. num.10.* Ruin. *cons.84.
num.12. lib.1.* Menoch. *consil.1046. num. 5. & 1179.
num. 23.* detractio autem Trebellianicæ † compe- 29
teret Magdalenæ si esset hæres vniuersalis, cum
onere restituendi post mortem, Cephal. *consil.563.
num.39.* Cardinal. Mantic.*de coniect. vltim. vol.lib.4.
tit.5. art.7. num.6.* & ideo non est prætermissa hæc
clausula respectu ipsius Magdalenæ, & apposita
respectu Catherinæ, & Iacobæ, † bene deprehen- 30
ditur diuersitas casuum vocationis, itaut hæ sint ve-
ræ hæredes, Magdalena vero in effectu solum lega-
taria vsusfructus, verbaque institutionis, & illa *post
mortem*, & alia eò tendere, ne ab hæredibus proprie-
tariis quandiu viueret, molestaretur Magdalena in
dicto vsufructu.

Tertiò, quia testator in eodem testamento præ-
supposuit nomen hæredis solùm proprie † verifica- 31
ri in Catherina, & Iacoba, & ab hæredibus contra-
distinxit ipsam Magdalenam, vt in capitulo de iure-
patronatus, ibi, *per infrascriptam Magdalenam soro-
rem carnalem erigi*, ecce quòd testator non appellat
hæredem Magdalenam, deinde verò subdit, *Et post
illius obitum, & infrascriptorum hæredum ipsius testato-
ris, & successorum in infinitum,* &c. Hic verò Catheri-
na, & Iacoba hæredes nominantur.

Quartò, omissis aliis, hoc idem suadetur (& est
admodum potens argumentum) quia testator man-
dauit hæredibus, vt restituerent Magdalenæ mobi-
lia, vinum & alia, quæ ad domum testatoris aspor-
tauerat ipsa, vnde ineptum fuisset, iubere hæredibus,
vt restituerent Magdalenæ, si testator intellexisset
Magdalenam esse iure directo etiam hæredem, quia
† actio, & passio non cadunt in eodem subiecto, & 32
hæredi à se ipso legari non potest, ne quis sui ipsius
debitor

debitor efficiatur, *l.plane.§ si duobus, l.qui filiabus, in*
fin. l. legatum §.1. ff. de legat.1. & in proposito Bald.
cons.273.vers.3. quoniam,lib.4. Surd.*decis.250.num.3.*
nec opus fuisset hoc ministerio restitutionis in fa-
uorem Magdalenæ, si enim fuisset hæres directò, po-
tuisset sibi satisfacere, & hæredes Magdalenæ, reti-
nuissent dicta bona, nec ideo verificabatur terminus
restitutionis, vt appositè attingit Odd. *d. consil. 91.*
num.44.& 50.vers.4.

Coniecturæ autem deductæ pro Magdalena visæ
33 fuerunt satis leues, & tolli ex aliis † contrariis con-
iecturis, supra ponderatis, tanquam validioribus, *l.*
Diuus.ff.de in integr.restit. Menoch. *de præsumpt.lib.1.*
quæst.9. cum alijs.

Non obstat Magdalenam, non simpliciter hære-
dem vsufructuariam fuisse scriptam, sed etiam reli-
34 ctam † Dominam, Patronam, & Massariam, quo-
niam de sui natura dicta verba significant quidem
absolutum dominium, sed in hoc casu debent re-
stringi ab antecedenti verbo, *vsufructuariam*, & ab
35 aliis, *donec vixerit, & eius vita durante*, itaut † solùm
infetant dominium vtile, & liberam dispositionem
fructuum, cum præeminentia, Bald. *in l.fin. num.9.*
C.de indict. viduit.tollen. Dec. *consil.476. num.1.* Paris.
*cons.21.num.9.lib.2.*Surd.*cons.218.num.14.* Rot.*d.de-*
cis.162. num 6. præsertim iunctis tot coniecturis su-
praponderatis, & aliis etiam per Infomantes de-
ductis, ex quibus apparet, quamcumque vocationem
Magdalenæ fuisse coarctatam ad vitam illius, & sic
esse temporalem, Catherinam verò, & Iacobam,
etiam viuente Magdalena hæredes extitisse, earum-
que ius succedendi in vsufructu, per exclusionẽ tem-
poralem non fuisse vnquam ademptum, sed suspen-
sum dumtaxat illius commodum, & impeditam ad
tempus, non quidem delationem iuris, sed petitio-
nem, & executionem. Cum agatur de interpretanda
36 † voluntate defuncti, non est mordicus insistendum
scrupulositati, seu cortici, & calumniæ verborum,
& subtilitatibus iuris, per quas vera defunctorum
iudicia, vt plurimum subuerti monuit Constanti-
nus *in l. quoniam indignum. C. de testam.* & damnauit
in l. si quis heredem, C. de instit. & subst. sequutus
Celsi dictum *in l.sequitur, §. de illo, ff. de verb. oblig.*
quod in subtilitate iuris sæpè perniciosè erratur, &
37 eorum † voluntatem sæpiùs perniciosè obumbra-
ri, impediri, circumuenirique dixit Socin. sen. *con-*
sil.157.num.6.lib.2. Peregr.*consil.21.num.21.lib.5.* sed
omnino enitendum est ad assequenda, diligenti
perquisitione vestigia voluntatis defuncti, quæ me-
rum est, & mensura dispositionis, & illam quidem
38 per † Iudices coniecturis venandam esse, post Bald.
*in l.fin.C.de impub.& alijs subst.*inquit Natt. *cons.100.*
num 5. ad fin. Petra *de fideicommiss. quæst.9. num.6.* Et
Doctores omnes in hac quæstione magni faciunt
coniecturas, vt per Menoch.*cons.112.num.4.& seqq.*
vbi ex his posse vtramque opinionem conciliari af-
firmat Odd. *dict consil.91. num.29.* Bertazol. *consil.4.*
num.26. ad fin. Rota *d.decis.663.num.1.part.2. recent.*
& in d. Romana Apotheca profumaria coram bonæ me-
moriæ Vbaldo.

39 Nec obstat Catherinam nequaquam adiuisse † hæ-
reditatem, & ideo non potuisse illam transmitti;
quoniam dantur casus, in quibus fit transmissio hæ-
40 reditatis delatæ, licet non aditæ, nempe iure † suita-
tis, iure sanguinis, & ex capite iuris deliberandi, vt
bene per Angel.*cons.83. num.1. vers.solum hoc autem.*
Hic verò bene intrat transmissio ex capite iuris de-
liberandi, quia concurrunt tria requisita, primum
quod transmittens sciat sibi delatam hæreditatem,
vt hic, dum Catherina remiserit seruitia præstanda à
Blanchino; secundum quod decedat intra annum,
prout hic Catherina decessit intra decem dies ab
obitu Alegretti testatoris, hic enim obiit 6. Nouem-
bris 1626. illa verò die 16. eiusdem mensis; Tertium
quod prætendens transmissionem adiuerit intra re-
siduum dicti anni, quod & in hoc casu verificatur,
quia statim mortua Catherina, filij eiusdem petie-
runt immissionem, quæ petitio est loco aditionis,
† & in his requisitis concurrentibus, certum est hæ- 41
reditatem, etiam non aditam, transmitti, *l.cùm in an-*
tiquioribus, vbi Alex.*num.5.vers.item nota, ff.de iur.de-*
*liber.*Bart.*in l.quia dos, num.7. ff.de reb.dub.*Socin.iun.
cons.14. num.9. lib.3. Gomez *var. resolut lib.1. cap.9.*
num.50.& 51.vers.aliquando, Eugen.*cons.15.num.95.*
lib.1. Odd. *de restit. in integr. quæst.50. art.6. num.57.*
& seqq.

Et dominus videbatur liberationem illam, fa-
ctam à Catherina de seruitiis præstañ per Blanchi-
num, cum sit actus, qui citra ius, & nomen hæredis 42
fieri non poterat, importare aditionem eiusdem Ca-
therinæ, *l.pro herede*, vbi Bart. *l.pupillus, alias Iulia-*
nus, §.fin.ff. de acq. hered. Rota *coram sanct. me. Gre-*
gor.XV.decis.98.num.4.& 5. solo enim animo hære-
ditas aditur, † & animus ad hunc effectum sufficit, 43
vt eliciatur per quemcunque actum, siue proueniat
ex facto, siue non facto, siue dicto, siue scripto,
Bart. *in l.gerit, num.5. ff. eod. tit.* præsertim quia sub
nomine hæredis hæc liberatio à Catherina emana-
uit, Bart.*in d.l.gerit, num.14.* Card. Mant. *de coniect.*
lib.12. titul.11. num. 9. & versatur etiam circa † rem 44
hæreditariam, nempe seruitium hæredibus præstan-
dum, quod ponderat Card. Mant. *vbi sup. num. 10.*
vers si verò, & vers. quod si præferatur, Natt.*cons.448.*
*num.18.*Rota *coram sanct.me. Gregor.XV. d.decis.98.*
num.3.

Illudque semper retinendum est, vocationem Ia-
cobæ, & Catherinæ, siue iure directo, siue per viam
fideicommissi, esse puram, quia verba illa, *post mor-*
tem Magdalenæ, ex præsumpta, & coniecturata men-
te testatoris non important conditionem, si super-
uiuat, sed solummodo dilationem, ac temporalita-
tem, & in substantia non impediunt delationem iu-
ris Catherinæ, & Iacobæ hæredum, sed suspendunt
duntaxat petitionem, † seu emolumentum acqui- 45
sitionis vsusfructus, in gratiam, & vtilitatem vsu-
fructuarij, quousque viuit, vt scite docuit Aretin.*in*
l. filius à patre, sub num.3. vers. tamen aliquando, cum
*sequentib.ff.de liber.& posthum.*Peregr.*cons.54. num.4.*
lib.5. & mors Magdalenæ, certum est, quod erat
casura, cum esset mortalis, vnde ipsa Catherina,
licet prædecesserit, rectè potuit transmittere ius il-
lud succedendi in vsufructu acquisitum quidem, &
delatum, sed in tempus mortis Magdalenæ, & sic
in illum casum suspensum, & dilatum, quod in-
terim peti, atque exigi solum impediebatur, suf- 46
ficit † enim ad hunc effectum habere ius in habitu,
licet non habeatur in exercitio, vt inquit Bald. *in*
l.2. num.10. vers.in contrarium videtur, C.de liber.præ-
terit. Houded.*cons.14. num.53. & seqq. lib.2.* Peregr.
de fideicommiss. art.22. num.3. & art. 31. num. 26. &
*art.32.num.3.*plenè Galuan.*cons.13.num.63.64.& 65.*
& conditio, † quam certum est esse casuram, non 47
impedit transmissionem, Anchar. *consil.354. num.7.*
Peregr. *in locis præallegat.* Sim. de Præt. *de interpret.*
vltim. volunt. lib.3. dub.5.solut.4.num 19.& 23. Atque
in puncto, quod in vniuersali vsufructu, legato ali-
cui in vita sua, seu donec vixerit, post illius verò
mortem alio instituto hærede, † is intelligatur purè, 48

& non conditionaliter institutus, adeo vt si ante vsufructuarium moriatur, transmittat hæreditatem, verbo, vel facto aliquo aditam, vel alioquin transmittat ius ipsum deliberandi, dixerunt Bald. *consil.* 26. *lib.* 4. Paris. *consil.* 97. *num.* 7. *lib.* 2. Petr. Pech. *de testament. coniug. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 1. *ad fin.* Simon de Prætt. *d. loco, num.* 27. viden. Peregrin. *consil.* 54 *num.* 4. *lib.* 5. quem & sequuntur Modern. Brixien. *de substitut. quæst.* 488. *num.* 9.

Et ita, vtraque parte informante, fuit resolutum.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana, seu Aquilana nullitatis Donationis.

Die Lunæ 31. Martij 1631.

ARGVMENTVM.

Donatio, & pactum de hæreditate viuentis non valet, & est omni iure improbatum, ita quòd nec iuramento roboratur. Et quando dicta donatio, & pactum sustineatur.

SVMMARIVM.

1. *Pactum de hæreditate viuentis non valet, nisi ille viuens consentiat, & in eodem consensu vsque ad obitum perseuerauerit.*
2. *Et ex tali consensu nullum ius parti acquiritur, & quando censeatur reuocatus, num. 3. & an sufficiat tacita reuocatio, num 4. & vtrum ista procedant stante iuramento, num. 5.*
6. *Pacta de hæreditate viuentis sunt inualida etiam inter filios, & quoad filios, quamuis sint iuramento firmata.*
7. *Pactum de hæreditate viuentis est omni iure improbatum, ideo iuramento validari non potest.*
8. *Iuramentum non potest esse vinculum malitiæ, & iniquitatis.*
9. *Pactum affirmatiuum ad differentiam renunciationis super hæreditate viuentis, non validatur iuramento.*
10. *Derelicta de iure non præsumuntur, nisi probentur.*

DECISIO LXV.

Domini resoluerunt donationem, seu renunciationem factam per Alexandrum Bonannum ad fauorem fratrum non sustineri, quia illa est facta de bonis sibi obuentuis post mortem eius patris, & matris, & sic de hæreditate viuentis, vnde benè intrat conclusio, quod donatio, & pactum

1 † de hæreditate viuentis non valeat, nisi ille viuens consentiat, & in eodem consensu vsque ad obitum perseuerauerit, *l. fin. C. de pact.* vbi Castrens. *num.* 8. *vers. sed hic non obligat.* Aretin. *num.* 8. Corn.

2 *num.* 4. *in fin.* Ias. *num.* 12. vbi quod ex tali † consensu nullum ius parti acquiritur. Decian. *num.* 6. Fulgos. *num.* 52. *in* 3. *notab.* Roman. *num.* 5. *vers. non obligare Dominum, l. ex eo, C. de inutil. stip.* Bertr. *consil.* 197. *volum.* 3. *part.* 1. & consensus censetur reuocatus,

3 † quando ille, qui consensit, fecit testamentum, & hæredem instituit. Anchar. *consil.* 404. *num.* 3. Bertran. *d. consil.* 197. *vers. non perseuerauerit.* Gozadin. *consil.* 98. *num.* 3. *vers. sed clarum,* Bero. *consil.* 3. *num.* 18. & 21. *lib.* 3. sufficit enim tacita † reuocatio dispo- 4
nendo cótra formam pacti etiam inter viuos. Aquil. *d. l. fin. num.* 8. Cagnol. *num* 88. & prædicta procedunt etiam in † donatione facta mediante iuramen- 5
to. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 51. *sub num.* 24. *vers. hæc autem pacta*, vbi quod huiusmodi pacta sunt inualida inter filios, & quoad filios, quamuis † sint 6
iuramento firmata ea ratione, quia censentur contra bonos mores, vt de communi opinione post alios testatur Viu. *opin.* 578. *num.* 4. Thesaur. *decis.* 225. *num.* 6. vbi conciliando opiniones, dicit hoc procedere, quando sumus, prout in casu nostro, in pacto super alterius hæreditate interposito iuxta text. *in d. l. fin. C. de pact.* tunc enim cum tale pactum † sit 7
omni iure improbatum, iuramento conualidari non potest, quia iuramentum non potest esse † vincu- 8
lum malitiæ, & iniquitatis, *cap. cum contingat, de iureiur.* & per istas rationes, quod pactum affirmatiuum ad differentiam renunciationis † super hæ- 9
reditate viuentis non validetur iuramento, tenent DD. *in l. pactum, quod dotale, & in d. l. fin.* vbi Bald. *num.* 22. *vers. nec iuramento.* Cagnol. *num.* 91. & 95. *C. de pact.* Anchar. Imol. & Gemin. *in cap. quamuis pactum, de pact. in* 6. Alexand. *consil.* 165. *num.* 10. *lib.* 7. Surd. *consil.* 4. *num.* 21. & fuit dictum *in causa Romana de Marganis* 17. *Decembris* 1584. & 1. *Decembris anni sequentis coram Robusterio, & in Asculana bonorum* 13. *Iunij* 1618. *coram bon. mem. Card. Sacrato.*

Et cessare visa fuit omnis difficultas, ex quo fratres donatarij post mortem patris recesserunt à dicta donatione, eidemque Alexandro donanti retrocesserunt, & licèt dicta retrocessio fuerit facta aliquibus pactis obseruandis per Alexandrum, tamen cum pro parte dictorum fratrum non probetur inobseruantia dictorum pactorum, & dicta pacta contineant † delicta, quæ de iure non præsumuntur, nisi 10
probentur, *l. cum pater, §. rogo, de leg.* 2. Mandos. *consil.* 516. *num.* 2 satis tenet dicta retrodonatio, donec probata fuerit dicta controuersia in pactum deducta. Et ita, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ.

Die Veneris 31. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Legitimæ titulus potest remoueri ex formali vsufructu filio à patre relicto, & per filium acceptato. Et an, & qualiter hoc casu sit facienda computatio, &c.

SVMMARIVM.

1. *Legitima titulus potest remoueri ex formali vsufructu, per testatorem filio relicto, & num.* 2.
3. *Fideicommissario quis non potest impedire immissionem, si in eo deficiat fundamentum, sed sit titulus.*
4. *Vsusfructus, vt imputetur in legitimam, non est habenda ratio ad quantitatem fructuum, per filium viuente patre, perceptorum.*
   Sed est considerandum tempus post mortem patris, num. 6.
5. *Patri non licet assignare legitimam filio in fructibus.*
7. *Legitima consumptio in fructibus, stante sic præcepto testatoris indubitatè intrat per perceptionem fructuum*

fructum spatio 27. annorum, cum minori spatio impleant sortem num. 8. & 9.

10. *Legitimæ substantia euacuatur spatio 20. annorum.*
11. *Legitima semel soluta, non potest valor extimatus ex futuro euentu variari, & non attenditur quid ex post facto sequatur. num. 12.*
13. *Instrumentum non in forma probanti exhibitum non probat.*
14. *Instrumentum extractum ab Archiuio fidem meretur, & probat etiam lite pendente, & absque solemnitate exemplatum.*
15. *Tempus quale sufficiat pro æquanda sorte, secundum dispositionem l. Hereditatum ff. ad l. falcid.*
16. *Infans consensu caret.*
17. *Probationes inuicem se adminiculantur, & implentur, etiamsi aliqua deficiant in aliquo.*
18. *Legitima, siue sit quota bonorum, siue etiam hereditatis, semper vsusfructus formalis ratione temporis æquat sortem in quantitate debitam.*
19. *Hæreditaria corpora, si quis possederit, præsumptio est, quod omnes fructus perceperit.*
20. *Filius quando acceptat formalem vsumfructum loco legitimæ, cessat fructuum computatio, nec de illis habetur ratio dum a lege compositio iam facta dicitur.*
21. *Filius, si loco legitimæ acceptauerit ius formalis vsusfructus, non tamen dicitur renunciasse legitimæ, quin possit ad illius supplementum, aut implementum agere.*
22. *Propterea in æstimando vsufructu, vel non est habenda ratio portionis fructuum legitimæ.*
23. *Vel ipsum ius vsusfructus formalis, & in hæreditate consistens tanquam augens hæreditatem ad commodum eius sit imputandum.*
24. *Vsusfructus, si decrescat in quarta parte, non sufficiunt 23. anni pro æquanda sorte, sed augēdi sunt respectiuè, & proportionabiliter ad annos 28.*
25. *Pater, si loco legitimæ reliquerit filio formalem vsumfructum, si filius hoc acceptauerit, cum desinat esse dominus legitimæ, non est habenda ratio de fructibus, & num. 30. & 31.*

Domino cessante fructus deberi non possunt. num. 25.

26. *Fructus sequuntur dominum.*
27. *Legitima est semis, quando sunt plusquam quatuor filij, & fiunt tot partes de ea, quot sunt filij. n. 28. & vide num. 29.*
32. *Legitima, si implenda sit per vsumfructum, qui si deficiat cessat, & subiectum satisfactionis eiusdem legitimæ.*
33. *Fructus qua ratione pro tempore sufficienti à possessione rei fructiferæ percepti æquant sortem.*
34. *Ita eadem, præsupposito vsu rei etiam de sui natura non fructiferæ, non constito de valore redditum excedente eamdem sortem æquare debebit.*

DECISIO LXVI.

QVoad legitimam Beatricis, voluerunt domini in separata disputatione, de illius releuantia videre, quo verò ad legitimam Iulij senioris censuerunt standum esse in decisis 23. Ianuarij [a] & 17. Maij 1630. [b] ex eisdem rationibus in fundamentis,
1 quia titulus legitimæ Iulij potuit † remoueri ex formali vsufructu per testatorem illi relicto, iuxta terminos *decisionis Seraph. 1365. & coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo 11. Martij 1616. & 7. Maij 1617.* quæ in dubium non reuocantur, qui cum probetur consumptus siue prætendatur habendam esse rationem ad certum euentum scilicet eiusdem Iulij obi-

tum, de quo tempore iam per 27. annos gauisus
fuerat materna hæreditate, siue ad incertum per
æstimationem superuenientiæ Iuliæ † post obitum 2
matris, cum esset ætatis annorum 37. sequendo dispositionem *l. hæreditatum. ff. ad l. falcid.* semper de-
ficit titulus fundamentum contradicentis † immis- 3
sioni petitæ per fideicommissarium, Bart. *in l. final. num. 21. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* Menoch. *de adipisc. remed. 4. num. 561.*

Non obstat quod ad effectum imputationis vsus-
fructus in legitimam † non sit habenda ratio ad 4
quantitatem fructuum per Iulium eo superueniente
per 27. annos perceptam, quia hoc esset assignare le-
gitimam † in fructibus, quod non licere patri dice- 5
batur per *l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testament.* Crass. *in § legitima quæst. 15.* Suar. *in d. l. quoniam, ampliat. 3. num. 5.* Peregrin. *de fideicom. art. 49. num. 40.* Seraph. *dict. decis. 1365. num. 24.* sed æstimari debeat de
tempore mortis testatoris omisso † futuro euentu, 6
secundum dispositionem, *l. hæreditatum. ff. ad l. falcid.* Seraph. *ead. decis. 1365. num. 12. & sequent.* Menoch. *cons. 1079. num. 22.* Rota *decis. 186. num. 5. coram Papa Greg. XV. cum alijs allegatis.*

Quia decisio respondet ad vtrumque obiectum.
nam si † sequenda est dispositio *l. cum Titio. ff. ad l.* 7
falcid. nempe de tempore deductionis post mortem
Iulij, & tunc consumptio legitimæ † est indubitata 8
ex perceptione fructuum per 27. annos cùm minori
tempore † impleant sortem, secundùm glos. com- 9
munem approbatam *in Authent. perpetua. C. de sacrosanct. Eccles.* si verò comparatio est attendenda de
tempore mortis Angelæ debitricis legitimæ & aditionis Iulij, & de hoc etiam tempore remanet consumpta legitima, cum tunc Iulius non excederet annum quadragesimum, & secundum rationem l. *Hæ-*
reditatum superessent viginti anni, † cum quibus 10
euacuatur substantia legitimæ per eandem glosam,
quæ ex multis comprobatur per Surd. *cons. 451. n. 39.*
& semel soluta † non potest valor æstimatus ex fu- 11
turo euentu variari Io. Andr. ad Specul. *in rubr. de vsur.* Crauet. *cons. 194. in fine*, Surd. *de alimentis titulo 9. quæst. 45. num. 19. & 20.* dicens hanc esse quan-
dam compositionem à lege factam, † ideo siue cres- 12
cat, siue decrescat valor non attenditur, quod ex post
facto sequitur Gabr. *cons. 168. quæst. 7. num. 98. lib. 1. idem comprobans.*

Non obstat quod ætas Iulij senioris de tempore
aditæ hæreditatis Angelæ sufficienter comprobetur
† ex Instrumento deputationis curatorum præsen- 13
te Angela in quo enunciatur Iulius maior annis 18.
& minor annis 25. cum non sit in forma probante
exhibitum.

Quia tanquam extractum ab Archiuio fidem me-
retur, † & probat etiam lite pendente, absque so- 14
lemnitate exemplatum, Felin. *in cap. cum P. Tabellio num. 3. de fide instrument.* Rot. *decis. 27. num. 2. 581. num. 4. part. 2. recent. & 640. num. 4. coram bon. mem. Card. Canal.* & eo facilius ex tenore illius certificatur non excessisse annum trigesimum octauum accedente Bulla sollicitationis litterarum Apostolicarum nouissimè producta, in cuius admissione, & data sub die 11. Decembris 1540. enunciatur ætatis annorum quinque, itaque natus de anno 1535. adeundo hæreditatem Angelæ de anno 1573. necessario
consequitur annum trigesimum octauum nō exces-
sisse, quod tempus sufficeret † pro æquanda sorte secū- 15
dum dispositionem l. *Hæreditatum*, iam firmatum
fuit, nec dubitari potest de releuantia probationis ex
narratiua istius Bullæ, quasi † emanauerit ab Infante 16

consensu earente, Surd.*decis.*100. *num.*2. & Rot.*de-
cis.*638. *num.*6. *part.*1. *recent.* quia obseruantia subse-
quuta dum Iulius obtinuit officium prædictum per
annos triginta,& vltra,& ab eodem fuit resignatum
de anno 1571.iuncta narratiua instrumenti deputa-
17 tionis Curatoris ad inuicem adminiculantur † itaut
probatio impleatur etiamsi respectiuè scripturæ illæ
in aliquo deficiant,*l.Instrumenta.C.de probat.* Achill.
*decis.*1.*de confess.*Guidop.*decis.*44.Rot.*dec.*375.*num.*2.
*part.*1.*diuers.*

Ætate autem firmata, non est opus ingredi alias
disputationes, scilicet ad quam summam ascendat
18 valor legitimæ Iulij:quia siue erat quota† bonorum,
siue etiam hæreditatis, semper vsusfructus formalis
ratione temporis, æquat sortem in quantitate debi-
tam, nec minus quærendum est, ad quam summam
ascendant fructus per Iulium ex vsufructu percepti,
19 quia dum possedit corpora hæreditaria, † præsump-
tio est quod omnes fructus perceperit.Seraphin. *de-
cis.*1245.*num.*6. *& in causa Maceraten Dotis 24. Ia-
nuarij.* 1618. *coram me*, nec demum agendum est
de summa fructuum ex ipsa legitima debita, quia
20 per † acceptationem formalis vsufructus, ex adi-
tione resultantem cessat fructuum computatio, nec
de illis habetur ratio, dum à lege compositio iam
facta dicitur.

Non obstat quod & si Iulius acceptauerit ius for-
malis vsusfructus, non tantum renunciauerit legi-
21 timæ, quin † possit ad illius implementum, aut sup-
plementum agere, Seraphin.*ead.decis.*1365. *num* 23.
proptetea, vel in æstimando vsufructu non sit ha-
22 benda † ratio portionis fructuum legitimæ, Ripa
*in l.quartam.num.*45. *ff.ad Trebell.* Peregr.*de fideicom-
miss.art.*49.*num.*53.vel ipsum ius vsusfructus forma-
23 lis, & in hæreditate consistens tanquam † augens
hæreditatem ad Commodum Lutij sit computan-
dum,prout fuit in hac causa resolutum 5.Iulij 1620.
Vtroque autem casu, cum vsusfructus decrescat in
parte,non sufficere 23.annos pro æquanda sorte,sed
24 augendos † respectiuè, & porportionabiliter ad an-
nos viginti octo.

Quia domini existimantur de fructibus non esse
habendā rationem,si quidem filius statim acceptato
25 † vsufructu desinit esse dominus legitimæ tanquam
satisfactus secundum ratam portionis illius, & eo,
cessante fructus deberi non possunt, dum non ha-
26 bent dominum † quem sequuntur, & nihilominus
si adhuc essent computandi, & ius vsufructus for-
matum augeret hæreditatem, attamen quia Iulij
portio in semisse legitimæ erat sexta pars tantum
27 †cum essent sex filij Angelę,& habuit vsumfructum
alterius medietatis hæreditatis, ex hac medietate
consequi debuisset tantummodo sextam, & ad sum-
28 mam tertiam, in cuius consumptione † sufficiebat
fructus totius medietatis pro tempore septem anno-
rum secundum regulam glosæ supra allegatæ,*in Au-
thent.perpetua.C.de sacros.Eccles.*

Similiter neque obstat,quod de eodem vsufructu
29 sint deducenda † bona alienata per Alexandrum
filium Vincentij hæredem proprietatium ab eadem
Angela institutum, & vlterius quantitas bonorum
adiudicata Lutio filio Alphonsi alterius dictæ An-
gelæ filij pro supplemento legitimæ ipsi Alphonso
debitæ, vna cum fructibus liquidatis à sententia bo.
me.Patriarcha Manzanedo.

Quia alienationes supradictæ non admittunt, &
quatenus probentur ex eodem Instrumento pode-
ris della Pugliana alienati, apparet reseruatus vsus-
fructus ad fauorem Iulij,adiudicatio verò bonorum
pro supplemento legitimæ Alphonsi non tangit in-
teresse Iulij dum prætendit fructus legitimæ non es-
se computandos in ponenda ratione eiusdem, itaque
Lutius de portione sui patris & bonorum,& fructus
non comprehensa † in vsufructu formatio fuit satis- 30
factus,non autem de vsufructu Iulio relicto spectan-
te ad alteram medietatem hæreditatis Angelæ ab
ipsa legitima superandam.

Denium non obstat, quod vsusfructus sit liqui-
dandus dempto Palatio in ciuitate Castelli nullius
† fructus, aut redditus, quia decisio respondet por- 31
tionem Palatij quoad fructus & redditus, quales
illi sunt intrare æqualiter in diuisione ad constituen-
das partes æquales pro indiuiso, tam respectu legi-
timæ, quam aliarum partium, itaut Iulius nullum
senserit damnum in supputatione propter æqualem
diminutionem vniuscuiusque quotæ partis bono-
rum hæreditariorum.

Quæ responsio non tollitur ex vltima replicatio-
ne, quod scilicet non agatur de diuisione proprieta-
tis respectiuè ad legitimam, sed de implenda legiti-
ma per vsumfructum, qui si deficit, † cessat & sub- 32
iectum satisfactionis legitimæ pro ea parte.

Quia non dubitatur quin Iulius senior Palatium
habitauerit, neque certum est quanti tunc vendi
potuerit Palatium, vnde qua ratione fructus pro
tempore sufficienti à † possessore rei fructiferæ per- 33
cepti æquam sortem, secundum terminos allegatæ
Glos.Auth.perpetua, eodem supposito † vsu rei etiam 34
de sui natura non fructiferæ non constito de valore
redditum excedente eandem sorte legitimæ, æqua-
re debebit.

Et ita, &c.

a Habentur istæ duæ decisiones part.5. recent. & sunt de-
cis. 340.& 376.

Et part. 6. in eadem causa adest alia decisio sub
die Veneris 30. Aprilis 1632.coram eodem R.P.D.
Pitouano.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana hæreditatis.

Die Veneris 13. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Immissio in possessionem bonorum hæredi-
tariorum defuncti ab intestato,danda est
eius proximiori, & ei competit interdi-
ctum,Quorum bonorum,cōtra eum,qui
pro hærede, vel pro possessore possidet.
Materrera succedit eius nepoti defun-
cto ab intestato,exclusis consobrinis.

SVMMARIVM.

1. *Testes, quando plene probent.*
2. *ex Testibus examinatis ante litem contestatam po-
test desumi magnum adminiculum.*
3. *Matertera est in tertio gradu, consobrinus verò in
quarto.*
4. *Defuncto ab intestato eius proximior habet ius suc-
cedendi.*
5. *Et competit ei interdictum, Quorum bonorum,con-
tra alios, qui non sunt hæredes.*
6. *Interdictum,Quorum bonorum,competit hæredi cō-
tra eum,qui pro hærede,vel pro possessore possidet.*

7. *Testes*

7. *Testes producens solùm videtur eius personas approbare, non vero eorum dictum.*
8. *Ex vsu, quis censetur dicta testium comprobasse.*
9. *Testium dicta contra producentem probant, stante eius approbatione.*
10. *Iudicium factum contra quoscumque omnibus interesse habentibus potest nocere, & prodesse.*
11. *Testes non probant mortem alicuius, si deponant de eius credulitate, & hoc maximè si detur fides in contrarium.*
15. *Persona identitas ex quibus benè remaneat probata.*
13. *Proximiorem alicui non sufficit, vt quis probet ad hoc vt ipse defuncto ab intestato succedat cum vlterius requiratur, vt probet se esse legitimum, & quid ad hoc sufficiat num. 14.*
15. *de Hæreditate coniuncti ex latere materno quando agitur, tunc exceptio illegitimitatis non releuat.*
17. *Repræsentationis ius inter collaterales duntaxat habet locum, quando agitur de successione patrui, & propterea non debet ad alios gradus extendi.*
18. *Repræsentationis ius inter collaterales non egreditur gradum fratrum & sororum.*
19. *Filius succedit loco patris defuncti tantùm, quando agitur de successione aui, vel patrui, non autem si agatur de successione alterius transuersalis.*
20. *Repræsentatio non datur, quando minimè agitur de successione patrui, qui est in tertio gradu, sed de succedendo consobrino, qui est in quarto gradu.*
21. *Matertera præferenda est in successione nepoti ab intestato defuncti, cum sit prior in gradu filijs aliarum materterarum inferioris gradus.*

DECISIO LXVII.

FVit per DD. resolutum Iuliæ Bifolchæ esse dandam immissionem in possessionem hæreditatis Ioan. Iacobi Mattonei ab intestato defuncti; quia ex testibus examinatis à Iuliano, & litis consortibus coram A. C. ad effectum probandi suam proximitatem cum Io. Iacobo apparet ipsam Iuliam, Liuiam, Margaritam, & Dianam fuisse sorores germanas, & ex Liuia natum fuisse Ioan. Iacobum, de cuius hæreditate agitur, qui plenè probant, cum fuerint in-
1 ducti, † & examinati ad instantiam Iuliani, & litis consortum, *can. si quis testib. 4. quæst. 3. l. si quis testib. C. de testib.* Aymon *consil. 73. num 4.* & tanto magis probant, quia adminiculantur ex depositionibus aliorum testium, qui licet ante litem contestatam
2 fuerint examinati, † ex eis tamen desumitur magnum adminiculum. Rot. *decis.* 113. *num.* 1. & 661. *num.* 1. *part. 2. recent.* atque ita cum Iulia matertera sit proximior, quàm Iulianus, & consortes conso-
3 brini, cum † matertera sit in tertio gradu, consobrini verò in quarto, *l. 1. §. 3. & §. 4. gradu, ff. de gra-*
4 *dib. affinit.* Ipsa habet ius † succedendi ab intestato, ex text. *in l. 2. §. hæredibus, ff. de suis, & legit. hæred. l. Iurisconsultus, ff. de gradib. affin. l. 1. §. proximus, ff. vnde cognat.* §. 1. *Instit. de legit. agnat. success.* & com-
5 petit ei interdictum, Quorum bonorum, contra † Iulianum, & alios, cum non sint hæredes Iacobi, & tamen tanquam hæredes dictam hæreditatem possideant vigore mandati relaxati ab A. C. quia com-
6 petit † contra eum, qui pro hærede, vel pro possessore possidet, *l. 1. ff. & C. quor. bonor.* vbi gloss. Bart. & Doctor. Menoch. *de adipiscend. possess. remed.* 5.

Non obstat, quod producens testes solùm videa-
7 tur eius personas approbare, † non verò eius dictum, quia procedit ad effectum, vt possit producens dictum impugnare, & probare contrarium, sed in hoc casu, cum Iulianus, & alij nedum induxerint, & examinati fecerint, sed vlterius illis vtendo eorum † vigore immissionem in possessionem, in 8
qua existunt, obtinuerint, ex hoc vsu censentur etiam dicta testium comprobasse. Rota *decis. 39. de procur. in nou.* Surd. *decis. 99. num. 7. & 229. num. 6.* Rota *in Bonon. fideicommissi de Manzolis 15. Martij 1630. coram Reuerendiss. D. Decano*, & sic contra producentem † probant Honded. *cons. 84. num. 50. & seqq. lib. 2.* 9
Farinac. *de testib. quæst. 62. num. 243.* Rota *in Bonon. tutela 1. Iunij 1615. coram Eminentiss. Card. Verospio, addent. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 215. num. 9.* Et quamuis in illo iudicio esset absens, cum tamen iudicium † illud fieret contra quoscunque, omnibus 10
interesse habentibus potuit prodesse, & nocere, *l. ad edictum, ff. de iudic.* nec subsistit quod concludant Iuliam esse mortuam, quia iidem † testes dicunt so- 11
lum de credulitate, vt primus, & tertius testis, & hæc eorum credulitas satis redarguitur minus vera per fidem superuiuentiæ, & alios testes examinatos ante motam litem, qui † benè concludunt identita- 12
tem personæ ipsius Iuliæ, cum illam dicant esse sororem Liuiæ, ac filiam Pieriæ, & Leonardi de Spichis, & nuptam Cherubino de Bifulcis, sicut etiam deponunt testes examinati per Iulianum, & alios.

Non obstat quod Iuliæ non sufficiat probare se esse sororem † Liuiæ Ioan. Iacobi, sed vlterius re- 13
quiratur, vt probet se esse legitimam. Dec. *cons. 471. num. 2.* Socin. *consil. 39. num. 1. lib. 1.* Roland. *consil. 3. num. 4. & seqq. lib. 1.* Quia cùm supradicti testes pariformiter deponant de Diana, & Margarita matribus Iuliani, & aliorum, easdemque sorores natas ex eisdem parentibus, ea omnia concurrunt ipsi Iuliæ sorori, & sic vel omnes sunt legitimæ, vel omnes naturales, † & propterea sufficit eadem præsumpta 14
legitimitas, tam in vna, quàm in aliis, sed cum dependentia vtriusque patris proueniat ex linea materna, & agatur de hæreditate † coniuncti ex late- 15
re materno, exceptio illegitimitatis non releuat, *l. huc parte, & l. si spurius, & l. Modestinus, ff. vnde cognat.* Alexand. *consil. 174. ad fin. volum. 5.* Crauett. *consil. 138. colum. 2.* Capra *consil. 136. in fin.* Peregrin. *de iur. fisc. tit. 18. num. 25.*

Non obstat quod ex Diana extet Iulianus, & ex Margarita Laurentius, & Franciscus, qui vigore repræsentationis † prætendunt hæreditatem insimul 16
cum matertera, *Auth. cessante, Auth. post fratres, C. de legit. hæred.* quia priuilegium repræsentationis inter collaterales dumtaxat habet locum, † quando agi- 17
tur de successione patrui, & propterea non debet ad alios gradus extendi, *l. iubemus, C. ad Senat. consult. Trebell.* Bart. *in l. liberorum, la secunda, num. 6. vers. vbicumque, ff. de verb. signif.* Rota *in Romana iuris succedendi 10. Aprilis 1592. coram Cardin. Blanchetto*, nec egreditur gradum † fratrum, & sororum, est 18
text. *in d. auth. cessante, C. de legit. hæred. auth. post fratres, la secunda,* vbi Bart. & Salycet. *eod. tit.* Gutier. *lib. 3. practicabil. quæst. 166. num. 2.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 9. num. 4.* Ita quod filius succedit loco patris prædefuncti tantum, † quando agi- 19
tur de successione aui, vel patrui, non autem si agatur de successione alterius transuersalis, vnde cum non agatur de † successione patrui, qui est in tertio 20
gradu, sed de succedendo consobrino, qui est in quarto, & ad quem gradum repræsentatio non datur; in successione Ioan. Iacobi ab intestato defuncti, præferenda est Iulia matertera prior in gradu filiis † aliarum materterarum inferioris gradus, *l.* 21
auunculo, C. communia de success. vbi Bart. *l. 2. C.*

de successor. edict. Ioan. Andt. *in addit. ad Specul. de success. ab intest. §. 1. in verb. vocantur, vers. sed fuit alia quæstio.* Ruin. *consil. 169. num. 7. lib. 2.*

Er ita vtraque patte informante, fuit conclusum, &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana dotis de Paluzzis.

Die Veneris 13. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Dotes mulieribus, quando sunt constituendæ, quid sit inspiciendum. Remedium Auth. res quæ, C. commun. de legat. est in totum subsidiarium.

SVMMARIVM.

1. *Dos, antea quàm possit detrahi ex bonis fideicommisso subiectis, quid sit inspiciendum.*
2. *Mulieribus, quando est constituenda dos, inspiciendum est, quid cum mulieribus de eadem familia obseruatum est.*
3. *Dos quando constituitur mulieri, spectandum est, quod fuit datum pensionis similium familiarum illius Vrbis.*
4. *Fratres germani, siue patrui secundum statutum Vrb. cap. 145. lib. 1. tenentur dotare sorores, vel neptes de Peragio.*
5. *Legitima debetur filia in bonis maternis.*
6. *Tutor contrahendo nomine, & pecunijs pupilli, ipsi pupillo acquirit.*
7. *Remedium Auth. res qua, C. commun. de leg. est subsidiarium, quatenus scilicet mulier non reperiatur dotata.*
8. *Quod procedit etiam si fideicommittens expressè iussisset, dotari descendentes de bonis ipsius fideicommissi, & num 9.*
10. *Fœmina cum bonis datis trãseunt in alienas familias.*
11. *Bona fideicommissaria non sunt tota exhaurienda in dotibus, contra expressam mentem fideicommittentis.*
12. *Dictionis*, similiter, *natura est, vt denotet casuum æqualitatem.*
13. *Laudum debet esse conforme compromisso.*
14. *Quæ per modum rationis deducuntur ea minimè disponunt.*
15. *Dictio*, similiter, *posita post copulam, & nullam, magis congruam expositionem recipere potest, quam iuxta casum præcedentem, vel cum, de quo principaliter agitur.*

DECISIO LXVIII.

IN disputatione dubij, an Domina Hieronyma esser dotanda in bonis fideicommisso subiectis, fuit die 14. Ianuarij anni 1628. [a] coram Eminentissimo D. Cardinali Virili tunc Rotæ Rotæ auditore capta resolutio, quod illius dos detrahi posset ex fideicommisso Angeli senioris proaui etiam conuentionali, & simul reseruatum, vt particulariter videretur, an d. Hierooyma aliunde haberet, vnde posset dotari, quod prædictæ resolotioni obstatet.

Et primò sub die 24. Ianuarij anoi sequentis coram eodem D. Cardinali Virili, & deinde coram me in eius locum subrogato die 7. Iunij anoi prætetiti fuit firmatum, quod in constituenda huiusmodi dote habenda esser ratio legitimæ ipsi mulieri debitæ io bonis matris, † antequam eados posset præ- 1
tendi ex fideicommisso iuxta dispositionem *Auth. res qua, C. commun. de legat.*

Hodie verò in prosecutione eiusdem disputationis Domini dixerunt, dotem prædictam esse taxandam ad scuta quatuordecim millia, computatis in ea summa tam d. legitima debita in boois matris, quæ est scutorum quinque millium, quàm etiam censu duorum millium, & centum scutorum empto ex pecuniis redactis ex parte legitimæ debitæ auo ipsius paterno. De aliis vero reseruarunt, vt particulariter videretur.

Huius autem resolutionis fundamentum in eo sistit, quod ex laudo bon. mem. Cardinalis Lancelloti constat, Martiam Hierouymæ amitam eadem summa fuisse dotatam, & in constituenda † do- 2
te de præsenti inspiciendum esse, quid cùm mulieribus de eadem familia obseruatum fuerit, tradit Menoch. *consil. 293. num. 7.* Thesaur. *decis. Pedemontan. 192. num. 1.* Fusar. *de substit. quæst. 531. num. 166. & facit decis. Gregor. XV. 63.* de simili dote quatuordecim millium scutorum per Lelium de Maximis nobilem Romanum coostituta filiæ nuptæ in sæculo, vnde probatur etiam consuetudo assignandi † do- 3
tem in d. quantitate inter personas similium familiarum Vrbis, quod obseruauit Menoch. *in consil. 251. num. 10.* & congruit dispositio statuti, *sub cap. 145. lib. 1.* vbi habetur quod frater germanus, siue † pa- 4
truus sit paratus dotare sororem, vel neptem de Patagio, secundum conditionem illorum de domo sua.

In hac vero somma computari debent, vt supra quinque millia pro legitima † in bonis matris Hie- 5
ronymæ debita, de cuius separatione à reliquis bonis constat ex *decis. bon. mem. Cardin. Canalerij 341.* ac propterea computandus est census io sorte scutorum duorum millium, & centum, emptus pet tutricem de pecuniis, vt supra, redactis ex parte legitimæ debitæ aoo paterno ipsius Hieronymæ, & per DD. de Paluttiis super propriis bonis in † personam 6
eiusdem pupillæ eorum neptis impositus; cui propterea fuit acquisitus *in l. 1. §. per procuratorem, & ibi* gloss. *ff. de acquir. poss. l. quoties, & ibi* etiam gloss. *in verb. suo nomine, ff. de adm. tut.* Rota post Modern. *de cens. decis. 172. num. 3.* in qua allegatur alia decisio in terminis acquisitionis factæ *in Veneta censu, 3. Decembris 1610. coram bon. mem. Cardin. Marcomontio.*

Cùm itaque remedium † dictæ auth. res quæ, sit 7
subsidiarum, quatenus mulier aliunde non reperiatur dotata, vt *ibi* not. Ias. *num. 27.* & Corn. *sub num. 21. C. commun. de legat.* manifestum est respectu præmissorum cessare illius dispositionem, ad trad. per eundem Ias. *cons. 231. num. 12. lib. 2.* Paris. *in consil. 63. in fin. etiam lib. 2.* Roland. qui testatur de communi *in consil. 85. num. 9. lib. 1.* Rot. *decis. 737. num. 1. part. 1. diuers. & decis. 66. num. 3. part. 1. recenc. & coram Gregor. XV. decis. 543. num. 2.* vbi Add. *num. 4. cum seqq.* probat *d. auth.* habere locum, etiamsi fideicommittens expressè iussisset † fœminas dotari de bonis ipsius fi- 8
deicommissi, ita vt dispositio semper intelligatur, quatenus aliunde dotari nequeant, & fuit dictum in Bononien. fideicommissi de Maluetiis 31. *Martij 1628. coram prædicto D. Card. Virili.*

Non obstat, quod in testamento dicti proaui fideicommittentis post præcedentem institutionem io omnibus suis bonis cùm vocatione masculorum descendeotium, interiecta sint illa verba, videlicet

exelosis

exclusis omnino fœminis, quas earum dotibus iuxta suam conditionem contentas esse debere voluit, & mandauit, quibus verbis per copulam, & immediatè subnectuntur alia huius tenoris, & quod bona sua stabilia in infinitum transeant de descendente in descendentes masculos, vnde arguitur interiectam locutionem de dotibus debere recipere declarationem à prædictis verbis præcedentibus, & subsequen-
9 tibus, † quod videlicet intelligatur de dotibus extrahendis à bonis suis, ad not. per Bald. *in l. quæritur, num. 3. ff. de stat. hom.* Quia immò ex dd. verbis subsequentibus apparet, quod dictus testator disposuerit contrarium, quod nempe bona sua stabilia perpetuo debeant remanere in familia, & cùm tali dispositioni repugnet, quod ea dentur in dotem fœ-
10 minis, quæ cùm † bonis datis in familias transeunt alienas, *l. familiæ, § fœminarum, ff. de verb. signif.* Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gloss. 9. num. 195.* ideo ne in eadem dispositione contineatur contrarietas, & sequatur destructio fideicommissi, quæ admisso dicto intellectu, euitari non possent, dicta testatoris dispositio in eo sensu capienda est, vt non nisi in subsidium ex bonis fideicommisso subiectis, dotes extrahantur, cùm alias huiusmodi bona tempore proce-
11 dente † in dotibus proculdubio exhaurirentur contra expressam fideicommittentis voluntatem, vt in simili casu considerauit Rota coram Card. Seraph. *decis. 440. num. 4.* & not. Fusar. *de substit. & quæst. 131. num. 119. vers. ratio huius opinionis.*

Minus obstat laudum alias per D. Marchionem Paulutium Patruum Hieronymæ acceptatum, in quo bon. me. Cardinalis Lancellottus pluribus consideratis, & attenta existentia ipsius Hieronymæ tunc temporis minimè nubilis, sed procedentibus annis similiter dotandæ, arbitratus fuit, dotem congruam Mattiæ sororis in supradictam quantitatem esse detrahendam ex bonis subiectis prædicto fideicommisso, vnde pro parte filiorum, & hæredum eiusdem Hieronymæ hodie infertur, quod ipsis eo nomine debeatur similis dos in eisdem bonis, quemadmodum prædictæ Mattiæ fuit constituta, propter verba laudi, quæ ita se habent, *douer à similmente*
12 *esser dotata*, cùm huius † dictionis, *similiter*, natura sit, vt denotet casuum æqualitatem, § *hunc autem nobis, Auth. de Monach. §. venient. Auth. de nupt.* Albert. *in verb. similiter.*

Nam obiectum facilè tollitur ex ipsa lectura laudi, vbi Cardinalis compromissarius post plura, ad quæ habuit considerationem, subiungit. *Et hauendo anco pensato che v'è vna figlia d'Angelo Iuniore, quale quando sarà d'età douer à similmente esser dotata,* quibus attentis taxauit dotem solius Mattiæ, non autem Hieronymæ, cùm illius dotatio non esset com-
13 prehensa in compromisso, † cui laudum conforme esse debet. Menoch. *consil. 123. num 43.* neque in ipso laudo de ea fuerit cogitatum, nisi per modum rationis inductiuæ, ad ita taxandum quantitatem dotis dictæ Mattiæ, tune aliunde non habentis, vnde iuxta suam, & sponsi conditionem congruè dotari
14 posset, quæ enim † per modum rationis deducuntur, ea minimè disponunt, vt dixit Rota *in Bononien. fideicommissi de Turris, 15. Martij 1617. coram R.P.D. meo Merlino.* Dictio verò, *similiter*, post copulam, nullam magis congruam recipere potest expositio-
15 nem, quam iuxta † casum præcedentem, vel eum, de quo principaliter agitur, ita, vt intelligatur de dotatione Hieronymæ aliunde non habentis, quemadmodum tunc temporis Mattia non habebat, *l. 1. §. sed & si quis, il primo,* & ibi gloss. *in verb. similiter, C. de Latin. libert. tollend.* attento maximè, quod dictus Cardinalis verisimiliter non potuerit cogitare de superuenienti acquisitione hæreditatis maternæ, ante ipsius Hieronymæ nuptias, ad tradit. per Dec. *in consil. 646. num. 3.*

Et ita vtraque parte informante fuit decisum, &c.

a Est decisio 128. part. 5. recent. & alia est decisio 139. eadem part. 5.

R.P.D. COCCINO DECANO.

Bononien. fideicommissi de Manzolis.

Die Lunæ 16. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Filiatio, qualiter sufficienter probetur in contractibus minorum, quando non requirantur solemnitates necessariæ. De contractus nullitate, quis possit dare.

SVMMARIVM.

1. *Filiatio sufficienter probatur ex actu nominationis filij, cum institutione heredis.*
2. *in Codicillis, quando confirmatur testamentum, tunc illorum vigore, non censetur recessum, nisi in sola parte alterata, & confirmata.*
3. *in Contractibus minorum solemnitates necessariæ, quando sunt eis vtiles contractus.*
4. *de Contractus nullitate, ille solus potest dare, ad cuius fauorem contractus est nullus.*
5. *Scriptura perinde est, ac si non adesset, quando nullam fidem facit.*
6. *Consequens qui vult, necessariò videtur velle antecedens.*
7. *Approbatum semel, amplius non potest reprobari.*
8. *Breue vtens in iudicio, non potest illud impugnare, quamuis eius nomine impetratum non sit.*
9. *in Legitimatione filiorum naturalium, quando non sit necessaria citatio eorum, de quorum interesse agitur.*
10. *Res inter alios acta, non nocet tertio.*
11. *Filio adoptiuo debetur legitima in bonis patris adoptiui.*
12. *Vsusfructus legatus imputatur in legitimam, non autem imputantur fructus.*
13. *Fructus bonorum hæreditariorum spectant ad hæredem.*
14. *Legitima est certaratione loci, & quota.*
15. *Immissio non impeditur fideicommissario ob detractionem legitimæ, vel Trebellianicæ, cum sint certaratione loci, & quota, alias secus.*

DECISIO LXIX.

Domini persistentes in resolutis coram me sub die 15. Martij superioris anni a censuerunt immissionem concessam Marchioni Francisco in prædio del Gatto, & in possessionibus della Mezzolara, & della Palazzina di San Mattino non sustineri, quia cum bona ista sint subiecta fideicommisso Comitis Georgij senioris, non autem Comitis Georgij iun. circa illa nihil habet agere Marchio Franciscus, sed spectant ad Comitem Alexandrum, cui etiam in omnem euentum competunt detractiones, placuerunt enim fundamenta dictæ decisionis,

nis , contra , quæ nihil quod releuatet fuit op-
positum.

Noii obstani coim ea , quæ contra descenden-
tiam , fideicommissum , & identitatem, ac denique
contra detractiones opponebantur ; nam quantum
attinet ad descendentiam , eum illa fuetit pluties
per Marchionem Franciscum confessata , & nun-
quam controuersa,& tes etiam sit satis notoria, ab-
surdum videbatur , quod hodie per agentes ipsius
Marchionis fuerit negata.

Maximè cum manifestè etiam iostificetur,ex dua-
bus tesolutionibus factis cotam R. P. D. meo, Pi-
rouano sub die 10. Ianuarij 1620. & 21. Februa-
rij 1612. In quibus fuit firmatum Comitem Geor-
gium iunioteu esse filium q. Com. Melchioris , ac
Vlixem patrem Com. Alexandri natum extitisse ex
dicto Georgio,prout etiam ex eô,quod ex testamen-
to Georgij senioris fideicommittentis appatet idem
Melchior nominatus eius filius , & hæres ; vnde
multò magis nulla cadere potest dubitatio circa hu-
ius descendentiæ probationem , quoniam ex huius-
1 modi actu nominationis † cum institutione hæredis
sufficienter filiatio probetur. Bald. *in cap. per tuas,*
*num.*5.& *ibi* etiam Aretin. *num.*23. & Felin. *num.*17.
de probat. Rot. *in recent. decis.* 347. *sub num.*2. *part.*1.
*& coram fel. recent. Gregor. XV. decis.*349. *num.*5. *cum*
seqq.& *ibi* etiam Addent. *num.*8. Et cessat pariter dif-
ficultas ex altera resolutione cotam bon. me. Rem-
boldo sub die 20. Februarij 1620 emanata , in qua
ad instantiam Marchionis Francisci fuit eoam con-
clusum Isottam eius auiam paternam fuisse filiam
dicti Com. Georgij iun. & vltimam ex linea dicti
Georgij senioris fideicommittentis.

Quantum attinet ad fideicommissum non fuit
reuocatum , vt prætenditur ex Codicillis , quia in
eis non legitur reuocatio fideicommissi , sed muta-
rio dispositionis in rata , & in personis bonoratis, à
quibus habuit cessionem Com. Vlixses , cuius est
solus hæres Com. Alexander,& ideo vigore dicti fi-
deicommissi nihil potest prætendere Marchio Fran-
ciscus.

2 Et conclusio est indubitata,quod dum in † Codi-
cillis confirmatur testamentum, tonc illorum vigo-
re non censetur recessum, nisi in sola parte alterata,
& confirmata , *l. alumna*, §. *qui filias* , & *ibi* Bart. *ff. de*
aliment. legat. Capt. *consil.*3. *num.*28. Paris *consil.*108.
*num.*27. *lib.*3. Roland. *consil.*31. *num.* 23. *lib.*4. Pere-
grin. *de fideicommiss. art.* 16. *sub num.*4. Rota *coram*
bon. mem. Cardinali Caualerio , *decis.* 41. *num.*9. *& in*
Amerina bonorum 18. *Aprilis* 1616. *coram bon. mem.*
Buratte.

Neque obstat , quod fideicommissarij non cesse-
runt iura sua Com. Vlixsi,sed Comitissæ Isottæ ma-
tri , quia postmodum Comitissa Isotta cessit ad fa-
uorem Com. Vlixsis filij præsente Com. Alexan-
dro seniore eius viro , de cuius cessionis validitate
non potest dubitari , licet Com. Vlixses esset filius
familias, & se obligauerit releuate indemnem Isot-
tam matrem pro quantitate fideicommissariis ce-
dentibus soluta, cum nihilominus sat sit,quod om-
nia gesta fuerint coram dicto Com. Alexandro sen.
illius patre , vt disponitur *in Statuto Bononiensi* pro
Marchione Francisco allegato *lib.*3. *in rubr. de con-*
tract. cum minor. & fil. fam. §. *item dicimus* , *ibi* , *vel*
maior prædicta fecerit in præsentia patris , &c. Vltra
3 quod aut † dicta cessio fuit vtilis dicto Com. Vlixi,
& non fuerunt necessariæ aliquæ solemnitates. Ro-
man. *consil.*453. *in princip.* Socin. *consil.*160. *num.*12.
& 17. *lib.*2. Rot. *in recent. decis.* 545. *num.*4. *part.*1.

Aut fuit damnosa , & de illa non potest † opponi 4
nisi a solo ipso Com. Vlixse,& consequenter à Com.
Alexandro iuniore eius filio , & hærede vniuersali,
non autem ab aliis interesse non habentibus. Surd.
consil. 284. *num.* 7. *lib.*2. *& decis.* 179. *num.* 17. Rot.
decis. 133. *num.*12. *part.* 2. *diuers.* Et quamuis repli-
cetur de apocha retrocessionis, tamen illa nunquam
fuit recognita , vt fuit resolutum 13. Martij 1626.
coram bon. mem. Remboldo, & illud iudicium te-
manet coram R. P. D. meo Merlino in eius locum
subrogato.

Et ideo perinde baberi debet † ac si non adesset, 5
cum nullam fidem faciat , *cap.* 1. *& cap.*2. *de fid. in-*
strument. Paris. *consil.*115. *num.*4. *& seq. lib.*4. Crauett.
consil. 73. *num.*15. *in fin.* Caputaq. *decis.* 117. *num.*3.
*part.*3. Rot. *in recent. decis.* 543. *sub num.*3. *part.*1. *&*
*decis.*158. *num.*7. *in fin. part.*2.

Quantum verò attinet ad identitatem illa abun-
dè fuit probata ex deductis in alia decisione,nec va-
let hodie replicatio,quod illa iura fuerunt producta
à procuratore Marchionis Francisci, & quidem per
compulsum,quia Rota non fuit vsa ista sola produ-
ctione, sed eo etiam quod Marchio Franciscus super
dictis iuribus obtinuit decisiones , & ad eius fauo-
rem fuit decreta immissio , quare censetur appro-
basse dicta iura, super quibus decisiones , sententia,
& immissio est fundata,† quia qui vult consequens, 6
necessariò videtur velle antecedens , *l. illud , & l. de*
his, ff. de acquir. hered. & semel † approbatum repro- 7
bari non potest , *l. Pomponius scribit* , *ff. de negot. gest.*
Boët. *in similis terminis* , *decis.* 283. *sub num.*39. *vers.*
sed Florianus. Rot. *decis.* 39. *de procur. in nou.* & alle-
gando Rotam, & Boërium , quod quando quis vsus
fuit breue † in iudicio , quod suo nomine,non fue- 8
rat impetratum,dicit Verall. *decis.*193. *num.*2. *part.*1.

Quantum attinet ad detractiones , quæ debuis-
sent fieri, quatenus prædicta minimè suffragarentur
Com. Alexandro, nulla fuit difficultas apud Domi-
nos. Legitima enim Isottæ ei erat debita ex deductis
in alia decisione , in qua fuerunt etiam sublata ea,
quæ hodie contra eiusdem Isottæ legitimationem
repetuntur , oppositio autem , quod interesse ha-
bentes non fuerint citati,poterat omitti, cùm nulla-
tenus videretur necessaria citatio , † ea demum ra- 9
tione , quia legitimatio fuerat facta cùm clausula,
absque tamen præiudicio illorum , qui ad prædictas
successiones , &c. & propterea , non est discutien-
dum an citatio esset necessaria , cùm fuerint præser-
uata dicta iura , & ageretur solum de præiudicio pa-
tris , qui pro legitimatione supplicabat. Alexand.
*consil.*25. *num.*2. *lib.*1. Anchar. *consil.* 427. *num.*3. nec
concordia facta de anno 1581. quæ fuit data in sum-
mario *n.*4. præiudicat legitimæ dictæ Isottæ , † cùm 10
sit res inter alios acta.

Circa verò legitimam Com. Vlissis in bonis
Georgij iunioris patris † adoptiui abundè fuit in 11
alia decisione probatum illam esse debitam. Nec
hodie subsistunt ea, quæ opponuntur circa adoptio-
nem, videlicet quod illa fuerit facta ministerio vnius
Doctoris , quia cessat obiectum si legatur integer
actus ; ipse enim processit tanquam deputatus à
Collegio Doctorum , & nomine ipsius Collegij;
nec agendum est de consumptione legitimæ in fru-
ctibus , quia , vt dicitur in præfata decisione , licet
† vsusfructus legatus imputetur in legitimam, secùs 12
tamen dicendum est de fructibus etiam quod hoc
voluerit testator, nec allegata approbatio testamenti
potest suffragari , quia cùm non fuerit relicta re-
compensa , ex quo fructus † bonorum spectant ad 13
hæredem

hæredem requirebatur expressa approbatio dispositionis testatoris, *l. si quando, §. generaliter, C. de inoffic. testament.* Ruin. *consil.* 56. *num.* 8. *lib.* 2. Curt. iun. *consil.* 72. *in fin.* & fuit dictum *in causa Romana legitima*
a *de Serlupis* 15. *Martij* 1600. *coram bon. mem. Iusto.*

Quantum denique attinet ad alias detractiones,
videlicet dotem Semiramidis, & legata, necnon me-
liorамenta, satis fuit firmatum dictas detractiones
14 esse faciendas, ac operari, quod licet † legitimæ sint
certæ ratione loci, & quotæ, non propterea possit
dari immissio pro indiuiso, quia tunc demum ea-
dem immissio datur quando legitima, vel Trebellia-
15 nica est detrahenda, † cùm tunc sint certæ ratione
loci, & quotæ, quæ quidem certitudo cessat, quando vlterius aliæ detractiones sont faciendæ, vt pulchrè declarat Surd. *in alia decisione allegatus, in sua decisione* 333. *num.* 13. *& seqq. post quartum volum. suorum consiliorum.* Et potuit omitti, quod de prædictis non potest dare Comes Alexander, ex quo tenetur reddere rationem, quia nullam tenetur reddere Marchioni Francisco.

Ex quibus parte vtraque audita, & informante Domini perstiterunt in vltima decisione, scilicet immissionem concessam Marchioni Francisco non sustineri.

Et ita conclusum, &c.

a Est decisio 360 part. 5. recent.

Aliam decisionem in eadem causa coram eodem Reuerendiss. P. D. Coccino Decano, habes sub die 26. Ianuarij 1632. part. 6.

R. P. D. MERLINO.

Cæsenaten. Prædij.

Die Lunæ 16. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Marito, quando in actu traditionis dotis fuit datum prædium æstimatum, dominium illius ei irreuocabiliter acquiritur, & soluto matrimonio prædium vxori non restituitur, sed illius æstimatio, & hoc procedit ex quadam fictione venditionis inter virum, & vxorem.

SVMMARIVM.

1. *Hæredi datur immissio vigore leg. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend.*
2. *in Dotem, quando in actu traditionis dãtur res æstimata, non dicuntur dotales, & soluto matrimonio non redduntur ipsæ res vxori, sed ipsarum rerum æstimatio.*
3. *in Dotem, quando dantur res æstimata ex ipsa æstimatione insurgit quædam venditio inter coniuges. Quia censetur re ipsa per mulierem, eius parentes vendi v. g. fundum sponso, & pretium eiusdem fundi fingitur solutum vxori, & illico ex causa dotis idem pretium breui manu datum marito, num.* 3. 13. 18. *&* 19.
4. *Contractus vnus transit in alium ex iuris ministerio.*
5. *Emptori acquiritur dominium rei emptæ irreuocabiliter per emptionem.*
6. *Dos, quando fuit tradita in fundo æstimato, dicitur re vera consistere in quantitate pecuniarum prædij æstimati, & non in prædio.*
7. *Solui non debet, aliud pro alio.*
8. *Datio in solutum, & pagamentum, est loco pecuniæ.*
9. *Pro pecunia mutuo petita, consensu partium potest tradi iumentum, & adhuc mutuum est, & pecunia est restituenda.*
10. *Datio in solutum verè, & propriè facit emptionem, & transfert dominium.*
11. *Clausula, iure proprio, & in perpetuum, important dominij translationem.*
12. *Dos, si consistat in fundo dotali, & vxori soluto matrimonio sit restituendus, non est acquirendus pro heredibus mariti.*
14. *Dotis solutio censetur facta principaliter marito contemplatione tamen vxoris.*
15. *in Contractibus potius inspici debet effectus, & illud, quod conuenit naturæ ipsius contractus, quam nominatio, & verba.*
16. *in Contractu, si aliquid appositum sit, quod non conueniat effectus contractus, pro non apposito habetur.*
17. *Dos est soluenda ipsi marito, pro oneribus matrimonij.*
20. *in Instrumento, ridiculum est, quod vtrique parti data sit facultas absque vlla causa resiliendi à contractu.*
21. *Minoribus plura priuilegia a iure concessa sunt.*
22. *Actio omnis realis, & personalis spatio 40. annorum perimitur.*
23. *Transactio non sustinetur stante falsa causa.*
24. *Mater succedit in bonis filiorum defunctorum post patrem.*
25. *Mater, quando transit ad secunda vota tenetur conseruare filijs primi matrimonij quicquid habuit à primo viro, vel à filijs eiusdem matrimonij.*

DECISIO LXX.

NOdus difficultatis istius causæ in eo positus est, an fundus Vincilianus spectaret ad Aure-
liam, siue potius ad Camillum maritum, si enim ad
Camillum spectabat, filij Almerici, & dictæ Aure-
liæ ex secundo matrimonio, nullam partem possunt
hodie consequi in dicto fundo, sed solum habent
actionem ad partem quantitatis dotis, & totus fun-
dus pertineret ad Hectorem, filium posthumum ex
primo matrimonio eiusdem Aureliæ. Si verò fun-
dus, tanquam dotalis, erat in dominio Aureliæ, vtri-
que filij Almerici, ex secundo matrimonio, rectè
obtinuerunt † immissionem pro medietate in dicto 1
prædio in vim testamenti Aureliæ, ex *l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend.* In cuius difficultatis discussione, quamuis sub die 18. Februarij 1630. coram R. P. D. meo Dunozetto, Rota dixerit, fundum spectasse ad Aureliam, eò quod dotalis esset, & datus in dotem, nec fuisse æstimatum tali æstimatione, quæ fecerit venditionem, attamen sub die 27. Nouembris eiusdem anni coram eodem D. Dunozetto, Rota omisit hoc motiuum, & hodie etiam coram me reiectum fuit.

Quoniam verè dictus fundus Vincilianus non est
in dote, sed pecunia, fuit enim æstimatus certo pre-
tio, & intrat conclusio, quod res æstimatæ in actu
traditionis dotis, non dicuntur dotales, & soluto
† matrimonio non redduntur ipsæ res vxori, sed 2
ipsarum rerum æstimatio, *l. quoties, l. si inter virum, l. cùm dotem,* vbi DD. *C. de iur. dot. l. si æstimatio, ff. sol. matrim. l. fin. C. de pact. dotal.* Bart. *in l.* 2. *§. Mela, num.* 1.

num. 1. *ff. de dot. praleg.* Purpur. *in l. ex conuentione, num.* 24. *C. de pact.* Couar. *qq. cap.* 28. *num.* 1. Cephal. *consil.* 351. *num.* 15. *& seqq.* Natt. *consil.* 650. *num.* 5. Menoch. *prasumpt.* 74. *sub num.* 3. *lib.* 3. Sim. de Præt. *consil.* 111. *num.* 19. Ex ipsa enim æstimatione insur-
3 gir quædam venditio inter coniuges, quia † censetur re ipsa per mulierem, siue eius parentes, vendi fundum sponso, & pretium eiusdem prædij fingitur solutum vxori, & illico ex causa dotis idem pretium breui manu datum, & numeratum pro dote eidem marito, & ita contractus quidem dotis exprimitur, sed latet alius contractus emptionis, & ministerio
4 † iuris vnus contractus transit in alium, vt inquit Bald. *in l. si inter, num.* 2. *& l. quoties, num.* 2. *C. de iur. dot.* Socin. sen. *consil.* 57. *num.* 6. *vers.* 7. *est casus, lib.* 1. Bec. *consil.* 42. *num.* 3. Menoch. *consil.* 1209. *num.* 1. *& seqq.* Ex quo deinde sequitur, vt non amplius præ-
5 dium, † cuius dominium irreuocabiliter per emptionem acquisitum fuit marito, sed æstimatio illa, & pretium sint restituenda vxori, vt concludunt præallegati Doctores.

Quod præsertim verum est in hoc casu, quia à principio Aureliæ fuit constituta dos in quantitate certa, ibi, *Cum dote, & dotis nomine scutorum* 1200. *ad rationem solidorum* 70. *pro qua dote dedit, & insolutum consignauit fundum Vicilianum, æstimatum ad rationem lib.* 63. *pro qualibet Tornatura.* Vnde antecedens assignatio dotis in quantitate, non autem datio fundi
6 est considerandа, & dos re † vera consistit in quantitate promissa, non autem in fundo, qui in executionem dictæ promissionis, & æstimationis traditus fuit. Ita Corn. *consil.* 92. *num.* 8. *lib.* 4. Berous *consil.* 63. *num.* 5. Socin. iun. *consil.* 141. *num.* 4. *lib.* 1. Couar. *practic. quæst. cap.* 28. *num.* 1. *vers.* 1. *apparet.* Cephal. *consil.* 351. *num.* 12. *& sequentib.* & præsertim *num.* 31. vbi, quod si aliter intelligeretur, prioris
7 obligationis renouatio inducta esset, & † aliud pro alio solueretur. Menoch. *consil.* 1209. *num.* 14.

Et hoc magis confirmatur, quia dicta datio insolutum, & pagamentum, vt dicitur in instrumento,
8 † est loco pecuniæ, *l. si pro mutua, C. si cert. pet.* vbi
9 pro pecunia mutuo petita, consensu partium † potest tradi iumentum, & tamen adhuc mutuum est, & pecunia est restituenda, & *l. si pretij ea, C. rescind.*
10 *vend.* & propterea verè, † & propriè facit emptionẽ, & transfert dominium, *l. eleganter, in princip. ff. de pignerat. act.* & ita in his terminis tradunt Socin. sen. *consil.* 69. *num.* 5. *lib.* 4. Cephal. *dict. consil.* 351. *num.* 11. Et hoc solùm sufficeret, vt inquit Natt. *consil.* 650. *num.* 3. *& seqq.* Cardin. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 28. *num.* 5. Bec. *consil.* 42. *num* 5. Honded. *consil.* 41. *num.* 10. *&* 11. *lib.* 1. Menoch. *dicto consil.* 1209. *num.* 14.

11 Maximè verò concurrentibus clausulis illis † *Iure proprio, & in perpetuum*, quæ important translationem dominij, vt in proposito notant Roland. *consil.* 86. *num.* 11. *&* 13. *lib.* 4. Menoch. *consil.* 1209. *num.* 9. & considerauit etiam Rota *in Interamnen. dotis* 2. *Februarij* 1589. *coram Card. Platto, Bonon. pecuniaria* 14. *Februarij* 1605. *coram Eminentiss. D. Cardinali Pamphilio, & in ciuitatis Castelli, seu Perusina dotis* 18. *Aprilis* 1614. *coram bon. mem. Remboldo.*

Et quod prædium fuit traditum Camillo pro ipso, & suis hæredibus, & sic irreuocabiliter illi acquisi-
12 tum, si enim in eo dos, tanquam in † fundo dotali, constitisset, vxori, soluto matrimonio, restituendum fuisset, non erat acquirendum pro hæredibus Camilli, vt benè per Purpurat. *in l. ex conuentione, num.* 37. *C. de pact.* Corn. *consil.* 172. *num.* 1. *vers. his tamen non obstant. lib.* 1. Bec. *dict. consil.* 41. *num.* 7. *&* 8. Natt. *consil.* 650. *num.* 2. Honded. *d. consil.* 41. *num.* 6. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. d. lib.* 12. *tit.* 28. *num.* 11. Menoch. *d. consil.* 1209. *num* 4. Ex quibus, & ex toto contextu instrumenti dotalis dilucidè dignoscitur, verè dotem fuisse in quantitate, & prædium datum fuisse in solutum, prout disertis verbis etiam asseritur ibidem.

Non obstat prædium fuisse traditum Camillo, & Aureliæ, & hinc benè inferri, venditum illud non fuisse eidem Camillo solum; quoniam verba instrumenti non dicunt prædium fuisse assignatum Aureliæ, & Camillo, sed quod Camillus, & Aurelia excomputarunt, & compensarunt dicta scuta 1200. & ideo referuntur ad illum actum, qui insequitur post venditionem, quia, vt dicebatur à principio, ex ipsa æstimatione resultat tacita venditio, & cen-
setur, quod maritus † emat fundum, & soluat pre- 13
tium parentibus sponsæ, & deinde breui manu iidem parentes soluant idem pretium marito in dotem, & ita verba instrumenti referuntur ad hanc tacitam receptionem pecuniarum in dotem, non autem ad traditionem fundi æstimati, & venditi, & solutio
dotis † censetur facta marito principaliter, contem- 14
platione tamen vxoris, at magis attenditur factum,
quàm contemplatio, & potius † inspici debet effe- 15
ctus, illudque quod conuenit naturæ ipsius contractus, quàm nominatio, & verba, vt monuit Neratius *in l. Insulam, ff. de prescript. verb.* & in his terminis appositè notat Menoch. *d. consil.* 1209. *num.* 15. sique aliquid appositum est in contractu, quod
† non conueniat effectui contractus, habetur pro 16
non apposito, vt docuit Bald. *in rubr. C. de iur. emphyt. num.* 11. Menoch. *d. consil.* 1209. *num.* 18. & proinde in casu præsenti, actus traditionis prædij iure attribuitur soli marito, reiecta contemplatione vxo-
ris, quia ipsi marito † dos est soluenda pro oneribus 17
matrimonij, vt per Crauett. *consil.* 91. *num.* 8. *& seqq.* & hoc idem melius etiam deprehenditur ex instrumento assignationis, quia, cùm prædium esset maioris valoris, quàm dos taxata in scutis 1200. non dicitur quod Aurelia, & Camillus teneantur restituere residuum, quod erat de libris 120. sed simpliciter dicitur quod dictum residuum ipse Camillus dumtaxat promisit reddere, signum patens, quod fundus solummodo in dominium ipsius Camilli, tanquam emptoris, irreuocabiliter translatus fuit, non autem Aureliæ, quæ alioquin debuisset etiam ipsa promittere restitutionem residui, excedentis valorem scutorum 1200. prout promisit Camillus,
ipsique Aureliæ censetur † breui manu soluta dos 18
scutorum 1200. redacta ex pretio dicti fundi Viciliani, per Camillum emptorem soluto, & ex simili promissione, seu remissione supplementi pretij ex
fundo in dotem dato, † argui omnino dotem in pe- 19
cunia consistere, & fundum emptum esse à marito, obseruat Menoch. *d. consil.* 1209. *num.* 12. *&* 33.

Aliud autem motiuum, tam in prima, quàm in secunda decisione coram D. meo Dunozetto approbatum, quod scilicet DD. Abbatibus filiis Aureliæ ex primo matrimonio, prætendentibus possessionem totius prædij, tanquam dati æstimati, & sic empti à Camillo Patre, obstet concordia, in qua Aureliæ transeunti ad secunda vota, dicti filij primi matrimonij tradiderunt prædium liberum pro sua dote, adhuc consistere hodie etiam Domini censuerunt; quia verè in transactione filij prioris matrimonij assignarunt hoc prædium dictæ Aureliæ, adiecto pacto resolutiuo in casu, quo filij nollent stare contractui,

tractui, vt in Instrumento, in quo, licet pactum il-
lud resolutiuum concedere videatur facultatem fi-
liis primi matrimonij recedendi à contractu, tamen
debet intelligi, quatenus de iure esset locus rescis-
sioni transactionis, alias esset ridiculum, quod in
20 eodem † Instrumento vtrique parti data esset facul-
tas absque vlla causa resiliendi à contractu, & trans-
actione, inita pro sedandis dissidiis inter matrem,
& filios, & bene deprehenditur, quod mens con-
trahentium, dum apposuerunt pactum resolutiuum,
illa fuerit, vt in casu, quo pupilli transactioni stare
noluissent, liceret Aureliæ ad primæua iura redire,
illa enim verebatur fortasse pupillos aliquo tempo-
21 re transactionem esse impugnaturos, ob quam † plu-
ra priuilegia ipsis à iure concessa, vnde eo casu vo-
luit sibi Aurelia expressè consulere, & reseruare ius
redeundi ad primæua iura, & ita pupilli, virtute præ-
dicti pacti, non habent facultatem recedēdi à trans-
actione, nisi in casibus à iure præmissis, in iure au-
tem cautum non repetitur, vel elapsis 40. annis,
dempta pupillari ætate, minor possit contractum,
in pupillari ætate factum, rescindere, cum, & spatio
22 40. annorum omnis † actio realis, & personalis per-
imatur, *l. sicut C. de præscript. 30. vel 40. ann.* Data au-
tem validitate transactionis, per quam fundus Vi-
cilianus libere translatus fuit in dominio Aureliæ,
sequitur sustineri institutionem filiorum secundi
matrimonij in medietate dicti fundi, & recte illius
vigore concessam fuisse eisdem pro medietate im-
missionem per sententiam Rotalem, quam ex
hoc secundo motiuo domini dixerunt esse confir-
mandam.

Verum quia hodie ab Informantibus pro Abba-
tibus de nouo obiiciebatur, dictam transactionem
23 non sustineri, tanquam ex falsa † causa ibi expressa
emanatam; in Instrumento enim dicitur assignari
fundum Vicilianum, nedum ratione dotis Aureliæ
restituendæ, sed etiam pro successione debita eidem
Aureliæ in bonis Mutij, & Iuliæ, filiorum defuncto-
24 rum post Camillum † patrem, & tamen, vel ipsa
erat exclusa, dum transiuit ad secundas nuptias, se-
cundum dispositionem statuti Cæsenæ, vel quatenus
fortasse statutum non obtineret locum in hoc casu,
sicut dicebatur ab informantibus pro Almericis,
quia transitus ad secundas nuptias contigit post
mortem filiorum, & post stipulatam concordiam;
25 tenebatur tamen Aurelia conseruare † filiis primi
matrimonij quicquid habuit à primo viro, vel à filiis
eiusdem primi matrimonij, iuxta textum *l. fœmina C.
de secund. nupt.*

Ideò DD. voluerunt, vt super hoc excessu parti-
culariter informetur, &c.

In eadem causa adest part. 6. altera decisio sub die
12 Decemb. 1631. coram eodem R. P. D. Merlino.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Redditionis Rationis.

Die Veneris 27. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Testator, si alicui dotem reliquit, eamque in vita soluit, amplius non debetur. Tutor soluens id, ad quod non tenetur, ad eius debitum imputatur. Sententia, quæ in iudicatum transiuit, quid operetur.

Decisiones Rotæ.

SVMMARIVM.

1. *Legatum relictum ad certum effectum, si testator ipse in vita adimpleuit, non debetur.*
2. *Confessio propria facit cessare omnem præsumptionem.*
3. *Hæres non potest impugnare confessionem testatoris.*
4. *Sententia, quæ transiuit in iudicatum, habetur pro veritate, & facit ius inter partes.*
5. *Sententia, quæ transiuit in iudicatum, operatur, vt super in ea contentis non possit amplius moueri controuersia.*
6. *Sententia, si transiuit in iudicatum, nullam in contrarium admittit probationem.*

DECISIO LXXI.

Domini ex nouiter deductis recesserunt à de-
cisis sub die 28. Martij præteriti [a] quoad par-
titam scutorum 100. quam in redditione rationum
tutelæ non esse ad debitum pupillarum imputandam
censuerunt, reseruato tamen, vt de aliis partitis scu-
tor. 127. & 558. particulariter videatur.

Quamuis enim per Sanctem Fencium pupilla-
rum patrem hæc summa ipsius tutoris filiis legata
fuerit, eademque postea promissa, quando nupsit,
attamen stante solutione à dicto Sancte dum adhue
esset in viuis facta, non potuit, nec debuit Tutor
illam denuo † soluere, cùm filiæ suæ nulla contra 1
pupillas actio competeret, secundum textus expres-
sos in *l. Lucius Titius*, & *ibi* Bart. *ff. de legat. 2. & in
l. filia legatorum*, vbi Salycet *num. 3. vers. quæro testator.
C. de legat.* Socin. iun. *cons. 79. num. 18. lib. 3.* Surd. *qui
dicit esse communem Doct. opinionem in consil. 119. nu-
mer. 10.* Rot. *coram Gregor. XV. decis. 536. num. 1.* & *ibi*
Add. *num. 15.*

De huiusmodi autem solutione constat ex libro
tutelari, in quo tutor asseruit se dictæ suæ filiæ, ac
genero coniugibus denegasse solutionem dictorum
scutorum 100. ex ea causa, quod antea à dicto San-
cte, dum viueret, fuissent soluta, ac propterea se Ad-
uocatum consuluisse, eique consuetum duorum au-
reorum honorarium pro informatione dedisse. Ac-
cedit protestatio eiusdem Tutoris facta in iudicio
contra dictos coniuges cum expressione eiusdem
causæ, quod scilicet non deberetur ea summa, quia
viuente dicto Sancte fuerat soluta, † vnde resultat 2
clara ipsius Tutoris confessio, quæ iustificat parti-
tam hodie controuersam, *l. cum te, la seconda. C. de
transact.* Roland. *in cons. 21. num. 5. & 3. lib. 1.* & cum
emanauerit à patre, dictus Christophorus illius † fi- 3
lius, & hæres eam impugnare non potest, per tex. *in
l. cum à matre, C. de rei vendic.* Bald. *cons. 89. num. 3. lib. 1.*
Marzar. *de fideicom. quæst. 53. in fin.* Peregr. *in eod. tract.
art. 44. n. 50. vers. item assertio.* Rot. *in Ariminen legati
27. Iunij 1629. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in Rom. de
Ruspolis 5. Iulij 1599. coram Litta.*

Verum tollitur omnis difficultas ex sententia ab-
solutoria pupillarum ab impetitis per dictos con-
iuges instante ipso Tutore lata, quæ cùm deinde
† transitum fecerit in iudicatum pro veritate ha- 4
betur, *l. 1. ff. de re iud. l. res iudicata. ff. de reg. iur.* fa-
citque ius inter partes. *cap. cùm inter dict. tit. de re iu-
dic. l. 5. in fin. cum duabus sequentib. ff. de liber. agnos-
cen.* ac operatur, vt super contentis † nulla amplius 5
possit moueri controuersia, *l. 2. & 3. C. vt lit. pen-
den.* Bald *in l. præscriptionem. 54. num. 54. versic. & præ-
mitte ad euidentiam, C. si contra ius, vel vtil. public.*
Natt. *consil. 524. num. 3. & 28.* Surd. *consil. 61. num. 3.*

& decis. 170. *num.* 15. Rot. *decis.* 572. *num.*2. *in fin. part. recent.*

Non obstat adnotatio partitæ post quindecim annos à tempore prioris adnotationis, ac sententiæ, & rei iudicatæ factæ per ipsum tutorem in dicto libro tutelari, in quo ponit ad sui creditum eadem scuta 100. filiæ suæ promissa cum relatione tam ad testamentum, quàm ad instrumentum promissionis, quia huiusmodi adnotatio posterior non est atten-
6 denda in concursu rei iudicatæ, † quæ nullam in contrarium admittit probationem, ad tradita per Honded. *in cons.* 61. *num.* 9. *&* 16. *lib.* 1. cum aliis supra allegatis. Stante præsertim inueri similitudine, quod dictus tutor post obtentam absolutoriam, & rem iudicatam nemine cogente soluerit, quod sciebat, & ante quindecim annos sustinuerat fuisse solutum.

Et ita vna tantum parte informãte fuit cõclusum.

a Est decis. 31. part. 6.

In eadem causa, vide part. 6. aliam decisionem sub die 30. Ianuarij 1632. coram eodem bon. mem. Motmanno.

R.P.D. COCCINO DECANO.

Romana bonorum.

Die Veneris 4. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Vsusfructus si sit relictus alicui donec viuit, & vnico contextu alius sit institutus hæres in proprietate, is censetur purè hæres institutus, & quare.

SVMMARIVM.

1. *Hæredi non potest denegari immissio, si exhibeat testamentum non abolitum, neque cancellatum.*
2. *Substitutio, quando remaneat pura institutio.*
3. *Hæres vniuersalis censendus est ille, non autem simpliciter substitutus, licet alius sit relictus hæres vsufructuarius, & vnico contextu ille sit relictus hæres vniuersalis proprietatis.*
   Quod procedit, etiamsi adsint verba post mortem, quia censentur apposita, vt vsufructuarius liberè fruatur vsufructu.
4. *Hæres vniuersalis incontinenti est hæres, licèt alius sit relictus vsufructuarius.*
5. *Fundum totum nostrum esse dicimus, licet vsusfructus alienus sit.*
   Vsusfructus non est pars dominij, sed seruitus, vt via, & iter.
6. *Meum esse falsò non dicitur, cuius non potest vlla pars dici alterius esse.*
7. *Vsusfructus, & via partes fundi non sunt.*
8. *Vsufructuarius dominus non est.*
9. *Legatum, cuius vsusfructus alienus est, ab hærede tamen petendum est.*
10. *Vsusfructus licet in iure, & non in parte consistat, emolumentum tamen est.*
11. *Vsusfructus cùm sit seruitus, impossibile est impossibilitate iuris, quod sit pars rei.*
12. *Res mea, mihi seruire non potest.*
13. *Res communis mihi seruire non potest.*
14. *Vsusfructus nihil aliud est, quam seruitus personalis.*
15. *Vsusfructus in multis pars dominij est.*
16. *Vsusfructus dicitur similis portioni, licet non sit portio, & num.* 18.
17. *Vsumfructum fundi stipulans similis est ei, qui partem fundi stipulatur.*
18. *L.* 4. *ff. de vsufructu, & alia iura conciliantur.*
19. *per Mortem vsufructuarij extinguitur vsusfructus.*
20. *Vsusfructus nedum extinguitur per mortem naturalem, sed etiam per ciuilem, puta maxima, & media capitis diminutione.*
21. *Fideicommissario non potest impediri immissio, per eum, qui titulum nullum habet.*
22. *Vsufructu finito, fit ipso iure consolidatio cum proprietate.*
23. *Titulum, si quis non habeat, vel non parem, non est legitimus contradictor aduersus eum, qui venit cum titulo.*
24. *Titulum apparentem, si quis habeat, potest immissionem hæredi impedire, nisi incontinenti appareat huiusmodi apparentem titulum esse nullum.*
25. *Hæredi debetur immissio in bonis defuncti probata eius possessione absque eo, quod discutiatur dominium eorundem bonorum.*
26. *Hæredi non potest denegari immissio propter ea, quæ requirunt altiorem indaginem.*
27. *Iura, quæ non sunt de actis, nec in forma probanti non releuant.*
28. *Immissio hæredi in quibus bonis sit danda, & ex quibus probetur, quod aliqua bona erant testatoris, num.* 29.
30. *Hæredi, vt cõpetat immissio super certis bonis defuncti, sufficit quod fuerint possessa ab ipso defuncto.*

DECISIO LXXII.

GHerardus Cæsarius Cleriam sororem hæredem vsufructuariam instituit, eiusque post obitum in euentum, in quem testatoris filij legitimi, & naturales, vel legitimati ab ipso, aut prædicta Cleria non extarent, hæredes vniuersales instituit patres Discalceatos Beatæ Mariæ de Scala. Quare dubitaui, an prædictis patribus danda esset immissio, quod dubium duas habet inspectiones principales. Prima est, an prædicti patres sint hæredes Gherardi, vel potius substituti, quia si hæredes, illis non potest denegari immissio, † cùm exhibeant testamen- 1
tum non abolitum, neque cancellatum ex dispositione *l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend.* Secunda inspectio est, in quibus bonis danda sit immissio.

Et quantum attinet ad primam inspectionem, cùm dictus testator decesserit nullis † relictis filiis, 2
institutio dictorum patrum remansit pura, *l. vlt.* §. 1. *ff. de vulgar. & pupill. l. si pupillus, in fin. ff. de condit. instit.* Bald. *in l. cum in testamento, in fin. C. de testam. manum.* ideoque censeri debent hæredes vniuersales Gherardi, non autem simpliciter substituti Cleriæ, quia cùm ipsa fuerit hæres vsufructuaria, & vnico contextu dicti patres hæredes vniuersales instituti, illico censentur hæredes vniuersales † proprieta- 3
tis, non obstantibus verbis illis post mortem, quia censentur apposita, vt Cleria liberè fruatur vsufructu secundùm opinionem, quam Rota seruat, vt doctissimè more solito examinato articulo, & cumulatis Doctoribus, ac decisionibus Rotalibus, ipsisque concordatis fuit nouissimè resolutum *in causa Camerinen. hæreditatis* 21. *Februarij huius anni coram R. P. D. meo Merlino.*

Et hæc sententia, quod non repugnet hæredem vniuersalem esse incontinenti hæredem, licet † alius 4
sit hæres vsufructuarius, probatur ex *l. rectè dicimus, ff. de verbor. signif.* vbi rectè dicimus totum fundum nostrum esse, etiamsi vsusfructus alienus sit,

5 sit, quia vsusfructus non dominij † pars, sed serui-
tus, vt via, & iter, nec falso dictum est meum esse,
6 cuius non potest vlla pars † dici alterius esse. Ad
idem est text. *in l.& per iusiurandum*, §. *illud*, *ff.de ac-
ceptil.* vbi de vsufructu, & via ait Iurisconsultus, hæ
7 autem partes † non sunt, & in *l.falsus*, §.*fin.ff.de furt.*
textus efferens rationem illius decisionis inquit;
8 Quia vsufructuarius dominus † non est. Et magis
in puncto est bonus textus *in l. Maeuius*, §. *fundo*,
*ff.de leg.*2. vbi dicitur legatum, cuius vsusfructus alie-
9 nus est, † ab hærede tamen petendum esse, ratio-
nem, subdens, videlicet, vsusfructus enim, & si in
10 iure, non in parte consistat, † emolumentum tamen
continet.

Nec est omittendus textus *in l. vsumfructum*, *ff. de
verb.oblig. & in l.cùm filius*, §.*dominus*, *in fin.ff. de le-
gat.*2. in illis verbis; *Quoniam vsusfructus*, & corro-
boratur hæc sententia efficaci ratione. Nam si vsus-
11 fructus † est seruitus, *d.l.rectè*, & habetur etiam in
*l.*1. *&* 2. *ff. de vsufr.* Impossibile est impossibilitate
12 iuris, quod sit pars rei, quia hoc modo † res mea
mihi seruiret, quod vulgaribus regulis repugnat, *l.
vti frui*, *ff.de vsufruct.* Cæpoll. *de seruit. vrban. præd.*
13 *cap.*14.*num.*4. Immo nec communis † seruire potest,
l.in re communi, *ff.de seruit. vrban præd.* bene ergo lo-
quutus est *Iurisconsult. in d.l.rectè*, *in fin.* ex sententia
Iuliani asseuerans, hanc opinionem esse veriorem;
14 Et quod vsusfructus † nihil aliud sit, quàm seruitus
personalis, dicunt gloss.& DD. *in princ. Inst.de seruit.
rustic. præd.* Gomez. *var. resolut. tit. de seruit. cap.*15.
*num.*1. Molin.*de Iust.& Iur.tract.*2.*disput.*8. *ver.quar-
tus quando.*

Neque prædictis resistit *l.*4.*ff.de vsufr.* dum dicit
15 vsumfructum † in multis partem dominij esse, nam
glos.*ibidem in vers. vel verius dic.* dicit illum textum
esse intelligendum respectu similitudinis tantùm,
16 ita vt vsusfructus dicatur† esse similis portioni, qua-
muis non sit portio, vt re ipsa declarat text.*in d.l.qui
vsumfructum*, *& dict.l.cùm filius*, §.*dominus*. In prima
enim dicitur, stipulantem vsumfructum fundi simi-
17 lem esse ei, † qui partem fundi stipulatur, & in se-
cunda dicitur, quoniam vsusfructus potrionis instar
obtinet, & sic ista Iura loquuntur per similitudinem,
18 † & cùm hac declaratione concordari debent Iura,
& Auctores dissidentes, prout dicit Pinell. *de bonis
maternis. part.*3. *num.*54. vbi multos allegat dictam
concordiam amplectentes, & benè conferunt dicta,
Bart. *in d.l.qui vsumfructum*, *ff.de verbor.oblig. & in l.
in venditione*, *ff.de bon. aut.iud.possid.* Natt.*consil.*563.
*num.*22.*lib.*3.

Neque obstat, quod Cleria hæredem Marcum in-
19 stituerit, quia cùm per obitum † dictæ Cleriæ extin-
ctus fuerit vsusfructus, §. *finitur*, *Instit. de vsufruct.*
prout nedum extinguitur morte naturali, sed etiam
20 ciuili, puta † maxima, & media capitis diminutio-
ne, vt *ibi* dicitur, & in *l.si vsusfructus*, *ff.de Iur. dot.l.
fin.C.de sent pass.l.corruptionem*, vbi Bald.*ff.de vsufruct.*
propterea dictus Marcus dato etiam, quod possi-
deat, non est legitimus contradictor ad impedien-
dam immissionem à patribus petitam. Nam quoad
21 bona relicta per Gherardum, † nullum habet titu-
lum, cùm ille proueniat à dicta Cleria, quæ contra
dispositionem dicti Gherardi testatoris sui auctoris
non poterat efficere, vt talia bona ad alium perue-
nirent, quàm ad ipsos patres Discalceatos, quos ipse
Gherardus hæredes proprietarios instituerat, & ideo
immediate voluit ad eos peruenire absque alia hæ-
22 redis restitutione, quia † finito vsufructu fit ipso
iure consolidatio cum proprietate, *d.* §.*fin. Instit.de
vsufruct.* Quare cùm dictus Marchus non habeat ti-
tulum, quoad bona relicta per Gherardum, vel non
parem, non est legitimus contradictor † aduersus pa- 23
tres venientes cum titulo, & probantes Gherardi
auctoris sui possessionem, vt statim dicetur, ad tra-
dita communiter per DD. *in d l.fin.*

Neque dicatur sufficere, quod Marchus exhibeat
titulum apparentem ex testamento dictæ Cleriæ,
quia quicquid dicendum sit, an ipse possideat, qua-
tenus id esset verum, obiectum procederet, † nisi in- 24
continenti appareret huiusmodi apparentem titu-
lum nullum esse, vt patet ex prædictis, iuxta not. *in
l.*2.*C.de edict.Din. Adrian.tollen.* Dec.*cons.*424. *num.*4.
Roland.*consil.*1.*num.*71.*volum.*1. & plenius *consil.*98.
*num.*40.*vol.*3.

Neque obstat, quod Marcus ex persona Cleriæ
prætendat plura bona spectare ad hæreditatem ma-
tris, & Ioannis Baptistæ fratris dictæ Cleriæ, quia
cùm Gherardus possideret omnia dicta bona, vt sta-
tim dicitur, vtique † patribus debetur immissio in 25
dictis bonis absque eo, quod discutiatur dominium
eorumdem bonorum, glos.& Doct.*in d.l fin.* Alciat.
*consil.*162.*num* 2. Roland.*consil.*2.*num.*2.*& seqq.lib.*3.
Menoch. *de adipiscen. remed.*4. *num.*368. *& sequentib.*
sanct.mem. Gregor.*decis.*194. *num.*11. cùm enim in-
spectio, an bona fuerint matris, vel fratris, & an
pertinerent ad Cleriam, requirat † altiorem inda- 26
ginem, non debet retardare immissionem dictorum
patrum, *l.*2. vbi DD.*C.de edict.Din. Adrian.toll.* Dec.
*consil.*424.*num.*4. *& cons.*588. *num.* 12. Roland. *dict.
consil.*1. *num.*73. *volum.*1. & latiùs *d.cons.*2. *num.*37. *&
consil.*98. *num.*37. *& seqq.* Nec dici potest, quod in-
continenti constet de veritate, ex eo, quod Sancta
mater hæredes instituit Gherardum, Ioann. Bapti-
stam, & d.Cleriam filios, cui quidem Sanctę assigna-
tæ fuerant pro dote sua, domus in via Peregrini, &
alia domus contigua, dicti autem Gherardus, &
Ioannes Baptista post obitum Sanctæ petierunt po-
ni ad suum creditum, necnon, & Cleriæ sororis lo-
ca 11. Montium ad hæreditatem eiusdem Sanctæ
spectantia; quia iura, † ex quibus hæc deducuntur, 27
non sunt in actis, nec in forma probanti, & ideo de
illis non est habenda ratio, vltra alias responsiones,
quæ possent afferri.

Quantum attinet ad secũdam inspectionem prin-
cipalem, in quibus bonis sit danda immissio, vtique
illa est danda in vineis iuxta descriptionem factam
in Inuentario Cleriæ, & in ipso Inuentario patrum,
quòd † citata Cleria confecerunt, necnon in domi- 28
bus sitis ad Pellegrinum, quæ fuerunt descriptæ in
ipso Inuentario Patrum, citata prædicta Cleria, &
prædicta descriptio adminiculatur ex locationibus
factis † per Gherardum testatorem, & pensionibus 29
per ipsum exactis.

Concurrit etiam descriptio facta per Cleriam in
suo Inuentario, cui non obstant verba illa: *che non
sono sue*, scilicet Gherardi, quia sufficit, vt superius
dictum est, quod possederit ab ipso Gherardo, ad
effectum, vt † illius hæredi competat immissio. Quo- 30
ad loca Montium, satis constat illa fuisse in hære-
ditate dicti Gherardi, cùm Cleria obtinuerit immit-
ti in dictis locis Montium vigore testamenti dicti
Gherardi, ac propterea in illis etiam concedenda
est immissio.

Et ita conclusum, &c.

Alteram decisionem in hac eadem causa coram
eodem Reuerendiss.P.D.Decano, vide sub die Vene-
ris 19. Decembris eiusdem anni 1631.part.6.

R. P. D. MERLINO.

Romana, seu Spoletana successionis.

Die Veneris 4. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Statuta ex defectu iurisdictionis non possunt extendi extra territorium, & tractatur hic, quod statutum Vrb. exclusiuum fœminarum requiritur subiectio respectu succedere volentis, & etiam respectu bonorum, ad effectum, vt habeat locum.

SVMMARIVM.

1. *Defunctus, si decedat ab intestato, tunc danda est immissio proximiori heredi, sublata omni sexus differentia.*
2. *Remedium, Quorum bonorum, datur aduersus possidentem pro herede, vel possessore.*
3. *Statutum Vrbis exclusiuum fœminarum non excludit fœminam propter patruelem.*
4. *Statutum excludens sororem vocans fratrem, intelligitur de fratre primi gradus, non autem de fratribus patruelibus.*
5. *Forenses non subiacent Statuto Romano circa exclusionem fœminarum, etiamsi bona in territorio Romano existant.*
6. *Statutum Vrbis exclusiuum fœminarum non habet aliud motiuum, quàm ipsam conseruationem familiarum, & num 15.*
7. *Romanorum statuentium partes non sunt consulere exteris agnationibus.*
8. *Statuta non possunt extendi extra suum territorium ex defectu iurisdictionis. & num. 16.*
9. *Statutum exclusiuum fœminarum, cui bona subiecta sunt, non potest connecti cum alio Statuto, cui personæ ad successionem contendentes sunt subdita.*
10. *Defunctus, licet fuisset incola Vrbis, & subiectum Statuto Romano, non inde Vrbis Statutum exclusiuum fœminarum porrigitur ad personas exteras succedere volentes, quæ non cadunt sub prouidentia statuentium Romanorum.*
11. *Agnationis conseruandæ votum non cadit erga defunctum, sed erga superstitem.*
12. *Statuto exclusiuo fœminarum, quando defunctus est subiectus, sed successionem prætendentes, sunt forenses, tunc fœmina non excluditur à masculis.*
13. *Gaspar Anton. Thesaur. qq. forens. quæst. 4. lib. 2. num. 7. & 8. reijcitur.*
14. *Defunctus non conseruat agnationem, sed viuus.*
15. *Statutum exclusiuum fœminarum Nursinum, quid disponat.*
16. *Descendentium appellatione non veniunt transuersales.*
17. *Statutum non extenditur de persona ad personam, sed coarctatur ad personas ibi expressas.*

DECISIO LXXIII.

Pompilius habens bona, tam hic in Vrbe, qoam in Territorio Nursino, Diœcesis Spoletanæ, diem clausit extremum, nullo condito testamento, ortaque est controuersia circa illius successionem inter Ioannem Patruelem dicti Pompilij ex vna, & Dionoram, atque Comitissam sorores germanas, & Hippolytam neptem ex Iosepho fratre eiusdem Pompilij prædefuncto ex altera partibus, & hodie fuit dubitatum, cui danda esset immissio, & Domini responderunt in fauorem fœminarum, † cum 1
ipsæ sint proximiores Pompilio, & ideo præferendæ remotioribus, sublato omni discrimine sexus, vt *in Auth. post fratres, la secunda C. de legitim. hered. l. 1. §. 2. & 3. ff. de gradib. affinit.* & propterea danda est immissio ea remedio, Quorum † bonorum, quod 2
datur etiam aduersus possidentem pro hærede, vel possessore, *l. 1. ff. quorum bonorum, l. 2. C. eodem* Menoch. *de adipiscen. remed. 1. num 49.* Rota *in Bonon. hereditatis de Armis 18. Aprilis 1622. coram me.*

Nec obstare visum est statutum exclusiuum fœminarum, quod tam in Vrbe, quàm Nursiæ reperitur, in quo obiecto nodus huius causæ totus positus est; quia motiuum bene tollitur distinguendo territoria.

Quò enim ad bona existentia in Vrbe, neutrum statutum obstat sororibus; non quidem statutum Vrbis ea duabus rationibus; Primò, quia † non ex- 3
cludit fœminam propter Patruelem, sed solum propter fratrem, vt est *decis.* san. me. Gregorij XV. 464. *num. 9.* & statutum † vocans fratrem, excludensque 4
sororem, intelligitur de fratre primi gradus, non autem de fratribus Patruelibus, Bald. *in l. iubemus. §. fin. num. 3. ff. ad Trebell.* Alexand. *cons. 97. num. 4 lib. 2.* Roman. *cons. 411. num. 4. & ibi* Adden. *in verb. consobrini*, vbi de communi testantur, Curt. sen. *consil. 9. num. 12.* Tiraquell. *in l. boues. §. hoc sermone, num. 82. ff. de verb. signif.* Brun. *de stat. exclusiu. art. 11. quæst. 16. num. 212. & seqq.* Gabriel *de stat. conclus. 7. num. 11.* vbi pariter de communi, Rota Bononien. *decis. 2. num. 14. & 20.* & fuit dictum *in Perusina bonorum 27. Iunij 1597. coram Gipsio.*

Secundò, quoniam tam dictus Ioannes Patruelis, quam fœminæ ad hanc successionem adspirantes, sunt forenses, nec subiacent statuto Romano, † & propterea ad illos non extenditur, licet bona in 5
territorio Vrbis existant, cum enim hoc statutum non habeat aliud motiuum, † quàm ipsam conserua- 6
tionem familiarum, non sunt partes Romanorum statuentium consulere † exteris agnationibus, & 7
ita fœminis non obstat statutum illud, Alexand. *consil. 111. in princip. lib. 7.* Peregr. *cons. 90. num. 10. & per tot. lib. 1. & consil. 24. lib. 3.* Viu. *opin. 812. num. 58. in tertio casu* Gratian. *discept. forens. cap. 431. num. 16 & cap. 709. num. 13.* Modern. Foroliuien. *de legitima. lib. 3. tit. 1. quæst. 18. num. 36. & 40.* & hæc fuit constans semper opinio Rotæ, vt *coram san. me. Gregor. XV. decis. 255. num. 2.* vbi Addent. *num 8.* notant *quòd est indubitata opinio, & coram Card. Blanchetto decis. 295. num. 4. & 673. num. 2. part. 1. diuers. & in Camerinen. hereditatis 29. Ianuarij 1588. coram Card. Pamphilio seniore, & in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 11. Decembris 1617. coram Eminentiss. Card. Pamphil. Iuniore, quæ est decis. 85. post Modern. Foroliuien. de legitim. & nuper in Narnien. successionis 22. Maij 1628. coram me, quam & sequuta fuit in Ferrarien de Tassonis 18. Martij 1630. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Minus obstat statutum Nursiæ quoad hæc bona Romæ existentia, quia dictum statutum non
† potest extendi extra suum territorium ex defectu 8
iurisdictionis, iuxta doctrinam Bart. *in l. cunctos populos. num. 32. C. de sum. Trin. & fid. Cathol. quam in*

bis

his terminis semper sequuta est Rota, vt *in Narnien.*
successionis comptobatum fuit, vbi etiam late osten-
9 ditur non posse connecti statutum, † cui bona sub-
iecta sunt, eum statuto, cui personæ ad successionem
contendentes sunt subditæ, quæ hic denuò repeten-
da non sunt.

Nilque refert Pompilium Incolam fuisse Vrbis,
& subiectum Statuto Romano, quia non inde statu-
10 tum † porrigitur ad personas exteras ;succédere vo-
lentes, quæ non cadunt sub prouidentia statuentium
Romanorum, & io hac materia non atteoditur, an
defunctus, de cuius hæreditate agitur, sit subditus,
vel forensis, sed attenduntur personæ ad successio-
11 nem adspirantes, † erga superstites enim cadit vo-
tum conseruandi agnationem, non autem erga de-
functum, & ideo quando etiam defunctus est statu-
to subiectus, sed successiooem prætendeotes sunt
forenses, quod fœmioa noo excludatur à masculis,
12 nec sit locus statuto, † & secundum iuris commu-
nis dispositiouem successio regulanda sit, docent
Alex.*consil.*44. *num.*15. *verſ.nec prædictis*, *lib.*5. Paris.
*conſ.*12.*num.*26. *ad med.* vbi de communi, *lib.*3. Ruin.
*conſ.*48. *num.*4.*lib.*3. Viu.*d.opin.*812. *num.*58. *verſ.ſe-*
cundus verò casus, Marcscot. *variar. resol.lib.*1. *cap.*9.
*num.*1. & 2. atque secundum hanc opinionem per-
petuo etiam Rota respoodit, vt *coram Cardin. Blan-*
*chetto dict. decis.*295. *num* 3. *part.* 1. *diuerſ.* & *in dict.*
Cameriuen hæreditatis 29. *Ianuarij* 1588. *coram Card.*
Pamphilio seniore, & *in Perusina bonorum* 13. *Iunij*
1590. *coram Comitulo, versic. quoad bona*, & *in Collen*
hæreditatis 10. *Iunij* 1616. *coram bon.mem. Buratto*, &
in Perusina successionis 13. *Martij* 1617. *coram Emi-*
13 *nentiss.D. Card.Veroſpio*, nec curandum est † de Ga-
spar. Anton. Thesaut. & aliis ab eo relatis *qq.forenſ.*
*lib.*2. *quæſt.*4.*num.*7. & 8. & *sequent.* quooiam eorum
14 rationes eliduntur ex eo, non defunctus † conser-
uat agnationem, sed viuens, & statuentes hunc sco-
15 pum conseruationis familiarum † solum habuerunt,
& contra istorum sententiam stat communior Do-
ctorum opinio, & à Rota semper recepta, vt supra
dictum fuit.

Quò verò ad bona Nursiæ existentia, nec Roma-
num statutum suffragatur, quia non potest extendi
16 † ad alienum territorium, vt supra dictum est, nec
etiam statutum Nursinum prodest Ioanni, quia sta-
tutum Nursiæ non excludit fœminas propter Pa-
truelem, & alios transuersales, sed solùm propter
descendentes ab eo, de cuius hæreditate agitur,
17 † vt ibi, *Sopraeuinendo alcuno della linea masculina*
delli descendenti di quello, della cui hereditaſi trattaſ-
ſe, le sopradette donne non poſſino domandare, ne haue-
18 *re*, &c. Quorum descendeotium defuncti † appel-
latione non veniunt transuersales, Menoch. *con-*
*ſil.*1177.*num.*7. & *sequentib.* & *præsumpt.*88. *num.* 11.
19 *lib.* 4. Neque statutum extenditur de † persona, ad
personam, sed coarctatur ad personas ibidem ex-
pressas, & specificatas, Dec. *conſil.*688. *num.*2. Paris.
*conſil.*49. *num.* 23. & *sequentib. lib.* 3. Menoch. *con-*
*ſil.*317. *num.*1. & *sequent.* & *conſil.*347. *num.*44. & *con-*
*ſil.*607. *num.*12. Cardin. Seraphio. *decis.*496. *num.* 2.
san.mem. Gregor. XV. *decis.*514. *num.*15. & *in recent.*
*decis.*316. *num.*8. & 463. *num.* 4. *part.*1. & *decis.*354.
*num.*7. *part.* 2.

Et ita pro dictis fœminis informantibus resolu-
tum fuit.

R. P. D. GHISILERIO.

Auenionen. hæreditatis.

Die Veneris 16. Ianuarij 1632.

ARGVMENTVM.

Transactio quid operetur, & cuius sit vis. Pater an, & quando possit pro filiis transigere. Testatoris ordinatio quod stante contrauentione tertij, legatarius cadat à legato ei relicto, an valeat, & quo casu sustineatur, & quando non. Singularis est decisio, tanquam extensa, ab Auditore, qui est doctrina admirabili clarissimus, & in magno Iurisprudentiæ theatro, sibi suo quodam iure celebritatem magnam vindicauit.

SVMMARIVM.

1. *Transactio, cum contineat exceptionem litis finitæ, impedit litis ingressum.*
2. *Transactio impedit remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*
3. *Transactione, qui nititur dicitur habere intentionem fundatam.*
4. *Transactio vt valeat, & substineatur, capi debet interpretatio.*
5. *Lites non sunt instauranda, si semel per transactionem fuerint extincta.*
6. *Iurgium nouum non debet suscitari ex sopita iam materia.*
7. *Transactio tunc multò minus venit rescindenda, si constet de obseruantia.*
8. *Obseruantia stante, difficilius rescinditur transactio.*
9. *Immissioni petita semper obstat transactio, donec per tres sententias conformes fuerit rescissa.*
10. *Exceptiones in continenti proba admittuntur in quolibet iudicio, quantumcunque summario & executiuo.*
11. *Furiosi curator potest pro eo transigere.*
12. *Pater est legitimus administrator bonorum filij.*
13. *Vsusfructus, quando recedit ab vsufructuario consolidatur cum proprietate.*
14. *Pater tanquam legitimus administrator habens vsumfructum in bonis filij, potest nomine eius transigere.*
15. *Lex longe plus tribuit patri, quàm tutori.*
16. *Tutor non habet tantam auctoritatem in bonis pupilli, quantam habet pater in bonis filiorum.*
17. *Tutor, si potest transigere de re dubia pupilli, ergo & etiam patri licebit, & num. 18.*
19. *Pro Filio nemo præsumitur capere vtilius consilium, quam eius pater.*
20. *Transactionis vtilitas eo ipso probatur, quàm à lite disceditur.*
21. *Lucratur satis, qui eximitur à lite.*
22. *Transactio in dubio præsumitur vtilis.*
23. *Decretum Iudicis si interuenerit in contractu filij familias facit præsumi actum fuisse cautè factum.*
24. *Transactio, vt veniat rescindenda propter læsionem, probanda est quod sit enormissima.*
25. *Pater vtiliter, & prudenter censetur pro filijs transegisse, si ita transegit pro se, sicut pro filijs.*
26. *Filijs si sit legatus vsusfructus non acquiritur pa-*

tri, cum non detur seruitus seruitutis, declara num. 27. 28. & 32.

26. *Vsusfructus relictus filijs censetur, potius relictus contemplatione filiorum, quam patris.*

28. *Testator, si instituerit aliquem haredem proprietarium, & alteri reliquerit vsumfructum, &, in casu contrauentionis disposuerit quod vsusfructus pertineat ad haredes proprietarios.*

29. *Stante contrauentione, vsusfructus non spectabit haredibus iure legati, sed iure consolidationis.*

33. *Vsusfructus relictus filijs censetur relictus contemplatione patris, si eius nomen fuerit expressum, quo casu ille vsusfructus acquiritur patri, etiamsi alias regulariter non acquireretur.*

36. *Mente captus non potest tribui factum, vel non factum.*

37. *Legatarius an possit priuari legato ob factum tertij.*

38. *Legatarius tunc facto tertij potest priuari legato, si ante rem quaesitam factum sit adimplendum per tertium, quo casu, si tertius non adimpleat cessat legatum.*

39. *L. si ita fuerit, ff. de manumiss. testam. licet in particularibus relictis loquatur, communiter tamen trahitur ad institutiones vniuersales.*

40. *Conditio casualis, quando est sublata, cessat etiam id quod eius vigore dispositum fuit.*

41. *Vsusfructus legatum, quando dicatur purum, & nullo modo suspensum in conditionem casualem.*

42. *Conditio in dubio potius praesumitur, quam poena, qua supponit actum purum.*

43. *Praesumptiones cessant in claris.*

44. *Testator, si alicui reliquerit legatum purè, & simpliciter, & deinde subiunxit, quod si Caius hoc, vel illud fecerit, vel non, &c. illud adimo, modo si Caius non adimpleuerit voluntatem testatoris, an legatarius veniat priuandus legato.*

45. *Ex facto tertij nemo hareditate priuari, aut exharedari conuenit.*

46. *Verba, quando important tractum successiuum, quid importent.*

47. *Testator postquam purè legatum alicui reliquerit, & faciat deinde praeceptum tertio de aliquo faciendo, & casu quo illud non faciat, adimere vult legatum legatario.*

48. *Stante contrauentione an deficiat legatum, & omnes excepto Menoch. & alijs, quos ipse allegat tenent ademptionem esse nullam.*

49. *Facto alterius, iniquum est, quod quis pragrauetur.*

50. *Poena, si opponatur inobedienti tenet sed secus si apponatur inobedienti ob factum, vel non factum alterius inobedientis.*

51. *Testater si iubeat executoribus testamentarijs, vt sibi intra certum tempus Capellam construant, & si non construxerint hares debeat dare 1000. hoc preceptum tanquam irrationabile non obligat haredem.*

52. *Poena tenet culpa authores non alios.*

53. *Testator, si faciat me haredem & iubeat, quod Pater meus non me molestet, & in casu molestia priuet me hareditate, huiusmodi priuatio non tenet.*

54. *Pactum non valet, quod pater cadat à feude propter delictum filij.*

55. *Testator, si purè reliquerit legatum, & postea illud sub conditione facti alterius adimat, non tenet talis ademptio.*

56. *Dispositio textus in l. Pater familias, ff. de hared. instituend. quando intret.*

57. *L. si ita fuerit, ff. de manumiss. testam. quo casu loquatur.*

58. *Hares ob alterius culpam non potest hareditate priuari, sed ex sua mera voluntate.*

59. *Legati Ecclesia facti translatio valet, in poenam Administratorum ipsius Ecclesia, qui testatoris iussa non adimpleuerunt.*

60. *Pralati, & tutores sustinent vices Ecclesia, & pupilli.*

61. *Poena inobedienti ad eius incommodum rectè iniungi potest.*

DECISIO LXXIV.

BVrgnina Dalmes instituris hæredibus vniuersalibus Iacobo, & Hectore Dalmes nepotibus, ex fratre iure particularis institutionis, & legitimæ reliquit Theodoro, & Guglielmo filiis mente captis cuilibet eorum summam scutorum 300. trium librarum, eosque reliquit vsufructuarios suæ hæreditatis mandans ali in domo Iulij fratris testatricis, & post eius obitum in aliis locis prout in testamento, & casu quo dicti sui filij non manerent, aut eisdem permissum non esset manere apud suprà nominatos, hoc in casu, & non aliter dicta testatrix reuocauit legatum vsusfructus in fauorem filiorum, & voluit pertinere ad supradictos hæredes vniuersales, eaque defuncta Iulius nomine hæredum retentis penes se filiis mente captis hæreditatem oomine Iacobi, & Hectoris acceptauit; verùm quia Auditor Generalis Auenionen. attenta dispositiooe Hectoris de Bellis patris dd. mente captorum, qui iostitutis filiis in libris Turonensibus, secundum pro quolibet, in reliqua hæreditate hæredem instituit Gabrielem Bellum fratrem, quem deputauit curatorem, & legitimum administratorem eorumdem mente captorum, mandauit dictos mente captos alimentari in domo curatoris deputati à patre, plures hinc inde lites excitatæ fuerunt, & propterea inter Gabrielem, & Iulium tam proprio nomine, quàm vti patrem, & legitimum administratorem Iacobi, & Hectoris hæredum Borgninæ fuit inita transactio. In qua nullo habito respectu ad id quod fuerat ordinatum per Borgninam, fuit conuentum, vt vsusfructus omnium, & quorumcunque bonorum Borgninæ pertineret ad mente captos, quandiu ipsi, aut vnus eorum vixerit, & perciperetur à Gabriele pro ipsis nutriendis, & alendis in domo eius habitationis, aut alibi, vt ipsi placuerit. Mortuo Iulio interposita appellatione per Hectorem à sententia Auditoris Eminentiss. Legati Auenionen. qua fuit pronunciatum ei non competere, neque competiisse immissionem in vsufructu bonorum Borgninæ, opponebatur de supradicta transactione, quam Domini obstare censuerunt.

Quia cùm transactio continens † exceptionem 1
litis finitæ impediat litis ingressum, *cap. 1. de lit. contest. in 6. l. causas, l. fratris, C. de transact.* san. mem. Gregor. XV. *decis. 354. num. 1.* Cardin. Caualer. *decis. 550. num. 2.* ostendat deficere in hæredes Borgninæ dominium debet impedire, † ne immittantur in 2
possessionem, ex remedio *l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend.* Surd. *plures cumulat consil. 451. num. 16. & 17. lib. 2.* Ideo Gabriel, qui nititur transactione, dicitur
habere † iotentionem fundatam, vt post Abb. con- 3
clùdit Decian. *consil. 216. num. 3.* Purpur. *consil. 323.*
num. 3. & in dubio capi debet † præsumptio, quod 4
transactio valeat, & sustineatur, *cap. finem litibus, cap. venerabilis, de dol. & contum. cap. constitutis, de procur. cap. Insgentium, de re iudicata*, Bero. *consil. 176. num. 15. lib. 1.* Rolaod. *consil. 28. num. 10. lib. 4.* Surd. *d. cons. 451.*

d. conf.451. num.18. & 19. cùm non sint instauran-
5 dæ lites † semel per eam terminatæ, *d. cap. causas, l. si maiores, & l. quamuis, C. de transact.* not. Bald. *in l. terminato, in secundo notab. C. de fruct. & lit. expens.* ex
6 sopita namque materia non † debet nouum iurgium suscitari, sanct. mem. Gregor. XV. *d. decis.354. num.2.* maximè in præsenti casu. In quo plurimum facit ob-
7 seruantia † transactionis spatio 23. annorum, *cap. contigit. de transact.* propter quam difficilius rescin-
8 ditur † transactio, ea enim semper obstat immissio-
ni petitæ donec per tres sententias † conformes fue-
9 rit rescissa, vt fuit dictum *in Romana Casalis de Paluzzellis coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo relata in allegata decisione Caualerij, num. 4.* Decian. *respons.28. num.11. lib.3.* cum aliis per Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 26. tit.9. num. 47.* Rota *coram bon. mem. Cardin. Caualer. decis.407. num.9. & 715. in fin. part.2. recent.*

Neque potest dubitari quin supradicta procedant, cum in quolibet iudicio quantumcunque sum-
10 mario, † & executiuo admittantur exceptiones incontinenti probatæ. Bart. *in l. fin. num.21. C. de edict. D. Adrian. tollend.* Angel. *consil. 135. num.2.* Dec. *in cap. interposita, num.1. de probat.* Rota *in recent. decis. 526. num.7. & 8. part.1. & coram san. mem. Gregor. XV. decis.425. num.3.* de transactione autem constat ex scriptura, quæ datur.

De iustitia verò transactionis, & eius validitate patet, quia fuit facta per Gabrielem curatorem
11 mente captorum, quem posse † pro furioso transigere, firmat text. *in l. interdum, §. qui tutelam, ff. de furios.* Abb. *in cap.3. de transact.* & per Iulium patrem, & legitimum administratorem Hectoris, &
12 Iacobi † filiorum, nam cum dd. Hector, & Iacobus fuissent hæredes instituti à Borgnina, & vsusfructus fuisset relictus mente captis, dum degerent apud ipsum Iulium, nunquam vsusfructus potest considerari vt formalis, nisi in personis mente ca-
13 ptorum; eo enim ipso, quod ab illis recederet, † consolidabatur cum proprietate relicta hæredibus. Ita quod pater tanquam legitimus administrator habens vsumfructum, *l. cùm oportet, C. de bonis, quæ liber.*
14 *§.1. Instit. per quas personas nobis acquir.* potuit † transigere nomine suorum filiorum, probat text. *à contrario sensu, in l. de re filiorum, ff. de transact.* & ibi tenet gloss. quam communem dicit Caccialup. *in tract. de transact. quæst.1.* Pinell. *in l.1. part.3. num.43. C. de bon. matern.* Bald. Bertrand. & alij plures, quos refert Surd. *d. consil.451. num.20.* Paschal. *de pater. potest. part.1. cap.2. num.3.* & cùm lex longè plus tri-
15 buat patri, quàm tutori, † qui non tantam habet authoritatem in alienis rebus, quantam habet pa-
16 ter in bonis † filij quorum est administrator. Ias. *in l. filiusfamilias, num.9. ff. qui satisd. cogantur, & in l.*
17 *Præses, C. de transact.* Tutor autem potest † transigere de re dubia pupilli, *d. l. Præses*, ergo multo magis
18 licebit patri vtiliter † pro filiis transigere. Alexand. *consil.176. circa fin. lib.2.* Crauett. *consil.74. num.1.* &
19 nemo præsumitur pro filio vtilius † capere consilium, quàm pater, *l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. nec in ea, ff. de adulter.*
20 Probatur autem transactionis vtilitas † nedum eo ipso, quod à lite disceditur, *l.1. C. de pact. l. si ea,*
21 *C. de vsur.* vbi dicitur satis lucrari, qui † eximitur à litibus, gloss. *in cap. penultim. de empt. & vend.* & in
22 dubio transactio præsumitur † vtilis. Alex *consil.222. num. 12. volum.2.* Bec. *consil. 176. num. 28. volum.1.* Roland. *consil.15. num.51. volum.1.* præcipuè in hoc
23 casu, in quo interuenit iudicis decretum, † quod facit præsumere, actum fuisse cautè factum, ex pluribus adductis per Surd. *allegat. consil.451. num.17.* Bald. *consil.448. in fin. lib 1. bon. mem. Cardin. Caualer. decis.407. num.6.* sed etiam Dominis visa fuit vtilis Iulio, & filiis habita consideratione totius contractus, & omnium pactorum in eodem contento-
rum, vt propterea nec dari † possit de læsione, quæ 24
tamen probanda esset enormissima, & in omnem casum principaliter agebatur interesse patris, penes quem mente capti ex præcepto testatricis erant educandi, non autem penes filios, & nihilominus super eo pater, cui vsusfructus eorumdem bonorum
primò † debebatur, deinde filiis, ita transegit pro se, 25
sicut pro filiis, quibus cùm ex præcepto testatricis, in casu non habitationis mente captorum in domo Iulij vsusfructus de iure non acquireretur transigendo apparet patrem vtiliter, & prudenter gessisse.

Neque facit obiectum, quod cum ipsis filiis Iulij fuerit legatus vsusfructus, non acquiratur patri,
cùm † non detur seruitus seruitutis, & censeatur 26
potius legatus contemplatione filij † quàm patris, 27
l.1. ff. de vsufruct. legat. gloss. *in auth. idem est, in verb. ex lege, vers. item nouus, C. de bon. quæ liber.* Aldobrand. *in §.1.* vbi Rimin. iun. *num.126. Instit. per quas personas nobis acquir.* quia procedit quando filio simpli-
citer relictus est vsusfructus, † nondum facta alia 28
institutione, per quam in ipsum consolidetur, aliàs secus, vt in proposito factum apparet, quia testatrix non legauit vsumfructum filiis Iulij, sed mente captis, iis autem hoc legatum ademit in casu, quo
non manerent, † apud personas nominatas: aut eis 29
non esset permissum manere, & voluit pertinere ad hæredes proprietarios, ad quos propterea in dictum casum non spectabat vsusfructus hæreditatis iure legati, sed iure consolidationis. Hæc enim applicatio in fauorem hæredum, non importat nouum
legatum, sed intelligitur, vt ad eos pertineat † iure 30
consolidationis cum proprietate iisdem in vniuersali institutione relicta, vt *in §. fin. Instit. de vsufruct. l. si Titio, eodem tit.* Surd. *consil. 439. num. 10. lib.3.*
Socin. sen. *consil. 102. num.10. cum seqq. lib.3.* vnde 31
cessat † absurdum admittendi vsumfructum de vsufructu, sequeretur enim quatenus filij Iulij non fuissent relicti hæredes proprietatij, sed eis tantum fuisset ab initio relictus vsusfructus, ex not. per gloss. *in allegat. auth. idem est, C. de bon. quæ liber. cum alijs, suprà deductis.*

Nec substitit quod vsusfructus fuerit relictus filiis eorum contemplatione, non patris, quia cùm in
institutione † fuerit expressum nomen Iulij, eo casu 32
vsusfructus acquiritur patri, etiam quod aliàs regulariter non acquireretur. Caualc. *de vsufruct. mulieri relict. num. 179. ante med. vers. quod autem debeat habere.* Paschal. *de patr. potest, part. 1. quæst.1. cap.3. num.101.*

Et hæc de transactione dicta sint ex abundanti, cùm resolutio huius difficultatis pendeat ab eo, an reuocatio, siue ademptio legati vsusfructus facta à matre in casu, quo filij sui mente capti, quibus fecit dictum legatum, non manerent, aut eisdem permissum non esset manere apud Iulium, aut alios per eam nominatos fuerit valida, quia quatenus sic, tunc
intrat quæstio, an Iulius potuerit † transigere in 33
præiudicium Iacobi, & Hectoris hæredum proprietariorum matris mente captorum; quatenus verò reuocatio siue ademptio non teneat, durat vsusfructus apud mente captos, & consequenter non esse
locum immissioni, & † tenet transactio, quia tunc 34
vsusfructus quocunque modo spectabat ad Iulium,

ſiue vii patrem Iacobi , & Hectoris bæredum , ſiue
ex perſona menre captorum ex diſpoſitione teſta-
tricis eorum matris , quæ voluit vſumfructum reti-
neri per Iulium pro alimentis ſuorum filiorum apud
eum educandorum.

Hane autem reuocationem non tenere dixerunt
Domini,eum non verſemur in illa quæſtione an le-
gatarius ub factum,vel non factum proprium poſſit
legato priuari ; quia eum legatarij in caſu noſtro eſ-
36 ſent mente capti , non poteſt eis attribui † factum,
vel non factum,*ad l. 1. §. adipiſcimur*,ibi , *veluti ſi quis*
dormienti aliquid in manu ponat ,ff. de acquir. poſſeſſ. l. fin.
ibi , quo modo ſi caſu aliquo ſine facto perſona id accidiſ-
ſet ; ſed verſamur in illa quæſtione , an ob factum,
37 vel non factum † tertij legatarius poſſit legato pri-
uari , vt in præſenti,ſi mente capti ob factum Iulij,
vel iudicis , aut cuiuſlibet alterius tertij non perma-
nerent , aut non permitterentur permanere apud
perſonas , à teſtatrice deſtinatas, iu qua diſtinguunt
38 Doctot. quod aut factum , † vel non factum alte-
rius adiicitur acquiſitioni , itaut ante rem quæſitam
factum adimplendum ſit per tertium , quo caſu , ſi
tertius non faciat, & dum non facit,legatum ceſſat,
l. ſi ita fuerit, ff. de manumiſſ. teſtament. quem text. in
39 † particularibus relictis loquentem communiter
etiam Doctores trahunt ad inſtitutiones vniuerſa-
les. Bart. Angel. & Imol. *in l. paterfamilias , ff. de ba-
red. inſtit.* Fao. Port. & alij *in §. fin. Inſtit. de legat.*
& ſic in ſpecie eonſuluit Ruin. *conſ.* 150. *num.* 9. *lib.* 3.
Socin. *conſil.* 21. *colum.* 1. & 2. *lib.* 3. Ea ratione , quia
40 poteſtatiua conditio dependens † à facto tertij,
quoad hæredem , ſeu legatarium cenſetur cauſalis,
& ideo illius defectus facit ceſſare diſpoſitionem.
Aretin. *conſil.* 1. Cephal. *conſil.* 52. *num.* 5. Bart. *con-
ſil.* 36. Roman. *ſingular.* 102. Couar. *de teſtam. in cap.
Raynaldus* , §. 1. *num.* 7. In præſenti non verſamur in
41 hoc caſu , quia legatum vſusfructus fuit † purum
nullomodo ſuſpenſum in dictum caſum, vt patet ex
ſerie diſpoſitionis, iuxta not. per Bart. *in d. l. pater-
familias , ff. de bared. inſtit.* & clariùs *in l. 1. §. item ſi
ita, ff. ad l. falcid.* Pariſ. *conſil.* 19. *num.* 138. *lib.* 2. Me-
42 noch. *conſil.* 78. *num.* 8. Vnde non obſtat , quòd † in
dubio conditio præſumatur potius,quàm pœna;quæ
ſupponit actum purum. Menochius *dict. conſil.* 78.
43 *num.* 27. & Pariſ. *in allegat. conſil.* 19. quia hîc † ver-
ſamur in elaris ex ſerie teſtamenti , quod legatum
vſusfructus fuit purum.

Aut verò,& ſecundò relictum eſt purum , & ſim-
pliciter ſcriptum , ſed poſtea nullo præcedente poſi-
tiuo præcepto teſtatoris faciendi , vel non faciendi,
adimitur legatum in caſu , quo tertius aliquid fece-
rit, vel non fecerit , vt puta ſi quis in ſuo teſtamen-
44 to alicui † purè,& ſimpliciter aliquid legauerit, dein-
deque poſt legatum ſimpliciter factum ſubiunxerit
ſic , & ſi cuius hoc,aut illud fecerit , vel non fecerit
legatum factum adimo , aut reuoco , tali caſu Bart.
quem communiter ſequuntur Doct. tenet quod de-
fectus adimplementi prouenieus ex facto tertij non
45 impedit acquiſitionem, † eo quia neminem ex alte-
rius facto , neque hæreditate priuari,aut exhæredari
conuenit , vt inquit text. *in allegat. l. paterfamilias*,
vbi Bart. *num.* 2. Angel. & Imol. & Socin. *in d. con-
ſil.* 21. *num.* 3. *lib.* 3. Couar. *in cap. Raynaldus*, §. 1. *num.* 7.
extra de teſtam. & hanc diſtinctionem retulit Me-
noch. *d. conſil.* 78. *num.* 3. notat Peregrin. *de fideicom-
miſſ. art.* 11. *num.* 87. In præſenti autem verſamur in
46 hoc eaſu, quo teſtatrix reliquit † vſumfructum purè
filiis ſuis mente captis quoad vixerint , & deinde
addit , & caſu quo dicti filij non manerent , aut

eiſdem permiſſum non eſſet manere apud ſuprà no-
minatos , &c. hoc in caſu , & non aliter , &c. quæ
verba , cum habeant tractum ſucceſſiuum,manifeſtè
important,quod legatum fuit purum,& quod reuo-
catio fuit facta poſt legatum perfectum , & in d. ea-
ſu , qui forſan poſſet contingere poſtquam filij per
plures annos iam vſumfructum percepiſſent.

Aut verò , & tertiò teſtator poſt legatum purum,
& iam acquiſitum præcepit cuidam tertio, vt † ali- 47
quid faciat , & ſi factum non fuerit,vult legatarium
priuari legato,itaut poſt legatum purum faciat præ-
eeptum tertio de aliquo faciendo,& caſu , quo non
fiat, adimat legatum,verbi gratia, dixerit,Titio cen-
tum lego , & volo quod Caius mihi ſepulchrum
conſtituat , quod ſi Caius mihi ſepulchrum non fe-
cerit , Titium legato priuari volo. In hoc caſu om-
nes , † excepto Menochio *in d. conſil.* 18. *num.* 19. & 48
paucis aliis , quos ipſe allegat, tenent ademptionem
eſſe nullam per text. *d. l. paterfamilias , ff. de bared.
inſtit.* quia lex iniquum † eſſe exiſtimauit aliquem 49
alterius facto prægrauari , *l. ſi quis in ſuo, §. legis, C. de
inoffic. teſtament. l. nemo debet , ff. de reg. iur.* banc ſen-
tentiam tenet , & ſequitur Bald. *in l. vnica , num.* 10.
C. de bis , quæ pœna nomine , vbi pro † regula tradit, 50
quod aut pœna apponitur inobedienti , & tenet ex
d. l. vnica,aut obedienti , ob factum,vel non factum
alterius inobedientis , & non valet *d. l. paterfamilias*,
vnde ibidem infert idem , quod ſi teſtator iubeat
commiſſariis , ſiue executoribus teſtamentariis , vt
ſibi intra † certum tempus Capellam conſtituant,& 51
ſi non conſtituxerint , hæres debeat dare mille,præ-
ceptum iſtud pœnale vti irrationabile non obligat
hæredem , quia pœna tenet † culpæ authores , non 52
alios, *l. ſancimus, C. de pœnis.* Ideoque infert ad aliud,
quod ſi teſtator faciat me hæredem , & iubeat quod
pater meus † non me moleſtet , & in caſu moleſtiæ 53
priuet me hæreditate , huiuſmodi priuatio non va-
let , ſicut vice verſa non valet † pactum quod pater 54
cadat à feudo ob delictum filij Ruin. *conſ.* 122. *num.* 9.
lib. 2. Alexand. *in l. bereditas , in fin. C. de bis quibus,
vt indign.* Gabriel. *conſil.* 105. *num.* 2. & alij , quos re-
fert Peregrin. *de fideicommiſſ. d. art.* 11. *num.* 87.

In præſenti autem verſamur clarè , & directè in
hoc tertio caſu , quo teſtatrix priùs relinquit filiis
vſumfructum purè , vt dictum fuit,deinde præcepit
Iulio , & ſic tertio , quod filius aleret domi ſuæ , &
exigeret vſumfructum pro alimentis ; deinde in caſu
quo non alerentur in domo Iulij , ſeu aliorum, qui-
bus ordinauit , ademit filiis legatum alimentorum,
vt videre eſt in elaris verbis teſtamenti, † ex quibus 55
apparet dationem puram , ademptionem verò ſub
conditione,ſi in domo Iulij non habitauerint. Rota
in Caſenaten. primogenitura 26. *Iunij* 1630. *coram Reue-
rendiſſimo D. meo Decano , confirmata* 2. *Iunij præteriti
coram eodem.* Ruin. *conſil.* 112. *num.* 9. *lib.* 2. *conſil.* 112.
num. 9. *lib.* 2. Natt. *conſil.* 470. *num.* 25. & *ſeqq. lib.* 2.
Menoch. *conſil.* 388. *num.* 15. & *ſeqq.* quo fit , vt ſine
dubio dicendum ſit ademptionem fuiſſe nullam , &
intrare diſpoſitionem † text. *in dicta l. paterfamilias*, 56
vbi Bart. & alij , *ff. de bared. inſtit.* maximè ad fauo-
rem filiorum.

Non obſtant deducta,per Menoch. *in d. conſil.* 78.
num. 15. nam text. *in* † *l. ſi ita fuerit , in princip. ff. de* 57
manumiſſ. teſtam. decidit primum caſum , de quo ſu-
pra. Bart. Angel. Imol. Fabr. & in aliis, *in d. primo caſu
allegat.* nec Alex. *in d. l. bareditas , in fin. C. de bis qui-
bus, vt indign.* facit pro Menochio , quia firmat hæ-
redem ob alterius eauſam † non poſſe hæreditare 58
priuari, ſed ex ſua mera voluntate , iuxta text. *in l. ſi*
ita

ita scriptum, ff. de leg. 1. tandem mouetur ex eo, quod
tradit Angel. *in consil.* 168 dum firmat translationem
59 legati Ecclesiæ facti † valere in pœnam administra-
torum ipsius Ecclesiæ, qui testatoris iussa non im-
pleuerunt, quem sequuntur Ruin. *consil.* 27. *num.* 7.
lib. 2. & Rip. *in repetendo*, §. *Diui*, *num.* 36. *l. filiusfa-
milias, ff. de leg.* 1. Id quod dicit Angel. de Prælato
Ecclesiæ extendit etiam ad tutorem. Socin. *in l. qui-
bus diebus*, §. *Temilius*, *num.* 17. *vers. aliquando*, & 2.
ff. de condit. & demonstrat. Sed hæc non applicantur
casui, de quo agitur, quia quicquid esset de prædi-
ctis, quando essent vera, præmissi Authores loquun-
60 tur in Prælato administrante † rem Ecclesiæ, & in
tutore rem pupilli, qui propterea sustinent vices
pupilli, & Ecclesiæ. Gabr. *d. consil.* 105. *in fine*. Pœna
61 autem inobedienti ad eius incommodum † rectè in-
iungi potest ad ablationem hæreditatis, legatorum,
& fideicommissorum, *d. l. unic. C. de his, quæ pœn.
nomine*, §. *fin. Instit. de leg.* Peregrin. *de fideicommiss.
d. art.* 11. *num.* 90.

Vnde cum Domini post plures causæ propositiones firmauerint ademptionem legati vsusfructus factam à matre filiis mente captis non tenere, adhuc durat vsusfructus, & illis viuentibus Hector non potest, dando de nullitate transactionis, petere immissionem, sub prætextu, quod ad ipsum spectet vsusfructus bonorum, de quibus agitur, &c.

In eadem causa habetur part. 6. altera decisio sub die Mercurij 18. Maij. 1633. coram eodem R. P. D. Ghisilerio.

R.P.D. COCCINO DECANO.

Bononien. fideicommissi de Manzolis.

Die Lunæ 26. Ianuarij 1632.

ARGVMENTVM.

Immissio petita à fideicommissario quando, & quibus ex causis ei est deneganda. Mulier maior de iure commmuni absque aliqua solemnitate potest contrahere, & alia, de quibus in summariis.

SVMMARIVM.

1. *Auus paternus, quando adoptat nepotem ex filio emancipato, vel auus maternus adoptat nepotem ex filia, filius adoptatus transit in potestatem aui propter duplex vinculum, ciuile scilicet, & naturale.*
2. *Ægidiana, vt non sit locus, opus est, vt sententia sit nulla, vel iniusta.*
3. *Exceptio incontinenti probata impedit immissionem ex remedio, l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend.*
4. *Immissio fideicommissario non potest concedi, nisi prius hæres grauatus fecerit suas detractiones.*
5. *Cessionarius repræsentat personam cedentis, & num.* 10.
6. *in Contractu filijfamilias non sunt adhibendæ solemnitates, quando ei est vtilis.*
7. *Mulier maior de iure communi absque aliqua solemnitate potest contrahere.*
8. *Mulier maior de iure communi potest contrahere sine vlla solemnitate, & hoc non obstante constit. Marchiæ, cum loquatur de minore.*

   Et additio, quæ loquitur de mulieribus est Cardinalis Carpen. quæ non habet locum extra Prouinciam Marchiæ.
9. *Fideicommissum in vltimo de familia expirat.*
11. *Cessionarius succedit in iuribus cedentis, & consequitur omnia eius iura.*
12. *Et potest omnia, quæ cedenti licebant, & sic exigit à debitoribus etiam inuitis, id quod cessionario erat debitum.*
13. *in Materia probatoria singula, quæ non prosunt, simul collecta iuuant.*
14. *in Identitate bonorum probanda sufficiunt leuiores probationes, & hoc maximè si sumus in materia antiquissima, & num.* 15.
16. *Tempus antiquum in teste dicitur, quando agitur de probatione* 60. *annorum.*
17. *Testes de auditu probant in antiquis.*
18. *Verbum*, antiquitus, *in quo verificetur.*
19. *Subiecta sunt talia, qualia demonstrant prædicata.*
20. *Producens aliquas scripturas fatetur, quod omnia in eis contenta sunt vera.*
21. *Quod procedit etiam in productione facta à procuratore.*
22. *Productio facta per compulsum non præiudicat in iuribus alienis, sed hoc non procedit, si sic producens dd. iuribus sit vsus, & num.* 24.
23. *Confessio, quæ ex productione iurium resultat, non potest reuocari, nisi docto de errore.*
24. *Vsus inducit ratificationem.*
25. *à Contradictione, vt quis repellatur sufficit, quod semel consenserit.*
26. *Ratificatio in necessariam consequentiam venit ex vsu.*
27. *in Fideicommisso illud solum censetur inesse, quod superest deductis detractionibus.*
29. *Fideicommissario datur immissio pro indiuiso, quando detractiones sunt certæ.*

    Et hoc intellige, quando datur certitudo generalis, ratione loci, & quota, alias non datur immissio, & num. 31.
30. *Certitudo generalis sufficit, vt quis possit possidere.*
32. *Fideicommissarius, quando immittitur in possessionem pro indiuiso cum grauato, quia detractiones sunt faciendæ, potest restituere eas in pecunia numerata, & quando id procedat, & quando non num.* 33.

DECISIO LXXV.

COmes Georgius senior de Manzolis condito de anno 1486. testamento hæredem instituit Melchiorem filium, quem fideicommisso grauauit; prout Melchior in suo, quod de anno 1525. condidit testamento Com. Georgium iuniorem filium hæredem institutum eodem grauauit onere fideicommissi; Com. autem Georgius iunior habuit vnicam filiam naturalem Isottam nomine, quam præuia legitimatione nuptui tradidit Com. Alexandro Bentiuolo, ex quibus natus est Com. Vlixes, quem præfatus Com. Georgius auus maternus in filium adoptauit; itaut in illius potestatem transiuerit; quan-
do † enim auus paternus adoptat nepotem ex filio 1
emancipato, vel auus maternus adoptat nepotem ex filia, filius adoptatus transit in potestatem aui propter duplex vinculum ciuile scilicet, & naturale, *l. a. ff. de collat.* §. 1. & §. *sed hodie*, *Instit. de adopt. l. cum in adoptiuis, quæ est fin.* §. *si verò pater, C. eod. tit.* vbi Odofred. *num.* 1. *vers. sed certè*, §. *sed in omnia*, & *ibi* gloss. *in verb. parens*, *Instit. de hæred. quæ ab intest. deferunt.* Vltimo loco idem Com. Vlixes suum condidit testamentum,

ſtamentum, in quo hæredem vniuerſalem inſtituit
Com. Alexandrum filium relicta legitima Marchio-
ni Franciſco alteri filio, qui prætendens ſe eſſe vo-
eatum ad fideicommiſſum Georgij iunioris periit &
obtinuit immiſſionem in medietate prædiorum del-
la Riccardina del Gatro, & in poſſeſſronibus nuncu-
patis della Mezzolara, e la Palazxina; vnde cauſa,
mihi commiſſa cum clauſula, quatenus ſit locus
Ægidianæ, diſputatio ſuper hoc dubio bis negatiuè
fuit reſolutum ſub diebus 15. Martij 1630. [a] & 16.
Iunij 1631. quæ ſententia hodie etiam propoſita
tertio cauſa ſuper iiſdem, placuit Dominis, vt cum
reſpectu Prædij emphyteorici della Riccardina con-
ueniretur, non eſſe locum Ægidianæ, difficultas
reducebatur ad alia prædia, circa quæ cum fuerit
actum ex remedio *l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend.*
ad effectum, vt non ſit locus appellationi propter
2 Ægidianam † opus eſt quod ſententia ſit nulla, vel
iniuſta, vt fuit reſolutum *in cauſa Tiburtina Caſtri*
Sambuci 27. *January* 1578. *coram ſan. mem. Clemen-*
te VIII. & coram recent. me. Ioan. Garzia Card. Mil-
lino in cauſa Rauennaten. fideicommiſſi 13. *Ianuar.* 1595.
Card. Mantic. *deciſ.* 33. *num.* 2. Iniuſtitia autem de-
ducebatur ex duplici capite. Primò, quia Com. Ale-
xander incontinenti probat d. bona non eſſe ſubie-
cta fideicommiſſo Com. Georgij iunioris, ſed Com.
Georgij ſenioris & Com. Melchioris eius filij, ſeque
ipſum à vocatis in dd. fideicommiſſis ex perſona Vli-
xis patris, cuius eſt ſolus hæres vniuerſalis, cauſam
3 habere, & propterea cum † iſta exceptio ſit inconti-
nenti probata, impedit immiſſionem ex remedio *d.*
l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend. Bart. *in l. filium,*
ſub num. 1. *ff. ad Trebell.* Dec. *conſil.* 424. *num.* 4. Pa-
riſ. *conſil.* 53. *num.* 110. *lib.* 3. Pur. *deciſ.* 222. *in princip.*
lib. 1. *in correct.* Seraph. *deciſ.* 357. *num.* 4. & latè fuit
deductum in deciſione facta 15. Martij 1630. Secun-
dò, eadem iniuſtitia deducebatur ex eo, quod quate-
nus etiam ſine veri præiudicio prædicta ceſſarent,
adhuc non poterat concedi immiſſio March. Fran-
4 ciſco vigore fideicommiſſi Com. Georgij † iunioris,
niſi priùs Com. Alexander feciſſet ſuas detractiones.

Et quantum attinet ad primum caput iniuſtitiæ,
quæ ſufficienter videtur probata, illa principaliter
pendet à duobus articulis. Primò, vt videatur an
Com. Alexander ex perſona Vlixis patris habeat
cauſam à fideicommiſſariis Georgij ſenioris, & Mel-
chioris. Secundò, vt videatur an ſit probata identi-
tas bonorum. Et quantum attinet ad primum arti-
culum Iſotta mater Vlixis ſub die 2. Decembr. 1560.
obtinuit ceſſionem medietatis iurium à Ioanne, &
Marco Antonio q. Cæſaris de Maluetiis, & Doro-
theæ de Manzolis filiæ q. Georgij ſenioris mediante
ſolutione ſcut. 1050. auri in auro, alia verò medie-
tas fuit ceſſa Conſtantiæ q. Camilli de Manzolis,
de qua ſtatim dicetur, inſuper ſub die 17. Decem-
bris eiuſdem anni eadem Iſotta obtinuit ſimilem
ceſſionem pro dimidia à fratribus S. Mariæ de mi-
ſericordia pro ſcut. 1100. reliqua verò medietas fuit
ceſſa prædictæ Conſtantiæ, de qua etiam ſtatim di-
cetur. Tertiò, prædicta Iſotta 14. eiuſdem menſis
Decembris & anni 1560. obtinuit ceſſionem pro di-
midia ab illis de Aldrouandris deſcendentibus ex
Antonia filia d. Georgij ſenioris, & à ſocietate Ho-
ſpitalis S. Mariæ de Morte mediante ſolutione ſcu-
tor. 1050. pro alia verò dimidia fuit facta ceſſio ad
fauorem Conſtantiæ prædictæ, & huiuſmodi ceſſio
fuit facta nedum ſuper iuribus competentibus in
bonis Georgij ſenioris, ſed etiam Melchioris eius
filij, vnde cum poſtmodum ſub die 3. Martij 1566.
cum præſentia Com. Alexandri ſenioris mariti, &
patris reſpectiuè eadem Iſotta ceſſerit iura huiuſmo-
di ad fauorem Vlixis filij, qui inſtituit hæredem
Com. Alexandrum, negari † non poteſt, quin Com. 5
Alexander ex dd. ceſſionibus repræſentet perſonas
cedentium.

Neque eſt verum, quod iſta ceſſio fuit nulla, quia
aut nullitas prætenditur ex eo, quod Vlixes erat fi-
liusfamilias, & ſe obligauerat releuare indemnem
Iſottam matrem; & cum hæc omnia fuerint facta
præſente Com. Alexandro patre, ceſſat omnis ama-
ritudo ex *Stat. Bonon. lib.* 3. *in rubr. de contract. cum*
minor, & fil. fam. §. item dicimus, ibi, vel maior præ-
dicta fecerit in præſentia patris; & vt fuit conſide-
ratum in deciſione 16. Iunij 1631. ſi † ceſſio fuit vti- 6
lis, non requirebantur ſolemnitates, ſin minus Mar-
chio Franciſcus non poteſt dare de huiuſmodi
damno; quæ autem dicuntur de retroceſſione non
merentur allegari, cum gratis dicantur. Aut verò
ceſſio prætenditur nulla ex eo, quod Iſotta ceſſit d.
iura ſine ſolemnitatibus, † & fuit reſponſum, quod 7
de iure communi mulier maior abſque aliqua ſo-
lemnitate contrahere valet, *l.* 2. vbi gloſſ. *in verb.*
obligauit, C. ad Velleian. Gratian. latè *diſcept.* 756.
num. 24. *lib.* 4. nullum enim adeſt ſtatutum, quod ob-
ſtet, prout nec officit Conſtitutio Marchiæ, cum lo-
quatur de minore, & additio, quæ loquitur de mu-
lieribus ſit Cardinalis Carpen. quæ non † habet lo- 8
cum extra Prouinciam Marchiæ, vt apparet ex ſe-
cunda approbatione Pauli III. Rot. *deciſ.* 6. *num.* 3.
part. 4. *diuerſ.* & fuit reſolutum *in cauſa Imolen. dam-*
norum 22. *Iuny* 1611. *coram bon. mem. Card. Sacrato,*
& in cauſa Viterbien. Terra Vetralla 14. *Marty* 1614.
coram R.P.D. meo Pirouano. Addentes ad deciſionem
ſan. mem. Gregorij 160 *num.* 17.

Et vltra prædictas ceſſiones, Vlixes ipſe 17. Apri-
lis 1565. mediante tranſactione, acquiſiuit ius à Do-
minis de Luparis, Barbatiis, Ranutiis, & Armiis,
vti deſcendentibus ex latere materno Com. Georgij
ſenioris, & Com Melchioris, ac etiam 6. Februa-
rij 1571. concordauit ſuper fideicommiſſo Melchio-
ris, cum Com. Alexandro, & aliis de Manxolis me-
diante laudo bon. mem. Cardin. S. Sixti, poſtea Gre-
gor. XIII. cum aſſignatione plurium bonorum, &
pecuniarum, ac tandem 9. Aprilis 1592. concor-
dauit cum Com. Perirheo Maluerio filio, & hærede
prædictæ Conſtantiæ filiæ Com. Camilli de Man-
zolis, quæ vna cum Iſotta obtinuit ceſſionem pro
medietate, vt ſupra dictum fuit, quæ concordia fuit
ſuper fideicommiſſo Com. Georgij ſenioris, & Com.
Melchioris; Comes enim Pirirheus ex perſona ma-
tris prætendebat ad ſe pertinere omnia bona præ-
dictorum de Maluetiis, ex eo, quod in dicta conſtan-
tia † tanquam vltima de dicta familia de Manzolis, 9
expiraſſent dd. fideicommiſſa, è contra verò d. Com.
Vlixes prætendebat eam eſſe obligatam reſtituere
plura bona, ſed ex cauſa dictæ concordiæ aſſignauit
eidem Com. Peritheo quædam bona ſtabilia, & vi-
ce verſa Com. Peritheus abſoluit, & liberauit ipſum
Com. Vlixem ab omni, & toto eo quod prætende-
re poſſet ex cauſa dd. fideicommiſſorum in ampliſſi-
ma forma.

Vnde his ſtantibus inficiari non poteſt, quin
Com. Alexander ex dd. ceſſionibus, † quæ omnes 11
in eum ſunt ſolidatæ, repræſentet perſonam fidei-
commiſſariorum, *cap. denique* 7. *quæſt.* 1. *l. ſi donata,*
§. 1. *ff. de donat. int. vir. & vxor.* Itaut ſucceſſerit in
eorum † iuribus, *l. emptor.* vbi Bald. *in primo not. C.* 12
de hered. vel act. vend. & conſequutus fuerit omnia
eorum

eorum iura, l. si ager, in fin. vbi Din. Bart. & alij, ff. de
rei vend. quare potest omnia facere, quæ cedenti-
bus licebant. Berous consil. 107. num. 18. vol. 1. & ideo
12 † iure meritò exigit à Marchione Francisco etiam
inuito id, quod cessionariis erat debitum, l. idemque,
§. si cui mandauero, ff. mand. l. nomina, ff. de hared. vel
act. vend. l. nomen, C. qua res pign. oblig. poss.

Circa secundum articulum, primi capitis Iniusti-
tiæ, quod est, an sit probata identitas bonorum, illa
videtur sufficienter iustificata ex multis probationi-
bus per Com. Alexandrum adductis, quæ simul
ponderandæ, & coniungendæ sunt, non autem scin-
dendæ, cùm in materia probatoria trita sit regula,
13 quod † singula, quæ non prosunt, simul collecta
iuuant. gloss. in l. 2. in verb. legitimi, ff. de excus. tut.
Decian. consil. 146. num. 14. vers. 6. & vltimò, san. mem.
Greger. decis. 245. num 2. & seqq. quæ eo magis pro-
cedunt, cùm agatur de identitate bonorum proban-
14 da, † in qua sufficiunt leuiores probationes, cap. cum
causam, & ibi Doctor. de probat. Rimin. sen. cons. 254.
num. 11. cum seqq lib. 2. Decian. consil. 17. num. 6. lib. 3.
Rot. recent. decis. 459. sub num. 3. part. 1. san. mem.
Gregor. decis. 172. sub num 6. & ibi Addent. num. 10.
quod de facili procedit in hac facti specie, cùm aga-
15 tur de re antiquissima † vltra centum annos. Socin.
consil. 86. num. 2. lib. 1. Seraphin. decis. 462. num. 9. &
dixit Rota in causa Bononien. fideicommissi de deside-
rijs 5. Maij, & 14. Iunij 1627. & 24. Maij 1628. co-
ram R. P. D. meo Merlino.

In proposito autem fuerunt dati plures testes
examinati in alia causa de anno 1562. nempe octa-
uus, & duodecimus dati in summ. num. 2. primus, se-
ptimus, duodecimus, & decimusquintus dati in
summ num. 11. deponentes de possessione Georgij
senioris, & cùm d. Georgius obierit de anno 1498.
vtique agitur de probatione facienda de re vltra 60.
16 † annos, quod tempus in teste est antiquum. Ca-
putaq. decis. 5. num. 3. part. 3. Farin. de testib. quæst. 69.
num. 145. Seraph. decis 75. in fin. Rot. decis. 155. n. 13.
part. 2. diuers. & in recent. decis. 234. num. 2. & de-
cis. 694. num. 2. post princip. vers. qui etiam, part. 2. &
propterea regulariter loquendo isti testes, cùm ver-
17 semur † in antiquis, etiam quod deponant de audi-
tu, probant Honded. consil. 17. num 52. lib. 1. Farinac.
loc. cit. quæst. 69. num. 125. & in puncto de bonis pos-
sessis à fideicommittente. Fusar. de substit. quæst. 618.
num. 20. cum seqq. Rot. in recent. decis. 694. num. 2.
vers. vtique sufficiunt, part. 2.

Hæc etiam probatio coadiuuatur ex testibus da-
tis sub d. num. 2. & 11. qui probant in genere, quod
hæc bona fuerunt DD. de Manzolis, ab antiquo, &
ex acquisitionibus aliquarum petiarum terræ factis
à d. Com. Georgio sub vocabulis horum prædio-
rum, ex quibus resultat, quod dum testes deponunt,
bona fuisse DD. de Manzolis ab antiquo, cùm Geor-
gius senior obierit de anno 1498. & sic per annos
64. ante d. depositionem, Melchior autem obierit
de anno 1525. & sic per 37. annos tantùm ante ean-
dem depositionem factam de anno 1562. d. testes
sunt intelligendi de possessione Com. Georgij se-
nioris, tum quia ille antiquitus obiit, tum quia bo-
na transierunt respectu d. Georgij per plures gene-
18 rationes, vnde propterea in ipso Georgio † seniore
verificatur illud verbum antiquitus. Bald. consil. 310.
num. 4. cum seqq. & consil. 370. num. 4. lib. 3. Rot. in
recent. decis. 167. num. 43. in fin. vers. & antiquum, &
hoc de plano procedit, quia cùm constet ibidem
Georgium seniorem bona acquisiuisse, & testes di-
stinguant, la parte vecchia, dalla noua, vtique per
necesse sunt intelligendi de possessione Com. Geor-
gij senioris, talia † enim sunt subiecta, qualia de- 19
monstrant prædicata, cap. inter dilectos, as fid. instru-
ment. Ias. in l. stipulatio, §. hi qui, num. 1. ff. de verb.
oblig. Neuizan. consil. 92. num. 4.

Et respectu fideicommissi Com. Melchioris filij
d. Com. Georgij satis probatur identitas, quia dd.
omnes testes clarè deponunt de possessione d. Com.
Melchioris, plures de visu, reliqui de auditu, con-
currunt etiam articuli super d. examine dati de an-
no 1562. & descriptiones factæ super his bonis vti
pertinentibus ad fideicommissum d. Melchioris, ex
quibus siue dd. probationes referantur ad vnum fi-
deicommissum, siue ad aliud, Com. Alexander ex
deductis habet contentum, cùm habeat cessiones
sufficientes, vt supra probatum fuit.

Nec prædictis obstat in hoc casu, quod deposi-
tiones, articuli, & descriptiones factæ sint in alia
causa, quia, vt dictum fuit in decisione facta 15. Mar-
tij 1630. Marchio Franciscus produxit omnia præ-
dicta in ista causa, & ex illis obtinuit immissionem,
vnde in necessariam † consequentiam fassus fuit 20
omnia contenta in dd. scripturis esse vera, cap. cum
olim, de censib. l. publia, §. fin. ff. depos. Bart. in l. post
legatu [illegible] ff. depos. cum aliis per Surd. in
consil. 3. num. 37. Verall. decis. 193. num. 3. part. 1. quæ
loquitur etiam in productione † facta à procurato- 21
re cum allegatis in d. decis. & quamuis productio
fuerit facta per compulsum, quæ non præiudicat
† in iuribus alienis, nihilominus, cùm dd. iuribus 22
vsus fuerit Marchio Franciscus, & ex illis obtinue-
rit, non potest prædictam confessionem, † quæ ex 23
productione resultat, reuocare, nisi doceat de erro-
re, l. si quis testibus, C. de testib. Aymon consil. 73.
num. 14. Vant. de nullit. tit. quib. mod. sent. null. differ.
poss. num. 103. Tiraq. de constitut. poss part. 3. limit. 30.
num. 12. Pbanuc. de dot gloss. 11. num. 5. Menochius
consil. 23. num. 1. & fuit resolutum in causa Forolinien.
census 13. Iunij 1589. coram Orano in alia decis. allegat.
Itaut stante d. vsu non sit distinguendum inter pro-
ductionem in compulsum, † & facti per ipsummet 24
principalem, quia cum vsus inducat ratificationem,
perinde est, ac si ipse Marchio iura produxisset, l. si
pupilli, §. item quæritur, ff. de neg. gest. Tiraq. de con-
stit. part. 3. limit. 30. num. 62. & sufficit, † quod March. 25
Franciscus semel consenserit, vt possit repelli à con-
tradictione, l. in diem, ff. de aqua pluu. arcen. Surd.
consil. 60. num. 14. & hæc omnia simul sunt conside-
randa, cùm vnum † veniat in necessariam conse- 26
quentiam alterius, cùm scilicet ratificatio in necessa-
riam consequentiam veniat ex vsu. Christoph. Ca-
stell. in repet. l. sciendum, num. 9. ad fin ff. de verb. oblig.
& ita sensit Bart. in l. si is, qui pro emptore, num. 71. de
vsucap. & in l. sub conditione, num. 3. ff. de solut. Bald.
in l. 1. in fin. C. quand. liceat ab empt. disced. Alexand.
consil. 117. num. 4. lib. 5. & fuit dictum in causa Roma-
na Domus in Burgo 30. Martij 1530. coram bon. mem.
Card. Mant.

Neque obstat, quod fideicommissum Georgij se-
nioris, non possit comprehendere omnia d. bona,
cum in laudo Card. S. Sixti lato 6. Februarij 1571.
fuerit æstimatum in libris 24. mill. quia pro dissolu-
tione huius obiecti repetendum est, quod hic agitur
de duobus fideicommissis, videlicet Com. Georgij
sen. & Com. Melchioris eius filij, compromissum
fuit factum in d. Cardin. super hæreditate Com.
Melchioris inter Com. Vlixem ex vna, & Com. Ale-
xandrum, & fratres de Manzolis ex alia, & fuit
actum super eo, quod esset detrahendum ex fidei-
commisso

commisso d. Com. Melchioris, fuitque laudatum,
quod diuersa detraherentur, & primo loco libræ 24.
mill. quas partes conueniebant Vlixem, tanquam
hæredem Com. Georgij aui materni, deducere de-
bere ex solutionibus factis pro fideicommisso Geor-
gij sen. vt enim supra relatum fuit, cessio à diuersis
fuit facta Isottæ, & Constantiæ filiæ q. Camilli de
Manzolis, & cùm Vlixes soluerit d. summam, &
ageretur de concordia super fideicom. Com. Mel-
chioris, actum fuit, quid priùs de illius hæreditare
detrahi deberet, & primò fuit actum de detractio-
ne solutionis, factæ pro acquirenda cessione super
fideicommiss. Georgij senioris, quæ, vt supra rela-
tum fuit, facta fuit pro dimidia Isottæ matri Com.
Vlixis & Constantiæ, filiæ q. Camilli de Manzolis,
& fuit actum de detrahendo id, quod soluit Isotta
mater Com. Vlixis pro acquirenda d. cessione, non
autem fuit firmatum, quod fideicommiss. Georgij
ascenderet tantùm ad d. summam, quod claré in-
nuunt verba ipsius laudi, ibi: *Prima che di tutto il cor-
po dell'heredita del Com. Marchionne, descritta nel so-
pradetto cartone, si deducbino per contanti 24. mila lire,
e queste sino per altrettante, che confessano le parti hauer
pagate il d. Sig. Conte Vlisse, come herede del Com. Gior-
gio, e la Sig. Constanza come herede del Com. Camillo
per l'importanze del fideicommisso di Giorgio vecchio
Padre del Conte Marchionne.* Et in omnem euentum
ista nihil prosuot March. Francisco, quia sufficit
Com. Alexandro docere, quod ista bona, qualia
sint, spectent ex dd. cessionibus ad Com. Vlixem
communem patrem, cuius solus ipse est hæres, non
autem sint supposita fideicommisso Georgij iunio-
ris, ex quo Marchio Franciscus prætendit se esse
vocatum.

Quantum attinet ad secundum caput ioiustitiæ,
illud videtur clarum, nam etiamsi omnia prædicta
cessatent, vt fuit consideratum in decisione facta 15.
Martij 1630. adhuc sunt faciendæ plures dettactio-
27 nes, cùm grauatus teneatur solùm restituere, † quod
inuenit in fideicommisso, *l. in fideicommissarium, §.
quetiet, ff. ad Trebell.* illud autem solùm censerur esse
in fideicommisso, quod superest deductis detractio-
nibus; *l. qui quadraginta, vers. & quod heres, ff. ad Tre-
28 bell.* & si non fierent † detractiones Com. Alexan-
der hæres plus restitueret, quàm restituere esset
iussus, vt inquit Fulgos. *in consil.* 81. *col. 2. post med.*
Natt. *consil.* 255. *num. 9. in fin.* & pulchrè Surd. *de-
cis.* 333. *num.* 8. *vers. & ratio est.*

29 Neque obstar, † qood quando detractiones sunt
certæ, datur immissio pro indiuiso, prout seruat Ro-
ta, quia hoc est verum, quando datur certitudo ge-
30 neralis ratione loci, & quotæ, † nam istà certitudo
generalis sufficit ad effectum, vt quis possit possi-
dere, argum. text. *in l. qui iure militari, ff. de milit. te-
stam.* Ioan. Pettuc. *de Montesperello, in l. ab emptione,
ff. de pact.* Socin. *in d. l. 3. §. incertum, num. 5. post med.
vers. & ad difficultatem*, & *ibi* Ias. *num. 26. prope fin.
vers. 2.* & notabilius idem Ias. *in consil. 147. num. 31.
& num. 41. vers. nec isto casu, lib. 2.* Paris. *consil. 59.
num. 23. lib. 1.* Negus. *de pign. part. 2. membr. 2. num. 3.
in fin.* Tiraq. *de iur. constit. part. 2. ampliat. 32. num. 11.
& part. 2. limit. 19. num. 2. & 3.* Roland. *consil. 97.
num. 44. & 45. lib. 2.* sed in hoc casu, ista certitudo
generalis ratione quotæ cessat, quia nedum est de-
31 trahenda † legitima, & Trebellianica, sed etiam sunt
facieodæ aliæ detractiones ponderatæ in decisione,
& hoc est, quod dicit Surd. *in decis. 333. num. 13. cum
alijs allegat. in alia decisione.*

Neque obstar, quod March. Franciscus potest
restituere alias detractiones in pecunia numerata, 32
Corn. *consil. 232. num. 13. vers. non dato, lib. 4.* Menoch.
de adipiscend. remed. 4. num. 641. quia hoc posset con-
siderari, si hæreditas consisteret in pecunia nume-
rata, secus autem † quando consistit in corporibus, 33
quia tunc detractio est incerta ratione quotæ. Ias.
*d. consil. 145. num. 31. vers. item est incertitudo ratione
quota.* Rot. *decis. 565. in fin. part. 1. diuers. & in recent.
decis. 115. num. 12. part. 1.* & fuit dictum *in Senogal-
lien. fideicommissi 22. Maij 1606. coram bon. mem. Car-
din. Sacrato*, & io omnem euentum cessat omnis
difficultas cum simpliciter fuerit concessa immissio
March. Francisco.

Ex quibus, aut coostat de fideicommisso Georgij
senioris, & Melchioris eius filij, prout ex prædictis
videtur constare, & cum Vlixes habuerit cessionem,
Marchio Franciscus tanquam vocatus in fideicom-
misso Georgij iunioris non potuit obtinere, aut ve-
rò sine veri præiudicio non constat de fideicommis-
so prædictorum, & idem Marchio minus etiam po-
tuit obtinere, cum sint faciendæ detractiooes, & sic
ex vtroque capite non est locus Ægidianæ. Vnde
tertio loco Domini perstiterunt in bis aliàs deci-
sis, &c.

a Prima decisio est 360. part. 5. recent.
b Altera est decisio 51. part. 6.

R. P. D. PIROVANO.

Ianuen. iuris honorifici.

Die Lunæ 26. Ianuarij 1632.

ARGVMENTVM.

Tractatur in hac decisione materia succes-
sionis in iure honorifico, & an in eo suc-
cedere possint descendentes ex fœminis.

SVMMARIVM.

1. *Iuspatronatus in dubio præsumitur hæreditarium.*
2. *Iuspatronatus acquiritur ex fundatione Ecclesiæ, etiamsi non sit facta reseruatio.*
3. *Agnati proximiores deficientibus descendentibus, & ascendentibus, succedunt defuncto.*
4. *Ius honorificum transit cum vniuersitate bonorum.*
5. *Æquales in gradu, simul succedunt æqualiter in bonis defuncti.*
6. *Statut. Ianuæ lib. 4. cap. 23. quid disponat.*
7. *Mulier si se nubat in agnatione, nec gradum, nec familiam amittit, & num. 12.*
8. *Fœmina non potest intrare ad constituendum secundum, vel tertium gradum agnationis, cum careat qualitate masculina.*
9. *Fœmina gradus non est in consideratione, vbi masculus præcedit.*
10. *Caput quando est impertinens, nunquam habendum est in consideratione, quoad effectus producendos.*
11. *Matre exclusa, omnes sunt exclusi, qui per matrem coniunguntur.*
13. *Fœmina non est finis lineæ, nisi quando nupsit in aliena familia.*
14. *Consil. Crauett. 831. num. 3. & alij declarantur.*
15. *Mulier impossibile est, quod habeat suos descendendentes agnatos.*
16. *Descendentium appellatione veniunt etiam descendentes ex fœminis.*

17. *Familia*

17. *Familia paterna appellatione non veniunt descendentes ex fœminis.*
18. *Mulier familia sua, & caput, & finis est.*
19. *Fœminæ non sunt comprehensæ in familia paterna vocatione.*
20. *Fideicommissum remanet extinctum in personam hæredis vltimo vocati.*
21. *Descendentia verbum non differt ab ipso nomine familiæ.*
22. *Vocatio descendentium simplex, non potest confundi cum vocatione qualificata.*
23. *Dispositionis vna pars alteram declarat.*
24. *Testator, si in testamento dixerit, bona velle, quod remaneant in agnatione masculina, & postea in codicillis dixerit in familia, nihilominus de masculina erit intelligendum.*
25. *Capellam dotanti acquiritur iuspatronatus, & ius honorificum.*
26. *Ius honorificum transit ad vocatos.*
27. *Ius honorificum non transit ad fideicommissarios, sed remanet penes primum heredem.*

DECISIO LXVI.

MOrtuo Hieronymo Saulio vltimo de linea masculorum Vincentij primi acquirentis huius iuris Honorificij, Chori, & Capellæ Sanctæ Cathetinæ Ianoæ Ordinis S. Benedicti Cassineñ. Abbas, & Monachi dicti Monasterij concesserunt, & ceu recognouerunt in patronos dicti iuris Honorifici dd. Iulium, Octauium, & Ioannem Antonium de Saulis vti hæredes dicti Hieronymi; causa postmodum in Rota commissa contta Abbarem, & Monachos ad instantiam D. Pauli Saulij, & D. Ioaonis Baptistæ, qui pro suo iure, & interesse obtinuerunt per speciale rescriptum admitti ad causam, fuit primò dubitatum de existentia huius iuris Honorifici, & die 13. Maij 1630. resolutum constare; successiuè de pertinentia illios quæsitum, & hodie domini responderunt ius Honorificum non spectare ad Paulum, neque ad Ioannem Baptistam; sed ad Iulium, Octauium, & Ioannem Antonium.

Quia dubirari noo potest, quin Iuspatronatus
1 † de quo agitur sit hæreditarium, nedum iuris præsumptione per *Clem. plures. de Iurepatronat.* Calder. *consil. 4. eodem tit.* Couatr. *variar. resolut. lib. 2. cap.* 18. *num.* 6. Seraphin. *decis.* 456. *num.* 1. 707. *num.* 8. *part.* 1. & 756. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* Sed etiam ex ipsa Vincentij fundatoris dispositione, in qua reseruauit sibi, hæredibus, & successoribus ius Honorificum dictæ Capellæ, Chori, quæ reseruatio nedum à Canone
2 admittitur; † sed vlterius si non fuisset expressa, nihilominus conceditur. *c. nobis. de Iurepatronatus*, Rota *eodem tit. in antiq. decis.* 5. & idem latissimè fuit firmatum *in Iacen. Portionis.* 10. *Decemb.* 1591. *coram Card. Hieronymo Pamphilio*, & io prima huios causæ decisione; vnde cum Hieronymus ab intestato decesserit, & dicti Iulius, & Octauius, & Ioannes Antonius
3 in gradu alios omnes successibiles † præcedant, merito ad eos sicuti differtur illius hæteditas ab iotestato vti proximiores agnatos, deficientibus descendentibus, & ascendentibus *Authent. de hæred. ab intest. venien in princ.* Grass. *in § successio ab intestato quæst.* 2. & id ipsum determinat *statutum Ianuen. lib. 6. tit.* 23. cum exclusione fœminarum, ita, & ius Honorifi-
4 cum pertinebit, quod proculdubio cum † vniuersitate bonorum tranlit, *cap ex litteris, de Iurepatronatus*, Abb. *in cap. 1. num 2. eodem tit.* Couar. *var. resol. lib. 2. d. cap.* 18. *num.* 8. Fusar. *de substit. quæst.* 434. *num.* 2.

Non obstat, quod D. Paulus Saulus si non præcedat supradictos agnatos in gradu successibili, tanquam filius Bartbolomæi Saulij, cum distet in vno gradu à persona Hieronymi, sicque reperiatur in quinto, alij verò in quarto; attamen vti filius Margaritinæ Sauliæ natæ ex Sebastiaoo Saulio, & nuptæ eidem Bartholomæo patri, & etiam vt nepos Theodoræ Sauliæ natæ, & Antonio fratre Vincentij fundatoris, & nuptæ Fraocisco Saulio dicti
Pauli auo, ex † duplici coniunctione in quarto gra- 5
du reperitur cum Hieronymo, vnde saltem ad æqualem successionem cum Iulio, & aliis concurrere debeat *Authent. post fratres, C. de legitim. hared. & in §. si verò neq. fratres, Authent. de hared. ab intest. venien.* Paris. *consil.* 149. *num.* 5. *lib.* 4. Molin. *de primog. lib. 1. cap. 24. num.* 34. Gratian. *discept.* 110. *numer.* 14. & 15.

Quia stante statuto Ianuæ † *lib. 6. cap.* 23. dispo- 6
nente circa successionem ab intestato, vt deficientibus descendentibus, & ascendentibus masculis, succedat agnatus masculus proximior, defuncto intestato vsque ad quartum gradum inclusiuè, oon potest Paulus in gradu cognatitio existente, prætendere simultaneam successionem cum Iulio, & aliis in gradu agnatitio repertis, cum in illis deficiat qualitas agnati, cum qua à statuto vocantur.

Nec videtur Paulus posse se tueri ex eo, quod tam Theodora, quam Margaritina de Saulis nuptæ fuerint in eadem familia cum Bartholomæo, & Antonio respectiuè patri, & auo dicti Pauli; ita vt ne-
que † gradum, neque familiam amiserint; sed conti- 7
nuando vtrumque conseruauerint, nempe Theodora secũdum cuius respectu Paulus repetitur in quarto, & Margaritina tertium, ex qoa pariter quartus subsequitur. Crauet. *consil.* 831. *num.* 3. & *consil.* 877. *num.* 3. Peregr. *cons.* 50. *num.* 4 *lib.* 3. Vegg. *cons.* 63. *n.* 74. Alba. *cons.* 86. & 87. Pasch. *de Iurib. patria potest. part. 4. cap. 5. num.* 69. Fusar. *consil.* 30. *num.* 2. Castill. *controu. iur. part. 3. cap. 15. num.* 54. & *sequent.* Franc. à Ponte *cons.* 154. *num.* 30. *lib.* 2. Molphes. *cons.* 18. *num.* 17. & *sequent.* cum etiam aliis adductis per eundem Fusar *de substit. quæst.* 404. *num.* 12. & *sequent.* ponderando quod io masculo descendente ex fœmina nupta in agnatioue coocurrant requisita agnationis masculinitatis, & proximitatis.

Quia aduerterunt domini ad verba statuti, ibi, quibus deficientibus, scilicet descendentibus masculis, & ascendentibus semper fœminis in quocunque gradu exclusis, subditur, succedat agnatus masculus proximior defuncto intestato vsque in quartum gradum exclusiuè, quæ cum desiderent gradum intra certos limites, nempe quartum, & agnatitium, ac masculum, & proximiorem, certum est, quod si Theodota, aut Margaritina viuerent, & haberent gradum intra limites, & agnationem, & proximioritatem, non tamen possent intrare ad constituen-
dum † secundum, vel tertium gradum ex desidera- 8
tis perstatutum, cum careant qualitate masculina illas excludente, Socin. sen. *cons.* 249. *num.* 20. *versic.* 13. & *consil.* 252. *num.* 17. *in fine lib.* 2. Cephal. *consil.* 490. *in fine*, Ruin. *cons.* 151. *num.* 14. *lib.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 21. *num.* 9. Honded. *cons.* 70. *num.* 44. *vol.* 1. Fusar. alios adducens, *quæst.* 357. *num.* 2. dicentes gra-
dum † fœminæ non esse in consideratione, vbi ma- 9
sculus præcedit; subducto autem gradu fœminarum de præsctiptis per statutum, aut filij masculi exinde descendentes dinumerant gradum à matre, vel alia, & ex illo tanquam impertinenti, & inhabili

carente qualitate masculinitatis non possunt pro-
prium gradum continuare, nec ab eodem colligari,
Bald.& Castr.*in l.1. C.de legit.hered.* Gabr.*cons.6. n.1.*
10 *vol.1.*Surd.*cons.31.num.36.*dicens,vbi caput † est im-
pertinens nunquam habendum in consideratione,
quoad effectus producendos, & clariùs *decis.239.*
*num.*8. affirmans masculos ex gradu impertinenti
11 non esse admittendos,& eainde exclusa matre † om-
nes esse exclusos, qui per matrem coniunguntur,
Rhouden. *consil.3. num.10. & seq.* Bellon. iun.*cons.2.*
num.71. Rouir.*cons.17. per totum*, Castill.*controu.iur.*
part.3.cap.15.num.59.vers.2.& 3.& hunc sensum ha-
buit Rota *in causa Florentina de Cambys 9. Iuny* 1627.
coram domino meo Dunozetto, aut verò principaliter
idem Paulus dinumerat gradum à Bartholomęo eius
patre, in quo requisita statuti concurrunt, cum ille
reperiatur in quinto gradu, semper excluditur per
Iulium, & alios supradictos.

Propterea non obstant rationes Crau.& aliorum
12 *supra alleg.* vt scilicet † fœmina, quæ nupsit in ea-
dem familia, conseruet gradum, & cognomen, ea
13 quo, vt dicit idem Craueta non est finis lineæ; † nisi
quando nupsit in aliena familia, ponderando *l.pro-
nunciatio, in fine, ff.de verb.signif.*

Quia in his terminis benę poterit fœmina con-
seruare gradum, & cognomen, quando scilicet ver-
ba disponentium, siue inter viuos, siue in vltima vo-
luntate non excludunt personam matris, gradum
constituentem; & tunc quia requisita poterunt con-
uenire filio fœminæ: quia descendenti masculo, &
agnato agnatione per fœminam agnatam in eadem
familia conseruata, Menoch.*cons.730. num.12.* Odd.
*cons.46.num.60.*Mantic.*de coniect.lib.8.tit.12.num.10.*
14 bene poterunt intrare rationes,& argumenta † Cra-
uettæ, & aliorum, qui illum sequuntur; secus au-
tem semoto gradu matris propter repugnantem
qualitatem masculinitatis à statuto desideratam, si-
ne qua existimauit Castrens. *consil.91. num.4. lib.2.*
15 impossibile mulierem † posse habere suos descen-
dentes agnatos,& idem confirmant Surd.Bellam.&
alij *supra allegati.*

Quo verò ad Ioannem Baptistam, nec ad eum vi-
sum fuit spectare ius Honorificum.

Quamuis enim produxerit Codicillos Augustini
Saulij filij Vincentij primi acquirentis, in quibus
narrato prius, quod Hieronymus Archiepiscopus
eius frater decessit condito testamento; cum fidei-
commisso omnium bonorum, sub quo comprehen-
sum remanebat omne Ius, quod poterat prætende-
re in Choro, & aliis per Vincentium patrem relictis,
& fabricatis, subdit quod idem codicillans filius, &
hæres pro dimidia dicti q. Vincentij cupiens, quod
portio sibi spectans in dicto Choro pro d.sua dimi-
dia conseruetur in descendentia, & familia paterna,
ideo per dictos Codicillos ordinauerit, quod sua di-
midia d. Chori, ac omne Ius sibi competens nullo
vnquam tempore alienari possit, sed quod sit & esse
debeat in perpetuum, & in sæcula sæculorum de-
scendentium q. Vincentij; & similiter, & testibus
formiter examinatis probauerit se descendere ex
Mariettina filia Augustini codicillantis, & exinde
16 appellatione † descendentium q. Vincentij quamuis
ex fœmina prætendat se comprehensum, & voca-
tum, *l.fin. C.de suis, & legitim.* Peregr.*de fideic.art.25.*
*num.7.*cum aliis cumulatis per Menoch.*præs.91.lib.4.*
& Fusar.*quæst.325.num.3.*

Attamen prædicta omnia euitantur ea voluntate
eiusdem Augustini codicillantis; dum voluit ius Ho-
norificum conseruare, nedum in descendentia; sed,
& in familia paterna, cui paternæ † familiæ certe 17
conuenire non possunt descendentes ex fœminis
prout ea Mariettina filia Augustini, quæ fuit finis
propriæ familiæ de Saulis, & principalium alterius
de Iustinianis; dum † ab ea prouenerit Alexander 18
filius de Iustinianis, & ab eo Æmilius, qui fuit pater
Ioannis Baptistæ nunc agentis, *l.pronunciatio, §.vl-
timo, ff.de verb.signif. §.cæterùm, §.media autem, Instit.
de legitim. agnat.success.* Peregr.*de fideicommiss. art.22.*
num.25. quinimo nec ipsa Mariettina, quamuis ag-
nata, si viueret esset capax huius iuris Honorifici
propter voluntatem testatoris, illud conseruandi in
familia paterna de Saulis: quia tunc † fœminæ ipsæ 19
in vocatione non sunt comprehensæ secundum ve-
riorem, de qua per Socin.sen.*cons.63. num.141.lib.3.*
Surd. *consil.96. num. 27.* Peregr. *artic.25. num.4. &
art.26. in fine.* Fusar. *eadem quæst.346. num. 5.* quam
sæpius Rota sequuta est etiam, † quod fideicom- 20
missum remaneat extinctum in personam hæredis
vltimi vocati, vt *in decis.103. part.2. recent.& in Ro-
mana de Iouardis* 14. *Februarij* 1620. *& 4. Decembris*
1623.*coram bon.mem.Buratto*; neque hæc ipsa volun-
tas Augustini potest in dubium reuocari ex eo, quod
paulo infra non fuerint repetita eadem verba; sed,
quod sint, & esse debeant in perpetuum, & in sæ-
cula sæculorum descendentium d.q. Vincentij, qua-
si habuerit sensum vocare descendentes ex mascu-
lis simpliciter, non differendo descendentiam † ab 21
ipso nomine familiæ, Ripa *in l. filiusfamil. §. Diui.
num.112. ff.de legat.1.* Peregr.*art.30. num.15. cum se-
quent.* quia vocatio † descendentium simplex, non 22
potest confundi cum vocatione qualificata, & dif-
ferenti per nomen familiæ, & agnationis; nam
prima est apta comprehendere agnatos, & cogna-
tos; secunda verò non conuenit cognatis; propter-
ea † semper vna pars dispositionis recipit inter- 23
pretationem ab altera; itaut vna non discordet ab
altera *l.verum. ff.de petit.hered.*& in his terminis hoc
ipsum firmarunt Gabriel.*de testam. conclus.10.* Man-
tic. *de coniect. lib.5. tit.1. num. 22.* & Surd. *dict. con-
sil.96. num. 32.* dicens, si testator in † testamento 24
dixerit velle, quod bona remaneant in agnatione
masculina; & postea in Codicillis, dixerit solùm
in familia, quod nihilominus de masculina erit in-
telligendum.

Prædictis accedit, quod neque Augustinus, ne-
que Hieronymus Archiepiscopus potuerunt dispo-
nere de iure Honorifico acquisito, per Vincentium
eorum patrem, quia voluntatem eiusdem patris non
adimpleuerunt assignando loca montium pro mul-
tiplico, donec ascenderent ad loca nonaginta, vt
adimplerentur conditiones per eundem Vincen-
tium expressæ; sed Bendinellus Augustini filius de
proprio adimpleuit, asserendo se non esse hæredem
patris, & acquirendo à Monachis concessionem
Capellæ, & Chori per se, & suis hæredibus, vt in In-
strumento dato summario Monachorum numero
primo, vnde, † vel dotanti Capellam Iuspatrona- 25
tus, & ceu Honorificum acquisitum dicendum est,
Felin. *in cap. significauit num. 2. de testibus*, Cassad.
decis.6.de Iurepatronatu, Rot.*decis.167.num.4. part.2.
diuers. & 517. num.1. part.1. recent. & in Florentina
Subdiaconatus* 22. *Maij* 1628. *coram D. meo Durano*;
vel saltem donec per eos fuerit adimpletum, fun-
dare se non possunt in Instrumento concessionis
Chori, & Capellæ, quod non adimpleuerunt, Surd.
consil.101. num.2. & cons.396. num.36. Menoch. *con-
sil.1. num.360.* Bec. *consil. 45. num.6.* atque ita cum
Hieronymus vltimus de linea Vincentij successerit
Bendinello

Bendinello parti; & deinde decesserit intestatus absque descendentibus, & ascendentibus, semper eo modo, quo obstat statutum Paulo, ita & Ioanni Baptistæ obstabit non existentibus in quarto gradu; sed in quinto, vt supra firmatum fuit.

Superest testamentum Hieronymi Archiepiscopi pro altera medietate iuris Honorifici pertinentis ad eundem vti Vincentij patris hæredem, quæ † ad vo-
16 catos, prout prætendit Ioannes Baptista se comprehensum, cessante linea masculina transire debet.

Verum quicquid sit de hac sua vocatione, semper duo obstant in translatione eius Honorifici ad vocatos; scilicet non adimplementum voluntatis pa-
17 tris, & quod ius honorificum † non transit ad fideicommissarios; sed remanet penes primum hæredem, per *l. quia perinde. verb. restituta, ff. ad Trebell.* Couarruu. *variarum lib. 2. cap. 18. num. 8.* Decian. *consil. 107. num. 9. lib. 3.* Fachin. *controuers. lib. 10. cap. 94.* Fusar. *quæst. 634. num. 2.* & hanc vti veriorem sæpe Rota sequuta est, vt *in Aretina Capellæ 1. Iulij 1584. coram Bubalo, Vicen. Beneficij 11 Decembris 1619. coram bon. mem Francisco Vbaldo, Maceraten. Iurispatronatus 15. Decembris 1625. coram domino meo Decano,* & nouissimè *in Firmana Beneficij 18. Nouembris præteriti, coram domino meo Ghislerio.*

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Redditionis Rationis.

Die Veneris 30. Ianuarij 1632.

ARGVMENTVM.

Tutor quando soluit aliquam pecuniarum summam, quo casu pupillis non est imputanda, sed ei.

SVMMARIVM.

1. *Tutor, quando præsumatur pecunias pupilli conuertisse in proprium vsum.*
2. *Correspectiuitas cessat, stante longo temporis internallo, inter vnum contractum, & alium.*
3. *Diuersitas excludit comprehensionem vnius rei, in alia.*
4. *Tutor, quandoque corrigere potest errorem ex obliuione, seu incuria in inuentario commissum.*
5. *Tutor non potest in inuentario confecto de rebus tempore obitus testatoris in hæreditate repertis, per suam declarationem quicquam propria auctoritate addere, vel detrahere.*
6. *Tutoris probitate stante, ex hoc infertur ad verisimilitudinem, quod noluerit defraudare pupillos.*
   Sed hoc casu, coniecturæ debent esse adeo efficaces, vt ex eis animus Iudicis inducatur ad hoc credendum.

DECISIO LXVII.

IN prosequutione disputationis [a] super partitis reseruatis, domini hodie dixerunt partitam scutorum 127. b. 70. non esse pupillis imputandam, aliam verò, & postremam 253. per tutorem exactam comprehendi in summa scutorum 500. descript. in inuentario. Nam quoad dictam partitam scutorum 127. b. 70. quamuis illa reperiatur à tutore in libro tutelari descripta ad debitum pupillarum ex causa emptionis bouium, & veruecum pro continuanda negociatione tabernæ macellariæ per defunctum relictæ; Attamen enim non doceatur quod pecuniæ redactæ ex venditione carnium, & corium dictorum animalium descriptæ fuerint ad ipsorum pupillorum introitum, vtique dicendum est tutorem † illas in 1
propriam vtilitatem conuertisse, vt in his terminis respondit Socin. *in consil. 190. sub num. 2. vers. quartò quia, volum. 2.*

Non obstant partitæ conficientes summam scutorum 258. b. 15. in eodem libro descriptæ inter credita exacta de eodem mense Februarij, quo sequuta fuit emptio dictorum animalium, vnde prædicti hæredes conantur probare introitum pecuniarum, quæ ex dicta venditione fuerunt redactæ, quia ex ipsa lectura partitarum constat à die 24. mensis Februarij vsque ad 12. Martij sequentis, maiorem partem huiusmodi creditorum exactam fuisse ex causa texeratum, quarum vna continet debitum scutorum 162. alia 44. & tertia scutorum 11. b. 65. Animalia autem prædicta non ante fuerunt empta, quàm 19. die eiusdem mensis Februarij, post quod tempus duobus tātum diebus ante diem Cinerum licuit eo anno carnes venales expoonere. Quibus instantibus visum fuit satis liquere, quod non ex venditione carnium dictorum animalium, sed ex re macellaria viuente patre exercitata prædictæ summæ fuerunt redactæ, maximè quia attenta qualitate debitorum ex causa dictarum texeratum, qui erant mercatores, & tabernarij, inuerisimile redditur, quod ipsi tantos sumptus in emptionem carnis pro suo vsu quisque intra biduum, vel triduum solommodò fecerint.

Insuper fuit considetatum, illas pecunias in dicto temporis spatio ex huiusmodi venditione carnium redact. non posse respondere numeris texeratum, quæ important rationes languioris † temporis, pro- 2
pter cuius internallum cessat correspectiuitas Tiraq. *de retract. conuent. §. 1. gloss. 4.* Rot. *in Hispalen Simoniæ 1. Ianuary 1598. coram Card. Blanchetto.*

Quoad alteram partitam scutorum 253. b. 15. domini dixerunt habendam esse rationem de illa vti prorsus separata, ac diuersa ab illa scutorum 500. in Inuentario pupillaris hæreditatis descripta, itaut veniat in creditum pupillarum imputanda; quia licet tutor in libro tutelari adnotauerit illam esse comprehensam, attamen cum inter se differant adnotatio priuata de creditis exactis, & descriptio pecuniarum facta in Inuentario, quæ est publica, & aliud sit pecunia, reperta in hæreditate de tempore obitus testatoris; aliud verò credita hæreditaris, inde oritur diuersitas, † quæ excludit comprehensionem vnius parti- 3
tæ in alia *l. quinquaginta ff. de probat.* Alexand. *consil. 4. num. 3. & seq. vol. 1.*

Non obstant testes deponentes quod tutor pecunias singulis diebus ex arca nummaria Tabernæ extractas deferret ad domum pupillarum, vnde infertur ad immixtionem dictarum pecuniarum, cum aliis in hæreditate repertis, & quod idem tutor † quandocunque corrigere potuerit errorem ex obli- 4
uione, seu incuria commissum in Innentario, post dictas exactiones, confecto, quia dicti testes, de tali immixtione non concludunt, neque tutor deinde potuit dicto Inuentario confecto de rebus tempore obitus † testatoris in hæreditate repertis per suam 5
declarationem quicquam propria auctoritate addere, vel detrahere. Bald. *in Authent. sed cum testator num. 2. C. ad leg. falcid. & in l. 1. §. item solent num. 3. ff. de offic. Præfect. Vrb.* Rot. *decis. 71. num. 3. part. 1. diuers.*

Demum non obstant coniecturæ deductæ ex te-
stibus deponentibus de probitate dicti tutotis; vn-
6 de infertur † ad inuerisimilitudinem, quod volue-
rit defraudare pupillas in dictis summis, quia tales
coniecturæ, stantibus præmissis non sunt adeò effi-
7 caces, vt ex iis animus iudicis indueatur † ad arbi-
trandum pro comprehensione vnius summæ in alia,
qoemadmodum io similibus terminis, & ad hunc
effectum requiri oupet firmauit Rot. *in Rem. dotu 1. Decembr. præteriti coram Reuerendiss. P. D. meo Durano.*

Et ita vtraque, &c.

a Idest, sub die 28. Maij 1631. & 27. Iunij eiusdem anni, sunt decisiones 31. & 60. part. 6.

Et in eadem causa coram R. P. D. Pirouano, habentur aliæ decisiones, idest, sub die 14. Ianuar. 1633. & 30. Maij eiusdem anni, & 16. Ianuar. 1634. part. 6.

R. P. D. QVEIPO.

Ariminen. nullitatis obligationis.

Die Mercurij 4. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarij plures, quando re sunt coniuncti, tunc licet stante negligentia, vel mora aliquorum, reliqui possint petere totum fideicommissum, tamen partem sociorum non possunt alienare, & sic non valent constituere procuratorem ad totum illud alienandum. Mandata qualiter sint intelligenda.

SVMMARIVM.

1. *In Fideicommisso, quando omnes re coniuncti sunt, tunc quilibet ex socijs stante sociorum mora, vel negligentia, potest totum fideicommissum petere.*
2. *Sed hoc tamen intellige, quod non possit sociorum partem alienare, neque ad alienandum procuratorem constituere.*
   Mandatum debet restringi ad id, quod fieri potest, num. 2. & 3.
4. *Limitata causa, limitatum producit effectum, & ad illum restringitur.*
5. *Actus agentium vltra eorum intentionem effectum non producunt.*
6. *Obligationes, & contractus inuenta sunt, vt vnusquisque acquirat, quod suum est.*
7. *Exceptio, tua non interest, repellit ab agendo, & ab excipiendo.*
8. *Nostra non interest, vt alij detur, vel acquiratur.*
9. *Negotium alienum nemo præsumitur velle gerere.*
10. *Negotium aliquod, si alicui spectabat tantum pro medietate, nisi pro illa parte præsumitur voluisse mandatum dare, & se obligare.*
11. *Procurator, si terminos mandati excedat nulliter agit.*

DECISIO LXVIII.

HÆc causa iterum [a] proposita Domini perstiterunt in decisis, eo præcipuè ducti fundamento, quod licet Ioannes Baptista, & Laurentius in-
tegrum fideicommissum petere potuissent propter
sociorum motam, vel † negligentiam, cum in eo 1
fideicommisso omnes re coniuncti essent, vt per
text. *in l. si mihi & tibi, ff. de leg. 1. l. si mihi & Titio, ff. de leg. 2. l. coniunctim, ff. de leg. 3.* tenent Batt. *in l. planè, §. si duobus, ff. de leg. 1.* Rip. *in l. re coniuncti, num. 6. ff. de leg. 3.* Mantic. *de coniect. lib. 10. tit. 3. num. 4.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 9. num. 12.* Modernus *de acquir. poss. quæst. 8. art. 9. ex num. 224.* vbi *num. 231.* refert hanc sententiam à Rota receptam. Sociorum
tamen partem alienare, † neque ad alienandum 2
procuratorem constituere non potuerunt, iuxta reg. text. *in l. vltim. §. sed quia nostra, C. commun. de leg.* & *ibi* Bald. & Salycet. Peregrin. *vbi supra art. 40. ex num. 1.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 16. num. 33.* Castill. *de vsufruct. lib. 1. cap. 5. num. 4.* atque ita, cùm mandatum à Ioanne Baptista, & Laurentio constitutum cum facultate transigendi cùm possessoribus bonorum fideicommissi, & dimittendi partem eorundem bonorum necessario ad partem constituentibus pertinentem debeat restringi, eodem modo facultas Ioanni Mariæ mandatario concessa ad obli-
gandum † quemlibet eorum, quamuis facultatem 3
obligandi in solidum contineat, ex *l. si pluribus*, & *ibi* gloss. & Bart. *ff. de leg. 2.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 31. gloss. vnic. num. 11.* Rota *apud Gallès. 22. num. 2. & decis. 23. num. 4.* debet intelligi respectu partis bonorum ad ipsos mandantes pertinentis, quia facultas prædicta obligandi quemlibet, robur, & firmitatem alienationis permissæ respicit, ad id quod tantum dirigitur, vt ex eadem scriptura mandati constat; vnde cùm alienandi licentia sit restricta, vt dictum est, eodem modo obligandi facultas esse de-
bet, † nam limitata causa limitatum parit effectum, 4
& ad illum restringitur, *l. in agris 16. ff. de acquir. rer. dom. l. cum seruo 63. de contrah. empt. Lage cum Geminiano, C. de transact. cap. 1. de sepult.* Felin. *in cap. cùm olim, ex num. 4. de descript.* Cassad. *decis. 36. num. 5.*
de regul. iur. & actus † gentium vltra eorum in- 5
tentionem effectum non producunt, *l. non omnis numeratio, ff. si cert. petat.* & *ibi* Bart. & DD. Anton.
1 Gomez *in l. 22. Taur. num. 24.* Auend. *responso 12. per totum.* Rot. *decis. 14. num. 3. de concess. preb. in nou.*
Inuentæ namque sunt obligationes, † & contra- 6
ctus, vt vnusquisque acquirat quod sua interest, *l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. oblig. §. alteri, Instit. de inutil. stipul.* & in prædictis locis Bartol. & DD.
Ideo exceptio † tua non interest, repellit ab agen- 7
do, & ab excipiendo, *l. 1. ff. quorum appell. non recip. l. ille à quo, § si de testamento, ff. ad Trebell.* Dec. *in l. ex conuentione, num. 1. C. de pact.* Rota *coram Ludouis. decis. 396. num. 3.* Barbos. *in l. si alienum, num. 18.*
ff. solut. matrim. Cæterùm vt alij detur, † vel acqui- 9
ratur, nostra non interest, vt expressis verbis traditur *in d. §. alteri*, eaque ratione alienum negotium † gerere nemo præsumitur, *l. Nesennius, ff. de neg. gest.* & *ibi* Bart. & DD. Vnde cùm interesse fideicommissi ad mandantes non pertineret nisi pro dimidia
parte, pro ea dumtaxat facultas † obligandi quem- 10
libet debet intelligi, & cùm Ioannes Maria quemlibet in solidum respectu totius fideicommissi obli-
gauerit fines, & terminos † mandati excessisse ap- 11
paret, eaque ratione obligationem fuisse nullam, ex traditis in prima decisione facta in hac causa firmarunt Domini.

Et ita resolutum, &c. vtraque, &c.

a Proposita fuit hæc causa sub die Mercurii, 10. Decembris 1631. & est decis. 79. part. 6.

R. P. D.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Legati.

Die Lunæ 9. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Contra testes, quo casu non possit opponi exceptio singularitatis. Confessio qualificata quando diuidi posit, & alia de quibus in summariis.

SVMMARIVM.

1. *Testes, si deponant de facto successiuo, contra eos, non admittitur exceptio singularitatis.*
2. *Testes deponentes de facto successiuo, præsumuntur contestes.*
3. *Testatoris assertio probat contra hæredem.*
4. *Confessio, qualificata diuidi potest stante vehementi præsumptione iuris in contrarium.*
5. *Possessio rerum, quæ solo temporis cursu non consumuntur, semel probata, vtique illa de præsenti præsumitur, amplia num. 6.*
7. *Ex custodia susceptione alicuius rei, per aliquem facta, arguitur quod nisi probet, se restituisse, non posset dici, quod liberationem fuerit consequutus.*
8. *Scriptura existentia probata, & stante interesse partis, quis cogitur exhibere.*
9. *Præsumptio existentia rerum de præsenti ex eo, quod olim existerent apud eandem personam, non procedit in mobilibus.*
10. *Sed hoc non intellige in rebus pretiosis quarum possessio non potest dici vilis, & neglecta, amplia num. 12.*
11. *Res mobiles pretiosa comparantur immobilibus.*

DECISIO LXIX.

Domini dixeruot constare de existentia Iocalium ex testibus, qoi deponunt D. Comitissam viuente Comite Molsa penes se, ac in proprio scrinio, & cubiculo habuisse duas lineas Margaritarum, cum aliis rebus pretiosis descriptis in summario domini Comitis Breuilaquæ creditoris dicti Comitis defuncti, qui testes licet non conueniant de tempore, & loco, quibus viderunt Comitissam huiusmodi Iocalia gestantem, attamen cum deponant
1 † de facto sueeessiuo, in quo non admittitur exceptio singularitatis, iuxta magis communem Doctorum opinionem relatam per Gabriel. *de testib. con-*
2 *clus.* 2. *num.* 19. præsumuntur † contestes, vt respondit Aymon. *in cons.* 78. *num.* 10. & dixit Rot. *decis.* 191. *num.* 4. *part.* 1. *diuers.* Depositiones autem huiusmodi corroborantur non modo ex eo, quod testator inter cætera pretiosiora, reliquit eidem D. Comitissæ
3 Margaritas, quæ assertio testatoris † contra hæredem probat, vt per Rotam *in Perusina fideicommissi de Cencis* 16. *Iunij* 1620. *coram Eminentissimo D. Cardinali Virili.* & 19. *Aprilis* 1630. *coram R. P. D. meo Dunozetto.* Sed etiam ex confessione ipsius Comitissæ dum medio iuramento respondit, se quidem huiusmodi iocalia habuisse, quæ confessio probat nulla habita ratione qualitatis, quod illa de præsenti
4 non habeat, nec dolo habere desierit, attenta † vehementi in contrarium iuris præsumptione, propter quam permissum est à confessione separati, qualitatem adiectam, gloss. *in cap. cum venissent. in verb. probatum, de instit.* Bald. *in l. prima, num.* 21. *C. de confess.* Rot. *decis.* 802. *num.* 2. *part.* 1. *diuers.* & Seraphin. *decis.* 644. *num.* 2.

Cum itaque constet D. Comitissam semel † ha- 5
buisse dicta iocalia, quæ solo temporis curso non consumuntur, vtique adhuc illa de præsenti habere præsumitur, *l. si creditor C. de pign. act.* Ias. *in l. si quis, §. prætor ait num.* 12. *ff. de eden.* Franc. Aret. *consil.* 120. *num.* 1. vbi probat præsumptionem procedere etiamsi reus hæres neget habere, & idem in similibus terminis Iocalium sensit Rota *decis.* 672. *num.* 1. *part.* 2.
recent. Attento præsertim quod illa tenebat † sub 6
propria claui, vnde susceptum custodiæ onus arguitur, *l. cùm pater, §. pater pluribus, cum gloss. ff. de leg.* 2. Rot. *decis.* 102. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* à quo nisi probet
† se restituisse, non potest dici liberationem con- 7
sequuta, & consequenter stante interesse domini Comitis Beuilaquæ petentis, de quo non dubita-
tur eadem Iocalia exhibere † tenetur, ex stylo Ro- 8
tæ, de quo Seraph. *decis.* 1224. *in fin.* vbi aliæ decisiones allegantur.

Non obstat, quod præsumptio existentiæ rerum
de præsenti ex eo, quod olim † existerent apud eun- 9
dem non procedat in mobilibus, *l. si rem mobilem, ff. de acquir. vel amittit. possess.* Speculator *in tit. de act. sect. petit. §. sequitur num.* 31. & aliis quos recenset Gratian. *discept.* 150. *n.* 39. *& seq.* Rot *in ciuitatis Castelli Spolij coram bon. mem. Orano* relata per *Marches. de commiss. pag.* 1016. quia exclusio procedit in aliis
rebus mobilibus, quam † in pretiosis, quæ enim non 10
possit facile dici, quod earum possessio sit vilis, & neglecta, vt habetur *in dicta l. si rem mobilem*, merito
† immobilibus comparantur, secundùm textum *in* 11
l. lex, quæ tutores, C. de administrat. tut. vltra quod in præsenti casu, iam cessat lapsus longi temporis supra decem annos, qui in dicta decisione ciuitatis Castelli fuit consideratus, constat enim de existentia dictorum Iocalium testes deponentes de tempore paulo ante obitum præd. Comitis Molsæ, & sic
de recenti, vnde augeatur † præsumptio quod Co- 12
mitissa illa habuerit, etiam de tempore motæ litis, cum penes alium extitisse, vel deuendita esse non probetur, iuxta distinctionem Salye. *in* l. 4. *num.* 4. *C. ad exhiben.* quam sequuntur Euerard. in loco de tempore ad tempus *num.* 16. Adden. ad Alciat. *de præsump. regul. secunda, præsumpt.* 21. *lit. D. Pedemont. decis.* 40. *num.* 9.

Et ita vtraque, &c.

In eadem causa adsunt aliæ decisiones coram eodem sub die 27. Iunij 1633. & sub die 10. Februarij 1634. & sub die 27. Iunij eiusdem anni 1634. part. 6.

R. P. D. DVNOZETTO.

Ariminen. fideicommissi.

Die Veneris 5. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Testator, quando non habuit rationem conseruandæ agnationis, tunc conditio si sine masculis descendentibus, verificatur etiam in masculis ex fœmina. Et quando non dicatur habita ista ratio.

SVMMARIVM.

1. *Conditio, si sine descendentibus masculis, verificatur etiam in masculis, ex fœmina quando non fuit habita ratio agnationis. & num. 5.*
2. *Testator preferens nepotem ex fratre, nepoti ex propria filia, an ex hoc censeatur habuisse rationem conseruandæ agnationis.*
3. *Nepos ex propria filia est magis dilectus, secundum ordinem naturalis charitatis, quam nepos ex fratre.*
4. *Contrarietas est effugienda.*
6. *Mater, quando viuit, appellatione descendentium masculorum, non veniunt filij ex fœmina.*
7. *Mater, quod sit deterioris conditionis, quam filij, iura valde abhorrent.*
8. *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 18. num. 19. & 22. declaratur, & reijcitur. num. 10.*
9. *Bellon. in cons. 72. & 73. declaratur.*

DECISIO LXX.

FVit resolutum factum fuisse locum fideicommisso ad fauorem Portiæ Ianottæ, quia Carolus testator eam substituit Ludouico eius nepoti ex fratre casu quo dictus Ludouicus, sine filiis masculis decederet, qui casus euenit, cùm Ludouicus decesserit sine filiis masculis.

Non obstat, quod non solùm testator dixerit, si dictus Ludouicus decesserit sine filiis, sed etiam addiderit, si sine descendentibus masculis, vnde cùm Ludouicus reliquerit filiam, & ex ea masculũ, nempe Ludouicum de Gridulphis, defecisse videatur
1 conditio vocationis Portiæ neptis, cum † conditio si sine descendentibus masculis, verificetur etiam in masculis ex fœmina, quando non fuit habita ratio agnationis, Fusar *quæst. 414. num. 7. & seq.* Rot. *decis. 463. num. 7. part. 1. recent.*

Quoniam quicquid sit an in casu præsenti fuerit considerata agnatio, de quo potest dubitari, cum te-
2 stator † nepotem ex fratre prætulerit nepoti, ex propria filia magis secundum ordinem naturalis
3 † charitatis prædilectæ; ex quo desumi coniecturam conseruationis agnationis post alios firmat Fusar. *quæst. 499. num 4. & 15.* præsertim iuncta repetitione masculinitatis, & aliis per Informantes pro Portia congestis.

Cessat difficultas ex eo, quod alio gradu substitutionis nepotem prædictum, testator vocauit, nempe casu quo Portia decederet sine filiis; vnde euidens, & intolerabilis esset repugnantia, & contradictio eiusdem testatoris, si appellatione descendentium masculorum intellexisset de masculis ex filiabus fœminis; hoc enim modo prætulisset, & non prætulisset Portiam dictis masculis ex fœminis, & modo posuisset in conditione masculos, ex fœminis ad exclusionem Portiæ, modo vocasset eosdem masculos in defectu Portiæ, & eius descendentium, ad
4 quam effugiendam † contrarietatem dicendum est, testatorem sensisse de descendentibus masculis ex masculis, Paris. *cons. 53. num. 47. & 50. lib. 3.* Socin. iun. *cons. 125. num. 15. 16. 17. lib. 1.* præsertim, quia extat mater dicti masculi, quam tamen idem testator in caso deficientiæ Portiæ, & filiorum vocauit, & prætulit eidem filio masculo; ex quo bene arguitur in
5 conditione, † si sine descendentibus masculis, non contineri masculos descendentibus ex filia, ne præferantur in successione matri contra expressam voluntatem eiusdem testatoris, vt bene per Gabr. *consil. 116. num. 20. & 24. lib. 2.* Et regulariter, quando mater † venit appellatione descendentium masculo- 6
rum, non veniunt filij ex fœmina, ne ipsa mater sit deterioris † conditionis, quam filij, quod iura abhor- 7
rent, *l. si viua matre C. de bon. mater.* Gabr. *d. cons. 124. num. 20.* Soc. iun. *consil. 1. num. 25. lib. 3.* Curt. iun. *consil. 35. num. 2.* Dec. *consil. 410. num. 2.* Tiraquell. *de Iur. Primogen. quæst. 12. num. 12.* Fusar. *de substit. quæst. 604. num. 8.*

Non censuerunt DD. applicari distinctionem
† Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 18.* 8
num. 19. & 21. vt censeatur testatorem sub nomine descendentium masculorum in conditione positorum voluisse vocare masculòs, ex fœminis, casu, quo illi extarent tempore cedentis diei fideicommissi; quatenus verò tunc non extarent, voluisse eos vocare in alio gradu restitutionis facto, in casu deficientiæ Portiæ, quam distinctionem videtur etiam fuisse amplexus, Bellon. *consil. 72. num. 50. & consil. 73. num. 34.*

Quoniam nec Mantica, † nec Bellonus loquun- 9
tur in casu, quo in vocatione fuerint prælatæ fœminæ matres masculorum, & sic adhuc viget argumentum Gabriel. & coniectura, quod testator in præcedenti conditione non senserit de masculis, ex fœminis dum particularem fecit dispositionem, in qua illos vocauit, bene subsistit, neque vllo iure, aut ratione valida nititur præallegata distinctio, & con-
tra † Manticam iudicatum fuisse testatur Peregr. 10
de fideicommiss. art. 26. num. 19. in fin. & latissimè hanc opinionem defendunt, Menoch. *cons. 171.* & Cephal. *cons. 581. per tot.* Corn. *cons. 124. num. 14. lib. 2.* Burr. *consil. 46.*

Et ita vtraque, &c.

R. CARD. VBALDO.

Romana hæreditatis.

Die Lunæ 26. Aprilis 1632.

ARGVMENTVM.

Agitur de interpretatione statuti Vrb. lib. 1. cap. 131.

SVMMARIVM.

1. *Statut. Vrb lib. 1. cap. 131. disponit, quod marito decedente superstite vxore, cum liberis, vxor quartam partem dotis ad vsumfructum tantum, de bonis mariti lucretur.*
2. *Vsusfructus morte vsufructuarij finitur, & ad hæredes non transmittitur, & num. 5.*
3. *Quartum dotale ex statut. Vrb. lib. 1. cap. 131. debetur filijs, vti hæredibus, & non vt filijs, & num. 6. vide rationem num. 7.*
4. *Dictio, tantum, est taxatiua.*
8. *Afflict. decis. 37. & 314. reijciuntur.*
9. *Decis. 209 num. 3. part. 2. in recent corruit, cùm sit solum fundata in decis. Afflict. 37. & 314. quæ non subsistunt, & attendi non debent.*
10. *Lucra nuptialia spectant de iure ad filios, licet non sint heredes patris, vel matris.*
11. *Statutum, quando dicit, quod aliquid sit faciendum iuxta dispositionem iuris communis, debet intelligi de illa dispositione iuris, quæ loquitur in terminis Statuti, & num. 14.*

12. *L.*

12. *L. generaliter, & Auth. heres, C. de secund. nupt. declarantur.*

13. *Uxor transiens ad secunda vota priuatur proprietate, eorum, quæ fuit superlucrata ex donatione propter nuptias, acquiruntur ipso iure filiis primi matrimonij.*

15. *Vsusfructus, quando finitur, consolidatur cum proprietate.*

DECISIO LXXI.

AGitur de quarto dotali scutor. 2350. superlucrato Septimiam Mantinam in bonis Domini viri prædefuncti, nam Cleria communis filia, quæ à dicto Dominico fuit post mortem Septimiæ matris substituta, in dimidia hæreditatis occupauit etiam aliam medietatem relictam Archiconfraternitati, eamque retinere contendit pro dicto prætenso credito quarti dotalis, tanquam filia, & hæres suæ matris, sed proposito super hoc particulari dubio Domini contra Cleriam responderunt, & moti sunt, quia extat in Vrbe statutum in cap. 131. lib. 1.
1 Vbi † disponitur, quod marito decedente superstite vxore cum liberis, qui est casus noster, vxor quartam partem dotis ad vsumfructum tantùm de bonis mariti lucretur: si igitur Septimia mater Cleriæ non superlucrata est dictum quartum dotale, nisi quoad vsumfructum, inde sequitur, vt nihil possit in illo prætendere Cleria, vti illius filia, & hæres,
2 † quia vsusfructus morte vsufructuarij finitur, & ad hæredes non transmittitur, §. *finitur*, *Instit. de vsufruct.* sed redit ad proprietatem. Tiraq. *in tract. le mort. §. declarat. 1. num. 6. & 7.* Rot. *decis. 653. num. 1. in fin. part. 2. recent.*

Si verò Cleria prætendit post mortem matris ex eodem statuto dictum quartum dotale sibi deferri vti filiæ Dominici, non vti hæredi, & quod propterea sit ab hæreditate eiusdem Dominici separan. & sibi tanquam filiæ applican. Domini responderunt hunc articulum iam fuisse in Rota bene discussum, & resolutum, quod quartum dotale ex sta-
3 tuto Vrbis, † debeatur filiis, vti hæredibus, non vti filiis, vt latè in decisione Domini mei Decani *in causa Romana de Cauallerijs 22. Martij* 1632. ad quam voluerunt haberi relationem in præsenti decisione. Statutum enim dum in casu existentiæ filiorum defert vxori superstiti quartum respectu
4 vsusfructus cum dictione taxatiua, † tantùm, quæ importat, vt lucrum non acquiratur vxori pleno iure, inde sequitur, quod proprietas illius remanserit in hæreditate coniugis prædefuncti, cùm de illo statutum non disposuerit, nec ab hæreditate
5 extraxerit; vnde dum mortua vxore † fit locus restitutioni vsusfructus, & statutum in hoc casu subiungit, quod restituatur cui de iure, nulla facta mentione filiorum, filij debent, & vsumfructum, & proprietatem capere vti quid hæreditarium pa-
6 tris, non † vti rem propriam illis prouenientem tanquam filiis, vt in his terminis extat decisio Franch. 106. *num.* 6. vbi quod ità sæpe fuit in illo
7 Senatu iudicatum per rationem, quod proprietas nunquam recessit ab hæreditate, à qua nunquam fuit ablata, & ita fuit etiam resolutum *in Romana quarti dotalis 16. Martij* 1618. coram bon. mem. Remboldo, & coram D. meo Pitouano *in dicta decis. 653. num. 4. & 7. part. 2. recent.* san. mem. Gregor. *decis. 198. num. 3. & seqq.* & latè *in dicta Romana de Caualerijs.*
8 Non obstat decis. Afflict. 37. *num. 6. & decis. 314. num. 3. & sequentib.* quæ contrarium decidunt, nempe quod filij in hoc loco succedant tanquam filij, & non tanquam hæredes. Quia istæ decisiones fuerunt sæpe sæpius in eo consilio reiectæ, vt testatur idem Franch. *in d. decis. 106. num. 6. & 7.* vbi quod hæc opinio non est amplius in dubio reuocanda ex quo contra decisionem Afflict. fuit sæpius iudicatum, & idem testatur Vrsill. *ad eandem decis.* Afflict. 314. *ad fin.* & in illis non fuit considerata supradicta ratio, quod proprietas non fuit ab hæreditate patris separata, & per hanc rationem corruit
etiam † *decis. 209. part. 1. recent.* quæ est solum fun- 9
data in decisionibus Afflicti, quæ non subsistunt, & attendi non debent, vt supra.

Non obstat, quod mater ex dispositione statuti teneatur restituere lucrum cui de iure, & de iure
† determinetur, quod lucra nuptialia spectent ad 10
filios, licet non sint hæredes patris, vel matris, vt *in l. generaliter, §. in his autem casibus, iuncta authent. ibi sequentib. heres, & authent. vxore mortua, C. de secundis nupt. cum similibus.* Quia dum statutum dicit, quod sit facienda restitutio iuxta dispositionem
iuris communis † debet intelligi de illa dispositio- 11
ne iuris, quæ loquitur in terminis eiusdem statuti disponentia solum de vsufructu, & non de proprietate, quæ remansit in hæreditate coniugis prædefuncti, & ideo non est intelligendum de dispositione iuris inducta *in d. l. generaliter, & in d. auth.*
heres, C. de secundis nupt. quia ibi † lex disposuerat 12
tam de vsufructu, quàm de proprietate, quæ cùm esset ex hæreditate deducta, & vxori superstiti applicata, non mirum si filij tanquam filij capiunt illud lucrum iure proprio, & non tanquam hæredes, cùm tanquam tales non possint capere id quod in hæreditate non reperitur, vltra quod prædicta iu-
ra loquuntur in terminis coniugis † transeuntis 13
ad secundas nuptias, propter quas priuatur proprietate, quæ statim ipso iure acquiritur filiis ob priuationem matris, vel patris, vt declarat Bald. *in d. l. generaliter, §. in his autem, in princip. vsque ad num. 4.* & magistraliter Corn. *in consil. 309. num. 1. vsque ad fin. lib. 3.* Gabriel. *consil. 101. num. 11. lib. 1.* Surd. *consil. 206. num. 12. & sequentib. lib. 2.* vnde cùm iste non sit casus noster, dispositio dictarum legum, non est dispositio, de qua loquitur statutum, & ideo re-
currendum † est ad dispositionem iuris communis, 14
quæ decidat quomodo succedant filij circa ea, quæ reperiuntur in hæreditate paterna, & certè nulla oritur dubitatio quin succedant tanquam hæredes, siue ex testamento, siue ab intestato, & dum ipsi sunt hæredes testatoris, quoad proprietatem
etiam durante vsufructu, sequitur, vt eo finito † de 15
iure idem vsusfructus, qui cùm proprietate consolidatur, eisdem hæredibus proprietariis restituatur, vt per Cuman. *consil. 48.* incipit, *Statutum Florentiæ, circa fin. vers. pro parte autem.* Dec. *consil. 386. num. 6. & 7.* & fuit decisum in supradictis causis *coram san. mem. Gregor. & Pirouano*, & nouissimè *coram D. meo Decano in Romana de Caualerijs*, cum qua Domini in omnibus, & per omnia transiuerunt, &c.

Et ita, &c. vna, &c.

R.P.D. COCCINO DECANO.

Nouarien. bonorum.

Die Veneris 30. Aprilis 1632.

P 4 ARGV

ARGVMENTVM.

Discuritur materia, quando aliqua bona dicantur comprehensa, in concessione emphyteusis, & quando è contra. Identitas bonorum emphyteoticorum qualiter probetur.

SVMMARIVM.

1. *Dictiones* tam, *&* quàm *stant augmentatiuè.*
2. *Oratio imperfecta perficitur ex præcedenti, vel sequenti, si hoc congruè fieri potest.*
3. *Verbum*, Poderium, *denotat vniuersitatem bonorum.*
4. *Et comprehendit omnia, quæ veniunt sub eadem denominatione, quamuis inter se diuisa.*
5. *Dictiones vniuersales nihil prorsus excludunt.*
6. *Participia, quando resoluuntur, in verbum præsentis temporis cum suo relatiuo, non importans conditionem, & num. 7.*
8. *Actus sequens censetur factus in exequutionem præcedentis tractatus.*
9. *Identitas bonorum emphyteoticorum qualiter probetur.*
10. *Emphyteoticum præsumitur quicquid inter limites emphyteusis continetur.*
11. *Hostien. in cap. nimis, num. 4. de iur. iur. declaratur.*
12. *Inuestitura concessa de bonis omnibus existentibus in Territorio, tunc omnia censentur concessa, nisi prius à priuatis fuissent possessa, &c.*
13. *Emphyteuta, si non ostendat pro quibus rebus soluat canonem, tunc bona omnia præsumuntur emphyteotica.*
14. *Emphyteuta ostendens certam quantitatem bonorum, quæ sit proportionata canoni, tunc potens maiorem quantitatem probare tenetur.*
15. *Bona beneficio temporis possunt augeri, & deteriorari.*
16. *Identitas bonorum fideicommisso subiectorum probatur ex eo, quod grauati possident in loco, in quo testator possidebat, præsumptione scilicet tituli præambuli, contrarium num. 16. & vide num. 18.*
19. *Identitas bonorum rectè arguitur ex benè congruenti qualitate.*
20. *Adminicula ad probandam identitatem coniunguntur.*
21. *Bona aliqua, ad hoc vt dicantur comprehensa in inuestitura, apertè demonstratur ex eorum demonstratione, facta in eorum consignatione.*
22. *Bona, quæ sunt partes circumstantes, vel de pertinentijs bonorum emphyteoticorum dicantur comprehensa in eorum concessione.*
23. *Scriptura de stylo Mediolani producuntur in actis, & postea reportantur.*
24. *Alienatio bonorum Ecclesiæ facta sine beneplacito Apostolico est nulla.*
25. *Liber astimi non probat in præiudicium tertij.*

DECISIO LXXII.

Concessio bonorum, de quibus agitur aliàs in emphyteusim facta ad certum tempus, fuit de anno 1457. interueniente beneplacito fel. record. Calixti III. per Abbatem, & Conuentum Monasterij S. Bartholomæi Vallis Vmbrosæ extra muros Nouariæ, renouata in perpetuum Roberto Sanctoseuerino per hæc formalia verba: *Inuestiuerunt de Castro, sediminibus, Domibus, molendinis, campis, furnis, vineis, pratis, zerbidis, nemoribus, pascuis, ruggijs, pischerijs, honorantijs, & quibuscumque alijs iuribus, cuiuscumque qualitatis sint, iacentibus, & sitatis, tam in Territorio, & loco Villæ nouæ, quàm partium immediatè circumstantium, spectantiam dicto Monasterio; & de toto Poderio dicti loci Villæ nouæ, & Territorij ipsius Diœcesis Nouarien. & prout dictum Poderium teneri consueuit nomine d. Monasterij; & de omnibus proprietatibus, & iuribus existentibus tam in Territorio Villæ nouæ, quàm partium immediatè circumstantium, vt supra, & quæ affictari consueuerunt simul cum dicto Poderio Villæ nouæ.* Quæ formalia verba reassumuntur in inuestitura de anno 1502. concessa Ioanni Iacobo Trioulrio confirmata per Alexandrum IV. & continentur in aliis medio tempore concessis Galeatio Mariæ Sfortiæ, & Ludouico Sfortiæ Ducibus Mediolani, prout enunciatur in eadem concessione facta Triuulrio, in qua refertur, vtrumque Ducem possedisse iure emphyteotico Podere Villæ nouæ, cum iuribus, & proprietatibus ibi adiacentibus & pertinentibus ad dictum Monasterium, quæ qualia essent declarantur in ipsamet inuestitu à Trioultij, dum fit *de Castro, Domibus, sediminibus*, &c. sub eadem verborum serie, atque structura, quibus bona eadem enumerantur in præfata concessione S. Seuerini; necnon repetuntur tam in inuestitura facta de anno 1514 Matthæo Schinerio Cardinali Sedunensi, in qua inseritur totus tenor prædicti instrumenti, & inuestitur idem Cardinalis de bonis, & iuribus supra descriptis; nempe *de Castro, Domibus, sediminibus*, &c. adiecta clausula: *Et quæ hic habeantur pro descriptis, terminatis, & specificatis, prout supra descripta, terminata, & specificata fuere*, &c. quàm in inuestitura de anno 1536. per obitum dicti Cardinalis fratri illius renouata.

Hæc bona Villæ nouæ, vna cum quarta parte Casoli noui circumstante Villæ nouæ, necnon aliæ partes dicti Casoli noui de anno 1597. peruenerunt ex titulo infrascripto in Excellentissimum D. Mutium Sfortiam Marchionem Carauagij, vt patet ex actu adeptæ illorum possessionis, cuius verba sunt: *Ego Ioannes Franciscus Landrianus Regius Ducalis Secretarius apud Excellentissimum Senatum Mediolani, & delegatus ab eodem ordine in sententia die 15. huius mensis ab ipso facta inter Illustriss. Marchionem & fratres Sfortiadas contra Consortes Schinerios, Regiam Ducalem Fiscum, Alexandrum Carcanum, Martialem Coquium, & Ioannem Franciscum fratres Gaddios, & alios, &c. ob litem vsque de anno 1546. ab antecessoribus eius motam, & anno 1548. restauratam aduersus Consortes Schinerios, vti possessores bonorum Villæ bonæ, & Casoli noui, olim priuati patrimonij Illustrissimi, & Excellentiss. Ducis Ludouici Mariæ Sfortiæ, propter legatum 10000. ducatorum singulis annis à dicto Duce relictam q. Illustrissimo D. Ioanni Paulo Sfortiæ ipsius Ducis filio naturali, ac ab eis potitum iure pignoris, & hypotheca in supradictis bonis, & latius in ipsa sententia penes me existente*, &c. Hactenus actos prædictus. Et ex actu subsequenti constat, quod capitur possessio Castri Villæ nouæ, & septem Capsinarum ibi descriptarum, & cuiusdam nemoris; & in loco Casoli noui capitur possessio Domus, & Capsinæ, & duarum aliarum Domorum, cuiusdam molendini, & diuersarum petiarum terræ.

Stante hac facti serie, dubitaui, an constet de identitate bonorum, & de quibus, ad effectum recognitionis; & quoniam identitas Castri iurium, ac pertinentiarum Villæ nouæ, nullam apud Dominos habebat

habebat difficultatem, prout etiam ex deducendis
apparebit, ideo cum tot dubietas ad bona Caſoli
noui reduceretur, pro faciliori reſolutione huius
dubij, Domini primò firmarunt lecturam dictarum
inueſtiturarum in ea parte, in qua priori loco ſit
conceſſio *de Caſtro, Sediminibus, Domibus*, &c. *iacen-
tibus & ſituatis, tam in Territorio, & loco Villæ noua,
quam partium immediatè circumſtantium*, &c. & ſe-
cundo loco ſit pariter conceſſio de omnibus pro-
prietatibus, & iuribus exiſtentibus, tam in Terri-
torio, & loco Villæ nouæ, quàm partium immedia-
tè circumſtantium; vt in vtroque loco per ſubintelle-
cta verba legendum ſit, tam in loco, & Territorio
Villæ nouæ, quàm in Territorio, & loco partium
immediatè circumſtantium, itaut verbo partium
ſupplenda ſint neceſſariò verba, loco, & Territorio,
quia dictiones *tam & quàm* in hoc caſu conſtituunt
1 clauſulam, quæ per augumentatiuam † conformium
ſpecierum enomerationem extendit conceſſionem,
vt cenſeatur facta non ſolùm reſpectu Territorij, &
loci Villæ nouæ, ſed etiam reſpectu Territorij, &
loci partium immediatè circumſtantium. Butt. *con-
ſil.* 19. *num.* 4. quem ſequuntur Aymon *conſil.* 227.
num. 9. *in fine*. Menoch. *conſil.* 195. *num.* 7. & hunc
intellectum verè germanum eſſe oſtendit contextus
2 eiuſdem ſcripturæ, quæ alias † ſecundùm rationem
recti ſermonis, & regulas Grammaticorum integro
ſenſu careret, & remaneret imperfecta, itaut non
poſſit recipere aliam ſuppletionem, ſeu interpreta-
tionem, *l. cùm pater*, §. *cum imperfecta*, *ff. de legat.* 2.
Caſtrenſ. *conſil.* 195. *num.* 3. Bald. *conſil.* 422. *prope fi-
nem lib.* 4.

His ergo prænotatis, conſiderando verba con-
ceſſionis, cum inueſtitura ſit facta primò de Caſtro,
& Territorio Villæ nouæ, & de toto Poderio dicti
loci, verbaque conceſſionis ſatis plena ſint, patet eui-
denter Caſtrum fuiſſe conceſſum cum vniuerſitate
3 bonorum, quod deprehenditur ex verbo illo, † Po-
derium, quod bonorum vniuerſitatem denotat. Bald.
in l. in legatis, *num.* 1. *verſ. & ſunt*, *C. de legat.* & com-
prehendit omnia † bona, quæ veniunt ſub eadem
denominatione, quamuis inter ſe diuiſa. Bart. *in l.
Seia*, §. *Tyranna*, *num.* 1. *ff. de fund. inſtruct.* Curt. iun.
conſil. 184. *num.* 8. *in fine*, *verb. præterea*, *cum ſeqq.* Natt.
conſil. 446. *num.* 5. Surd. *deciſ.* 241. *num.* 13. & 14.
4 Maximè ſtante dictione illa † vniuerſali, *toto*, quæ
nihil prorſus excludit, *l. Iulianus*, *in princip.* vbi Bart.
ff. de legat. 3. Tiraquell. *in l. ſi vnquam*, *in verb. totum*,
vbi latè *C. de reuoc. donat.* Bald. *in puncto in d. con-
ſil.* 422. *ante finem lib.* 4. quem ſequuntur in his ter-
minis Menoch. *conſil.* 337. *num.* 19. *verſ. quarum pri-
ma eſt*. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 15. *num.* 35.
& cum facta fuerit conceſſio *de ſediminibus, Domibus,
molendinis*, &c. numeratis in dictis conceſſionibus,
& de omnibus proprietatibus, & iuribus exiſtenti-
bus tam in Territorio, & loco Villæ nouæ, quàm
in Territorio, & loco partium circumſtantium, ſpe-
ctantium dicto Monaſterio, participium illud ſpe-
5 ctantium, † quod præſentis eſt temporis, gloſſ. *in
clement.* 1. *in verb. dignitatibus*, *de preb. in* 6. Natt. *con-
ſil.* 636. *num.* 16. Menoch. *conſil.* 711. *num.* 2. & 3. re-
ſoluitur in præſentis temporis verbum, cum ſuo re-
latiuo, itaut ſenſus ſit, quæ ſpectant, & ideo non
7 † importat conditionem, ſed diſpoſitionem. Bart.
in l. 1. *num.* 35. *ff. de condit. & demonſtr.* Natt. *d. con-
ſil.* 636. *num.* 36. Menoch *d. conſil.* 711. *num.* 4. *verſ. &
hoc modo reſoluendo*; quod eo magis procedit in caſu
8 iſto, in quo † diſpoſitio eſt certa, referens ſe ad *ſe-
dimina*, *Domus*, *molendina*, &c. & alia enumerata.
Sord. *d. deciſ.* 241. *num.* 18. *cum ſeqq.* Ruin. *conſil.* 71.
num. 17. *verſ. quamuis igitur*, & *num.* 18. *vol.* 1. Zuccard.
conſil. 5. *num.* 18. *verſ. contrarium eſt verius*, *cum ſeqq.*
Curt. iun. *d. conſil.* 184. *num.* 9. Aymon *conſil.* 54. *num.* 9.
verſ. ſecundò probatur iſta concluſio.

Vnde ex prædictis ſequitur, quod conſideratis
verbis dictæ conceſſionis, cùm quarta pars Caſoli
ſit in parte circumſtante dicto Territorio Villæ no-
uæ, etiam in dicta quarta parte tanquam compre-
henſa ſub conceſſione, quæ clarè loquitur de Terri-
torio & loco partium immediatè circumſtantium,
& Monaſterio ſpectantium, quoad identitatem, Ec-
cleſia habeat intentionem fundatam; nam quic-
quid dicendum eſſet, ſi ageretur de probanda iden-
titate bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, cùm
agatur de probanda identitate bonorum emphyteu-
ticorum, licet generaliter, cùm certa tamen ſpeci-
ficatione † conceſſorum, ſtante dicta ſpecificatione 9
omnia cenſentur emphyteotica. Specul. *de locat. aliàs
de emphyteuſi*, §. *nunc aliqua*, *quæſt.* 76. *num.* 98. Ruin.
conſil. 50. *num.* 14. & *ſeqq.* & *num.* 17. *verſ. & magis*,
volum. 1. Iaſ. *conſil.* 235. *num.* 5. *verſ. tertium dubium*,
& *ſeqq.* *volum.* 2. Socin. ſen. *conſil.* 167. *num.* 21. *verſ.
ſed contrarium*, *volum.* 2. Natt. *conſil.* 446. *num.* 1. &
ſeqq. & *conſil.* 460. *num.* 8. *verſ. nam præſupponitur*, *cum
ſeqq.* & *num.* 20. *verſ. ex prædictis*, *cum ſeqq.* Curt. iun.
d. conſil. 184. *num.* 7. & *ſeqq.* Aymon *d. conſil.* 54. *num.* 9.
& *ſeqq.* Petrus de Gregor. *de conceſſ. feud. part.* 2. *q.* 7.
num. 24. & *ſeqq.* & *num.* 29. & latiùs *part.* 7. *cap.* 1 *per
tot.* Menoch. *præſumpt.* 101. *num.* 5. *verſ. hic caſus*, *lib.* 3.
Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 44. *num.* 23. Roſental.
de feud. cap. 12. *concluſ.* 15. *num.* 72. *verſ. quo caſu ſtante*;
& hanc ſententiam pluries ſequuta eſt Rota, videli-
cet, *in cauſa ciuitatis Caſtelli bonorum*, 5. *Martij* 1597.
coram bon. mem. Hieronymo Card. Pamphilio, & *in ea-
dem* 28. *Ianuarij* 1605. & 28. *Februarij* 1611. *coram
bon. mem. Attrebaten.* & priùs *in cauſa Regien. S. Tho-
mæ* 10. *Februarij* 1576. *coram Oriolen. in Feſulana bo-
norum* 6. *Febr.* 1576. *coram Cotta*, in qua dicitur, vnum
ex Dominis allegaſſe bonum conſilium Ruini, *in
Comen. bonorum* 5. *Maij* 1603. *coram bon. mem. Litta*,
in Romana Domuncularum 21. *Iunij* 1619. *coram bon.
mem. Cardin. Sacrato*, & *in cauſa Nucerina prædij* 20.
Maij 1612. & 29. *Maij* 1623. *coram D. Nauarro.*

Nec obſtat, quod non præſumitur emphyteoti-
cum † quicquid intra fines continetur. Hoſtienſ. *in* 10
cap. nimis, *num.* 4. *de iureiur.* Afflict. qui de communi
teſtatur *in cap.* 1. *num.* 12. *de contuen. iur. maſc. & fœ-
min.* & *in deciſ.* 267. *num.* 4. Bellon. *conſil.* 10. *num.* 11.
Clar. *in* §. *feudum*, *quæſt.* 18. & pluries dixit Rota in
deciſionibus allegatis *in deciſ.* 150. *num.* 5. & *deciſ.* 195.
num. 8. *in fin. part.* 1. *recent.* Nam huic obiecto pro
conciliatione iſtarum opinionum dupliciter fuit re-
ſponſum. Primò doctrinam Hoſtienſis † procedere 11
in generali conceſſione, hic autem, licet verſemur
in conceſſione generali, agitur tamen de tali con-
ceſſione generali, quæ ſpecificat Domos, ſed mina,
& alia ſuperiùs enarrata, & exprimit etiam, licet
generaliter, proprietates, & iura tam in Territorio,
& loco Villæ, quàm in Territorio & loco partium
immediatè circumſtantium, † quo caſu omnia cen- 12
ſentur conceſſa, niſi priùs à priuatis fuiſſent poſ-
ſeſſa, vel per emphyteutam acquiſita. Aymon *in reſp.
pro genero*, *num* 430. *verſ. quintus caſus*, qui huius ſen-
tentiæ aſſeclas refert nonnullos ex Doctoribus præ-
citatis, nempe Curt. Iun. *dict. conſil.* 184. *num.* 9. Iaſ.
conſil. 185. *in fin. lib.* 2. & Natt. *conſil* 460. *num.* 9. *lib.* 2.
& vltra illos Ruin. *conſil.* 108. *num.* 22. *lib.* 2. Aretin.
conſil. 164. *poſt princip.* benè Menoch. *de præſumpt.* 101.
num. 5.

num.5. verſ. hic caſus multò magis, lib.3. Secundò reſponſum fuit, quod ſententia Hoſtienſis poſſet pro-
13 cedere, ſi emphyteuta oſtenderet, pro quibus † rebus Canonem ſoluit, at ſi non oſtendat, prout non oſtendit in caſu iſto, bona omnia præſumuntur emphyteotica Iaſ. *in l.2. num.173. C. de iur. emphyt.* Ruin. poſt Salycet. & alios *in dict. conſil.50. num.14. lib.1.* Roland *conſil.66. num.14. & 6. lib.3. deciſ.150. num.6. part.1. recent.* quæ licèt ſubdat, ſatis eſſe, quod em-
14 phyteuta † oſtendat certam quantitatem, quæ ſi eſt proportionata Canoni, petens maiorem quantitatem probare tenetur. Specul. *in dict. §. nunc aliqua, num.79.* Afflict. *in cap.1. §. illud, num.22. in fin. de prohib. feud. alien.* Roland. *d. conſil.66. num.1. 2. & 7. lib.3.* Attamen aduertebant Domini in re tam antiqua poſſibile eſſe, quod Marchio poſſit oſtendere
15 rem proportionatam Canoni; quia † beneficio temporis bona potuerunt augeri, & deteriorari, *ad l. hereditas, ff. de petit. hared.*

Sed ceſſat omnis difficultas, cùm in hac facti ſpecie, vt ſtatim oſtendetur, concurrant alia, ex quibus res redditur indubitata, ac manifeſta, & pro dilucidatione huius articuli firmandum eſt, quod quando agitur de probanda identitate bonorum ſubiectorum fideicommiſſo, duæ ſunt opiniones inter ſe repugnantes, & contrariæ; vna, quæ affirmat identitatem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum pro-
16 bari ex eo, quod grauati † poſſident in Villa, ſeu loco, in quibus teſtator poſſedit, præſumptione ſcilicet tituli præambuli. Bald. *conſil.89. num.4. in princip. lib.1.* Fulgoſ. *in conſil.145. num.2.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art.44. num.22.* Zaſius *conſil.5.* Natta *conſil.135. num.17.* Bettazzol. *conſil.52. num.31.* Pedroch. *conſil.39. num.172. lib.1.* Menoch. *conſil.704. num.7. ante fin. & ſeqq. lib.6.* Burſat. *conſil.268. num.6.* Peregrin. *conſil.48. num.13. & conſil.35. in fine, lib.3. conſil.19. lib.4.* vbi ad contraria reſpondet. Fuſat. *conſil.106. num.7.* cum aliis pluribus adductis per eundem *de ſubſtit. quaſt.619. part.2.* vbi allegat Rotam *in recent. deciſ.131. num.5. in fin. part.1. & deciſ.407. in fin. part.2. & in cauſa Bononien. de Rubeis 3. Martij 1613. coram bon. mem. Cardinale Lancellotto.* Secun-
17 da opinio eſt, ex eo ſolum, † quod grauatus poſſedit bona in villa, vel loco, in quo poſſedit teſtator, identitatem non probari. Surd. *deciſ.339. num.5.* vbi refert à Senatu Pedemontano, cum perſæpe caſus iſte accidiſſet ſemper pro hac opinione iudicatum fuiſſe, *& num.6.* dicit in hac materia cauendum eſſe à Peregrino, idem Surd. *in conſil.151. & 105.* Menoch. *conſil.1110.* & latè Ioſephus Romanus *in conſil.46. verſ. tertiò reſpondetur.* In hac Doctorum diſcrepantia licet Rota ſimpliciter loquendo ſequatur hanc ſecundam ſententiam, non reſpuit tamen pri-
18 mam, quando † concurrunt adminicula, in quibus etiam terminis illam amplectitur idem Senatus Pedemontanus, teſte Surdo *d. deciſ.339. num.5.* immò expreſsè illam Rota ſequitur, vt *in cauſa Ferrarien. de Taſſonis 1. Iunij 1615. coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali Pamphilio, quæ eſt deciſ.706. num.2. verſ. nam licet, part.2. recent.* & fuit reſolutum *coram me in cauſa Vrbeuetana fideicommiſſ. 7. Febr.* 1620. nouiſſimè *in cauſa Bononien. de Deſiderijs 14. Martij, & 7. Maij 1629. coram R. P. D. meo Merlino*, prius *in cauſa Bononien. fideicommiſſi de Rubeis 28. Maij 1607. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto*, in qua correcta fuit dicta deciſio facta de anno 1603. quæ ſimpliciter ſequebatur primam opinionem. In propoſito autem ſequenda eſt prima opinio, quia in hac facti ſpecie euidentiſſima concurrunt adminicula, immo claræ demonſtrationes.

Primò enim concurrit, quod cum conceſſio anni 1457. fiat S. Seuerino de omnibus proprietatibus, & iuribus exiſtentibus, tam in territorio Villæ nouæ, quàm partium immediatè circumſtantium, & quæ affictari conſueuerunt ſimul cum dicto Poderio Villæ nouæ, apparet partes immediatè circumſtantes ſolitas fuiſſe locari ſimul cum dicto Poderio Villæ nouæ; quæ qualitas optimè congruit in bonis, de quibus agitur, quia quando Marchio cœpit poſſeſſionem, expreſsè enuntiatur, quod Domus Villæ nouæ inhabitabatur per Ioan. Antonium Gaffurum fictabilem bonorum Villæ nouæ, & Caſoli noui, idque etiam clariùs conſtat ex duabus locationibus Villæ nouæ, & Caſoli factis ſimul in anno 1575.
à Præſide Senatus; ex iſta enim † benè congruenti 19
qualitate rectè arguitur ad identitatem. Alexand. *conſil.133. num.5. volum.1.* Aymon *conſil.198. num.2.* Menoch. *conſil.409. num.85. vol.5.* Grat. *diſcept.745. num.86.* Et quando hoc adminiculum per ſe multum non faceret, nihilominus inficiari non poteſt,
† quin aliis adiunctum valde operetur, vt in pun- 20
cto Aymon *conſil.400. num.40.*

Secundò concurrit, quod in conſignatione bonorum facta ſecundo conductori in alia dicitur. *Campo della Chieſa dentro li foſſi di Caſolo, Giardino di Caſolo detto di quelli di villanoua,* quæ denominatio
ſatis apertè † demonſtrat illa bona in Caſolo fuiſſe 21
de iuribus Villæ nouæ, ex adductis per Aymon *in d. conſil.400. num.33.* & fuit dictum *in cauſa Ferrarien. ſeu Comaclen. bonorum de Naſellis 7. Iunij 1627. coram me.*

Tertiò concurrit quod in dicta conceſſione anni 1457. habetur mentio molendinorum, prout & molendinum ſe vidiſſe teſtatur exequutor literarum Calixti tertij. Et tamen, vt patet ex poſſeſſione capta per Marchionem, in loco Villæ nouæ non reperitur aliquod molendinum, niſi in loco Caſoli, ſignum euidens, quod dictum molendinum in bonis Caſoli, & ſic bona etiam ipſa, fuerunt in con-
ceſſione † comprehenſa, tanquam partes circum- 22
ſtantes, vel de pertinentiis Villæ nouæ, ad tradita per Nattam *in conſil.435. num.6. verſ. item non debet, cum ſeqq.* vbi allegat text. *in l. eum qui ædes, ff. de vſucap.*

Quartò, & denique concurrit etiam, quod in proceſſu agitato in Curia Nouarien. per acta Ioannis Mariæ de Elapis, Amicus Canobius Commendatarius tempore Pij IV. Octobris 1563. narrauit Papæ, quod tempore Pauli IV. coram Vice Auditore Cameræ Apoſtolicæ obtinuit ſententiam diffinitiuam contraque Petrum Schinerium Militem Hieroſolymitanum, per quam inter alia fuerat ei conceſſa immiſſio in actualem, & corporalem poſſeſſionem ſuper Caſtro Villæ nouæ, ac Domibus, Sediminibus, Molendinis, & aquæductis, iuribus, & pertinentiis, tam in Territorio, & loco Villæ nouæ, quàm partium immediatè circumſtantium, & toto Territorio Villæ nouæ Diœceſis Nouarien. & ſubditur, quod obtinuit decretum ab eodem Vice Auditore, cum conceſſione mandati exequutiui, & inuocationis brachij ſæcularis, & cum interim obierit idem Petrus, antequam poſſet haberi exequutio dictæ ſententiæ, quia in dictis bonis ſe intruſerant Nicolaus, Matthæus, & Stephanus Schinerius, coram Franciſco de Albertis Præpoſito S. Alberti Nouariæ, ipſe Orator, Conuentus, & Monachi egerunt contra dictos intruſos pro exequutione dictæ ſententiæ Vice Auditoris Cameræ, & obtinuerunt

declarari

declarati dictum brachium sæculare esse exequendum, & exequutioni demandandum in omnibus, & per omnia, prout iacet, eosdemque Amicum Commendatarium, ac Monachos, & Conuentum in naturalem, realem, & actualem possessionem tenutam totius Castri, terræ, Territorij, & omnium possessionum Territorij, & prædij Villæ nouæ, possessionumque illi adiacentium; vnde ex istis apparet, quod nedum semper fuit actum super Castro Villæ nouæ, sed super Territorio partium circumstantium. Et quamuis ista sit narratiua Abbatis, nihilominus aduertendum est, quod licet in toto processu Abbas pluries petierit istam immissionem effectuari, nihilominus pars vnquam in commissionibus Reformatoriis, aut protestationibus negauit, quod sententia contineret etiam possessiones adiacentes Castro Villæ nouæ, & quod fortiùs vrget, 9. Maij 1564. vt in processu fol. 52. & 60. Abbas produxit sententiam Vice Auditoris Cameræ latam 17. Maij 1560. per acta Ioannis Philippi de Balleatis; & alia pars in nihilo impugnauit dictam sententiam, nisi in eo, quod esset res inter alios acta, vt in eodem processu fol. 70. & 119. nec officit, quod dicta sententia non
25 reperiatur in actis, quia de stylo † Mediolani scripturæ producuntur, & postea reportantur, vt firmauit Rota *in causa Mediolanen. rescissionis contractus* 14. *Decembris* 1601. *coram bon. mem. Cardinali Sacrato, & apud san. mem. Greg. decis.* 59. *num* 2. vbi quod notorius est stylus Mediolani, *& in causa Mediolanen. decimarum* 17. *May* 1616, *coram me*, in qua aliæ decisiones allegantur.

Neque obstat, quod cùm Dux Maximilianus donauerit dicto Cardinali Sedunen. Castrum Vigleuani, & alia, necnon & bona Villæ nouæ, & bona Casoli, in transactione de anno 1522. inter Ducem Franciscum Sfortiam; & Gasparem, ac Pertum eius filium Schinerios inita, de qua in processu fol. 151. Schinerij omnia retrocesserunt Duci, reseruatis sibi solum bonis Villæ nouæ, pro quibus promiserunt soluere Canonem, & bonis Casoli per caput separatum, quorum respectu nihil dicitur de Canone, quia omisso, quod isti non potuerunt præiudicare Ecclesiæ, hoc demum posset considerari, si Ecclesia prætenderet totum Casolum, sed cùm prætendat tantum quartam partem, quæ Territorio Villæ nouæ adhæret, tanquam adiacentem, & de partibus circumstantibus Territorio Villæ nouæ, quæ, vt dictum est, fuit expresè concessa, parum refert, quod nihil dicatur de solutione Canonis respectu Casoli, si illa quarta pars de comprehensis in concessione Territorij Villæ nouæ, & Territorij partium circumstantium.

Nec officit, quod Marchio non recuperauerit bona à Schineriis, sed à Camera Ducali, & constet alios habuisse interesse, quàm Schinerios, quia iudicium fuit cœptum contra Schinerios, & alios, & cùm Camera Ducalis esset in possessione, prosequutum fuit iudicium contra dictam Cameram, & medio isto tempore Ecclesia obtinuit sententiam super
24 per nullitate † alienationis factæ Schineriis, ex quo fuit facta absque beneplacito Apostolico, licet non potuerit exequutioni demandari, vt modo dictum est. Nec dici potest D. Marchionem habuisse ius, à Camera Ducali, non autem ab Ecclesia, quia Camera voluit adiudicare Marchioni ius, quod habebat Dux Galeatius, non autem voluit præiudicare Ecclesiæ, de quo quicquid dicendum esset, sat est, quod Ecclesia acquieuerit, & D. Marchio agnouerit bonam fidem, cùm semper soluerit Canonem, lib. 1600. Et quoad Gaddios certum est, quod habebant ius à Schineriis, vt colligitur ab expressione facta per ipsos Senatui de anno 1572. vt in processu fol. 150. Et idem dicendum de aliis, cùm ex serie facti appareat concessionem ab initio fuisse factam Schineriis.

Denique non obstat, quod D. Marchio obtinuerit defalcari ab eius æstimo, quod soluit Cameræ Ducali, pro bonis Villæ nouæ dictum annuum Canonem librarum 1600. & ibi adiungatur attestatio per hæc verba. *Come Villa noua, si troua notata ne libri del perticato, & misura fatta dell' anno* 1552. *per la somma di pertiche* 11821. 43. *&* 4. Quia aduertendum est, quod principaliter fuit actum de dicta defalcatione lib. 1600. non autem de prædicta mensura, & in contrarium adest depositio vnius testis examinati ad perpetuam rei memoriam, ætatis annorum 78. deponentis de auditu, quod erant pertiche 18000. negari non potest, quin faciat aliquod adminiculum in contrarium, licet sit examinatus ad perpetuam rei memoriam, cùm nec libet † æstimi, 25
ex quo D. Marchio deducit huiusmodi fundamentum, probet in præiudicium tertij. Seraphin. *decis.* 952. *num.* 4.

Et ita conclusum Ecclesia tantum informante, visis tamen memorialibus aliàs per D. Marchionem datis, &c.

In eadem causa habetur altera decisio, sub 15. Decembris eiusdem anni 1632. coram eodem Reuerendiss. P. D. Coccino Decano. part. 6.

R. P. D. PIROVANO.

Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ.

Die Veneris 30. *Aprilis* 1632.

ARGVMENTVM.

Exceptio supplementi legitimæ non est valens ad impediendam immissionem petitam à fideicommissario. Possessio habita, cum clausula, Sine præiudicio iurium vtriusque partium, &c. qualiter intelligatur data. Monialis quod emiserit professionem, ex quibus arguatur Religiosus si decedat extra claustra, omnia eius bona transeunt in Cameram Apostolicam, & qualiter hoc procedat.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissario agenti ad immissionem, non est ei illa deneganda, si hæres se opponat pro legitima, & multo minùs, pro illius supplemento.*
2. *Legitima non priùs debetur, quàm deducto ære alieno.*
3. *Et ideo, semper expectabatur liquidatio, vt sciri possit quantum debeatur ab hærede, nec filius, nec habens causam ab eo, potest non facta liquidatione agere.*
   Legitima est quota bonorum, & non hæreditatis, ibid.
   Legitima detractionis oppositio, quando sit valens ad impediendam immissionem petitam à fideicommissario, ibid.
4. *Vsusfructus cessat, per mortem vsufructuarij.*

5. Vsus

5. Vsusfructus, quando cessat, tunc naturalis possessio, cum ciuili remanet consolidata.
6. Possessione habita, auctore Pratore, quis iuuari potest.
7. Possessio habita, cum clausula, sine praiudicio iurium vtriusque partium, &c. operatur vt immissus non habeatur pro possessore ad praiudicium partis, de iure suo probantis.
8. Legitima ante liquidationem non debetur.
9. Fideicommissario non potest impediri immissio per exceptionem supplementi legitima, & quare.
10. Fideicommissario non est impedienda immissio per oppositionem innalidam.
11. Monialis professa semper caret facultate testandi.
12. Moniales non accessissent ad receptionem dotis, neque in Monasterium ingressa adstringi potest ad illam soluendam, ante professionem emissam, & quare num. 13.
14. Monialis munere Abbatissa fungi non potuisset, nisi expressam ante professionem emisisset.
15. Moniales oblata non astringuntur ad emittendam professionem, & clausuram obseruandam.
16. Decisio aliqua non obstas, licet aliquid in ea asseratur, dum postea apparet indubitanter probatum contrarium.
17. Religiosus, si decedat extra claustra, omnia eius iura, & bona transeunt in Cameram Apostolicam.
18. Constitutio Gregor. XIII. in nou. Bullar. 43. disponens quod omnia iura, & bona Religiosi decedentis extra claustra transeant in Cameram Apostolicam, &c. non aufert ius ante ingressum Monasterijs quasitum.
19. Sed tantummodo defert Camera Apostolica, quod acquiritur per Religiosum de tempore, quo viuit extra claustra, etiam ex causa testata, vel intestata successionis.
20. in Constitutione aliqua se fundans, omnia eius requisita probare tenetur ad hoc, vt illa iuuetur.
21. Reus in sua exceptione est actor.
22. Probatio aquiuoca non releuat.

DECISIO LXXIII.

REsolutum fuit standum esse in decisis [a] etiam
respectu legitimæ Beatricis; quia cum D. Iu-
lius non sit hæres Angelæ, neque immediatè, neque
mmediatè ex persona eiusdem Beatricis eius filiæ,
nec possideat, nec titulum habeat, non potest dici
legitimus. Contradictor ad impediendum fideicom-
1 missarium agentem ad immissionem, † etiam quòd
ille se opponat pro legitima, & multò minùs pro
eius supplemento. Bart. in l. finali, num. 21. vers. si pro-
bat titulum, & possessionem, C. de edict. D. Adrian.
tollend & ex solo titulo legitimæ quatenus de eo do-
ceretur, non potest impedire immissionem per fi-
2 deicommissarium petitam; quia legitima † non
priùs debetur, quàm deducto ære alieno, l. Papi-
nianus, §. 3. ff. de inoffic. testam. & cum sit quota bo-
norum, non autem hæreditatis. Dec. in l. hæres in-
stituta, num. 5. C. de impub. & alijs substit. Franc. de-
cis. 127. in princip. Mastrill. decis. 64. ideo semper ex-
pectatur liquidatio, vt sciri quantum debeatur ab
3 hærede, † nec filius, aut habens causam ab eo, potest
non facta liquidatione agere. Alexand. consil. 134.
num. 1. lib. 4. Picus in l. quartam, num. 17. ff. ad l. falcid.
Surd. plenè in consil. 248. num. 17. & 24. Mastrill. ea-
dem decis. 64. Franc. decis. 127. num. 1.

Neque obstat, quòd D. Iulius sit hæres Beatri-
cis, & possideat bona hæreditaria Angelæ matris
Beatricis, vt ideo dicatur legitimus contradictor ad
impediendam immissionem, secundùm terminos
allegatæ doctrinæ Bart.

Quia cùm hæc possessio, quæ allegatur per Do-
minum Iulium possit desumi ex persona Iulij se-
nioris fratris Beatricis, vel ex persona Clementis
filij dicti Iulij, ac demum ex persona Beatricis, &
ipsius D. Iulij.

De possessione Iulij senioris non est agendum,
quia nunquam fuit hęres Angelæ matris, sed vsufru-
ctuarius, & † eo mortuo cessauit vsufructus, & na- 4
turalis possessio, cum ciuili † remansit consolida- 5
ta, §. primo, Instit. quib. mod. vsufruct. finiatur. Menoch.
consil. 139. num. 15. Honded. consil. 18. num. 73. lib. 2.

Similiter neque ratio haberi potest de possessio-
ne Clementis filij Iulij, & patrui D. Iulij iunioris,
qui Clemens fuit, & ipse hæres Beatricis pro me-
dietate, quasi ex ea iuuari possit tanquam † habita 6
auctore Prætore per Thesaurarium generalem Ca-
meræ Apostolicæ per l. iustè possidet, ff. de acquirend.
possess. Mohed. decis. 4. de restit. spoliat.

Quia vltra responsionem datam in decisione
causæ 23. Ianuarij 1630. quòd scilicet possessio illa
emanauerit cum clausula præseruatiua sine præiu-
dicio iurium vtriusque partis, tam in possessorio,
quàm in petitorio, & per consequens remanserit
conditionalis, † & operatur, vt immissus non ha- 7
beatur pro possessore ad præiudicium hæredis de
suo iure probantis. Put. decis. 32. lib. 2. Surd. decis. 333.
num. 10. Peregrin. de fideicommiss. art. 47. num. 29. cum
alijs in dicta decisione allegatis; adhuc possessio non
esset releuans, quoad legitimam Beatricis, ex quo
de tempore habitæ dictæ possessionis Beatrix viue-
bat, & in Clementem iura hæreditaria eiusdem Bea-
tricis, tunc non erant translata; nam decretum The-
saurarij 1601. & de mense Februarij 1602. Bea-
trix obiit.

Demum nullum potest constitui fundamentum
in possessione Beatricis, vel D. Iulij ex persona il-
lius; quia non probatur quod illa vnquam posse-
derit hæreditaria bona Angelæ matris, & quod ma-
gis est si reperirentur propria auctoritate occupata,
vel apprehensa per eandem Beatricem, vel D. Iu-
lium, aut alios hæredes; adhuc talis possessio non
releuaret ad constituendum legitimum contradicto-
rem tanquam de possessione incerta, ratione loci,
& quotæ, cum † ante liquidationem, legitima non 8
debeatur. Bart. in l. 2. num. 4. C. quando, & quib. quar-
ta pars, lib. 10. Alexand. consil. 34. num. 1. lib. 4. ponens
casum in hærede filio, cui debetur legitima. Ias. in
l. 3. §. incertam, num. 10. ff. de acquir. possess. Dec. con-
sil. 236. num. 15. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 643.
Picus in l. in quartam, num. 159. ff. ad l. falcid. Crass. in
§. legitima, quæst. 16. num. 4. & plenè comprobant
Modern. de legitimo contrad. quæst. 13. art. 1. num. 9.
& 10. difficiliùs posset ipse D. Iulius releuari ex pro-
pria possessione incerta, cùm tam Clemens patruus,
quàm ipse D. Iulius nepos habuerint ex bonis An-
gelæ loca montium 62. æstimata scut. 6225. Itaut
non de integra legitima, sed de supplemento esset
agendum, quo casu semper expectanda erit liquida-
tio, & interim immissio † non potest impediri fidei- 9
commissario, quia nescitur, quanta sit portio illius,
vel tertia, vel quarta, vel millesima, vt dicit idem
Bart. in d. l. 2. num. 4. vers. Item ratione quota, & Rota
idem ponderauit in Perusina fideicommissi de Cin-
cijs 19. Aprilis 1630. coram D. meo Dnno Zetto.

Quò verò ad titulum ex testamento Beatricis al-
legatum, circumscripta possessione inualida, non
etiam

etiam ille potest allegari ad impediendam immissiònem per fideicommissarium petitam, quia semper
10 † obstat defectus liquidationis, & certitudinis quotæ partis legitimæ, & nihilominus non etiam de eo sufficienter constare, visumque fuit.

Nam, etsi doceatur de testamento Beatricis, in quo de anno 1601. mensis Octobris, suos hæredes fecit Clementem ex fratre nepotem pro medietate, & pro altera medietate Iulium, & Alexandrum filios Alexandri Mariæ.

Attamen, quia cum eadem Beatrix fuerit monia-
11 lis † professa, semper caruit facultate testandi, *Authent. ingressi, C. de sacros. Eccles. cap. quia ingredientibus 19. quæst. 3. cap. 2. de testam.* Dec. *in cap. in præsentia, num. 78. de probat.* Sanchez *super Decalog. lib. 7. cap. 8. num. 2.*

Neque dubitarunt domini, quod eadem Beatrix fuerit monialis, & professa, nam ingressa de anno 1540. Monasterium omnium Sanctorum nuncupatum del Sacco ciuitatis Castelli, & adhuc intra annum probationis existens, Alexander illius pater monialibus soluit ad computum dotis, & ceu eleemosynæ scuta ducenta, & postmodum Angela eius mater de anno 1555 residuum dotis, quod erat scur. 500. eisdem monialibus numerauit, ad quorum re-
12 ceptionem † neque moniales accessissent, neque Angela adstringi potuisset ante professionem ema-
13 natam, ex quo eleemosyna † erogatur pro sustentatione perpetui oneris ex parte Monasterij alendi sororem professam; non autem ad tempus in Claustro permansuram, eidemque Beatrici Cardinalis Vitellotius frater moriens de anno 1566. reliquit legatum scut. 25. vita durante, pro cuius consequutione, cum diu nomine Monasterij coram diuersis Iudicibus agitatum fuisset, tandem de anno 1580. mense Octobris, moniales omnes professæ, & eadem Beatrix inter eas vti Abbatissa transegerunt,
14 cum hæredibus Cardinalis, quo munere † Abbatissa fungi non potuisset, nisi expressam ante professionem emisisset, *cap. nullus, cap. indemnitatibus, de elect. in 6. & in Concil. Trid.* idem sancitum fuit *de regular. cap. 7. sess. 25.* & in eum modum per Visitatorem Apostolicum de anno 1571. constitutiones particulares cautum fuit ipsis monialibus omnibus congregatis acceptantibus, & obseruare promittentibus.

Non obstant, literæ Episcopi ciuitatis Castelli responsiuæ literis sacræ Congregationis, nempe Abbatissam Monasterij del Sacco dixisse iam excedere annum trigesimum, in quo ipsa reperitur monialis, & quod aliqua ex monialibus non emisit possessionem, nec Visitatorem tractasse, cum illis de professione, sed de clausura.

Quia conuincitur responsionem fuisse artificiosam, ex quo instrumenta Dotis, & legati, exercitium dignitatis Abbatissatus, Constitutiones Visitatoris, & Monialium confessiones bene determinant fuisse, & esse Monasterium professarum, non autem Oblatarum Congregationem; propter formam pro-
15 fessionis, & clausuræ indictam, † & obseruatam, ad quæ oblatæ non adstringuntur, Boët. *decis. 20. num. 6.* & latissimè distinguit Mirand. *in Manual. Prælat. regular. de Sacris Monial. quæst. prima artic. 6.*

Nec contradicit *decisio bon. mem. Card. Lancellotti*
16 15. *Martij* 1604. quamuis in ea asseratur † non constare de professione Beatricis, quia quod tunc non constabat, hodie ex prædictis indubitanter probatum, apparet.

Demum non obstat, quod Beatrix decesserit ex-
tra Claustra, & propterea omnia † eius iura, & bo- 17
na ex constitutione Gregorij XIII. in nouo Bullario 43. transierint in Cameram Apostolicam, cuius est cessionarius dominus Iulius.

Quia, etsi probetur Beatricem condidisse testamentum extra Claustra 9. Octobris 1601. & obiisse prima Februarij 1602. attamen quia verba constitu-
tionis prædictæ † non auferunt ius ante egressum 18
Monasterij quæsitum, sed tantummodo deferunt Cameræ Apostolicæ, quod acquiritur per Religio-
sum de tempore, quo viuit extra Claustra † etiam 19
ex causa testatæ, vel intestatæ successionis, non sufficit D. Iulio si probauerit obitum Beatricis extra
Claustra, † nisi etiam insimul iustificauerit delatum 20
fuisse ius legitimæ Cameræ Apostolicæ, in tempore exclusiuo Monasterij, cum hoc pertineat ad fundamentum eius intentionis, quod tenetur probare,
etiam si sit † reus in sua exceptione, Bart. *in l. prima,* 21
per illum textum, *ff. de except.* Corn. *cons. 223. num. 7. vol. 2.* Paris. *cons. 45. in princ. volum. 1.* Ægid. *decis. 563.* Gayl. *lib. 2. obserua. 13. num. 3.* Surd. *cons. 148. n. 3. lib. 2.* alias hæc exceptio iuriū Cameræ semper erit æquiuoca, quod scilicet legitima Beatricis pertineat, vel
† non pertineat ad iura Cameræ, quæ in gradu pro- 22
bationis nihil solet concludere, *cap. in præsentia, de probat. l. non hoc, C. unde legitim.* Surd. *cons. 151. n. 47. volum. 2.*

Et ita, &c.

a Idest sub die 23. Ianuarij, & 17. Maij 1630. sunt decisiones 340. & 376. part. 5. recent. & vide etiam decis. 47. part 6.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Tutelæ.

Die Mercurij 5. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Iudex, si remoueat tutorem, vti suspectum, vel interloquatur super eius legitima excusatione, semper erit locus tutelæ datiuæ, & non legitimæ, & quare.

SVMMARIVM.

1. *Tutor se excusare potest à munere tutelæ propter officium publicum.*
2. *Tutori datiuo, & non legitimo est locus, si semel tutela deuoluta sit ad tutorem testamentarium, & ipse se legitime excusauerit.*
3. *Et hoc casu alius similis est dandus.*
4. *Iudex, si remoueat testamentarium tutorem, vel vti suspectum, vel quia se legitime excusauerit, hoc agit, vt alium det tutorem, non autem, vt aperiatur locus legitimo tutori.*
5. *Destitutio ad quem pertinet, ad eundem etiam debet pertinere institutio.*
6. *In tutore testamentario, quando non simus.*
7. *Tutela datiua expirata, quando succedat legitima.*
8. *Subrogatus assumit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
9. *Tutor, si egeat iudicis ministerio ad se eximendum ab onere tutelæ, tunc iudex vtrumque agit, nam eximit, & de alio prouidet.*
10. *Tutor legitimus donec adest, non est locus datiuo, & quando ista regula non procedat.*

11. *Tutela datiua, quando cessat non iudicis ministerio, puta morte ciuili, vel naturali, tunc locus est tutela legitima.*
12. *Iudex, quando interloquitur super excusatione tutoris, semper est locus tutela datiua.*
13. *Mater, quando funditus desiit esse tutrix filiorum, alium tutorem nominare non potest.*
14. *Iudex in decernendo tutorem pupillis, si vult, potest sequi consilium matris ad deputandum eis tutorem deferendo ei, propter amorem erga filios.*
15. *Clausula*, & omni meliori modo, *&c. posita in sententia operatur, vt sustineatur eo modo, quo est vtilius.*

DECISIO LXXIV.

DOmina Constantia Mazzigna de Clementinis, mortuo Iacobo Antonio Rodiano eius viro, antequam secundò nuberet, petiit à iudice præuia tutelæ filiorum suorum renunciatione, deputari in tutorem Dominum Petrum Paulum Bonillum, qui deputatus, & confirmatus fuit sub die 30. Maij 1628. sed eodem post tres menses tutelam recusante, & D.Constantia iam secundis nuptiis contractis, denuo petente de alio tutore prouideri, nominauit Anibalem Serenum, qui pariter à iudice fuit deputatus, pronunciando insuper non obstante contradictione DD. Philippi, & Iuliani de Mazzinghis, tutorem datum esse confirmandum, exclusis legitimis tutoribus; causa ad Rotam delata, quæsitum fuit, an eadem sententia esset confirmanda, & affirmatiuè fuit resolutum.

1 Quia D Bonillus iudicis ministerio se † exemit à
tutela, excusando se propter functionem publici
muneris, quo casu clara sunt verba text. *in l. si quis*
sub conditione, ff. de testam. tutel. vt sit locus tutori
datiuo, non autem legitimo; ibi & si semel ad te-
2 stamentarium deuoluta sit † tutela; deinde excusa-
tus sit tutor testamentarius, adhuc dicimus in lo-
cum excusati alium dandum; non ad legitimum tu-
torem redire tutelam; & paulo infra ponitur ratio;
3 nam & hic ideireo agit, vt alius detur, similis est
textus *in l. 3. § quari potest ff. de legitim. tutor.* propterea
Bart. & Bald. *in d. l. si quis sub conditione*, ponderant
factum iudicis id principaliter agentis; vt illum re-
4 moueat, vel tamquam † suspectum, vel quod verè
impeditus sit, & excusandus; vnde id agit, vt alium
det tutorem; non autem vt aperiatur locus legiti-
mo; & idem sentit gloss. *in Authent. Sacramentum, in verbo tutela. C. quando mulier offic. tutel.* & Gabriel.
consil.27. num.2. lib 1. Montan *de tutore cap.16. num.8.*
Guttierez *eodem tract. part. 5. num. 12. & consil. 52. num.17.* Gregor Lopez *lib.5. part.6. titul.16. gloss.3.*
aduertentes præterea, & in specie Bald. *sub num.2. in d. l. si quis sub conditione*, quod non ideo iudici per-
mittitur, quia durent reliquiæ datiuæ, sed quia ad
5 quem pertinet destitutio, † ad eumdem pertinet in-
stitutio; vnde eodem iudicis ministerio debet vtrum-
que fieri.

Nec refert, quod in præsenti non agatur de testa-
6 mentario tutore, qui se excusauit, † prout erat D.
Constantia, quæ adiuit Iudicem, antequam ad se-
cunda vota transiret, manifestando causam suæ su-
spicionis, vt à tutela abiret, aliusque tutor à iudice
daretur, in quibus terminis videntur loqui textus
in l. si quis sub condit. &c. suprà allegat. & latissimè ex-
plicat Bero. *quæst.66. num.5.* secus autem quando
alius tutor iam datus, nempe Bonillus desiit esse tu-
7 tor: † quia tunc expirata datiua, succedit legitima.
§ finali, Instit. quib. mod. tutel. finit. Curt. iun. *cons.29. num.6.* Specul. *de tutore. § si verò num.4.* Gratian, *discept.63. num.14.*

Quia de muliere recusante ad subrogatum recu-
santem, ad hunc effectum non constituitur essenta-
lis differentia; † dum assumpsit naturam eius in cu- 8
ius locum fuit abrogatus. Salicet. *in Auth. Sacramentum num.6. C. quando mulier offic. tutel. fung. poss.* Gut-
tier. *d. consil. 52. num.9.* Sed in eo, an excusatus à tu- 9
tela egeat † iudicis ministerio ad se eximendum ab
onere: quia tunc vtrumque agit iudex, & eximit,
& de alio prouidet tutore, & † in hac parte cessat 10
regula de legitimo tutore dando, donec extet, non
autem de datiuo, per *l. si tutor. §.1. ff. de tutel. & ration. distrah. l. non solum §. si libertus ff. de excus. tutor.* quia
vera est, quando cessat tutela absque iudicis mini-
sterio, † puta morte ciuili, vel naturali, vt distin- 11
gnunt Bart. & Bald. *in d. l. si quis sub conditione*, ex quo
tunc finitur tutela facto naturæ, non iudicis; sed
quando intrat iudex aliquid agens, prout † est co- 12
gnoscendo super excusatione, & interloquendo sem-
per locus est datiuæ.

Demum non obstat, quod postquam D.Constan-
tia mater transiit ad secunda vota, Bonillus se excu-
sauit, & ipsa nominauit Anibalem Serenum, &
iudex in sententia sequendo illius nominationem,
diffinitiuè pronunciauit bene eumdem Anibalem,
in tutorem per dictam D. Constantiam dictis filiis
suis, fuisse nominatum, & per A. C. confirmatum,
de quo tempore † nominare non poterat; dum fun- 13
ditus desierat esse tutrix. Bart. & Bald. *in dict. l. si quis sub conditione, & in Authent. Sacramentum C. quando mulier offic. tutel. fung. poss.* Beron. *dicta quæst. 66. numer. 5. & 6.*

Quia Iudex, & si nominatum à matre deputauer-
tit in tutorem, non tamen id egit, quia teneretur
nominatum deputare; sed quia potuit sequi matris
consilium, † quatenus deputandus repertus fuisset 14
idoneus, deferendo etiam illi propter amorem erga
filium Gabr. *cons.27. num 4. lib.1.* Bart. *in d. Authent. Sacramentum num.4.* Guttierez *de tutel. part.1. cap 8. num.72.* Gregor. Lopez *in supra alleg. gloss.3.* & prop-
terea iudex non se restrinxit ad nominationem; sed
in eadem sententia fecit secundam partem. ibi *qua-*
tenus opus sit eumdem Anibalem in tutorem ex officio de- 15
putamus, & cum clausula, † *& omni meliori modo*, per
quam actus sustinetur in vtroque capite, prout vti-
lius est ei, ad cuius fauorem sententia lata reperitur.
Grat. *cons.34. num.6.* Caputaquen. *decis.124. part.1.*
Cæsar de Grass. *decis.1. num.4 de elect.* Rota *decis.200. num.11 part.1. recent.*

Et ita, &c.

R. P. D. MERLINO.

Ariminen. fideicommissi.

Die Veneris 7. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius ad effectum obtinendi immissionem remedio *l. fin. C de edict. D. Adr. toll* quid sufficiat probare. Bonorum identitas quando probata dicatur. Instrumentum extractum ab Archiuista, quando dicatur in forma probanti.

SVM

SVMMARIVM.

1. *Dominij probatio ad effectum obtinendi in remedio l.fin. C de edict. D. Adr. toll.non est necessaria sed sufficit, quod probetur possessio.*
2. *Bona per cohæredes, quando diuiduntur eis bona, quæ obueniunt vni ex cohæredibus, alius cohæres in eis amittit possessionem.*
3. *Instrumentum diuisionis bonorum hæreditariorum probat contra hæredes, & successores eorum, & causam ab eis habentes.*
4. *Testis vnicus bene probat identitatem bonorum iunctis adminiculis.*
5. *Diuisio facta inter cohæredes, ex quibus bene appareat, quod habuerit suum effectum, & num. 15.*
7. *Dominium censetur acquisitum ex titulo præambulo.*
8. *Notarij enunciatiua facta in testamento circa identitatem bonorum, quando plurimi facienda sit, quod ampliatur.*
9. *Instrumentum, si sit sumptum de sumpto, nullam fidem meretur.*
10. *Instrumentum, si sit extractum lite pendente, sine compulsoria, non probat.*
11. *Instrumentum extractum ab Archiuista, asserente se illud inuenisse inter rogitus cuiusdam Notarij defuncti, & cum suo originali collationasse, dicitur in forma probanti.*
12. *Instrumentum extractum ab Archiuio, vt dicatur in forma probanti, quid sufficiat.*
13. *Extractio instrumenti facta lite pendente, quando suffragetur etiamsi fuerit facta absque compulsorialibus.*
14. *Instrumentum extractum ab Archiuista probat, licet sit conscriptum aliena manu, dummodo ab Archiuista sit subscriptum.*
16. *Testes, si deponunt, quod quis aliquid possidebat, & constet, quod ille in eo nullum habebat legitimum titulum, vtique dicti testes intelligendi sunt de possessione iure familiaritatis.*
17. *Fratres, & alij inter quos intercedit sanguinis necessitudo, vt plurimum solent bona communia diuidere, vt vnusquisque sciat partem suam.*
18. *Et nihilominus deinde insimul cohabitant, & vnusquisque partem alterius possidet iure familiaritatis.*
19. *Identitas bonorum probatur per duos confines.*
20. *Bonorum identitas, vt dicatur probata, sufficit verificatio duorum confinium, licet in alijs adsit diuersitas, & discrepantia.*

DECISIO LXXV.

POstquam præmissis in hac causa coram bon. mem. Cardinali Caualerio, quatuor decisionibus, concessa fuit immissio Giorgiois, ex remed. *l. fin.C.de edict.Diu. Adrian. tollend.* vigore fideicómissi in fauorem ipsorum purificati, in quam pluribus corporibus bonorum, quæ per Carolum fideicommittentem fuisse possessa vsque ad obitum, tunc satis constare visum fuit. Insurrexerunt Salicetus, & alij tertij possessores litis consortes, atque suam possessionem allegantes, bonaque per eos possessa vsquam in hæreditate, & bonis Caroli fideicommittentis extitisse negantes, causa mihi commissa, Interdictum retinendæ intentarunt, atque manutentionem petierunt, quod iudicium cum dominus videretur satis turbidum, mandarunt disputari super bono iure illorum de Giorginis, quæ disputatio ad hoc tantùm redigebatur, an probaretur, bona, de

quibus agitur, fuisse per Carolum fideicommitten-
tem possessa vsque ad eius obitum, in reliquia enim,
nempe circa fideicommissi existentiam, & illius pu-
rificationem, immissio per sententiam Rotalem
concessa, non impugnabatur, prout & hinc inde
admittebatur † ad effectum obtinendi immissionem 1
ex remedio *l.fin.C.de edict. Diu. Adr. tollend.* non re-
quiri probationem dominij, sed satis esse, quod pro-
betur possessio fideicommittentis vsque ad tempus
sui obitus, quod millies dixit Rota, vt *in decis.* 131.
*num.*1.*& decis.*237. *num.*1. *part.*1. *recent.& coram san.
mem. Gregor. XV. decis.*194. *num.*11. *& in Bononien.
fideicommissi de Desiderijs* 20. *Nouembris* 1628. *coram
me*, & alias passim, vnde distinctè procedendum
dedi. Dubium, an constet de bono iure Giorgino-
rum, & litis consortium quoad corpora, nempe
quoad domum in contrata Sanctæ Agnetis, duas
tornaturas, vna cum vinea posita in contrata San-
cti Laurentij, & aliud petium terræ in Spadaro-
lo, quo dubio pluries proposito. Hodie domini
responderunt. Non constare de bono iure Giorgi-
norum, & sic, quod prædicta corpora bonorum fue-
rint possessa per Carolum fideicommittentem v-
que ad eius obitum.

Apparet siquidem de anno 1567. diuisa fuisse per
Carolum, & Augustinum omnia bona, quæ vsque
tunc in communi, & pro indiuisis possederunt, & in
portione bonorum per dictam diuisionem assigna-
ta Augustino continentur, Domus posita in con-
trata Sanctæ Agnetis, vnum petium terræ vnius
tornaturæ tab. 80. positæ in contrata Santi Lauren-
tij, atque alterum petium terræ trium tornatura-
rum positum in communi Spadaroli, vt liquet ex In-
strumento dato in Summario Saliceti, numero pri-
mo, vnde ex dicta diuisione, quemadmodum pro-
batur bona prædicta fuisse in possessione Augustini,
tanquam illi † obuenta in eius parte, & cum clau- 2
sula constituti in ipsum translata, ita excluditur pos-
sessio Caroli, quam in bonis prædictis per diuisio-
nem à se penitus abdicauit, iuxta tradita per Ruin.
*cons.*40.*num.*3. *lib.*4. Decian.*cons.*76. *num.*9. *lib.*3. Pe-
regr.*cons.*48. *num.*6. *lib.*1. Fusar. *de substit. quæst.*618.
*num.*17. Rota *coram san. mem. Gregor. XV. decis.*371.
*num.*9.*& in Bononien fideicommis. de Desiderijs* 5. *Mar-
tij* 1617.*coram me*, & Instrumentum prædictum diui-
sionis † probat proculdubio contra Giorginos hæ- 3
redes, & successores Caroli diuidentis, & ab eo cau-
sam habentes, Ruin.*cons.*40. *num.*4. *lib.*4. Peregr. *de
fideicomm.art.*44. *num.*5. *in fin.* Surd. *cons.*505. *num.*4.
Fusar. *de substit. quæst.*618. *num.* 50. & dixit Rota *in
prællegata Bonon. de Desiderijs coram me.* Immò quo-
ad dicta duo petia terræ, de quibus in dubio vltra
diuisionem concurrit etiam depositio vnius testis
per Giorginos inducti, † & asserentis, illa fuisse ab 4
Augustino possessa, qui iunctis adminiculis bene
probat identitatem, Rota *decis.*119. *num.*4. *part.* 2.
recent.cum alijs.

Neque dicatur diuisionem prædictam non ha-
buisse effectum; quoniam immò, & effectuata, &
multum adminiculata probatur diuisio, tum ex eo
quod Augustinus post factam † diuisionem vendidit 5
duo corpora bonorum existentium in portione sibi
assignata, nempe vnam petiam terræ tornaturarum
duarum tab. 48. vendidit ipsimet Carolo Batiuo, &
Consorti in diuisione, & domum sitam in regione
Vergiani vendidit Francisco filio eiusdem Caroli,
atque duas alias petias terræ Deto, & Diotalleuo,
vt in Summario Saliceti num. 3. & 4. & 10. ac 11. si-
gnum patens, quod diuisio sortita fuit effectum, &

6 ex titulo illius Augustinus acquisiuit † dominium,
quod deinde ex contractu transtulit in emptores
prædictos, & faciunt tradita per Card. Seraphin.
*decis.*747. *num.*3. Tum etiam quia Notarius, qui ro-
gatus est de testamento Caroli explicando confines
domus testatoris, in qua rogabatur testamentum,
expressit, & apposuit pro confine, portionem do-
mus Augustini, de qua in dubio, & sic deprehen-
7 ditur † non ad Carolum, sed ad Augustinum spe-
ctasse, alias inepta fuisset expressio huiusmodi con-
finis, & hæc enunciatiua Notarij in hac materia
plurimi est facienda ad tradita per Bald. *in l.cùm ali-
quis*, & *ibi* DD. *de Iur. delibor*. Peregr. *dicto art.* 44.
*num.*19. Fusar. *de substitut. quæst.*618. *num.* 26. præ-
8 sertim, quia talis enunciatiua emanauit † in testa-
mento per Giorginos producto, & ex quo ipsi agunt,
& ius suum deducunt. Ruin.*consil.*141. *num.*13. *vers.
Quinimo dici potest lib.*5. Rota *decis.*249. *in fine part.*1.
recent. Addent. *ad san.mem. Gregor. XV. decis.* 238.
*num.*15.

Non obstat, quod Instrumentum diuisionis non
9 sit in forma probanti, & sit sumptum † sumpti, quod
nullam fidem meretur, fueritque lite pendente † si-
10 ne compulsoria extractum, quoniam immo Instru-
mentum visum fuit esse authenticum, vt in forma
11 probanti, † quia apparet extractum ab Archiuista
asserente se illud inuenisse inter rogitus Iacobi de
Angelinis Notarij prædefuncti in Archiuio Arimi-
12 ni, & cum suo originali collationasse, † quæ suffi-
ciunt pro forma probanti; Rota *decis.* 217. *num.* 1.
*part.*1. & *decis.*649 *num.*7. *part.*2. *recent.* & huiusmo-
di extractio ab Archiuista, vt suprà facta suffraga-
13 tur etiamsi fuerit facta lite pendente, & absque † cō-
pulsorialibus Rota *decis.*27. *num.*1. *part.*2. *recent.* &
coram Cardin. Caualer. decis. 640. *num.*2. Immò etiam-
14 si Instrumentum sit aliena manu sciptum, † dum-
modo sit ab Archiuista subsciptum, vt censuit Rota
in Ariminen bonorum 11. *Decembr.* 1623. *coram Reue-
rendissime D. meo Decano.*

Non obstant testes per Giorginos inducti, depo-
nentes per Carolum possessa fuisse bona, de quibus
est quæstio, vsque ad eius obitum, quoniam stante
15 diuisione, † vt supra doctum fuit, effectuata, & ven-
ditionibus de bonis diuisis per Augustinum factis,
& teste per Giorginos inducto deponente de pos-
sessione Augustini, & sic constito, quod Carolus in
16 his bonis nullum habeat † legitimum titulum, vti-
que testes prædicti intelligendi sunt de possessione
iure familiaritatis, DD. *in l. qui iure familiaritatis, ff.
de acquir. possess.* Surd. *cons.*94. *num.*36. Rota *coram Re-
uerend. D. meo Decano decis.*239. *num.*4. & *in Romana
Saluiani* 10. *Iunij* 1626. *coram R.P.D. meo Durano*, quæ
Interpretatio ex eo etiam redditur verisimilis, quia
17 solent † fratres, & alij inter quos intercedit san-
guinis necessitudo, vtplurimum communia bona
diuidere, vt vnusquisque sciat portionem propriam
18 bonorum, & nihilominus deinde insimul cohabi-
tate, † & vnusquisque partem alterius possidere iu-
re familiaritatis, Paris. *cons.*87. *num.*5. *lib.*1. Sord. *con-
sil.*260. *num.*17. & *seqq.* Rota *coram Reuerendiss. D. meo
Decano dicta decis.*239. *num.*6.

Quo verò ad identitatem, nempe quod Domus,
& tornaturæ terrarum possessæ per Salicetum, & in
quibus Giorgini obtinuerunt immissionem, sint eæ-
dem, quæ in diuisione, & in portionem Augustini
obtigerunt, bene deducitur ex conuenientia, & ve-
19 rificatione confinium, & demonstrationum, † qua-
rum duas sat est iustificari, iuxta theoricam Bart.
*in l. demonstratio falsa, num.*14. *ff. de cond. & demonstr.*
passim à Rota receptam, vt *in decis.*275. *num.*4. &
*decis.*313. *num.*2. *part.*1. *recent.* & *coram san. mem. Gre-
gorio XV. decis.*172. *num.*2. & 576. *num.*4. & *alibi*, &
quidem respectu domus omnes fines enunciati in
Instrumento diuisionis, nempe via communis, bona
Cæsaris del Sarto, & bona Angelæ Venetianę Sum.
num.7. iidem fines referuntur etiam in articulis da-
tis per Giorginos dicto Sum. num.7. eademque pror-
sus affertur probatio circa petium terræ vnius tor-
naturæ positę in contracta Sancti Laurentij, & aliud
petium terræ trium tornaturarum positum in com-
muni Spadaroli, combinando confines diuisionis
cum confinibus expressis in dictis articulis dicto
Summario num.11. & 15.

Non obstat, quod testes per Giorginos dati in
Summario num.6. referant aliquos fines diuersos,
quia diuersitas ex eo oritur, quod isti testes expri-
munt fines antiquos, & amplius fines etiam mo-
dernos, qui loco antiquorum subrogati fuerunt,
vnde potius confirmatur identitatis probatio, &
† sufficit conuenientia duarum demonstrationum, 20
licet in aliis adsit diuersitas, & discrepantia, Ale-
xand. *consil.*84. *num.*4. *lib.*7. Crauet. *cons.*198. *num.*2.
Rota *decis.*407. *num.*2. & *decis.*706. *num.*4. *part.*2. *re-
cent. cum alijs.*

Et ita vtraque parte informante resolutũ fuit, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Perusina Reuelationis testamenti.

Die Veneris 7. *Maij* 1632.

ARGVMENTVM.

In hac decisione discutitur, & resoluitur, quod per statutum Perusinum *lib.* 2. *cap.* 135. &c. non censeatur derogatum dispositioni cap. cùm esses ext. de testam. & quare. Egregia est decisio, & meritò, nam ab Auditore præclarissimo, & præstantissimo extensa est, & eius decisiones auide quærendæ sunt, cùm eas extendat, cùm tam resoluta doctrina, & tam firma scientia, vt nihil supra.

SVMMARIVM.

1. *Testamentum factum coram Parocho, & duobus testibus, si versemur in subdito ditionis Ecclesiastica, ubi ius canonicum seruatur.*
2. *Et nedum sustinetur vbi agitur de pia causa, sed etiam fauore causa prophana.*
3. *Testamentum confectum coram Parocho, & duobus testibus potest, & debet ad instantiam nedum haredum, sed etiam legatariorum, & aliorum quorumcumque interesse habentium in publicam formam redigi, ad perpetuam rei memoriam.*
4. *Iudex ex quibus conuincatur ad concedendum petenti, vt scriptura in publica forma redigatur.*
5. *Processus examinis Parochi, & testium qui in aliquo testamento interuenerunt fieri debet coram iudice saculari, non autem Ecclesiastico.*
6. *Testamentum, si contineat plura legata pia, potest adiri iudex Ecclesiasticus etiam contra haredem Laicum.*
7. *Priuilegiorum communicatio intrat stante communi causa, & defensione.*

8. *Cap.*

8. *Cap. cum esses, ext. de testam. quando non dicatur esse locus.*
9. *Cap. cùm esses, de testam. vt dicatur derogatum per statutum, quid requiratur.*
10. *Leges antiquæ sine voluntate, nec mutantur, nec corriguntur.*
11. *Leges sine iurisdictione tolli nequeunt.*
12. *Legis canonica, vt dicatur derogatum per statutum, semper requiritur specifica Papæ confirmatio, nec sufficit generalis in forma.*
13. *Statut. Perus. lib. 2. cap. 135. circa numerum testium in testamento, &c. quid disponat.*
14. *Ius ciuile in testamento requirit septem testes puberes masculos, & rogatos, cum eorundem subscriptione.*
15. *in Testamentis de iure canonico desiderantur tantum duo testes, & non tantum masculi, sed etiam fœmina esse possunt.*
16. *Derogatum non censetur vltra intentionem derogantis.*
17. *Testamentum, quod valeat cum minori numero septem testium, statuto induci potest.*
18. *Quod procedit etiam si tale statutum sit conditum à ciuitate superiorem non recognoscente.*
19. *Laici statuentes non possunt deuenire ad derogationem iuris canonici, absque Sedis Apostolicæ approbatione. & num. 31.*
20. *Statutum laicorum si potest dirigere suos effectus ad ius ciuile, nec repugnet dispositioni iuris canonici, semper cessat voluntas derogandi illi, cessantibus verbis, & repugnantia ad inuicem disponendi.*
21. *Derogationes, est regulare, vt non multiplicentur, quando in vno casu possunt habere effectum.*
22. *Statutum, quando dicatur permissiuum, non autem prohibitiuum, aut abrogatiuum, & annullatiuum actus aliter gesti.*
23. *Confirmationes augent robur, quoad ius in confirmati executione, non autem augent factum comprehendendo maiora expressis.*
24. *Statutum, quando dicatur minime prohibitiuum, & nec formam inducat.*
25. *Prohibitione cessante, actus sustinetur.*
Bald. in cons. 404. num. 4. quo casu loquatur. ibid.
26. *in Testamentis de iure canonico sufficiunt duo testes & Parochus.*
27. *Statuta Vrbis inter Ciues, & Incolas, & districtuales seruanda sunt, & vbi statuta non disponunt, seruandum est ius ciuile, & in subsidium recurrendum est ad ius canonicum.*
28. *Ius Canonicum, cum in Vrbe non sit seruandum in concursu statuti, vel iuris ciuilis per implicitam negatiuam & prohibitionem, intrat derogatio per repugnantiam, cum non possint simul statuta, & ius canonicum seruari.*
29. *Decis. in Perusina hæreditatis 20. Nouemb. 1602. & 12. Decemb. 1603. coram Card. Pamphil. non sustinentur in eo, quod ibi incidenter dicitur, &c.*
30. *Decis. in cons. 315. quo casu loquatur.*
31. *Statuta etiam confirmata à Papa quando non sufficiant ad derogationem iuris Canonici.*
32. *Concessum plus non est dicendum, quàm petitum fuerit.*
33. *Testator, si reseruauerit, quod testes subscriberent testamentum, si subscriptiones secutæ non fuerint, dicendum est testamentum imperfectum remansisse.*
34. *Cap. cùm esses. de testam. reijcit solemnitates secundum leges humanas præscriptas in testamentis.*

35. *Solemnitates desideratæ in aliquo actu, si non sint de eius substantia, si cessent, non inualidant actum iam perfectum.*
36. *Testamentum ne valide conficiatur si quis præstiterit impedimentum, ei denegantur omnes actiones, siue sint legitimi hæredes, siue in alio testamento scripti.*

DECISIO LXXVI.

OCtauius viuens disposuit de bonis, & hæreditate sua coram Parocho, & duobus testibus, eo postmodum defuncto legatarij institerunt coram Vicario Episcopi Perusini leuari testamentum in publicam formam, qui citatis interesse habẽtibus pronunciauit scripturam testamenti dicti Octauij esse per publicum Tabellionem leuandam, & in formam publicam, & autheoticam redigendam; causa exinde per appellationem ad Rotam deuoluta, dubitatum fuit, an eadem scriptura, seu dispositio Octauij de Ferrettis sit releuanda in publicam, & authenticam formam, & affirmatiuè fuit resolutum.

Quia de voluntate Octauij, quæ transierit in dispositionem constat ex tenore scripturæ ad monitionem dicti Vicarij productæ per D. Ignatium Rectorem Parochialis Sancti Seuerini, in qua ad præsentiam dicti D. Seuerini Rectoris, & D. Damasceni Pisaurensis Abbatis S. Seueri, & Dominici Grossi, idem Octauius hæredem instituit, & quamplura legata fecit rogando eum, vt de prædictis rogatus esse vellet, prout se rogatum dixit de prædicto testa-
mento in fine eiusdem scripturæ, † quæ dispositio, 1
cum versemur in subdito ditionis Ecclesiasticæ, vbi ius Canonicum seruatur, valida censeri debet per *cap. cùm esses, de testam.* Speculat. *de instrum. edit. & fide, §. compendiosè, vers. item per ius Canonicum num. 11.* & nedum sustinetur vbi agitur de pia causa; sed etiam
† fauore causæ prophanæ secundum veriorem, de 2
qua per Clar. *in §. testamentum quæst. 57. versic. & in primis quidem,* Ioseph. Ludou. *conclus. 68. post principium.* Magon. *decis. Lucen. 32. num. 5.* Rota *decis. 497. num. 3. coram bon. mem. Card. Canal. Ceuall.* inter suas communes *quæst. 319.* Durand. *de test. ordin. cautel. 2. num. 2.*

Et hæc ipsa Octauij dispositio potuit, & debuit in formam authenticam redigi ad instantiam nedum
hæredum, sed & legatariorum, & aliorum † quo- 3
rumcumque habentium interesse; potuit inquam ad perpetuam rei memoriam per *l. publicati. C. de testam.* vbi Bald. *num. 1.* Bart. *in l. finali num. 17. C. de edict. diu. Adrian. tollend.* Speculat. *de instrument. edit. §. compendiosè num. 39.* Castrens. *consil. 307. num. 1.* Neuizan. *consil. 26. num. 4.* Crass. *in §. testamentum quæst. 61. num. 1.* Simon de Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib. 2. interpret. 1. dub. 2. solut. 3. num. 3.* & similiter Iudex debuit Notario mandare: quia præcessit legatariorum habentium interesse petitio coram Vicario Episcopi iudice competente, citatio hæredum in scriptura testamenti descriptorum, depositio Parochi, & testium, qui interuenerunt dispositioni Octauij formiter examinatorum, qui de voluntate eiusdem in eum modum, quo scripta repetitur, deposue-
runt, ex quibus Iudex † conuincitur ad conceden- 4
dum petenti, vt scriptura in publicam redigatur, Bart. *in l. testamenta, C. de testam.* Couarruu. *pract. quæst. cap. 8. num 1.* Crass. *in §. testamentum dict. conclus. 61. num. 2.* Honded. *cons. 77. num. 18. lib. 1. & consil. 26. num. 9. lib. 2.*

Nec controuerti potest iurisdictio Vicarij, quod

5 scilicet processus examinis Patochi, † & testium
fieri debuerit cotam iudice sæculari; non autem Ec-
clesiastico, per *l. consulta diualia C. de testam.* Couarr.
pract. quæst. cap. 8. *num.* 1. Carol. de Grass. *de effectu Cle-*
ric. effectu primo num. 961. Crass. *d. conclus.* 61. *num.* 2.
Honded. *cons.* 26. *num.* 11. *lib.* 2.

Quia in sctiptura, de qua agitut multa continen-
6 sur legata pia, pto quibus † potuit adiri Iudex Ec-
clesiasticus, etiam contra hæredem Laicum, *c. rela-*
tum, de testam. l. prima C. de episcopal. audien. Tiraquell.
de pia causa priuil. 149. Guttierez *pract. quæst. cap.* 44.
num. 2. *lib.* 1. & pto aliis legatatiis intrar priuilegij
7 † communicario proptet communem causam, &
defeosionem, *l. si communem. ff. quemadmodum seruit.*
amittat. Felin. *in c.* 1 *num.* 6. *de præscript.* Natt. *cons.* 590.
num. 16. *lib.* 2. Thesaur. *decis.* 177. *num.* 5.

Non obstat, quod dispositioni *c. cùm esses*, dero-
gatum reperiatur ex statuto eiusdem ciuitatis Pe-
rusij *lib.* 2. *rubr.* 135. in quo cautum reperitur, quod
8 † in testamentis in ciuirate condendis adhibeantur
quinque testes, qno subsistente prædictæ disposi-
tioni, *c. cùm esset.* non esse locum dicebatur ex Bald.
consil. 404. *num.* 3. *volum.* 4. Dec. *cons.* 114. *num.* 4. Alex.
cons. 177. *num.* 2. *lib.* 2. Magdalena *de numero testium*
cap. 8. *num.* 24. & de supradicto statuto idem videa-
tur determinatum *in Perusina hæred.* 20. *Nouemb.*
1602. *&* 12. *Decemb.* 1603. *coram bon. mem. Card. Hie-*
ronymo Pamphilio.

Quia vbi agitur de statuto Laicorum abrogato-
rio iuris Canooici; primò constare debet de volun-
tate statuentium derogandi verbis expressa, vel in-
comparibiliter repugnante dispositioni, *c. cùm esses*,
9 † secundò, quod statutum auctoritare Sedis Apo-
stolicæ fuerit confirmatum; altero verò vel vtroque
cessante, dispositio antiqua iuris canonici semper in
suo robore & virtute permanebit; nam sine volun-
10 tate leges antiquæ, † nec mutantur, nec corrigun-
tur, *l. præcipimus in fine, C. de appellat. l. vt liberis C. de*
collat. c. cùm expediat. de elect. in 6. Crauet. *consil.* 307.
num. 4. Menoch. *præsumpt.* 38. *num.* 1. *&* 31. *lib.* 6. & siue
11 iurisdictione † tolli pariret nequeant Alexand. *con-*
sil 59. *num.* 9. *lib.* 1. Paris. *consil.* 19. *num.* 14. *lib.* 1. Crass.
de except. in prima except. num. 7. *&* 8. Rota *decis.* 103.
num. 27. *part.* 2. *diuers.* & idem fuit firmatum *in Bo-*
nonien successionis 9. *Decemb.* 1622. *coram bon. mem.*
12 *Francisco Vbaldo*, cum semper requiratur † speci-
ficata Papæ confirmatio, nec sufficit generalis in
forma communi.

Ex tenore autem statuti, quod datur, neque ver-
ba, neque dispositiones conttatiæ, *c. cùm esses.* colli-
guntur; legitur enim in testamentis & Codicillis,
13 † & omni alia voluntate valoris librarum 100. suf-
ficiant tres idonei testes, à centum verò libris supra
sufficiant quinque testes, & vbi viri tempore quo
fieret testamentum non essent, sufficiant loco vnius
viri duæ mulieres, & hoc locum habeat in Comita-
tu, in ciuitate verò, & Burgis Perusiæ non habeat
locum; sed necessario requirantur quinque, ex qui-
bus verbis duo inferuntur.

Primò statuentium dispositionem non versari
circa derogationem, *c. cùm esses*; sed respicere mode-
14 rationem rigoris Iuris ciuilis, † quod cum requirat
septem testes puberes masculos, & togaros, cum
eorumdem subscriptione, per *l. hac consultissima. C. de*
testam. Paris. *cons.* 19. *num.* 3. *vol.* 3. Crass. *in dict. §. te-*
stamentum quæst. 54. *num.* 1. & statutum contentetur
vt sint quinque, & in Comitatu possint etiam mu-
lieres adhiberi, & valeat testameotum, etiamsi No-
tarius non sctipserit testes fuisse rogatos, iam pa-
tet, quòd prædictæ solemnitates, tam respectu certi
numeri, quam masculinitaris, & interpellationis te-
stium ad legem ciuilem pertinent, non autem ad
Canonicam, in qua minor numerus † nempe duo- 15
rum, desideratur, & non tantum masculi; sed etiam
fœminæ possunt esse testes, nec debent esse togati;
sed sufficit, quod fuerint præsentes, prout hæc om-
nia colliguntur ex textu eiusdem *c. cùm esses*, & de-
clarant Abbas *ibidem in fine*, & cæteri Canonistæ;
itaut dicendum sit, non plus voluisse derogare sta- 16
tuentes, † quàm intenderint facere moderando
ius ciuile, & addi potest, quod potuerint facere
demetiendo voluntatem à potestate, ex quo per
statutum induci potest, † quod testamentum va- 17
leat, cum minori numero testium. Bart. *in l. cunctos*
populos. num. 36. *C. de summa Trinit.* id affirmans
etiam si tale statutum sit conditum à ciuitate † su- 18
periorem non cognoscente, & illum sequuntur Ia-
son, Vasqui. & alij quos recenset Crass. *dict. §. te-*
stamentum quæst. 55. *num.* 23. de veriori, affirmans,
quod idem dici non potest, vbi agitor de deroga-
tione iuris Canonici, † ad quod Laici manum ap- 19
ponere non possunt absque Sedis Apostolicæ ap-
probatione, *c. per venerabilem, qui filij sint legitimi*,
& notant omnes *in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.*
in cap. cum omnes. de Constit. Paris. *consil.* 51. *num.* 23.
lib. 3. propterea cum statutum possit suos effectus
dirigere ad ius ciuile, nec repugnet dispositioni iu-
ris † Canonici, semper cessat voluntas derogandi, 20
cessantibus verbis, & repugnantia ad inuicem dis-
ponendi, Bart. *in l. sciendum. num.* 2. *ff. qui satisd. co-*
gantur. Roman. *consil.* 322. *num.* 2. Tiraquell. *de re-*
tract. consang. §. 10. *gloss.* 2. *in fine*, Menoch. *præsum.* 38.
num. 20. *lib.* 6. & est regulare, vt † derogationes non 21
multiplicentur, quando in vno casu possunt habe-
re effectum, Roman. *consil.* 199. *num.* 6. Cephal. *con-*
sil. 104. *num.* 17. *lib.* 1. Ofasc. *decis.* 59. *num.* 12. Rota
decis. 432. *num.* 10. *part.* 1. *diuers. &* 563. *num.* 1. *part.* 1.
recent.

Secundò ex eisdem verbis infertur statutum præ-
dictum esse permissiuum, non autem prohibitiuum,
aut abrogatiuum, & annullatiuum actus aliter ge-
sti; † permittit enim quod certus numerus testium 22
sufficiat in testamentis, & Codicillis, & omni alia
vltima voluntate, & verba illa, *sed necessariò requi-*
rantur quinque testes, non sunt apposita ad personas
testantium; sed ad distinctionem Comitatus, &
ciuitatis, vbi testamenta conduntur; & similiter
confirmationes Cardinalis Legati, & sanct. mem.
Gregorij XIII. non contradicunt quamuis dica-
tur, affirmamus, & confirmamus, & illis inuiola-
bilis firmitatis robur adiicimus; quia addunt robur
quoad ius in eorum executione, † non autem au- 23
gent factum, comprehendendo maiora expressis,
vt dicit Bald. *in l.* 3. *in fine, C. si aduers. rem ind.* & Soc.
Sen. *cons.* 159. *n.* 30. *lib.* 2. Rota *decis.* 301. *num.* 1. *part.* 1.
recent. & 511. *num.* 1. *coram Papa Gregorio XV.* quod
si permissiuum est, inde non arctantur volentes
condere testamenta, vt testentur coram quinque
testibus; sed eo modo testantibus, statutum man-
dat voluntates seruari, † nec aliter emanatas, vl- 24
terius procedit annullando, vel irritando, quod
proprie pertineret ad modum prohibitiuum, &
formam induceret alterius modi testandi exclusi-
uam, secundum gloss. *in clem.* 1. *in verb. inhibentes*,
vbi Cardinalis, & Ancbar. *de Iurepatronat.* Natta
consil. 287. *num.* 6. Abbas *consil.* 91. *num.* 6. *part.* 5.
Rota. *decis.* 34. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* & cessante pro-
hibitione, testamentum, quod legitime † factum 25
reperitur

reperitur iuxta formam *cap. cum esses*, vt supra probatum fuit, semper sustinetur

Nec contradicunt Bald. *consil*. 404. *num*. 4. *volum*. 4.
dum affirmant., quod de iure Canonico sufficiant
26 Parochus, † & duo testes, nisi per statutum, vel con-
suetudines loci aliter esset sancituio: quia Bald. præ-
supponit; at hic est quæstio super facto præsuppo-
sito; idem respondetur ad Decian. *consil*. 315. *num*. 4.
vers. non obstat, & decisio Romana de Stocchis 17. *Maij*
1588. *coram ben. mem. Cardin. Hieronymo Pamphil.*
loquitur *in statuto Vrbis lib*. 1. *cap*. 2. expressè subor-
27 dinante formas testandi, nempe † quod inter ciues
& incolas, & districtuales seruentur statuta, & vbi
statuta non disponunt seruetur ius ciuile, & in sub-
sidium recurratur ad ius Canonicum, vt propterea
cum ius Canonicum non sit seruandum in concur-
28 su statuti, vel iuris ciuilis per implicitam † nega-
tiuam, & probibitionem, intrat derogatio, vel per
repugnantiam, cum non possint seruari statuta, &
ius Canonicum, vt plenè declarat Menochius *præ-
sumpt*. 38. *num*. 28. *& seq. lib*. 6. ex quibus omnibus
patet non sustineri, quæ incidenter dicta fueruut in
29 terminis huius † statuti Perusini in decisionibus Pe-
rus. *hered*. 20. *Nouembr*. 1602. *&* 12. *Decembr*. 1603.
coram supradicto Cardin. Pamph. quod scilicet, cum
dictum statutum fuerit à Sede Apostolica confirma-
tum, non sit agendum de capitulo, *cum esses*; nam
firmantur per rationes Baldi *in d. consil*. 404. & De-
30 cij 315. qui loquuntur † præsupponendo statuto iuri
communi contrario & repugnanti, prout & dictæ
decisiones præsupponunt; & tamen cootrarium ex
supradictis clatuto apparet; & vlterius cessat etiam
suppositum confirmationis Apostolicæ, quod est
secuodum requisitum responsionis supradictæ.

Nam omisso, quod de confirmatione non est
agendum vbi de voluntate statuentium expressa de-
rogandi iuri Canonico non constat; adhuc confir-
mationes Pij II. Leonis X. Clementis VII. quæ
31 dantur, cum legantur in forma communi, † nec con-
tineant tenorem statutorum, aut de mandato Papæ
fuerint condita, non sufficiunt ad sustinendam dero-
gationem iuris Canonici, gloss. *in cap. Pastoralis,
§. præterea, in verb. ex certa scientia, de offic. deleg.* Dec.
in cap. porrecta, num. 15. *de confirmat. vtil. vel inutil.*
Gabriel. *consil*. 183. *num*. 14. *lib*. 2. Rota *in recent. de-
cis*. 192. *num*. 3. *part*. 1. decreta autem Cardinalis Vr-
bini Legati confirmata per sanct. mem. Gregor. XIII.
ad Cardinalium relationem non releuant, cum ni-
hil disponant circa ius ciuile, aut statuta seruanda
in testamẽtis ordinaudis contra ius Canonicum; sed
tantummodo sint ordinatoria iudiciorum; dum
mandant, quod post bannimenta seruentur statuta
confirmata per Sedem Apostolicam, & post præ-
missa, constitutiones Marchiæ, & in casibus non
prouisis, ius Canonicum, vel ciuile, quod in loco,
vel contingentia facti præualeret; vnde cum banni-
menta contineant materias iudiciorum tam ciuiles,
quàm criminales de statutis contrarium disponen-
tibus erit sensus, vt non præualeant bannimentis;
non autem vt seruentur, derogando iuri Canonico
32 in non † expressis, & confirmatio Apostolica idem
continebit, nec plus concessum legitur, quàm pe-
titum fuerit. Dec. *in l. more maiorum, num*. 31. *ff. de
iurisd. omn. iud.* Seraph. *decis*. 615. *num*. 8. *& decis*. 971.
num. 7. Rot. *decis*. 555. *num*. 2. *part*. 2. *recent.*

Denium non obstat, quod si seruandum sit ius
Canonicum, adhuc de voluntate perfecta, quæ
transierit in dispositionem non constat; dum idem
testator reseruauit testamentum subscribere & ad-
hibere alios testes, qui testamentum subscriberent
ad præsentiam fratrum suorum, vt testes, qui in te-
stamento interfuerunt in eorum examine deponunt,
† quæ subscriptiones cum sequutæ non fuerint, di- 33
cebatur testamentum imperfectum remansisse.

Quia iidem testes dicunt, quod de subscriptione
non fuit actum cum testatore, nisi post rogitum te-
stamenti ad interrogationem rectoris, si intende-
bat, quod testamentum subscriberetur, ad quæ re-
spondens, *non occorre*; sed quidem desiderare, vt re-
direnr tempore quo adessent eius fratres: quia in-
tendebat illis satisfacere, vt essent præsentes sub-
scriptioni per ipsum faciendæ, & per alios etiam
testes, quatenus reperiri potuissent; verum casu quo
per suos fratres, vel ex alio quouis accidenti impe-
ditus fuisset subscribere; intendebat testamentum
iam stipulatum, suuo omni meliori modo effectum
sortiri; atque ita, cum testamentum absque subscri-
ptione post rogitum esset in statu validitatis secun-
dùm terminos, *cap. cum esses*, reiicientis solemnitates
secundùm † leges humanas præscriptas; subscriptio- 34
nes desideratæ tanquam quod non sint de substan-
tia testamenti, si cessant non inualidant dispositio-
nem iam per rogitum perfectam.

Et nihilominus constat de impedimento per eos-
dem fratres præstito, de quo deponunt Rector, &
illi duo testes testamentarij, scilicet ne rediret idem
rector, cum testamento vt subscriberetur; & alij te-
stes non accederent; quare primum testamentum
in suo robore permansit ex voluntate Octauij te-
statoris, & † impedimentum præstantibus dene- 35
gandæ sunt omnes actiones, siue sint legitimi hæ-
redes, siue in alio testamento scripti per *l*. 2. *ff. si quis
aliquem testari probib.* Salic. *in l*. 1. *num*. 7. *C. eod. tit.*
Menoch. *de arbitrar. casu* 395. *num*. 37. Castill. *con-
trouers. iur. lib*. 3. *cap*. 1. *num*. 100.

Et ita vtaque, &c.

R. P. D. MERLINO.

Romana hæreditatis.

Die Lunæ 21. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Actio vna, quando est ab aliquo intentata, an & quo casu possit redire ad aliam, & alia, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1. *Testamentum, quando ostenditur non abolitum, neque cancellatum, nec in vlla parte vitiatum, tunc heredi scripto non potest denegari auxilium l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend.*
2. *Conditionem adimplere debens, si faciat quantum in se ipso est, vt conditio adimpleatur, tunc habetur pro completa.*
3. *Hæres petens admissionem iuxta formam, & tenorem testamenti, satis dicitur velle adimplere, id quod testator præcepit.*
4. *Contrahentes, si aliquid voluissent, vt fieret, id expressissent.*
5. *Debitorum nomina propriè non veniunt appellatione bonorum, sed tertiam constituunt speciem.*
6. *Actor, postquam intentauit vnam actionem, tunc ad aliam redire amplius ei non est concessum.*

7. *Electio vnius via per errorem, non per hoc censetur renunciatum alteri viæ.*
8. *Hæres non viso, & oculariter perlecto testamento non potest illi tacitè, vel expressè renunciare.*
9. *L. de his, ff. de transact. habet etiam locum in renunciationibus.*
10. *Actio vna, quando est electa, quæ secum non traxit exequutionem, nec ius perfectè fuit quæsitum, tunc licita est variatio.*
11. *Actiones alicui competentes, si ortum habeant ex diuersa causa, tunc per electionem vnius, non censetur alteri actioni renunciatum.*
12. *Immissio non impeditur per exceptionem redditionis rationis, si requirat altiorem indaginem.*
13. *Actioni familiæ erciscundæ est locus, quando aliquid est diuidendum inter cohæredes.*
14. *Identitas bonorum hæreditariorum ad effectum immissionis, ex quo benè probetur.*

DECISIO LXXVII.

Domino Cæsari Vannutio in testamento per Catbarinam matrem hæredi scripto pro indiuiso vna cum aliis cohæredibus, daodam esse immissionem in bonis hæreditariis dictæ Catherinæ testatricis, *ex remed. l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend.* hodie Domini censuerunt, quia produxit testamentum non abolitum, neque cancellatum, ne-
1 que in vlla sui parte vitiatum, vnde † pro allequenda possessione bonorum, in quibus fuit hæres scriptus, non est illi denegandum auxilium *d. l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend.* vt communiter notant ibidem scribentes, & Menoch. *de adipiscend. remed. 4. num. 363.* Caputaq. *decis. 351. part. 2.* Rot. *decis. 654. num. 1. part. 1. recent. & coram san. mem. Gregor. XV. decis. 206. num. 1. & aliàs passim.*

Nec obstare visum fuit, quod D. Cæsar scriptus fuerit hæres sub conditione collationis, seu accommunationis bonorum per ipsum, ex titulo donationis ab eadem testatrice factæ, acquisitorum, ideoque non purificata hac conditione, careat exercitio actionis ex testamento. Quoniam placuit responsio, quod cum testatrix super bonis Cæsari donatis sibi reseruauerit vsumfructum, & dicta testatrice de anno 1616. vita functa, D. Porfirius frater possessionem omnium bonorum apprehenderit, de quo tempore D. Cæsar iussu Principis in Castris degebat, hinc fit dictæ conditioni satisfactum censeri per verbalem declarationem à dicto Cæsare emissam, quod vult, atque intendit bona donata habere pro collatis, & accommunatis, nisi per fratrem cohæredem impediatur, hæcque declaratio Cæsaris videtur importare quandam renunciationem bonorum donatorum, nec desiderari ab eo potest positiua collatio bonorum, quæ à patrimonio testatricis donantis, nuquam fuerunt abdicata, neque ipsi donatario per apprehensionem possessionis incorporata, & cum Cæsar animo implendi conditio-
2 nem, † fecerit quantum in ipso erat, vt impleretur conditio, vtique pro impleta haberi debet, iuxta tradita per Socin. sen. *in l. testam. la 2. num. 6. ff. de condit. & demonstrat.* Iaf. *in l. si pater, verf. similiter sufficit, C. de collat.* Menoch. *consil. 30. num. 19.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 16. num. 122.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 16.* Dumque idem Cæ-
3 sar immissionem † petit iuxta formam, ac tenorem testamenti, satis dicitur velle bona conferre, vti præcepit testatrix. Surd. *consil. 128. num. 21.* Rot. *decis. 162. num. 6. part. 1. recent.*

Nec subsistit, quod idem Cæsar teneatur etiam conferre creditum per Catbarinam matrem ipsi Cæsari, & sororibus de anno 1602. remissum, & condonatum, quoniam imò præceptum de conferendo, & accommunando loquitur dumtaxat de bonis donatis sub die 17. Decembris 1601. vt in sum. *num. 2.* Vnde solùm de contentis in dicto instrumento donationis, † quæ sigillatim expressit, non autem de 4
credito remisso, censeri debet, quod voluerit collationem fieri *arg. l. vnica, § fin autem, C. de caduc. tollend.* Surd. *consil. 466. num. 7.* Rota *decis. 627. num. 6. part. 2. recent.* præsertim, quia nomina † debitorum propriè 5
non veniunt appellatione bonorum, sed tertiam constituunt speciem. Oldrad. *consil. 219.* Lap. *alleg. 91. num. 9.* Socin. sen. *consil. 101. num. 6. lib. 1.*

Minùs obstat, quod D. Cæsar eligendo, & intentando actionem ex donatione, censeatur renunciasse actioni ex testamento, † adeò vt ad hanc redire non 6
sit ampliùs illi permissum, ex *l. serui electione, ff. de leg. 1.* Gabr. *de act. conclus. 1. in princ.* Quoniam cessare visum fuit obiectum ex eo, quod non probatur, Cæsarem de tempore electæ actionis ex stipulatu, seu donatione habuisse specificam scientiam hæreditatis sibi per matrem relictæ in testamento, & claram notitiam omnium qualitatum testamenti, ac signanter optionis sibi competentis agendi, vel ad bona donata, vel ad delatam hæreditatem, qua deficiente certa scientia, prima via dicitur electa per errorem, nec per electionem † istius dicitur renun- 7
ciatum alteri viæ, circa quam, cum ignoraret illam sibi competere, deliberare nusquam poterat, iuxta tradita per Bart. *in d. l. serui electione, num. 1.* Alexand. *num. 3.* Castr. *num. 3.* Iaf. *num. 6.* Rip. *num. 6. & 7. ff. de leg. 1.* Gabriel. *de act. conclus. 2. num. 4.* Menochius *consil. 533. num. 19.* vbi quòd deberet cohæres intimare testamentum. Rot. *decis. 95. num. 2. & decis. 151. num. 7. part. 1. recent. & in Vrbeuetana hæreditatis 14. Iunij 1623. & 22. Maij 1624. coram bon. memor. Patriarcha Mazanedo.* Imò non † viso, & ocularitet 8
perlecto testamento, Cæsar illi tacitè, aut expressè renunciare non potuit, obstante *l. de his, ff. de transact.* † quam locum etiam habere io renunciatione, tra- 9
duot post alios Peregr. *de fideicommiss. art. 52. num. 15. & 20.* Fusar. *de substit. quæst. 594. num. 1. & 20. ac 21.* Gratian. *discept. forens. cap. 299. num. 24.* Rot. *in Parmen. datij 23. Februarij 1602. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & latè in Meleuitana hæreditatis 5. Martij 1625. coram me.* Vltra quod, si D. Cæsar non poterat succedere, nisi facta collatione bonorum donatorum, putauit se rectè agere pro illorum consequutione, vt deinde in exequutionem præcepti testatricis accommunaret, neque adhuc integra, & dum electio actionis † ex donatione secum non tra- 10
xetat exequutionem, neque adhuc perfectè ius fuerat acquisitum Porfirio cohæredi, licitum fuit Cæsari variare, *l. apud Aufidium, ff. de opt. leg.* Rimin. iun. *consil. 693. num. 23.* Surd. *consil. 264. num. 33. & 34. & consil. 413. num. 18.* Bandellon. *consil. 23. num. 30.* Rot. *Bononien. decis. 107. num. 24. & 25.* Præsertim verò, quia actiones Cæsari competentes ortum habent ex diuersa † causa, quo casu per electionem 11
vnius, non censetur alteri renunciatum, & prior actio deseri potest, atque ad aliam haberi regressus, *l. quod in heredem, § eligere, ff. de tribut. act.* Crauett. *consil. 16. num. 9.* Gabriel. *de act. conclus. 2. num. 17.* Rot. *coram san. mem. Greg. XV. decis. 270. num. 2.*

Demum nec aduersatur, quod D. Cæsar sit debitor matris in pluribus pecuniarum summis, quoniam cum debitorum huiusmodi liquidatio pendeat à discus

à discussione administrationis ipsius Catharinæ matris, & ratiocinio tutelæ per ipsam gestæ, tam ante, qoam post transitum ad secunda vota, hinc meritò
12 hæc † exceptio, vti requirens altiorem indaginem, admitti non debet in hoc iudicio, adipiscendæ, ad retardandam immissionem, sed ad petitorium est reiicienda, Menoch. *de adipiscend. remed.* 4. *num.* 726. Rot. *decis.* 131. *num.* 9. *& decis.* 129. *num.* 1. *part.* 2. *recent. & coram san. mem. Gregor. XV. decis.* 194. *num.* 22. maximè, quia immissio petitur pro indiuiso; qua obtenta, poterunt postea hinc inde rationes debitorum, & creditorum subduci, expungi, atque putari,
13 & † locus Iudicio familiæ erciscundæ, iuxta tradita *in Romana Palatij dell'Aquila* 5. *Iunij* 1602. *coram bon. mem. Card. Sacrato.*

De bonorum autem identitate, pro quorum immissione agitur, visum fuit dominis non posse dubitari, quia Porfirius cohæres, adeundo hæreditatem matris, & adipiscendo illorum, tanquam hæreditariorum, possessionem, atque vti talia in inuenta-
14 rio describendo, fassus fuit illa esse hæreditaria, † & hinc remanet plene probata identitas ad effectum obtinendi immissionem contra Porfirium describentem dictum inuentarium, Bald. *cons.* 89. *num.* 3. *lib.* 1. Peregr. *de fideicomm. art.* 44. *num.* 5. *& consil.* 48. *num.* 5. *lib.* 1. Fusar. *de substit. quæst.* 618. *num.* 1. Rot. *decis.* 407. *num.* 1. *part.* 2. *recent. & coram san. mem. Gregor. XV. decis.* 575. *num.* 3.

Et ita vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. PIROVANO.

Reatina bonorum.

Die Veneris 5. *Nouembris* 1632.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius agens cõtra tertios possessores ad vindicationem bonorum fideicommisso subiectorum, quæ fuerunt alienata, ex causa dotis, quid probare teneatur. Confessiones, & assertiones, quando probent. Et non nulla circa *Authent. res qua, C. comm. de legat.* Sententiæ verba, quando sunt ambigua, à quo recipiant interpretationem.

SVMMARIVM.

1. *Bona subiecta fideicommisso, alienari possunt pro restitutione dotium descendentium testatoris.*
2. *Fideicommissarius agens contra tertios possessores ad vendicationem bonorum vinculatorum alienatorum, ex causa dotis, debet probare adesse bona libera.*
3. *Ex possessione, quis releuatur ab onere probandi.*
4. *Iudicij origo semper attendi solet ad cognoscendam qualitatem Actoris, & Rei.*
5. *Possessio attentata, non admittitur ad releuationem probationis.*
6. *Confessiones, & assertiones, si sint facta à personis informatis, & sint verisimiles, probant.*
7. *Priuilegium Auth. res qua, C. comm. de legat. est subsidiarium.*
8. *Actio negotiorum gestorum est personalis, & ad tertios non pertinet.*
9. *Priuilegium Auth. res qua, C. comm. de legat. semper intrat, quando agitur de restitutione dotis vxori testatoris, & num.* 12.
10. *Clausula, omni meliori modo, in fine libelli posita, sustinetur petitio, secundum verba, quæ congruentius, & vtilius exprimi debuissent, & potuissent.*
11. *Sententia verba, quando sunt ambigua, recipiunt interpretationem ab ipso libello, & petitione.*
13. *Protestatio remouet consensum ab actu futuro contrario.*
14. *Protestatio in quolibet actu debet repeti in iudicialibus, alias censetur ab ea recessum.*
15. *Sententia prodest tertio ratione connexitatis, & indiuiduitatis.*
16. *Procuratores nouos constituens, priores reuocare videtur.*

DECISIO LXXVIII.

RESolutum fuit sententiam A. C. & eu deputati ab eo esse confirmandam, quia ex deductis probatur iusta, & valida.

Et quoad iustitiam, non dubitarunt Domini de subsistentia fideicommissi Vincentij senioris de Cappellectis, nec de identitate bonorum, & signanter prædij del communale, & quod euenerit casus fideicommissi, ad fauorem Mansueti, & Fausti de Cappellectis, quia prædicta omnia firmata fuerunt in alia Reatina fideicommissi 11. Ianuarij 1617. coram D. meo Durano, rursus nec fuit hæsitatum, qoin bona eiusdem Vincentij potuerint alienari pro
restitutione dotium, † descendentium suorum, quan- 1
do bona libera, obligati, ad eamdem restitutionem deficiunt, sequendo dispositionem *Auth. res qua, C. commun. de legat.* & prout talia bona libera, non probari adesse, iam fuit firmatum in decisionibus causæ 31. Ianuarij 1629. & 5. Martij 1632. ex quo Cappellecti fideicommissarij agentes, ad vendicationem bonorum vinculatorum contra tertios pos-
sessores, alia superesse bona non probarunt † prout 2
tenebantur, secundùm veriorem in eisdem decisionibus firmatam, ex Curt. sen. *consil.* 27. *num.* 26. & aliis cumulatis per Gratian. *disceptat.* 331. *num.* 22. quam obligationem Cappellecti hodie euitare non possunt, ex eo, quod ipsi Auctore Prætore, possideant, non autem Missij, aot Ersilia mater Ioannis Antonij grauari, à qoo prætenditur factam fuisse assignationem prædij controuersi pro dote dictæ suæ
matris, propterea ex possessione † releuentur ab 3
onere probandi, ex eisdem rationibus, quæ pro possessore in eisdem decisionibus firmatæ fuerunt, quia
ad cognoscendam qualitatem † actoris, & rei sem- 4
per solet attendi origo iudicij. Mohed. *decis.* 5. *de iudic.* cum aliis allegatis *in Taruisina feudi* 16. *Decembris* 1622. *coram me*, in qua etsi ad relationem
† probationis non admittatur possessio attentata, 5
non tamen infertur, qood quælibet alia possessio sit apta ad mutandam qualitatem actoris, & rei, propterea cùm Cappellecti negare non possint qualitatem actoris, semper sustinent onus probandi affirmatiuam existentiæ bonorum liberorum, quam adhuc non probarunt, nec minùs inter bona libera possunt contendere extare censum scutorum mille, & in redditu scutorum 80. qui in decisione 5. Martij præteriti asserebatur contineri in donatione facta per Ioannem Antonium Petronium, Portiæ, & Ersiliæ de Petroniis eius neptibus, in causa dotis, & matrimonij contrahendi respectiuè cum Saluio, & Martino de Cappellectis. Cum tamen idem census

ſus fuerit creatus de anno 1582. tempore, quo patruus donator iam deceſſerit, quia etſi verum ſit, quod Ioannes Antonius viuens cenſum prædictum non emerit,& in hac parte error facti patens ſit,non tamen inter bona libera Saluij, erit admittendus, ſed de iuribus dotalibus Portiæ, & Erſiliæ,eſt iudicandus, quia in inſtrumento venditioois eiuſdem cenſus, quam fecit Syndicus, & procurator ciuitatis Ducalis, legitur facta aſſignatio Saluio Cappellecto ſtipulante pro Portia Pettonia de Cappellectis, vxore Martini ſupradicti, & pro Erſilia ipſius Saluij vxore, & aſſerente ducatos mille pro pretio erogatos eſſe de propriis pecuniis dotalibus dictarũ Portiæ,& Erſiliæ,& abinde citra cùm ageretur de extinctione cenſus,& idem de eodem pretio reinueſtiendo in nouo cenſu pecuniæ fuerunt ſolutæ per Adrianum vti Patrem Martini, & Saluij, & ſocerum Portiæ, & Erſiliæ, cum aſſertione, quod erant de propriis pecuniis earumdem Portiæ, & Erſiliæ,ipſi Adriano reſtitutis ab vniuerſitate, hominibus ciuitatis Ducalis per manus Syndici, & procuratoris illius vſque dum de anno 1591. vt in inſtrumento, quod datum fuit, communitas Reatis ſe redemit ab eodem cenſu conſignato pretio Adriano Patri, & Mutio patruo Saluij, & Martini reſpectiuè maritis
6 Portiæ,&Erſiliæ,quæ † confeſſiones,& aſſertiones, cùm factæ fuerint à perſonis informatis, & ſint veriſimiles, & compatibiles, cùm donatione Ioannis Antonij, ſemper probant. Salic. *in l. mater, num.*1. *C. de contrahend. empt.* qui loquitur de confeſſione inter virum, & vxorem. Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, num.*100. *C. de reuocand. donat.* & pluribus comprobat. Surd. *deciſ.*325. *num.*6. *& conſil.*489. *num.*20. *verſ. ſecunda coniectura.*

Supererat vnica difficultas Erſiliam nempe coram Vicario, non petiiſſet prædij controuerſi adiudicationem pro ſua dote quam Saluio ſuo viro conſignauerat, ſed pro dotibus,quas eadem Erſilia dixit ſoluiſſe Martiæ, & Virginiæ ſuis filiabus,animo repetendi à viro ſuo, pro quo credito dicebatur non
7 † competere priuilegium ſubſidiarum, *Auth. res quæ*
8 *C. commun. de legat.* ſed actionem negotiorum † geſtorum, quæ perſonalis eſt, & ad tertios non pertinet. Crem. *ſingul.*146. *Tu ſcis.* Camp. *de dote, part.*1. *quæſt.*8. Barboſ. *in l.*1. *num.*31. *ff. ſolut. matrim.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.*6. *gloſſ.*1. *part.*7. *num.*63.

Verùm in deciſione cauſæ 5. Martij præteriti fuit reſponſum in effectu Erſiliam petiiſſe dotem ſuam quam erogauerat in ſoluendis dotibus filiarum ſua-
9 rum, non autem proprium creditum, & pro † dotis propriæ recuperatione ſemper intrare priuilegium, *d. Auth. res quæ.* Seraph. *deciſ.*678. *num.*5. cum allegat. per Fuſar. *quæſt.*531. *num.*1. *& ſeqq.* & hodie hoc clariùs patet,ponderatis verbis libelli, & decreti Vicarij inde ſubſequuti.

Nam Erſilia in eodem libello narrauit de anno 1593. 24. Aprilis ſe obligaſſe ad fauorem Sauli Sauarelli, pro ſcutis 1200. pro dotanda Martia eius filia, illaque ſoluiſſe animo repetendi ab eius viro, qui bonam fidem recognouit,& de anno 1596. monialibus ſanctæ Claræ de Reate, ſoluiſſe ſcut. 300. pro dote ſpirituali Virginiæ etiam eius filiæ,& Ioannem Antonium filium ſemper obtuliſſe conſignare bona æquiualentia, pro dotibus prædictis, ideo inſtetit bona ſibi aſſignari ſtantibus ſupradictis obligationibus, & ſolutiooibus, & quodcunque decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & relaxari omni meliori modo, &c. Vnde cùm obligationes Saluij, & bonæ fidei recognitiones ſint fundatæ ſuper confeſſione eiuſdem, quod ſolutiones dotium filiarum factæ fuerint de pecuniis dotalibus Erſiliæ vxoris, pro quarum reſtitutione obligauit, & hypothecauit omnia bona ſua, inde petita conſignatio bonorum, vel erit intelligenda de parte dotis propriæ, peruentæ ad manus mariti, & conſumptæ in
dotandis filiabus, vel ob clauſulam † omni meliori 10
modo,in fine libelli poſitam, ſuſtinebitur petitio ſecundùm verba, quæ congruentiùs, & vtiliùs,exprimi debuiſſent,& potuiſſent. Bald. *in l. quoties, num.*3. *C. de hered. inſtit.* Socin. *cap.*2. *art.*13. *num.*2. *de libell. oblat.* Mantic. latiſſimè *de coniect. lib.*3. *tit.*14. *num.*11. Simon de Præt. *lib.*2. *interpret.*2. *dub.*1. *ſolut.*4. & ea eodem libello, ſeu petitiooe ſententia Vicarij recipere debet † interpretationem, dum decreuit, quod 11
bona conſignentur Erſiliæ pro dotibus, vt ſupra ſolutis, ſcilicet ex pecuniis dotalibus ipſius aſſecuratis, & hypothecatis ſuper dictis bonis, ſequendo gloſſ. *in cap. dudum, de decimis.* Creſcent. *deciſ.*6. *de ſent. & re iudic.* Rota *deciſ.*243. *num.*2. *part.*2. *recent.* Maximè quia, & idem decretum continet clauſolam,omni meliori modo, & fideicommiſſo allegato non obſtante,mandatum relaxauit,ſignum euidens,
quod intellexit de credito dotali inhærente † priui- 12
legio *Auth. res quæ*,non autem de alio, pro quo bona vinculata alienari non poſſunt.

Quò verò ad validitatem eiuſdem ſententiæ ex reuolutione actorum de ea ſufficienter conſtat.

Neque obſtat allegatus defectus iuriſdictionis ex eo, quod in locum primi iudicis per ſignaturam iuſtitiæ deputati, non potuerit per A. C. ſubrogari ſecundus, qui vltimo loco pronunciauit.

Quia ſemper fuit conſenſum in iuriſdictionem vltimi iudicis deputati, dum Iacinthus corona procuratorio nomine Fauſti, & Manſueti de Cappellectis in actis comparuit ſub 14.& 19. Nouembr. 1625. abſque iuriſdictionis declinatione, aut alia prote-
ſtatione, per quam eſſet † remotus conſenſus, ab 13
actu futuro contrario, prout neceſſarium erat. Dec. *in cap. cum M. Ferrarienſis, num.*98. & Ripa *num.*101. *de conſt.* Seraph. *deciſ.*859. *num.*5. nec ſufficeret facta proteſtatio in prima comparitione, ſed in qualibet
debuiſſet † eſſe repetita cùm verſemur in iudiciali- 14
bus. Put. *deciſ.*213. *lib.*2. *nou.* Seraph. *deciſ.*5[illegible]. *num.*3. 1057. *num.*2. & 1169. *num.*7. & nihilominus tam prima, quàm ſecunda,quæ dantur in ſummario additionali, nullam continent proteſtationem.

Non obſtat ſecunda nullitas oppoſita,ex defectu mandati,tam dicti Iacinthi comparentis pro Fauſto, & Manſueto, quàm Ioannis Dominici Martij comparentis pro Sauatellis, & Miſſoriis.

Quia quoad Iacinthum ceſſat obiectum ex inſtrumento mandati ſub die 23. Martij 1623. in publicam formam dati, & ſimiliter quoad Ioannem Dominicum datur in eodem ſummario additionali, inſtrumentum mandati de anno 1624. 30. Nouembris, cùm clauſulis ampliſſimis ad omnes, & ſingulas, ipſorum Sauatelli, & Erſiliæ conſtituentium cauſas ciuiles, tam motas, quàm mouendas.

Nec releuat, quod dictus Ioannes Dominicus ſit procurator in alia cauſa. In hac autem Melchiades Gualterium, vt ex inſtrumento dato in ſummario de Cappellectis num.14.

Quia verum eſt, quod Chriſtophorus, & alij de Sauerellis de anno 1622. 25. Octobris, conſtituerunt eorum procuratorem, Melchiadem Gualterium, ſed iidem, verum eſt, quod Chriſtophorus Sauarellus, & Erſilia Pettonia præuia reuocatione primi procuratoris, conſtituerunt dictum Ioannem Domini

Domini

Dominicum Martium eotum procuratorem de anno 1624. 30. Nouembris, & illimet in sententia A.C. nominantur tanquam necessarij defensores, & quamuis fratres Missorij constituerint eotum procuratorem eumdem Melchiadem de anno 1625.21. Maij, non autem Ioannem Dominicum, ex hoc tamen non infertur ad diuersitatem causæ, quia in eadem Missorij se defendebant, tanquam emptores, & possessores prædij controuersi, & Sauarelli, & alij litis consortes comparebant tanquam datores, & necessarij defensores, pro quorum interesse
15 principaliter sustinetur sententia, & † aliis, prodest ratione connexitatis, & indiuiduitatis, *l. si communem, ff. si seruit. vend.* Alexand. *in l. sæpe, num.* 48. *ff. de re iudic.* Sutd. *consil.* 190. *num.* 13. 231. *num.* 6. & similiter mandatum Francisci coronæ, qui per Faustum, & Mansuetum dicebatur constitutus procu-
16 rator expirauit, † per constitutionem Iacinthi coronæ, biennio post, ab eisdem deputati, *l. si quis, §. final. ff. de procurator. l. procuratoribus, C. eodem tit.* Ægid. *decis.* 529. Vant. *de nullit. sent. ex defectu mandati, num.* 163.

Demum non obstat tertia nullitas, ex defectu legitimæ citationis ad sententiam, quia supposito legitimo mandato Iacinthi, prout supra fuit probatum, citatio non deficit ad sententiam, quia Iacinthus verè fuit citatus, & de ea ex actis constat.

Et ita, &c.

R. P. D. MERLINO.

Bononien. successionis.

Die Lunæ 10. *Ianuarij* 1633.

ARGVMENTVM.

Limitatio in fine posita, referri debet ad omnia præcedentia, & totam dispositionem qualificat. Et agitur de limitatione posita in fine statuti Bononien. *lib.* 4. *de success. abintestat.* &c.

SVMMARIVM.

1. *Hæreditas defuncti diuiditur inter parentes, fratres, & sorores, exclusa omni differentia sexus.*
2. *Monterent. interpretatio ad statutum Bononien. lib. 4. de success. ab intestat. in verbo, exceptis, respuitur.*
3. *Relatio regulariter est facienda ad principalem dispositionem, & num.* 10.
4. *Et hoc maximè, si id suadeat motiuum eiusdem rationis.*
5. *Limitatio in fine posita, ad omnia, & singula præcedentia referri debet, & totam qualificat dispositionem.*
6. *Clausula in fine posita, perinde est, ac si singulis capitulis sigillatim esset apposita.*
7. *Clausulæ, & orationes per se stantes, solent inchoari grandiori charactere.*
8. *Statutorum vna pars, aliam declarat.*
9. *Ex difformi modo scribendi, difformis etiam sensus elicitur.*
11. *Soror ex vno latere tantùm coniuncta, quod esset melioris conditionis, quàm ex vtroque latere coniuncta, iniquum esset, & num.* 20.
12. *Et contra dictamen rationis naturalis, & iuris positiui.*
13. *Soror vtrinque coniuncta, participat de vtraque coniunctione.*
14. *Statutum, ita interpretandum est, vt ab eo iniquitatem arceamus, & ne à sapientibus possit iniquitatis redargui.*
15. *In statuto in dubio retinendus est ille intellectus, per quem reuertitur ad ius commune.*
16. *Statutum præferens masculos fœminis est correctorium iuris ciuilis, & sic est strictè interpretandum.*
17. *Statutum, quando redit ad dispositionem iuris communis, est latè interpretandum.*
18. *Statutum ad hæreditatem fratris admittens solum alium fratrem consanguineum, excludendo fratrem vterinum, non habet locũ in maternis bonis.*
19. *Castren. in auth. itaque num. 2. C. commun. de legat. & Brun. declarantur.*
10. *Renunciationes sunt strictissimi iuris, neque vllo modo sunt extendendæ, nec subintelligendæ personæ, quæ ibi ocularitèr non leguntur.*
21. *Clausulæ, quamuis amplissimæ appositæ in renunciationibus, non sunt extendendæ ad non nominatos.*
23. *Renunciatur faciliùs iuri de futuro, & incertæ spei, quàm iuri quæsito, & hæreditati delatæ.*
24. *Sententia, vt condemnet ad fructus, quid requiratur.*
25. *Iniustitia respectu fructuum, non infundit iniustitiam in totam sententiam.*
26. *Participium resoluitur in relatiuum, & in verbum sui temporis.*
27. *Adiectiuum adiunctum substantiuo, quid operetur.*
28. *Verbum, debitum, adiectum substantiuo, ita illud qualificat, vt semper intelligatur clausula quatenus de iure, & non aliter.*
29. *Verba etiam sunt impropriaanda, vt euitetur iniustitia sententiæ.*
30. *Interpretatio omnis est facienda pro iustitia sententiæ.*

DECISIO LXXIX.

DEcessit Georgius, cuius hæreditas solùm constabat ex bonis peregrinæ matris, cumque superstites essent Vlixes pater, Franciscus, & Alexander fratres, & Maria, ac Blancha sorores, Rota coram R. P. D. meo Dunozetto, pronunciauit D. Blancham admittendam esse ad quintam partem d. hæreditatis Georgij, iuxta dispositionem *Auth. defuncto, vers. sed si cum parentibus, C. ad Senatus consult. Tertull.* vbi, quòd in viriles partes diuiditur hære-
ditas † inter parentes, fratres, & sorores, exclusa 1
omni differentia sexus. Cum autem in gradu appellationis mihi fuisset commissa causa, hodie DD. sententiam Rotalem confirmandam esse dixerunt, illius enim iustitia innititur dispositioni *d. Auth. defuncto,* & benè iustificatur ex decisione eiusdem R. P. D. mei Dunozetti.

Nec obstare visa sunt statutum Bononien. lib. 4. de success. ab intestat. ascenden. & collat. & renunciatio Blanchæ, iterum ab informantibus pro Domino Comite Alexandro obiecta.

Statutum enim prædictum, potiùs suffragatur D. Blanchæ; quia postquam exclusit sorores extantibus fratribus, & ampliationes addidit, idem statutum tandem limitauit huiusmodi exclusionem, respectu bonorum maternorum, quę ad fratres defunctos peruenissent, & in his bonis mandauit seruari ius commune, & sic in tali casu admisit æqualiter sorores, cum fratribus.

Nec

Nec vllo modo tolerari poteſt interpretatio
2 † Monterentij ad dictum ſtatutum in verbo, *excep-*
ptis, dum exiſtimauit hanc limitationem non eſſe
referendam ad principalem diſpoſitionem ſtatuti,
excludentis ſorores, extantibus fratribus, ſed ſolùm
ad illam proximam ampliationem, in qua ſtatutum
prætulit fratres conſanguineos, vel vtrinque con-
iunctos, fratribus, & ſororibus vterinis, quoniam
hæc interpretatio repugnat regulis iuris, & rece-
ptiſſimis concluſionibus, & faceret ſtatutum ine-
ptum, ac iniquum.

3 Repugnat inquam regulis, cùm relatio † regula-
riter fieri debeat ad principalem diſpoſitionem, *l. fi-*
nal §. Titia, & *ibi* Bart. *num. 3. ff. de lib. leg.* Ruin. *con-*
ſil. 181. *num. 3. lib. 2.* Menoch. *conſil.* 334. *num. 1.* Surd.
conſil. 308. *num.* 47. *& conſil.* 450. *num.* 20. Bellon. iun.
conſil. 12. *num.* 72. Rota *deciſ.* 73. *num.* 1. *& deciſ.* 105.
4 *num. 9. part. 1. recent.* maximè † cùm id ſuadeat mo-
tiuum eiuſdem rationis, quæ in præſenti ſtatuto
magis etiam viget, & hæc limitatio referatur po-
tiùs ad principalem diſpoſitionem, quàm ad imme-
diatam ampliationem, ſicut inferiùs dicetur, quia
ſtante rationis identitate, ſeu maioritate, exceptio
prædicta, ſeu limitatio referri debet non ad vteri-
nos tantùm, de quibus in proxima, & immediata
ampliatione, ſed & ad vtrinque coniunctos, de qui-
bus fit mentio in principali diſpoſitione, *l. talis ſcri-*
ptura, §. fin ff. de leg. 1. Menoch. *d. conſil.* 334. *num.* 17.
Surd *conſil.* 565. *num.* 17. *& ſeqq.* qui loquitur in ter-
minis huius ſtatuti Bononien. de quo agitur, *& de-*
ciſ. 88. *num.* 13. Rota *deciſ.* 509 *num. 5. in fin. part.* 1.
recent. & tota ſtatuti diſpoſitio vna cum ampliatio-
nibus vnica periodo comprehenditur, & vnico ver-
bo regitur, nempe illo verbo, *præferantur*, &c. vnde
5 limitatio † in fine poſita ad omnia, & ſingula præ-
cedentia æquè referri debet, & totam qualificare
diſpoſitionem. Alex. *conſil.* 212. *num. 6. lib.* 6. Natta
conſil. 614. *num.* 2. Decian. *conſil.* 70. *num. 19. lib. 3.* vbi
6 quod † clauſula in fine poſita perinde eſt, ac ſi ſingu-
lis capitulis ſingillatim eſſet appoſita. Modern. Man-
tuan. *diſcept. forenſ. cap.* 147. *num.* 44.

Ex ipſaque ſtatuti ſtructura hoc idem euidentiùs
colligitur, quia illa limitatio eſt poſita, quaſi per
modum ſeparatæ orationis, grandiori charactere in-
choatæ, ibi, *Exceptis bonis*, &c. & tamen ſi hæc limi-
tatio referenda eſſet ad immediatam ampliationem,
de vterinis dumtaxat loquentem, continuaret ea-
dem oratio, eodemque minuto, & vniformi chara-
ctere fuiſſet exarata dicta limitatio, & proinde non
ſine miſterio ſtatutum vtitur in hac limitatione no-
7 uo, & grandiori charactere, quo clauſula, † & ora-
tiones de per ſe ſtantes ſolent inchoari, vt innuit
Specul. *in tit. de reſcript. lib. 2. §. 1. num. 5.* In alia au-
tem parte eiuſdem ſtatuti, nempe in §. aſcendenteſ-
que vbi etiam ponitur limitatio, ibi, *exceptis*, non
adhibetur ſolemnis, & grandior character, ſed idem
continuatur, ſignum, quod ibi limitatio tanquam
poſita continuatiuè in eadem oratione referenda
eſt, & connectenda cum immediata, & proxima diſ-
poſitione, dum verò in parte ſtatuti de qua agitur,
limitatio eſt poſita quaſi per modum nouæ oratio-
nis, & grandiori charactere inchoatur, benè argui-
tur non ad immediatam, ſed ad principalem vniuer-
ſam diſpoſitionem eſſe referendam dictam limita-
8 tionem, cum † vna pars ſtatuti, aliam declaret *l. 1.*
ff. de reb. dub. Socin. ſen. *conſil. 9. num. 8. lib. 3.* Ruin.
conſil 201. *num. 5. lib* 7. Surd. *conſil.* 53. *num.* 10. Hon-
9 ded. *conſil.* 8 *num. 32. lib. 2.* & ex difformi modo † ſcri-
bendi, difformis etiam cenſus ſtatuentium elicitur,
qui pariter confirmatur ex ſummario eiuſque ſta-
tuti, poſito ante principium, ex quo deſumitur,
quod hæc exceptio ſtat, principaliter, & ſic refertur
ad regulam principaliter † poſitam in ſtatuto, non 10
autem ad ampliationem de vterinis loquentem.

Ineptum etiam, imò & iniquum redderetur ſta-
tutum, ſi enim contigiſſet, quod Georgius ſororem
vterinam habuiſſet, atque etiam conſanguineam,
& vtrinque coniunctam, hoc caſu, ſi interpretatio-
nem Monterentij amplecteremur, ſoror vterina ſuc-
ceſſiſſet cum maſculis, excluſaque remaneret con-
ſanguinea, & vtrinque coiuncta, quo nihil eſſet ini-
quius, quia melioris foret † conditionis ſoror, quæ 11
vno dumtaxat latere eſſet coniuncta, quàm quæ
duobus, magiſque profuiſſet vnum vinculum, nem-
pe maternum, quam duo, ſcilicet maternum, & pa- 12
ternum contra † dictamen rationis naturalis, & iu-
ris poſitiui, de quo *in l. re coniuncti, §. præfertur, ff. de*
legat. 3. Auth. ceſſante, C. de legitim. hæred. l. diſcretum,
C. qui teſtamentum fac. poſſ. Surd. *conſil.* 31. *num. 6. &*
conſil. 173. *num.* 28. & in his ferè terminis benè Ce-
phal. *conſil.* 213. *num.* 57. Port. Imol. *conſil.* 10. *num.* 1.
& 2. & propterea ſi ſoror vterina, iuxta etiam opi-
nionem Monterentij, ſucceſſiſſet Georgio, multo
magis debet admitti ad ſucceſſionem etiam Blan-
cha, quæ reſpectu peregrinæ matris erat itidem ſo-
ror vterini Georgij, quemadmodum reſpectu Vli-
xis erat conſanguinea ſoror; vtrinque enim † con- 13
iuncta participat de vtraque coniunctione, vt dice-
bat Caſtr. *in Auth. itaque, num. 2. in fine, verſ. nec ob-*
ſtat, C. communia de ſucceſſ. quæ participatio de vtro-
que latere, & duplex coniunctio, potiùs debet fa-
cere meliorem conditionem ſororis vtrinque con-
iunctæ circa ſucceſſionem, non autem deteriorem,
vt compertum eſt in pluribus caſibus aliorum ſta-
tutorum. Et quidem ita interpretandum eſt hoc ſta-
tutum, vt ab eo iniquitatem † arceamus, & ne à ſa- 14
pientibus poſſit iniquitatis redargui, iuxta not. *in*
l. Saluius Ariſto, ff. de leg. præſtan. Roland. *conſil.* 72.
num. 42. lib. 3. Cephal. *conſil.* 765. *num.* 35. Rota *de-*
ciſ. 108. *num. 5. part. 1. diuerſ.* Eſtque in dubio † reti- 15
nendus ille intellectus, per quem reuertimur ad ius
commune, gloſſ. *in cap. ſtatutum, verbo, numerandum,*
de præb. in 6. Felin. *in cap. cum acceſſiſſent, num. 5. de*
conſtit. Surd. *deciſ.* 272. *num.* 34. Et quamuis ſtatu-
tum in principali diſpoſitione, dum præfert † ma- 16
ſculos fœminis, ſit correctorium iuris communis,
& ſic ſtrictè interpretandum, tamen in limitatione,
dum in bonis maternis mandat ſeruari æqualitatem
inter vtrumque ſexum, redit ad diſpoſitionem iuris
communis, & in hac parte latè venit interpretan- 17
dum. Felin. *in d. cap. cum acceſſiſſent, ſub num. 5. conſtit.*
Socin. iun. *conſil.* 24. *num. 16. lib.* 4. Menoch. *conſ.* 187.
num. 36. Rota apud Mohed. *deciſ. 1. num. 3. de ſucceſſ.*
ab inteſt. & in terminis huius ſtatuti Bononien. dixit
Rota *in Bononien. ſucceſſionis 9. Nouembr.* 1627. *&* 24.
Maij 1628. *coram R. P. D. meo Durano.*

Quibus etiam aſſequimur exemplum illud ab in-
formantibus pro D. Comite Alexandro propoſitum
potiùs retorqueri contra eumdem, ſcilicet, ſtatu-
tum ad hæreditatem fratris admittens † ſolùm alium 18
fratrem conſanguineum, excludendo fratrem vteri-
num, non habere locum in bonis maternis, vt per
Caſtrenſ. *in Auth. itaque, num. 3. C. communia de ſuc-*
ceſſ. & *ibid.* Corn. *num.* 1. & alij DD. latè Brun. *de ſta-*
tuto excluſiuo fœminarum, art. 8. quæſt. 15. num. 15. La-
derch. *conſil.* 57. *num. 7. verſ. quinimo caſus.* Peregrin.
conſil. 51. *num. 13. lib. 1.* Rota *coram bon. mem.* Car-
din. Caualerio *deciſ.* 50. *num.* 1. Quamuis, vt benè
obſeruant

19 obseruant Castr. † & Brun. *in locis præalleg.* id procedit ne resultet iniquitas, præm resultaret si ad bona materna in hæreditate fratris admitteretur frater consanguineus tantum, qui respectu illius matris est quasi extraneus, & frater vterinus in bonis propriæ matris excluderetur, & videtur ponderare etiam Peregr. *cons.* 51. *sub num.* 13. *lib.* 1. In præsenti autem casu
20 tota † iniquitas esset, vt supra dictum, si ad hæreditatem Georgij respectu bonorum maternorum admitteremus solam sororem vterinam, & excluderemus vtrinque coniunctam.

Circa verò renunciationem luculenter in decisione R.P.D mei Dunoxetti, fuerunt sublata omnia, quæ Dominæ Blanchæ aduersari videbantur, stant enim duo hæc inconcussa. Primum, quod in illius renunciatione facta quidem fuit mentio de hæreditate Francisci, & Alexandri, nunquam autem de hæreditate Georgij. Secundum, quod renunciatio-
21 nes † sunt strictissimi iuris, neque vllo modo sunt extendendæ, nec subintelligendæ personæ, quæ ibi ocularitet non leguntur, Becc. *cons.* 11. *num.* 31. Benirend. *decis.* 72. *num.* 8. Gabr. *cons.* 90. *num.* 39. *lib.* 1. Surd. *cons.* 431. *num.* 21. *&* 32. Gratian. *discept. forens cap.* 659. *num* 30. Rota *decis.* 96. *num.* 3. *part.* 1. *diuersor. & coram bon. mem. Cardinali Caualerio*, *decis.* 340. *num.* 1. *& in Bononien. Hæreditatis de Armis* 18. *Aprilis*, *&* 12. *Decembris* 1622. *coram me*, & clausulæ subsequentes, quamuis amplæ, cum sieur consecutiuè, & accessoriè ad hæreditates Francisci, & Alexandri, ad
22 illas † sunt referendæ, nec extendendæ ad hæreditatem Georgij, qui non est nominatus, iuxta glos. *in l. si patronus*, *verb. Fauiana*, *in fin. ff si quid in fraud. patron.* Gabriel. *de clausf. conclus.* 10. *num.* 1. Surd. *consil.* 453. *num.* 38.

Præsertim, quia dari potest vrgens ratio, cur potius voluerit renunciare futuræ hæreditati Alexandri, & Francisci viuentium, quam Georgij, qui etiam ante dictam renunciationem obierat, facilius enim
23 † solet renunciari iuri de futuro, & incertæ spei, quam iuri quæsito, & hæreditati delatæ, *l. fin. C. de acq. poss. l. autem*, *ff. quæ in fraud. cred.* Becc. *consil.* 56. *num.* 36. Surd. *cons.* 351. *num.* 38. qualis erat hæreditas Georgij.

24 Denique non obstat, quod sententia † condemnet ad fructus, & tamen non constet de requisitis, Castrens. *in l. vnica*, *C. de sent. quæ pro eo quod interest*, nec versemur in re fructifera. Quoniam, vltra quod hæc condemnatio fructuum est per capitulum se-
25 paratum, ibi, *insuper*, &c. Et ita † iniustitia respectu fructuum, non influit iniustitiam in totam sententiam, Abb. *in cap. cum dilectus num.* 3. *de caus. poss. & propr.* Roman. *cons.* 281. *num.* 2. Pur. *decis.* 315. *num.* 1. *lib.* 1. *in correct.* & fuit dictum *in Bononien. de Manzolis* 16. *Februarij* 1629. *coram Reuerendiss D. meo Decano.* Vere sententia non condemnat ad fructus, nec firmat positiuè aliquos fructus deberi, sed tantum condemnat ad fructus de iure debitos, quod ver-
26 bum, *debitos*, si consideretur tamquam † participium resoluitur in relatiuum, & in verbum sui temporis, ac si diceret, ad fructus, qui de iure debentur, & sic restringit, ac limitat condemnationem ad eos tantum fructus, qui de iure debentur, iuxta glos. *in clem.* 1. *verbo*, *dignitatibus*, *de præbend.* Alexand. *consil.* 119. *num.* 3. *lib.* 1. plene Surd. *consil.* 127. *num.* 46. 47. *&* 48. *& consil.* 135. *num.* 101. *& sequentib. & consil.* 311. *num.* 58. *ac consil.* 416. *num.* 22. *in fin. &* 23. Rot. *decis.* 70. *num.* 8. *part.* 1. *diuers.* Sique verbum, *debitos*, consideretur tamquam adiectiuum,
27 † itidem etiam restringit substantiuum, *fructus*, vt reus dicatur, condemnatus taxatiuè ad illos fructus, qui de iure debentur, & si qui debentur, ex trad. per Bero. *consil.* 159. *num.* 38. *lib.* 2. Menoch. *consil.* 1. *num* 194. Surd. *consil.* 135. *num.* 105. & meliùs *consil.* 36. *num.* 43. *&* 44. vbi post Alciat. & Cephal. firmat, adiectiuum hoc, *debitos*, † ita qualificare 28
substantiuum, cui adiicitur, vt super subintelligatur clausula, quatenus de iure, & non aliter. Quod & eo magis dicendum est in casu isto, quia expressè fuit addita dicta clausula, *de iure*, & quia hac † ratione euitamus iniustitiam in sententia, ad 29
quem effectum, verba etiam sint impropianda, & pro iustitia † sententiæ facienda est omnis inter- 30
pretatio, *l.* 2. *C. de offic. Iudic.* Surd. *consil.* 39. *num.* 7. Rota *decis.* 684. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* In quo sensu esse iustam, & sic esse intelligendam condemnationem factam in sententia Rotali, Domini censuerunt.

Et ita vtraque parte informante resolutū fuit, &c.

R. CARD. VBALDO.

Spoletana Fideicommissi.

Die Veneris 14. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Tractatur materia, quando substitutio secunda censeatur facta, cum eisdem conditionibus, quæ fuerunt appositæ in prima, licèt secunda videatur de per se distincta, & separata.

SVMMARIVM

1. *Substitutio pupillaris deficit, si filius decesserit post 14. annum.*
2. *Substitutiones plures, quando dicantur de per se perfectæ, & separatæ.*
3. *Dictionis, quo verò, natura est, repetere præcedentes qualitates, exceptis ijs, quibus aduersatur.*
4. *Conditio prioris substitutionis censetur repetita in secunda, quamuis secunda videatur de per se perfecta, & separata, & num.* 5.
6. *Et quando ista repetitio faciliùs censeatur inducta.*
7. *Aduersatiua dictio non inducit repetitionem, quando ambæ orationes, sunt de per se perfectæ.*
8. *Copulatiua dictio, stante diuersitate orationis, non est repetitiua.*
9. *Aduersatiua dictio, nedum, habet vim simplicis copulatiuæ, sed etiam coniunctiuæ.*
10. *Oratio præsumitur vnica, stante vnica coniunctione, quamuis qualibet oratio habeat suum particularem sensum.*
11. *Substitutio secunda non continet orationem perfectam, quamuis adsit verbum, substituit, si deficiat persona, cui fit substitutio.*
12. *Tempus in prima substitutione appositum, regulat etiam sequentem substitutionem, cui nullum tempus fuit adiectum.*
13. *Testator substituendo Monasterium, videtur illud substituisse fauore animæ.*
14. *Bald. in cons.* 232. *lib.* 5. *num.* 1. *declaratur, & quando intret, num.* 16.
15. *Dispositio generalis, quando deficit, tunc etiam euanescunt omnia eius accessoria.*
18. *Superfluitates potiùs sunt toleranda, quam admittenda fideicommissa.*

19. *Minor potest disponere de rebus suis, cum decreto iudicis, & auctoritate tutoris.*
20. *Et quando tale decretum non requiratur.*
21. *Superfluum illud non dicitur, quod aliquid etiam minimum operatur.*

DECISIO LXXX.

Decisio in hac causa facta sub die 19. Decembris 1631. [a] fuit hodie per DD. confirmata,
quia conditio illa, si Carolus decesserit intra 14. suæ
ætatis annum, licet solum sit apposita in substitutione de bonis stabilibus facta ad fauorem Augustini,
& aliorum, attameo ea censetur etiam repetita in secunda substitutione locorum Montium facta, ad fa-
1 uorem Monasterij, † quod proptetea admitti non
debet ad successionem, cùm Carolus obierit post 14.
annum, ad quod tempus solum erat restricta substitutio, iuxta reat. *in l. si quis ita, ff. de vulg.* Bart. *in l. si mater, §. 1. ff. eodem, cum alijs in d. decis. alleg.*

Neque obstat, quod repetitio supradictæ conditioois obitus Caroli in decimo quarto suæ ætatis
2 anno, excludatur in præsenti casu, ex quo † vtraque
substitutio sit de per se perfecta, & separata per verbum, *substituit.* Bart. *in l. iam hoc iure, § fin. num. 1. vers. sed puto contrarium, ff. de vulg.* Fusar. *de subst. quæst. 450. num. 3.* Honded *consil. 78. num. 28. lib. 1.* Peregr. *consil 30. num. 6. in fin. vers. nec obstat, lib. 3.* quia hoc non
procedit, quando secunda substitutio, quamuis facta diuersis persunis, & de diuersis rebus per suum
particulare verbum, *substituit*, fuit tameo facta per
3 dictionem illam aduersatiuam, † *quo verè*, de cuius
natura cum sit repetere præcedentes qualitates exceptis iis, quibus aduersatur, *l. Seia, §. Caio, ff. de fund. instruct.* Surd. *consil. 315. num. 2.* Menoch. *consil 72. num. 6.* inde sequitor, quod conditio prioris
substitutionis censeatur repetita in secunda, quamuis
secunda videatur de per se perfecta, & separata,
4 † vt in fortioribus terminis extat doctrina Bart. quæ
decidit casum in *l. in repeten. num 2. ff. de leg. 3. versic. pone quod testator*, admisit enim repetitiooem conditionis si sine filiis decesserit, per solum verbum,
item, ibi relinquo Titio centum; Item relinquo Sello fundũ; Item Sempronio domum, quæ dispositiones quamuis singulæ de per se stare posse videantur,
5 adhuc † tamen omnes pendere dicuntur à conditione posita primæ dispositioni, propter vim supradictæ aduersatiuæ, & hanc doctrinam Bart. sequotur,
Capr. Menoch. Paris. & alij *in decis. alleg.* & Castr. *consil. 122. num. 1. vers. sed his non obstantibus, lib. 2.* Mant. *de coniect. lib. 10. titul. 6. num. 17.* Peregr. *de fideic. art. 19. num. 93* & quidem repetitio eo facilius inducta cen-
6 seri debet in casu nostro, quia ea verisimili † voluntate, & mente testatoris respicit commodum, &
liberationem hæredis grauati, vt considerat Peregr. *vbi supra dicto num. 93.*

Non obstant Doctores in contrarium adducti,
7 quod aduersatiua † non inducat repetitionem, quando ambæ orationes sunt per se perfectæ, quis mouentur ea ratione, quod idem seruetur in aduersatiua, quod seruatur in copulatiua, in qua stante
8 † diuersitate orationis repetito excludatur, vt per
Ruin *cons. 167. num 6. lib. 1.* sed cum ista ratio non sub-
9 sistat, ea quo aduersatiua nedum habet vim † simplicis copulatiuæ, sed etiam coniunctiuæ, vt trad.
Alex. *in l. filius à patre num. 7. de liber. & posthum.* Natt. *cons. 570. sub num. 9.* Inde sequitur, quod stante dicta cooiunctione vnica præsumatur oratio simul iun-
10 cta, quamuis quælibet † oratio habeat suum particulare verbum, ea quo de per se stare posse videatur, & sic bene subsistunt tradita per Bart. *in d. l. in repetendis, cum alijs suprà alleg. & adduct. in decis. qua reuidetur.*

Sed cessat difficultas, quia secunda substitutio facta ad fauorem Monasterij, nullo modo dici potest, quod contineat orationem perfectam, quamuis
habeat verbum illud, † *substituit*, qoia deficit per- 11
sona cui fit substitutio, vt ex hoc imperfectionem considerat ipsemet Ruin. *contra decis. alleg. dicto consil. 176. num. 9. post med. versic. nam vtroque casu, lib. 2.* & cum de oecessitate sit in secunda substitutione supplenda, & subintelligenda persona Caroli, cui primo loco fuit facta substiturio, talis repetitio debet fieri cum ea conditione, quæ fuit apposita personæ eiusdem Caroli, si decederet intra 14. annum,
& sic istud tempus io prima substitutione † appo- 12
situm, regulat etiam subsequentem substitutionem, cui nullum fuit tempus adiunctum, Fusar. *de substit. quæst. 456. num. 4.* Rot. *diuers. decis. 490. part. 4. num. 7.*

Non obstat, quod testator substituendo Mona-
sterium videatur illud substituisse fauore † animæ, 13
cui cum expediat substitutionem fuisse factam sine vlla conditione, inde argui possit exclusio repetitionis supradictæ conditionis, si Carolus decesserit in 14. anno suæ ætatis, iuxta tradita per Bald. *in consil. 232. lib. 5. sub num. 1. vers. in contrarium videtur ve-
rum.* Placuit enim DD. responsio, qood Bald † po- 14
suit hanc conclusionem, ex diuersitate voluotatis testatoris, in Codicillis ordinata, nam ibi petium terræ, in testamento legatum, si heres decessisset sino filiis, & ante ætatem 20. annorum, fuit in Codicillis, de nouo relictum mediante noua dispositione, pro distribuendo in suffragium animæ testatoris, & ideo dicit ibi Bald. oon esse repetitam conditionem ætatis fauore animæ, quia ista est noua dispositio, noo applicatur igitur casu nostro, cons. Bald. cùm versemur in eadem dispositione testamentaria, quæ dispositio fuit etiam conseruata in Codicillis, per relationem ad testamentum, ibi, *come al detto testamento.* Ita vt non plus io referente, quam in relato contineatur, ooo obstante perpetuitate, in Codicillis apposita, qoia vt responderur io decisione, tunc locus erit perpetuitati ooetum si Carolus de-
cesserit intra 14. annum, cum omnia † sint accesso- 15
ria, ad conditionem positam io dispositione, Fusar. *de subst. quæst. 457. num. 4.* Peregr. *de fideicomm. art. 16. num 49. cum alijs in d. decis. alleg.*

Nec dicatur voluntatem testatoris, fuisse satis in eisdem Codicillis declaratam, quod non intendebat substitutioni factæ ad fauorem Monasterij, apponere supradictam conditionem, dum dixit, quod Carolus completo anno 14. suæ ætatis, remaneret in sua libertate disponendi de stabilibus, & quod ex hoc inferri possit, fuisse substitutum Mooasterium, sine vlla conditioue, in locis Montiom, stantibus sequen. verbis Codicilli, *Remanente la dispositione fatta delli luoghi de Monti, nelli quali substituisce il Monasterio di S. Matteo*, fuit enim per Domioos consideratum, & admissum, quod si in Codicillis non adessent alia verba, ista posset dici nooa substitutio, & ideo
intraret † dictum consil. Bald. 232. *lib. 5.* sed cum in 16
eisdem Codicillis addatur, *substituisce il Monasterio di S. Matteo, come nel detto testamento, & nel presente Codicillo, & senza pregiuditio delli scuti 50. lasciati in detto testamento à Maria sua sorella carnale.* Inde sequitur, per talem relationem testatoris voluntatem fuisse, vt disposita in testamento firma remanerent,
&

& huic dispositioni solum voluir adiungere aliqua alia oneta, quæ sortiantur eamdem naturam testamentariæ dispositionis, nempe, vt ea sint, pet Monasterium substiturum adimplen. in casu, quo fuisset factus locus illius substirutioni, per mortem Caroli, inita 14. annum, sic dicendum est telationem non solum fuisse respectu onerum, in testamento appositorum, sed respectu etiam ptincipalis dispositionis, quæ erat setuanda, cum oneribus appositis, tam in testamento, quam in Codicillis, vt clare hoc demonstrant suptadicta verba Codicillorum, *ferma remanente la dispositione fatta delli luoghi de Monti*, quæ
17 verba, vt dicitut † in decisione ostendunt confirmationem, & non immurationem dispositionis, quoad modum succedendi, ex cons. Dec. 362. *in princ. & per tot.* & cons. Betett. 74. *num.* 3. *& seqq.*

Non obstat, quod fuetit superflua licentia data à testatore, vt Carolus post pubertatem alienare posset bona stabilia, nisi ex verbis subsequentibus, *ferma remanente la dispositione de luoghi de Monti, come nel testamento*, inferatut quod voluntas testatoris, fuit vt de illis Carolus non posset aliquo tempote disponere tanquam fideicommisso subiectis, & si Carolus post pubettatem, quandocunque decederet, tollitur enim obiectum in decisione per tesponsionem, quod
18 potius sunt † tolerandæ superfluitates, quam admittenda fideicommissa, præsertim, cùm per informantes ostendatur dispositionem hanc testamentariam plures continere superfluitates. Vnde mirum non sit, si etiam in hae patte testator superfluus fuit, sed si res bene perpendatur, neque potest in suptadicta licentia alienandi bona stabilia post 14. annum completum, considerari absolutè superfluitas, quia licet in testamento substituto esset testricta ad tempus, si Carolus decederet intra 14. annum, & ideo post 14.
19 annum expirata substirutione, Carolus † posset de bonis sibi relictis libere disponete, cùm decreto iudicis, & auctoritate tutoris, *l. magis puto, ff. de rebus eorum*, attamen ex supradicta licentia Carolus temanebat liberatus à decreto iudicis, vt posset cum sola
20 † auctoritate Curatoris alienare, *l. fin. in fin. ff. de rebus eorum, l.* 3. *C. quando decreto opus non est*, Simoncell. *de decret. tit.* 6. *inspect* 11. *num.* 107. Giurb. *decis.* 69. *num.* 7.
21 Non † enim dicitur superfluum illud, quod aliquid etiam minimum operatur, Dec. *in l. cum quidam, n.* 1. *C. de instit. & substit.* Ceph. *cons.* 134. *num.* 19. Honded. *cons.* 8. *num.* 71. *& cons.* 60. *num.* 27. *lib.* 1.

Si verò cessat superfluitas in licentia alienandi bona stabilia, & quoad loca Montium testator voluit, vt dispositio testamentaria firma remaneret, dicendum est, quod intellexit, vt posset quidem post pubertatem, illa Carolus alienare, sed iuxta dispositionem iuris communis, eum super illis noluerit aliquid innoeare.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Redditionis Rationis Tutelæ.

Die Luna 14. Ianuary 1633.

ARGVMENTVM.

Testator, si aliquid indebitè soluat, quando pupillus debeat agere contra recipientem dictas pecunias indebitas, actione indebiti, & quando illam vertere possit contra tutorem indebite soluentem, tutoris factum, quando dicatur factum pupilli, & quando non.

SVMMARIVM.

1. *Tutor, si aliquid indebitè soluit, actio indebiti pupillo competens, non est dirigenda contra tutorem, sed aduersùs eum, qui pecunias pupillares accepit.*
2. *Tutoris factum reputatur factum pupilli.*
3. *Actio alicuius rei competit vero domino, non autem gerenti eius vicem.*
4. *Text. in l. indebitum, ff. de condict. indeb. habet locum, quando adest iusta ignorantia, & secus est dicendum quando non adest.*
5. *Tutoris factum tunc dicitur factum pupilli, cum rem pupilli vtiliter gerit, secus si rem eius iactet.*
6. *Indebitum, quando quis soluit, dicitur iactare.*
   Tutori non est à lege attributa potestas iactandi bona pupilli, ibid.
7. *Testibus in decernentibus proprium interesse de iure fides non adhibetur, & num.* 10.
8. *Testi vnico non creditur.*
9. *Testi vnico eo magis minus creditur, si deponat de auditu.*
10. *Tutori interdictum est à lege bona minorum compromittere, absque solemnitatibus statutarijs propter periculum alienationis.*
12. *Singula, quæ non prosunt, iuncta iuuant.*
13. *Adminicula imperfectam probationem validam, & perfectam reddere possunt.*
14. *Singula, quæ non prosunt, tunc iuncta iuuant, quando illa singula sunt in sua specie perfecta.*
15. *Erga tutorem confidentia testatoris debet esse circa vtilitatem minoris, & non vt iactet patrimonium.*
16. *Lite ea, quæ causam dederunt, non sunt attendenda.*
17. *Ignorantia iusta causa circumscripta, non est amplius locus l. cum indebitum ff. de condict. indeb.*

DECISIO LXXXI.

Sententia Rotalis [a] condemnat Cristophorum Atzuffum, filium Andreæ testamentarij tutotis Margaritæ, & Franciscę pupillatum filiarum Sanctis Fencij Macellarij, in summa scutorum 857. b. 65. reformando sententiam A.C. quę in maioti summa, nempe scutotum 1625. eumdem Christophorum condemnauerat, & cum hodie de validitare, & iustitia huius vltimæ sententiæ quæreretur, responsum fuit, sententiam Rotalem esse confirmandam.

Quæ validitas non controuertitur, & iustitia ex deductis in priotibus instantiis, bene probarut.

Concordarunt enim periti ab vtraque parte respectiuè electi, in subducendis rationibus tutelaribus, ptæterquam in aliquibus partitis ad debitum pupillarum, per tutorem positis, & illis teiectis, emanauit sententia A. C. iterum verò in iudicio appellationis ptæuiis decisionibus diligenter examinatis, vna fuit admissa, nempe partita mercedis tutoris scur. 814. b 50. & altera teformata, prout illa scutorum 86. pro lactucis, & radicibus, teducta ad tertiam pattem, reliquæ verò fuerunt rejectæ nempe scut. 21. 28. 100. 24. 17. 253. 127. ac demum illa scut. 725. vt prætendebat tutor, soluta socio, cum patte pupillarum in negotio Macelli.

Non obstat, quod hæc vltima partita scut. 725. non sit leuanda de computis datis per tutorem, cum sit sufficienter probata socieras in Macello, inter

patrem pupillarum, & Ioannem Antonium de Acu-
mulo, ac lucri possibilitas, & æstimatio per peri-
tos, & landum sequutum, quo casu dicebatur, actio-
nem indebiti, per tutorem soluti pupillis compe-
1 tentem non esse dirigendam contra † tutorem, sed
aduersùs illum, qui pecunias pupillares recepit, *l.
cum indebitum*, vbi glos. Bart. Castr. & alij, *ff. de con-
dict. indeb.* idem Bart. *in l. si procurator num.* 13. & An-
gel. *in princip. ff. eodem tit.* ea ratione, quia factum
2 † tutoris reputatur factum minoris, vt dicunt, glos.
in d. l. cum indebitum, in princip. & Alexand. *in d. l. si
3 procurator num.* 3. vt ideo actio competat vero † do-
mino, non autem gerenti vicem illius, ne officium
sit illi damnosum.

Quia, & si verba text. *in d. l. cum indebitum*, vi-
deantur indefinite prolata, ibi; *cum indebitum im-
puberis nomine, tutor numerauit, impuberis conditio
4 est*, attamen *glos. ibidem* declarando † textum restrin-
git dictum, si tamen iusta ignorantia dicatur soluis-
se, alioquin si sine iusta ignorantia, contrarium est
dicendum, & glossam sequuntur omnes, nempe,
5 Bart. Angel. Fulgos. Castrens. & Ias. asserentes † tunc
factum tutoris interpretari factum impuberis, cum
rem impuberis vtiliter gerit, non autem cum rem
eius iactat, *l. qui fundum, §. si tutor ff. de vsucap. pro
6 emptore*, sed soluendo † indebitum dicitur iactare,
l. cum de indebito, ff. de probat. ergo talis facultas tu-
tori non videtur à lege tributa contra pupilli vtili-
tatem, sequitur Crauett. per hanc rationem, *con-
sil.* 132. *num.* 14. & Escobar *de ratiocin. cap.* 23. *num.* 11.
& sequentib.

Difficultas igitur est in probanda iusta ignoran-
tia, atque ita iustificanda causa solutionis scut. 725.

Nam si prætendatur probatam esse societatem
inter patrem pupillarum, & Ioannem Antonium
de Acumulo, qui prius erat famulus in Macello, vt
pro iusta causa deseruire possit ad excusationem tu-
toris, cum deducatur tantum modo ex depositio-
ne duorum testium, quorum alter est ipse Ioannis
Antonius, qui pecunias recepit à tutore, & quie-
tantiam fecit tanquam creditor socialis, cui in con-
7 cernentibus † proprium interesse, fides de iure non
adhibetur, *cap. tuas. cap. nuper. cap. insuper, de testibus.*
Felin. *in d. cap. insuper num.* 6. Paris. *cons.* 27. *num.* 48.
lib. 1. Alter verò sit vnicus, & deponat de auditu à
8 multis Macellariis, vndique probatio deficit, † quia
vnico testi non creditur, *cap. veniens, cap. licet vniuer-
sis. de testibus, l. vbi numerus, ff. eod. tit.* Couarr *pract.
quæst. in* 33. *quæst. num.* 3. Rot. *decis.* 178. *num.* 3. *coram
9 Papa Gregor. XV.* & eo minus de auditu † deponen-
ti, *cap. licet ex quadam, de testib.* Caputaq. *decis.* 264.
num. 8. *part.* 2. Rot. *decis.* 379. *&* 570. *coram eodem Pa-
pa Gregor. XV.*

Si verò dicatur probatam esse societatem, & quā-
titatem lucri d. Ioanni Antonio debitam ex laudo
subsequuto, & hæc probatio peccat eodem morbo,
quia pro Iustificatione dantur depositiones eorum-
dem testium, nempe Ioannis Antonij interessati, &
patris propter indebitum, ad quod tenetur, alter
scilicet primus est vnicus, & de auditu à diuersis
Macellariis deponit, quod Iulianus, & Fasciolus
fuerunt electi ad terminandum varias differentias,
quæ ortæ fuerunt inter supradictum Ioannem An-
10 tonium, & hæredes Sanctis Fencij, sed quid † lauda-
uerint nihil deponit, & de summa arbitrata non est
standum dicto Ioannis Antonij interessati, Bald. *in l.
in omnibus num* 4. *C. de testib.* & quod peius est, si de
compromisso, & laudo constaret, tutori non suffra-
11 garetur tanquam † à lege interdicto, bona minorum
cōpromittere absque solemnitatibus statutariis pro-
pter periculum alienationis, Lap. *alleg.* 102. *num.* 3.
Paris. *cons.* 134. *num.* 15. *lib.* 4.

Non obstat, quod hæc probatio coadiuuetur præ-
sumptionibus, & coniecturis, nempe ex relatione
peritorum, difficultate probationis similium socie-
tatum, quæ solent sine scriptura fieri, ex confiden-
tia testatoris de tutore, ex depositione matris pu-
pillarum, ac demum quia debitum fuit relatum in
libro tutelari, & quietantia per documentum pu-
blicum sit probata.

Quia etiam si regula sit vera, quod quæ non
† prosunt singula, iuncta iuuant, gloss. *in cap. cum* 12
causam, de probat. & in cap. veniens il 1. *de testib.* &
adminicula imperfectam † probationem validam, 13
& perfectam reddere possunt, *l. instrumenta C. de pro-
bat.* Achill. *decis.* 1. *de confess.* attamen præsumptiones,
† & adminicula in sua specie debent esse perfecta, 14
Bald. *in l. spadonem, §. si ciuitatis, ff. de excus. tutor.* Dec.
in cap. cum causam num. 10. *de probat.* Gabriel. *de pro-
bat. conclus.* 1. *num.* 31. quæ tamen si singula ponde-
rentur, deficiunt; in substantia probationis, quia
relatio peritorum vnico teste, & de auditu proba-
tur, difficultas probationis magis grauat tutorem
reum, & non actorem. Confidentia testatoris ver-
satur circa † vtilitatem minorum, non autem vt ia- 15
ctet patrimonium, depositio matris nihil aliud di-
cit, quam quod Ioannes Antonius erat creditor de
quadam monetā, quod in effectu ab eadem sciri
non poterat, non redditis computis capsæ per Ioan-
nem Antonium, relatio † autem in libro tutelari, 16
& solutio dederunt causam liti, tanquam malè de-
scriptæ, & solutæ.

Ex quibus omnibus patet deficere in tutore iu-
stam causam credendi, testatorem esse debitorem
Ioannis Antonij, ad quem spectabat onus probandi
societatem, & ex societate lucrum, & certum credi-
tum, & inde partita libri tutelaris posset dici iustifi-
cata, & iusta † causa ignorantiæ circumscripta, vnde 17
locus non est dispositioni *supradictæ l. cum indebitum,
ff. de cond. indeb.* per supradicta.

Et ita, &c.

a Decisiones in hac causa coram bon. mem. Mormanno, sub diebus 25. Martij 1631 & 27 Iunij eiusdem anni, & 30. Ianuarij 1632. habes part 6. decis. 31. 60 & 90.

Et coram eodem R. P. D. Pirouano adsunt aliæ decisiones, nempe sub die 30. Maij 1633. & 16. Ianuarij 1634. part. 6.

R. P. D. MERLINO.

Clusina Hæreditatis.

Die Veneris 18. Februarij 1633.

ARGVMENTVM.

Testator, si vocauerit plures personas ad eius hæreditatem, quando censeatur eas vocasse in capita, & quando in stirpes. Filij diuersorum fratrum, quando succedant patruo in capita, & quo casu in stirpes, declaratur. Sententia non conformis libello, & rei petitæ est nulla.

SVMMARIVM

1. *Vocati, quando sunt plures ex vna parte, & vnus ex altera nominatus est nomine proprio, tunc sunt*

fiunt duæ partes hæreditatis, & tantum habet ille solus, quantum illi plures, & num. 2.

3. *Repræsentatio id operatur, vt filius assumat gradum succedendi, qui patri competebat, & omnia iura gradui cohærentia.*

4. *Vocatus, quando quis est ad partem, censetur regulariter ad dimidiam portionem vocatus.*

5. *Vocatio, & successio per stirpes, videtur rationabilior, quam per capita.*

6. *Filij diuersorum fratrum, quando sigillatim sunt hæredes instituti, proprijs nominibus expressis, tunc non in capita, sed virili portione singuli censentur ad successionem inuitati, & num. 7.*

8. *Institutioni facta pluribus hæredibus, si sit adiecta dictio, æque, seu pro æquali portione, & rata, eo casu successio distribuitur in viriles inter omnes vocatos.*

9. *Et hoc procedit, etiamsi vnus nomine proprio, alij vero collectiuo nomine vocati sint.*

10. *Testator præsumitur in dubio, se omnino voluisse conformare cum dispositione iuris communis.*

11. *Filij diuersorum fratrum præmortuorum succedunt patruo ab intestato in capita, non autem in stirpes, si cum alio patruo non concurrant.*

12. *Accurs. in Auth. Cessante, super verb. in stirpes, C. de legit. hæred. refutatur.*

13. *Text. in l. interdum. ff. de hæred. institut. declaratur, & alij DD. num. 14.*

15. *Ad successionem, quando plures in pari gradu existentes veniunt, tunc ipsi, proprio iure, & ex propria persona dicuntur succedere, & non repræsentatiuè.*

16. *Repræsentatio datur solum inter dispares in gradu.*

17. *Partis appellatione, licet regulariter non expressa certa portione intelligatur de dimidia, tamen secus est, si adiungatur adiectiuo, æqualis, & num. 18.*

19. *Clausula*, æqualiter, *tunc importat vocationem in capita, quando plures eodem verborum contextu sunt instituti æqualiter.*

20. *Clausula,* pro æqualibus portionibus, *qualiter sit intelligenda.*

21. *Sententia non conformis libello, & super non petitis lata est omnino nulla.*

22. *Sententia non conformis libello, est adeo nulla, quod etiam si ratificata sit, non valet.*

23. *Hæredes plures, quando sunt condemnandi ad aliquid faciendum, tunc non vnus tantum est insolidum condemnandus, sed omnes pro rata.*

DECISIO LXXXII.

Ciolus de Ciolis in testamento hæredes sibi scripsit nepotes ex duobus fratribus per hæc verba: *Instituo hæredes, &c. Alexandrum, & Persium fratrem illius, natum ex Petro de Ciolis fratre germano dicti testatoris ex vna parte, necnon etiam Augustinum de Ciolis natum ex Stephano similiter eius fratre germano pro æquali rata, & portione*, &c. Augustinus vigore d. testamenti per tres sententias conformes obtinuit immissionem in dimidia parte hæreditatis d. Cioli, & hodie causa in Rota introducta, Proposui dubium, an illæ sint exequendæ, & per Dominos negatiuè responsum fuit.

Quamuis enim domini non essent concordes, an in proposita facti specie nepotes succedere deberent Ciolo patruo in capita, & pro virili, an verò in stirpes, seu pro dimidia.

Aliqui enim existimabant successionem verè esse in duas partes diuidendam, & vnam partem assignandam esse Alexandro, & Persio, alteram verò
partem Augustino, quia quando vocati sunt plores ex vna parte, & vnus ex altera parte nomina-
tus est nomine proprio, † duæ fiunt partes, & tan- 1
tum habere debet iste solus, quantum illi plures,
apparet enim tunc de quadam sectione hæreditatis,
& videntur facta duo corpora, & duæ denominationes, iuxta dispositionem text. *in l. interdum in fin. ff. de hæred. instit. l. Titius fundi, ff. eodem. l. plane la prima, §. primo, ff. de leg. 2.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 17. num. 20. & 21.* Card. Mant. *de con. vltim. volunt. lib. 4. titul. 11. num. 6.* Laderch. *consil. 18. num. 1.* sique testator in capita vocare voluisset nepotes, in tres partes æquales hæreditatem secasset, & vnamquamque singulis viritim assignasset, sed duas tantum hic fecit partes, ponderando etiam quod illa verba, *ex vna parte*, sunt apposita duobus nepotibus Alexandro scilicet, & Persio, quos si in capita admisisset, non dixisset ex vna parte, sed ex duabus.

Ex quibus etiam deducitur, quod testator videtur nepotes considerasse tanquam repræsentantes eorum patrem, & sic in stirpes, qua posita repræsentatione, certum est duas fieri partes, nec atten-
di, quod ex vna parte duo extent, & ex alia vnus
tantum, nam † tantum habere debet iste vnus suc- 2
cedens in locum sui patris, quantum illi duo succe-
dentes pariter in locum patris, cum repræsentatio
id operetur, † vt filius assumat gradum succeden- 3
di, qui patri competebat, & omnia iura gradui cohærentia, & quæ competerent parentibus si viuerent *§. si igitur. Authent. de hæred. ab intest. venien. §. cum filius. Instit. de hæred. quæ ab intest. defert.* Menoch. *consil. 413. num. 39. & præsumpt. 95. num. 2. lib. 4.* cum aliis per Castill. *quotid. controuers. cap. 19. num. 8. & sequentib. per 3.* late Gabr. *consil. 1. per tot. lib. 2.* Dum-
que ad partem quis vocatur, † regulariter ad dimi- 4
diam portionem censetur vocatus, *l. nomen. §. portionis. ff. de verb. signif.* Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo partem, num 8. C. de reuocan. donat.* Decian. *consil. 41. num. 140. lib 1.* Card. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 2. num. 24.* Simon. de Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol. 388. num. 7.* Surd. *consil. 507. num. 1. & 508.*
num. 8. & vocatio, † ac successio per stirpes vide- 5
tur rationabilior, quam per capita, vt inquit Bald. *consil. 199. sub libro num. 4. lib. 3.* Rimin. iun. *cons. 526. num. 17.*

Alij verò ex dominis putabant, successionem de-
ferendam esse in capita. Tum quia singillatim † di- 6
cti nepotes instituti sunt hæredes non quidem nomine collectiuo nepotum, sed propriis nominibus
expressis, & vnicuique eorum distributis, vnde in
capita, † & pro virili portione singuli videntur ad 7
successionem inuitati, vt consuluit Bald. *consil. 243. lib. 2.* Corn. *cons. 72. num. 6. lib. 2.* Laderch. *cons. 18. n. 8.*
Tum etiam quia dictæ Institutioni † adiecta est di- 8
ctio, *æque*, seu *pro æquali rata, & portione*, quæ distribuit successionem in viriles inter omnes vocatos,
etiamsi nomine proprio, † alij verò collectiuo no- 9
mine vocati fuissent, vt ponderant Bart. Imol. & Castr. *in l. fin. & præsertim* Ias. *num. 4. C. de impuber. & alijs subst.* Corn. *cons. 75. num. 6. in fin. lib. 1.* Dec. *consil. 382. num. 2. & 597. num. 9.* Gabr. *cons. 130. num. 11. & 18. lib. 1.* Card. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 11. num. 6.* Laderch. *cons. 18. num. 2.* plene Giouag. *cons. 23. num. 1. & cons. 24. num. 11. & 12. lib. 1.* Fusar. *de substit. quæst. 477. num. 20.*

Quæ sententia eo magis illis dominis recipienda videbatur, quia, hac retenta, testator dicitur se

10 omnino conformasse † cum dispositione iuris com-
muois, prout in dubio ceoseri debet, ex Bart. *in l. Iurisiurandi*, *§. si liberi*, *ff. de oper. libert.* Alexand. *consil.* 15. *num.* 5. *lib.* 4. Aldobr. *consil.* 102. *num.* 2. *lib.* 1. de
11 iure enim communi filij diuersorum † fratrum præ-
mortuorum succedunt patruo ab intestato io capita, non in stirpes, quando cum alio patruo non concurrunt, itaut quot suot filij, tot sint partes,
12 prout, reiecta † Accursij opinione, & comprobata
Azonis sententia, cumulate docet post alios Thes. *decis.* 162. *num.* 2. & 3. quam Iuribus, rationibus, & congestis auctoritatibus docte defendit Cephal. *consil.* 341. *per tot.* D. Fachin. *controuers. Iur. cap.* 3. *per tot. lib.* 6. latissimè Castill. *quotidian. controuers. cap.* 19. *num* 81. Giouagn. *d. consil.* 23. *num.* 8. & sequuta fuit Rota *in decis.* 27. *per tot. part.* 1. *recent. & post modern.* Fotolioien. *de legitim. decis.* 24. *num.* 1. *& in Florentina fideicomm. de Gambijs* 9. *Iunij* 1627. *coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Neque daducta in cootrarium obstare videban-
13 tur, quia † text. *in l. interdum. ff. de hared. instit.* pro-
cedit, quando vnus ex nepotibus est vocatus nomine proprio, alij autem nomine collectiuo, & quando non est addita dictio, *aque*, aut alia claosula æquipolleus, & importans diuisionem in viriles, vt expressè habetur *in d. l. interdum in fine*, ibi, *qua detra-*
14 *cta*, & ita etiam loquuntur † DD. in prima sententia
adducti, quemadmodum bene declarat Giouagnon. *d. cons.* 23. *num.* 1. *& cons.* 24. *num.* 8. *ad* 12.

Quæ autem dicebantut de reptesentatione non
15 applicari putabant, quia quando plures † in pari
gradu existentes veniunt ad successionem, tunc ipsi, proprio iure, & ex sua propria persona dicuotur succedere, non autem repræsentatiuè, quæ repræ-
16 sentatio † datur solum inter dispares gradu, vt pu-
ta si nepotes vna cum partuo concurrant ad successionem alterius patrui, iuxta text. *in Authent. post fratres. C. de legit. hared. §. si igitur il* 2. *in fin. Authent. de hared. ab intest. ven.* quos textus apposite ponderat D. Fachin. *controuers. iur. d. cap.* 3. *versic quod autem ex nouella lib.* 6. *& sequentib.* Castill. *quotidian. con-*
17 *trouers. dict. cap.* 19. *num.* 83. partis † verò appella-
tio, quamuis regulariter non expressa certa portione intelligatur de dimidia, attamen quando iun-
18 gitur adiectiuo, † *aqualis*, noo pro dimidia, sed vi-
ritim omnes admittit, etiamsi vocatos sub nomine collectiuo, vt post Gabriel. *consil.* 130. *num.* 18. *&* 19. *lib.* 1. bene declarat Cost. *de portion. rat. pramiss.* 6. *num.* 7. *&* 8.

Sed Domini, qoi primam opinionem tuebantur,
19 respondebant † clausulam, *aqualiter, seu pro aquali*
portione, tunc importare vocationem in capita, & pro virili, quando pluses eodem verborum contextu sunt instituti æqualiter, vt puta si sit dictum, Titius, & filij Caij æque mihi hæredes sunto, secus verò dum non eodemmet verborum contextu facta est institutio, tunc enim Titius ex semisse, & filij Caij ex alio semisse intelliguntur instituti, vt post Castr. *in d. l. interdum*, & Dec. *consil.* 597. *num.* 9. declarat Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 11. *num.* 6. Fusar. *de substit. quast.* 477. *num.* 21. *&* 23. Rot. *decis.* 308. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* Et in tali casu
20 clausula, *pro aquis portionibus*, † intelligenda est
quoad corpora, non quoad personas, itaut Titius faciat vnum corpus, & filij Caij aliud corpus, quemadmodum intellexit Rota *decis.* 770. *num.* 2. *part.* 2. *diuers.*

Cæterum, quicquid sit in hoc articulo, qui aliam, & particularem disputationem postulat, domini nullitatem, & iniustitiam sententiarum, de quarum exequutione agitur, aliunde deducebant.

Nullitas ex eo desumitur, quia Augustinus in libello, Summario num. 4. petiit cohæredes condemnari ad soluendum prælegatum scut. 60. à Ciolo testatore sibi factum, & ad traden. medietatem bonorum mobilium eiusdem testatoris, narrans iam se immissum in possessionem dimidiæ hæreditaris, iudex verò pronunciauit Augustinum esse immitten. in possessione dimidiæ partis omnium bonorum relictorum in hæreditate Cioli, vt in Sum-
matio oum. 5. Vnde huiusmodi † sententia oon con- 21
formis libello, & super non petitis, est omnino nulla, *l. vt fundus, ff. com. diuid.* Ias. *in l. vinum, num.* 23. *ff. si cert. pet.* vbi, quòd iudex pronuocians, vltra petita in libello, dicitur fatuus, Felio. *in cap. licet Heli, num.* 18. *de Simon.* Alexand. *consil.* 17. *num.* 10. *lib.* 6. Ruin. *consil.* 62. *num.* 25. 22. *&* 26. *lib.* 5. vbi
quòd talis sententia, † etiam quod sit ratificata, non 22
valet, Surd. *consil.* 273. *num.* 11. Rota *in recent. decis.* 275. *num.* 7. *& decis.* 571. *num.* 4. *part.* 1. *& decis.* 307. *num.* 3. *part.* 2. & apud Ceoc. *de cens. decis.* 187. *num.* 6. *&* 7.

Iniustitia autem in dd. sententiis resultat ex eo, quod condemnatur solus Alexander ad dimittendam medietatem bonorum hæreditariorum, vna cum fructibus, & tamen Persius, etiam vna cum
Alexandro, erat institutus hæres, vnde solus Ale- 23
xander in solidum † noo erat condemnatus, sed vnusquisque pro virili, & portione hæreditaria tenebatur, iuxta text. *in l. pro hareditarijs*, & *ibi* glos. & DD. *C. de hared. act.* Bald. *consil.* 194. *lib.* 4. Gomes. *var. resolut. tom.* 2. *cap.* 19. *num.* 3. *&* 4. Surd. *consil.* 415. *num.* 14. Thes. iuo. *quast. forens. cap.* 67. *num.* 10. *lib.* 2. Rot. *coram sancta memoria Gregorio XV. decis.* 442. *num.* 3. *&* 5.

Et ita Petro, & fratribus de Ciolis tantum informañ resolutum fuit, &c.

R. P. D. COCCINO DECANO.

Romana Casalis de Caualeriis.

Die Luna 14. *Februarij* 1633.

ARGVMENTVM.

Dispositio captatoria, an valeat, & quæ dicatur.

SVMMARIVM.

1. *Sententia transitum facit in rem iudicatam, ob non interpositam appellationem intra tempus prafixum.*
2. *Restitutioni in integrum non est locus, quando clara est validitas, & iustitia sententia.*
3. *Sententia validitas redditur clara, ex reuolutione actorum.*
4. *Dispositio captatoria est à iure improbata.*
5. *Dispositio, quando dicatur captatoria.*
6. *Dispositio, si recipiat conseruationem agnationis, ideo tanquam facta ad bonum finem, & effectum, non censetur captatoria.*
7. *Ruin in cons.* 20. *num.* 10. *& seqq. lib.* 2. *declaratur.*
8. *Bonus finis, & effectus non suffragatur ad sustinendum actum à iure improbatum.*
9. *Captatoria voluntas, nec ad fauorem pia causa sustinetur*

10. *Bart.*

10. *Bart. opinio reijcitur.*
11. *Text. in cap. cum tibi, de testament. declaratur, & num 12.*

DECISIO LXXXIII.

Visum fuit Dominis constare de re iudicata,
non autem de causis restitutionis in integrum.
Ratio primi dicti fuit, quia cum sententia lata fuerit
sub die 17. Septembris, appellatio autem fuerit in-
terposita sub 12. Octobris, euidenter constat dictam
1 appellationem non † fuisse ioterpositam intra legi-
tima tempora, nempe intra decem dies, & conse-
quenter dictam sententiam transitum fecisse io iu-
dicatum *Auth. iudic, C. de appellat. cap. quoad consul-
tationem, de re iudic.* Ratio autem secundi dicti fuit,
2 † quia cum clara sit validitas, & iustitia eiusdem
sententiæ, non est locus restitutioni in integrum.
Rot. *decis. 1. de restit. in integr. decis. 132. num. 1. part. 1.
recent. & decis. 134. num. 1. post 2. volumen consil.* Fa-
rinac. & Add. *ad decis. 459. sub num. 11. san. mem Gre-*
3 *gorij.* Validitas † quidem redditur clara ex reuolu-
tione actorum, iuxta *vulgatam decis. 260. part. 2. apud
Verall.* Iustitia quoque est euidens ex decis. io hac
causa facta coram me sub die 25. Iunij superioris
anni, io qua fuit conclusum Octauio denegandam
esse immissionem vigore substitutionis olim factæ
per Bernardinum in suo testamento, cum dicta dis-
positio Bernardini ad fauorem filiorum Domitij
concepta sub cooditione quatenus Domitius simi-
lem substitutionem faceret ad fauorem filiorum
4 ipsius Bernardini, fuerit † captatoria, ideoque à iure
improbata ex latè deductis in eadem decis. quibus
addi possont Castill. *quotid. controuers. iur. part. 2.
cap. 6. num. 3. & 4.* vbi contra Castren. *in l. captato-
ria, ff. de legat. 1.* & infinitos illius Asseclas, quos ipse
Castill. enumerat ad finem, latè defendit solam
5 dispositionem, de qua in casu isto, † dici propriè
captatoriam, exclusis eis quæ in alienæ voluntatis
arbitriom, aut io alterius mentis secretum confe-
runtur, quas noo esse captatorias pluribus prosequi-
tur, cuius etiam opinionis fuit Antonius Faber *de
errorib. Pragmaticorum part. 5. decad. 51. error. ad med. 4.
vers. atque in eo primum, & error. 5.*

Nec obstat, quod dicta dispositio respiceret coo-
6 seruationem booorum in agnatiooe, † ideoqoe tan-
quam ad bonum finem, & effectum facta, noo cen-
seatur captoria, vt io puncto tenuit Ruio. *consil. 20.
num. 10. 11. & 12. lib. 2.* Quia vel opinio ista Ruio.
non est tuta, cum in contrarium expressè vrgeat
dispositio iuris, & commonis Doctorum opinio;
7 † vel intelligenda est, vt possit procedere, vbi quis
per viam liberæ dispositionis, ac per modum consi-
lij inuitat; non aotem, qoando per viam expressæ
conditionis coarctat, ac elicit alterius dispositio-
nem, sibi vel suis fauorabilem, vt ponderatum fuit
8 in dicta decisione. Bonus enim † finis, & effectus
non suffragatur ad sustinendum actum à iure im-
probatum, prout io his terminis constat quamplu-
9 res teouisse captatoriam voluotatem, neque † etiam
ad fauorem piæ causæ sustineri. Bald. *in l. captatorias,
num. 2. & 7. C. de milit. testam.* cum aliis quos enu-
merat Tiraquell. *de priuileg. pia caus. priuileg. 64. vers.
contrarium,* quibus addi possunt Castill. *controu. iur,
part. 2. cap. 5. num. 7.* & Antonius Faber *de error. Prag-
matic. part. 3. decad. 5. d. error. 4. ante medium, vers.
sicut, & fauore.*

Nec obstare videtur contraria opinio Bartoli,
10 † quem sequitur *in d. l. captatoria, num. 2. vers. vel quia
etiam, ff. de leg. 1.* & alij latiùs eoumerati per eum-
dem Tiraquell. *de priuileg. pia causa, d. priuileg. 64.
in princip.* quia Bart. fundat sententiam suam in text.
cap. cum tibi, de testam. in cuius intellectu hallucina-
tum fuisse Bartolum, reprobata eiusdem Bartoli
opinioöe, apertè profitetur Bald. *in d. l. captatorias, d.
num. 2. & 7. C. de militar. testam.* ea demum ratio-
ne, † quia text. *in d. cap. cum tibi,* loqoitur de com- 11
missione distributoria, non autem de voluntate
dispositoria, itaut ad captatoriam dispositionem
nullatenus trahi possit Castill. & Faber *locis præcita-
tis*, à cuius quidem † textus congrua interpretatio- 12
ne articuli istius admodum obscuri resolutionem
pendere fatetur ipsemet Tiraquell. *dict. priuileg. 64.
in fin.*

Et ita conclusum vnica taotùm parte informau-
re, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Spoletana fideicommissi.

Die Lunæ 14. Februarij 1633.

ARGVMENTVM.

Testator ex quibus præsumatur vocasse etiam fœminas ad fideicommissum. Monasterium ex persona professi succedere volens ad bona fideicommisso subiecta, quando excludatur. Monasterium non habetur loco filij veri, sed ficti.

SVMMARIVM.

1. *Heredum, & successorum sanguinis appellatione veniunt omnes in infinitum.*
2. *Heredis nomen non minùs fœminis conuenit, quàm masculis.*
   Heredis nomen est commune, tam maribus, quàm fœminis, ibid.
3. *Clausula,* si sine filiis, *potest etiam adaptari fœminis.*
4. *Nepus ex filio facit deficere conditionem, si sine filijs, &c.*
5. *Masculinum concipit fœmininum in vltimis voluntatibus, dummodò non sit habita ratio conseruandæ agnationis, & num. 7.*
6. *Agnatio per fœminas non potest conseruari.*
8. *Agnationis conseruandæ ratio, non censetur habita à testatore, dum deficientibus heredibus, expressè substituit fœminas.*
9. *Dictio,* omnis, *neminem excludit.*
10. *Dictio,* omnis, *ita comprehendit omnia, ac si de singulis facta esset expressa mentio.*
11. *Dictio,* omnis, *prædicatur de pluribus, quàm de duobus.*
12. *Dictio,* vt suprà, *est repetitiua omnium præcedentium, cum suis qualitatibus, & temporibus, & num. 13.*
14. *Testator, quoties ordinauit, quod eueniente casu substitutionis, certa pars bonorum deueniat ad causam piam, tunc Monasterium excluditur.*
15. *Confraternitas est causa pia, si sit congregatio personarum instituta ad exercitium pietatis.*
16. *Testator, quando vsus est verbis denotantibus veram filiationem, & non fictam, tunc loco filij non venit Monasterium.*

17. *Menasterium dicitur fel m filius , per fictionem.*
18. *Monasterium non potest dici filius verè , & naturaliter natus ex corpore instituti , nec filius legitimus , & naturalis.*
19. *Testatoris verba verè,& naturaliter,non autem fictè sunt intelligenda.*

DECISIO LXXXIV.

IVlius Cæsar Rosatos facto fideicommisso ad fa-
uorem filiorum masculorum ,& eorum hæredum
in casum, io quem eius filij , & hæredes decederent
sine filiis legitimis , & naturalibus ex se natis , in
medietate hæreditatis substituit filias fœminas , &
earum hæredes , & successores in stirpem , in altera
verò medietate residui , & sic quarta totios hæredi-
tatis filios , & hæredes masculos q. Terentij fratris,
& eorum hæredes , & successores , & in reliqua
parte , hoc est alia quarta,Vener. Confraternitatem
saoctissimi Corporis Christi Tertæ Vissi. Decesse-
runt omnes hætedes masculi testatoris , ac demum
Daria,& Flauia professæ in Monasterio sanctæ Mat-
garitæ de Vrbe , per quarum obitum finita etiam
linea fœminarum , DD. censuerunt purificatum fi-
deicommissum ad fauorem Confraternitatis , &
consortum.

De existentia fideicommissi realis , perpetoi , &
absoluti, nedum fauore vocatorum , sed etiam, sub-
stiturorum , & sic ad fauorem Confraternitatis &
consortum , dubitari non potest,quia ex lectura tam
testamenti , quàm codicillorum , satis,superque ap-
paret testatorem voluisse constituere fideicommis-
sum perpetuum,vt propterea omnes vocati teneantur
per fideicommissum alteri restiruere, donec hæ-
reditas perueniat ad vltimum substitutum,cum con-
ditio , si sine filiis , fuerit adiecta non solùm primis
hæredibus,sed etiam vlteriotibus,& eorumdem hæ-
redum successoribus,vt fuit tesolutum *coram R.P.D.
meo Vbaldo* 27.*Nouembr*.1628. [a] *&* 30.*Aprilis* 1629.
[b] *in decisionibus in hac causa factis.*

Vocationem verò dictarum monialium , desum-
pserunt DD. non solùm ex verbis testamenti, & co-
dicillorum , in quibus testator non solùm vocauit
filios priori loco, sed etiam eorum hæredes , & suc-
cessores , quorum appellatione venire descenden-
tes, & successores sanguinis,& in eis inductum fuis-
se fideicommissum descensiuum , firmauit Rot. in
supradictis decisionibus coram R. P. D. meo Vbal-
1 do , cum † hæredum , & successorum sanguinis ap-
pellatione veniant omnes in infinitum , vt in specie
notat Eugen. *consil*.21. *num*.21. *& seqq.lib*.2. mentio
eoim , & nomen hæredis non minùs fœminis con-
2 uenit, quàm masculis,† tanquam communis ad ma-
res,& fœminas. Alexand. *consil*.140. *num*.22. *& seqq.*
Et in indiuiduo de Daria,& Flauia,dixit Rota in hac
causa 7.Nouembr.1629.coram me ad fin. *vers. Quod
autem Daria.* Sed etiam ex conditione , & clausula,
3 *Si sine filys* , † quæ potest etiam conuenire filiabus
Herculis licèt fœminis, siquidem attentis verbis te-
stamenti,ibi , *Voluit, & mandauit , quod si quis dicto-
rum eius filiorum tam natorum , quàm posthumorum mo-
reretur , quandocumque in pupillari ætate , vel postea
quandocumque sine filys legitimis , & naturalibus ex se
natis , succedat vnus alteri,& alter alteri, & eorum ha-
redes , & successores in stirpem in omnibus & per omnia,
& sine aliqua diminutione* , &c. apparet fœminas de-
scendentes, ex vocatis in defectum masculorum esse
admittendas ad hæreditatem , cum vt fuit firmatum
in d. decisione 7. Nouembris 1629.in hac causa co-
ram me facta , neptis † ex filio faciat deficere con- 4
ditionem , si institutus decesserit sine filiis , ex regu-
la,quod in fideicommissis , & vltimis voluntatibus,
masculinum concipit † fœmininum,dummodo non 5
fuerit habita ratio conseruandæ agnationis , quæ
non potest † conseruari per fœminam , *l. pronuncia-* 6
tio , in fin. ff. de verb. signif. ibi, *Mulier autem familia
sua,& caput , & finis est,l. familia , in fin.* ibi, *quia qui
nascuntur patris , non matris familiam sequuntur,eodem
tit.* Nec de contraria mente testatoris appareat , *l.*1.
C. de condition. insert.ibi,*nisi alia defuncti voluntas eui-
denter probetur , l. si plures,ff. de vulgar. & pupillar*.ibi,
nisi fortè alia † fuerit mens testatoris , quod vix creden- 7
*dum est,nisi euidenter fuerit expressa,l.libertas qua,§.vlt.
ff. de manumiss. testam.* ibi , *nisi aliud sensisse patremfa-
milias, manifestissimis rationibus,is à quo libertas relicta
est , probauerit, l.nuptura , ff. de iur. dot.* ibi,*nisi euiden-
tissimè contrarium probetur* , quæ militant in præsenti,
cum ex supradictis verbis non constet de contraria
mente testatoris in præiudicium fœminarum , ne-
que fuerit habita † ratio conseruandæ agnationis, 8
dum deficientibus hæredibus , & sic linea descen-
dentium fideicommittentis , expresse substituit fœ-
minas , & Confraternitatem penitus extraneam.
Comprobatur etiam talis vocatio , attentis verbis
codicillis ,ibi, *& eorum heredes , & successores filios ex
eis descendentes* , &c. cum vigore substitutioois suc-
cesserint supradictæ moniales , & ex relatis verbis
pariter ponderatis io allegata decisione 7. Nouem-
bris , apparet reciprocam substitutiooem compre-
hendere omnes descendentes ex filiis substitutis.

Supradicta tanto magis procedunt ponderando
verba , quibus vsus est testator , cum ex eis declare-
tur ipsius mens , nam verba illa , *Etsi omnes dicti eius
filij,& heredes , decederent*,vt suprà, tanquam vniuer-
salia sont apta comprehendere etiam filias positas
in conditione , quia illa dictio vniuersalis , † *Omnes*, 9
neminem excludit, *l.* 1. *ff. de leg*.1. & idem operatur,
ac si de singulis esset facta expressio † specialis.Bart. 10
*in l.*2.*ff.de nouation.* Aymon *consil*.308.*num*.6.Cephal.
consil.156. *num*.22. & si referretur ad institutos tan-
tùm , esset contra naturam verbi , *Omnes* , † quod 11
prædicatur de pluribus , quàm de duobus , *l. non di-
stinguimus , §. si plures ff.de arbitr.* Innoc. *in cap. quia
propter , num*.5. *de elect.* Item addidit , vt verbum, vt 12
supra , † quod est repetitiuum omnium præceden-
tium cum suis qualitatibus, & temporibus. Roland.
consil.56.*num*.25.*lib*.3. Surd. *consil*.421.*num*.16. Rota
in Romana dotis 7. *Februarij* 1624. *coram R. P. D. meo
Merlino* ; ita vt eodem modo censeatur intellexisse
de filiis , & hæredibus in conditione , quo in dispo-
sitione præcedenti. Et quemadmodum in substitu-
tione præcedenti , illius conditio , non legitur limi-
tata ad tempus mortis personarum primi gradus,sed
est indeterminatè relata ad tempus mortis omnium
hæredum , & successorum , vt fuit resolutum in de-
cisionibus factis coram R. P. D.meo Vbaldo,ita in-
telligi † debet vltima substitutio , vt scilicet refera- 13
tur ad mortem omnium successorum cuiuscunque
gradus. Si igitur ex supradictis apparet , testatorem
supra apposuisse conditionem,si sine filiis legitimis,
& naturalibus ex se natis , sob eadem conditione
dicendum est etiam grauasse omnes , & sic etiam
dictas Duriam , & Flauiam mooiales in fideicom-
misso comprehensas.

Nec dicatur , quod supradictæ successerint solùm
tanquam filiæ positæ in conditione , non autem vti
grauatæ , quia dum testator dixit , quod si omnes
filij , & hæredes decederent, &c. deindeque dixerit,
si

si autem omnes d. eius filij masculi, & fœminæ decederent, vt supra, &c. omnes vocauit, & omnes eodem modo grauauit, si decederent fine filiis, & eodem modo quo istæ neptes, tanquam in conditione positæ, & vocatæ, excluserunt, substitutos post mortem Iulij Cæsaris vltimi grauati, eodem etiam modo videntur grauatæ in casu, quo & ipsæ decederent fine filiis, ne sint melioris conditionis, quàm ipse Iulius Cæsar, qui primo loco successerat illis exclusis, illarum enim existentia, potuit quidem vocationem substitutorum suspendere, non autem facere deficere, ex iisdem rationibus, ex quibus nec existentia Iulij Cæsaris fecerat expirare substitutionem, etiamsi vocationem substitutorum suspenderit, donec vixit.

Præmissis non obstat, quod in codicillis eiusdem testatoris habeatur mentio de masculis, ita vt scriptura testamenti debeat recipere interpretationem exclusiuam fœminarum; quia ex lectura eorumdem codicillorum non constat de exclusione fœminarum; nam quamuis qualitas masculinitatis sit adiecta filiis, ac nepotibus, ita vt illis existentibus excludantur fœminæ, non tamen vltra processit testator ad exclusionem fœminarum, & extraneorum, illis deficientibus. Quinimò, vt supra dictum fuit, illas expressè vocauit sub nomine filiorum, & existentia masculorum non in perpetuum exclusit fœminas, sed ad tempus, vt primò succedant masculi, & deinde fœminæ.

Non obstat, quod Monasterium S. Margaritæ, in quo dictæ Daria, & Flauia professionem emiserunt, prætendat succedere ab intestato in bonis dicto fideicommisso subiectis; quia stante fideicommisso, & clara substitutione ad fauorem Confraternitatis, & litis consortum, Monasterium remanet exclusum; & licet in alia decisione coram me, dicatur Monasterium esse admittendum, tamen hoc debet intelligi, durante vita fœminarum, post quarum obitum expirauit ius Monasterij, propter purificationem dicti fideicommissi ad fauorem prædictæ Con-
14 fraternitatis. Quoties enim † testator ordinauit, quod eueniente casu substitutionis, certa pars bonorum perueniat ad piam causam, tunc Monasterium excluditur. Curt. iun. *consil.* 187. *num.* 83. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 83. *num.* 51. Fusar. *de substitut. quæst.* 429. *num.* 41. nec videtur posse dubitari, quin
15 † Confraternitas sit causa pia, cum sit congregatio personarum instituta ad exercitium pietatis, vt dictum fuit *in Bergomen. Cappellania* 18. *Maij* 1629. *coram R. P. D. meo Merlino*; & in Ecclesia de consensu Episcopi, Gabr. *consil.* 161. *num.* 7. *lib.* 1. Fusch. *de visit. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 4. *&* 5. Gabr. *de pia caus. conclus.* 1. *num.* 22. *& seqq.*

Supradictis accedit, quod testator vsus fuit ver-
16 bis denotantibus † veram filiationem, non fictam, ex quo vocauit filios legitimos, & naturales ex se natos, tam in testamento, quàm in codicillis, quæ qualitas non potest adaptari Monasterio, quod so-
17 lùm † dicitur filius per fictionem. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 28. *num.* 78. *& seqq.* Rustia. *in l. cum auo, lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 44. *& seqq. ff. de condit. & demonstr.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 7. *num.* 7. Couat. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 6. latè Fusar.
18 *d. quæst.* 419. *num.* 27. *& seqq.* cum verè, & † naturaliter non possit dici filius ex suo corpore natus, nec filius legitimus, & naturalis, & verba testatoris sunt intelligenda verè, & naturaliter, non autem fictè, *l. fideicommissum, ff. de cond. & demonstr.*

Et ita fuit resolutum vtraq; parte informante, &c.

a Prima est decis. 116. *b* & 2. est 169. part. 5. recent.

Adsunt aliæ decisiones in hac causa, idest, sub die 30. Maij 1633. coram eodem R. P. D. Ghislerio. & sub die 4. Decembris 1634. coram R. P. D. Merlino. part. 6.

R. P. D. VEROSPIO.

Praten. seu nullius Parochialis.

Die Veneris 11. *Martij* 1633.

ARGVMENTVM.

Testamentum carens numero septem testium est inualidum, cum dictus numerus non tantùm pro solemnitate, & probatione requiratur, sed pro forma. Testamenti solemnitas, vt remittatur tempore pestis quid sit necesse. In testamento, vel codicillis nemo potest sibi ipsi adscribere legatum sub pœna l. Corneliæ de fals.

SVMMARIVM.

1. *Clausula conditionem inferentes pleniorem probationem requirunt.*
2. *Testamentum, quod caret legitimo numero testium, ostendere non potest, quæ fuerit testatoris voluntas.*
3. *Testium legitimus numerus in testamento non ad solam solemnitatem, aut probationem, sed pro forma requiritur.*
4. *Testamenti solemnitas, & numerus testium in eo requisitus, propter instantem necessitatem calamitosi temporis pestis, censetur remissus.*
5. *Testamenti solemnitas, vt dicatur remissa propter pestem, quid requiratur.*
6. *in Testamentis factis tempore pestis, vt remittatur legitimus numerus testium quid sit necesse.*
7. *Testamentum tempore pestis factum vt valeat, numerus testium non debet esse minor quinque secundùm veriorem, & magis æquam sententiam, num.* 8.
9. *Testamentum factum coram Parocho, & duobus testibus valet, secundùm text. in cap. cum esses, de testam.*
10. *Textus in cap. cum esses, de testam. vt locum habeat plura requiruntur, remissiuè.*
11. *in Testamento, vel codicillis nemo potest sibi ipsi legatum adscribere prohibente hoc Senatus consult. Liboniano.*
12. *Legatum sibi adscribens in testamento vel codicillis tenetur pœna l. Cornelia de Falsis, tamen effugiet, si patiatur reijci dictum legatum.*
13. *Legatum potest quis sibi adscribere in testamento nuncupatiuo, & quare, num.* 14. *&* 15.
16. *Iuspatronatus non potest alicui relinqui titulo particulari sine confirmatione ordinarij.*
17. *Iurispatronatus alienationi, vt Episcopus per Vicarium censensisse dicatur constare in primis debet speciali mandato.*
18. *Clausula, si & in quantum, quæ sit virtus.*
19. *Confirmationis natura est, vt semper illa intelligatur facta sine alterius præiudicio.*
20. *Rot. decis.* 17. *de Iurepatron. in antiq. declaratur,* &

& de veritate conclusionis in ea firmata dubitatur, *num.* 21.

22. *Hæres impugnare non potest factum defuncti.*

DECISIO LXXXV.

DVbitaui in hac causa, an esset iustificata gra-
tia collationis Apostolicæ, quam obtinuerat
Paulus Cyprianus, vna cum derogatione medieta-
tis vocum de hoc beneficio, quod dicitur esse de Iu-
repatronatus laicorum, postquam ad idem benefi-
cium præsentatus fuerat à Ioanne Cypriano, &
Thoma de Medices, & cum in dubio, quod propo-
sui 19. Ianuarij præteriti, Domini restringendo dif-
ficultatem mandassent, vt strictè informaretur su-
per pertinentia vocum, quas dicebantur habere
Ioannes, & Thomas; proposito hodie iterum du-
bio, contra Paulum responderunt, quod scilicet
illius gratia non esset iustificata. Nam quantum ad
vocem, & ius Ioannis super hoc patronatu illam
deducebat Paulus ab eo præsentatus ex legato eius-
dem vocis facto ipsi Ioanni à q. Bertino de Guar-
dianis, qui in eodem patronatu dicebatur successis-
se ex quarta parte, quæ olim probabatur fuisse apud
Petrum de Quartucciis, cum ille eam reliquisset in
casu, quo sua descendentia ex linea masculina de-
ficeret, Petro q. Thomæ Lazzari fratri suo vteri-
no, & illius descendentibus, & ab hoc Petro cau-
sam habere diceretur alter Bertinus senior de Guar-
dianis, qui fuit auus Bertini authoris Cypriani; quic-
quid enim dici potest super probatione, siue perti-
nentia huius Iurispatronatus, siue etiam quasi pos-
sessione aliorum, qui fuerunt ante Bertinum pro-
pter clausulam illam, quæ posita legebatur in litte-
ris, & gratia Pauli, vt verificato priùs Iurepatrona-
tus ex fundatione, & dotatione, posset ordinarius,
cui directæ fuerunt eædem litteræ hanc Ecclesiam
5 Paulo conferre, † cum eadem clausula videretur in-
ferre conditionem, & propterea pleniorem proba-
tionem requireret, ex notatis *in l. Lucius, ff. de con-
dition. & demonstr.* & per Felin. *in cap. si constiterit,
num. 5. de accusat. & in cap. vlt. num. 33. de præsumpt.*
Decius *in rubr. de probation. num.* 154. Visum fuit ex
eodem testamento Bertini, in quo legata fuit Ioan-
ni hæc vox, deduci non ius Ioannis, & excludi iu-
stificatio gratiæ Pauli, cum idem testamentum, tan-
2 quam carens legitimo † numero testium, non solùm
ostendere non posset, quod ea fuerit voluntas Ber-
tini, vt *in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de te-
stam.* Verùm ex eodem testamento nunquam po-
tuerit ea vox transferri in Ioannem de Cyprianis,
dum hic numerus testium non ad solam solemnita-
3 tem, † aut probationem, sed pro forma ipsius te-
stamenti requirebatur, vt post Bart. *in l. nemo potest,
ff. de legat.* 1. & Bald. *in l. cum quis, C. de iur. & facti
ignor.* tenet Couar. *in expositione, cap. cum esses, num.* 8.
de testam. Clar. *in §. testamentum, quæst.* 56. *num.* 2.
& fuit dictum *in decis.* 734. *num.* 8. *part.* 1. *diuers.* quæ
decisio attestatur de communi, & veriori opinione.

Neque visum fuit suffragari posse Ioanni de Cy-
prianis, siue Paulo ab eo præsentato, vt testamen-
tum Beroni conditum fuerit tempore, quo pesti-
lentia grassabatur in terra Prati, & ab ipso Bertino
eadem peste laborante, quæ colligi dicebantur ex
testibus, qui fuerant examinati in alia causa inter
Ioannem de Cyprianis legatarium Bertini, & Ma-
4 riam illius hæredem; vt enim ea solemnitas, † &
numerus testium, quæ requiruntur ex dispositione
iuris ciuilis in testamentis, vt *in l. hac consultissima,
C. de testament. & in §. sed cum paulatim, Instit. eod. tit.*
remissa censeatur propter necessitatem temporis
tam calamitosi, plura requirunt Doctores, vt appa-
ret ex notatis per Clar. *in §. testamentum, quæst.* 56.
num. 3. Rip. *in tractat. de pest. in tit. de priuileg. vltim.
volunt.* Primò, vt ea lues magna sit, ita † vt non cen- 5
seatur satis esse sola suspicio contagij, vt inter cæ-
teros aduertit idem Ripa *sub d. tit. priuil. vltim. vo-
lunt. num.* 10. *in fin.* Boër. *decis.* 228. *num.* 11. Ad quem
effectum Domini considerabant tam ea, quæ colli-
gebantur ex testamento eiusdem Beroni, in quo non
solùm narrata fuit hæc sola suspicio, verùm etiam
quod idem Bertinus in lecto decumberet ex febre,
quæ poterant confirmari ex depositione eorumdem
testium, cum ex summario dato constaret, quod
duo ex iis, qui se dicto testamento subscripserunt,
accessissent ad testatorem tanquam ad amicum oc-
casione illum visitandi, & quod ibi reperirentur,
cum alij duo testes accersiti fuerunt, vt eidem te-
stamento interessent. Secundò requirunt Doctores,
† vt maior testium numerus haberi non possit, vt 6
tenuerunt Iason *in l. vltim. num.* 3. *C. de testam.* Alex.
consil. 177. *num.* 8. *lib.* 2. Clar. *eadem quæst.* 56. *num.* 3.
Et in hoc poterat etiam considerari tam qualitas
terræ Prati, quod inter quatuor præcipua Italiæ op-
pida numerat Lander Albertus *in sua descriptione Ita-
liæ*, & non ampliùs quàm decem milliaribus distabat
à ciuitate Florentiæ, quàm quod in omnibus testa-
mentis, quæ facta fuerunt eodem anno 1631. quo
decessit Bertinus, semper adhibiti fuerint septem
testes, vt constabat ex attestatione data plurium
notariorum eiusdem oppidi. Tertiò demum requi-
ritur, quod hic numerus non sit minor quinque te-
stibus, † vt apparet ex notatis per eumdem Cla- 7
rum, qui licèt dicat contrariam opinionem esse in
iure veriorem, vt testium numerus neque in tempo-
re pestilentiæ minui possit, † hanc tamen opinio- 8
nem, quod quinque requirantur, testatur magis
æquam, & fuit originalis Bald. vt ipse Clarus te-
statur *in l. vltim. C. de testam.* eamque sequuti fue-
runt Ioan. Anibal. *in repetit. l. nemo potest, num.* 61. *in
fine cum alijs seqq. ff. de leg.* 1. Angel. *in §. vltim. Instit.
de testam.* Dec. *consil.* 284. *num.* 3. *in fin.* Rip. *sub eod.
tit. de priuil. vltim. volunt. num.* 12. Bertran. *consil.* 170.
lib. 1. *part.* 2. *num.* 1. *&* 2. Afflict. *decis.* 25. *num.* 2. &
plures quos refert Boër. *in d. decis.* 228. *num.* 9. *&* 10.
Mascard. *de probat. conclus.* 1352. *num.* 23. & Rota apud
Put. *decis.* 382. *num.* 1.

Neque potuisset idem testamentum sustineri ex
authoritate, *cap. cum esses, de testam.* cum ex forma
data in ea decretali, legitimum † sit testamentum 9
factum coram Parocho, & duobus testibus, etiam
quod nulla pestis in loco desæuiat, vt notarunt
Boër. *in adducta decis.* 224. Mascard. *eadem conclusio-
ne* 1352. *num.* 27. Etenim plura requirebantur, vt
posset esse locus dispositioni † eius decretalis, vt ap- 10
paret ex deductis per eumdem Boër. *in d. decis.* 228.
num. 11. & Clar. *in §. testamentum, quæst.* 57. Et quan-
do idem testamentum sustineretur illius authorita-
te, adhuc dubitari poterat, an valeret legatum huius
patronatus, quod in eodem testamento Bertini reli-
ctum fuerat Ioanni Cypriano; quia cum manu ipsius
Cypriani fuisset conscriptum testamentum, requi-
rebat particularem subscriptionem testatoris, qui
legatum à se factum in specie confirmaret propter
prohibitionem Senat. consult. Liboniani, ne quis
possit sibi ipsi adscribere † legatum in codicillis, 11
vel testamento, quæ dictante testatore propria ma-
nu conscripserit, vt *in l. si testator, & ibi* Salycet. *in
princip.*

princip.C. de his qui sibi adscrib. in testam.l.prima,§.ad
testamenta, & *ibi* gloss. *in verbo, inter filium, & in*
l.Diuus, §. planè,in verbo, specialiter, ff. ad l. Corn. de
fals. Durand. *de art.testand. tit 6. caut.1.n.2.* Adeò,vt
non aliter possit ignorans effugere pœnam *l.Corne-*
lia,quæ ab eodem Senatus consulto, & Diui Clau-
12 dij edicto irrogatur, † quàm si patiatur reiici huius-
modi legatum, vt *in l. Senatus consulto, C. de his qui*
sibi adscrib. testam. notat gloss. *in verbo, dederunt, &*
in d. l. si testator,in verb. adscripsit,& in l. Diuus,§.Ti-
13 *tius. ff. ad l. Cornel.de fals.* Et licèt hanc † dispositio-
nem non habere locum in testamento nuncupatiuo
voluerint Odofred. & Cyn. *in d. l 1. §. inter filium,*
ff. ad l. Corn. Specul. *in tit. de instr. edition. § instru-*
mentum, num.28. vers. quid ergo, quos refert Salyce-
tus *in d. l.si testator,num.4.* Alexand. *consil.50. num.3.*
lib.3. ea scilicet ratione,quia posset, qui sibi in dicto
testamento legatum scripsit,suam innocentiam pro-
14 bare per testes, † qui audiuerunt testatoris volun-
tatem, quam rationem etiam considerauit Bald. *in*
d. l. si testator,in fine. Cuman.*consil.79.num.2.*Durand.
de art. testan. caut.1.tit.6. num. 3. Tamen ea volun-
15 tas testatoris, † & veritas eiusdem legati non aliter
probaretur hoc casu, quàm ex scriptura ipsius testa-
menti, vnde idem omnino dicendum de eo erat,
quod de testamento in scriptis, vt post Cyn. *in d.l.1.*
C. de his qui sibi adscrib.in testam. notauit Bart. *in l.1.*
§. ex illa,num.1. ff. ad l. Corn. de fals. Salyc. *in d.l.si te-*
stator,num.5. Bald.*in l. dictamibus, num.5.C.de testam,*
Roman. *consil.185. num.12.& 13.vbi de commun.*Du
rand. *d. cautel.1. num.5.*

Præter hanc nullitatem, quæ ex testamento Ber-
tini proueniebat, considerarunt præterea Domini
aliam rationem, vt Cyprianus succedere non po-
tuerit in ea portione, & voce, quam dicebant ha-
buisse Bertinus super hoc patronatu, cum illa non
fuerit relicta Cypriano, ex titulo vniuersali institu-
16 tionis, † sed ex iure particularis legati, quod sine
confirmatione ordinarij fieri non potuit. *cap. quod*
autem,§. cætero, cap. illud,cap. nullus laicus, de Iurepa-
tron. & notant communiter Doctores *in cap. cum sa-*
culum, & in cap. illud, eodem tit.

Neque visa fuit remoueri hæc obiectio ex duabus
confirmationibus, quas Paulus ostendebat huius le-
gati, & vocis relictæ Ioanni de Cyprianis; reduce-
bat enim primò, hanc confirmationem ex admissio-
ne facta à Vicario suæ præsentationis, cuius nullus
17 poterat esse effectus ex duplici capite, † & quia de-
ficiebat in eodem Vicario mandatum speciale, quod
ante omnia necessarium erat, vt per eam admissio-
nem dici posset consensisse alienationi, vt hæc erat
Iurispatronatus, iuxta notata *in cap.1.de offic. Vicar,*
lib.6. & per Calder. *consil.1.eod.tit.* Ferret. *consil.377.*
num.7.& fuit dictum *in Pistorien.patronatus 31. Mar-*
tij 1628. *coram R. P. D. meo Merlino*, & quia præter
defectum potestatis, neque etiam apparebat de vo-
luntate eiusdem Vicarij recipiendi eam præsenta-
tionem, cum non admiserit illum simpliciter, sed
cum clausula, si & in quantum, cuius effectus erat,
18 vt † ea præsentatio censeretur eatenus admissa,qua-
tenus esset admittenda, vt super eadem clausula,
notat Bart. *in l.si quando,num.4.* Angel. *num 2.* Imol.
num.1. ff. de leg.1. Roland. *in l.1. num.17.C. quomodo,*
& quando iud. Et in propriis terminis præsentatio-
nis admissæ cum hac clausula, voluit Rota apud
Cardin. Seraphin. *decis.499.num.2. & coram Greger.*
decis.417. num.5.

Altera etiam confirmatio ostendebatur eiusdem
Vicarij in exequutionem approbationis factæ, ab
ordinario huius legati, in quo hoc Iuspatronatus,
relictum fuit Ioanni, sed neque poterat eadem con-
firmatio valere, quia tempore, quo illa superuenit,
aderat præsentatio aliorum patronorum, quæ ope-
rabatur, vt confirmatio trahi retrò non posset in
præiudicium tertij, cuius fauore facta fuit præsen-
tatio, cum hæc sit natura confirmationis, vt sem-
per facta intelligatur, † sine alterius præiudicio,*cap.* 19
quamuis, cap. si pro te, de rescript. & notat post alios
Bald. *in cap.1. num.10. de confirm.vtil. vel inutil.*Ioan.
Andr. *in cap. sine culpa, num.2. in 2. princip. quæst. in*
solutione ad contraria, de reg.iur.lib.6. Dec. *in cap. vlt.*
num.57. de constit. Imò obtinuerat Paulus hanc suam
gratiam,in qua derogabatur medietati vocum,quod
etiam satis erat, ne posset dici iustificata eadem gra-
tia, cum tempore, quo illa obtenta fuit, non ades-
set hæc confirmatio, & quod huic consequens erat,
non verificaretur, quod Paulus fuisset præsentatus
à medietate patronorum, dum Ioanni, qui eum
præsentauerat, adhuc quæsitum non fuerat Iuspa-
tronatus.

Neque in contrarium † facere visa fuit authori- 20
tas Rotæ *in decis.17. de Iurepatronat. in antiq.* in qua
decisum fuit, quod ex consensu Episcopi sequuto
confirmari potuit donatio, quam etiam in præiudi-
cium filij hæredis donatoris in casu illius decisionis
quidam fecerat patrunatus à se possessi, vnde ex ea
inferebatur ad euersionem vtriusque huius funda-
menti, quod consideratum fuit pro nullitate huius
secundæ confirmationis, & approbationis factæ ab
ordinario; quia præterquam de veritate conclusio-
nis firmatæ † in ea decisione visa fuit dubitasse Ro- 21
ta *coram Puteo in decis.18.lib.2.*dum dixit contrarium
sensisse Abbatem in sua disputatione, cui initium
est, Augerio, quem cum argumentis, & rationibus
in ea disputatione adductis refert, & sequitur Lam-
bertin. *de Iurepatron.part.2. quæst.1.principal.num.17.*
Aliam præterea apparet fuisse rationem eius deci-
sionis, vt considerat *eadem decisio coram Puteo*, quam
sequuta fuit Rota *coram Reuerendissimo Domino meo*
Decano in vna Pientina Iuspatronatus 23. *May* 1610.
inter recent part.5.decis.337. num.7. quia scilicet tem-
pore, quo superuenit ea confirmatio ordinarij,non-
dum venisset casu vacationis, neque filius aliquem
præsentasset, cum illud solùm in ea decisione sta-
tuatur, vt in concursu præsentationis factæ à filio
hærede donatoris, & præsentationis factæ à dona-
tario, præferri deberet illa donatarij, cui rationi
addi potest tertia, quæ desumitur ex eadem decisio-
ne 17. quod cum ius filij super eo patronatu proue-
niret ex dispositione patris, qui non potuisset ve-
nire contra donationem à se factam, eodem modo
neque potuerit † filius impugnare eamdem dona- 22
tionem, dum erat sui patris hæres.

Et ita, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Fideicommissi de Glauarinis.

Die Veneris 15. *Aprilis* 1633.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus, licèt possit cogi ad præ-
standam cautionem, de non dilapidan-
do bona fideicommisso subiecta, tamen
hoc non procedit, quando sumus in bo-
nis

nis immobilibus, quia si dicta bona alienentur, vocatus habet viam executiuam, & summariam ad ea recuperanda.

S V M M A R I V M.

1. *Fideicommissarius vniuersalis, aut particularis, in diem, vel sub conditione potest cogere haredem ad fideiussionem prastandam.*
2. *Hoc tamen non procedit, quando agitur de bonis stabilibus.*
3. *Cautio de bonis immobilibus, qua prastabatur ab harede ad fauorem fideicommissarij, recessit ab aula, & num 12.*
4. *Et ratio est, propter facilitatem, quam habet vocatus, recuperandi d. bona, si fuerint alienata, & num. 5.*
6. *Cautio frustra petitur, dum ex ea quis non est sufficienter promissus.*
Hares grauatus non potest cogi ad cauendum, nisi pro sua possibilitate, num. 6.
7. *Satisdari vbicunque idoneè non potest, tunc liberatur is, à quo petitur cautio, prastando quancunque cautionem.*
8. *Hares, quando alienat bona subiecta fideicommisso, & sic constat de dilapidatione, tunc necessariè cautio est prastanda.*
9. *Hoc tamen non intellige, quando dicta alienationes sunt à lege permissa.*
10. *Hares, quando dolosè alienat, tunc ob metum futura dilapidationis cogitur prastare cautionem.*
11. *Decis. in causa Romana de Formicinis 29. Maij 1630. coram Reuerendiss. Durano declaratur.*
13. *Doctori attestanti de consuetudine non creditur.*
14. *Sed hoc non intelligitur, quando allegatur consuetudo passim seruata in forensibus iudicijs.*
15. *Cautionem, quis non tenetur prastare, si petenti vtilitatem non afferat.*
16. *Æqualitas in iudicio est seruanda.*
17. *Actus vnicus contrarius, non tollit vniuersalem contrariam consuetudinem legitimè prascriptam.*

DECISIO LXXXVI.

PRætendentibus Gaspare, Ioan. Baptista, & fratribus de Glauarinis, se fuisse vocatos ad fideicommissum Alexandri senioris factum anno 1539. necnon ad alterum fideicommissum Alexandri iunioris, & Antonij fratris, petebant ab Equite Gherardo grauato sub prætextu, quod vsque adhuc in spretum prohibitionum, plura alienasset corpora subiecta fideicommisso, præstari cautionem de residuo non alienato conseruando, sed quicquid sit de existentia supradictorum fideicommissorum, de vocatione dd. fratrum de Glauarinis, & de detractionibus, ex quibus Eques Gherardus defendit alienationes à se factas, in præiudicium vocatorum, super quibus occurrent plures articuli, in hac causa discutiendi, causa supradicta die à me proposita in Rota, fuit dictum, non esse locum petitæ cautioni.

1 Et licet fideicommissarios † vniuersalis, aut particularis in diem, vel sub conditione possit cogere hæredem ad fideiussionem præstandam, *l. cum Artemidoram, C. vt in possessionem legatorum, l. si is à quo, §. fin. ff. eod.* cum aliis per Peregrin. *de fideicommiss. art. 40. num.* 10. Cephal. *consil.* 381. *num.* 29. *lib.* 2. Rot. *in Romana fideicommissi de Formicinis* 29. *Maij* 1630. *coram R. P. D. meo Durano.* Attamen
2 † cùm agatur de bonis stabilibus, quorum respectu cautio de bonis conseruandis, & restituendis propter plura summaria, & executiua remedia, ea recuperandi, tam ab hæredibus grauati vltimi defuncti, quàm à tertiis possessoribus, quæ † de iure dan- 3
tur, inutilis hodie reputetur, & ab aulá recesserit, non est præstanda cautio, per Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 35. Peregrin. *de fideicommiss. d. art.* 40. *num.* 14. *in fine, vers. hanc tamen cautionem.* Gratian. *discept.* 822. *num.* 2. *&* 3. Mantuan. Modern. *controuers. forens.* 282. *num.* 34. & firmauit Rota *coram Eminentiss. Card. Virili in Romana de Sabellis* 10. *Aprilis* 1628. in qua Rota tunc secuta fuit attestationes supradictorum, & hoc potissimum propter duas rationes, alteram supradictam, quam communiter ponunt
Doctores propter facilitatem, † quam habet voca- 4
tus recuperandi bona alienata, alteram, quod à grauato fideicommisso vniuersali, non possit exigi cautio talis, quæ sufficiat, & correspondeat valori bonorum, super quibus vlteriores vocati successionem expectant, semper enim hæc cautio minor erit
† securitate, quam habet vocatus recuperandi bona 5
à quibuscunque possessoribus, & ita frustra petitur
hæc cautio, dum ex ea non est sufficienter, † proui- 6
sum, nec possit grauatus cogi ad cauendum, nisi pro sua possibiliatate. Et licet vbicumque idoneè satis-
dari non potest, liberetur is, à quo † cautio petitur, 7
præstando quamcunque cautionem, vt Alber. *in l. de de creationibus, C. de Episcopali audientia, colum.* 2. *ad med.* Molin. *vbi suprà, num.* 18. *&* 19. Peregrin. *de fideicommiss. eod. art. super alleg. num.* 18. *vers. pro possibilitate tamen.* Cassan. *super consuetud. Burgund. rubr.* 6. §. 4. *in fin. verb. cum cautione sufficienti*, attamen cùm talis cautio non correspondeat tanquam minima, non sufficit.

Et quamuis replicetur Equitem † Gherardum 8
alienasse plura bona, & sic constare de dilapidatione. Itaut necessariò sit præstanda cautio. Attamen
cùm sit possibile, alienationes fuisse factas † in casi- 9
bus à lege permissis, videlicet pro debitis ipsius testatoris pro funere, vel pro legatis ab eo relictis persoluendis, atque aliis de quibus per Peregr. *alleg. art.* 40. *num.* 18. inde sequitur non probati Equitem Gherardum malè fuisse versatum super bonis subiectis fideicommisso. Quinimò plures ostenduntur causæ, ex quibus alienationes factæ sustineri possunt, neque eædem alienationes ostenduntur do-
losè, † vt opus esset ad hoc, vt dici posset hæc cau- 10
tio peti ex timore futuræ dilapidationis, non obstante d. communi consuetudine in contrarium, ad text. *in l. Imperator, ff. ad Trebell.* Imò omnes alienationes habent suam causam, vt latè deducitur in responsione per D. Campidorum.

Non obstat, quod Rota in allegata † Romana 11
de Formicinis resoluerit pro præstatione cautionis, quia procedit in mobilibus, & tempore petituris, non in stabilibus, in quibus vsus cautionis recessit
ab aula ex supradictis vti onerosæ grauato, † & non 12
plenè profuturæ vlteriori grauato. Et in casu illius decisionis non fuerat confectum inuentarium, de quo tamen in casu nostro constat ex datis in summario Equitis Gherardi, ex cuius lectura apparet bona fideicommissi subiecta consistere in stabilibus, & immobilibus, non autem in mobilibus, vel se mouentibus.

Non obstat, quod non credatur † Doctori atte- 13
stanti de consuetudine, vt per Gabriel. *de probation. conclus.* 4. *num.* 1. Bec. *consil.* 7. *num.* 29. & hanc opinionem tenuit Rota *coram san. mem. Gregor. XV. decis.* 274. *num.* 5. Mohed. *decis.* 2. *&* 3. *de consuetud.*

Quia

Quia non agitur de probanda consuetudine particulari vnius loci, in quibus terminis loquuntur auctoritates supra allegatæ, sed allegatur vniuersalis
14 † consuetudo passim obseruata in forensibus iudiciis, & sic intrat distinctio Surd.*conf.*74 *num*.14. deducta per Addent.*ad san.mem. Gregor.X V. supradicta decis.* 274. *num*. 8. *&* cum supradicti Doctores sint plures, & de diuersis partibus, omnesque in hoc conueniant, quod petita cautio non sit in vsu quoad stabilia, illorum attestationi est standum, quoad omnes partes, & omnia loca, non tam ex consuetudine, quam ex supradicta ratione, quia hodie prop-
15 ter executiua, † & summaria remedia, quæ de iure dantur vtilitatem non affert.

16 Pariter nihil facit, quod ad æqualitatem † in iudicio seruandam Eques Gherardus teneatur præstare cautionem, ex eo, quia fuit præstita in simili ab aduersariis, tit.*ff.quod quisque iuris*. Quia vnicus actus
17 contrarius non tollit vniuersalem † contrariam consuetudinem legitimè præscriptam, ex traditis per Natt. *consil*.636. *num*.118. Et sibi imputent, si egerunt id, ad quod de iure non poterant cogi, ex supra deductis.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Firmana Fideicommissi de Carradoris.

Die Veneris 22. *Aprilis* 1633.

ARGVMENTVM.

Interpetatio si sit contraria verbis testamenti non est attendenda. Substitutio, quando non suffragetur. Verborum generalitas, quid operetur.

SVMMARIVM.

1. *Interpretatio de directo contraria verbis testamenti, non est attendenda.*
2. *Relatum censetur in referente, cum omnibus suis qualitatibus.*
3. *Substitutio non suffragatur vocato post obitum alicuius, si casus nondum euenit.*
4. *Verborum generalitas nihil incomprehensum relinquit.*
5. *Dictio*, supradictus, *cuius sit naturæ.*

DECISIO LXXXVII.

PEr Binas decisiones [a] emanatas in hac causa resolutum fuit, Ludouicam filiam Accursij vigore testamenti Mariæ non posse agere ad portionem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad filios Ludouici, ea ratione, quia cum in dicto testamento fuerint vocati tam Accursius, quam Ludouicus, eorumque filij æquis portionibus, sequitur Ludouicam filiam Accursij esse vocatam ad portionem, quæ peruenit ad eumdem Accursium, non autem ad alteram portionem peruentam ad Ludouicum, & eius filios, vt firmatur in vtraque decisione; cui resolutioni non acquiescente Ludouica, placuit DD. pro tertia vice audientiam concedere; quapropter reproposito hodie eodem dubio, DD. in decisis perstiterunt ex iisdem rationibus in vtraque decisione deductis.

Quibus non visum fuit obstare, quod substitutio ad fauorem filiorum Ludouici fuerit addita à testatrice suasionibus Philippi, qui in instrumento communionis bonorum, facta cum fratribus pro exoneratione suæ conscientiæ declarauit mentem testatricis fuisse, vt filij Ludouici nihil habere deberent ex bonis Mariæ testatricis, quæ declaratio fuit postea à Ludouico, & eius filiis acceptata pro vera, vnde iuxta illius tenorem substitutio prędicta perinde habetur, ac si facta non fuisset, & sic Ludouicam ad vtramque portionem esse admittendam.

Nam quoad declarationem Philippi separatim sumptam, placuit responsio alias data in dictis duabus decisionibus, quod cum † cum illa sit de directo 1
contraria verbis testamenti, non veniat attendenda ad trad. per Tiraquell. *in l. si vnquam, verb. libertis. num*.13. *C.de reuocan. donat.* Surd.*conf*.179. *num*. 47. Crauett.*conf*.84. *num*.13. *& conf*.194. *num*.4. Rot.*decis*.229. *num*.4. *part*.2. *recent*.

Quo verò ad acceptationem respondetur, quod cum non sit facta simpliciter, sed relatiuè ad fideicommissum conuentionale factum ad fauorem masculorum domus de Carradoris, debet † intelligi iuxta 2
tenorem dicti fideicommissi conuentionalis, ad text. *in l.cum quarit.ff.de administrat.tut.* Gratian *discept.for. cap*.30r. *num*.57. Dec.*conf*.47. *num*.1. Ruin.*conf*.127. *num*.4.*lib*.2.*Greg.X V.dec*.522.*num*.10. & consequenter non potest Ludouicæ suffragari, † cum in eo sint 3
vocatæ fœminæ post obitum masculorum, qui casus non dum euenit, *l.ex facto.§.si quis autem ff.ad Trebell. l.in testamento.* vbi glos.& Bart.*ff.de condit.& demonstr.* Peregr.*de fideic.art*.16. *num*.116.

Nec obstat, quod in dicto fideicommisso conuentionali non fuit comprehensa bona relicta per Mariam testatricem. Quia imò contrarium apparet, non solum ex † generalitate verborum, ibi, *tutti li* 4
beni in qualsiuoglia luogo, quæ nihil incomprehensum reliquit. Pedroch.*conf*.6. *num*.48. *& consil*.7.*n*.98. Alexand. *consil*.118. *num*.5. *lib*.5. Decian. *consil*. 84. *num*.13. *lib*.3.

Verùm etiam in specifica mentione facta de illis, ibi, *mettono in vnione tutti li beni, che si ritrouassero tanto stabili, &c. come quelli la sciatili da Maria*, & inferiùs, *Item che tutti li sopradetti beni non si possino alienare, ma che debbano stare perpetuamente per li figli maschi della sopradetta casa de Carradori*, ponderata dictione †, *li sopradetti*, quæ operatur, vt bona Ma- 5
riæ supranominata censeantur indiuidualiter in dicto fideicommisso conuentionali repetita, *l.*1. *§. hoc edicto*, & ibi Bart.*ff.de postul.* Bart.*in l.talis scriptura.§. fin.verf. quero ergo ff de leg.*1. Crauett.*conf*.58 *num*.8. Ruin.*conf*.55. *num*.4. *lib*.3. Rot. *decis*.713 *num*. 2. *& seqq.part*.1. *diuers*.Seraph.*decis*.584. *num*.8.

Et ita vtraque, &c.

a Vnam ex his sub die Lunæ 3. Martij 1629 habes decis.257. part. 5. recent. Alteram vide prout in Indice posito in fine Decisionum part.6.

R. P. D. MERLINO.

Bononien. Successionis.

Die Veneris 13. *Maij* 1633.

ARGVMENTVM.

Limitatio posita in fine statut. Bononien. lib.4. de success.ab intest.ascend. & coll. ad quid sit referenda declaratur, & plura circa hanc materiam adducuntur.

SVMMARIVM.

1. *Fratres, & sorores vocantur æqualiter cum parentibus ad successionem fratrum defunctorum.*
2. *Monteren. interpretatio ad statut. Bononien. lib. 4. de success. ab intestat. &c. in verb. exceptis, vti contraria regulis iuris, & multum iniqua, & ineptis respuitur.*
3. *Clausula in fine posita refertur ad omnia, & singula antecedentia.*
4. *Relatio debet fieri ad omnia, quando aliqua clausula est posita in fine dispositionis, etiam quod sint diuersa capitula, & præsertim, quando militat eadem ratio, num. 5.*
6. *Frater vtrinque coniunctus participat, de vtraque coniunctione, & num. 7.*
8. *Dispositum in simplici habet etiam locum in mixto, data maioritate, vel identitate rationis.*
9. *in Statute, mixtum continetur in dispositione de simplici, dum mens statuentium, & ratio adaptatur, num. 13.*
10. *Qualitas adiecta, & mixta tollit ius, & vim simplicis, nisi sit incompatibilis, & contraria ipsi simplici.*
11. *Vinculum paternum circa successionem non contradicit vinculo materno, sed potentius, & efficatius illud reddit.*
12. *Mixtum assumit, quòd vtiliùs sibi, & fauorabiliùs est in altero ex simplicibus.*
14. *Funiculus duplex arctius ligat, & magis debet operari.*
15. *Soror coniuncta ex vno latere, quod sit melioris conditionis, quàm vtrinque coniuncta, tolerari non potest, & irrationabile est, num. 23. & num. 27.*
16. *Statuta debent reduci ad iustitiam, & ita intelligi, vt iniquitatem non contineant.*
17. *Dictionis*, vel, *proprium est ampliare orationem.*
18. *Statutum quando dubium est, tunc pro illius interpretatione recurrendum est ad ius commune.*
19. *Sorores æqualiter succedunt cum fratribus, in hæreditate fratrum defunctorum.*
20. *Soror vterina habetur quasi pro extranea.*
21. *Soror vtrinque coniuncta est de agnatione, & quandiu ipsa viuit dicitur paternā agnationē retinere.*
22. *Statutum exclusiuum fœminarum totum est positum in motiuo conseruandæ agnationis.*
24. *Differentia inter masculos, & fœminas circa successionem, est de iure communi sublata.*
25. *Statutum exclusiuum fœminarum anxiè solum insistit in conseruatione familiæ, masculorum respectu bonorum paternorum.*
26. *Castren. in Auth. itaque, C. commun. de legat. & aly declarantur.*
28. *Statut. Bononien. lib. 4. de success. ab intest. &c. qualiter intelligatur.*
29. *Statutum non debet esse mancum.*
30. *Alex. opinio in consil. 144. num. 12. lib. 6. vti captiosa exploditur.*
31. *Superfluum, quando aliquid non dicatur.*
32. *Renunciatio, quid sufficit, vt contineat.*
33. *Renunciationes sunt strictissimè interpretandæ.*
34. *Renunciatur faciliùs spei futuræ, quam iuri quæsito.*
35. *Legitima filiorum non est quota hæreditatis, sed bonorum.*

DECISIO LXXXVIII.

NOn ambigebatur, quin attento iure communi D.Blanca admittenda esset ad quintam partem hæreditatis Georgij fratris defuncti ab intestato respectu bonorum Pellegrinæ matris, iuxta dispositionem *Auth. defuncto. vers. sed si cum parentibus, C. de Senat. Cons. Tertulian.* vbi fratres & sorores † vocantur 1
æqualiter cum parentibus ad successionem fratrum. Sed difficultatem facessere videbatur *statutum Bononiæ lib. 4. tit. de successión. ab intest. ascendent. & collateral. in §. dicti verò.* Vbi circa successionem transuersalium ab intestato decedentium sic sancitum est. *Dicti verò fratres mares ex vtroque parente, vel ex patre tantùm coniuncti, filijque masculi eorum, seu alter ex eis præferantur sororibus defuncta persona etiam vtrinque coniuncti, eorumque liberis etiam masculis, ac filiabus fratrum masculorum, & earum liberis, etiam masculis, & etiam fratribus, & sororibus vterinis tantùm, & eorum, & earum liberis etiam masculis, exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerint ex dote, vel titulo lucratiuo, vt supra à matre, vel coniuncta persona, per matrem dd. sororum, vel vterinorum, in quibus talibus ius commune seruetur*, &c. Et Montercotius Glossator ibi, in verb. *Exceptis*, interpretatus est exceptionem illam non esse referendam ad principalem dispositionem, & ad regulam generalem positam, quod à fratribus excludantur sorores, sed referendam esse ad ampliationem immediatè positam circa vterinos; itaut sit sensus statuti sorores vterinas æqualiter admitti, cum fratribus ad successionem alterius fratris in bonis maternis, non autem sororem vtrinque coniunctam, qualis est D Blanca.

Verùm hanc interpretationem Glossatoris, † vti 2
contrariam regulis iuris, & multum iniquam, & ineptam respuit Rota sub die 10. Ianuarij præteriti coram me,[a] & hodie per omnes DD. diligenter examinato dicto statuto, ne dum in hac causa, sed & in alia Bononien. Dotis coram R. P. D. meo Dunozet, iterum Rota respuit d. interpretationem Monterentij, & censuit D. Blancam admittendam esse, & standum in decisis. Agitur enim de succedendo fratri in bonis maternis, & sic exceptio illa statuti intrat, itaut seruanda sit dispositio iuris communis, quamuis D.Blanca non sit vterina tantum, sed vtrinque coniuncta, & regula est, quod clausola † in fi- 3
ne statuti posita referri debet ad omnia, singula singulis referendo, *glos. fin. in l. negocium, C. de negoc. gest. & in l. fin. in verb. Vniuersitatis, C. de fideicommiss.* Dec. *consil.* 186. *num.* 4. & *consil.* 384. *num.* 6. *versic. illud verò grauamen*, Riminin. iun. *consil.* 31. *num.* 99. Surd. *consil.* 379. *num.* 1. vbi quod relatio † debet fie- 4
ri ad omnia, etiam quando sunt plura capitula inter se distincta, & *cons.* 565. *num.* 17. & *sequentib.* qui loquitur super statuto Bononiæ; vnde limitatio statuti non est restringenda ad solas sorores vterinas, immediate ante limitationem positas, sed est referen. ad omnes sorores, de quibus in principali dispositione fit mentio, præsertim cum eadem militet ratio, † immò maior in vtrinque coniunctis, quam 5
militet in sororibus vterinis dumtaxat, quo casu relatio fit ad omnia antecedentia, *l. fin. ff. de reb. dub. l. si tibi pure. ff. de leg.* 1. Crauett. *consil.* 149. *num.* 8. & *consil.* 155. *num.* 10. Menoch. *consil.* 334. *num.* 17. Rimin. iun. *consil.* 567. *num.* 66. & in alia decisione latius fuit firmatum.

Præterea D. Blanca vere dici potest, & debet soror vterina Georgij, cum ambo ex D. Pellegrinæ vtero nati sint, neque hanc vterinitatis qualitatem dicen. est fuisse sublatam, vel diminutam, eo, quod agnoscant in communem patrem D. Vlixem, hinc enim fit, quod sint vtrinque coniuncti, non autem

quod

quod alterum vinculum scilicet maternum fuerit
6 dissolutum, vel debilitatum, & qui † vtrinque con-
iunctus est, participat de vtraque coniunctione, &
7 sic vterinus æque dicendus † est, ac consanguineus,
vt bene per Castrens. *in Authent. itaque. num. 2. in fin.*
C. commun. de success. & data maioritate, vel identi-
8 tate rationis, quod est † dispositum in simplici, lo-
cum etiam habet in mixto. Alexand. *in l. si extraneus,*
in fin. ff. de cond. ob caus. Bolognett. *in l. 2. num. 55. &*
seqq. & num. 72. & *ibidem* Alciat. *num. 10.* Galliaul.
num. 20. ff. de verb. signif. Sapia *in repet. l. si mancipa-*
ti, num. 69. C. de collat. Surd. *consil. 33. num. 29. & con-*
sil. 315. num. 58. & fuit dictum *in Romana domus, seu*
retractus 26. Februarij 1590. coram Penia, & in re-
cent. decis. 385. num. 4 part. 2. & in terminis huius sta-
tuti Bonon quod mixtum contineatur in disposi-
9 tione de † simplici, dum mens statuentium, & ra-
tio verisimilis adaptari potest, dixit Alexand. *con-*
sil. 144. num. 9. lib. 6. & consil. 141. num. 13. lib. 7. Ro-
ta Bonon *decis. 99. num. 13. & 18.* Nec qualitas ad-
10 iecta, & mixta tollit ius, † & vim simplicis, nisi
sit compatibilis, & contraria ipsi simplici, itaut
illam omnino destruat, & elidat, *l. 1. §. interdicto-*
rum, ff. de interd. l. in tribus ff. de iudic. l. Titia textores,
§. 1. ff. de leg 1. & dictos textus ponderando apposite
docet Bolognett. *in d. l. 2. num 46. & 54. & 65.* Alciat.
sub num 23. ff. de verb. oblig. quod non contingit in
11 casu præsenti, in † quo vinculum paternum, non
contradicit vinculo materno, nec illud eneruat, sed
potentius, & efficacius reddit, suntque duo simpli-
cia potiùs simul iuncta non repugnantia, quam no-
uam speciem mixti simplicium destructiuam con-
stituentia, iuxta tradita per Bolognet. *d. l. 2. num. 51.*
& 55. ff. de verb. oblig. Et quatenus noua species mix-
12 ti diceretur, attamen huiusmodi mixtum, † assu-
mit, quod vtilius sibi, & fauorabilius est in altero
ex simplicibus, vt inquit Anchar. *consil. 70. num. 1.*
vers. pro cuius euidentia, Tiraquell. *de retract. lignag.*
§. 30. glos. 1. num. 30 Barbos. *in l. quia tale. 14. num. 50. ff.*
solut matr. Modern. Mantuan. *controuers. forens. cap. 4.*
13 *num 62.* dumque æquitas, aut mens † statuentium
suggerit, continetur sub dispositione de simplici, vt
bene per Angel. *consil. 257. num. 1.* Alciat. *in dict. l. 2.*
num 34. & 35. ff. de verb. oblig. vnde, si informantes
pro D. Co. Alexandro admittunt in bonis maternis
statutum deferre successionem æqualiter sororibus
vterinis simpliciter, ergo debent etiam idem admit-
tere in sororibus vtrinque coniunctis, quæ vtrinque
coniunctio est quoddam mixtum, ex iisdem paren-
tibus compositum.

Identitas autem, imò maioritas rationis in hoc
casu patens est, quia si soror vterina tantùm, & sic
per vnum vinculum coniuncta Georgio, idem suc-
cessisset cum fratribus, multo magis succedere de-
bet Blanca, quæ & vterina est, & consanguinea, &
14 † duplex funiculus arctius ligat, & magis debet ope-
rari, *cap. 1. de treguis, & pace, l. si non lex, ff. de hared.*
instit. l. penult. §. si verò, C. de adopt. Authent. itaque C.
commun de success. §. affinitatis, Instit. de nupt. nec to-
15 lerari posset illud iniquum, quod coniuncta † ex
latere materno tantum, melioris esset conditionis,
& sic successura, quam quæ coniuncta est ex late-
16 re materno, & paterno; statuta † autem reduci de-
bent ad iustitiam, & ita intelligi, vt iniquitatem non
contineant.

In qua sententia eo libentius permanserunt DD.
perpensis, & structura verborum, in alia decisione
examinata, & epitome, seu summario, quod eidem
statuto præpositum fuit, vbi illa limitatio, *exceptis,*

non continuatiuè cum immediata ampliatione con-
nectitur, sed separatim per modum nouæ orationis
posita est, vt sic iudicaretur, quod per illam limita-
batur principalis dispositio, & regula statuti, non
autem immediata ampliatio.

Et ponderatis etiam postremis verbis statuti, ibi,
A matre, vel coniuncta persona per matrem dd. soro-
rum, vel vterinorum. Ex quibus infertur, quod si hæc
limitatio statuti solum respiceret fauorem sororum
vterinarum, sat fuisset dicere, *vterinarum*, at dum
dixit, *Dictarum sororum, vel vterinarum*, benè asse-
quimur statutum intellexisse, & de sororibus vtrin-
que coniunctis, & de vterinis tantùm, attenta præ-
sertim dictione † illa, *vel*, cuius proprium est am- 17
pliare orationem. Crauett. *consil. 326. num. 2.* Rot. *co-*
ram san. mem. Gregor. XV. decis. 21. num. 2. & in recent.
decis. 69. num. 5. part. 1.

Et quatenus statutum esset † dubium, pro illius 18
interpretatione recurrendum est ad ius commune,
quo inspecto D. Blancha æquè succedit Georgio,
† vt alij fratres, quod eo magis dicendum est, quia 19
statutum in hoc casu mandat seruari ius commune,
ita Bolognin *consil. 69. num. 18.* Maluas. *cons. 51. num. 3.*
vers. sed etiam. Laderch. *consil. 54. num. 7. vers. quar-*
tus est casus. Rota *in Bonon. successionis 19. Nouem-*
bris 1627. coram R. P. D. meo Durano.

Non obstat diuersitas illa rationis inter sorores
vterinas tantùm, & vtrinque coniunctas conside-
rata pro D. Com. Alexandro, quod scilicet † vterina 20
habeatur quasi pro extranea. Bald. *consil. 30. num. 4.*
lib. 1. Socin. sen. *consil. 24. num. 9. lib. 2.* Laderch. *con-*
sil. 54. num 7. §. quartus est casus, vers. vterinus autem.
Vtrinque verò coniuncta sit de agnatione, & † quan- 21
diu ipsa viuit dicatur paternam agnationem retine-
re, *l. pronunciatio, ff. de verb. signif. cum concord.* &
statutum exclusiuum fœminarum † totum sit po- 22
situm in motiuo conseruandæ agnationis, ex tra-
ditis per Menochium *consil. 6. num. 11. & consil. 95.*
num. 60. Rota *decisione 461. num. 5. part. 2. recent.*
cum alijs.

Quoniam hæc consideratio magis iniquam facit
interpretationem Monterentij Glossatoris, irratio-
nabile † enim est, & absonum, quod fratri in bonis 23
maternis succedat vterina tantùm, quæ est veluti ex-
tranea, & soror, quæ est vterina, & consanguinea
excludatur, & sic potioris conditionis sit extranea,
quàm agnata.

Verùm obseruandum est, quod statutum, dum
in regula, & in principali dispositione excludit so-
rores extantibus fratribus, innititur quidem fauo-
re agnationis, quæ per masculos conseruatur, sed
eiusdem statuti limitatio circa bona materna in
quibus mandat seruari ius commune non conside-
rat agnationis conseruationem; ius enim commo-
ne respicit † solum æqualitatem in vtroque sexu, & 24
veluti piaculum, ac naturæ reputat accusationem,
differentiam constituere inter masculos, & fœmi-
nas, *l. maximum vitium. C. de lib. prater l. lege 12. ta-*
bul. C. de legit. hared. Vnde ratio limitationis statu-
ti tota posita est, non in agnatione, sed in quadam
æquitate, & congruentia, vt bona, quæ à fœmina
scilicet à matre deriuantur, ad fœminas etiam, &
sic sorores, æquè, ac ad masculos deferantur, statu-
tumque noxie insistit † solum in conseruatione fa- 25
miliæ masculorum respectu bonorum, quæ à paren-
tibus masculis prouenerunt, *arg. l. si vnus, §. pactus,*
ff. de pact. Alexand. *consil. 85. num. 17. & sequent. lib. 4.*
Socin. iun. *consil. 23. num. 52. lib. 1.* Surd. *decis. 9.*
num. 9. & seqq. quæ congruentia, & æquitas mili-

rat magis in sororibus vtrinque coniunctis, quam in vterinis tantum.

26 Ex quibus cessat etiam motiuum † deductum ex
Castrens. *in Auth. itaque. C. communia de success.* Ruin.
consil. 20. num. 8. lib. 3. & alijs, quasi quod statutum
voluerit canonizare illorum doctrinam. Quia non
procedit stante hoc statuto, ex cuius contextu, ver-
bis, & ratione supra ponderatis, apparet admisisse
sorores, nedum vterinas, sed & consanguineas, in
successione fratris respectu bonorum maternorum;
& iniquitas ab eodem Castrens. & aliis considera-
27 ta, intolerabilis esset si admitteremus † vterinam,
& excluderemus illam, quæ insimul vterina est, &
consanguinea, vt in alia decisione fuit ponderatum,
& Castrens. & alij loquuntur, quando agitur de suc-
cedendo matri, hic verò agitur de succedendo fra-
tri, licet in bonis maternis, & inter hos casus est
magnum discrimen.

28 Minùs verò obstat, quod statutum † hoc intelli-
gatur de bonis, quæ à matre dotante, non autem ex
successione, & titulo hæreditario peruenerint ad fi-
lium, quemadmodum super hoc statuto Bonon. con-
suluit Alex. *in cons. 144. num. 12. lib. 6.* Quoniam, hac
29 data interpretatione, mancum † esset statutum, &
prouideret solum successioni filiarum, quibus ma-
ter constituisset dotem, non autem successioni mas-
culorum, quibus dos non assignatur, & ideo com-
30 muniter reprobatur dicta opinio † Alexandri, & vti
captiosa exploditur ab Addentibus *ibi, in verb. exce-
ptus*, & à Monterentio *sub littera H*, Laderch. *con-
sil. 54. num. 7. vers. quartus est casus*, à Rot. Bonon. *su-
per stat. Bonon. decis. 84. num. 3. & seqq.* sed meliùs, &
latiùs à Rota *in Bonon. successionis 19. Nouembris 1627.
coram R. P. D. meo Decano.*

Non obstat renunciatio toties ab informan. pro
D. Co. Alexandro obiecta, quia in hoc decisio R. P.
D. mei Dunozetti bene satisfacit, & superfluitatis
31 † euitandæ argumentum est frigidum, vt per Al-
ciat. *in l. 3. num. 3. ff. de leg. 1.* Peregr. *de fideicommiss.
art. 14. num. 11.* Surd. *cons. 325. num. 14.* & sat est quod
renunciatio aliquid plus contineat, vel magis de-
32 claret, † vel nouum vinculum iniungat, quam quod
in statuto fuit dispositum, iuxta notata per Eugen.
consil. 88. num. 110. & 111. lib. 1. & per Rotam *in
Bonon. de Armis 18. Aprilis 1622. coram me*, & re-
33 nunciationes sunt † strictissimè intelligendæ. Illud-
que motiuum multum vrgens visum fuit, quod D.
Blanca renunciauit expressè successioni Francisci,
& Alexandri fratrum viuentium; de hæreditate
verò iam delata Georgij non meminit, signum
quod Blanca voluit retinere hanc successionem
Georgij iam solidatam, eo quod facilius renuncia-
34 tur † spei futuræ, quam iuri iam quæsito, totoque
Cœlo distat obuiare principio acquisitionis, me-
diante renunciatione hæreditatis deferendæ, & re-
nunciare hæreditati delatæ, in quo cadit abdicatio
iuris quæsiti, Bald. *in l. illud num. 11. C. de sacros. Ec-
cles.* & plene fuit dictum *in Siguina Castrorum. 22. Ia-
nuarij 1622, coram bon. mem. Rembaldo, & 13. Nouem-
bris 1630. & 14. Februarij 1631. coram Reuerendiss. D.
meo Decano.*

Excessus demum obiectus contra sententiam eo,
quod solùm Co. Alexander fuerit condemnatus ad
hanc quartam partem, assignatam D. Blancæ, &
non Marchio Franciscus frater, non releuat, quia
Marchio Franciscus solum fuit institutus hæres in
legitima à Co. Vlixe marito D. Pellegrinæ, Co. ve-
rò Alexander fuit hæres vniuersalis, at si Comes
Vlixes erat debitor dotis eiusdem Pellegrinæ ad
fauorem Georgij pro eius rata, ideo huiusmodi to-
tum debitum spectabat ad eumdem Co. Alexan-
drum tanquam hæredem in totum Co. Vlixis pa-
tris; legitima † enim debita D. Marchioni Francis- 35
co filio non erat quota hæreditatis Co. Vlixis, sed
bonorum, *l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoff. testam.
l. cum quæritur, l. scimus, § repletionem, C. eodem,* Af-
flict. *decis. 382. num. 2.* Rot. *coram bon. mem. Cardinali
Caualer. decis. 325. num. 2. cum alijs.* Sique Marchio
Franciscus pro sua legitima plus detraxit, quam ei
deberetur, attenta hac portione, debita D. Blancæ,
ipse Co. Alexander experiatur iura sua pro repeti-
tione indebiti.

Et ita vtraque parte informante DD. steterunt in decisis.

a Est decisio 167. part. 6.

R. P. D. GHISILERIO.

Auenionen. Hæreditatis.

Die Mercurij 18. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Testator, si purè legatum reliquerit alicui, & postea disponat, quod ex facto, vel non facto tertij, illo priuetur, an teneat talis dispositio. Pupillus non est educandus penes eum, qui eidem succedere debet.

SVMMARIVM.

1. *Pater, tamquam legitimus administrator bonorum filij, potest pro eo transigere.*
2. *Et hoc multo magis procedit, quando transactio est vtilis.*
3. *Legatum, quando est pure relictum, & postea testator disposuit, quod legatarius eo priuetur ex culpa aliena, tunc talis ademptio non tenet.*
4. *De Transactionis nullitate ille dare non potest, qui non habet interesse.*
5. *Legatum si sit purum, & illius ademptio pendeat à facto tertij non tenet talis dispositio, & num. 8.*
6. *Grauari aliquem ex facto tertij, lex iniquum existimat.*
7. *Pœna, si apponatur inobedienti, tenet, sed si apponatur obedienti ex facto, vel non facto tertij, non tenet.*
9. *Legatum, si sit purum, & adimatur sub conditione resolutiua, non potest illa conditio resolui ex facto tertij.*
10. *Et an hoc procedat, quando ille tertius consequitur commodum, & num. 11.*
12. *Filius ex facto patris, non potest priuari hæreditate, sibi relicta.*
Hæreditate, quis priuari non potest ex facto extranei, num. 12.
13. *Matris voluntas attendenda est, in materia educationis filiorum, cum præsumatur meliùs cæteris prospexisse vtilitati filiorum.*
14. *Pupilli non sunt educandi penes eos, ad quos pertinet proxima causa successionis, & num. 15.*
16. *Pupillus, si sit educandus penes substitutum, lex mandat iudici, quod inquirat, si ex successione oriri potest aliqua suspicio.*
17. *Pupillus non est educandus penes eum, qui ei succedere debet.*
18. *Mente capti non habent, nec velle, nec nolle.*

DECI

DECISIO LXXXIX.

Domini censuerunt non esse recedendum, à de-
cisione facta coram me 16. Ianuarij 1632. [a]
Nam quod attinet ad primam partem concernen-
tem transactionem, eam validam censuerunt, quia
1 cum sit facta per Iulium, qui tanquam † pater, &
legitimus administrator bonorum ipsi Hectori, &
Iacobo fratribus à Borgnina testatrice, quoad pro-
prietatem relictorum, potuit bene transigere, vt ex
pluribus, quos refert Surd. *consil.* 451. *num.* 20. Pas-
cal *de patr. pat. part. 1. cap. 1. num. 3.* Quod eo magis
2 dicendum est, quia transactio † facta, est vtilis, ex
late deductis *in alia decisione.* Verùm, cum reuoca-
tio legati pure relicti, filiis Borgninæ mente captis
acquisite facta sub conditione, & præcepto adim-
plendo à tertio per huiusmodi verba, & casu quo
dicti sui filij non manerent, aut eis permissum non
esset manere apud supranominatos, hoc in casu, &
3 non aliter dicta testatrix reuocauit legatum † vsus-
fructus factum in fauorem filiorum, & voluit per-
tinere ad dictos suos hæredes vniuersales, &c. sit
inualida, ad text. *in l. paterfamilias, ff. de hered. in-
stit.* cum aliis allegatis in decisione, & firmatis in
ibi allegata Cæsanaten primogenituræ, 26. *Iunij*
1630. *coram Reuerendiss. D. Decano,* confirmata 2. *Iu-
nij anni sequentis*, non est necesse, in hoc multum
immorari, nam hoc præsupposito, cum vsusfru-
ctus remaneat penes ipsos mentecaptos, cessat
quæstio, an Iulius potuerit transigere in præiudi-
cium filiorum hæredum Borgninæ matris mente-
captorum, quibus solum in casu reuocationis, &
ademptionis legati, debebatur vsusfructus, & quia
ademptio legati non valuit, vt fuit resolutum, pro-
4 pterea † nullum habent interesse, nec possunt dare
de nullitate transactionis.

Quod attinet ad dictam reuocationem legati, pa-
riter fuit confirmata decisio, cum legatum vsusfru-
ctus priùs factum ad fauorem filiorum sit purum,
5 † & illius ademptio ex facto tertij non valeat *per d.
l. paterfamilias, ff. de hered. instit.* vbi Bart., & alij, ini-
6 quum enim existimauit, † lex aliquem alterius fa-
cto pergrauari, *l. siquis in suo, §. legis, C de inoff. testam.*
quam sententiam sequitur Bald. *in l. vnic. num.* 10.
C. de his, quæ pœn. nom. vbi distinguendo firmant, aut
7 potuit apponi inobedienti, † & tenere, aut obe-
dienti ex facto, vel non facto alterius inobedien-
tis, & non valere, per dictum text. *in l. pater fami-
lias.* In præsenti autem versamur in hoc casu, quia
testatrix reliquit vsumfructum pure filiis suis men-
tecaptis, quoad vixerint, & deinde ademit in casu,
quo non alerentur in domo Iulij, seu aliorum, qui-
bus ordinauit, vt ex suprà relatis verbis testamenti,
8 vnde dicendum est ademptionem dicti † legati fuis-
se nullam, & iuxta dispositionem text. *d. l. paterfa-
milias*, quia cum legatum sit purum, & adimatur
9 sub conditione resolutiua, † quatenus filij non ma-
nerent, aut eis non esset permissum manere, &c.
non potest illa conditio resolui ex facto tertij, &
licèt Surd. teneat contrarium quando ille tertius
10 † consequitur commodum, ex text. *in l. 1. ff. de his, quæ
pœn. nom.* vt *in decis.* 101. *num.* 9. *& sequentib.* quem re-
fert, & sequitur Fusar. *quæst.* 582. *num.* 22. nihilomi-
11 nus † contrarium tenet Peregr. *consil.* 31. *num.* 15.
& sequentib. & in tract. de fideicomm. art. 11. *num.* 150.
12 *&* 90. nam certum est, quod ex facto patris † non
potest filius priuari hæreditate sibi relicta, prout
nec ex facto extranei, ad text *in d. l. paterfamilias, ff.
de hered. institu.* per quem textum, vt fuit dictum su-
pra, ita firmauit Bald. *in l. 1. C. de his, quæ pœn. nom.*
& eum sequuti sunt Alexand. Ruin. Cephal. & alij
relati à Peregrin. *in d. art.* 11. *num.* 159. nec in hoc ca-
su intrat ratio Surdi, nam quoad Gabrielem cura-
torem mentecaptorum nullam omnino consequi-
tur vtilitatem ex dispositione Borgninæ testatricis,
in qua nullo modo fuit nominatus. Et quoad Iu-
lium licèt ei fuisset relictum, quod supererat præ-
stitis alimentis, attamen cum non constet quantum
in hæreditate remanserit, impossibile est firmare,
quod vltra alimenta aliquid pro Iulio superesset.
Non obstat quod in materia educationis filiorum
sit attendenda voluntas † matris, cum præsumatur 13
semper meliùs ceteris prospexisse vtilitati filiorum,
l. nec in ea, ff. de adulter. Menoch. *consil.* 64. *num.* 12.
Ioseph. Ramonius *consil.* 4. *num.* 15. *& sequentib.* quia
cùm † filij Iulij fuerint exemplariter mentecaptis 14
substituti, iussus matris non est attendendus, & sic
isti pupilli mentecapti non sunt educandi † penes 15
eos, ad quos pertinet proxima causa successionis,
l. 1. §. 1. vers. denique, ff. vbi pupillus educari debeat, vbi
loquendo in substituto mandat, † lex iudici quod 16
inquirat, si ex successione oriri potest aliqua suspi-
cio, *& in l. final. C. eod.* generaliter firmatur pupillum
non esse † educandum penes eum, qui ei succede- 17
re debet, Bald. *consil.* 487. *in principio, vers. secundò
debet aduertere. volum.* 5. Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæst.* 13.
num. 30. idem Ioseph. Ramonius *d. cons.* 4. *num.* 50.
lib. 2.

Quare cum conditio resolutiua ex facto tertij, si
non habitauerint in domo Iulij, &c. sit nulla, &
inualida, & iure reprobata, ex supradictis, & aliis
latius deductis in alia decisione, 16. Ianuarij 1632.
domini resoluerunt vtraque parte informante eam
non obstare filiis mentecaptis, † qui cum non ha- 18
berent, neque velle, neque nolle, non poterant pri-
uari legato sibi à matre facto sub conditione depen-
dente à facto tertij, &c.

[a] Est decis. 86. part 6.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Legitimæ.

Die Veneris 17. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

In hac decisione declaratur, quando legiti-
ma matris sit tertia pars omnium bono-
rum, & quando tertia eius portionis, quã
ipsa habitura esset ab intestato.

SVMMARIVM.

1. *Ad partem, qui admittitur, facit partem.*
2. *Legitima matris est tertia totius, non autem tertia eius portionis, quam habitura esset ab intestato.*
3. *Quod procedit in casu, quo sorores, vel fratres sunt omnino præteriti, vel totaliter exclusi. Secus verò si aliquid fuerit ei relictum. num. 4.*
5. *Legitima matris non est tertia totius, quando fratribus, & sororibus aliquid relinquitur.*
6. *Legatum relictum fratribus, vel sororibus non titulo institutionis, habentur tanquam extranei, & ideo non faciunt partem in legitima matris.*
7. *Frater, vel soror, vt faciat partem in legitima matris, sufficit, vt aliquid sit ei relictum, siue titulo institutionis, siue titulo legati.*

8. *Filij, & cateri, qui sunt necessariò instituendi, dicuntur prateriti, etiamsi eis factum sit legatum.*
9. *Fratres, & alia persona, qua non sunt necessariò instituenda, non possunt dici praterita, si aliquid ei, etiam solo titulo legati relinquatur.*
10. *Frater, quando est necessariò instituendus, vt non dicatur prateritus, sufficit, quod aliquid etiam solùm titulo legati relinquatur.*
11. *Legitima parentibus est de iure debita.*
12. *Mater, quando non defraudetur sua legitima.*
13. *Legatum, vti debitum voluntarium detrahi debet post legitimam, vti debitum necessarium, & quando hoc procedat, num.14.*
15. *Legitima matris in tantum illa augetur, in quantum excluditur succedens cum matre ab intestato, non autem in quantum eidem relinquitur.*
16. *Decisiones in causa Romana de Vrsinis declarantur.*
17. *Frater ex vno latere tantùm coniunctus, de iure non concurrit in successione matris.*
18. *Legitima matris non habentis concurrentem in successione est tertia totius.*
19. *Soror à statuto exclusa propter existentiam masculorum, si aliquid ei relinquatur, non tamen admittitur, vt faciat partem in legitima matris, secus verò si masculi non extarent, num.20.*

DECISIO XC.

DEcessit Matia condito testamento, in quo instituto vniuersali hærede Alexandro Cherubioo eius marito, legauit sorori scuta 2000. & alia nonnulla mobilia: matri vero scuta 1000. iure institutionis pro sua legitima reliquit; cumque d. mater ageret pro supplemento legitimæ; dubitaui quanta illa esse debeat, & an illa sit detrahenda ex tota hæreditate; an verò priùs sit detrahendum legatum sorori relictum; & DD. legatum priùs esse detrahendum responderunt, & sic legitimam esse trientem residui.

Ratio resolutionis fuit; quia cum soror non fuerit testatrice omnino prætetita, vel totaliter exclusa, sed fuerit agnita mediante legato illi relicto, non potest haberi pro mortua, & sic necesse est, vt matri partem faciat in eo, quod recipit, licèt diuerso
1 iure accipiat, quia † qui admittitur ad partem facit partem, *§. sed nostra, Instit. de success. liber. l. planè, § si duobus, l. huiusmodi, § si Titio, ff. de legat. 1.*

Cessat etenim in hoc casu fundamentum Butri-
2 garij dicentis contra Bartolum, legitimam † matris esse tertiam totius, non autem tertiam eius portionis, quam habitura esset ab intestato; nam eius
3 opinio, quam aliàs, reiecta opinione † Bartoli, Rota sequitur, procedit in casu, quo sorores, vel fratres sunt omnino præteriti, vel totaliter exclusi, tunc enim quia habentur pro mortuis, nec admittuntur ad partem, non faciunt partem, ex iuribus supra allegatis, sed in casu, de quo agitur, in quo soror non fuit omnino præterita, aut totaliter exclusa, sed fuit
4 aliquid ei † relictum, negari non potest, quin sit agnita vti soror, ac propterea res eodem modo se habet ex testamento, prout se haberet ab intestato, adeò, vt sicut d. soror matri partem faceret in causa intestati, ita partem faciat in causa testati, & ma-
5 trem impediat, ne integram † tertiam omnium bonorum habeat, sicut eam impediret, si ab intestato successisset, ita Bald. *in Auth. nouissima, in fin. vers. & per hoc in quæst. C. de inoffic. testam.* Corn. qui Baldum explicat *in consil. 197. num. 7. lib. 3.* Gabriel. *consil. 94. num. 20. & seqq. lib. 1.* vbi testatur de communi, & opinionem Butrigarij explicat Berett. *consil. 85. num. 3. & seqq.* Decian. *consil. 2. num. 128. ante med. vers. præterea, lib. 5.* Bursat. *consil. 215. num. 6. & seqq. lib. 1.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 38. num. 13. vers. tertius casus.* Thesaur. *decis. 172. num. 6.* late Marescot. *variar. lib. 1. cap. 10. num. 8. ad fin.* vbi de communi, Gratian. *discept. 178. num. 9. & 448. num. 18. & seqq.* Mart. *de success. part. 1. quæst. 25. art. 2. num. 23.* Paschal. *de patr. potest. part. 2. cap. 4. num. 41.* Merlin. *de legit. lib. 1. tit. 4. quæst. 7. num. 16.* Card. Tusch. *tom. 5. pract. conclus. litt. L. conclus. 185. num. 19. vers. secus si aliquid eis est relictum.* Matth. Berlich. *conclus. 12. lib. 3. num. 54. vers. deinde hæc assertio limitatur*, & hanc opinionem tenuit Rota *in Romana legitima de Menichellis 13. Aprilis 1579. coram Vicecomite, & in Asculana legitima 2. Decembris 1588. coram Bubalo.* apud Merlin. *de legit. decis. 39. & in decis. 421. num. 8. part. 4. diuers. & in Romana legitima 8. Nouembr. 1593. coram Card. Arrigonio apud eundem Merlin. decis. 69. num. 1. & in Perusina de Oddis 23. Maij 1594. coram Cardin. Millino.*

Non obstat, quod d. legatum non fuerit relictum titulo institutionis, & sic d. soror habeatur † tan- 6
quam extranea, quæ non facit partem in legitima, Panzirol. *consil. 143. num. 4. & seq.* Fabian. de Gnocch. *in Auth. nouiss. num. 42. in 4. quæst. C. de inoffic. testam.* Surd. *consil. 404. num. 8. cum alijs in contrarium alleg.* Quia ad hoc, vt soror dicatur agnita, & faciat partem, non attenditur, quo iure recipiat, † iure scili- 7
cet institutionis, aut iure legati, nam etiamsi capiat iure diuerso à matre, non tamen habetur pro mortua, sed matri partem facit, eiusque legitimam minuit, ita vt tanto minùs dicatur esse in hæreditate, quantum importat legatum. Gabriel. *dict. consil. 94. num. 23. lib. 1.* Berret. de Bursat. *vbi suprà.* Thesaur. *d. decis. 172. num. 6. in 1. casu.* Corn. *dict. consil. 150. num. 1. ad med.* in specie ponderauit Rota *in d. Asculana legitima coram Bubalo, & in d. Romana de Menichellis coram Vicecomite.* Quamuis enim filij, & cæteri, † qui sunt necessariò instituendi, dicantur præ- 8
teriti, etiamsi eis factum sit legatum: attamen fratres, aliæque personæ, quæ non sunt necessariò instituendæ, † non possunt dici præteritæ, si aliquid eis 9
etiam solo titulo legati relinquatur. Decian. *in l. 2. num. 5. vers. & vlterius considerandum, C. de bon. poss. contr. tab.* Tob. Non. *in § 1. Instit. de exhæredat. num. 8.* Mart. *de success. leg. part. 1. quæst. 26. art. 2. num. 20.* Marescot. & Gratian. *vbi supra.* Imò etiam, quando frater esset necessariò instituendus, vtpotè quando est instituta turpis persona, † quod non requiratur ti- 10
tulus institutionis, & non dicatur præteritus etiam si aliquod solum titulo legati ei relictum fuerit, tenent Natt. *consil. 478. num. 13. lib. 3.* Merlin. *de legit. lib. 5. tit. 2. quæst. 20. per tot.* Angel. *de acquirend. poss. quæst. 3. num. 964.*

Neque obstat absurdum ab informantibus pro matre ponderatum, nempe, quod alioqoin esset in posse filiorum priuare parentes legitima † illis de 11
iure debita, relinquendo fratribus, vel sororibus pingue legatum; quia pro responsione sufficit dicere, legatum, de quo agitur, esse longè infra portionem ipsi sorori ab intestato debitam; † vnde be- 12
nè potest deduci ante legitimam matris, quia eo deducto, matri adhuc remanet tertia pars eius, quam habuisset ab intestato, vt benè ad propositum Gabriel. *d. consil. 94. num. 23. ad med. vers. quia dispositio testatoris*, & Thesaur. *d. decis. 172. num. 6. in 4. casu.*

Nec obstat, quod d. † legatum vti debitum vo- 13
luntarium

lumtarium dettahi debeat post legitimam vti debitum necessarium. Bertrand. *consil.* 224. *num.* 2. *lib.* 4. Gratian. *discept. forens. cap.* 751. *num.* 15. Merlin. *de*
14 *legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 10. *num.* 3. Quia hoc † procedit in legato facto extraneo, non autem in legato facto, prout hic, succedenti ab intestato cum matre intra portionem ipsi succedenti debitam, quia in hoc casu legitima matris non minuitur, regulando eam à successione ab intestato, sed solùm impeditur augumentum illius, ex quo in tantum illa au-
15 getur, † in quantum excluditur succedens cum matre ab intestato, non autem in quantum eidem relinquitur, vt tradunt DD. *supr. alleg.* & dixit Rota *in d. decis. coram Vicecomite.*

16 Denique non obstant decisiones *in † Romana de Vrsinis* 91. 92. & 38. post Merlin. *de legit.* in quibus licèt soror fuerit agnita titulo legati, tamen Rota censuit legitimam matris esse tertiam totius hæreditatis. Quia in casu duarum priorum institutus erat
17 frater ex vno tantùm latere coniunctus, † qui cum de iure non concurreret in successione cum matre, iuxta *Auth. defuncto, C. ad Tertull.* legitima matris non habentis concurrentem in successione, erat ter-
18 tia † totius, quæ proinde præseruata intelligitur, vt illis respondendo aduertit Rota *in d. Asculana legitima*, post Merlin. *de legit. decis.* 39. *num.* 17. firmans, *num.* 17. contrarium, quando fuissent instituti vtrinque coniuncti. In tertia verò fuit relictum legatum
19 sorori à † statuto exclusæ propter existentiam fratrum, ac propterea cum soror non potuisset ab intestato vna cum matre in successione concurrere, stantibus masculis, habebatur pro mortua, & sic non poterat minuere legitimam matris, vt fuit consideratum *in d. Asculana legitima.* Secus autem est in
20 casu nostro, in quo cum non adessent masculi, † soror non erat exclusa, sed vna cum matre ab intestato concurrebat, ac proinde, quia d. legatum succedit loco portionis debitæ ab intestato, meritò viget paritas testati, & intestati supra considerata.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

R. P. D. PIROVANO.

Bononien. Successionis.

Die Lunæ 14. Nouembris 1633.

ARGVMENTVM.

Filia renuncians bonis, & hæreditati maternæ, qualiter intelligatur facta d. renunciatio. Renunciationes, qualiter sint intelligendæ. Æqualitas, vt seruetur inter fratres, & sorores, iura semper inclinant, itaut hoc casu plura permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. Et aliqua circa statut. Bonon. *lib.* 4. *de success. ab intestat.*

SVMMARIVM.

1. *Filia in successione bonorum matris simultaneè cum parentibus, & fratribus vocatur, & num.* 19.
2. *Statut. Bonon. de success. ab intest. ascenden. & Collater. lib.* 4. *non excludit fœminas à successione personæ defunctæ, quando agitur de bonis, quæ prouenerunt à matre.*
3. *Interpretatio semper est strictè facienda, quando agitur de materia proprij iuris abdicatiua, donationem, aut speciem illius importante.*
4. *Renunciatum tantùm censetur, quantum legitur expressum, nec potest ad alia trahi.*
5. *Ex renunciatione sola facta à filia bonis, & hæreditati materna, includuntur bona, quæ ex eadem hæreditate prouenerunt ad filios, & de filijs ad filios transeunt, declara, vt num.* 6. *&* 8.
7. *Soror, quæ renunciauit bonis paternis, non prohibetur succedere fratri in bonis, quæ ad fratrem peruenerunt ex paterna successione.*
9. *Cessante causa, cessat effectus.*
10. *Renunciatio generalis facta à filia de bonis maternis, quid comprehendat.*
11. *Renunciatio non potest verificari in alijs bonis, quàm in expressis.*
12. *Renunciationis extensio, vt impediatur, sufficit, quid minimum.*
13. *Statut. Bononien. lib.* 4. *de success. ab intest. ascend. & Collat. declaratur.*
14. *Clausula in fine statuti posita referri debet ad omnia, singula singulis referendo.*
15. *Coniunctio maior non debet esse causa exclusionis.*
16. *Dictio, vel, solet repetere, & distinguere substantiam dispositionum.*
17. *Relatio fieri debet potius ad proxima, quam ad remota.*
18. *Statuta exclusiua fœminarum tanquam fundata in ratione agnationis conseruandæ, debent conseruare id totum, quod pertinet ad agnationem conseruandam.*
20. *Æqualitas, vt seruetur inter fratres, vt sorores iura semper inclinant, & vrgent.*
21. *Æqualitas, vt seruetur multa includuntur in dispositionibus, quæ aliàs non includerentur.*
22. *Æqualitas vt seruetur, recedendum est à proprietate verborum.*
23. *Interpretationi, & opinioni semper inhærendum est, quæ fauet æqualitati.*
24. *in Statutis exclusiuis fœminarum causa earum exclusionis ratione agnationis conseruandæ, est fauorabilis.*
25. *Dispositio vna, & eadem diuerso iure determinari non debet.*
26. *Cohæredum vnusquisque tenetur ad onera hæreditatis, pro portionibus hæreditarijs.*
27. *Legitima non subiacet oneribus, & debitis hæreditarijs.*
28. *In hæredem vniuersalem transeunt iura actiua, & passiua.*

DECISIO XCI.

IAm fuit resolutum sub die 27. Iunij præteriti sententias Rotales esse confirmandas, causa super eisdem iterum posita, idem fuit conclusum.

Quia Com. Blancha in successione bonorum † Peregrinæ matris simultaneè cum parentibus, & 1
fratribus vocatur per *Auth. defuncto, C. ad Tertull.* renunciatio autem per eamdem facta non comprehendit casum successionis de qua agitur, & statutum Bononiæ *de success. ab intestato ascenden. & Collateral. lib.* 4. non † excludit fœminas à successione 2
personæ defunctæ, quando agitur de bonis, quæ prouenerunt à matre, prout hæc ipsa, quæ controuertuntur, prouenisse probantur.

Non obstant, quæ de nouo ponderantur contra verba renunciationis ad inducendam comprehensionem.

Nam veræ ſunt concluſiones io deciſionibus,
tam ptimæ, quàm ſecundæ inſtantiæ fitmatæ, quod
ſi contextus inſtrumenti tenonciationis non com-
ptehendit ſpecificè bona, & hæreditatem Georgij
eius Com. Blanchæ ftatris, qoi tam ſucceſſetat in
portione bonotum Peregrinæ commonis matris,
neque exinde pet clauſulas, quamuis amplas, & ge-
nerales, potuit talis hæreditas iocludi, cum agatut
3 de matetia † proprij iuris abdicatiua, donationem,
aot ſpeciem illius impottante, quæ ſemper tecipit
ſtrictam interpretationem, & tantùm cenſetut re-
4 nunciatum, † quantum legitur exptelſum, nec po-
teſt ad alia ttahi. Natt. *conſil.* 78. *num.* 5. Bec. *conſil.* 106.
num. 45. *&* 111. *num.* 31. Surd. *conſil.* 431. *num.* 15.
cum aliis allegatis in deciſionibus cauſæ, quæ ex-
preſſio hæteditatis Com. Georgij, cum non legatur
in dicto inſtrumento, ſed tantummodo Marchionis
Franciſci, & Alexandri dicti Com. Georgij, & Com.
Blanchæ fratrum, concluſio ineoncuſſa remaoet.
5 Quæ euitari non poteſt ex eo, quod ex ſola † re-
nunciatione bonis, & hæreditati maternæ ioclodan-
tur bona, quæ ex eadem hæteditate perueoeruot ad
filios, & de filiis ad filios tranſeunt, vtroque iure,
tam communi, quàm municipali inſpecto per *Auth.
ex teſtam. C. de ſecund. nupt.* Gloſſ. *in Auth. poſt fratres,
in verb. filiys eorum, C. de legit. hæred.* & aliis per Graſſ.
de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt. 32. *num.* 1. & in ipſo ſtatuto
Bononiæ *de ſucceſſ. lib.* 4. §. *aſcendentes*, io quibus re-
ſpectiuè dicebatur conſeruari nomen paternorum,
maternorum, & fraternorum bonorum, dum tranſ-
eunt ad vtrinque coniunctos, vel vterinos.
Quia diſpoſitiones prædictæ veræ ſunt in ſuis ca-
6 ſibus, ſed vbi non diſponunt † per aditionem hære-
ditatis paternæ, aut maternæ, & perinde eſt, quoad
bona materna, ac ſi nunquam ad Georgium tranſ-
iiſſent, *l.* 1. §. *veteres*, *ff. de acquir. poſſeſſ. gloſſ. in l. per
hæreditarium, ff. de acquir. rer. domin. l. hæres per ſeruum,
ff. de acquir. hæred.* Bart. *in l.* 3. *in fin. princip. ff. de ac-
quir. poſſeſſ.* ex quibos infert Angel. *conſil.* 52. *colum.* 2.
verſ. non obſtat, ad terminos noſtros dicens, quod
7 ſoror, † quæ tenunciauit bonis paternis, non pro-
hibetur ſuccedete fratri in bonis, quæ ad fratrem
peruenerunt ex paterna ſucceſſione, & ſequuntur
Caſtr. Decian. & alij allegati per Surd. *deciſ.* 144.
num. 15. & quod magis eſt, eadem iuris communis
8 † diſpoſitio ſtrictiſſimè ſolet tecipi, vt nonniſi de
immediata ſucceſſione ſit intelligenda, oon autem
de mediata, prout artieolo diſcuſſo, Rota tenoit *in
Romana domus* 10. *Iuny* 1616. *coram bon. mem. Andrea,
& in Bonon. de Arnis* 48. *num.* 6. *inter impreſſas per
Modern. de legitima*, ſignum euidens, vt indiſtinctè
bona materna poſt aditam hæreditatem à ſucceden-
te non conſeruent nomen auctoris, ſed in caſibus
tantummodo ab ipſa lege præordinatis; igitur dum
9 non † probatur nos verſari in vno, vel altero caſu,
ſecundùm ius commuoe, aot municipale diſpoſito,
facilè ceſſat hæc noua ponderatio.
Et eo minùs deſeruire poteſt ſecunda ponderatio
ex neceſſaria comprehenſione deducta, quando ſci-
licet generalis illa renunciatio, & pro omni, & toto
in aliis bonis verificari non poteſt, quàm in peruen-
tis ad Com. Georgium ex eadem materna ſucceſſio-
10 ne, tunc non obſtante aditione remaneant † com-
prehenſa in illa geoeralitate, tanquam ad ſpeciem
tedacta. Caſſan. *conſil.* 39. *num.* 97. *&* 98. Hoded.
conſil. 63. *num.* 85. *& ſeqq.* & in materia legitimæ ma-
gis priuilegiata idem dicitur reſolutum in cauſa *dict.
Bononien. hæreditatis de Arnis impreſſa poſt tract. Mer-
lini de legitima* 48. *in ordine num.* 6.

Nam quicqoid ſit de hac concluſione ſufficit fa-
ctum non probari, quod renunciatio † in aliis bo- 11
nis non poſſit verificari, ex quo poteſt operari ex-
cluſionem dotis in ſubſidium in bonis maternis, aut
ſupplemeotum eiuſdem, quaodo bona paterna non
ſufficerent, & per alia multa per informantes exci-
tata, & tamen quid † minimum ſufficeret ad im- 12
pediendam extenſionem renunciationis, *l. cùm de in-
debito, ff. de prob.* idem fuit dictum *in deciſ.* 549. *in fin.
part.* 1. *recent.*
Tota igitur difficultas teducitur ad ſtatutum Bo-
noniæ *lib.* 4. *de ſucceſſ. ab inteſt. aſcenden. & Collate-
ral.* §. *dicti verò fratres*; cuius verba hæc ſunt forma-
lia; *dicti verò fratres mares ex vtroque parente, vel ex
patre tantum coniuncti, filiyque maſculi eorum, ſeu alter
ex eis præferantur ſororibus defuncta perſona etiam vtrin-
que coniuncti, eorumque liberis etiam maſculis, ac filia-
bus fratrum maſculorum, & earum liberis etiam maſcu-
lis, & etiam fratribus, & ſororibus vterinis tantùm, &
eorum, & earum liberis etiam maſculis, exceptis bonis,
quæ ad defunctam perſonam peruenerint ex dote, vel titu-
lo lucratiuo, vt ſupra à matre, vel coniuncta perſona per
matrem dictarum ſororum, vterinorum, in quibus tali-
bus bonis ius commune ſeruetur.*
Senſus verborum à verbo, exceptis, vſque ad fi-
nem pro fratribus ad excluſionem Com. Blanchæ
† exponebatur exceptionem hanc non eſſe referen- 13
dam ad principalem diſpoſitionem, & ad regulam
generalem poſitam, quod à fratribus excludantur
ſorores, ſed habere relationem ad ampliationem
immediatè poſitam circa vterinas; itaut ſtatutum
ſorores vterinas æqoaliter admittat cum fratribus
ad ſucceſſionem alterius fratris in bonis paternis,
non aotem ſorotem vtrinque coniunctam, qualis eſt
eadem Com. Blancha.
Cæterùm Dominis hæc interpretatio non pla-
cuit, ſed contrariam ſequuti ſuot in vltimis duabus
cauſæ deciſionibus, [b] & nunc eamdem admittunt,
nempe relationem eſſe faciendam ad priocipalem
diſpoſitionem, vt omnes ſorores indiſtinctè vtan-
tur diſpoſitione ioris communis, vbi agitur, vt in
præſenti, de ſuccedendo in bonis maternis per regu-
lam, quod clauſula † in fine ſtatuti poſita referri 14
debeat ad omnia ſingula ſingulis referendo, con-
currente maximè eadem ratione, & etiam maiori
in vtrioque coniunctis, quam in vterinis dumtaxat,
ne maior † coniunctio vtriuſque lateris, in qua erat 15
Com. Blancha eſſet cauſa excluſionis, gaudente vte-
rina ex latere materoo tantùm coniuncta, libertate
ſuccedendi, quem ſeorſum, & ipſi ſtatuentes viden-
tur habuiſſe in relatione qualitatis bonorum, quæ
peruenerunt ad defunctam perſonam, ibi per ma-
trem dictarum ſororum, vel vterinorum, quæ oon
poſſunt reſtringi ad vterinas tantùm, propter rela-
tionem indiſtinctam perſonarum, & dictionem, *vel*,
† quæ ſolent repetere, & diſtinguere ſubſtantiam 16
diſpoſitionum, quæ rationes, & fundamenta, cum
in vltimis deciſionibus fuerint diligentiſſimè, & ple-
ne comprobata, non egent noua repetitione, aut
additione.
Noo obſtat, quod relatio † fieri debeat potius ad 17
proxima, quàm ad remota. Corneus *conſ.* 97. *num.* 2.
lib. 1. Ruin. *conſil.* 64. *num.* 6. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 384.
num. 4. *coram Papa Gregor. XV.* cum aliis allegatis,
quia hanc concluſionem non ſimpliciter ſuſtinent,
ſed data ratione diuerſitatis.
Quod ſi replicetur ex pluribus probari rationem
diuerſitatis reſtingendi diſpoſitionem ad vterinas
tantùm, ex quo vterinæ non dotantur à patre per-
ſonæ

sonæ defunctæ, prout dotantur vtrinque, vel ex vno
latere coniunctæ, propter quam dotationem dicebatur benè posse tollere sororum exclusionem per statutum ad fauorem fratrum, & illa cessante non deberi auferri successionem vterinis, quæ de iure illis competit in hæreditate materna, postquam à parte sororum coniunctarum nihil habuerunt, sed
18 a proprio fuerunt dotatæ; præterea statuta † Bononiæ fœminarum exclusiua, tanquam fundata in ratione agnationis conseruandæ, debent quidem conseruare id totum, quod pertinet ad agnationem impinguandam respectu sororum ex eodem patre coniunctarum; sed in vterinis idem non contigit, tanquam in aliena familia positis, quæ non debent augere substantias diuersæ familiæ, & eisdem auctis, in masculorum deficientiam ad eamdem successionem reintegrari non possunt deficiente vinculo agnationis.

Vltra ponderata in vltimis decisionibus ad euitandam diuersitatem, quoad primam rationem responsum fuit fundamentum exceptionis non fuisse positum in eo, quod laterales dotentur à communi patre; vterinæ verò nihil percipiant ab eodem patre; sed in æqualitate seruanda, ne plus percipiant vterinæ in successione personæ defunctæ de bonis ad eamdem personam ex hæreditate materna peruentis, prout perciperent remoto concursu sororum lateralium diuidendo cum minori numero persona-
19 rum, † scilicet in capita cum fratribus, & ascendentibus tantùm, iuxta dispositionem *Auth. defuncto, C. ad Tertull.* & in eamdem inæqualitatem fœminæ coniunctæ reinciderent, si masculis extinctis essent reintegrandæ, ex quo plus percipere non possunt, quàm ad fratres suos coniunctos peruenissent;
20 & tamen ad † æqualitatem seruandam inter fratres, & sorores iura semper inclinant, & vrgent, *l. pater, §. emptio, ff. de leg. 2. l. fin. C. vtriusque iudic.* Crauett. *consil. 605. num. 1. lib. 4.* Paris. *consil. 2. num. 27. lib. 3.*
21 & hinc ad sustinendam † æqualitatem multa includuntur in dispositione, quæ aliàs non includerentur,
22 & à proprietate etiam verborum † receditur pro æqualitate seruanda, & interpretationi, opinionique semper est inhærendum, quæ fauet æqualitati,
23 prout hæc omnia, † & alia priuilegia ponuntur, & probantur per Honded. *consil. 29. num. 5. & seq. & consil. 59. num. 60. & seq. volum. 1.*

Secunda verò ratio relata ad agnationem conseruandam, & ipsa benè euitatur ex responsione data in vltima decisione *in vers. Verum obseruandum est*, nam vbi agitur de bonis paternis, & de aliis, quæ ex illo latere peruenerunt, fratres, & alij enunciati,
24 in statuto iuuari possunt ratione agnationis † conseruandæ ad sustinendam causam exclusionis fœminarum, tanquam fauorabilem. Specul. *in tit. de success. ab intest. in rubr.* Sfortia Odd. *consil. 13. num. 22. lib. 1.* cum aliis allegatis, sed vbi agitur de secunda parte, nempe de bonis maternis, & aliis, quæ per matrem ad filios peruenerunt, in qua statuentes diuersam dispositionem fecerunt, ratio agnationis conseruandæ deseruire non potest, propter eamdem rationem æqualitatis, ne vterinæ sibi ipsis acquirant, consanguineæ verò à fratribus excludantur,
25 & ita vna, & † eadem dispositio diuerso iure determinetur, contra regulam *l. iam hoc iure, ff. de vulgar. l. cum qui ades, ff. de vsucap.* Menochius *consil. 200. num. 33.*

Quæ autem dicebantur contra sententias Rotales de excessu ex eo, quod Com. Alexander solus fuerit condemnatus ad restitutionem portionis debitæ Com. Blanchæ, cum tamen fuerint duo hæredes Vlixis patris, & debitoris, nempe idem Com.
Alexander, & Marchio Franciscus, ex † quo vnusquisque tenetur pro portionibus hæreditariis, *l. pro hæreditarijs, C. de hæred. actio.* cum aliis per Surd. *consil. 415. num. 13. lib. 3.* visa fuerunt non obstare. 26

Quia Marchio Franciscus, & si inter hæredes Vlixis connumeretur, fuit nihilominus institutus
in legitima, quæ † non subiacet oneribus, aut de- 27
bitis hæreditariis, dato alio hærede vniuersali, sed
idem hæres vniuersalis † in quem iura actiua, & pas- 28
siua transeunt, solus conuenitur. Cuman. *consil. 37. num 3.* Ripa *consil. 122. num. 7.* Surd. *consil. 7. num. 25. & 112. num. 69. lib. 1.*

Et ita vtraque, &c.

a Habetur ista decisio in fine decisionum part. 6.

b Idest, sub diebus 10. Ianuarij 1633. & 13. Maij eiusdem anni coram R. P. D. Merlino & sunt decisiones 187. & 206. part 6.

R. P. D. MERLINO.

Romana Nullitatis contractus.

Die Lunæ 5. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Falsitas causæ in contractibus, quid operetur mater transiens ad secunda vota, & quid amittat. Rationes, vt dicantur benè redditæ, quid sit necessarium, & alia circa text. in l. fœminæ, C. de secund. nupt.

SVMMARIVM.

1. *Transactio est nulla, quando causa expressa est falsa.*
2. *Falsitas causæ adimit consensum contrahentium ab actu, & perinde est, ac si nullus contractus fuisset celebratus.*
3. *Mater transiens ad secunda vota, legitimam amittit, reseruato dumtaxat vsufructu, donec vixerit.*
4. *Rationes, sine quibus reddi non possint.*
5. *Tutor ad hoc, vt dicatur rationes reddidisse, ad hoc non sufficit eius, vel pupilli assertio.*
6. *Text. in l. fœmina, C. de secund. nupt. procedit solum in bonis immediatè prouenientibus ex substantia primi mariti.*
7. *Mater binuba tenetur reseruare bona primi mariti, filijs eiusdem matrimonij.*
8. *Matri secundo nubenti debetur legitima in bonis filiorum prædecedentium, quoad bona fratrum prædecentium, in quibus ipsi filij successerunt.*
9. *Filius vindicare potest bona sui patris, à matre, quæ ad secundas nuptias transiuit.*
11. *Verba, in reliquis, similitudinem importans, atque implicant qualitatem, & substantiam respectiuam ad præcedentem dispositionem.*
12. *In text. l. fœmina, C. de secund. nupt. DD. semper capiunt verbum, legitima, pro proprietate.*
13. *Causa etiam in parte falsa vitiat contractum.*
14. *Text. in l. fœmina, C. de secund. nupt cessat stante consensu filiorum super transitu matris ad secundas nuptias.*
15. *Consensus expressus requiritur, quando agitur de præiudicio notabili, & de renunciatione beneficij*

certi

certi in iure scripti, nam in hoc casu non sufficit tactus.
16. *Rationes uno oculi ictu reddi non possunt.*
17. *Index stante breuitate temporis non præsumitur causa cognitionem adhibuisse.*

DECISIO XCII.

PEr duas sententias alteram R. P. D. Meltij A.C. locum tenentis, alteram Rotalem coram R.P.D. meo Dunozetto, * pronunciatum fuit, instrumentum transactionis initæ inter Thomam, & Aureliam, vitricum, & priuignam, occasione administrationis bonorum ipsius Aureliæ, per dictum Thomam gestæ, nullum esse, & inualidum, cumque per Thomam fuerit appellatio interposita, & adita signatura causa mihi fuit commissa, cum clausula constito de duabus conformibus, & quod sit locus statuto; DD. responderunt constare de duabus conformibus.

Validitas enim, & conformitas sententiarum, nec non incolatus, & ciuilitas collitigantium non controuertebatur, & quæ opponebantur contra iustitiam visum fuit non releuare.

1 Quoniam verè nulla fuit transactio, † dum falsa est causa expressa, quæ causæ falsitas adimit consensum contrahentium ab actu, & consensum iudi-
2 cis à decreto, & † perinde est, ac si nullum fuerit interpositum decretum, nec vllus celebratus contractus, *l. magis puto, §. non possum, ff. de reb. eor.* Dec. *consil.* 318. *num.* 1. Rot. *decis.* 34. *num.* 4. post Pic. *ad stat. Vrbis, & decis.* 218. *part.* 2. *recent. & fuit dictum in Romana census* 8. *Aprilis præteriti coram me.*

Falsitas autem causæ ex duobus benè deducitur, primò, quia Plautillæ assignata fuit certa portio bonorum pro legitima illi debita, in successione Bernardini, & Francisci filiorum prædefunctorum, & fratrum vtrinque coniunctorum Aureliæ, & tamen
3 † ob transitum ad secundas nuptias Plautilla binuba dictam legitimam amiserat, reseruato illi dumtaxat vsufructu donec vixerit, iuxta celebrem text. *in l. fœmina, C. de secundis nupt.* & plenè fuit dictum *in Cesenaten. Pradij* 11. *Decembris* 1631. *coram me*, vbi nec ius Canonicum dissentire à dicta constitutione *l. fœmina*, comprobatum fuit.

Secundò, quia dicta transactio inita fuit occasione tutelæ ipsius Aureliæ per dictum Thomam administratæ, & redditionis rationis, & tamen nullibi apparet rationum codicem, inuentarium, instrumen-
4 ta, actus fuisse productos, & rationes ipsas † legendas percunctandas, & dispungendas fuisse exhibitas, prout requiritur iuxta text. *in l. si quis, §. rationum, ff. de eden. l. cum seruus ff. de condit. & demonstrat.* nec enim circa veritatem causæ standum est asser-
5 tioni tutoris, pupilli, † & contrahentium in instrumento, sed aliunde probari debet. Dec. *consil.* 403. *num.* 21. *ad fin.* Cardin. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 8. Card. Cauaier. *decis.* 225. *num.* 5. & fuit dictum *in Romana censis* 8. *Aprilis præteriti coram me.*
6 Non obstat, quod imò Plautillæ † deberetur legitima, eo quod *disp. l. fœmina, C. de secundis nuptijs*, procedit solùm in bonis immediatè prouenientibus
7 ex substantia primi mariti, quæ bona tenetur † Mater binuba reseruare filiis eiusdem primi matrimonij, qualis est Aurelia, sed quando filij primi matrimonij consequuntur portionem fratrum præcedentium, & quæ ipsorum effecta fuerat patrimonium, & deinde iidem filij prædecedunt matri, tunc cum
8 bona non considerentur † ampliùs tanquam substantia primi mariti, ipsi matri debita sit legitima, in his bonis, vt fuit resolutum *in Romana domorum* 10. *Iunij* 1616. *coram bon. mem. Andrea*, quæ est *decis.* 771. *part.* 3. *recent.* & sequuta fuit Rota *in Camerinen. bonorum* 10. *Februarij* 1620. *coram Eminentiss. D. Card. Verospio, & in eadem* 22. *Aprilis* 1624. *coram bon. mem. Vbaldo.*

Quoniam placuit responsio, quod in instrumento transactionis asseritur, Plautillam primò successisse Bernardino, qui fraternam quidem hæreditatem Laurentij consequutus fuerat, sed tamen habebat etiam propriam portionem immediatè prouenientem ex substantia Francisci patris primi mariti Plautillæ, & deinde successit etiam Francisco iuniori filio, qui licèt consequutus fuisset partem bonorum Bernardini, tamen possidebat propriam ratam, immediatè ex patris hæreditate sibi obuentam, & sic respectu harum portionum Plautillæ assignata fuit legitima in † bonis immediatè prouenientibus 9
ex substantia primi mariti, quæ vindicari debent ab Aurelia filia, ex eodem primo matrimonio, & sic benè applicatur text. *d. l. fœmina, C. de secundis nuptijs.*

Neque congruit interpretatio allata per informantes pro Thoma, quod dum in instrumento transactionis dicitur, Plautillam successisse in bonis Bernardini, debeat intelligi respectu vsusfructus, quando verò dicitur successisse in bonis Francisci, debeat intelligi respectu proprietatis in illa portione obuenta Francisco ex successione Bernardini, & Laurentij, in qua iustè succedebat Plautilla etiam quoad proprietatem, & sic sustineatur transactio, & vera sit causa expressa. Quoniam verba ipsa transactionis omnino resistunt huic intellectui, ibi, *Per ingressum religionis Bernardini, in suis bonis respectu legitima successit Plautilla eius mater, & in reliquis Franciscus eius frater*, &c. si enim tam Plautilla † quàm Fran- 10
ciscus successerint in bonis Bernardini, vtriusque successio debet intelligi respectu proprietatis, & vtraque æqualiter determinari, ad *l. iam hoc iure, ff. de vulgar.* Surd. *consil.* 141. *num.* 2. *& seqq.* ponderando præsertim illa verba, † *In reliquis*, quæ æquipollent 11
verbis in aliis, & similitudinem denotant, atque implicant qualitatem, & substantiam respectiuam ad præcedentem dispositionem, ad *l. quidam seruus, de reb. dub.* Surd. *decis.* 165. *num.* 24. Cad. Seraphin. *decis.* 716. *num.* 1. *&* 11. Vnde quemadmodum successio Francisci intelligitur respectu proprietatis itidem, & debet intelligi successio Plautillæ, alioquin inepta esset loquutio si pars reseruata Plautillæ non esset eiusdem speciei, cuius est reliqua pars delata Francisco, & absurdum est, vt verba illa, *respectu legitima*, intelligantur de vsufructu, cum in his terminis *l. fœmina*, Doctor. † semper capiant verbum, 12
legitima, pro proprietate, & contra distinguant ab vsufructu, adeò vt si dicamus nomine, *legitima*, posse intelligi vsumfructum, peruertantur omnino termini quæstionis, nec subtilis hæc distinctio, quæ magis ingeniosa visa fuit, quàm vera, censetur potuisse cadere in mentem Aureliæ, quæ si sciuisset non totam enunciatam legitimam deberi Plautillæ matri, non ita facili transegisset, & certum † est causam 13
etiam in parte tantummodo falsam vitiare contractum, & irritare decretum inibi interpositum. Dec. *consil.* 351. *num.* 7. Cephal. *consil.* 207. *num.* 84. Rota *decis.* 851. *num.* 2. *part.* 4. *diuers. & fuit dictum in præallegata Romana censis* 8. *Aprilis præteriti coram me.*

Hunceque esse verum, & germanum transactionis intellectum videtur colligi ex euentu, & subsequuta obseruantia,

obseruantia, quandoqoidem in instrumento prædicto Plautillæ iion fuit assignāra legitima proportionabiliter tantùm ad ratas obuentas Bernardino, & Francisco ex successione fratrum prædefunctorum, quæ asceodebat ad scuta annua 37. 50. dumtaxat, vt calculabatur ab informante io facto pro Aorelia, & tamen assignata illi fuerunt annua scut. 60. Imò, & in minori etiam summa, quàm io scutis 37. videtur taxanda illius portio, ponderando, qund Aureliæ non solom debebatur portio successionis fratrum taxata in scut. 90. annuis, sed etiam legitimam in bonis paternis, & maternis, & reliquatus ex causa admoistiationis tutelæ gestæ per Thomam, & tamen pro omnibus hisce causis simul iunctis solummodo scut. annua 90. assignata fuerunt.

Nec releuat quod Thomas extinxerit debita pro scutis 450. quoniam, omisso, quod non videtur constare de veritate dicti æris alieni, quatenus verum fuisset oon totum erat referendum in portionem Aureliæ, sed, & pro medietate spectabat ad Plautillam hæredem pro dimidia filiorum prædefunctorum, & hoc debitum erat compensandum cum credito scut. 130. quod habebat Aurelia coorra Plautillam matrem occasione reddirionis rationis, vt constat ex ipsius assertione in instrumento dictæ redditionis rationis.

Minùs obstat quod filij primi matrimonij consenserit secundis nuptiis Plautillæ, dum cum ea post-
14 modum cohabitarunt, quo posito † consensu cessat dispositio *l. fœmina, C. de secun. nupt.* Quoniam non
15 sufficit huiusmodi coosensus tacitus filiorum, † sed expressus requiritur, quia agitur de præiudicio notabili, & de renonciatione beneficij certi in iure scripti, quo casu taciturnitas oon sufficit, sed expressus consensus est necessarius, vt per Ioan. de Caronibus *in rubr. de nupt. num.* 2. Gutier. *de matrimon. lib.* 7. *disput.* 89. *numm.* 44. Peregrin. *consil.* 78. *num.* 1. *& 17. lib.* 1. & resoluit Rota *in d. Casenaten. Pradij* 12. *Decembris* 1631. *coram me.*

Quæ & eò faciliùs procedere putabant Domini, quia ex aliis coniiciebant posse suspicari de læsiooe Aureliæ, dum non fuit reddita ratio, & in principio instrumenti dicitur, *volens Thomas reddere rationem*, &c. & paulò post asseritur, rationes fuisse redditas,
16 & tamen noo ita confestim, nec vno † oculi ictu reddi poterant, sed diuturniorem discussionem, & disputationem exigebant, mediante librorum productione, & iostificatione partitarum, ex qua tem-
17 poris breuitate † deducitur per iudicem absque causæ cognitione fuisse interpositum decretum, & sic etiam nulliter. Paris. *consil.* 98. *num.* 19. *lib.* 1. Rota *coram bon. mem. Cardin. Caualerio decis.* 257. *num.* 8. & indicatur, quod in hæreditate Francisci senioris extabant tria loca Montium, & creditum scut. 130. de quibus nulla fit mentio in transactione, & solùm Aureliæ assignantur scuta 90. nec fuit adhibita præsentia consanguinei Agnati Aureliæ, sed qootundam affinium, ex quibus omnibus simul iunctis augetur suspicio, quod Aurelia fuerit decepta, & læsa, & fallis permota causis transactioni consenserit.

Et ita vtraque parte infotmante resolutum fuit.

a In hac causa decisiones coram dicto R.P.D. Dunozetto, sub die 10. Ianuarij 1633. & sub die 18. Aprilis eiusdem anni, habes primam part. 6. pro vt in Indice posito in fine decisionum, & altera est, decisio 193. part. item 6.

R. P. D. PANZIROLO.

Reatina de Ghezzis.

Die Veneris 17. Martij 1634.

ARGVMENTVM.

Legatarius in bonis testatoris præfertur creditoribus hæredis. Hypotheca in legatis conditionalibus, quando incipiat currere.

SVMMARIVM.

1. *Creditor hæreditarius, si concurrat cum creditore hæredis est præferendus super bonis defuncti.*
2. *Hypotheca in legatis conditionalibus non incipit à die purificata conditionis, sed à die mortis testatoris.*
3. *Quod procedit etiam in præiudicium creditorum, qui medio tempore contraxerunt, ne sit in facultate hæredis eludere legatarios pendente conditione.*
4. *in Legatis conditionalibus per pendentiam conditionis non suspenditur natiuitas hypotheca, sed solùm illius exercitium.*
5. *Legatum dotis filia relictum, etiam data facultate hæredi de negotiando in bonis testatoris, debetur, si supradicta dos fuit excepiuata, & num.* 6.
7. *Legata, ne reuocata præsumantur semper sumenda interpretatio.*

DECISIO XCIII.

CArolus Gbezzius in schedula priuata condidit testamentum, in quo hæredes vniuersales instituit sex filios masculos, scilicet Ioannem Baptistam, & Iacobum, maiores viginti annis, Iulium, & Ioannem Antonium minores, Angelum, & Franciscum pupillos, quatuor verò filiabus fœminis reliquit dotem scut. 3000. pro qualibet, si nupserint: sin autem Mooasterium ingrediantur, legauit dotem, quæ solet monialibus assignari, & vltra dotem scuta 30. pro qualibet pro singulis aonis, & vlteriùs propter magnum numerum filiorum voluit, ab hæredibus continuari negotium fundatarium pro sustentatione familiæ, & postea subiunxit hæc verba; *Ricordo a mia moglie, e figli di venir cauando fuori del negotio li denari per le figlie femine, e non guardino, che non l'habbia fatt'io per essermi sempre troppo allargato ne i negotij, & hauere hauuto molte disgratie.*

Testarore vita functo, Ioannes Baptista, & Iacobus natu maiores oegotium paternum, ad quod viuente patre se introduxerant contiouantes, breui tempore decoxerunt; vnde orta lite ioter creditores fundatarios, creatos tamen post mortem Caroli à prædictis filiis ex vna, & inter filias legatarias ex altera, super prælatione in bonis testatoris, DD. responderunt, filias legatarias esse præferendas creditoribus prædictis, quia per legatum paternum euaserant creditrices † hæreditaris, quo casu concur- 1
rentes cum creditoribus hæredum veniunt præferendæ soper bonis defuncti text. *in l.* 1. §. *sciendum, ff. de separat.* gloss. *in verb. competunt, in fin. l. eos, C. qui pot. in pign. hab.* Surd. *decis.* 310. *num.* 4. respondit Rota *coram bon. mem. Card. Caualer. decis.* 41. *per totam, & signanter, num.* 2. *& seqq.* Etenim hypotheca
† pro dictis legatis non incipit à die purificatæ con- 2
ditionis,

ditionis, ſed à die mortis teſtatoris. Imol. *in l. ſi is, qui pro emptore, num.20. in princip.ff. de vſucap.* & *ibi* Roman. *num.25. verſ. ſed reſpondit*, & Iaſ. *num.312.* Crot. *num.34.* etiam in præiudicium creditorum,
3 † qui medio tempore contraxerunt, ne ſit in facultate hæredum eludere legatarios pendente conditione, ad text. *in l. qui balneum, §. ſed, & ſi heredes, ff. qui pot. in pign. hab.* vbi gloſſ. & Dec. Dyn. *in cap. 19. vlt. de reg. iur. in 6.* Aretin. *in l. ſtipulat. la grand. col. 10. vlt. ff. de verb. obligat.* Imol. *in l. 1.* & *ibi* Cuman. & Ruin. *ſub num.87.* Pariſ. *num. 111. verſ. moderni autem.* Iacob. de Nigr. *num.135. verſ. contrarium.* Bologner. *n.308. ff. de leg 1.* latè Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.612. num. 2. & ſeq.* & reſolutum fuit *in Bononien. legati ſeu Palatij 17. Iunij 1633. coram R. P. D. meo Ghiſilerio*; nam per pendentiam conditionis non ſuſpenditur natiuitas hypothecæ
4 † ſed tantùm illius exercitium, quod non debet attendi ad effectum inducendi proprietatem, vt in iſtis terminis optimè ponderauit Fuſar. *d.q.612. num.18. & conſil.52. num.18.*

5 Nec viſum eſt obſtare, quod cum † negotium fundacarium fuerit continuatum per Ioannem Baptiſtam, & Iacobum, debita per ipſos poſtea contracta reputari debeant ipſiuſmet Patris, & conſequenter, eſſe præferenda dotibus dd. filiarum, quia fuit reſponſum Carolum patrem voluiſſe quidem,
6 † quod dicti filij continuarent negotium, ſed ſaluis dotibus filiarum, dum illis ordinauit, vt dotes paulatim à fundaco ſepararent; ita vt voluerit continuari fundacum; ſed ex reliquo hæreditatis ſine aliquo earum præiudicio, vt in iſtis terminis ſenſit Rota apud Caual. *dictis decіſ.41.51.132.131.* ſemper enim
7 † ſumenda eſt interpretatio, ne legata reuocata præſumantur, Alex. *conſil.169. num.3. lib.5.* Natt. *conſil.483. num.14.* Cephal. *conſil.62. num. 8.* Menoch. *conſil.254. num.50.* Mautic. *de coniect. lib.17. tit.2. num.2.*

Nec obſtat ſi dicatur, quod ſi filiabus deberentur dotes ſecundùm diſpoſitionem paternam plus haberent fœminæ, quàm maſculi, quia id ceſſare viſum eſt ex facto dum negotium à patre relictum aſcenderet ad ſcuta 30. mil. & ſtabilia ad ſcut.6000. vt deponunt aliqui teſtes ſim. filiarum 6. 7. & 10. ſed quando etiam tota hæreditas reduceretur ad ſcuta 30. mil. adhuc maſculi plus habuiſſent, quàm fœminæ, quia vna ex illis obierat patre adhuc viuente, & aliæ duæ ab eodemet Carolo in Monaſterio collocatæ fuerant cum dote ſcutorum 750. pro qualibet, & ſic in totum habuerunt ſcuta 1500. nec hodie aliud petere poſſunt, quàm legatum annuum ſcutorum 30. pro qualibet, ſuperſunt poſtea aliæ duæ filiæ nubiles quorũ ſingulis eſt legata dos ſcutorum 3000. Vnde facto computo nullo modo poteſt dici quod fœminæ ſint habituræ pluſquam maſculi, &c.

Et ita parte vtraque deciſum fuit, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Bonorum de Barzellinis.

Die Mercurij 22. Martij 1634.

ARGVMENTVM.

Grauamen iniunctum filiis, an & quando non cenſeatur repetitum in nepotibus, & aliis deſcendẽtibus. Subſtitutio quando expirat, ceſſant etiam omnia eius conſecutiua, & acceſſoria. Ex coniecturis, vt inducatur fideicommiſſum, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1. *Conditiones, quæ inducunt grauamen, ſunt strictè intelligendæ.*
2. *Subſtitutionum gradus non ſunt multiplicandi.*
3. *Subſtitutio facta omnibus filijs, & hæredibus deſcendentibus ſine filijs, non cenſetur facta filijs filiorum.*
   Quicquid ſit vbi ſubſtitutio continet fauorem, & prouiſionem filiorum.
4. *Filiorum appellatione, quando tractatur de grauamine, ſeu onere non veniunt nepotes.*
5. *Subſtitutio fideicommiſſaria continet grauamen.*
6. *Subſtitutio facta filijs, quando non comprehendat nepotes.*
7. *Dictio, dictis, eſt repetitiua præcedentium, cum omnibus ſuis qualitatibus.*
8. *Teſtator ex quibus eliciatur, quod voluerit grauare tantùm filios, & non nepotes.*
9. *Nepotes in diſpoſitione non includuntur, quando ſunt habita ratio ad filios.*
10. *Decian. in conſil.84. num.10. lib.3. Pariſ. conſil.7. num.27. vol.3. & alij declarantur, & num.11.*
12. *ad Fideicommiſſum, quando ſunt vocati plures ſucceſſiuè per vulgarem, cum conditione, ſi ſine filijs, tunc vno decedente cum filijs, ceſſant cæteræ aliæ ſubſtitutiones, & num.13.*
14. *Subſtitutionis digreſſio ſi ſit poſita in parte vltima tantùm, tunc non attenditur ad effectum inducendi grauamen.*
15. *Subſtitutionum gradus, quando eſt vnicus tantum non releuat, vt recedatur à conſil. Oldrad.21.*
16. *Alienationis prohibitio, quando ſtat acceſſoriè, & conſecutiuè ad aliquam ſubſtitutionem, illa deficiente nihil operatur, & num.17. & 18.*
19. *Agnationis conſeruandæ ratio, vt dicatur habita, non concluditur ex repetita qualitate maſculinitatis.*
20. *ex Subſtitutione reciproca in primo gradu, non infertur ad ſequentes vocatos.*
21. *ad Fideicommiſſum inducendum coniecturæ debent eſſe probabiles, neceſſariæ, & concludentes, & num.22.*

DECISIO XCIV.

PRopoſito dubio 12. Decembris præteriti, [a] an D. Coſmo Barzellino eſſet danda immiſſio ex teſtamento Alphonſi fideicommittentis, in eius bonis hodiè poſſeſſis per D. Vincentium Barzellinum, affirmatiuè fuit reſolutum, quia conſtat de fideicommiſſo, & quòd euenerit caſus in perſonam Coſmi, & ex eo, quod identitas bonorũ poſſeſſorum per Alphonſum, benè probatur ex deductis in illa poſitione. Hodie autẽ repropoſita cauſa ſuper iiſdẽ, dicta deciſio fuit confirmata, non obſtante exceptione antiquorum fideicommiſſorum, pro quibus prætendebatur detractio, & immiſſionem eſſe retardandam, quæ ſunt in duplici differentia, nempe, Virgilij ſenioris, qui fideicõmiſſum conſtituit de anno 1529. poſtrema verò Gaſparis, Lactantij, & Bartholomæi.

Si de primo agatur, illud non obſtat, quia cum reciproca ſubſtitutio legatur tantummodò inter filios Virgilij primos inſtitutos, alij verò deſcendentes legantur vocati ſub ea conditione, ſi iſti primi deceſſerint ſine filiis, ipſique obierint cum filiis, vtique

que euanuit omne fideicommissum propter defe-
ctum conditionis, quæ cum inducat granamen,
1 † est strictè intelligenda de filiis tantum, nec afficit
filios filiorum, quoniam verba id non important, &
2 gradus substitutionum non sunt † multiplicandi, per
ea, quæ notat Oldr. *in cons.* 21. Ionn. Andr. in Add.
ad Specul. *in tit. de testament.* §. 1. *vers. occurrit. in fin.*
Crauet. *cons.* 161. *per tot. lib.* 1. & Natt *cons.* 191. *num.* 9.
lib. 1. quem sequitur Cephal. *consil.* 433. *num.* 41. *&
seqq. lib.* 3. concludens substitutionem factam omni-
3 bus filiis, & † hæredibus decedentibus sine filiis,
non censeri factam filiis filiorum, quia quicquid sit,
vbi substitutio continet fauorem; & prouisionem
4 filiorum, tamen vbi continet grauamen, † & onus,
appellatio filiorum non comprehendit filiorum fi-
5 lios, & sic nepotes, & cum substitutio † fideicom-
missaria contineat grauamen, *l. si hæredi.* §. *cum filia.
ff. de vulg. & pupill. l. cum patronus. ff. de legat.* 2. Ideo
6 substitutio huiusmodi facta † filiis, nepotes non
comprehendit.

Neque obstant coniecturæ, quæ allegantur pro
perpetuo, & reciproco fideicommisso, quia prima
deducta ex illis verbis, (& successiuè dictis eius fi-
liis, vt supra, hæredibus institutis, & substitutis quan-
docunque decedentibus, sine filiis masculis, legiti-
mis & naturalibus, &c.) ex quibus deducunt appel-
latione substitutorum venire nepotes, & inde illos
esse grauatos, tollitur, quoniam illa verba bene ve-
rificantur in filiis Virgilij, qui fuerunt instituti, &
reciproce substituti, nec inde potest inferri ad vllam
extensionem fideicommissi, cum extensioni resistat
7 illa dictio † (dictis) repetitiua præcedentium, cum
qualitatibus suis, & eorum, quæ dicta sunt superius,
Bart. *in l.* 1. §. *hoc edicto ff. de postul. & in l. totalis scrip-
tura.* §. *fin. vers. quaro ego. ff. de leg.* 1. Vnde clare elici-
8 tur † solum grauare voluisse filios, non autem ne-
potes, vt bene probant Ruin. Bursatt. & Rimin.
iun. allegati per Honded. *cons.* 60. *num.* 55. *& sequen-
tib. lib.* 1. asserentes in dispositione non includi ne-
9 potes, quando † habita fuit relatio ad filios cum il-
la dictione (dictos) quæ stat restrictiuè ad prænomi-
natos, Decian. autem *in cons.* 184. *num.* 10. *lib.* 3. Paris.
10 *cons.* 7. *num.* 27. *vol.* 3. † & alij in contrarium allegati
loquuntur in casu, in quo verbum substituti, non po-
terat aliud operari, & propterea cum in casu nostro
operetur hoc, quod ostendat mentem testatoris fuis-
se grauare filios, nedum tanquam institutos, sed
etiam tanquam substitutos, illorum dicta non pro-
cedunt, prout procedere possent, quando nepotes
essent substituti per fideicommissum, non autem
11 quando non sunt substituti, nisi per vulgarem, † vt
bene Decianum declarando firmat Peregr. *de fideic.
art.* 19. *num.* 41. & in indiuiduo contra Decianum
consulit Fusar. *cons.* 98. *num.* 6.

Nec obstat secunda coniectura dotationis fœmi-
narum descendentium in infinitum, desumpta ex
verbis testatoris, ibi (& casu quo extarent filiæ fœ-
minæ dictorum eius filiorum, & eorum descenden-
tium in infinitum, tunc voluit, disposuit, & manda-
uit eas debere dotari in ducatis mille auri, in auro
pro qualibet earum, cum mobilibus, & apparatibus
condecentibus, &c.) Ex quibus apparet ne reddatur
inutilis talis prouisio ad fauorem fœminarum, in in-
finitum testatorem voluisse grauare filios Gasparis
perpetuo fideicommisso; nam cum testator post-
quam instituit filios æquis portionibus, eosque inui-
cem substituit, ita quod vno decedente quandocun-
que sine filiis, portio sic decedentis, deueniat ad su-
peruiuentes, & ipsis non extantibus ad eorum filios,
successiuè dictis eius filiis, vt supra hæredibus insti-
tutis, & substitutis decedentibus quandocunque si-
ne filiis tunc, & eo casu eisdem substituerit filias fœ-
minas, hoc præceptum dotandi fœminas regulatur
ab illa conditione, si sine filiis, prout omnes aliæ
substitutiones. Ideoque cum filij primi gradus obie-
rint cum filiis, euanuit quodcunque † grauamen de- 12
sumptum ex onere dotationis, & euanuerunt om-
nes substitutiones, tanquam dependentes iuxta ce-
lebre consil. Oldrad. 21. omnes enim substitutiones,
& omnia onera, seu grauamina veniunt in conse-
quentiam non existentiæ filiorum, aut eis deceden-
tibus sine filiis, quæ propterea non applicantur, cum
filij primi gradus obierint cum filiis.

Altera coniectura, pro perpetuo, & reciproco
fideicommisso vocationis Ioannis Galeatij, & filio-
rum, tollitur eadem supradicta responsione, quia
ob defectum conditionis, si sine filiis, pariter eua-
nuit, prout alia de digressu ad plures remotos sub-
stitutionum gradus, quia restringitur ab eadem con-
ditione, † cum testator fuerit digressus per solam 13
vulgarem, nempe sub illa conditione (& ipsis non
existentibus, &c.) quæ vulgarem tantum significat,
& fideicommissum excludit, *l. cum proponas. C. de hæ-
red. instit.* Ruin. *consil.* 102. *num.* 5. *&* 11. *& consil.* 125.
num. 6 *lib.* 2. Alexand. *cons.* 170. *num.* 3. *lib.* 5. Bero. *con-
sil.* 63. *num.* 29. *lib.* 2. Menoch. *consil.* 399. *num.* 3. *&* 50.
Rota *in recent.* 519. *per tot. part.* 1. & cum talis digres-
sus sit in parte † actiua tantum, tunc non attendi- 14
tur ad effectum inducendi grauamen, siue illud am-
pliandi in linea descendentium fauore transuersa-
lium, atque ita cum ex tenore testamenti pateat
testatorem fuisse digressum ad plures gradus per
solam, & meram vulgarem, tali casu, ex quo per adi-
tionem, vel agnitionem vnius, expirant omnes
vulgares subsequentes; † Inde sequitur, vt non plu- 15
res, sed vnicus tantum sit gradus, & consequenter
nihil releuare contra consilium Oldradi, vt in ter-
minis declarant post alios Fusar. *cons.* 98. *num.* 3. *&
sequentib.* & Rota *in Ferrarien. fideicommissi* 15. *De-
cembris* 1628. *coram Eminentiss. Card. Virili, in tertia
coniectura.*

Minus releuat coniectura deducta ex prohibitio-
ne alienationis quia, vt fuit dictum in decisione,
quæ reuidetur, † prohibitio stat accessorie, & con- 16
secutiuè ad substitutionem si sine filiis, illaque de-
ficiente nihil operatur, Menoch. *cons.* 760. *num.* 10.
& 11. Peregr. *de fideic. art.* 19. *num.* 39. Rot. *decis.* 300.
num. 20. *& decis.* 486. *num.* 6. *part.* 1. *recent. & decis.* 236.
num. 1. *part.* 2. *cum alijs.* Nec dictio *maxime*, per quam
facta est arctior prohibitio super domo, extendit an-
tecedentem genericam prohibitionem, super aliis
bonis, data præsertim † diuersitate rationis, quæ 17
ob particularem testatoris affectum militabat, vt
illa conseruaretur in agnatione, & bene applican-
tur deducta per Surd. *cons.* 330. *num.* 23. *& sequentib.*
vbi alios concordantes refert, & ex patenti diser-
tiua in prohibitione alienationis, dum distinxit do-
mum à cæteris bonis, & in ea constituit prohibi-
tionem realem alienandi per verba in rem directa,
apparet prohibitionem specialem, in qua discreti-
uè, ac diuersimode disposuit, non posse † extende- 18
re præcedentem generalem prohibitionem, stante
diuersitate rationis faciendi potius reale, ac perpe-
tuum fideicommissum in domo antiqua familiæ,
quam in aliis bonis.

Vlterius cum deficientibus filiis sine filiis testa-
tor pro tertia parte substituerit fœminas, nulla ha-
bita ratione agnationis, coniectura desumpta ex ra-

19 tione † agnationis ob repetitam qualitatem masculinitatis, noo soffragatur, Aymon. *consil.250. num.5.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.6. cap.15. num.9.* Honded. *consil.56. num.14. lib.1.* Molin. *de Hispan. primog. lib.3. cap.5. num.50.* Rota *coram fa. mem. Greg. XV. decis.433. num.15. & seqq. & alibi sæpius.*

Demum deducta ex teciproca substitutione inter primos vocatos, cum vocatione filiorum præmortui non militat in sequentibus gradibus, cum ex
20 teciproca † in primo gradu oon inferatur ad sequentes vocatos, vt in terminis tenuerunt Odd. *cons. 66. num.59. & cons.68. num.3. & sequentib.* Menoch. *consil.745. sub num.4. & seqq.* Rota *in recent. dec.45. num.5. part.1. coram Seraph. decis.1023. num.3. in d. Ferrarien. fideicomm. 15. Decembr. 1628. coram Eminentiss. Card. Virili, & in Bononien. fideicommissi de Bentiuolis 5. May 1611. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

21 Vnde cùm ad inducendum fideicommissum † coniecturæ debeant esse probabiles, necessariæ, atque concludentes, adnot. per Bald. *in l. cum virum num.50. C. de fideic.* Castr. *cons.58. num.5. lib.2.* Ias. *cons.66. col. penult. vers. primò negando lib.3.* Alciat. *in respons.528. num 2.* & ex prædictis constet supradictas non esse
22 tales; Inde † sequitur illorum prætextu oon esse recedendum à vulgato cons. Oldr.51.

Postrema fideicommissa Gasparis, Lectantij, & Bartholomæi, & prætensæ detractiones non releuant, vt patet nedum ex lectura alterius decisionis in hac causa factæ; verum etiam publicis instrumentis hinc inde deductis io Summario, ex quibus probatur, quemlibet eorum habuisse in bonis patris portionem sibi de iure debitam, quam solam afficiũt eorum fideicommissa, neque hodie Cosmus petit bona in eisdem instrumentis descripta, sed solum immissiooem super aliis bonis prouentis ad Alphonsum, quorum identitas probatur ex inuentario confecto ab Horatio auctore Vincentij, adeout, quæ dicuntur de firmando statu hæreditatis, potius deducta appareant ad retardandam, & inuoluendam immissionem debitam Cosmo.

Minusque excipi potest de coofusione bonorum Horatij, Pyrri, Virgilij iunioris, & Marci Antonij, qui fuerunt fratres Alphonsi, quia inter ipsos fratres extant diuisiones bonorum, tam patris, quam Virgilij fratris præmortui, ex quibus liquet, quænam fuerit vniuscuiusque portio, & præsertim, quæ booa fuerint per Pyrrum possessa, quæ à Cosmo non petuntur, reliqua verò eiusdem Virgilij, & Marci Antonij, qui ab iotestato decesserunt, cum iure ipso partim in Alphonsum, partim io Horatium eorum fratres deueneriot, Alphonsus vtique de eisdem libere disponere potuit, & quænam illa sint liquidissime constat, ex prędicto Inuentario coofecto ab Horatio auctore ipsius Vincentij, atque ideo omnis cessat prætensæ confusionis, seu dubitandi ratio.

Quare cum præter deducta in præterita ex depositione vnius testis examinati in Curia, ex publico iostrumento dotis restitutæ per Cosmum Isabellæ matri, & demum ex depositionibus trium testium examinatorum in partibus magis concludeoter probetur, Cosmum esse filium Astorgij, vt propterea non possit dubitari de identitate personæ vocatæ ad fideicommissum Alphonsi, iterum domini pro immissiooe ad eius fauorem responderuot vtraque parte informante.

a Est decisio 249. part.6.

Et in eadem causa, vide part. 6. sub die 7. Iunij 1634. coram eodem R.P.D. Ghisilerio, & sub die 20. Nouemb. pariter 1634. coram bo. me. Buccabella.

R. P. D. PIROVANO.

Romana, seu Cesenaten. Hæreditatis.

Veneris 31. Marty 1634.

ARGVMENTVM.

De validitate transactionis, quando non sit hæsitandum. Hæreditatis cessio, seu renunciatio si nullis sit coarctata terminis, quid comprehendat.

SVMMARIVM.

1. *de Transactionis validitate non est dubitandum, quando est facta à maioribus, & de re dubia.*
2. *Cessio hæreditatis quando dicatur facta cum verbis amplissimis.*
3. *Dominium, & possessio tam naturalis, quam ciuilis dicitur translata in cessionarium stante generalitate verborum, & clausularum.*
4. *Renunciatio generalis nullis coarctata terminis refertur ad omnia.*
5. *Immissio cohæredi pro sua portione denegari non potest, vel ex remedio Quorum bonorum, vel ex l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*
6. *Cessionario competit eadem via ad agendum, quæ competebat cedenti.*
7. *Hæreditas est materia, quæ est cessibilis, & transmissibilis ad hæredes.*

DECISIO XCV.

HOdie non hæsitatur de successione debita fratribus de Naldis in bonis, & hæreditate Michaëlis, quia iam per tres decisiooes fuit resolorum illam deberi, & pro duabus partibus ex qoatuor.

Cæterum quia exinde fuit transactum inter Co. Georgium Cacciaguerram, & Capitaneum Carolum Naldum super iuribus hęreditatis dicti Michaëlis communis dictarum partium patrui, & respectiuè emanauerint cessiones, nempe ex parte Com. Georgij ad fauorem Capitanei Caroli, pro domo in Vrbe sita, & tornaturis tribus terræ in loco Rouersani, ex parte verò Capitanei Caroli ad fauorem Co. Georgij pro residuo hæreditatis dicti Michaëlis, nonc contigit dubitari, an Dominis Honufrio, & fratribus de Naldis, qui veniunt ex persona Capitanei Caroli obstet transactio supradicta, itaut sit debita immissio in possessionem totius supradictæ domus, & non obstare ipsis tantummodo fratribus ioformantibus fuit resolutum.

Quia de validitate transactionis non potest dubitari cum fuerit à maioribus, † & lite iam intro- 1
ducta super pertioentia hæreditatis Michaëlis stipolata *l.2. C. de transact. l. cum hi, §. si cum lis ff. eodem titulo.* Natt. *cons.543. num.34.* Crauett. *cons.175. num.4.* Mantic. *de contract. lib.26. tit.1. num.13.* & eo minus hæsitari de pertinentia duarum partium ex quatuor dictæ hæreditatis stantibus resolutionibus in causa factis. Vnde cum Comes Georgius in eadem transactione Carolo dederit, cesserit, concesserit, & transtulerit omnia iura, actiones, & prætensiones, quæ, & quas habere posset, tam tunc acquisitas, quam in futurum acquirendas super domo controuersa, † cum clausulis ad habendum, 2
cum omnibus iuribus, & positione in sui locum,

&

& statum, inde sequitur propter generalitatem verborum, & clausularum translatum fuisse, & dominium suarum portionum, & possessionem tam ciui-
3 lem, † quam naturalem *l. pluribus ff. de accepti l. l. emptor §. Lucius cum gloss. ff. de pact.* Bald. *in l. tres fratres in 4. not. eod. tit. & consil. 184. refutato ad finem lib. 4.*
4 dicens generalem renunciationem † nullis coarctatam terminis referri ad omnia, & latè comprobat Tiraquell. *in l. si vnquam num. 15. & seq. de reuoc. donat.* Gabriel. *de retr. spol. conclus. 1. num. 57.* Honded. *consil. 13. num. 1. lib. 1.*

Atque ita sicuti pro dimidia non esset deneganda immissio ex remedio quorum bonorum, vel
5 *l. fin. de edict. diu. Adr. toll.* & sensit Menoch. *de adip. remed. 1. num. 35.* ex sententia Salyc. & aliorum, eo-
6 dem modo hæredes † Caroli succurrendi erunt respectu portionum acquisitarum per cessionem, & iurium translationem. Bald. *consil. 186. quia allegationes, colum. 3. vers. & qualibet dictio lib. 1.* & latissimè comprobat Menoch. *de adipisc. remed. 4. num. 149.* propter materiam, quæ est cessibilis, & transmissibilis ad hæredes.

Et ita, &c.

R. P. D. MERLINO.

Verulana Fideicommissi.

Die Mercurij 7. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Bonorum fideicommissorum idẽtitate probata debetur immissio fideicommissario. Confine, & confinatum, & terminus terminans, & terminus terminatus an sint idem. Scripturam aliquam quod quis falsificauerit ex quibus cesset. Paupertas, vel affinitas, quando non repellat testem à testificando.

SVMMARIVM

1. *Confines noui debent concordare cum antiquis, vt probent rei identitatem.*
2. *Fideicommissarius possidens bona fideicommissaria, præsumuntur esse fideicommittentis, dum nouum titulum acquisitionis non exhibet.*
3. *Confine, & confinatum non potest esse idem.*
4. *Terminus terminans aliud est, & aliud terminus terminatus.*
5. *Immissio dari non potest rei incertæ.*
6. *Confusio euitatur, & excluditur per indicationem specialem, & specificam omnium confinium.*
7. *Falsitatis, & abolitionis præsumptio in aliqua scriptura, cessat contra aliquam personam, si illa vsa non fuerit, nec in ea se fundet.*
8. *Paupertas regulariter non repellit testem à testimonio ferendo.*
9. *Paupertas non admit fidem testi, si alioquin sit persona honesta.*
10. *Affinitas non adimit fidem testi, si non sit in gradu considerabili.*
11. *Affinitas solum repellit à testificando, quando est per lineam ascendentium, vel descendentium.*
12. *Testium contrarietates, quam maxime fieri potest sunt conciliandæ.*

DECISIO XCVI.

PErmanserunt domini in decisis sub die 26. Nouembris 1633. coram me, [a] videlicet constare de identitate Tenutæ nuncupata *il Colle Mausoleo*, in cuius possessionem *ex remed. l. fi. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.* vigore fideicommissi Auiti, petit immitti Ioannes Amatus; neque motiua deducta ab informantibus pro DD. de Philonardis visa fuerunt releuare ad effectum recedendi ab eadem resolutione.

Primò enim non obstat, quod demonstrationes, & confinia recensita in alia decisione pro verificanda identitate Tenutæ, sint omnia ab vno tantum latere, & sic habenda pro vno confine, neque apta distinguere tenutam ab aliis prædiis, & sunt confinia iuxta † præsentem statum, neque antiqua concordant cum nouis, prout requiritur, ex Gratian. *discept. forens. cap. 447. num. 33.* 1

Quoniam imò de contrario constat ex lectura depositionis eorumdem testium, nempe, quod exprimunt confines tenutæ à multis lateribus, nam primus, & secundus testes examinati in partibus, deponunt à Bartholomæo fuisse possessam tenutam *posta nel Territorio di Bauco in contrada detta il Colle Mausoleo, confina da vna la via publica, li beni dotali delle Sig. Lisa, e Catherina figliuole delli q. Sig. Bartholomeo, & Antonella de Amatis, confinante anco li beni del q. Sig. Giulio Cesare de Angelis, quali beni sono posseduti adesso dal Sig. Cinthio Faenardi, & da piu lati, o bande, i beni del Sig. Gio. Amato, & la fontana del Vallone alla Vallerade.* Et alij duo testes examinati in Curia, nempe primus, & tertius, enunciant tenutam cum iisdem confinibus exprimendo illa esse à pluribus lateribus, & signanter tertius ibi, *li loro confini di detta possessione erano questi, cioè verso Bauco da basso la strada publica, confina anco col Colle Mausoleo dall'altra parte, da piedi confina con la fontana del Vallone, o gli heredi del Sig. Cinthio Filonardi, &c.* Ex quibus apparet enunciata confinia conuenire tenutæ non ab vno, sed à pluribus lateribus, vt disertis verbis dicunt testes, & non solum nouos fines, sed etiam antiquos esse expressos, dum pro finibus adducitur nedum *la via publica, la fontana del Vallone*, qui sunt antiqui, sed etiam bona, quæ primum à personis defunctis, & deinde, vel ab hæredibus, vel ab aliis causam ab illis habentibus sunt possessa, & vlteriùs tres ex dictis testibus præcisè asserunt, hanc tenutam esse illammet olim possessam à Bartholomæo fideicommittente, & quæ hodie possidetur à dominis Philonardis, & esse arboratam, castaneis, quercubus, ac diuersis arboribus fructiferis, prout, & iisdem arboribus est consita tenuta nunc possessa à DD. Philonardis; vnde ex his omnibus plene videtur probata identitas, ad quem effectum aliquando Rota censuit sufficere vnam demonstrationem generalem, & alteram particularem, vt fuit dictum *in Romana deuolutionis 28. Maij, & 14. Nouembris 1625. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Ferrarien. bonorum de Nasellis 7. Iunij 1627. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano.*

Secundò non obstat, quod ex eorumdem testium depositione appareat Ioannem Amarum in Colle Mausoleo possidere prædium, † quod præsumitur esse illud idem à fideicommittente possessum, dum nouum titulum acquisitionis non exhibet. 3

Quoniam per eosdem testes tollitur hoc obiectum,

ctum, dum prædium, seu bona possessa per Ioannem Amatum enunciant pro confine tenutæ controuersæ, & possessæ per Dominos de Philonardis,
3 & sic † confine,& confinamm non potest esse idem,
4 & aliud est † terminus terminans,& aliud terminus
terminatus, *l. cum seruo, ad fin. ff. de contrah. empt.* Bald. *in l. si fines agri, C. de euict. & consil.* 422. *post princip. vers. & ideo, lib.*4. Hieron. à Monte *de finib. cap.* 15. *num.*2. *& cap.* 117. *num.*4. eoque clariùs remouetur difficultas, dum dicunt prædinm possessum per Pbilonardos esse illud ipsum, quod erat D. Bartbolomæi, vnde cessar præsumptio, quòd sit idem, quod possidetur per Ioannem, dum testes ita distincte contrariam veritatem comprobant, & vnum prædinm ab alio separant, vti omnino diuersum, & quod possidetur à Ioanne est modicæ omnino quantitatis, nec est intus Collem Mausoleum, vt depoount testes dati in summ. præteritæ positionis num. 10.

Tertio non obstat, quod tenuta controuersa per DD. Philonardos fuerit aucta, & cum aliis eorum propriis bonis, & ex titulo emptionis acquisitis confusa, vt constat ex testibus datis in eorum summar. *num.*2. & ex instrumentis emptionum d. sum-
5 mar. *num.* 3. adeo vt rei incertæ † dari non possit
immissio. Albert. *in l. in rem, num.* 5. *ff. de rei vendic. cum allegat. in decis. R. P. D. Dunozetti in hac causa facta.*

Quoniam placuit responsio alterius decisionis in hac causa coram me emanatæ, quod excluditur
6 omnis confusio † per indicationem specialem, ac
specificam omnium confinium, tam antiquorum, quàm recentium d. Tenutæ factam per testes, quos fines, tam sigillatim discernere, & specificare non potuissent testes, si adfuisset opposita confusio, & fieri potest fuisse quidem tenutam auctam aliis terris per Philonardos emptis, sed non tamen ita confusam, quin incrementum à tenuta separari possit, & solùm tenutæ cohærere terras emptas, dumque adsunt instrumeta emptionum,ex illis liquido poterit deprebendi, quæ sint bona tenutæ annexa, illaque etiam facilè seiungi ab ipsa tenuta, & sic tolli omois confusio.

Nec releuat, quod per Ioannem Amatum io depositiomibus testium fuerint cancellatæ, atque abolitæ quædam dictiones negatiuæ, *Non*, ex qua cassatione resultat deficere probationem confusionis. Nam vbi dicebant testes, *Non si vedono li confini*, deleta particula, *Non*, legitur, *si vedono li confini.*

Quia ln depositione illorum testium nullum fit fundamentum pro excludenda confusione, sed in aliis testibus datis in summario præteritæ positionis *num.* 13. qui designant fines, quibus includuntur bona empta per Philonardos, & adiuncta tenutæ, quos fines designare noo posseot, si extaret incorporatio, & confusio, cum quibus testibus concordant etiam instrumenta emptiooum, vt suprà fuit ponderatum, & ideo quatenus etiam subsisteret opposita cassatio, adhuc non obstaret illis cum testibus non ionitatur responsio decisionis.

Sed neque probatur cassarionem fuisse factam à Ioanne, quem non constat processum originalem vnquam penes se retinuisse, & dicti testes per eum deleta dicta negatiua nunquam fuerunt deducti pro
7 se; & sic cessat præsumptio † abolitionis, & falsi-
sitatis contra ipsum, dum illa vsos non fuit, neque in ea se fundat. Boss. *in tit. de indic. num.* 58. *vers. & fi dicas.* Farioac. *de falsit. quæst.* 153. *num.* 211. Imò io summario præteritæ positionis *num.* 17. fuerunt recensiti tanquam testes inducti a DD. Philonardis sine dicta cassatione.

Minùs facit, quod ex testibus inductis per Ioannem aliqui sint pauperes, alij affines eiusdem, quia
paupertas regulariter non repellit testem à testimo- 8
nio ferendo, oeque eius dicto † fidem adimit, dum 9
alioquin testes sunt personæ honestæ, & probatæ vitæ, *cap. si quis testium, de testib.* Decian. *consil.* 163. *num.* 6. Crauet. *consil.* 149. *num.* 11. affinitas verò non
est in gradu † considerabili, dum alter testis depo- 10
nit, *in che grado mi sia parente non lo sò*, alter verò, *mi appartiene vn poco, in quinto, ò sesto grado*, & affi-
nitas solùm repellit, quando † est per lineam ascen- 11
dentium, vel descendentium. Angel. *consil.* 196. *num.* 1. *in fin.* Marsil. *consil.* 68. *num.* 20. Rebuff. *de reprob. test. num.* 38. *vers. notandum.* Farinac. *de testib. quæst.* 54. *num.* 27.

Demum nec subsistunt, quæ dicebantur de eootrarietate testium, quam tolli, tota eorum depositione periecta, visum fuit Dominis, & ex deductis in responsionibus facti per Ioanne, cum quibus
transiuerunt, præsertim, quia † testium contrarie- 12
tates, quàm maximè fieri potest sunt conciliandæ. Rot. *apud Cas. de Graff. decis.* 4. *num.* 5. *de testib. coram sanct. mem. Gregor. decis.* 151. *num.* 38.

Et ita vtraque parte informante, &c.

a Est decisio 236. part. 6. & alias decisiones in hac causa vide ibi in Apostilla.

R. P. D. MERLINO.

Anconitana Prædij.

Die Lunæ 19. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Vsusfructus mortuo vsufructuario ipso iure consolidatur cum proprietate, etiamsi proprietarius ignoraret mortem vsufructuarij. Filio quando nullum ius competat in legitima.

SVMMARIVM.

1. *Vsusfructus vti ius personale cohærens personæ morte fructuarij finitur, & cum proprietate consolidatur.*
2. *Vsufructuario statim mortuo illico ius, & possessio ciuilis proprietarij ipso iure trahit ad se possessionem naturalem, quæ erat penes fructuarium, etiamsi proprietarius ignoraret obitum fructuarij.*
3. *per Vsufructuarij mortem ius vsusfructus nec in hæredem etiam vniuersalem ipsius vsufructuarij transire potest.*
4. *Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio.*
5. *Filio nullum ius competit in legitima, si pater ipsi reliquit vsumfructum alicuius prædij, cum expressa prohibitione detractionis legitimæ, & in casu contrauentionis ei reliquit debitam summam pro legitima sua, & d. filius supradictam dispositionem acceptauit.*
6. *Legatum vsusfructus, an imputetur in legitimam.*
7. *Legitimæ supplementum quando petitur, pro eo non datur retentio, sed competit actio personalis contra hæredes à quibus petendum est.*

8. *Mater,*

8. *Mater, si donet filio omnia sua bona, & quidem verbis amplissimis, in ista donatione censetur etiam comprehensa legitima, debita matri donanti ob mortem filij prædefuncti.*

DECISIO XCVII.

CVm sub die 5. Maij præteriti in hac causa disputaretur, cui dandum esset mandatum de manutenendo in possessione prædij Poluerisij, de quo agitur; an scilicet Stracchis, vel Cresciis, mãdarunt DD. vt videretur de bono iure eorumdem, vnde proposito hodie dubio, de cuius bono iure constet, fuit resolutum constare de bono iure illorum de Cresciis.

Bennenutus enim in suo testamento instituit hæredes proprietarios istius prædij ipsos Crescios, hæredem verò vsufructuariam eiusdem prædij reliquit Fiordalisam matrem, à qua causam habent Stracchi dum ab ea fuerunt hæredes instituti, vnde cum ipsa Fiordalisa vsufructuaria iam obierit, intrat
1 conclusio, † quod vsusfructus vti ius personale cohærens personæ, morte fructuarij finitur, & cum proprietate consolidatur, § *finitur Instit. de vsufruct. l. corruptionem. C. eodem* Decian. *cons. 42. num. 33. lib. 5.* plene Menocb. *consil.* 201. *num.* 26. Castill. *de vsufruct. cap.* 61. *num.* 3. adeo, vt illicò ius, & possessio ciuilis
2 proprietatij † ipso iure trahat ab se possessionem naturalem, quæ erat penes fructuariem, etiamsi proprietarius ignoraret obitum fructuarij, Bart. *in l. si arrogator. num. 12. ff. de adopt.* Natt. *consil.* 419. *num.* 3. Menocb. *consil.* 139. *num.* 16. *&* 21. Gabriel. *cons.* 124.
3 *num.* 4. *&* 5. *lib.* 2. nec in hæredem etiam † vniuersalem ipsius vsufructuariæ, & sic neque in Stracchos transire potest ius vsusfructus, *l. non solum. §. tale. ff. de liberat. legat. l. vsus aqua. ff. de vsu & habit. l. pecoris. ff. de seruit. rustici prad.* Decian. *consil.* 42. *num.* 33. *lib.* 5. cum aliis per Castill. *de vsufruct. dict. cap.* 61. *num.* 13.

Non obstat prætensa per Stracchos ex persona Fiordalisæ retentio istius prædij ex triplici causa, & iure primo ratione scut. 1000. quæ Fiordalisa sibi reseruauit super hoc prædio, dum illud donauit Bennenuto secundò, ex causa dotis eiusdem Fiordalisæ; tertiò, ex causa legitimæ debitæ Fiordalisæ matri in bonis Benuenuti filij, & Ioannis Micbaëlis alterius filij prædefuncti.

Quoniam quoad scut. 1000. apparet in hanc causam relicta fuisse per Benuenutum matri bona mobilia, & animalia, vt in summ. num. 10. quæ post mortem Benuenuti probatur peruenisse ad manus eiusdem Fiordalisæ, & ea fuisse acceptata pro iuri-
4 bus suis, vt in d. summ. num. 4. adeo vt hac † solutione fuerit sublata omnis obligatio Benuenuti, & extinctum ius crediti scut. 1000. Fiordalisæ, §. 1. *Instit. quibus modis toll. oblig.* Bart. *in l. si quis alienum. num.* 3. *ff. de solut.* Surd. *decis.* 113. *num.* 2. & Stracchi post mortem Fiordalisæ perceperunt fructus istius prædij per 8. annos, qui abunde sopperunt pro dicti crediti satisfactione.

Quoad dotem constat pro hac fuisse assignatum Fiordalisæ, & expresè receptum ab ea in hanc causam prædium Posatoris, in quo dos ipsa consistebat, vt in summ num. 9.

Quo verò ad legitimam Benuenuti ius nullum videtur competere Fiordalisæ, quia Benuenutus re-
5 liquit vsumfructum prædij Fiordalisæ cum † expressa prohibitione detractionis legitimæ, & in casu contrauentionis ei reliquit scut. 300. pro legitima, vnde cum Fiordalisa legatum acceptauerit censetur, sibi præclusisse viam agendi pro legitima, iux. cautel. Socin. iun. *consil.* 122. *num.* 8. *lib.* 1. Peregr. *de fideicommiss. art.* 36. *num.* 62. Madern. Foroliuien. *de legit. lib. 3. cap. 2. quæst. 7. num.* 6. Rot. *decis.* 653. *num.* 13. *part.* 1. *recent.* & fuit dictum *in Anconitana legitima 15. Ianuarij* 1629. *&* 18. *Ianuarij* 1630. *coram R.P.D. meo Dunozetto*, vel in omnem casum vsusfructus
† prædij per Fiordalisam retentus per sexennium 6
est in ipsius legitimam imputandus, iuxta tradit. per Surd. *d. consil.* 388. *num.* 24. Matescot. *var. resol. lib. 2. cap.* 86. *num.* 21. Rota apud Serapb. *decis.* 1365. *cum alijs per adden. ad san. mem. Gregor. XV. decis.* 186. *num.* 6.

Adeo vt quatenus vsusfructus non sufficeret, posset prætendi dumtaxat supplementum legitimæ, pro
† quo non datur retentio, sed competit actio perso- 7
nalis contra hæredes à quibus est petendum, vt per Maresc. *var. res. cap.* 121. *num.* 72. *&* 73. *lib.* 2. Grat. *discept. forens. cap.* 198. *num.* 18. *&* 20. Rota *decis.* 184. *num.* 11. *&* 12. *part. 4. diuers.* & post Madern. Foroliuien. *de legit. decis.* 11. *num.* 4. *&* 5.

Respectu verò legitimæ Io. Micbaëlis præmor-
tui Benuennto, dum Fiordalisa donauit † ipsi Ben- 8
uenuto omnia sua bona, & quidem verbis amplissimis, censetur etiam in donatione comprehensa ista legitima tunc debita matri donanti ob mortem filij prædefuncti, Socin. sen. *cons.* 50. *num.* 1. *& seqq. lib.* 2. Menoch. *cons.* 71. *num.* 5. *& seqq.* Peregr. *de fideicom. art.* 36. *num.* 78. Madern. Foroliuien. *de legit. lib. 3. tit. 20. quæst. 16. num. 15. & seq.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Signina Castrorum.

Die Lunæ 19. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Sententiæ plures, vt dicantur conformes, quid sufficiat. Ciuis alicuius loci ex priuilegio, est verè ciuis, præcipuè, vt gaudeat beneficio statutorum. Repudiario iuris nondum delati, sed quærendi licèt regulariter non sustineatur, tamen fallit in pluribus casibus hic expressis. Insinuatio in renunciatione fideicommissi conditionalis an requiratur.

SVMMARIVM.

1. *Sententiæ duæ dicuntur conformes, si secunda simpliciter confirmet primam.*
2. *Sententiæ plures dicuntur inter se conformes, quando conueniunt in effectu, & substantia.*
3. *Sententiæ duæ conformes habent vim trium, & faciunt rem iudicatam in Vrbe ex dispositione statut. d. Vrbis lib. 1. cap. 180.*
4. *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 180. comprehendit conformibus omnibus Curijs, & etiam in Rota seruatur.*
5. *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 180. comprehendit nedum originarios, sed etiam ciues, & num. 6.*
7. *De gratiæ validitate non potest dubitari, dum constat de voluntate, & potestate concedentis.*
8. *Ciuis, ex priuilegio dicitur vere, & proprie ciuis, præsertim ad effectum, vt beneficio statutorum gaudeat.*

9. *Possidens bona in aliquo loco, dicitur ciuis illius loci.*
10. *Statutum disponens, vt dua sententia conformes habeant vim trium, est intelligendum de validis, & iustis.*
11. *Sententia validitas colligitur ex resolutione actorum.*
12. *Iura sua remittendi, ad ea amplius non datur regressus.*
13. *Repudiatio iuris non dum delati, & renunciatio iuris quarendi regulariter non valet.*
14. *Repudiatio iuris non dum delati facta cum clausula, ex nunc, prout ex tunc, & è contra postquam delatum fuerit valet, & num. 19.*
15. *Repudiatio iuris quarendi, facta medio iuramento sustinetur.*
16. *Repudiatio iuris quarendi tenet, quando fit prasente, & acceptante eo, ad cuius fauorem repudiatur.*
17. *Repudiatio iuris quarendi tenet, quando fit per pactum expressum de non petendo.*
18. *Insinuatio an requiratur in renunciationibus.*
20. *Per renunciationem iuris quarendi solum principio acquisitionis obuiatur.*
21. *Renuncians, dum non efficitur pauperior, non potest dici vera donatio considerata in statutis ad effectum insinuationis.*
22. *Statuta disponentia, quod in donationibus requiratur insinuatio, vt habeant locum, requiritur, quod donans fiat pauperior, & donatarius locupletior.*
23. *Insinuatio non est necessaria in renuntiatione iuris quarendi.*
24. *Fideicommissi conditionalis ius ante purificatam conditionem, dicitur pendere à futuro incerto euentu. Cum fideicommissarius etiam timere heredem grauatum posse pradecedere, ibid.*
25. *Fideicommisso conditionali ante aduentum conditionis renuncians, non dicitur renunciare iuri radicato aliqua certa spe.*
26. *Insinuatio in donatione tunc multò minus requiritur, stante incertitudine futuri euentus.*
27. *Donatio annua, qua respectu singulorum annorum non ascendit ad summam 500. sed respectu plurium annorum longe illam excedat, ex quo donatarius ante completum primum annum decedere potest, ideo non requirit insinuationem.*
28. *Lasio, in renunciatione iuris quarendi ex fideicommisso conditionali considerari non potest.*
29. *ad Lasionis effectum in renunciationibus, attenditur tempus d. renunciationis.*
30. *Bart. in l. is potest, num. 11. ff. de acquir. poss. declaratur.*
31. *Repudiatio, seu remissio fideicommissi conditionalis, an sit donatio, ad effectum insinuationis.*
32. *Donatio respectiua, & ob causam non requirit insinuationem.*
33. *Donationes ob causam non comprehenduntur in statutis de donationibus insinuandis.*
35. *Confessio iurata liberatè, & geminata facta praualet depositionibus testium.*
36. *Testes non probant valorem alicuius rei, si deponant, de particulari affectione principalis, & qualiter deponere debeant, num. 37.*

DECISIO XCVIII.

PRo domino Duce Saluiato informante domini censuerunt, constare de duabus conformibus,
1 quæ sint exequendæ, cum enim † secunda Reuerendissimi domini mei Decani [a] simpliciter confirmet primam bonæ memoriæ Remboldi, [b] dicutur inter se consonnes, glos. *in Clem. prima, in verb. alicuius*, & ibi Doctores, *de re iudic.* Caual. *decis.* 387. *num.* 1. *& decis.* 647. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* cum etiam ad hoc sufficiat, † quod conueniant in effectu, & 2
substantia, Ruin. *cons.* 114. *num.* 10. *lib.* 5. Gabriel. *de execut. rei iud. concl.* 1. *num.* 33. Surd. *cons.* 102. *num.* 8. *& seqq.* Thesaur. *decis.* 228. *num.* 2. Rota *decis.* 98. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & consequenter exequendæ, quia duæ † sententiæ habent vim trium, & faciunt rem iudi- 3
catam ad istum effectum, ex dispositione statuti Vrbis lib. 1. cap. 180. † quod in omnibus Curiis, & 4
etiam in Rota seruatur, vt fuit dictum *in decis.* 451. *in princ. part.* 1. *diuers. d. decis.* 647. *num.* 1. *& decis.* 662. *num.* 2. *part.* 1. *recent. coram Caual. d. decis.* 387. *num.* 2. *& coram Reuerendiss. D. meo Decano decis.* 427. *num.* 2. & comprehendit, † nedum D. Ducem de Comitibus 5
originarium notorium.

Sed etiam D. Ducem Saluiatum, qui habeat amplum priuilegium Leonis X I. fel. record. quod pater, & eius successores etiam non habitantes in Vrbe, † perinde ac si veri illius originarij essent, & in 6
ea domicilium continuè haberent, omnibus, & quibuscunque priuilegiis, & facultatibus gaudeant, quibus Domicelli Romani in Vrbe continue domicilium habentes de iure, & alias quomodolibet gaudent, itaut de voluntate, & potestate concedentis 7
dubitari non possit, iuxta *l. ciues*, & *ibi* glos. *verb. electio. C. de incol. lib.* 10. cum aliis adductis per Aldobrand. *cons.* 2. *num.* 71. *lib.* 1. Decian. *cons.* 44. *num.* 64. *lib.* 4. Et facit, quia ciuis † ex priuilegio dicitur ve- 8
rè, & proprie ciuis, præcipue ad effectum, vt beneficio statutorum gaudeat, Bart. *in l. si maritus*, §. *legis Iulio, sub num.* 1. *ff. de adult.* Bald. *consil.* 461. *Ioannes, num.* 3. *lib.* 1. Rimin. iun. *consil.* 56. *num.* 46. Bursat. *consil.* 198. *num.* 45. *versic.* 2. *respondetur, & sequentib.* Aldobrand. *d. consil.* 2. *num.* 72. *& seqq. lib.* 1. Brun. *de stat. exclus. fœmin. art.* 6. *quæst.* 1. *num.* 3. *in fin.* Rota *in Balneoregien. bonorum* 5. *May* 1588. *coram bon. mem. Orano.*

Et insuper idem D. Dux Saluiatus possidet Castrum Iuliani infra districtum Vrbis, † cuius respe- 9
ctu dicitur districtualis, vti primus ipsius Castri ciuis Bald. *in l. obseruare*. §. *proficisci, num.* 6. *versic.* 8. *quaero. ff. de offic. Procons.* Natt. *cons.* 44 *num.* 7. *lib.* 1. Hondcd. *cons.* 84. *num.* 59. *lib.* 2. Schrader. *de feud.* 1. *par. quæst.* 1. *princ. sect.* 3. *num.* 150. *in fin.* Cataruit. *tit.* 30. *num.* 21 *in fin. vers. & hoc*, sicque etiam in dicto statuto comprehensus, vt alias ponderatum fuit per Rotam *in d. decis.* 662. *num.* 2. *part.* 1. *recent.*

Non obstat, quod huiusmodi statutum † de dua- 10
bus conformibus, intelligatur de validis, & iustis. Quia sententiæ in casu isto ex actis apparent latæ præcedentibus citationibus ad † sententiam, man- 11
datis Procuratorum, & specialibus commissionibus Rotalibus, prout de iure ad illarum validitatem requiritur, iuxta decis. Caputaq. 160. *part.* 2.

Iustitia verò satis clara resultare visa fuit, ex quo sententiæ declarant vexationes, & molestationes per D. Ducem de Comitibus super Castris, de quibus agitur, D. Duci Saluiato præstitas, fuisse iniustas, & indebitas, prout de iure declarare debebant; quia cum D. Dux de Comitibus iam deliberatè, & medio iuramento declarasset, se nunquam habuisse animum acceptandi substitutionem, seu legatum in dictis Castris à q. D. Maxima de Comitibus ad eius fauorem factum, illudque propterea ex nunc, prout ex tunc, & è contra postquam delatum fuerit, repudiasset, ac omni, & cuicunque iuri, tam in re, & ad rem, seu in spe de præsenti, quam alias quomodolibet

dolibet sibi competenti, seu competituro ad fauo-
rem bon. mem. Cardinalis Saluiati hæredis graua-
ti præsentis, & acceptantis in publicis instrumentis
12 renunciasset, † non potuit postmodum amplius ad
dicta iura habere regressum, tam in vim repudia-
tionis, l. sicut, & l. si quis, C. de repud. hæred. quam
etiam renunciationis, l. quæritur, §. si venditor, ff. de
ædil. edict. l. Herennius, in princip. ff. de euict. cum alijs
in decisionibus, sub die 24. Ianuarij 1622. coram bon.
mem. Remboldo, & 13. Nouembris 1623. & 4. Apri-
lis 1631. coram Reuerendiss. D. meo Decano latè, & be-
nè deductis.
13 Neque obstat, quod repudiatio iuris † non dum
delati, & renunciatio iuris quærendi regulariter non
valeat; quia placuit responsio, quod regula cessat
14 quando repudiatio † iuris non dum delati, est facta
cum clausula, ex nunc, prout ex tunc, & è contra
postquam delatum fuerit, prout in casu isto, quia
tunc trahitur ad tempus habile, sicque ad tempus
purificati fideicommissi, & valet, iuxta text. in l. in
tempus, ff. de hæred. instit. Cassad. decis. 3. num. 14. in
fin. vers. cui conclusioni, & num. 15. de praben. Tiraq.
de iure constit. part. 3. limit. 2. num. 16. cum alijs d. die 13.
Nouembris 1623. & 4. Aprilis 1631. in decis. deductis.
15 Quò verò ad renunciationem iuris † quærendi,
regula similiter non procedit, quando prout in casu
isto renunciatio est facta medio iuramento, quia
tunc valet. Ias. in l. is qui hæres, in princip. num. 31. ff.
de acquir. hæred. & in l. 1. num. 15. vers. limita, vbi etiam
Bartol. num. 17. & alij, C. de pact. Decian. consil. 39.
num. 70. & seqq. lib. 2. Peregrin. de fideicommiss. art. 52.
sub num. 11. vers. aliam tradit limitationem. Maximè
16 † quia est facta ipsi Cardinali grauato præsenti, &
acceptanti. Decian. post alios d. consil. 39. sub num. 64.
lib. 2. Grass. in §. fideicommiss. quæst. 62. num. 2. Pere-
grin. de fideicommiss. d. art. 52. num. 11. & consil. 52.
num. 16. & seqq. lib. 5. Fusar. de substitut. quæst. 587.
17 num. 5. & per pactum expressum † de petendo, l. de
fideicommisso, C. de transact. l. cum proponas, la 1. C. de
pactis, cum aliis adductis per Fusar. de substitut. d.
quæst. 587. num. 15.
Nec subsistit, quod ex huiusmodi pacto, & simi-
18 milibus † renunciatio censeri debeat donatio ad ef-
fectum, vt in ea habeat locum insinuatio, subscri-
ptio, & læsio vltra 3. ex stat. Vrbis lib. 1. cap. 148. 150.
& 154. Quia vltra quod repudiatio cum dicta clau-
19 sula † ex nunc prout ex tunc, & è contra absque pa-
cto, ipsius tamen Ducis voluntate facta sustinetur.
Ias. in d. l. 1. num 1. & 3. in fine, C. de pact. Castren.
consil. 252. circ. med. vers. nam repudiare, lib. 1. Surd.
consil. 244. sub num. 18. vers. nec dicere possumus. Pla-
20 cuit responsio, quòd cum fuerit † renunciatio iuris
quærendi, per quam principio solùm acquisitio-
21 nis obuiatur, itaut renuncians non efficiatur † pau-
perior, non potest dici vera donatio in dictis statu-
tis comprehensa, pro qua duo copulatiuè requirun-
22 tur, scilicet, quod † donans fiat pauperior, & dona-
tarius locupletior, iuxta l. si sponsus, §. hoc autem, &
§. fin. & l. quod autem. §. 1 ff. de donat. inter vir. & vxor.
Abb. in cap. donatio, num 8. vers. 2. quæritur, eodem tit.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 21. tit. 4. num. 59. cum
alijs d. die 13. Nouembris 1623. in decis. adductis.
23 Et quod in renunciatione iuris quærendi † non
sit necessaria insinuatio, aliàs in donationibus re-
quisita, ex suspensione renunciationis, tradit Bald.
in l. illud, num 6. vers. quid ergo dicemus, C. de sacros.
Eccles. Anton. de Canar. de insinuat. part. 2. quæst. 16.
num 21. Castreos. consil. 459. sub num. lib. 2. Alexand.
consil. 29. num. 7. lib. 3. Fab. de An. consil. 112. num. 10.
Gabriel. de donat. conclus. 1. num. 7. Tiraq. in l. si vn-
quam, in verb. donatione largitus, num. 147. & 108. &
de renunciatione fideicommissi condinonalis, tradit
Gomez var. resolut. tom. 2. cap. 4. sub num. 10. vers. 2. in-
fero, & vers. item etiam prædicta. Carpen. de Stat. Me-
diolan. cap. 324. num. 25. Galuan. consil. 58. in fin. vers.
secus esset. Matthiens. super 5. recopil. tit. 10. lib. 7 gloss. 6.
num. 8. cum alijs d. die 24. Ianuarij 1622. in decisione
deductis. Præsertim quia istud ius fideicommissi con-
ditionalis, ante purificatam conditionem, diceba-
tur pendere † à futuro incerto euentu, cum fidei- 24
commissarius etiam iunior hæredem grauatum præ-
decedere potuisset, l. nam & si parentibus, in princip.
ff. de inoffic. testam. itaut non † diceretur interim ha- 25
bere ius radicatum aliqua spe certa, iuxta l. substi-
tutio, ff. de acquir. rer. domin. Et propter incertitu-
tudinem futuri euentus, tanto † minùs insinuatio 26
in donatione requiritur, vt de donatione annua, quæ
respectu singulorum annorum, non ascendit ad sum-
mam 500. sed † respectu plurium annorum longè 27
illam excederet, ex quo donatarius ante comple-
tum primum annum decedere poterat, est text. in
l. sancimus, §. si quis autem talem, C. de donat. & tra-
dit Matthiens. super 5. recopil. tit. 6. l. 7. gloss. 3. num. 2.
Et supradicta faciliùs procedunt, quoad læsio-
nem † quam certum est in iure quærendo ex fidei- 28
commisso conditionali considerari non posse, vt per
Anchar. d. cap. sine possessione, num. 7. in fine de reg. iur.
in 6. Rub. Alexand. consil. 11. num. 6. Peregrin. dicto
consil. 51. num. 5. in fin. lib. 5 Fusar. de substit. quæst. 587.
sub num. 19. Rota in Perusina reintegrationis 24. Apri-
lis 1596. coram bon. mem. Penia. Quod procedit licèt
postmodum idem † Cardinalis prædecesserit, quia 19
ad effectum læsionis attenditur tempus renuncia-
tionis. Menochius consil. 1147. num. 13. Seraph. de-
cis. 1461. num. 1.
Nec aduersatur Bart. † in l. is potest, num. 11. ff. de 30
acquir. hæred. cum aliis, qui illum sequuntur, quia
nec ipse, nec alij dicunt refutationem fideicommis-
si, præsertim conditionalis esse donationem, nec
loquuntur in statuto de donationibus, sed in termi-
nis statuti Perusini, quod habens instrumentum te-
stamenti alicuius rei valoris decem librarum, de-
beat illud insinuari facere, & quærunt an compre-
hendatur fideicommissarius, & comprehendi dicunt,
si spes quam habet potest esse dictæ æstimationis, &
sic doctrina Bart. non videtur facere ad punctum.
An repudiatio, & remissio fideicommissi conditio- 31
nalis sit donatione ad dictum effectum, in quo ne-
gatiuam firmant in specie, Gomez variar. tom. 2. d.
cap. 4. num. 10. vers. 2. in fine. cum aliis suprà allegat.
Præterea, placuit etiam, quod cum D. Cardina-
lis contemplatione, & intuitu huiusmodi renun-
ciationis, ad eius fauorem factæ ipsi renuncianti
scuta 25000. per ipsum sibi, ac eius creditoribus so-
luta remiserit, & condonauerit, ista nullo modo dici
possit propriè † donatio, sed correspectiua, & ob 32
causam, quæ insinuationem de iure non requirit.
Socin. consil. 48. sub num. 8. vers. 2. est aduertendum,
lib. 1. Alexand. consil. 20. num. 3. vers. est etiam aduer-
tendum, lib. 3. Gratian. discept. 81. num. 25. Nec in sta-
tuto † de donationibus insinuandis comprehendi- 33
tur. Alexand. consil. 167. num. 10. lib. 7. Rot. decis. 723.
num. 21. part. 2. recent. cum aliis adductis in supradi-
ctis decisionibus in hac causa factis, & facit, quia
tunc lucrum † certum de præsenti dicitur compen- 34
satum, cum damno incerto ex futuro euentu, vt per
Aymon consil. 11. num. 17. & consil. 188. num. 4. Surd.
de alim. tit. 9. quæst. 11. num. 7. & seq.

Minùs refragatur, quod imò D. Dux de Comitibus semper magnifecerit huiusmodi spem succedendi, illamque æstimauerit scutis 60000. & vltra. Quia præterquam quod testes pro d. D. Duce examinati, qui id deponere conantur, plures patiuntur exceptiones per informantes deductas pro responsione, ponderatum fuit, quod cum idem D. Dux de Comitibus asseruerit contrarium, scilicet, quod ipsi vti de dicta substitutione, ac de aliis in dicto testamento contentis benè informatus nunquam habuit animum illam, seu illa acceptandi, huiusmodi
35 † confessio tanquam iurata, deliberatè, & geminatè facta in publicis instrumentis præualere debet testibus. Bald. *in l.2. num.6. C. quando fisc. vel priuat.* Cæsar. de Graff. *decis.6. num.2. de testib.* Verall. *decis.283. num.6. part.3.* Seraph. *decis.433. num.7. & decis.1318. num.1.* Gregor. *decis.444. num.14.* Caualer. *decis.284. num.1. & decis.375. num.6.* Tanto magis, quia dicti
36 testes † deponunt de particulari affectione ipsius re-
37 nunciantis, & aliorum, non autem de communi valore, prout requirit. Bart. *in l. pretia rerum, sub num.2.* vbi Alexand. *num 11. ff. ad l. falcidiam.* Socin. iun. *consil.75. num.3. lib.2.* Sarnen. *reg. de valore q. fin. in fine.* Rota *decis.101. num.1. & decis.570. num.7. coram Papa Gregor. XV. & decis.648. num.3. part.1. recent.*

Et ita decisum vnica tantùm parte informante.

a Decisiones in hac causa coram dicto Reuerendissimo Coccino Decano, sub die 13. Nouembris 1623. & sub die 4. Februarij 1631. habes primam part. 6. prout in Indice posito in fine decisionum, secunda verò est decisio 12. part.6.

b Decisio in hac causa coram d. bon. mem. Remboldo, sub die 24. Ianuarij 1622. habetur part.6. prout in Indice posito in fine decisionum.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Fideicommissi.

Die Veneris 23. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Pœna priuationis imposita à testatore, non potest nocere alteri, qui illius voluntati non repugnauit, neque potest hoc modo imponi, vt alium obliget, præter eum, qui eiusdem voluntati non obtemperauit, & qua ratione hoc procedat ad interpretationem *l. paterfam. ff. de hæred. instit.* Singularis est decisio tanquam extensa ab Auditore magni nominis, & absolutissimi, candidissimique ingenij.

SVMMARIVM.

1. *Hæreditati nemo allegari debet, vel exhæredari facto alterius.*
2. *Priuationis pœnam non incurrit ob contrauentionem patris, filius institutus propria contemplatione, non patris.*
3. *Contrauentionem voluntati testatoris excusare solet protestatio, quia dictatur non credi, quod ex eali actu, qui geritur, voluntas impugnetur.*
Contumacia, & animus delinquendi cessat, non existente dolo.
5. *Causa qualibet etiam iniusta excusat à dolo, & pœna priuationis.*
6. *Priuationis pœna ob contrauentionem facta, considerari non potest, vbi non præcedat habitus, hoc est antecedens contrauentio.*
7. *Vocatio alicuius substituti per modum rationis, & causa facta, non videtur expressa, & absoluta dispositio, præsertim si verba rationis, seu causa, non essent directa in personam hæredis grauati.*
8. *Contrauentio vltra expressa non extenditur.*
9. *Fideicommissum pœnale non inducitur, nisi verbis expressis, qua omnem aliam interpretationem excludant.*
10. *Copula, Et, illa est natura, vt præcedens cum sequenti capitulo coniungat, & omnes illius qualitates repetat.*
11. *Dictio,* Perche, *ostendit causam præcedentis dispositionis, & vide num.12.*
13. *Pronomen,* questi, *refertur ad proximè dicta, illaque ad oculum refert.*
14. *Sequentia declarant præcedentia.*
15. *Voluntatis mutatio, & contrarietas præsumenda non sunt.*
16. *Priuationis pœna à testatore adiecta fauore substituti in casu contrauentionis, si ante hæredis nominationem fiat, censetur adiecta ad ostendendam personam, quam illa tangere debeat, & si post hæredis institutionem repetatur adhuc probabiliter dicitur repetita ad eundem effectum.*
17. *Geminatio prohibitionis tanquam, qua enixam prohibentis voluntatem ostendit, reprobari nequit, vt superflua.*
18. *Priuationis pœna facta filio in casu contrauentionis precepti testatoris mandantis bona sua non alienari, & prohibentis vsumfructum patri acquiri, restringenda est ad casum, in quo filius permiserit patrem frui vsufructu, ne porrigatur ad casum, in quo filius priuaretur hæreditate propter contrauentionem alterius.*
19. *Priuationis pœna semper intelligitur facta ijs, qui contrauenerunt, quando id commodè fieri potest, ne sequatur absurdum, vel euersionis fideicommissi, vel quod in alterius potestate sit, hæredem priuare hæreditate.*
20. *Vocatus in casu contrauentionis primi hæredis, si sit positus post secundum, vel vlteriorem gradum hæredum, non potest instare pro declaratione deuolutionis, propter contrauentionem ante aduentum sua vocationis.*
21. *Pœna suos debet tenere authores.*
22. *Odij præsumpta ratio ob contrauentionem, propter quam verisimilis redditur priuatio successionis, cessat in eo, qui non contrauenit.*
23. *Caducitatis pœna, vt euitetur facienda est omnis interpretatio possibilis.*

DECISIO XCIX.

PRopositi hodie dubium, super confirmatione sententiæ, quæ data fuit in partibus, & in qua declaratum fuit, quod factus erat locus fideicommisso Comitis Sigismundi Maluasiæ ad fauorem Comitis Innocentij, & Cornelij de Maluasia filiorum Herculis, quos idem Sigismundus dicebatur vocasse in suo testamento sub duplici conditione, nimirum in defectum filiorum Constantij, qui secundum gradum hæredum tenebant, & sub ea conditione si dispositis in eodem testamento contrauenissent, tam ipse Constantius, quàm Franciscus Maria eiusdem Constantij frater, & Neapolio communis illorum parens, ac frater testatoris, cum verò casus huius vocationis fauore filiorum Herculis dedu

deducereretur in ea sententia, ex secundo hoc eapite, quod scilicet eidem testameoto videretur contrauenisse Neapolio, dom vna cum aliis comparuit coram iudice, & sibi adiudicari obtinuit domum, & alia bona emphyteutica, quæ licèt fuissent possessa à Sigismundo, dum viueret, erant tamen subiecta alteri fideicommisso Constanrij, cuius filij erant ipse, & Sigismundus; visum fuit Dominis coostare de iniustitia eiusdem seotentiæ ex duplici fundamento, & qoia ea iostantia, quam fecit Neapolio vna cum filiis non potuisset nocere hæredi instituto, qui cum natus non esset eo tempore, quo Neapolio iudicium intentauit, non potuit eontraoenire voluntati testatoris, & quia neqoe hoc voluisset Sigismundus, vt censeretur sua hæreditas deuoluta ad filios Herculis, in easu, quo Neapolio siue alter ex illius filiis rescindere tentasset, quæ ipse statuerat in suo testamento.

Et primò non visum fuit, vt ex iudicio moto per Neapolionem potuerit fieri aliquod præiudicium hæredi primo loco vocato. Tres enim gradus appatebat constituisse Sigismundum in suo testamento, & in primo soccedere debebat filius, qui priùs nasceretur ex Constantino filio, siue Francisco Maria suis nepotibus ex Neapolione fratre, in secundo, cui locus fieri debebat per mortem sine filiis, dicti filij nasciuti, vocati fuerunt Constantius alter filius Neapolionis, & illius filij, ac descendentes, & in eorum defectum in tertio gradu Cornelius, & Innocentius filij Herculis Maluasiæ, quorum fauore lata fuit sententia, vnde videbatur, qood locum habere posset hoc caso regula, quæ constituitur *in l. paterfam. ff. de hæred. instit.* vt propter factum alterius
1 nemo † hæreditati allegari, neque exhæredari possit, vt notat *ibi* Bartol. *num.* 1. quem alij sequuntur Bald. *in l. vnic. C. de his qua pæn nomin.* Imò cum filius, qui nasci debebat ex Coostantio, seu Francisco Maria non fuisset institutus contemplatione proprij parentis, aut aui, sed fauore eiusdem filij, ademerit testator illius parentibus, & auo vsumfructum soæ hæreditatis, inde potiùs probabatur contraria voluotas in testatore, quod noluisset soa hæ-
2 reditate priuare hæredem † propter contumaciam, quam ostendissent eiusdem parentes impugnando suam voluntatem, ioxta doctrinam Bart. *in l. liberorum, num.* 16. *ff. de verbor. signif.* quam in his terminis sequuti fuetuot Natta *in consil.* 470. *num.* 25. Honded. *consil.* 72 *num.* 40. *lib.* 1. Bursat. *consil.* 113 *num.* 67. *lib.* 1. Cephal. *consil.* 282. *num.* 25. *lib.* 2. & decisum fuit *in Cesenaten. primogenitura* 26. *Iuny* 1623. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Auenionen. hæreditatis* 16. *Ianuarij* 1632. *&* 18. *May* 1633. *coram R. P. D. meo Ghisilerio.* Et hæc Domini considerarunt super primo fundamento omissis iis, quæ dici possent pro excusanda contumacia Neapolionis,
3 & filiorum, quia ex protestatione, qoam illi † fecerunt, dum intentaruot iudicium immissionis, qood scilicet petendo booa subiecta fideicommisso Coostantij, noo credebant se impugnare voluntatem testatoris, videbatur cessare omnis dolus, sine quo
4 non poterat eonsiderari contumacia, † aut animus contrauenlendi, iuxta oòtata *in l. si seruum, §. Prætor ait, ff. de acquirend. hæredit.* & ootat *ibi* gloss. *in verb. non videri.* Bald. *in d. l. vnic. C. de his, qua pæn. nomin.* Decian. *consil.* 273. *num.* 2. *in fin. & consil.* 581. *num.* 11. Verall. *decis.* 233. *num.* 7. *part.* 1. præsertim attento effectu, qui erat, vt censeretur ineursa
5 pœna priuationis, à qua solet † excusare quælibet eausa etiam iniusta, vt per eumdem Verall. *dict. decis.* 233. & probat textus *in l. plagij criminis* 14. *cum gloss. ibi in verb. iusta, C. ad l. Flauiam de plagiar. & in l. igitur, vers. & generaliter, ff. de liberal. caus.* Honded. *consil.* 58. *num.* 37. *& sequent. lib.* 1. Rota *decis.* 289. *num.* 8. *part.* 2. *recent. & coram Gregor. XV. decis.* 288. *num.* 4.

Sed neque id visum fuit eolligi ex testamento Sigismundi, (& hoc erat alterum fundamentum huius decisionis,) vt propter conttauentionem Neapolionis, siue illius filiorum, ptiuari deberet hæres scriptus sua hæreditate, siue quod eadem hæreditas deuolueretur ad filios Herculis, quod vt elariùs percipi possit recensenda est dispositio Sigismundi in ea parte, in qua dicitur fuisse impositam hanc pœnam ptiuationis eontra eos, qui illius voluntatem impugnarent, nam primò constiturum fuit in eiusdem testamento, vt prior filius, qui nasceretur ex Constantio, siue Francisco Maria suis nepotibus, quique fuerat primo loeo hæres institutus, habitare deberet vna cum eius filiis domum testatoris seorsim ab aliis consanguineis; & illis, ae aliis substitutis prohibuit quemcumque alienationem, siue permutationem bonorum, itaut nullus eorum, siue ex se, siue simul cum aliis vocatis contra eamdem dispositionem facere, aut venite auderet, declatans, vt censeretur incursa ea contrauentio, & caducitas per quamuis comparitiooem, aut actum iudicialem, ex quo impediretur, vel aliquo modo retardaretur exequutio huius dispositionis etiam ex capite cuiuscumque anterioris fideicommissi, aut inuestituræ, & in singulis his easibus priuauit tam eumdem hæredem, quàm alios vocatos omni commodo suæ hæreditatis, perinde ac si non fuissent in eodem testamento scripti, aut nominati, institueodo hæredes alios substitutos, quos eisdem oneribus grauauit.

Secundò voluit testator, vt fructus suæ hæreditatis cumulari deberent, quousque ptimus hæres, qui natus tunc non erat, decimum quartum suæ ætatis annum expleuisset, & ideo priuauit vsufructu eiusdem hæreditatis, tam Neapolionem auum ipsius hæredis nascituri, quàm Constantium, siue Franciscum Mariam illius parentes, & post hanc prohibitionem rogauit Cornelium, & Innoceotium Maluasiam, quos tertio loco substituerat, vt vellent curare, vt hæc sua voluntas exequutioni mandaretur, addueendo rationem, quia in easu, in qou Neapolio, vel illius filij suæ voluotatis contrauenirent, illos hæredes instituerat: Et ne videretur hæreditas interim pendere quousque nasceretur filius ex Francisco, aut Constantio, instituit idem Sigismundos pendente conditione huius natiuitatis tres hæredes fiduciarios, tam respectu vsusfructus, quam proprietatis, quibus commisit administrationem suæ hæreditatis ad fauorem futuri hæredis.

Ex hoc testamento Sigismundi, duas illius partes considerabant Inoocentius, & Cornelius filij Herculis Maluasiæ, in quibus dicebant contineri suam vocationem; sed respectu primæ partis, in qua prohibitus fuerat omnis actus, ex quo deueniretur ad alienationem hæreditatis adiecta pœna priuationis contra eos, qui hoe faeere tentarent, nullum visum fuit constitui posse fundamentum pro filiis Herculis; quia ex lectura eiusdem testameoti colligebatur solùm voluisse testatorem sua hæreditate priuare eos, qui suæ voluntati se opponerent, & ideo satis erat, quod oon daretur aliqua contrauentio hæredis nascituri, ne dici posset illum commodo

modo d. hæreditatis cecidiſſe, ſiue (quod huic con-
ſequens erat,) quod factus fuiſſet locus ſubſtitutio-
ni aliorum hæredum, dum non poterat dari pœna
6 priuationis, niſi præcederet † habitus, hoc eſt an-
tecedens contrauentio eiuſdem hæredis, ex regula
l. decem, ff. de verb. obligat. notat Bald. *in l. ſub condi-
tione, num. 2. ff. de ſolut. & in l. 1. ff. de diuort.*

Reſpectu ſecundæ partis poterat ſubeſſe aliqua
dubitatio, quia vocatio Cornelij, & Innocentij vi-
debatur in ea ſupponi pro indubitata in caſu contra-
uentionis, quam feciſſent ſiue Neapolio frater, ſiue
Franciſcus, & Conſtantius illius filij & nepotes te-
ſtatoris; ſed neque voluit teſtator aliquid in hac
parte diſponere, dum ſolùm per modum rationis,
7 & cauſæ declarauit ſe vocaſſe † filios Herculis in
caſu, quo ſuæ voluntati contrauenirent frater, & ne-
potes, non autem vocauit illos abſolutè, & expreſsè,
præſertim cum ea verba non eſſent directa in per-
ſonam hæredis grauati, ex his, quæ poſt gloſſ. no-
tant Doctores *in l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2.* Bart.
ibi num. 5. Imol. *num. 2.* Caſtr. *num. 1.* & alij relati per
Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 1. num. 48.* Card Mantic.
de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 15. num. 2. Præ-
terea alius erat ſenſus, & interpretatio eorum ver-
borum, quia ſicut prohibitio, quam in ea parte te-
ſtamenti fecerat teſtator fratri, ac nepotibus erat
8 reſpectu † vſusfructus ſuæ hæreditatis, cuius fructus
voluit integrè conſeruari, & inueſtiri fauore futuri
hæredis, ita contrauentio, ob quam eſſe debebat lo-
cus ſubſtitutioni filiorum Herculis, intelligi debe-
bat reſpectu eiuſdem vſusfructus.

Et hanc quidem interpretationem plura vide-
bantur ſuadere; nam pro hærede naſcituro primò
vrgebat, quod ageretur de fideicommiſſo pœnali,
quod non poterat induci, niſi per verba expreſſa,
quæ omnem aliam † interpretationem excluderent,
ex notatis per Bart. *in l. pater Seuerinam, num. 2 & in
l. multa, num. 3. ff. de condit. & demonſtr.* Bald. *in l. cum
proponas, num. 23. C. de hæred. inſtit.* Alciat. *reg. 3.
præſumpt. præſumpt. 45.* & in his terminis conſidera-
uit Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 18. num. 29. in fin.*
Rota *deciſ. 429. num. 3. part. 4. diuerſ.* Secundò non
poterat alia interpretatio admitti, conſiderato con-
textu eorum verborum in quibus dicebatur conti-
neri hæc vocatio. *E perche contrauenendo queſto mio
fratello, e nepoti chiamo heredi il Sign. Cornelio, & In-
nocenzo Maluaſia, la prego à voler ſapere come paſſa
il gouerno, & aiutare queſta mia volonta.* Etenim non
ſolùm erat de natura eius copulæ, *&*, coniungere
10 † præcedens capitulum teſtamenti, in quo actum
fuerat de vſufructu cum ſequenti, & in eo repetere
omnes illius qualitates ex notatis *in l. fi ia, §. Caio,
ff. de fund. inſtrum. & inſtrum. legat.* & Bart. *ibi num. 1.
& 2. & in l. ſi heredi, ff. de condit. inſtit.* Felin. *in cap. 2.
in verb. copula, num. 22. de reſcript.* Sed hoc idem oſten-
debat dictio illa (*perche*) ſiue illa videretur reddere
11 cauſam eius diſpoſitionis † & vocationis filiorum
Herculis, vt *in l. hac actio, ff. de calumniat. & in l. ſi is,
qui animo, ff. de acquir. poſſeſſ.* notat Bart. *in l. demon-
ſtratio, §. quod autem, num. 6.* Socin. *num. 3. ff. de condit.
& demonſtr.* Bald. *in cap. quia propter, num. 56. de elect.*
ſiue accipi deberet pro dictione, *quando*, ſecundùm
15 declarationem † Ang. *in conſil. 193. num. 1.* & voluit
gloſſ. *in l. vltim. in verb. quando, C. de edende.* Bald.
in l. nec eos, C. de poſtlim. reuerſ. itaut gerundium *con-
trauenendo*, quod fuit immediatè poſitum, reſolui
deberet in verba futuri temporis, præſertim iuncta
proprietate illius pronominis, *queſti*, quod deinde
ſequebatur in eodem teſtamento, quodque referri
ſolùm poterat ad ea, quæ proximè dicta fuerunt, ea- 13
que ad oculum referre, vt dixit idem Bart. *in l. 1. ff. de
nou. op. nunciat. num. 12.* Dec. *in l. vnic. C. de ſent. quæ
pro eo, quod int. in 1. lect. num. 13. & in 2. num. 45.* Pa-
riſ. *conſil. 19. num. 7. & conſil. 35. num. 10. vol. 2.* Surd.
conſil. 308. num. 16. & deciſ. 125. num. 1.

Tertiò demum coadiuuabatur hæc interpretatio
ex alio fundamento, quod deſumebatur ex verbis
immediatè ſequentibus. † In iis enim rogauit teſta- 14
tor filios Herculis, vt vacare vellent adminiſtratio-
ni ſuæ hæreditatis, ac ſcire quomodo ea adminiſtra-
tio procederet, quod quidem non poterat intelligi,
niſi de tempore, quo hæres expleto 24. anno frui
deberet hæreditate, & conſequenter poſſet à patre,
aut auo turbari in perceptione vſusfructus, cum ante
id tempus adminiſtratio eiuſdem hæreditatis com-
miſſa fuiſſet hæredibus fiduciariis, de quorum dili-
gentia, & fide, apparebat teſtatorem confidiſſe, &
ſolùm in eorum defectum voluiſſet ipſe teſtator, vt
filij Herculis ſuſciperent adminiſtrationem ſuæ hæ-
reditatis, vnde rectè ex iis ſequebatur, quod non
poterat alia interpretatio admitti, † niſi etiam ad- 15
mitteretur, aut mutatio voluntatis, aut manifeſta
contrarietas in teſtatore, contra *l. nam ad ea, ff. de
condit. & demonſtr. & l. cum qui, ff. de probat.*

Neque viſæ fuerunt obſtare duæ coniecturæ, quæ
pro euitanda hac interpretatione conſiderabantur
ab informantibus pro filiis Herculis; quia illa, quæ
primo loco adducebatur, vt teſtator etiam in alia
parte teſtamenti prohibuiſſet parenti futuri hæredis
vſumfructum ſuæ hæreditatis, non concludebat,
quod contrauentio, ob quam voluit fieri locum vo-
cationi eorumdem filiorum, non eſſet intelligenda
reſpectu eiuſdem vſusfructus, cum plura adduci
poſſent, quæ ſuaderent neceſſitatem huius nouæ
prohibitionis. Etenim prior illa prohibitio legeba-
tur facta ante nominationem, & inſtitutionem † hæ- 16
redis, atque ita dum adhuc erat incerta perſona,
quam illa tangere debebat; & ideo poterat proba-
biliter dici, quod repetita fuiſſet poſt inſtitutionem
hæredis, vt ſciretur quas perſonas comprehendere
debet, idque ex duplici ratione. Primò ne contin-
geret dubitari, an teſtator voluerit illa etiam teneri
Conſtantium alterum filium Neapolionis, quem
ſubſtituerat in defectum naſcituri. Secundò, quia in
hac poſteriori prohibitione fuit non ſolùm nomi-
nata perſona parentis d. futuri hæredis, quod fa-
ctum fuit in prima, ſed etiam perſona patris, & aui,
de quibus nihil in alia dictum fuerat, quibus duabus
rationibus poterat & tertia addi, vt ex hac noua &
geminata prohibitione clariùs, & magis enixè oſten-
deretur voluntas teſtatoris, quæ quidem ratio ex 17
ſe ſola ſufficere poterat, vt eadem repetitio non poſ-
ſet reprobari tanquam ſuperflua, ex his, quæ notat
Alciat. *in l. hac verba, num. 3. ff. de legat.* Peregrin. *de
fideicommiſſ. art. 14. num. 21.* Cardin. Mantic. *de con-
iectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 6. num. 6. & lib. 8. tit. 18.
num. 54.* & probat text. *in l. quæſitum, §. vltim. ff. de
fund. inſtruct. & in l. pediculis, §. Labeo. ff. de aur. &
argent. legat.*

Altera coniectura, quam conſiderabant infor-
mantes, erat quod non potuiſſent pater, & auus hu-
ius hæredis naſcituri conſequi vſumfructum ex hæ-
reditate, niſi poſtquam hæres expleuiſſet annum 24.
de quo tempore incipere debebat ius filij, & conſe-
quenter ius patris, & aui ſuper dicto vſufructu, vnde
ne dici poſſet, vt ante id tempus nulla fuiſſet pœna
impoſita contra impugnantes voluntatem teſtato-
ris, inde inferebatur, quod vocatio, filiorum Her-
culis

culis non poterat censeri restricta ad solos casus con-
trauentionis respectu vsusfructus, sed quod potiùs
intelligenda erat generaliter, & in quocumque ca-
su, quo eidem voluntati repugnasset Neapolio, &
illius filij.

Verùm ex hoc fundamento visum fuit potiùs co-
18 adiuuari, quàm † euerti interpretationem superiùs
datam, vt ea contrauentio, cui nominatim adiecta
fuit pœna priuationis, solùm intelligenda esset re-
spectu vsusfructus, cuius mentio antea facta fuerat;
nam cum intra id tempus non posset considerari
aliqua contrauentio hæredis in permittendo, quod
pater, aut auus eumdem vsumfructum perciperet,
rationabilior ex hoc reddebatur voluntas testato-
ris in priuando sua hæreditate hæredem, qui patien-
do, vt pater d. vsufructu frueretur, videbatur aliquo
modo contrauenisse voluntati eiusdem testatoris,
quàm si propter alterius culpam, cuius ille parti-
ceps non fuisset, intelligi deberet priuatus ea hære-
ditate, & ita similem prohibitionem interpretata
fuit Rota *in vna Nepesina hæreditatis 26. Ianuarij
1609. coram Cardin. Lancelloto*, quam in eisdem ter-
minis sequuta fuit *in Casenaten. primogenitura 26. Ia-
nuarij* 1630. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & in
iis decisionibus consideratur illa etiam ratio, quia
19 quando † id facere potuisset testator, tamen ea pœ-
na priuationis intelligi debebat imposita solùm iis,
qui alienarent, si hoc commodè fieri poterat, &
notauit Mangon. *in decis. Florentina* 138. *num.* 20.
& 21, Modern. Mantuan. *controu. forens. lib. 2. cap.* 289.
num. 2. Imò tollebatur ex hoc absurdum, vt testator
videretur voluisse, quod pendere deberet ex arbi-
trio fratris, aut nepotum priuare hæredem à se pri-
mo loco electum, & totam illius descendentiam
sua hæreditate, cum euersione totius fideicommissi,
vt considerauit in specie Ruin. *in consil.* 122. *num.* 8.
vol. 2. arg. text. *in l. si ita quis, §. si cui, ff. de leg. 2. &
l. fideicommissum, ff. de condit. & demonstr.*

Et hæc Domini considerarunt ad effectum, vt ex
testamento Sigismundi, non posset dici priuatum
fuisse hæreditate hæredem ab eo primo loco institu-
tum propter contumaciam, quam ostendissent, aut
illius pater, aut Neapolio auus. Verùm ex alio
etiam capite visi fuerunt excludi filij Herculis, ad
quos dicebatur deuoluta d. hæreditas, quia scilicet
illi non vocati fuissent in locum d. hæredis, sed
Constantius, & eius descendentes, & ideo quando
etiam ea pœna priuationis intelligi deberet genera-
20 liter imposita † contra omnes, à quibus non serua-
retur voluntas testatoris, non tamen dici poterat,
quod euenisset casus, siue conditio fideicommissi
fauore eorumdem filiorum Herculis, cum illi po-
tuissent solùm occupare vltimum locum, & gra-
dum hæredum, in quo vocati fuerant post descen-
dentes Constantij, quod quidem probabatur ex eo-
dem testamento Sigismundi; nam in prima illius
parte, in qua prohibitioni alienationis bonorum
adiecta fuit pœna priuationis, apparebat solùm im-
positam fuisse eam pœnam contra alienantes; vnde
ex ea parte testamenti, debebat recipere interpreta-
tionem etiam hæc posterior, in qua dicebantur vo-
cati filij Herculis, itaut propter contrauentionem,
quam fecissent filij Neapolionis testamento Sigis-
mundi, illi solùm incurrere deberent eam pœnam
21 † priuationis, non autem descendentes Constantij,
iuxta regulam, quæ generaliter ponitur *in l. si filiabus,
in princip. & in l. si seruus plurium, §. vltim. ff. de leg.
prim.* quam in his terminis adducit Mandell. *in con-
sil.* 479. *num.* 6. Cephal. *consil.* 282. *num.* 12. Modern.
Mantuan. *controuers. forens. cap.* 289. *num.* 2. Et hæc
interpretatio confirmari poterat tam ex eo, quia in
filio, & descendentibus Constantij cessabat ratio
odij præsumpti, † ex qua reddi potuisset verisimilis 22
illorum priuatio, vt fuit in specie consideratum in
adducta *decis. Casenaten. primogenitura 26. Iunij* 1630.
*coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Auenionen.
hæreditatis 18. Ianuar.* 1632. *coram R. P. D. Ghislerio*,
quàm quia agebatur de pœna caducitatis, pro cuius
exclusione sumi debebat omnis † interpretatio pos- 23
sibilis, vt notatur *l. igitur, ff. de liberat. caus. in §. &
generaliter*, & fuit dictum *in Romana fideicommissi de
Iacobatijs 12. Maij 1606. & 5. Decembr. 1608. coram
Gregor. XV. inter impress. decis. 256. num 2. & decis. 288.
num. 4. & in Maceraten. hæreditatis 3. Iunij 1619. co-
ram bon. mem. Vbaldo.*

Et ita, &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Legati.

Die Lunæ 26. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Negans, rem aliquam mobilem possidere conuinci non potest per illam suspicionem tantùm, quod eam de tempore motæ litis possideat, si existentia d. rei de præterito, apud eundem fuerit probata. Possessor negans se possidere, ex hoc desinit ciuiliter possidere. Amissio rerum mobilium facilis est.

SVMMARIVM.

1. *Possessio de præterito probata si fuerit, ex ea arguitur possessio eiusdem de præsenti.*
2. *Mobilium rerum possessio facilè, ac etiam solo animo amittitur.*
3. *Possessio apud aliquem alicuius rei, si probata fuerit, quando d. possessor negat se possidere, dicitur animo dereliquisse ante habitam possessionem.*
4. *In animo ea, quæ consistunt, nemo verius testimonium potest ferre, quàm is, de cuius animo quæritur.*
5. *Possessio de præterito apud aliquem si fuerit probata, ex ea præsumptione tantum, conuinci non potest quod possideat si ille de præsenti neget se possidere.*
6. *Possessionis rei mobilis amissio non præsumitur, nisi probetur actus intermedius aptus ad inducendam priuationem possessionis.*
7. *Limita hoc non procedere, quando de tempore motæ litis, non constat de possessione eius, qui d. rem olim possidebat, & num.* 8.
9. *Possessor desinit ciuiliter possidere, si neget se possidere.*
10. *Iocalia, ac res pretiosæ frequenter ad pecunias ex eorum pretio conficiendas, distrahi solent.*
11. *Amissio possessionis rerum mobilium facilis est.*
12. *Suspicio est debilior præsumptione.*
Neganti medio iuramento, se aliquam rem non habere, potiùs est credendum quàm afferenti suspicionem tantum, existentia dictæ rei apud eundem. ibid.
13. *Suspicio existentiæ alicuius rei apud aliquem diluitur propter iuramenti vim, & potentiam,*

præstiti

præstiti ab illo, de non existentia talis rei apud ipsum.

14. *Ad exhibitionem rei petitæ, vt possit quis astringi, debet probari existentia de tempore motæ litis, & num. 16.*

15. *Testium depositiones, si conquassentur à testibus contrarium affirmantibus, non relevant.*

DECISIO C.

DOmini dixerunt non esse recedendum à deci-
sione huius causæ facta sub die 10. Februarij
præteriti; a in qua firmatum fuit, non constare de
existentia iocalium, ad effectum vt Comitissa iure
valeat condemnari. Nam etsi probetur ipsam Co-
mitissam ante obitum viri contrectasse, & gestasse
iocalia, de quibus agitur, & inde videatur posse præ-
sumi ad tempus non modo dicti obitus, & motæ
litis, sed etiam ad tempus præsens, iuxta conclusio-
1 nem, quod qui † olim possidebat, hodie etiam præ-
sumitur possidere, quam latè examinat Alciat. *de
præsumpt. reg. 2. præsumpt. 21.* & Menoch. *in eod. tract.
præsumpt. 64. lib. 6.* Attamen, quia rerum mobilium
2 possessio facilè, † ac etiam solo animo amittitur,
*l. 3. §. Nerua, l. si quis vi, §. differentia, & l. qui rem
mobilem ff. de acquir. vel amitt. poss. gloss. vlt. in l. incivi-
lem, C. de furt.* Ideo Comitissa cum neget se hodie
3 habere, dicitur animo reliquisse † antea habitam
possessionem iocalium; eorum autem, quæ in ani-
4 mo consistunt, nemo † veriùs testimonium redde-
re potest, quàm is, de cuius animo quæritur, *cap.
significasti, il primo, cum gloss. in verb. si est ita, & cap.
significasti, il secundo, & ibi etiam gloss. margin. de ho-
micid.* ita vt alteri parti, quæ asserit, incumbat onus
probandi magis concludenter, quàm per præsum-
5 ptionem ductam † à tempore præterito, quæ sola
conuincere non potest eum, qui negat se possidere.
Butr. *in cap. cum ad sedem, num. 25. vers. si non constat,
de rest. spol.* Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 27.
de caus. possess. & propr.* Paul. de Castr. *in l. si minorem,
num. 4. C. de in integr. rest. min.* & quamuis Abb. *in
6 d. cap. cum ad sedem, num. 15.* dicat, † quod amissio
possessionis rei mobilis non præsumatur, nisi pro-
betur actus intermedius aptus ad inducendam pri-
uationem possessionis; nihilominus quando de tem-
pore motæ litis non constat de possessione eius,
7 † qui olim possidebat, & sic quando versamur in
dubio, tunc idem Abb. *in loco præallegato,* firmat su-
pradictam conclusionem exclusiuam præsumptio-
nis existentiæ rerum mobilium, quam post *Vbertum
de Bobio,* tenet Specul. *tit. de act. & petit. §. sequitur,
num. 31.* & esse veram, ac communem tenet Alciat.
d. reg. 2. præsumpt. 25. num. 5. & Menoch. *etiam d. præ-
8 sumpt. 64. num. 27. lib. 6.* vbi addit ea ratione † non
apparere, quod res mobilis sit apud eum, qui negat
se habere, quia non constat eum naturaliter possi-
dere, & ex eo, quod negat, statim desinit etiam
9 † ciuiliter, hoc est, animo possidere.

Plura autem in præsenti casu concurrunt ad ex-
clusionem d. præsumptionis, nempe quod Comes,
dum viueret, vno aut altero mense ante obitum tra-
ctauerat cum auri fabro, quodque pecuniis indige-
ret, eique proposita fuisset venditio lineæ margari-
tarum, vt deponunt testes, addentes pro causa defi-
cientiæ pecuniarum difficultatem commeatus pro-
pter pestem, tunc temporis in pluribus Italiæ ciui-
tatibus grassantem.

Insuper, quod ex eorumdem testium depositioni-
bus constat, gemmas, & iocalia fuisse propria d. Co-
mitis, & modo penes ipsum, modo penes d. Co-
mitissam eius vxorem extitisse.

Denique concurrit iuramentum ab ipsa præsti-
tum, quod iocalia non habeat, neque dolo habere
desierit. Quibus attentis, qualitas personæ, ac rei,
& facti non patitur, quod ab existentia mobilium
de mense Ianuarij, & Februarij, ante obitum Comi-
tis inferatur ad existentiam de mense Aprilis subse-
quentis, quo obiit, præsertim iocalium, † ac rerum 10
pretiosarum, quæ frequenter ad pecunias ex eorum
pretio conficiendas distrahi solent, ita in similibus
terminis de mense Iunij, vel Iulij eadem ratione,
quod possessionis rerum † mobilium facilis est amis- 11
sio, quodque frumentum negotiationi frequentissi-
mè sit subiectum. Rota *in Nepesina tutelæ 12. Apri-
lis 1622. coram bon. mem. Vbaldo,* dixit non posse ne-
cessariò inferri, quod idem frumentum extiterit de
mense Augustini subsequentis.

Cum itaque non constet, quod prædicta iocalia
ad tempore obitus viri extiterint penes Comitissam,
sed sola remaneat suspicio ex præcedenti eorum
contrectatione, quæ suspicio est præsumptione de-
bilior, credendum est eidem neganti † medio iura- 12
mento se non habere, *l. vltim. §. sanè, C. de his, qui
confug. ad Eccles. l. prætor, § si seruus, ff. de edend.* & per
illum textum Salic. *in l. vltim. num. 6. C. de fid. instrum.*
Menoch. *consil. 354. num. 16.* qui *num. 12.* ex eadem
doctrina Saliceti pro ratione addit huiusmodi † su- 13
spicionem dilui propter vim, & potentiam iuramen-
ti, eademque repetit *præsumpt. 61. num. 7. d. lib. 6.*

Non obstat, quod Comes in codicillis, sub quo-
rum dispositione decessit legauerit eidem Comitis-
sæ omnes gemmas, & margaritas, ac alia pretiosa.
Quia inde non potest deduci consequentia necessa-
ria ad existentiam aliorum iocalium, quam quæ in
inuentario descripta fuerunt.

Neque obstat responsio ipsius Comitissæ ad po-
sitiones, in qua fatetur se habuisse iocalia. Quia ex
huiusmodi confessione limitata ad duos menses an-
te obitum Comitis, non sequitur necessariò, quod
eadem iocalia habuerit de tempore † d. obitus, & 14
ante motam litem, ex allegatis *coram bon. mem. Card.
Caualer. decis. 82. num. 3.*

Minùs obstant testes deponentes de existentia
dd. iocalium penes ipsam Comitissam etiam post
viri obitum, tum quia † eorum depositio per alios 15
testes deponentes de contrario conquassatur, tum
etiam, quia non percutiunt † tempus motæ litis, 16
ac denique patiuntur exceptiones deductas in pro-
ximè dicta huius causæ decisione.

a Est decisio 165. part.

In eadem causa adsunt aliæ decisiones coram eo-
dem bon. mem. Motmaono, nempe sub diebus 9.
Februarij 1632. & 27. Iunij 1634. & sunt in ordine
decis. 97. & 225. part 6.

R. P. D. MERLINO.

Verulana Fideicommissi.

Die Lunæ 26. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Immissio fideicommissario quibus probatis, detur. Hæres si adeat hæreditatem sine inuentario, & alienet bona, præsumun-

tur

tur sufficere pro detractionibus, & si contrarium asserat ei incumbit onus probandi. Hæres, quando possit venire contra factum defuncti.

S V M M A R I V M.

1. *Fideicommissarius, postquam decuit fideicommissi purificationem, & bonorum identitatem, potest petere immissionem, vel ex l. fin. C. de edict. D. Adr.*
2. *Vel ex utili Saluiano, prout passim Rota respondit.*
3. *Hæres, si adiuerit hæreditatem sine beneficio legis, & inuentarij, & aliqua bona alienauerit, intrat conclusio, quod bona alienata præsumuntur absorbere portiones detrahendas.*
   Et si ipse, vel habens causam ab eo contrarium asserat, ei incumbit onus probandi, quod non sufficiant, num. 3.
4. *Hæres, non potest venire contra factum defuncti.*
5. *Hæres, cum beneficio legis, & inuentarij non confundit actiones cum defuncto.*
6. *Instrumento potius, vel rei iudicatæ est standum quàm testibus.*
7. *Possessio præsumitur iure familiaritatis, quando non constat de altero titulo.*
8. *Hæredis assertio non potest præiudicare fideicommissario, venienti ex propria persona, & iure proprio, & ab ipso causam non habenti.*

D E C I S I O CI.

Dubitaui hodie, an Ioanni de Amaro esset danda immissio in possessionem tenutæ positæ in Colle Mausoleo per DD. Philonardos possessæ, & fuit affirmatiuè resolutum.

Quia de fideicommisso Bartholomæi aui, necnon
de illius purificatione ad fauorem Ioannis constar
ex publicis documentis; identitas tenutæ fideicom-
misso suppositæ, & quod illa modo sit possessa per
DD. Philonardos per duas decisiones coram me [a]
firmata fuit, vnde, vel ex remedio *l. fin. C. de edict. D.*
1 *Adr. toll.* † vel ex vtili Saluiano concedenda est Ioan-
2 ni immissio, † prout passim Rota respondit, vt *in de-*
cis. 131. num. 1. part. 1. recent. & coram Reuerendiss. D.
Decano decis. 167. num. 2. & in Recanaten. fideicommissi
29. Aprilis 1630. coram me, & alibi.

Non obstant detractiones legitimæ, & Trebellia-
nicæ, quæ per DD. Philonardos, habentes causam
à Prospero hærede grauato prætendi possunt, quo-
niam cum Prosper nullo confecto inuentario hære-
ditatem adiuerit, & multa bona alienauerit, de qui-
bus deponunt testes in Summ. num. 3. intrat conclu-
3 sio, quod bona alienata præsumuntur † absorbere
portiones legitimæ, & trebellianicæ detrahendas,
adeò vt hæredi grauato, vel ab eo causam habenti-
bus, incumbat onus probandi, bona alienata non
sufficere pro prætensis detractionibus, ex Natt. *con-*
sil. 199. num. 31. & pluries dixit Rota in decisionibus
cumulatis per Addent. *ad sanct. mem. Gregor. XV. de-*
cis. 266. & in Romana fideicommissi de Victorijs, in Bo-
nonien. de Desiderijs coram me, & in Perusina de Gra-
tianis coram Reuerendiss. D. Decano, relatis nuper in
illa Perusina fideicommissi de Meniconibus 15. Maij
præteriti coram me.

Non obstat, quod cum Ioannes sit hæres Pro-
4 speri, non videatur posse † venire contra illius fa-
ctum, quia cum sit hæres cum beneficio l. & inuent.
5 non fuerunt confusæ actiones, † & eidem fuit præ-
seruatum ius agendi ad fideicommissum, vti vocato
per Bartholomæum fideicommittentem, *l. fin. §. etsi præfatam. C. de iur. delib.* Menoch. *consil. 203. num. 27.* Surd. *consil. 7. num. 31.* & fuit dictum *in Romana separationis bonorum 24. Ianuarij 1631. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Romana pecuniaria 21. Iunij 1632. coram me.*

Nec releuat, quod per Ioannem possideantur bo-
na hæreditaria partis, vt deponunt testes, quoniam
imò constat illa possideri per Cæsarinam matrem
Ioannis pro suis iuribus dotalibus, vt ex mandato
de manutenendo dato in Summ. num. 6. Vnde vel
standum est potius † instrumento, & rei iudicatæ, 6
quam testibus, *l. census. ff. de probat.* Crauet. *consil. 54.*
num. 15. Rota apud Card. Seraph. *decis. 339. num. 7.*
& in recent. decis. 91. sub num. 9. part. 1. ac decis. 266.
num. 7. ac 687. num. 20. part. 2. recent. vel testium de-
positiones intelligendæ † sunt de possessione iure fa- 7
miliaritatis, iuxta doct. Ang. *in l. assiduis. num. 1. C. qui*
pot. in pig. hab. Ruin. *consil. 34. num. 13. lib. 1.* Rota *co-*
ram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 239. num. 4. &
in Ariminen. fideicommissi 7. Aprilis, & 19. Nouem-
bris 1633. coram me.

Non obstat, quod filij Prosperi asseruerint tenu-
tam, de qua agitur fuisse alienatam ex causa dotis
earundem, quia nec id probatur ex illa simplici as-
sertione filiarum, & de contrario potiùs constat ex
subhastatione tenutæ sequuta, quæ cantat ex causa
affictus, & hoc etiam deponunt primus, & tertius
testes. Atque in omnem casum hæc filiarum asser-
tio præiudicare non potest Ioanni fideicommissario
venienti ex propria † persona, & iure proprio, & ab 8
ipsis sororibus causam non habenti, *l. qui testamen-*
tum. ff. de prob. Peregr. *de fideicommiss. art. 53. num. 6.* &
fuit dictum *in Romana fideicommissi de Victorijs 2. Iu-*
nij 1625. & in Bononien. fideicommissi de Desiderijs 7.
Maij 1629. coram me.

Et ita, &c.

[a] Idest sub diebus 26. Nouemb. 1633. & 7. Iunij 1634 sunt decisiones 236. & 286. in part. 6.

In eadem causa adest alia decisio coram R. P. D. Dunozetto sub die 28. Ianuarij 1633. & est decisio 175. & alia habetur sub die 20. Nouembr. 1634. coram R. P. D. Merlino part. 6.

R. P. D. G H I S I L E R I O.

Interamnen. Fideicommissi de Simonettis.

Die Lunæ 3. Iunij 1634.

A R G V M E N T V M.

Fideicommissario in bonis fideicommisso subiectis, quibus concurrentibus non denegetur immissio, in bonis fideicommissariis, quando non liceat detrahi legitima, vel dos.

S V M M A R I V M.

1. *Immissio in bonis hæreditarijs non potest denegari hæredi, si concurrant requisita necessaria ad hunc effectum.*
2. *Mors alicuius probatur ex fide obitus extracta ex libro mortuorum.*
3. *Sine filijs, quis præsumitur decessisse, dum contrarium non probatur.*
4. *Inuentarium contra conficientem plene probat.*

5. *De fideicommisso, si constet, & illius purificatione, atque quod bona fuerint in bonis fideicommittentis de tempore obitus, & de illorum identitate, tunc vocato non denegatur immissio contra grauatum.*

6. *Fideicommissario agenti vigore fideicommissi, competit remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend.*

7. *in Alienationibus bonorum defuncti factis per hæredem, est imputanda eius legitima.*

8. *Pretium redactum ex alienationibus bonorum hæreditariorum præsumitur sufficiens pro legitima, dum contrarium non probatur.*

9. *Filius, si se immiscuerit in hæreditate patris, nullo confecto inuentario, intrat præsumptio satisfactionis pro legitima.*

10. *In fideicommisso particulari non potest detrahi legitima.*

11. *Legitima, cum sit certa ratione loci, & quota, non impedit immissionem pro indiuiso fideicommissario.*

12. *Bona fideicommissaria, quando sunt restituenda inter alia, debet fieri detractio dotis.*

13. *Dotis detractio super bonis fideicommisso subiectis non potest fieri, quando adsunt bona libera.*

14. *Auth. res quæ, C. commun. de legat. cessat, quando adsunt bona libera.*

15. *Dos non potest detrahi ex fideicommisso particulari, & allegantì, quod bona libera non sufficiunt, incumbit onus probandi plenè, & concludenter.*

16. *Pro dote non possunt retineri bona fideicommisso subiecta, nisi priùs discussis bonis liberis.*

17. *Exceptio turbida non impedit immissionem fideicommissario.*

18. *Immissio, vt fideicommissario non impediatur, non attenduntur exceptiones turbidæ.*

19. *Rota concedens manutentionem in possessione bonorum, attento stylo, non extensa decisione, causa non potest proponi super immissione.*

20. *Possidere non dicitur is, qui petit se immitti in possessione.*

DECISIO CII.

CVm Domini censuerint esse iustificata requisita necessaria ad effectum immissionis in vim
l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend. resoluerunt Galphio, Honuphrio, & fratribus filiis, & hæredibus
1 q. Pauli de Simonettis esse dandam † immissionem
in bonis subiectis fideicommisso Hectoris Simonetti, ea infrà dicendis.

Quia de fideicommisso constat ex testamento Hectoris fideicommittentis non abolito, non cancellato, nec in aliqua sui parte suspecto, in quo dicti Galphius, Honuphrius, & eius fratres sunt expressè vocati in casu secuto, nimirum quo alij filij testatoris decederent sine filiis, & descendentibus, prout decesserunt, si quidem de morte Galphij, & Tullij filiorum fideicommittentis sine filiis constat ex fide
2 obitus, † extracta ex libro mortuorum, quam probare obitum, pluries fuit resolutum per Rotam *in recent. decis. 321. num. 3. 621. num. 4. & decis. 770. num. 4. part. 1. & decis. 605. num. 4. part. 1. & coram san. mem. Gregor. XV. decis. 78. num. 2.* ex Imol. *consil. 110. in fin.* ex Rebuff. & aliis concordantibus, eosque decessis-
3 se sine filiis † est præsumendum, dum contrarium
non probatur. Alex. *consil. 20. num. 12. lib. 1.* Bellon. *consil. 19. num. 3.* Capyc. *decis. 159. num. 11.* & tenuit Rot. *in recent. decis. 436. num. 3. part. 1.* & licèt Trinius vnus ex filiis fideicommittentis decesserit cum filiis Clemente & Hectore iuniore, attamen cum nuper decesserint sine filiis, vt ex arbore illorum existentia non præiudicauit Galphio, Honuphrio & fratribus. Obitus autem Pauli, & dd. Clementis, & Hectoris comprobatur ex instrumento compromissi facti inter Galphium, Honuphrium, & fratres, filios & hæredes Pauli ex vna, & Honuphriam vxorem & hæredem Clementis q. Trini ex altera. Quod bona controuersa fuerint in bonis fideicommittentis, & per ipsum possessa de tempore obitus, probatur, tam ex testamento, quàm ex diuisione facta inter Paulum patrem Galphij, Honuphrij, & fratrum, & Clementem authorem Honuphriæ, & Hectorem filios Trinij. Identitas deinde probatur, quia agitur de fideicommisso particulari quatuor corporum, de quibus in dicto testamento, nempe super domo habitationis ipsius testatoris, & domo vulgò *detta l'hosteria della Corona*, super Carteria, & prædio seu possessione, quæ dicitur *S. Petro de Campo*, quæ ex iam dictis probatur possessa per testatorem. Deinde verò, quod Honuphria possideat, probatur ex
† inuentario bonorum Clementis facto per ipsam, 4
vti hæredem, quod contra ipsam conficientem plenè probat *l. fin. C. de arbitr. tut.* Castr. *consil. 393. num. 2. lib. 2.* Rom. *consil. 102. num 3. vers. cum itaque.* Rota *in Cosenaten. de Aldinis 24. Ianuarij 1611. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, ex litis sustentatione, & ex commissione per eum obtenta.

Stante itaque quod constet de fideicommisso, † il- 5
liusque purificatione, & quod bona prædicta fuerint in bonis fideicommittentis de tempore obitus, & de illorum identitate, Simonettis vocatis non potest denegari immissio aduersùs Honuphriam,
habentem causam à Clemente grauato, eo † quia 6
illis agentibus vigore fideicommissi competit remedium, *l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend. l. penult. §. cùm autem*, vbi Bart. *in fin.* & alij, *C. ad Senat. consult. Trebell.* Gabriel. *consil. 44. num. 6. lib. 2.* Rot *in recent. decis. 237. num. 1. part. 1. & coram san. mem. Gregor. XV. decis. 194. num. 1.* & fuit priùs dictum *in Bononien. de S. Petro 4. May 1588. coram Platto, in Viterbien. fideicommissi 8. Martij 1602. coram Litta. & in Montisfalisci fideicommissi 12. May 1603. coram bon. mem. Card. Pamphilio.*

Neque Dominis visæ fuerunt obstare detractiones, quæ dicta Honuphria vti vxor Clementis neporis testatoris ex Trinio filio prætendit. In primis non obstat detractio legitimæ ex persona Trinij, quia versamur in fideicommisso particulari, non autem vniuersali, & constat fideicommittentem reliquisse bona notabilis valoris, deinde probatur plu-
tes alienationes factæ per Trinium, † in quibus est 7
imputanda legitima, & pretium ex eis redactum
præsumitur esse † sufficiens, dum contrarium non 8
probatur, vt benè firmauit Rota *in Perusina fideicommissi de Gratianis 28. Iunij 1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano*. Vnde cum adsint alia bona, vt constat ex instrumentis, & in aliis iuribus, & se immi-
scuerint in hæreditate nullo † confecto inuentario, 9
intrat præsumptio satisfactionis, vt *in Maceraten. legitimæ 22. Iunij 1629. & in Perusina fideicommissi de Meniconibus 3. Decembris 1632. coram Reuerendiss. D. meo Vrgellen. in Bononien. fideicommissi de Desiderijs 20. Decembris 1628. coram R. P. D. meo Mer-
lino*, & cùm simus † in fideicommisso particulari, su- 10
per eo non potest detrahi legitima, & in omnem
casum cum legitima † sit certa ratione loci & quo- 11
tæ, non impedit immissionem pro indiuiso. Non
etiam † obstat detractio dotis quam prætendit Ho- 12
nuphria per text. *in Auth. res quæ, C. commun. de legat.*

quia

13 quis dsto etiam, quod de solutione constet † illa
est detrahenda siper aliis bonis libetis, non autem
de bonis stabilibus subiectis fideicommisso particu-
lari, præcipue eum constet ex inuentario hæredita-
14 tis q. Clementis, remansisse alia bona, & † proinde
non vindicare sibi locum dispositionem *d. Authent.
res qua*, pluries firmauit Rota *in Forolinien. dotis* 20.
Iuny 1614. *coram Eminentiss. Card. Pamphilio, & in
Bononien. fideicommissi de Maluetij* 31. *Martij* 1628.
coram bon. mem. Card. Virili, & cum vt fuit dictum
pluries, versemur in fideicommisso particulari, qua-
15 tenus Honnphria allegaret † bona libera non suf-
ficere, ipsi incumbit onus probandi, plene & con-
cludentet Berttand. *consil.*161. *num.*26. *lib.*3. *part.*1.
Corn. *consil.*3. *num.*8. *lib.*3. Aymon. *consil.*77. *num.*4.
& ita resoluit Rota pluries, stante itaque existen-
16 tia † bonorum liberorum non potest Honuphria
retinere bona fideicommissi pro detractione dotis,
nisi prius diseussis bonis liberis. Non obstat tan-
dem vltima detractio solutionis legatorum facto-
rum per fideicommittentem, & æris alieni eiusdem
factæ per Trinium patrem Clementis authorem
Honuphriæ, quia de tali solutione non constat, &
17 † talis exceptio turbida non potest impedire immis-
18 sionem, quæ non admittit exceptiones † turbidas
& altiorem indaginem requirentes, Rota *in ciuita-
tis Castelli bonorum* 9. *Iuny* 1598. *coram bon. me. Card.
Mellino, & coram sa. me. Greg XV. decis.*194. *num.*11.
& alibi passim.
19 Vlterius non obstat, quod cum Rota † conces-
serit manutentionem in possessione bonorum, de
quibus agitur Honnphria, attento stylo, non exten-
sa decisione, causa non potuerit proponi super im-
missione, quia oon subsistit in facto, cum iam deci-
sio esset extensa, & propterea imputet sibi pars si
non insterit pro relaxatione mandati de manute-
nendo, sed quia præsens dubium immissionis nihil
commune habet cum manutentione, & Galphius
Honupbrius, & fratres illam non impediant, quimi-
20 mo fateantur † non possidere, dum petunt immit-
ti, domini stantibus pluribus citationibus ad infor-
mandum, non obstante dilatione petita, immissio-
nem supradictis concesserunt.

R. P. D. MERLINO.

Verulana Fideicommissi.

Die Luna 20. *Nouembris* 1634.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario, quibus concurrentibus detur immissio. Remissoria denegatur ob calumniæ suspicionem, item in iudiciis possessoriis, item etiam bis in eadem causa si petatur, non conceditur.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissarius, dum fideicommissi existentiam, purificationem ad eius fauorem, & rei identitatem probat, tunc ei immissio non potest denegari.*
2. *Remissoria petitio videtur calumniosa, quando petitur in calculo ferenda sententia.*
   Remissoria denegatur ob suspicionem calumnia. ibid.
3. *Remissoria non conceditur ad impediendam immissionem ex remed l. fin. C. de edict. diu Adr. toll.*
4. *Remissoria denegatur in causis possessorijs, cum in eis non admittantur exceptiones requirentes altiorem indaginem.*
5. *Remissoria petitio reijcitur in possessorio iudicio Saluiani interdicti.*
6. *Remissoria, si in prima instantia fuit concessa, si in secunda instantia iterum petatur, denegatur.*
7. *Remissoria in eadem causa bis regulariter non conceditur.*

DECISIO CIII.

ITerum domini responderunt Ioanni Amato fi-
deicommissario Bartholomæi Aui non esse dene-
gandum *remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.*
vel vtilis Saluiani interdicti pro adipiscenda posses-
sione tenutæ nuncupatæ *Il Colle Mausoleo*, dum † fi- 1
deicommissi existentiam, purificationem ad sui fa-
uorem, & identitatem tenutæ plene, ac concluden-
ter probauit, iuxta Rotæ opinionem perpetuo re-
tentam, *vt in decis.*131. *num.*5. *part.*1. *recent. & in alijs
relatis in decis. huius causa sub die* 26. *Iunij præteriti co-
ram me*, [a] *atque sub hac eadem die fuit dictum in Ter-
raconen. Pannorum coram me.*

Nec visum fuit obstare exceptionem sæpe à DD.
Philonardis deductam, & per duas decisiones re-
iectam, nempe quod cum tenuta, cuius possessio-
nem adipisci Ioannes contendit, confusa fuerit in-
ter alia bona per DD. Philonardos acquisita, con-
sequenter immissio super re incerta, & fideicommis-
so in totum non supposita, concedi non possit, vel
certe in adeptione possessionis oriri possit ansa scan-
dali, dum vnusquisque controuersa bona sibi debi-
ta esse defender; quoniam testes, & instrumenta
àcquisitionum excludunt quamcunque incertitudi-
nem, & separant bona acquisita à tenuta fideicom-
misso subiecta, assignando sigillatim proprios, &
particulares coofines, tam tenutæ, quam prædiis,
seu petiis terræ acquisitis, itaut nulla possit cade-
re confusio, & dissidij occasio, prout distinctè de-
ductum fuit in decisionibus sub die 27. Nouem-
bris 1633. [b] & 7. Iunij decurrentis anni 1634. co-
ram me, cum quibus etiam hodie domini tran-
sierunt.

Nec releuare censuerunt petitionem remisso-
riæ ad effectum firmandi statum hæreditatis Bar-
tholomæi fideicommittentis, & probandi pet Ioan-
nem retineri multa bona non subiecta oneri fidei-
commissi, & sic obligata pro euictione tenutæ per
DD. Philonardos acquisitæ; Quoniam huiusmo-
di instantia † facta in calculo ferendæ sententiæ, & 2
postquam per feriarum interstitia probationes ne-
cessarias instruere potuerunt, pluribusque diffu-
giis causæ propositionem distraxerunt, sapere vide-
tur calumniam, ob cuius suspicionem denegatur
remissoria, Rota *decis.*321. *lib.*3. *part.*3. *diuers. & co-
ram san. mem. Gregor. XV. decis.*356. *num.*8. *& alias
passim*. Et ad † impediendam immissionem, ex re- 3
med. *l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollend.* non esse con-
cedendam remissoriam, quia in huiusmodi posses-
soriis non admittuntur exceptiones † requirentes 4
altiorem indaginem, dixit Rota apud Card. Sera-
phin. *decis.*1364. *num.*1. qui loquitur *de iud. ex l. fi-
nal. C. de edict. diu. Adrian. tollend. & in recent. decis.*212.
*num.*7. *ac decis.*424. *num.*3. *part.*1. *recent. & coram
san. mem. Gregorio XV. decis.*367. *num.*1. Addent.
alias cumulant, & in † proposito Saluiani interdi- 5
cto Rota sequuta fuit dictas decisiones nouissi-
mè *in Imolen. Saluiani* 5. *Maij*, & 9. *Iuny præteriti*

coram Reuerendiss. D. meo Decano. maxime quia in prima instantia † concessa fuit remissoria, vigore cuius sex testes examinati fuerunt, vnde intrat conclusio, quod in eadem † causa remissoria regulariter bis non conceditur.Rota apud san. mem. Gregor.X V. *decis.367.num.2. & coram Reuerendiss.D.meo Decano decis.392. num.2.*

6
7

Contra alia decisionis fundamenta nihil fuit deductum, ideóque domini persistentes in decisis sub die 26. Iunij coram me, Ioanni Amato dandam esse immissionem responderunt.

a Est decisio 228. part.6.
b Sunt decisiones 236 & 286. etiam parte 6.

Et in eadem causa pariter part.6. adest altera decisio sub die 28. Ianuarij 1633. est in ordine 175.

R. P. D. VEROSPIO.

Gerunden. Iurisdictionis.

Veneris 24. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM.

Iurisdictio statuendi super anniuersariis, quæ celebrantur in Ecclesia, pertinet ad Capitulum; nec potest ad Beneficiatos pertinere, nisi probetur eorum proprietas, veluti quia anniuersaria relicta fuerint contemplatione ipsorum Beneficiatorum. Legatum relictum Ecclesiæ, quando censeatur relictum Ecclesiæ, vel illius Ministris, ad interpretationem l.annua §. Actia.ff. de annuis legat.

SVMMARIVM.

1. *Iurisdictio super anniuersariis non pertinet ad Beneficiatos, sed ad Capitulum, nisi probetur Beneficiatorum proprietas. & num.4. & 6.*
2. *Statuta à Capitulo facta circa anniuersaria communia Capitulo, & Beneficiatis simul, non præiudicant Beneficiatis.*
3. *Quod omnes tangit ab omnibus debet approbari.*
4. *Capituli appellatione Beneficiati non continentur.*
5. *Ius statuendi supponit liberam in statuentibus iurisdictionem.*
6. *Beneficiati ex quibus deducant ius suum, vt possint vti iurisdictione super anniuersariis vna cum Capitulo, & num.7. & 8.*
9. *Legata ex quibus censeantur relicta contemplatione Beneficiatorum, vel Ecclesiæ.*
10. *Causa Ecclesiæ tanquam coniuncta cum salute animarum, fauorabilior est quam causa particularium prætendentium administrationem legatorum piorum. Præcipue si personæ prætendentium nominatæ fuerint ad effectum designandi ministerium, num. 12.*
11. *Intellectus l. annua §. Actia, ff. de annuis legat. & num.12. 13.15. & 16.*
14. *Administratio, seu officium, quando sunt causa, vt legata relinquantur personæ, tunc testator censetur legasse intuitu ministerij, non personæ, & num.13.*
14. *Hierophylacium idem est quod Custos sacrorũ, & latine exponitur, hoc est, Æditimus seu Ædi tuus*
15. *Testator ex quibus censeatur legatum fecisse ratione officij, vel personæ nominatæ.*
16. *Testator regulariter non videtur affectione moueri erga ignotos.*
17. *Intellectus c.requisisti.de testam.*
18. *Legatum potius præsumitur factum personæ, quam Ecclesiæ in qua inseruit persona, declara vt num.15. & 16.*

DECISIO CIV.

Confirmarunt domini in dubio, quod hodie proposui, decisionem factam coram me a in hac causa, in qua dictum fuit, vt pertinere deberet ad Abbatem, & Capitulum ius statuendi super anniuersariis, quæ celebrabantur in Ecclesia S. Fœlicis ciuitatis Gerundæ pro expiatione, & salute animarum Defunctorum, qui legata ad hunc effectum fecerunt, sicut antea declaratum fuerat in sententia Rotali late super eadem causa: cum verò pluries fuisset hoc dubium propositum, & in disputatione habita *sub die 2. Decembris anni proxime præteriti* restricta fuisset difficultas ad eum articulum, vt videretur, vtrum Beneficiati huius Ecclesiæ ius aliquod haberent super iis anniuersariis, eo quia dicta legata dicerentur relicta Protectoribus anniuersariorum, qui illa administrabant communi nomine Canonicorum, & Beneficiatorum (ex quibus duobus ordinibus, iidem Protectores eligabantur) Placuit dominis pro decisione huius dubij considerare fundamenta, quæ adducebant Beneficiati, vt ea legata non magis spectarent ad Capitulum, & Abbatem, quam ad proprium ordinem, quia alioquin potuissent illi † aliquod ius habere super dictis anniuersariis, nisi probata in parte illorum proprietate, vel quia ea legata fuissent sibi in specie relicta, vel quia ipsa anniuersaria aliquo modo constituta fuissent ex propriis redditibus, vt decisum fuit *in Barchinonicn. administrationis 28. Aprilis 1552. coram Reomanno*, quem sequuta fuit Rota *coram Cas. de Grass.decis.4. de his, quæ fiunt à maior. part. Capitul.* in quibus ea ratio considerata fuit, quia cum ius administrandi † dd. anniuersaria competeret eo casu Beneficiatis vti singulis, non vti vniuersis, non poterat eis præiudicium fieri ex his, quæ super illis statuisset Capitulum, quamuis essent eidem Capitulo communia propter regulam, vt quod omnes tangit, † ab omnibus debeat approbari, de qua *in l. per fundum ff. de seru. vrb. præd. & in cap. quod omnes. de regul, iur. lib. 6.* notat gloss. *in cap. cum omnes. & ibi* etiam Abbas *num. 5.* Felin. *num. 15. in 6. fallen.* Vitalin. *in Clement. vt hi. de ætat. & qualit. num.13.* 1 2 3

Et ex duplici capite poterant Beneficiati hoc suum ius deducere circumscripta dispositione iuris communis, quæ erat fauore Capituli, ex rationibus, quæ fuerunt in contrarium consideratæ, *in d. decis.* Cæs. de Grass. quia scilicet † cessante ea proprietate, iurisdictio erat solius Capituli, cuius appellatione non continebantur Beneficiati, quod etiam dictum fuit † *coram Verall. in decis. 84. lib. 1. & in vna Valentina emolumentorum 2. Decemb. 1587. coram Bubalo*, quam sequuta fuit Rota *coram Card. Canaler. decis. 57. num. 4. & in Vicen. legatorum 2. Decembr. 1624. coram R. P. D. meo Merlino*, & occasione similium † anniuersariorum inter Canonicos, & Beneficiatos Ecclesiæ Cathedralis Gerundæ decisum fuit *coram Card. Seraphin. vt in illius decis. 524. 538. & 590.* † Et primò data fuit sententia arbitralis lata *anno* 1400. inter Canonicos, & 4 5 6 7

Clericos

Clericos Beneficiatos huius Ecclesiæ, in qua plura
constituta fuerunt, quæ seruare deberent in poste-
rum, tam Beneficiati, quam Canonici circa admini-
strationem horum anniuersariorum, sed nihil in ea
sententia declaratum fuit super iure statuendi, de
quo iure solum disputatur in dubio proposito; nam
perlecto toto tenore eiusdem sententiæ, quæ in plu-
ra capita distinguebatur. Primo in illa electi fue-
runt Protectores, qui administrarent ea anniuersa-
ria in primo anno à die promulgati laudi; in secun-
do illius capite præscriptus fuit modus, qui in fu-
turum seruari deberet in electione nouorum Pro-
tectorum, quæ electio ex lege data in eadem sen-
tentia debebat fieri singulis binis annis, & ad eam
curam assumi duo ex ordine Canonicorum, & duo
ex corpore Beneficiatorum: In sequentibus verò
capitibus firmata fuit auctoritas, & potestas horum
Protectorum, quæ ex forma data in eadem senten-
tia versari debebat in administratione ipsorum an-
niuersariorum, cum respiceret, vel exactionem pe-
cuniarum, quæ fuerunt relictæ pro iis anniuersa-
riis, vel illorum distributionem faciendam inter
Canonicos & Beneficiatos, à quibus eadem anni-
uersaria celebrabantur, vel demum defensionem,
& conseruationem ipsorum legatorum, ad quem
effectum illud etiam legebatur in ea constitutum,
vt eligi deberent duo Procuratores, nomine Pro-
tectorum comparere tenerentur in iudicio, tam pro
defensione ipsorum legatorum, quoties occasio id
exposceret, quam pro illis vendicandis, & exigen-
dis, vbi eorum solutio denegaretur cum obligatio-
ne reddendæ rationis ipsis Protectoribus de pecu-
niis exactis: vnde firma manebat ratio, super qua
visum fuit semper consistere fundamentum huius
causæ; vt nihil adduceretur pro parte Beneficiato-
rum, quod tangeret ipsum ius statuendi, quia ex
administratione, quam solum illi probabant habe-
re communem cum Capitulo, non poterat ad id
ius inferri, dum eadem administratio poterat com-
petere ratione participationis, quam ipsi Beneficia-
ti haberent super iis anniuersariis. Et è contra ius
8 statuendi videretur supponere liberam † iurisdictio-
nem penes statuentes, vt fuit consideratum *in de-
cisionib. factis in hac causa coram Reuerendiss. D. meo
Decano sub die 12. Decembr. 1622.* [a] *& 11. Februarij
1618.* [b] *& in d. Vicen. legatorum 4. Decembris coram.
R. P. D. meo Merlino*, quæ sequuta fuit decisiones
factas in hac causa.

Poterant secundò Beneficiati hoc suum ius de-
ducere ex qualitate legatorum, ex quibus ea an-
niuersaria constabant, eo quia in iis legatis fuissent
9 nominatim † consideratæ eorum personæ, siue Pro-
tectorum, non autem Ecclesiæ, cui illi inseruie-
bant, & in qua eadem anniuersaria debebant cele-
brari. Sed consideratis iuribus, quæ data fuerunt
pro parte Beneficiatorum, non poterat ex iis ali-
quod colligi, ex quo inferretur ad id ius statuendi,
de quo agebatur in hoc dubio: data enim fuerunt
plura instrumenta, in quibus exequutores, seu
manumissores, vt dicitur, testamentorum, quæ
continebant ea legata, assignabant Protectoribus
anniuersariorum annuos redditus, ex quibus dd. an-
niuersaria peragi, & celebrari debebant, verum ni-
hil in iis instrumentis concedebatur Protectoribus,
ex quo eorum persona dici posset considerata fuis-
se in assignatione dd. redditruum, & solum appa-
rebat in illis requisita obligatio eorumdem Prote-
ctorum pro celebratione dd. anniuersariorum ha-
bita relatione ad testamenta, & legata in illis reli-
cta; neque poterat hoc colligi ex ipsis legatis, siue
modo, ac forma, quo illa relicta fuerunt, quia li-
cèt in iis dicerentur nominati ipsi Protectores, ta-
men adhuc censeri debebant eadem legata facta
Ecclesiæ, non solum quia illius causa præualere
debebat particulari † interesse, quod ipsi Protecto- 10
res poterant habere super iis legatis, dum eadem
causa erat coniuncta cum salute animarum testato-
rum, qui ea legata fecerunt, & fuit consideratum
in decis. Cardin. Seraphin. 1149. *num.* 6. & notat
Bart. *in l. pater. §. Tusculanus. in fin. ff. de leg.* 3. Socin.
in l. 2. *num.* 14. *ff. de reb. dub.* Menoch. *de præsumpt.
lib.* 4. *cap.* 112. *num.* 7. sed quia persona Protecto-
rum videbatur considerata † fuisse ad effectum de- 11
signandi ministerium eorumdem Protectorum, qui
iis anniuersariis præesse debebant, & ipsum mini-
sterium potiùs, quam personas ministrorum, vt
respondet Iuris consultus *in l. annua. §. Actia. ff. de
annuis legat.* & notant *ibi* scribentes, Bart. *num.* 3.
Alberic. *num.* 1. Socin. *in dict. l.* 2. *num.* 12. *ff. de reb.
dub.* Barbat. *consil.* 1. *num.* 8. *lib.* 4. Quod quidem
confirmari poterat ex duplici ratione, quam con-
siderant Doctores in interpretatione illius textus,
quarum vtraque conuenire videbatur casui propo-
sito; cum enim administratio, quam Protectores
habebant horum anniuersariorum, † fuerit causa, 12
vt illis ea legata relinquerentur, ea administratio
solum dici debebat considerata à testatoribus, non
autem persona ipsorum Protectorum; sicut id,
quod *in casu dict. §. Actia.* proponitur legatum fuis-
se Sacerdoti nulla habita ratione illius personæ,
sed curæ sacrorum, † quæ penes eum erat, vt osten- 13
dit verbum illud *Hierophylacis*, quod exponitur *cu-
stos sacrorum*, & latine id sonat, † quod *Æditimus*, 14
siue Æditŭus, quos à sacris Ædibus tuendis, ap-
pellatos dicit Imperator Iustinianus *in §. tutores. In-
stit. de tutel.* & declarat Barn. Brisson. *de verb. signif.
lib.* 1. *in verb. Æditmus.* Tiraquell. *in Addent. ad Ale-
xand. lib.* 5. *genial. dierum cap.* 17. vbi ipse Alexand.
interpretatur hoc idem responsum Scæuolæ Iuris-
consulti, & notarunt pro ratione illius textus Bart.
dict. num. 3. Cuiac. *lib.* 33. *ff. titul.* 20. Berous *in cap.
quoniam Abbas num.* 82. *de offic. & potest. Iud. delegat.*
Abbas *consil.* 93. *num.* 2. *lib.* 2. Card. Mantic. *de con-
iect. vltim. volunt. lib.* 8. *titul.* 6. *num.* 23. & tenuit Ro-
ta *in Valentina Emolumentorum* 12. *February* 1596.
coram Orano, & coram Cardin. Seraphin. decis. 1149.
num. 7. Altera ratio erat, quia personæ Protecto- 15
rum, qui legata capere debebant, non poterant
esse notæ testatori, dum ex forma data in senten-
tia arbitrali debebant assumi noui Protectores in
fine cuiuslibet biennij, quod etiam erat *in casu dict.
§. Actia*, quia legatum, quod ibi proponitur fuis-
se relictum libertis, non fuit relictum libertis, qui
essent in Templo tempore, quo factum fuit lega-
tum, sed iis qui futuri erant in templo die nundi-
narum erga quos tanquam sibi ignotos † nulla po- 16
tuit affectione moueri testatrix, quæ id legatum
fecisse proponitur, & hanc etiam esse rationem
eius textus aduerterunt Socin. *in l. ciuibus num.* 12.
in quarta conclusione. ff. de reb. dub. Card. Mantic.
de coniect. lib. 8. *num.* 22. vbi ita respondet ad au-
thoritatem decretalis † *in cap. requisiuisti. de testa-* 17
ment. quatenus in ea id firmari videtur, vt in du-
bio relictum potius censeatur personæ, † quam 18
Ecclesiæ, quo etiam modo illi respondent Bart.
in dict. l. ciuibus. Socin. *num.* 12. *ff. de reb. dub.* Bero.
in cap. quoniam Abbas. num. 82. *de off. & potest. Iud.
deleg.*

Actum fuit in eadem decisione super alio iure, quod beneficiati huius Ecclesiæ asserebant etiam se habere, vt possent pro eorum necessitatibus se congregare non impetrata aliqua licentia ex Abbate, sed respectu huius iuris, & authoritatis, quam idem Abbas habebat impartiendi hanc licentiam, placuerunt Dominis rationes deductæ in eadem decisione, & in aliis duabus quæ fuerunt extensæ in prima instantia coram R. P. D. meo Decano.

Et ita, &c.

a Idest, sub die 24. Nouembris 1632. quæ decisio habetur prout in Indice posito in fine decisionum part. *a*.

b Primam decisionem vide part *a*. prout in Indice posito in fine decisionum Altera verò est decisio 145 part. 5 recent. In qua parte habetur etiam in hac causa altera decisio sub die 22 Aprilis 1630. quæ est in ordine 370 & part *a* adest alia decisio sub die 28 Martij 1631. coram eodem Reuerendiss. D. Coccino Decano, & est decisio 32.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Legitimæ.

Die Lunæ 11. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis cap. 145. lib. 1. super exclusione fœminarum habet locum etiam condito testamento, licèt disponat super sola successione ab intestato, & constituuntur quatuor casus pro declaratione eiusdem statuti, & conciliatione plurium decisionum Rotalium.

SVMMARIVM.

1. *Successionis causa cessante cessat actio super legitima, eiusque supplemento.*
2. *Legitima tanquam portio successionis debita ab intestato, non potest dici debita in casu, in quo iura ipsius successionis non competunt.*
3. *Filijs ad alicuius successionem venientibus per repræsentationem matris non potest competere maius ius, quàm competeret matri repræsentatæ.*
4. *Statutum Vrbis cap. 145. lib. 1. dum nominatim excludit filiam à successione materna propter dotem habitam à patre, fratre, aut auo, non permittit ingredi difficultatem, an talis exclusio censeatur etiam facta ab hæreditate eorum, qui dotem non dederunt.*
5. *Statutum excludens fœminas dotatas à successione eorum, qui dotem dederunt, communiter hanc recipit interpretationem, vt eatenus possit illas admittere ad hæreditatem eorum, qui dotem non dederunt, quatenus statutum vlteriùs non progreditur, nec protrahat exclusionem etiam ad illorum hæreditatem.*
6. *Statutum excludens fœminas à successione propter dotem, fortiùs locum habet, si persona, de cuius successione agatur, non appareat nominata, nisi in ea parte statuti, in qua tractetur de filia exclusione, aut in qua mentio fiat de personis, quæ dotem dederunt, & num 8.*
7. *Dictio* prædicti, *non potest verificari nisi in personis superius nominatis.*
8. *Statutum Vrbis cap. 145. lib. 1. filiam dotatam ab auunculo, non excludit à successione paterna, & quare, num. 9. Rota in decis. Romana de Corbinellis 15. Maij 1619. coram Coccino Decano, declaratur & num. 9. & 10.*
9. *Casus omissus à statuto remanet sub dispositione iuris communis, & num. 10.*
11. *Statutum Vrbis cap. 145. lib. 1 procedit in successione ab intestato.*
12. *Statuti dispositio eo magis potest vim suam operari, quo habeat pro se testatoris voluntatem.*
13. *Filia, quæ velit succedere in hæreditate paterna contra testamentum patris, non debet esse melioris conditionis, quàm illa, quæ petat admitti ad eamdem successionem ab intestato præter illius voluntatem, & num. 26.*
14. *Statutum Vrbis cap. 145. lib. 1. non obest filiabus alioquin exclusis à successione intestati, ne possint consequi legata in testamento relicta.*
15. *Filiorum appellatione à patre, vel alio ascendente adhibita in hæredum institutione veniunt fœminæ alioquin à statuto exclusæ.*
16. *Statutum Vrbis cap. 145. lib. 1. non obest filiabus quamuis in testamento patris exclusis, si illæ ad paternam hæreditatem admitti petant defunctis masculis.*
17. *Puteo decis. 119. & 193. lib. 2. in quibus terminis procedant.*
18. *Statutum Vrbis cap. 145. lib. 1. non habet locum, quando in testamento ascendentis instituti fuerint extranei, & quare num. 10. sed declara, nisi extranei instituti aliàs successuri essent ab intestato. num. 27.*
19. *Card. Caualerij decisio in Romana legitima 17. Iunij 1613. in quibus terminis procedat.*
20. *Statuti causa cessante cessat & illius dispositio.*
21. *Filia non censetur prohibita intentare bonorum possessionem contra tabulas testamenti paterni cessante dispositione statuti, quæ aliàs impediret.*
22. *Statutum Vrbis cap. 145. exclusiuum fœminarum tametsi disponat super sola successione ab intestato, habet tamen locum condito testamento [illegible] quo filia sit exclusa: Et hoc, non obstante quod [illegible] pro successione ex testamento extet aliud particulare statutum, & quare num. 23. & 24.*
25. *Exclusus ab intestato multò magis repellitur à successione contra tabulas, & quare num. 26.*
26. *Contra testamentum paternum veniens melioris conditionis esse non debet, quàm qui venit præter voluntatem patris.*
27. *Filia ex dispositione statuti exclusa si in testamento patris sit præterita, vel illi minùs legitima relinquatur, & instituta fuerint persona aliàs ab intestato successura ex dispositione statuti, non potest se opponere contra tabulas testamenti paterni, & quare.*

DECISIO CV.

Dubitatum fuit, an filiis Sulpitiæ deberetur supplementum legitimæ ex persona suæ matris in bonis Antoninæ auiæ maternæ, & proposito hodie dubio responderunt Domini, non deberi d. supplementum; data enim fuerat Sulpitia à patre in matrimonium Bruto cum dote scutorum quatuor millium; vnde propter eam dotem excludebatur non solùm à successione patris, qui illam dedit, sed etiam matris, & auiæ ex dispositione expressa *Statuti Vrbis in cap. 145. lib. 1.* † Cessante verò causa successio- 1
nis in bonis auiæ, cessabat omnis actio super legitima, siue illius supplemento, cum illa, tanquam portio

tio successionis debitæ ab intestato, non posset dici
2 † debita in casu, quo ipsi Sulpitiæ non competerent
iura eiusdem successionis, vt interpretando idem
statutum dixit Rota *in vna Romana supplementi legi-
tima coram Cardin. Arigonio, sub die 8. Februarij 1593.*
' & notant Doctores *in l. Gallus, §. & quid si tantum,
ff. de lib. & post* & *ibi* Alexand. *num.* 17. Ias. *num.* 57.
& in l. quando, § generaliter, num. 11. *C. de inoffic. te-
stam.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 38. *num.* 16. neque
poterat hoc casu maius ius competere filiis Sulpi-
3 tiæ † in bonis Antoninæ, quàm competeret eorum
matri, quia cum venirent repræsentando illius per-
sonam, non poterant admitti, illa exclusa, ad eius-
dem successionem, vt tenuit Rota *in eadem causa co-
ram Cardin. Arigonio*, ex doctr. Bart. *in l. liberorum,
ff. de verb. signif.* vbi id tradit *num.* 14. *& in l.* 2. *§. vlt.
in fin. ff. ad Tertull.* Bald. *in l. maximum vitium, num.* 4.
C. de liber. præterit. & *ibi* etiam Salyc. *num.* 5. & pro-
bat textus *in l. si viua matre, C. de bon. matern. & in
l. Pomponius, §. cum quis, ff. de acquir. possess.*

Et verò exclusio Sulpitiæ legebatur in verbis ip-
sius statuti, quia in eo excluditur nominatim filia
4 à successione materna propter dotem, quam con-
sequuta esset à patre, fratre, aut auo, vnde non opus
erat hoc casu ingredi eam difficultatem, quæ com-
muniter considerari solet à Doctoribus super inter-
pretatione similium statutorum, an dum in iis ex-
cluduntur fœminæ, quæ dotatæ sunt, censeatur facta
exclusio etiam ab hæreditate eorum, qui dotem
non dederunt, ita vt filia, aut soror dici debeant
priuatæ omnium hæreditate propter vnicam do-
tem, quam consequutæ sint in hæreditate patris,
aut fratris, siue alterius in gradu ascendentium, aut
lateralium. Hæc enim difficultas remouebatur ex
verbis ipsius statuti, quia statuentes declararunt, à
quarum personarum hæreditate fœmina excludi de-
beret, quod erat conforme declarationi traditæ ab
eisdem Doctoribus, cum illi catenus velint admitti
posse fœminam ad hæreditatem aliarum persona-
5 rum, † quæ dotem non dederunt, quatenus statutum
vlteriùs non progrediatur, & exclusionem protra-
hi iubeat etiam ad earumdem personarum hæredi-
tatem, vt constat ex dictis Bald. qui fuit author hu-
ius opinionis *in l.* 1. *C. de legit. hæred.* quem ita in-
pretatus fuit Castrens. *consil.* 91. *lib.* 2. & eum etiam
sequutus fuit Dec. *in l. vt liberis, num.* 8. *C. de collat.
& in consil.* 346. *num.* 4. Albert. Brun. *super statut. ex-
clus. fœmin. art.* 8. *num.* 64.

Et hoc quidem præcipuè dici poterat in casu hu-
ius statuti respectu successionis maternæ, quia per-
sona matris nunquam legebatur in illo nominata,
nisi in ea parte, in qua agebatur de eius exclusione;
& ita dici non poterat, quod causa, vt filia non de-
beret succedere in eiusdem hæreditate, fuisset dos,
quam ab illa habuisset, cum opus fuisset ad hunc
6 effectum, † vt actum esset de persona matris etiam
in ea parte statuti, in qua fiebat mentio personarum,
à quibus tradi debebat dos eidem filiæ ita exclusæ,
vt considerauit Brun. *eod. art.* 8. *& num.* 64. Thesaur.
decis. 62. *num.* 6. & in terminis huius statuti tenuit
Rota *coram Card. Seraph. decis.* 1291. *& in Balneore-
gien. successionis* 16. *Maij* 1594. *coram Cardin. Pam-
philio*, imò non solùm omissa fuit persona matris in
prima parte statuti, in qua agebatur de hac qualita-
te dotationis; verùm in secunda parte expressè con-
stitutum fuit, vt non deberet filia admitti ad hæ-
reditatem matris etiam in casu, quo ei fuisset tra-
dita dos ab aliis personis, vt colligebatur ex verbis
positis in fine illius capituli, quia mandabatur in
illis hæc exclusio filiæ, tam in bonis matris, quàm
auiæ, etiam in casu, quo fuisset dotata ab vna ex
personis prædictis, quæ verba non poterant intel-
ligi, † nisi de personis superiùs nominatis, in quibus 7
mater non continebatur, argum. text. *in l. qui liberis,
§. hæc verba, ff. de vulgar.* & notant *ibi* Doctor. Bart.
num. 7. Alexand. *num.* 11. & voluit Thesaurus *in ad-
ducta decis.* 62. *num.* 5. Corn. *consil.* 23. *num.* 2. Neque
contrarium decisum fuit in terminis eiusdem statuti
in Romana vineæ de Corbinellis † *sub die* 15. *May* 1619. 8
coram Reuerendiss. D. meo Decano, quia licèt in ea
decisione firmatum fuisset, posse filiam succedere
in hæreditate paterna, non obstante dote, quam
consequuta fuerat ab auunculo, tamen aderat diuer-
sa ratio in persona auunculi, cum non facta fuisset
eius mentio in prima parte statuti, in qua agebatur
de dotatione filiæ; vnde non poterat dos ab eo tra-
dita operari hunc effectum, vt eius neptis exclude-
retur ab hæreditate patris, sed tanquam casus omis-
sus, remanere debebat sub dispositione iuris † com- 9
munis argum. text. *in l. commodissimè, ff. de liber. &
posthum. & in l. si extraneus, ff. de condict. caus. dat.* &
notant *ibi* Bart. Bald. *in l. quicunque, num.* 12. *C. de
seru. fugit. & in l quod verò, num.* 8. *ff. de legib.* Con-
trarium tamen constitutum fuit tam respectu dotis
datæ à patre, quàm in ordine ad successionem ma-
ternam, quia non solùm ex dispositione eiusdem
statuti poterat satis esse dos, quam pater dedisset
filiæ, vt illa excluderetur ab hæreditate alterius per-
sonæ, sed vt excluderetur nominatim, & in specie
ab hæreditate matris; † neque alio argumento vsa 10
fuit eadem decisio, vt persona filiæ censeri deberet
exclusa ab hæreditate patris propter dotem, quam
consequuta fuerat ab auunculo, quàm quia expres-
sum hoc fuisset in statuto, quando exclusio fœmi-
næ dotatæ habere debebat locum etiam in hære-
ditate aliarum personarum, quæ dotem non de-
derunt.

Neque dici poterat, vt dispositio eius statuti pro-
cederet † solùm in successione ab intestato, vt filiis 11
Sulpitiæ nocere non deberent, quæ eodem statuto
cauebantur, quo minùs consequi possent supple-
mentum huius legitimæ in hæreditate auiæ, cuius
aderat testamentum, quamuis in eo non fuisset ple-
nè prouisum iuri harum filiarum in consequutione
legitimæ, vt dicebatur tenuisse Rot. in terminis eius-
dem statuti *in vna Romana legitima* 17. *Iunij* 1613.
coram Card. Caualerio sequendo decisionem Putei 119.
& 193. *lib.* 2. Huic enim obiectioni visum fuit satis-
fieri posse considerando, quod statutum adhuc po-
terat habere locum in hoc casu, quoad præiudi-
cium illarum, & nepotum, qui ex iis descendebant,
quia cum testatrix vtrosque exclusisset à sua hæredi-
tate, videbatur voluisse adhærere exclusioni statu-
ti, vnde dispositio statuti, eo magis poterat operari
vim suam, † quo videbatur habere pro se etiam 12
voluntatem testatoris, vt tenuit Rota *in ead. Roma-
na supplementi legitimæ coram Cardin. Arigonio*, vbi
Rota ad hunc effectum considerauit, quod non de-
bet esse melioris conditionis filia, quæ velit contra 13
testamentum parentis succedere in eius hæreditate,
quam ea, quæ petat admitti ad eandem successio-
nem ab intestato præter illius voluntatem, & eau-
dem opinionem tenuit in terminis huius statuti
in Romana dotis 14. *May* 1608. *coram Gregor. XV.
inter impress. decis.* 358. *sub num.* 4. *& in Romana cen-
sus de Mutis* 24. *Maij* 1619. *coram Reuerendiss. D. meo
Decano.*

Neque contrarium firmatum *fuit in decisione Car-*

din. Caualer. aut in decisione Putei, quia pro declaratione huius conclusionis aliqui casus considerandi
14 sunt. Primus est, † quando statutum excludens à successione intestati adducitur in præiudicium personarum exclusarum, ne consequi possint, quæ fuerunt illis relicta, aut legata in testamento, & hoc casu verum est nihil operari statutum, cum non adimat facultatem ascendentibus quominus vocare possint ad suam successionem personas exclusas, vt fuit sententia Bartol. *in l. vltim. C. de pact. num.*8. & voluit *ibi* Ias. *num.*10. Alexand. *consil.* 131. *num.*2. *lib.*1. Castr. *consil.* 288. *num.*1. *lib.*2. & respondit Rota *in Cesenaten. legati* 20. *Febr.* 1595. *coram Gypsio, & in Recanaten. successionis* 26. *Iunij* 1617. *coram Buratto*; imò si patet, siue alius ex linea ascendentium insti-
15 tuerit filios sibi hæredes sub generali nomine filiorum, quorum appellatione venire possunt tam masculi, quàm fœminæ, non obesse filiabus ex hac ratione statutum, voluit singulariter Bald. *in l. quicunque, num.* 13. *C. de seruo fugit.* & in terminis huius statuti tenuit Rota *in add. Romana dotis coram Greg.*
16 Alius casus est, cum filia fuit exclusa in testamento patris, & nititur dispositione statuti, vt possit in illius hæreditate succedere, eo quia non fuerit perpetuo exclusa, sed ad tempus nimirum quousque extarent filij masculi, & neque hoc casu habebit locum dispositio statuti, quamuis hic casus sit contrarius primo, cum adhuc in eo vigeat eadem
17 ratio seruandæ voluntatis paternæ, & hi sunt termini, in quibus factæ fuerunt decis. Putei 119. & 193. *lib* 2. & voluit Bald. *in l.* 1. *num.* 5. *C. de legit. hæredib.*

Tertius casus considerari potest, quando in testa-
18 mento ascendentis fuerunt † instituti extranei, & neque etiam hoc casu poterit habere locum dispo-
19 sitiu statuti, † & in his terminis procedit decisio Cardin. Caualer. & tradunt Doctores communiter *in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum.* & tradit *ibi* Socin. *num.* 11. Imol. *num.* 54. Dec. *in l. filia dotem, num.* 5. *C. de collation.* Roman. *in l. vt liberis, num.* 6. *C. eod. tit.* Castrens. *consil.* 196. *num.* 3. *lib.* 1. *& consil.* 324. *num.* 1. *eod. lib.* Et ratio ita decidendi in hoc casu est, quia cùm statutum nitatur in
20 fauorem agnationis, † cessante illius ratione propter institutionem extraneorum, cessare debet etiam illius dispositio, vnde non poterit filia dici prohibita, quominus intentare valeat possessionem bonorum
21 contra tabulas † testamenti paterni, vt considerauit Socin. *in d. l. Gallus.* Roman. *in d. l. vt liberis*, argum. text. *in d. l.* 2. *§ sed si sint sui, ff. ad Senat. consult. Tertull. & in l.* 1. *§. qui habebat, ff. de bon. possess. contr. tab.* & voluit vtrobique Bartol. Rot. *in Romana de Lante* 11. *May* 1576. *coram Aldebrandino in* 1. *part. diuers. decis.* 232. *num.* 5.

Quartus erit casus, qui est idem cum casu huius decisionis, quando statutum excludens fœminas ab
22 intestato, † adducitur ad confirmandam dispositionem factam in testamento patris, in quo filia fuit exclusa, & hoc casu contrarium omnes sentiunt, nimitum statutum habere locum etiam condito testamento, quamuis disponat super sola successione ab intestato, quam sententiam tenent Doctor. communiter *in d. l. Gallus, §. & quid si tantum*, & tradit *ibi* Socin. *num.* 10. Castrens. *num.* 10. Ias. *num.* 58. Bald. *in l. maximum vitium, num.* 32. *C. de liber. præterit. & in l. posthumus, §. si quis ex his, num.* 3. *ff. de inoffic. testam.* Alexand. *in d. §. & quid si tantum, num.* 16. *& in l. filia dotem, num.* 6. *C. de collation.* vbi reprobat Angel. qui tamen hanc opinionem tenuit in duobus locis, nempe *in d. l. Gallus, num.* 9. *& in l. posthumus, §. si quis ex his, num.* 3. *ff. de inoffic. testam.* & hanc opinionem pluribus tuetur Albert. Brunus *super statut. exclus. fœmin. art.* 10. *num.* 32. & attestatur ibidem de communi *in vers. quia ex prædictis.* Et hæc quidem procedunt quamuis extet aliud statutum, quod particula-
riter disponat super † successione ex testamento, vt 23
facit statutum Vrbis, cum vnum videatur alteri famulari, pro stabilienda exclusione filiæ, vt singulariter respondit Bartol. *in consil.* 20. *num.* 1. *lib.* 3. quia
cum ius contra † tabulandi sit ab intestato, ideo 24
edictum super vno, obtinebit locum etiam super alio, & probat textus *in l. prima, §. rectè autem, ff. si tabulæ testamenti nulla extabunt, & Instit. de bon. possess. in princip.* Ideo maior ratio dicetur subesse in perso-
na exclusa ab intestato, † vt repellatur etiam à suc- 25
cessione contra tabulas, ne scilicet melioris conditionis sit illa, quæ venit contra voluntatem defun-
cti, quam ea, † quæ præter eius voluntatem, vt con- 26
siderauit Rota *in adducta decis. Romana supplementi legitimæ coram Card. Arigonio*, & probat textus *in d. l. posthumus, §. si quis ex his, ff. de inoffic. testam. & in l. non est ambigendum, ff. de bon. possess.* In casu verò huius decisionis poterat etiam considerari alia ratio, propter quam ille distinguebatur à casu proximè superiori, quia in testamento Antoninæ institutæ fuerunt eædem personæ, quæ vocatæ erant ex
dispositione † statuti, quæque aliàs ei successuræ 27
fuissent ab intestato; hoc enim casu filia præterita, siue cui relictum fuit minùs sua legitima in testamento, non potuit se opponere contra tabulas testamenti paterni, cum potuisset eius pater eodem modo instituere expressè venientes ab intestato, sicut potuisset illis tacitè relinquere decedendo sine testamento. Vnde non habet filia, de quo queratur, quia quando rescindi oporteret idem testamentum, siue alia ratione toleratur patris dispositio, non tamen admitti posset ad illius hæreditatem, à qua excludebatur ex dispositione statuti, & hæc fuit ratio Bart. *in l. vltim. ff. ad Senat. consult. Tertull.* quem sequutus fuit Bald. *in d. l. Gallus, §. & quod si tantum, num.* 9. *ff. de lib. & posthum. & in d. l. maximum vitium, num.* 30. *C. de liber. præterit.* & tradiderunt Doctor. superiùs relati. Imola *super eadem leg. Gallus, num.* 54. Dec. *in l. filia dotem, num.* 4. *C. de collation.* Castrens. *consil.* 324. *num.* 1. *& in consil.* 276. *num.* 2. *lib.* 1. Et hanc distinctionem inter hos duos casus, quando in testamento patris, contra quod filia se opponit, instituti fuerunt agnati, seu extranei, sequutus fuit Angel. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, num.* 9. Alexand. *num.* 16. Rom. *in l. vt liberis, num.* 6. *C. de collation.* qui vtramque opinionem conciliare conatur. Rot. *coram Card. Seraph. in vna Tudertina bonorum est, decis.* 885. *inter impress.* & eandem distinctionem sequuta fuit in terminis huius statuti *in Romana de Marescottis* 14. *Decembr.* 1615. *coram Cardin. Sacrato, in* 2. *part. recent. decis.* 770. *& in eadem causa coram Reuerendiss. Vrgellen. sub die* 15. *Iunij anni* 1632.

Et ita, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Vrbeuetana Successionis.

Die Mercurij 24. *Ianuarij* 1635.

ARGVMENTVM.

Tractatur, qualiter filiatio probetur. In materia probationum, quale tempus dicatur

tur antiquum. Instrumentum quando dicatur antiquum.

SVMMARIVM.

1. *Descendentia cuiuscunque gradus probari potest, vel per testes, vel per instrumenta.*
2. *Filiatio non probatur ex sola nominatione, si illa ad alium effectum emanauit.*
3. *Enunciatiuæ antiquæ fidem facere possunt ad probandam filiationem.*
4. *Tempus centum annorum ab omnibus reputatur antiquum, in materia probationis orientis ex publicis instrumentis.*
5. *Actus institutionis est valde conueniens, & proportionabilis filijs, & iuncta nominatione plenè probat filiationem.*
6. *ad Filiationis plenam probationem faciendam coniungi possunt præsumptiones, & adminicula.*
7. *in Filiationis quasi possessione quis dicitur constitutus, ex nominatione in filium iuncta institutione in heredem.*
8. *Filiationis quasi possessio satis probatur per testes deponentes de publica voce, & fama.*
9. *Filiationis titulus, & proprietas ex quibus probetur, & num. 13.*
10. *Instrumentum attingens metam nonaginta annorum videtur tempus antiquum, cum non multum distet à termino annorum centum, & vide num. 11. & 12.*

DECISIO CVI.

POstquam resolutum fuit in hac causa, [a] vt successio in bonis, & hæreditate Iosephi ab intestato defuncti pertinere deberet ad Flaminiam siue ad Com. Petrum de Auuiamontiis, cui eadem Flaminia cesserat iura huius successionis, proposui dubium, an esset probata descendentia Flaminiæ ex Hectore Auuiamontio, ex quo etiam descendebat Ioseph, prout præsuppositum fuerat inter partes in dubio tunc proposito, in quo ex pluribus competitoribus; qui ad eam successionem aspirabant, omnes asserebant sibi conuenire eam qualitatem, quæ requirebatur ex dispositione statuti Vrbeuetani, vt in patrimonio, siue bonis paternis defuncti succedere deberent post lineam descendentium & agnatorum vsque ad tertium gradum, qui essent eidem defuncto proximiores ex latere patris. Et visum fuit DD. probari eam descendentiam tam respectu Flaminiæ, quàm respectu Iosephi, quia in singulis gradibus, quos vterque numerabat ab Hectore communi parente datæ fuerunt probationes distinctæ,
1 vel per testes, vel per instrumenta publica, ex † quibus constabat de descendentia cuiuscunque gradus iuxta theoricam positam *in cap. licet ex quadam, de testam.* & quæ post gloss. notant *ibi DD. & in cap. series, eod. tit.* Innoc. *num. 1. in fin.* Bald. *num. 3. & in l. 1. num. 18. C. de testament.* Mascard. *de probat. conclus.* 512. *num. 7.*

Et incipiendo à Iosepho, siue illius parentibus probatum fuit, quinque gradibus eum distare ab Hectore, ex quibus primum occupabat Franciscus, secundum alius Hector, tertium Attilius, à quo descendebat Franciscus; qui fuit pater Iosephi, quòd verò Franciscus esset filius Hectoris senioris probabatur ex tribus instrumentis, in quorum primo, & altero talem apparebat enunciatum fuisse ipsum Franciscum occasione emptionis, quam idem fecerat vineæ, & partis terreni in ciuitate Vrbeuetana, in tertio quod erat eiusdem Francisci testamentum, & apparebat ab eo conditum anno 1560. talem ipse se nominabat, quæ enunciatiuæ visæ sunt satis esse
ad hanc probationem, licèt † filiatio non probetur 2
ex sola nominatione, si illa ad alium effectum emanauit, argum. text. *in §. fin. Instit. de adopt.* & quæ notant *ibi* scribentes, *& in l. non nudus, C. de probat.* vbi Cyn. *num. 2.* Bart. *in l. 1. §. quod Senatus, ff. de lib. agnosc. num. 3*; tamen propter antiquitatem † earun- 3
dem enunciatiuarum poterant illæ hanc fidem facere, vt tradit Butr. *in cap. cum dilectus, num. 30. de success. ab intestat.* Ias. *consil. 34. num. 7. volum. 1.* & fuit dictum *in Papien. Iurispatronatus 18. Aprilis 1603. coram Reuerendiss. D. meo Decano inter impress. decisione 105. num. 6. & in Teruisina feudi 1. Martij 1632. coram R. P. D. Queipo*; erat enim prima in instrumento quod apparebat rogatum de anno 1529. secunda continebatur in instrumento condito de anno 1513. & vtraque erat supra centum annus, quod
tempus ab omnibus antiquum reputatur † in hac 4
materia probationis orientis ex publicis instrumentis, vt fuit dictum *in adducta Papien. Iurispatronatus coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & notant Ias. *in l. cum aliquis, num. 7.* Alexand. *num. 5. C. de iur. delib.* Aymon *de antiq. temp. in præfat. num. 4. & 5.*

Secundus, & tertius gradus siue descendentia Hectoris iunioris, ex Francisco; & Attilij ex Hectore probabatur ex eodem Francisci testamento, in quo vterque vti talis nominabatur; & ea quidem nominatio respectu Hectoris visa fuit ex se sufficere, quia cum idem Hector fuisset etiam hæres institutus non poterat dici, quod illa emanauerit ad alium effe-
ctum, sed ille † actus institutionis tanquam conue- 5
niens, & maximè proportionabilis filio iniuncta nominatione plenè dicebatur probare hanc filiationem, vt tradiderunt Bald. *in cap. ex transmissa, de rest. spol. num. 14.* Butr. *in cap. transmissæ, num. 10. qui fil. sint legitim.* Felin. *in cap. per tuas, num. 27. de probat.* Aretin *num. 23. qui de communi attestat.* Socin. sen. *consil. 89. num. 5. volum. 1.* Surd. *consil. 1. num. 50.* Rot. *in decis. 105. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & decis. 472. num. 8. part. 1. recent.* Respectu verò Attilij recipiebat adminiculum ex enunciatiuis aliorum duorum instrumentorum, atque etiam ex depositione duorum testium, qui fuerunt examinati in hac causa coram A. C. & de hac filiatione eiusdem Attilij deponebant de publica voce, & fama, & com-
muni reputatione, † ex quibus omnibus simul iun- 6
ctis non potest negari quin resultaret plena probatio huius filiationis, iuxta notata per gloss. *in l. 2. §. 1. in verb. legitimus, ff. de excus. tutor.* quam singularem dicit Bald. *rubr. de probat. num. 3.* Surd. *consil. 1. num. 59.* Paris. *consil. 10. num. 68. volum. 1.* Menochius *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. casu 89. num. 66.* Præsertim cum neque dici posset, vt ea enunciatiua in testamento Francisci emanauerit ad alium effectum, quia cum ipse Attilius fuisset honoratus titulo particularis legati vnius vineæ, quam Franciscus illi reliquit tanquam suo nepoti ex Hectore, fuit ex eodem legato constitutus in quasi possessione eius gradus consanguinitatis testatori, sicut Hector illius pa-
rens fuit constitutus † in quasi possessione filiatio- 7
nis ex nominatione in filium iuncto titulo institutionis, vt docet Bart. *in l. non nudus, C. de probat. in non. & antiq. lect.* Alexand. *consil. 181. num. 8. volum. 7.* Castrens. *consil. 151. num. 1. volum. 1.* Mascard. *de prob. conclus.* 790. *num. 16.*

Quartus, & quintus gradus, in quo erant Franciscus

ciſcus filius Attilij, & Ioſeph filios Franciſci de cuius hæreditate agitur, probabantur ex eiſdem teſtibus, qui optimam rationem ſcientiæ reddebant eorum depoſitionis reſpectu vtriuſque huius gradus, quia præter atteſtationem de publica voce & fama, & communi reputatione, quæ ſatis eſſe potuiſſent
8 ad probandam quaſi † poſſeſſionem filiationis deponebant, quod cognouerunt vtrumque, nempe Franciſcum, & Ioſephum, & prærerea Attilium patrem Franciſci, & Alphonſam, quæ fuit illius mater, & vxor eiuſdem Attilij, & demum Lucretiam, quæ fuit mater Ioſephi, & vxor Franciſci, ex qui-
9 bus dicebatur probata † proprietas, & titulus eiuſdem filiationis, ſecundùm notata per Doctor. *in l. filium definimus, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in l. non epiſtolis, C. de probat.* Bart. *ibi num. 2. in antiq. lect.* Salicet. *in l. non nudis, C. eod. tit. num. 5.* Alexand. *conſil. 51. lib. 1.* Ruin. *conſil. 52. num. 4. vol. 5.* Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 89. num. 19.*

Deſcendentia Flaminiæ ab Hectore probabatur ex pluribus aliis inſtrumentis; nam cum illius pater fuiſſet Thomas, qui fuit eiuſdem Hectoris filius, deſcendentia Thomæ ex Hectore probabatur ex enunciatiuis quinque inſtrumentorum, ex quibus
10 vnum attingebat metam nonaginta † annorum, quod tempus poterat etiam videri antiquum, cum non multum diſtaret ab eo termino annorum centum, vt in terminis huius probationis deductæ ex publicis inſtrumentis ſæpiùs tenuit Rota, & coram Put. *deciſ.* 104. *lib.* 1. in qua tale exiſtimatum fuit tempus 99. annorum, *& in deciſ.* 149. *lib.* 2. in qua agebatur de tempore annorum octoginta nouem, & in aliis pluribus relatis *in Burgi S. Sepulchri Domini Iuriſpatronatus* 10. *Iunij, & 9. Decembris* 1622. *coram R. P. D. meo Merlino, & in Romana fideicommiſſi de Cattanis* 15. *Febr.* 1633. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.* Altera verò licèt eſſent recentiora, nec excederent ſpatium annorum ſeptuaginta, ta-
11 men poterant hanc fidem facere, † tum propter adminicula, quæ recipiebant ex aliis inſtrumentis, tum
12 propter difficultatem † probationis, ex latè deductis per Aymon *de antiq. temp. part. 1. num. 5.* Dec. *in cap. 1. num. 47. de appellat.* quem *ibi* ſequutus fuit Aymon & fuit reſolutum *in Maceraten. hæreditatis* 28. *Maij* 1608. *coram Iuſto, & 13. Febr.* 1609. *coram bon. mem. Manzanedo, & in deciſ. 695. num. 2. part. 2. recent.*

Vnum ex his quinque inſtrumentis quod adducebatur ad probandum, vt Thomas fuerit filius Hectoris probat etiam quod Flaminia eſſet filia Thomæ, quia non ſolùm in eo talis nominabatur, idem Thomas, ſed ipſa Flaminia ſimul cum duobus aliis ſuis ſororibus ſe aſſerebant illius filias, & in eodem inſtrumento vti tales, & eiuſdem Thomæ hæredes dederunt propterea licentiam Hectori iuniori, & Herculi filiis Franciſci Auuiamontij, vt poſſent capere poſſeſſionem aliquorum bonorum Thomæ ſui patris: ex quo actu eo magis viſæ fuerunt illæ declarari filiæ eiuſdem, quia non potuiſſent eum actum facere ceſſante titulo hæreditario. Et datum præterea fuit teſtamentum in quo cum eadem Flaminia, & aliæ eius ſorores inſtitutæ fuerint ab eodem Thoma hæredes, vtrumque iuſtificabatur, &
13 illarum † filiatio, & titulus hæreditarius, vt ſupra deductum fuit ex Bald. *in cap. ex tranſmiſſa, de reſt. ſpoliat.*

Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum.

a Ideſt, ſub die Lunæ 24. Maij 1632. coram eodem R.P.D. Veroſpio eſt deciſ. 349. part 6.

R. P. D. PANZIROLO.

Romana de Ghezzis.

Die Veneris 9. Februarij 1635.

ARGVMENTVM.

Diſcutitur materia, an in legatis conditionalibus in quantitate relictis, hypotheca incipiat currere à die mortis teſtatoris, vel à die purificatæ conditionis.

SVMMARIVM.

1. *pro Legatis conditionalibus in quantitate relictis hypotheca non debet incipere à die mortis teſtatoris, ſed purificata conditionis, contra num. 3. declara prout num. 7. & 8.*
2. *in Legatis ſpeciei conditionalibus purificata conditione, hypotheca retrotrahitur ad diem obitus teſtatoris, & alienatio medio tempore facta reſoluitur ipſo iure.*
3. *pro Legatis conditionalibus, etiam in quantitate conſiſtentibus, datur hypotheca à die obitus teſtatoris ante euentum conditionis.*
4. *Rota in diuerſitate opinionum non tam mouetur ex numero Doctorum, quàm ex rationibus.*
5. *in Hæredum facultate ſtare non debet, priuare & eludere legatarios à ſuis legatis.*
6. *Teſtatoris voluntati omnibus modis ſatisfaciendum eſt.*
7. *Hypotheca, quod non debeatur in legatis conditionalibus vſque ab initio, nec poſſit fieri retrotractio, iſta opinio procedit, quod ius acquirendi dominium legati, vel eius ſpem tranſmittendi ad hæredem, ſi ante euentum conditionis legatarius decedat.*
8. *Cum hoc non procedat reſpectu hypothecæ, cum nulla adſit implicantia, quominus, hæc poſſit retrotrahi in præiudicium eorum, qui medio tempore acquiſiuerunt ius ab hærede in bonis defuncti.*
9. *Deciſiones Rotales non releuant in cauſa, dum non continent principaliter diſcuſſionem articuli, ſed incidenter.*
10. *Opinio illa videtur amplectenda, pro qua non ſolùm concurrit æquitas, verùm etiam firmiores rationes.*
11. *Legatarius conditionalis, dum agit de auocandis bonis à creditoribus, quibus medio tempore fuit ius quæſitum, tunc intrat quæſtio, an hypotheca retrotrahatur in illorum præiudicium.*
12. *Sed ſecus eſt, ſi legatarius concurrat cum ipſis creditoribus, & vti legatarius petat præferri in bonis defuncti, & creditores veniant ex contractibus initis cum hærede, quo caſu, cum conditio ſit purificata, abſque vlla difficultate legatarius debet præferri.*
13. *Legatarius petere poteſt ſeparationem bonorum teſtatoris, à bonis hæredis vt ex his prius ipſi, quàm creditoribus hæredis ſatisfiat.*

DECISIO CVII.

CReditores filiorum Caroli Ghezzi inſtabant, vt recederetur à deciſis ſub die 27. Martij 1634.
1 ex quo hypotheca legalis, quæ competit filiabus dicti

dicti Caroli pro legatis conditionalibus dotium
1 ipsis relictarum † in qoantitate non debet incipere
à die mortis testatoris, sed purificatæ conditionis,
ex gloss. *in l. si filiusfamilias 78. sub verb. quo contra-
bimus, ff. de verb. oblig. & in l. legati, verb. debere, ff.
de pignor.* Bart. *in l. si is, qui pro emptore, num 47. ff. de
vsucap. & in d. l. filiusfamilias, num. 1. & per tot.* Bald.
in l. 1. num. 11. & in l. vltim. num. 2. C. commun. de leg.
Castr. *in d. l. filiusfamilias*, & *ibi* Alexand. *num. 3. & 4.*
Ias. *in l. si is qui pro emptore, num. 112. & sequentib.*
vbi latissimè Alexand. *in addit. ad Bart. in l. qui bal-
neum, vers. & ita ista lex, ff. qui pot. in pig. hab.* Port.
in §. omnis, Inst. de verb. obligat. Anchar. *in clement.
vnica, num. 21. vers. quarto probo, de concess. preb.* Ca-
strens. *consil. 446. num. 1. lib. 2.* Socin. sen. *consil. 41.
num. 24. lib. 4.* Paris. *consil. 11. num. 76. lib. 1.* Ruin.
consil. 152. num. 7. lib. 4. Laderch. *consil 42. num 4.
& 5.* vbi dat rationes differentiæ inter contractus,
& vltimas voluntates. Neguss. *de pign. 5. part. membr. 1.
num. 10. & membr. 2. num. 74.* Peregrin. *de fideicom-
miss. art 4. num. 14.* Gratian. *discept. forens. 756. num 14.*
& hanc opinionem sequuta est Rota *decis. 760.
num. 6. vers. & licet, part 2. recent. & decis. 302. num. 6.
part. 4. recent.* impressa etiam post Merlin. *de legit.
decis. 100. confirmata coram R. P. D. meo Pirouano,* vt
post Merlin. *d. tractat decis. 99. num. 11.* & fuit di-
ctum *in Venusina legati 28 Iunij 1623. coram Reueren-
diss. D. meo Coccino Decano.* Quicquid sit in legatis
2 speciei, in quibus purificata † conditione hypothe-
ca retrotrahitur ad diem obitus testatoris, & alie-
natio medio tempore facta resoluitur ipso iure, *l. vl-
tim. §. sin autem sub conditione, C. com. de leg.* Castrens.
d. consil. 446. num. 1. lib. 2. Rot. *d. decis. 760. num. 2.
part. 2. recent. & decis. 302. sub num. 3. part. 4. recent.
decis. 132.*

Ex aduerso pro dictis filiabus Caroli responde-
batur, non deesse Doctores quamplures eosque gra-
uissimos qui contrariam tueantur opinionem, nimi-
3 rum pro † legatis conditionalibus, etiam in quan-
titate consistentibus, dari hypothecam à die obitus
testatoris ante euentum conditionis, ita Crot. *in l. si
is qui tempore, num. 234. ff. de vsucapion.* Ruin. *in l. 1.
sub num. 87. ff. de leg. 1.* vbi Paris. *num. 111. vers. Mo-
derni autem.* Iacob. de Nigr. *num. 135. vers. contrarium,*
Bolognet. *num. 308.* Torniell. *num. 117. & seqq* qui
dicit communem. Modern. Giouagn. *consil. 8. à n. 23.
& per totum, lib. 2.* Fusar. qui alios cumulat *consil. 52.
num. 20. & à num. 28. vsque ad 54. vers. venio ad 2. &
in tract. de substit. quæst. 612. à num. 2. vsque ad finem,*
vbi *sub num. 8.* reiicit distinctionem Castrens. *inter
legatum speciei, & quantitatis,* & idem dicit *d. consil. 52.
sub num. 39. vers. nec obstat.* Giouagn. *d. consil 8. n. 32.
& sequentib.* Caualer. *decis. 112. num. 2. vers. non ob-
stat, & decis. 132.*

Præterea addebant informantes, quod licet con-
trariæ opinioni magnus Doctorum numerus vide-
retur fauere, nihilominus Rota in diuersitate opi-
4 nionum † non tam moueri ex numero Doctorum,
quàm ex rationibus; quæ quidem pro confirmatio-
ne decis. videntur adesse meliores, ac solidiores, &
5 inter illas duæ præcipuè, vna scilicet ne † sit in fa-
cultate hæredum filias suis dotibus priuare, & elu-
dere legatarios, vt aduertit Imol. *in d. §. si quis pro
emptore, in princip. ff. de vsucap.* Altera vt omnibus
6 modis † voluntati testatoris satisfiat, iuxta disposita
in l. 1. C. commun. de leg. Quæ Imperatoris prouisio
aliter impleri non potest, quam per natiuitatem hy-
pothecæ de tempore testamenti, vt inde oriatur
actio, licet actionis exercitium suspendatur in tem-
pus euenientis conditionis, & Doctores dicentes
non dari hypothecam in legatis conditionalibus
† vsque ab initio, nec posse fieri retrotractionem, 7
debere intelligi quoad ius acquirendi dominium
legati, vel eius spem transmittendi ad hæredes, si
ante euentum conditionis contingat, legatarium de-
cedere, cum interim non sit creditor, iuxta regulam,
l. si is cui sub conditione, ff. de verb. obligat. non au-
tem respectu hypothecæ, † cùm nulla adsit implicā- 8
tia quominus hæc possit retrotrahi in præiudicium
eorum, qui medio tempore acquisiuerunt ius ab
hærede in bonis defuncti, vt tradit Angel. *in d l. qui
balneum, in princip. num. 2. vers. vltim. noto,* ibique
etiam Alexand. *in addit. ad Bart. verb. conditione, ff.
qui pot. in pign. hab.* Imol. *in d. l. si is qui pro emptore,
num. 20.* Roman. *num. 25. vers. sed responderunt.* Ias.
num. 312. & seq. Crot. *num. 128. in fine, & num. 134.
prope finem.* Bologn. *num. 112. vers. ex qua declaratio-
ne, ff. de vsucap.* idem Imol. *in l. quæsitum est, num. 93.
§. si seruus, num. 4. vers sed si æquitas, ff. de leg. 1.* Alban.
consil. 153. num. 6. Gabriel. *consil. 141. num. 8 & 9. lib. 1.*
& in terminis nostris de legato pro dote. Socin. sen.
consil. 269. sub n. 1. vers. si adhuc videtur lib. 2. Giouagn.
d. consil. 8. num. 25. lib. 2. Et tanto magis quia deci-
siones † Rotales pro contraria parte allegatæ non 9
continent principaliter discussionem huius articuli,
sed solùm incidenter, vt patet ex illarum lectura.

Quare articulo maturè discusso, fuit resolutum
standum esse in decisis, eum pro hac † secunda opi- 10
nione non solùm æquitas, verum etiam firmiores
rationes concurrere videantur, quæ opinio eo fa-
cilius in casu præsenti videtur amplectenda, ex quo
filiæ Caroli, quibus fuerunt relicta scuta tria millia
pro singulis in dotem, non agunt † de auocandis 11
bonis à creditoribus, quibus medio tempore fuit ius
quæsitum (quo casu intraret controuersia an hypo-
theca retrotrahatur in præiudicium tertij possesso-
ris) sed concurrunt † cum ipsis creditoribus, & vti 12
legatariæ petunt præferri in bonis patris, & credi-
tores veniunt ex contractibus initis cum Ioanne
Baptista filio dicti Caroli, quo casu cum iam condi-
tio sit purificata pro legatariis, absque vlla difficul-
tate ipsæ debent præferri creditoribus ipsius hære-
dis, iuxta distinctionem Cuman. *in l. si filiusfamilias,
num. 5.* & *ibi* Ias. *num. 4. vers. item illud. ff. de verb. obli-
gat.* Socin. *consil. 41. num. 28. lib. 3.* Caual. *d. decis. 512.
num. 3. in fine, vers. præterea.* Hoc enim casu filiæ le-
gatariæ † veniunt non in vim retrotractionis, sed 13
petendo beneficium separationis bonorum testato-
ris à bonis hæredis, vt ex his prius ipsis, quàm credi-
toribus hæredis satisfiat, *l. 1. §. sciendum, l. creditori-
bus, §. legatarios autem, & l. quoties. ff de separatione bo-
norum.* Caualer. *decis. 41. 51. & 212.* & fuit dictum
*in Bononien. legati 17. Iunij 1633. coram R. P. D. meo
Ghisilerio.* Reliqua sunt sublata in decisione quæ
reuidetur.

Et sic fuit decisum parte vtraque, &c.

a Est decisio 269. part. 6.

Et in eadem causa adsunt part. 7. aliæ decisiones,
nempe sub die 6. Iunij 1636. & sub die 2. Decem-
bris eiusdem anni 1636.

R. P. D. MERLINO.

Romana Dotis,

Die Mercurij 14. Martij 1635.

ARGV

ARGVMENTVM.

Patruus, an teneatur dotare fratris filiam in ſubſidium. Bona, etiam arctiſſimo fideicommiſſo ſubiecta, tectè poſſunt alienari pro conſtituenda dote deſcendentibus. In conſtituenda dote filiabus illegitimis, quid ſit ſpectandum, item qualiter alimenta ſint eis decernenda. Diſpoſitio cap. cum haberet, extra de eo, qui dux. in vxor. eſt vbique ſeruanda.

SVMMARIVM.

1. *Patruus, an teneatur dotare fratris filiam in ſubſidium, dum illa non habet vnde ſe poſſit dotare.*
2. *In hac opinione negatiuam ſententiam multi Doctor. tenent, eo quia id nullo iure cautum reperitur.*
3. *Alij vero Doctor. affirmatiuam tenent, cum hoc caſu non deficiat quoddam naturale dictamen rationis.*
4. *Frater nedum tenetur alere fratrem etiam naturalem, imo ſpurium, ſed etiam filios fratris, qui ſubingrediuntur locum patris in commodo recipiendi alimenta, num. 5.*
6. *Dos ſuccedit loco alimentorum, maximè in filijs naturalibus.*
7. *Dos maximè neceſſaria exiſtimatur, vt pote, ſine qua mulier plerumque turpiſſimo vitæ inſtituto, ac illecebris allicitur.*
8. *Patruus in ſubſidium tenetur dotare filiam fratris, ſumpto argumento ab alimentis ad dotem.*
9. *Auo ex obligatione iuris incumbit onus aſſignandi dotem deſcendenti nepti etiam ſpuriæ.*
10. *Quod procedit, tam in auo paterno, quàm materno. Et tam ſi matrimonium in ſæculo contrahere velit, quam ſi per ingreſſum Monaſterij, ſpiritualiter nubat, num. 11. Atque cum iſta obligatione eius bona ad quoſcunque tranſeunt, num. 12.*
13. *Hæres non excuſatur à neceſſario onere dotandi deſcendentes teſtatoris, ſub prætextu fideicommiſſi.*
14. *Bona etiam arctiſſimo fideicommiſſo ſubiecta, poſſunt diſtrahi ad effectum conſtituendi dotem pro ſpiritualibus nuptijs.*
15. *Quod etiam intellige pro ſpuria, in quam cauſam rectè bona fideicommiſſaria alienantur.*
16. *Quamuis fideicommittentes expreſsè id prohibuiſſent, & num. 18.*
17. *Teſtator non poteſt ordinare, vt leges non habeant locum in ſua diſpoſitione.*
19. *de Dote præſtanda filiæ naturali, quando agitur ad menſuram alimentorum regulari debet.*
20. *Vel etiam vltra alimentorum modum, ſi dignitas naturalium, conditio mulieris, & mos patriæ id expoſcant.*
21. *Dos 1500. aureorum priſcis temporibus notabilis erat.*
22. *Alimenta, dum præſtantur miſerationis cauſa ex æquitate Canonica; non iuxta neceſſitatem victus tantùm, ſed ſecundum ſtatus dignitatem, & decentiam ſunt decernenda.*
23. *Alimenta, quando ſunt decernenda filio naturali, id totum ab æqui iudicis pendet arbitrio, qui neque rigidam, & ſolam naturæ indigentiam, nec etiam lautos, & nimis ſplendidos ſæculi mores reſpicere debet.*
25. *in Alimentis decernendis mos, & conſuetudo potiſſimum penſari debet.*
26. *in Dote conſtituenda monialibus nubentibus ſponſo cæleſti ſeruanda eſt moderata Monaſterij conſuetudo.*
   Et in minori quantitate, quam vbi mulieres nubunt terreſtri ſponſo.
27. *Dotis appendices pro monialibus, reputantur acconcium, & regalia.*
28. *Circa nuptiarum ſolemnitates, pompas, & apparatus inter filias illegitimas, atque ipſas filias legitimas de iure eſt conſtituta differentia.*
29. *Filijs illegitimis l. 12. tabul. contra naturalem omnium animantium inſtitutum alimenta denegabantur.*
30. *Caſtitatem, ſic l. 12. tabul. coluit, vt pietatem omnem abiecerit.*
31. *Natis quibuſcunque proſpectum lege Pontificia eſt iuris diuini, & naturalis veſtigijs inſiſtente, vt neceſſaria vitæ ſuppeditentur.*
32. *Alimentorum nomine veniunt omnia, quæ ſunt neceſſaria ad vitam conſeruandam.*
33. *in Vrbe ſeruandum eſt ius ciuile.*
34. *Æquitas Canonica, quæ duritiem iuris ciuilis circa denegationem alimentorum filijs ſpurijs, emollitur, pietaſque à natura infinita erga liberos imbuitur, ſeruanda eſt etiam, vbi tantum vigent leges ciuiles, & etiam in terris, & in iuriſdictione Imperij.*
35. *Statut. Vrb. cap. 42. lib. 1. non habet locum, quando ius ciuile expreſsè reperitur correctum per ius Canonicum, tunc enim non ius ciuile, quod ſublatum fuit, etiam inter Vrbis incolas ſeruandum eſt ius Canonicum.*
36. *Conſtitutio Pij V. contra illegitimos non derogauit cap. cum haberet, extra de eo, qui dux. in vxor. cum ſit pietatis, æquitatis, & rationis plenum.*
   Filijs tribuens, quod pietatis, quod æquitatis, quod naturæ ius poſtulat, hoc eſt alimenta, num. 36.
37. *Filiabus ſpurijs debentur dotes, tam ex bonis patrimonialibus, quam ex redditibus Eccleſiaſticis Clericorum, aut laicorum, non obſtante Conſt. Pij V. contra illegitimos.*
38. *Bona ab Eccleſia recepta, tanquam Chriſti peculium, auferenda eſt ab illegitimis, quos habere ſucceſſores ſcandalum, & noxium videtur ordini Clericali.*
   Eccleſia eſt ſpeculum pudicitiæ, num. 38.
39. *Bulla Pij V. contra illegitimos, non habet locum, quando ſumus in bonis laicorum, nullam habentibus mixturam cum Eccleſiaſticis.*
40. *Illegitimi ſolent eſſe exoſi legibus, vti excitantes memoriam impudicæ originis, & creduntur imitatores paternæ impuritatis.*
41. *Filia illegitima dum in miniſterio templi vult manere, caſtaſque cum agno cæleſti inire nuptias, abſtergit omnem à parente hauſtam impuritatis notam.*
42. *Illegitimitatis omnis macula aboletur per ingreſſum Monaſterij, & profeſſionem in Religionem.*
43. *Patruus tunc multo magis eſt cogendus ad dotandam fratris filiam illegitimam ſi opibus affluit, & nullam habet legitimam ſobolem, ita vt præſtatio dotis nullum poſſit afferre detrimentum filijs legitimis.*

DECISIO CVIII.

POſt emanatã in hac cauſa reſolutionum,[a] quod ſatis conſtet Margaritam eſſe filiam bon. mem. Io. Baptiſtæ Vittorij fratris Domini Marci Antonij; dubitaui

dubitani an per eumdem Dominum Marcum Anto-
nium patruum Margaritæ dos debeatur, & ad quam
summam, & Domini responderunt deberi iuxta
quantiratem & modum infra exprimendum.
Qoamuis enim anceps sit quæstio, an patruus te-
1 neatur dotare fratris filiam † in subsidium, dum il-
la non debeat, quo possit dotari, in qua negatiuam
sententiam tuentur, Odof. *in l. 2. C. de lib. alen.* eo
2 qoia † id nullo iore cautum reperitur, & sequuti
sunt, Imol. *in l.1. num.* 2. Cum. *num.* 17. Alexand.
*num.*20. Barbos. *in 4. par. num.*142. *ff. solut. matrim.*
Silua. *consil.*33. *num.*12. Card. Mant. *de tacit. lib.*12.
*tit.*16. *num.*33. Riminal. iun. *consil.* 642. *num.*36. *&*
*consil.*681. *num.*28. Costa *de remed. subsid. remed.* 64.
*num.*2. *& remed.*66.*num.*4. Mastrill *decis.*83. *num.*19.
Giurb. *ad consuetud. Messan. cap.*3. *glos.*3. *num.*64. Pro
3 affirmatiua autem, quod † patruus teneatur dota-
re filiam fratris inopem non deficiente quodam na-
turalis rationis dictamine scripserunt Bald. *in l.* 1.
*num.*4. *ff. solut. matrim.* Afflict. *decis.* 371. *num.*3. se-
cundum quam opinionem iudicatum fuisse in su-
premo Castellæ Conoentu testatur Molin. *de pri-
mog. Hispan. lib.*1. *cap.*15. *num.*67. & in hanc vide-
tur inclinasse Surd. *de aliment. tit.*1. *quæst.*28. *num.*7.
& 11. *in fin.* vbi quòd facile esset hanc opioionem
4 in puncto iuris sustinere, quia cùm frater ne † dum
teneatur alere fratrem etiam naturalem, imò spu-
rium, § *si quis igitur in Authent. quib. mod. nat. efficiun-
tur fin.* Surd. *de aliment. tit.*1. *quæst.*25. *num.*28. & fir-
maoit Rota *in Romana alimentorum* 21. *Iunij* 1627.
coram Reuerendiss. D. Vrgellen. sed etiam filios fra-
5 tris, † qui subingrediuntur locum patris in com-
modo recipiendi alimenta, ex latè deductis per Surd.
de aliment. dict. tit. 1. *quæst.* 28. *per tot. & in Romana
alimentorum* 3. *Iunij* 1613. *coram bon. mem. Patriarcha
Manzanedo*, hinc sequi videtur teneri etiam ad do-
6 tem præstandam filiabus, † hæc enim succedit in
locum alimentorum præsertim in filiis naturalibus
l. assiduis, C. qui potio. in pigno. habeantur, & compre-
henditur omnino sub lege Pontificia *in cap. cum ha-
beret, extrà de eo, qui duxit in vxorem quam polluit per
adult.* qua sancitur naturalibus liberis necessaria esse
subministranda, & dos quidem maximè necessaria
7 existimatur, † vt pote sine qua mulier plerumque
turpissimo vitæ instituto, ac illecebris allicitur, vt
post Bald *in consil.*456. *num.*10. *lib.*3. disertè differit
Card. Paleott. olim nostri ordinis Collega *de noth. &
spurijs quæst.*49. *per tot.* conciliando controuersias Iu-
risconsultorum, & antinomias, & sequutus fuit Pe-
regr. *de iure fisci lib.*5. *tit.*18. *num.*56. Surd. *de aliment.
tit.*4. *quæst.*23. *num.*3. *& tit.*9. *quæst.*1. *num.*14. Et hanc
8 sententiam quod patruus † in subsidium teneatur
dotare filiam fratris sumpto argumento ab alimen-
tis ad dotem, sequota fuit Rota *in Romana alimento-
rum* 3. *Iunij* 1613. *coram bon. mem. Patriarcha Man-
zanede.*
Nihilominus ex alio capite D. Marcus Anto-
nius ab hoc munere dotandi Margaritam se sub-
trahere nullo modo potest; qoemadmodum enim
9 Bernardino Proauo, ex obligatione iuris † incum-
bebat hoc onus dotem assignandi descendenti pro-
nepti etiam spuriæ, arg. *legis dedit dotem, ff. de col-
lat. bonorum.* Ripa *in l.*1. *num.* 74. *&* 81. *ff. solut. ma-
trim.* Menoch. *consil.*331. *num.*18. Marescott. *variar.
resolut. lib.*2. *cap.* 83. *num.*39. Costa *de remed. subsid.
remed.* 64. *num.*1. *& remed.*63. *num.* 3. cum aliis cu-
mulatis per Giurb. *ad consuetud. Messan. cap.*3. *glos.*3.
10 *num.*21. vbi † firmat tam in auo paterno, quam ma-
terno, & censuit Rot. *apud Cardin. Seraphin. de-*

*cis.*58. *num.*6. *& in recent. decis.*233. *num.* 1. *part.* 2.
ram si † martimonium in sæculo contrahere vo- 11
luerit, quam si per ingressum Monasterij spiritua-
liter nubere, Bald. *in l. fin. C. de dot. promiss.* Felin. *in
cap. Ecclesia S. Mariæ num.* 79. *de constit.* Boër. *de-
cis.* 126. *num.* 12. Menoch. *præsumpt.* 189. *num.* 91.
*lib.*4. Sanchez *de matr. lib.*4. *disput.*16. *num.*7. Giurb.
*d. cap.*3. *gloss.*3. *num.*24. *& glos.*4. *num.*15. Ita eadem
prorsus ratione tenetur Dominus Marcus Anto-
nius hæres, & successor proaui in quem bona tran-
sierunt hoc onere affecta † nec obligationis vincu- 12
lum ex successoris persona fuit immutatum, Bald.
in l. fin. C. de dot. promiss. Abb. *consil.*113. *ante num.*1.
*lib.*2. bene Cardin. Mant. *de tacit. lib.*12. *titul.* 16.
num. 26. *& titul.* 18. *num.* 14. Honded. *consil.* 50.
*num.*17. *&* 18. *lib.*2. Thesaur. *decis.*211. *num.*8. & di-
xit Rota *decis.*224. *num.*1. *part.*2. *recent. & in Bono-
nien. alimentorum* 28. *Martij* 1594. *coram Penia*, quæ
est impressa *in decis.*746. *part.* 4. *& decis.* 82. *part.*5.
diuers.
Nec prætextu fideicommissi † ab hoc necessa- 13
rio dotandi munere se valet eximere, quia ex dispo-
sitione *Authent. res quæ, C. commun. de leg.* bona ar-
ctissimo cuique subiecta fideicommisso possunt di-
strahi in subsidium † ad effectum constituendi do- 14
tem Mooiali pro spiritualibus nuptiis, vt docue-
runt, Bart. *in dict. Authent. res quæ, num.* 7. Bald.
*num.*13. latè Peregr. *de fideicommiss. art.*41. *num.* 57.
Menoch. *præsumpt.* 189. *num.*89. *&* 90. *lib.* 4. Fusar.
de substit. quæst. 531. *num.* 28. Gratian. *discept.* 533.
*num.*22. Sanchez *de matrim. lib.*1. *disput.*33. *num.*19.
*& lib.*4. *disput.* 26. *num.* 7. & fuit deductum in alia
decisione istius causæ, etiam † pro dote spuriæ, in 15
quam causam rectè itidem fideicommissa alienan-
tur, Peregrin. *de fideicommiss. dict. art.* 41. *num.* 38.
*& consil.*115. *num.*4. *lib.*5. Molin. *de primog. Hispan.
lib.* 4. *cap.* 6. *num.*14. Giurb. *ad consuetud. Messan.
dict. cap.*3. *glos.* 3. *num.* 15. quamuis † fideicommit- 16
tens expressè id prohibuisset, qui non potest iu-
ris obligationem boois suis infixam pro bono pu-
blico matrimonij contrahendi, & alendi, liberos
reiicere, & † facere, vt leges non habeant locum 17
in sua dispositione, prout latè fuit comprobatum
in illa Spoletana fideicommissi 4. *Decembris proximè
præteriti coram me*, & in his terminis tradunt Bald.
*in l. id, quod pauperib. num.*39. *C. de Episc. & Cleric.*
Card. Paleott. *de noth. & spur. cap.* 47. *num.* 6. The-
saur. *decis.*211. *num.*3. Vrsil. ad Afflict. *decis.*99. *num.*5.
Giurb. *dict. cap.*3. *num.* 15. & fuit dictum in præal-
legata *Bononien. alimentorum coram Penia.* Vnde
tanto magis recipiendum hoc videtur, dum nedum
præsumptam ex dispositione iuris, sed & expres-
sum in verbis babemus in hoc testatoris votum
mandaris, vt descendentes congruè, † & iuxta vi- 18
res patrimonij dotentur, prout legitur in eius te-
stamento, & declarauit Rota *super eodem testamen-
to in Romana fideicommissi de Victorijs* 2. *Iunij* 1627.
coram me.
Quo verò ad quantitatem Domini cum præsup-
posito, qood Margarita in Monasterio Deiparæ Vir-
ginis in Campo Martio, in qoo huc vsque degit, edu-
canda, velit susceptum virginitatis propositum ha-
bitu & sacro velo firmare, decreuerunt præstandum
esse dotem solitam dari in illo Monasterio cum so-
litis etiam acconciis, & regaliis, moderatè tamen
arbitrio Rotæ, necnon scuta tria quolibet mense ad
vitam Margaritæ.
Quoniam licet vbi agitur de præstanda † dote 19
naturali filiæ ad mensuram alimentorum regulari

ſoleat, vt conſuluerunt, Bald.*conſ.*457. *num.* 1. *ad fin.*
lib. 5. Abb.*conſ.* 115. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Capic. *deciſ.* 181.
num. 1. Peregr. *de iure fiſci lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 78. Beni-
tend. *deciſ.* 22. *num.* 8. Rota *deciſ.* 249. *num.* 1. *part.* 2. *re-*
30 *cent.* vel etiam vltra † alimentorum modum ſi digni-
tas natalium, mulieris conditio, & mos patriæ id
expoſcant, ſecundùm Decium *conſil.* 211. qui trium
millium, & quingentorum aureorum dotem pro
31 ſporia congruam eſſe reſpondit, quæ † quantitas,
attento illo tempore, notabilis erat, Aret. *conſil.* 17.
num. 10. & ita ſentit Card. Paleott. *de noth. & ſpur.*
cap. 50. *num.* 20. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quaſt.* 10. *num.* 19.
& 20. Peregrin. *de iure fiſci, lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 78. *verſ.*
Vel quatenus. Alimenta autem etiam præſtantur
32 † miſerationis cauſa, ex æquitate canonica, non
iuxta neceſſitatem victus tantùm, ſed ſecundum
ſtatus dignitatem, & decentiam ſunt decernenda,
vt cenſuit gloſ. *in l. nepos Proculo, ff. de verb. ſignificat.*
Molin. *de primog. Hiſpan. lib.* 2. *cap.* 15. *num* 53. Pere-
grin. *de iure fiſci tit.* 18. *num.* 21. *verſ. contra tamen,* The-
ſaur. *deciſ.* 211. *num.* 22. Gratian. *diſceptat.* 112. *num.* 6.
& cap. 362. *num.* 35. *&* 613. *num.* 14. *&* 15. Sanchez
reſponſ. moral. lib. 4. *cap.* 3. *dub.* 24. *num.* 2. & fuit di-
ctum *in Romana reſciſſionis contract.* 22. *Aprilis* 1613.
coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.

Tamen cum ferè id totum ab æqui Iudicis pen-
33 deat arbitrio, qui † neque rigidam, & ſolam natu-
ræ indigentiam ſuper qua ex diuerſis facti circum-
ſtantiis inſtetit Rota apud Card. Caualer. *deciſ.* 245.
& 298. *repetitis inter recent. deciſ.* 581. *part.* 1. *& de-*
ciſ. 249. *part.* 2. nec etiam lautos, & nimis ſplendi-
34 dos † ſæculi mores reſpicere debet, vt monuerunt,
Couarr. *de ſponſal. cap.* 8. *part.* 2. §. 6. *num* 8. Peregrin.
de iure fiſci lib. 3. *tit.* 8. *num.* 32. *in fin.* Beniotend. *de-*
ciſ. 43. *num.* 2. Molin *de primog. Hiſpan. lib.* 2. *cap.* 15.
num. 55. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 112. *num.* 13. *&* 14.
& cap. 613. *num.* 1. *&* 2. Rot. *in deciſ.* 395. *num.* 2. *part.* 2.
recent. & in d. Bononien. alimentorum coram Penia, & in
Romana taxationis dotis 28. *May* 1631. *coram R.P.D.*
meo Dunozetto. Rationabilis viſa fuit Dominis taxa-
35 tio iuxta ſolitum, quia † mos, & conſuetudo in
hac materia potiſſimum penſari debet ex ſupra de-
ductis; & latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 552. *num.* 8.
& ſignanter in conſtituenda dote pro Moniali-
bus nubentibus Sponſo cæleſti ſeruandam eſſe mo-
36 deratam Monaſterij conſuetudinem, † & in mino-
ri quantitate, quam vbi mulieres nubunt terreſtri
Sponſo, obſeruarunt Aña. *ſingul.* 11. Rimin. iun.
conſil. 85. *num.* 22. *& conſil.* 466. *num.* 2. Vrſill. ad Af-
flict. *deciſ.* 136. *num.* 3. Franch. *deciſ.* 44. *num.* 2. Giurb.
ad conſuetud. Meſſan. cap. 3. *gloſ.* 3. *num.* 23. Franciſcus
Antonius Coſta *conſil.* 23. *num.* 31. Rota *deciſ.* 249.
num. 5. *part.* 4. *recent.*

Ex eadem prorſus ratione deſumptum fuit præ-
ſtandum eſſe ſolitum acconcium, & regalia neceſ-
37 ſaria pro † ingreſſu in Monaſterium, quæ dotis ap-
pendices reputantur, Theſaur. *deciſ.* 195. *num.* 5. Gra-
tian. *diſcept. forenſ. cap.* 498. *num.* 5. Rota *deciſ.* 556.
num. 3. *part.* 1. *diuerſ. & coram ſan. mem. Gregor. XV. de-*
ciſ. 80. *num.* 7. vbi Addent. *num.* 11. cum modificatio-
ne tamen, & adhibita differentia, quæ de iure con-
38 ſtituitur circa ſolemnitates nuptiarum, pompas, † &
apparatus inter filias illegitimè natas, atque ipſas fi-
lias legitimas, iuxta deducta per Lup. *de illegiti-*
mis comment. 2. §. 1. *num.* 46. Menoch. *conſil.* 1162.
num. 10.

Et demum iiſdem rationum, & æquitatis nixi
motiuis domini arbitrati ſunt præſtanda eſſe ſcuta
tria quolibet menſe ad vitam Margaritæ, quia cum
abrogatio legis ciuilis ſumptæ ex l. 12. tabu. rigore,
† quo filiis illegitimis contra naturalem omnium 39
animantium inſtinctum alimenta denegabantur; ſic
enim caſtitatem iſtud ius † antiquum coluit, vt pie- 30
tatem omnem abiecerit, teſte Bald. *conſil.* 416. *num.* 10.
lib. 5. Hodie lege Pontificia *in cap. cum haberet. ex-*
tra de eo, qui duxit in vxorem, iuris diuini, ac natu-
ralis veſtigiis inſiſtente clementiſſime quibuſcum-
que natis proſpectum † fuerit neceſſaria vitæ ſub- 31
ſidia ſuppeditentur, vtique Moniali præſtatio hu-
iuſmodi ſingulis menſibus omnino neceſſaria vide-
tur pro veſtitu, & aliis comparandis, quibus tuen-
di, curandique corporis noſtri gratia vtimur, & qui-
bus pauperes Moniales deſtituuntur, nec ex præ-
ſtationibus communibus Monaſterij ſuppetunt, &
hic redditus tanquam pars dotis, & alimentorum
pro Monialibus computari ſolet, & quidem † om- 32
nia, quæ ad vitam conſeruandam neceſſaria ſunt
comprehendi nomine alimentorum non eſt dubij
iuris, vt *in l. legatis, ff. de aliment. & cib. leg. l. ver-*
bo victus, ff. de verb. ſignif. & in his terminis elegan-
ter diſſerit Cardin. Paleott. *de noth. & ſpur. cap.* 47.
num. 7.

Nec releuat, quòd cum in † Vrbe ſit ſeruandum 33
ius ciuile ex ſtatuto *cap.* 42. *lib.* 1. ideo deneganda
ſint alimenta, & dos Margaritæ, iuxta *diſpoſit. Au-*
thent. ex complexu, C. de inceſtis nupt. quoniam Cano-
nica æquitas, & Sanctio Celeſtini III. *in cap. cùm*
haberet. qua durities iuris ciuilis emollitur, pietaſ-
que à natura inſita † erga liberos imbuitur, ſeruan- 34
da eſt etiam, vbi tantum vigent leges ciuiles, &
etiam in terris, & in iuriſdictione Imperij, vt ple-
ne comprobat Card. Paleott. *de noth. & ſpur. cap.* 47.
per totum. Roland. *conſil.* 85. *num.* 7. *lib.* 3. *& conſil.* 74.
num. 35. *lib.* 1. Menoch. *præſumpt.* 189. *num.* 25. *lib.* 4.
Capic. *deciſ.* 54. *num.* 1. Gratian. *diſceptat. forenſ.*
cap. 60. *num.* 31. *& cap.* 154. *num.* 16. Mareſcott.
variar. reſolut. lib. 2. *cap.* 83. *num.* 33. & fuit dictum
in Romana liquidationis dotis 15. *Decembris* 1600.
coram Litta, & in alia Romana dotis 5. *Aprilis* 1604.
coram eodem, & in Romana alimentorum 3. *Iunij*
1613. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo,* &
diſpoſitio dicti ſtatuti *cap.* 42. *lib.* 1. non habet lo-
cum, quando ius ciuile expreſsè reperitur † corre- 35
ctum per ius canonicum, vt in caſu iſto; tunc enim
ius canonicum, non autem ciuile quod ſublatum
fuit, etiam inter Vrbis incolas ſeruandum eſt,
prout diſtinguendo in terminis dicti ſtatuti decla-
rauit Rota *in Peruſina bonorum* 20. *Aprilis* 1598. *co-*
ram Penia.

Minus obſtat Conſtitutio ſanct. mem. Pij V. con-
tra filios illegitimos. Quoniam per eam non fuit
ſublata conſtitutio canonica dicti capituli cum † ha- 36
beret, pietatis, æquitatis, & rationis plena, tribuens
filiis, quod ſanguinis, quod charitatis, quod na-
turæ ius poſtulat, hoc eſt alimenta, & vt docue-
runt Burſatt. *conſil.* 255. *num.* 13. *lib.* 3. Nauarr. *de ſpol.*
Cleric. §. 19. *num.* 10. *&* 11. Azor. *inſtitut. moral.*
part. 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *in* 7. *quaſ.* Mareſcott. *variar. re-*
ſolut. lib. 2. *cap.* 83. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 386.
num. 18. doctè Surd. *conſil.* 509. *per tot.* & cenſuit Ro-
ta *in Bononien. alimentorum* 18. *Marty* 1594. *coram*
Penia, quæ eſt etiam impreſſa poſt Gio uagn. *con-*
ſil. 37. *lib.* 2. vbi quod tam ex bonis patrimoniali-
bus, † quàm ex redditibus Eccleſiaſticis Clerico- 37
rum, aut Laicorum debentur dotes filiæ ſpuriæ,
non obſtante dicta Conſtitutione ſanct. mem. Pij V.
quæ non derogauit diſpoſitioni *cap. cum haberet.*
Neque Margarita hodie agit de ſuccedendo parenti
in

in redditibus Ecclesiasticis, seu bonis ab Ecclesia re-
38 ceptis, † quæ tanquam peculium Christi, & profe-
cta ab Ecclesia, quæ est speculum pudicitiæ, auferen-
da esse ab illegitimis, quos habere successores scan-
dalum, & noxium videtur ordini Clericali, sanxit
Pius Pontifex, sed de consequenda dote à laico
39 † ex bonis mere laicalibus & nullam habentibus
mixturam cum Ecclesiasticis, & in quibus propterea
non procedit Bulla sanctæ memoriæ Pij V. vt respon-
dit Rota *in decis. 214. part. 2. diuers. & in d. Bononien.*
alimentorum coram Pma. Cessatque etiam in casu
præsenti suspicio incontinentiæ, ex qua illegitimi
40 † solent esse odio legibus vti excitantes memoriam
impudicæ originis, & creduntur imitatores pater-
næ impuritatis, *ex cap. si gens Angelorum 56. distinct.*
cap. mulier. 15. quæst. 1. cap. litteras. cap. cum decorem, de
41 *filijs Presbyt.* Margarita enim † vult in ministerio
templi remanere, castasque cum Agno cælesti inire
nuptias, adeo vt omnem à parente haustam impuri-
tatis notam penitus abstesserit, & quidem per in-
42 gressum Monasterij, † & professionem in Religio-
ne, macula omnis illegitimitatis aboletur, *Auth. de*
Monach. in princ. Marsil. *sign. 278. num. 9.* Card. Paleott.
de noth. & spur. cap. 45. num. 5. Anch. *qq. famil. lib. 5.*
cap. 36. num. 13. & 14.

In quam sententiam, quod D. Marcus Antonius
teneatur præstare dotem prædictam, eo etiam faci-
45 lius domini transiuerunt, † quia D. Marcus Anto-
nius satis opibus affluit, & nullam habet legitimam
sobolem, ita vt præstatio dotis facienda Margaritæ
iuxta solitum illius Monasterij, nullum possit af-
ferre detrimentum filiis legitimis, quorum fauo-
rem multum ponderant iura, & Doctores, vt *in l. 2.*
C. de nat. lib. & animaduertit Rot. *in decis. 249. num. 5.*
part. 1. recent.

Et ita vtraque parte informante resolotum fuit.

a Idest sub die 11. Decembris 1634. coram eodem R. P. D.
Merlino. Est decisio 314 part. 6.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana, seu Farfen. Hæreditatis.

Die Lunæ 30. Aprilis 1635.

ARGVMENTVM.

Alimenta, & sumptus litis, vt collitiganti debeantur, quid sit probandum. Confessio tutoris, curatoris, &c. quando probet contra minorem.

SVMMARIVM.

1. *Tutoris confessio facta in publico instrumento, cum interuentu alicuius consanguinei minoris, Decreto Iudicis, ac aliàs solemniter facta, & pluribus alijs concurrentibus adminiculis contra pupillum probat.*
2. *Confessio Curatoris, patris, Prælati, & similium concurrentibus adminiculis probat.*
3. *Coniunctio sanguinis facit cessare omnem fraudis suspicionem.*
4. *Collitiganti, ad hoc, vt subministrentur alimenta, & sumptus litis, vltra paupertatem, requiritur saltem præsumptio boni iuris, & quidem non leuis.*
5. *Scriptura in qua non adhibentur testes, sufficit recognoscatur per testes habentes notam manum, & hoc de stylo Rotæ.*

Decisiones Rotæ.

6. *Confessio geminata etiam extraiudicialis contra confitentem probat.*
7. *Testes singulares si sint adminiculati admittuntur.*
10. *in Contractibus attenditur magis veritas, quam quod simulatè concipitur.*
11. *Tutor bene potest adhibitis solemnitatibus transigere.*

DECISIO CIX.

IVxta rescriptum Signaturæ ad instãtiam filiorum,
& hæredum Leonij mihi directum cum clausula,
subministratis alimentis, & sumptibus litis consti-
to de paupertate, & bono iure, super prætenso cre-
dito contra Franciscum Butellum occasione nego-
tiationis carbonis, proposui dubium. An constet
de huiusmodi bono iure, & paupertate, quod Do-
mini supradicta die, quoad bonum Ius negatiuè re-
soluerunt, quia in transactione post mortem Leo-
nij inita inter Butellum, & vxorem dicti Leonij vti
matrem, & tutricem dd. filiorum legitur facta ge-
neralis quietantia, de omnibus hinc inde datis, &
receptis cum explicata confessione eiusdem tutri-
cis, se pluries à prædicto eius viro audiuisse, quòd
ipse per Butellum deputatus fuerat in Ministrum di-
ctæ negotiationis carbonis, licèt forsan in publicis
Instrumentis de contrario appareret; quæ confessio
† tutricis med. in publico Instrumento cum inter- 1
uentu patrui dd. filiorum, Decreto Iudicis ac aliàs
solemniter facta, & pluribus aliis adminiculis suf-
fulta contra pupillos probat Rot. *decis. 111. num. 9.*
post tract. Zacch. *de oblig. Camer. & coram Greg. XV.*
decis. 506. num. 2. & quod confessio † curatoris Pa- 2
tris, Prælati, & similium concurren. adminiculis
probet glos. *in cap. dudum il 2. in verb. de veritate ad*
med. de elect. Bald. *in Auth. hoc ius porrectum num. 8. C.*
de sacros. Eccles. Grat. *discept. 716. num. 25.* Seraph. *de-*
cis. 442. num. 2. Greg. *d. decis. 506. num 3. 4. & seqq.* Rot.
decis. 452. num. 1. part. 4. recent.

Maximè, quia vbi interuenit † aliquis sang. con- 3
iunctos, omnis fraudis suspicio abesse præsumitur.
l. non solum, in princip. ff. de rit. nupt. Iason *in l. 1. in*
fin. C. de transact. Menoch. *lib. 5. præsumpt. 40. num. 17.*
Rot. *dict. decis. 452. num. 4. part. 4. recent.* Et quia ad
istum effectum vltra † paupertatem requiritur sal- 4
tem præsumptio boni iuris, quæ leuis esse non de-
bet, Couarru. *pract. cap. 6. num. 5. vers. idem ipse,* Ga-
briel. *cons. 25. sub num. 9. lib. 1.* Rot. *coram Gregor. XV.*
decis. 524. num. 5. & decis. 189. num. 7. vers. præsumptio
boni iuris.

Inter alia autem adminicula in casu isto pro Bo-
tello deducta primo loco per DD. fuit ponderata te-
xera panis per Leonium facta, in qua manu propria
se scripsit Agentem Botelli in dicta negociatione,
quæ texera sufficit quod fuerit recognita etiam quo-
ad manum Leonij per testes, qui dicunt se vidisse
pluties scribere d. Leonium, & † habere notam ma- 5
num ipsius, quod in huiusmodi scripturis, in qui-
bus non solent adhiberi testes de stylo Rotæ suffi-
cit, iuxt. *decis. Put. 18. de fid. instrum.* & Card. Caua-
ler. *555. num. 3.*

Secundò ponderati fuerunt alij testes deponen.
de confessione Leonij pluries facta quòd ipse erat
nudus Minister Butelli, & quod negociatio fiebat
ex pecunia eiusdem Botelli, quæ confessio † ge- 6
minata etiam extraiudicialis contra confitentem
probat Bart. *in l. cum scimus. num. 7. C. de agricol. &*
consil. lib. 1. Castr. *consil. 151. num. 1. lib. 1.* Rot. *in cau-*
sa Meliten. Abbas 27. *Aprilis 1592. coram Gypsio,*
quæ est decis. 89. sub num. 5. versic. hinc est post consil.

Farin. *lib.* 1. Et licèt dicti testes videantur singulares,
7 † cum tamen sint adminiculati à prædicta tessera,
ac aliis in facto deductis, admittuntur. Corn. *con-
sil.* 307. *num.* 13. *vers. & licet*, *lib.* 3. Aymon *de antiq.
temp. part.* 4. § *sed enim*, *num.* 16. Rot. *decis.* 113. *num.* 2.
post med. vers. deinde, *part.* 3. *recent.*

Tertiò concurrunt alij testes deponen. de pau-
8 pertate Leonij per quam supradictæ † confessiones
quòd idem Leonius esset nudus Minister, magis ve-
risimiles redduntur, vt per Abb. *consil.* 113. *num.* 5.
part. 2. Paris. *consil.* 54. *num.* 78. *lib.* 1.

Non obstat, quòd sylua pro lignis necessariis in
dicta negotiatione carbonis appareat empta ex pu-
blico instrumento nomine Leonij cum fideiussione
9 eiusdem Butelli, quia placuit responsio, quòd † stan.
sumptis id censeatur factum per Butellum honesta-
tis gratia, ne aliàs dicta negotiatio cantaret sub eius
nominatione, iuxta *l. optimam*, *C. de contrah. stipulat.*
& trad. per Bald. *consil.* 298. *num.* 6. *vers. nam persona*,
& consil. 249. *num.* 2. *vers. interdum*, *lib.* 1. Itaut Leo-
nius in dicta emptione syluæ dicatur habere nudum
nomen, illa autem verè dicatur facta pro Butello,
10 in his enim † magis veritas attenditur quam quod
simulatè concipitur, *l. multum interest*, & *ibi* Castr.
num. 3. *C. si quis alteri vel sibi*. Franch. Match. *decis.* 46.
num. 4. *part.* 1. Rot. *decis.* 806. *in fin. vers. si quidem*,
cum seq. part. 1. *diuers. & decis.* 164. *num.* 2. post tract.
Cenc. *de cens.*

Minus obstat, quòd supradicta transactio fuerit
facta per tutricem, quia fuit responsum, quòd cum
in ea supradictis filiis fuerit remissa summa consi-
derabilis, in qua dictus Leonius, vel certum erat,
quòd remanebat debitor, vel saltem erat dubium
11 an remaneret debitor, vel creditor, benè † potuit
tutrix adhibitis præcipuè supradictis solemnitati-
bus transigere, vt per Abb. *consil.* 39. *num.* 1. *lib.* 1.
Natt. *consil.* 45. *num* 6. Roland. *consil.* 76. *num.* 4. *&
seq. lib.* 1. Rot. *decis.* 545. *sub num.* 4. *in fin. part.* 1. *recent.*

Et ita decisum vtraque parte.

In eadem causa adest altera decisio sub die 28. Ia-
nuarij 1636. part 7.

R. P. D. MOTMANNO.

Imolen. Successionis.

Die Lunæ 7. Maij 1635.

ARGVMENTVM.

Statutum si disponat, quòd si quis decedat ab intestato sine liberis, relicta matre, vel aliquo ascendenti, seu descendenti aut transuersali ex linea materna, illi sic defuncto, succedant coniuncti ex linea paterna, matre, aliisque coniunctis ex linea materna exclusis, modo quæritur an hoc statutum comprehendat, sororem defuncto coniunctam, aliter, quam ex linea materna.

SVMMARIVM.

1. *Soror defuncti minimè concurrit cum matre ad hæreditatem fratris, in terminis statuti præferentis agnatos.*
2. *Dispositio limitata ad certas personas, ad alias extendi non debet.*
3. *à Statuto casus omissus remanet in dispositione iuris communis, & num.* 11.
4. *Soror defuncti de iure communi excludit patruum.*
5. *Statuti verba excludentia lineam maternam à successione, ostendunt eam fuisse mentem statuentium, vt excludatur genus maternum, non verò agnatos, & consanguineos, qui de iure alioquin sunt vocati, num.* 13.
6. *Statuti verba, in eo, quo deficiunt, est iuri consentaneum, vt pariter cesset dispositio d. statuti.*
7. *Remotior, si excluderet proximiorem, absurdum esset.*
8. *Soror defuncti remouendo obstaculum successionis patrui, aperit matri viam ad successionem filij, & num.* 12.
9. *Soror fratri defuncto, si sit consanguinea hoc est ex parte patris tantum coniuncta, cum matre ad successionem eius filij concurrere non potest.*
10. *Regula, si vinco vincentem te, &c. procedit, vbi vtraque virtus venit ex eadem causa, vel eodem iure, secus verò, quando veniunt ex diuersa, num.* 15.
14. *Statuta exclusiua matris propter agnatos, eatenus locum habent, quatenus agnati succedant, itaut si excludantur ab alio, vel aliàs non succedant, tunc cessat dispositio statutaria.*
17. *Mater, ne à luctuosa filij hæreditate excludatur intuitu pietatis, ei deferenda est successio filiorum, in casu à statuto non expresso.*
18. *Statutum, si dicat defuncto succedant. Masculi ex linea paterna intra quartum gradum coniuncti, videtur excludere sororem consanguineam, vide num.* 20.
19. *ex Masculorum vocatione insurgit virtualis exclusio fœminarum.*

DECISIO CX.

STatuto Imolen. sub rubr. 48. lib. 2. circa succes-
sionem coniunctorum ita disponitur, quòd si
quis vel si qua sine liberis ab intestato decedat reli-
cta matre vel aliquo ascendente, seu descendente
aut transuersali ex linea materna, illi sic defuncto,
seu defunctæ succedant coniuncti ex linea paterna,
matre, aliisque coniunctis ex linea materna exclu-
sis. Quam dispositionem statuentes postmodum de-
clararunt his verbis quòd mater, & alij ex linea ma-
terna non succedant filio, vel filiis masculis descen-
dentibus sine liberis, sed coniuncti masculi ex linea
paterna vsque ad quartum gradum defuncti, seu de-
functæ succedant, matre, ac aliis coniunctis supra-
dictis ex linea materna exclusis.

Cuius statuti lectura in parte exclusiua matris,
& coniunctorum ex linea materna videbatur con-
tinere exclusionem matris ac lineæ maternæ pro-
pter masculos ex linea paterna, & propter vocatio-
nem masculorum in parte inclusiua continere fauo-
rem agnationis, ideoque fœminis ex eadem linea
paterna coniunctis auferre successionem, & hac ra-
tione 4. Iunij 1631. coram me fuit dictum hæredi-
tatem filij sine liberis, & ab intestato præmortui
spectare non ad matrem, sed ad patruum ex linea
paterna illi coniunctum acquiescente sorore defun-
cti, quæ † cum sit consanguinea, minimè concur- 1
rit cum matre ad hæreditatem fratris, & allegata
fuit doctrina Bartol. *in l.* 2. §. *videndum*, *num.* 2. *ff. ad
S C. Tertull.* in terminis similis statuti præferentis
agnatos.

Nihilominus Domini iterum proposita pluries
causa super eisdem à dicta resolutione censuerunt
esse recedendum. Quia verba prædicti statuti quæ
excludunt

excludunt matrem, aliosque ex linea materna coniunctos non comprehendunt sororem defuncto cõiunctam aliter quam ex linea materna, extra quam
2 dispositio exclusiua statuti cum ad † huiusmodi lineam sit limitata, ad alias personas extendi non debet, Bald. *in l. illam num. 3. C. de collat. & in l. quicumque num. 12. C. de seru. fugit.* Brun. *in tractat. quod extant. mascul. art* 6. *quæst.* 8. *vers. 2. quæro.* Gabriel. *de statut. conclus. 7. num.* 35. sed tanqoam casus à statu-
3 to † omissus remanet in dispositione iuris communis. *l. commodissime ff de liber. & posthum.* quo iure ar-
4 tento † soror defuncti excludit patruum *§. si igitur il 2. Authent. de hered. ab intest.* vnde sumpta est *Authent. post fratres C. de legitim. hared* ita in terminis similis statuti consuluisse Collegium Perusinum *inter consil. Angel.* 210. ex Anchar. referunt Corn. *consil.* 191. *num.* 10. *volum.* 4. Dec. *consil.* 71. *num.* 2. Surd. *consil.* 416. *num.* 19. *cum sequent.* Honded. *consil.* 2. *num.* 31. *volum.* 2. Bertazol. *cons. ciuil* 95. *num.* 18. Gabriel. *de success. ab intest. conclus.* 4. *num.* 10. Verba enim limitatiuè prolata ad lineam maternam osten-
5 dunt eam fuisse † mentem statuentium vt excluderent genus maternum, non vero agnatos, & consanguineos qui de iure alioqui sunt vocati, vt inquit Paris. *consil.* 47. *num.* 71. *cum sequent. volum.* 3. &
6 in eo quo verba huiusmodi deficiunt † est iuri consequaneum vt pariter cesset dispositio statuti *l. si cum seruum § non dixit ff. de acquir. hared.* Bald. *consil.* 295. *per tot. volum.* 2. vbi prætetea ratione absurditatis quæ sequeretur eo quod soror etiam carnalis, vel
7 filia fratris ab agnatis magis remotis excluderetur reiicit supra relatam opinionem Bart. *in l. 2. §. videndum num. 2. ff. ad S. C. Tertull.* & cum Bald. sentiunt Barbar. *consil.* 16. *volum.* 1. Aret. *consil.* 27. Socin. sen. *consil.* 107. *volum.* 2. præter alios allegatos per Honded. *d. cons.* 2. *volum.* 2.

8 Dicta igitur soror remouendo † obstaculum successionis patrui aperuit matri viam ad successionem filij *l. 2. §. si sit agnatus ff. ad S. C. Tertull.* Bart. *in l. 1. §. qui habebat ff. de bonor. poss. contr. tab.* Alexand. *in d. cons.* 210. *num.* 2. *cum seqq.* & hanc opinionem non modo communem dicunt Brun. *in d. tract. quod stant. mascul. art.* 6. *quæst.* 3. *num.* 78. Ruin. *cons.* 169. *num.* 15. *volum.* 3. Paris. *qui plures allegat d. consil.* 47. *num.* 74. *etiam vol.* 3. Alb. *cons.* 761. *num.* 36. Gabriel. *de statut. conclus.* 7. *num.* 35. Giouagn. *cons.* 1. *num.* 35. *volum.* 1. sed etiam probauit Rota *in Fauentin. successionis coram bo. me. Card. Pamphilio, & est decisio* 19. *inter impress. part.* 1. *recent.*

9 Non obstat quod in præsenti casu soror † defuncti sit illi consanguinea, hoc est ex parte patris tantum coniuncta quæ cum matre ad successionem eius filij iuxta priorem huius causæ decisionem concurrere non potest; vnde si patruus excludit matrem, & mater excludit sororem defuncti consanguineam, multo magis patruus debet excludere ipsam soro-
10 rem, iuxta regulam, † si vinco vincentem te, &c. quia ad effectum vt cesset dispositio statuti, & casus dicatur omissus, ac proinde remaneant sub dis-
11 positione † iuris communis sufficit sola existentia personæ non exclusæ ab ipso statuto, quæ non obstante quod ex alio impedimento proueniente à iu-
12 re communi, minimè sit successura, † attamen viam aperit alij succedenti iuxta dictum textum *in l. 2. §. sit agnatus ff. ad S.C. Tertull.* Aretin. *d. consil.* 27. *num.* 1. & 2. quod repetit *in consil.* 158. *num.* 3. & 4. *versic.* 2. *quia.* Paul de Castr. *consil.* 449. *etiam num.* 3. *volum.* 1. Socin. sen. *consil.* 28. *num.* 10. *versic. sed in casu nostro volum.* 4. Ruin. *d. consil.* 169. *num.* 15. *vol.* 3.

& Rota *d. decis.* 59. *part.* 1. *recent.* qui ponunt casum in persona excludente, quæ licet non sit apta ad succedendum, viam tamen aperit matri, ea solum ra-
tione quod persona à † statuto omissa non verò 13
gradus successibilis statutariam cessare faciat dispositionem, & casum successionis reduci ad dispositionem iuris communis, quæ ratio fuit præcipua *d. decis.* 59. & ea his firmata conclusio quod similia
statuta exclusiua matris † propter agnatos eatenus 14
locum habeant quatenus agnati succedant, itaut si quando excludantur ab alio, vel alias minimè succedant tunc statutaria cesset dispositio, vt per Dec. *in ead. dec alleg. cons.* 378. qui *sub num.* 3. pluribus auctoritatibus Doctorum etiam probat dictam opinionem esse communem.

Neque applicabilis in hoc casu est dicta regula
† si vinco vincentem te, &c. quoniam procedit vbi 15
vtraque victus venit ex eadem causa, vel eodem iure, sicuti quando auus maternus exclusus à matre concurrit cum patruo, secus verò quando veniunt ex diuersa veluti soror coniuncta non per matrem, sed per patrem, vt declarando dictam regulam respondit Socin. *d. consil.* 18. *num.* 29. *volum.* 4 & dixit Rota *dict. decis.* 59. *num.* 2. *in fin.* Cuius dicti ratio ex pluribus Doctorum responsis colligitur, quod nem-
pe † ius sororis excludentis patruum cum proue- 16
niat ex dispositione iuris communis sit potentius quàm in exclusione matris valeat esse ius patrui proueniens à statuto, & sic à iure speciali, vt ex Bart. *in d. l. 1. §. qui habebat num.* 4. *in fin. ff. de bon. poss. contr. tab.* Aretin. *d. consil.* 27. *ante num* 2. & *cons.* 158. *num.* 3.

Accedit fauor matris, cui ne à luctuosa † filij hæ- 17
reditate excludatur intuitu pietatis in dubio deferendam esse successionem in casu à statuto non expresso per text. *in fin. § fin autem C. ad S.C. Tertull.* respondit idem Aretin. *in d. cons.* 158. *num.* 4. *cum alijs in supradicta decisione* 59. *allegatis.*

Minus obstat quod prædictum statutum dum di-
cit, succedant masculi ex linea † paterna intra quar- 18
tum gradum coniuncti, videatur excludere ipsam sororem consanguineam, eo quod ex vocatione
masculorum insurgat † virtualis exclusio fœmina- 19
rum. Quia duæ sunt partes statuti, altera scilicet exclusiua matris, & coniunctorum ex linea materna, & altera agnatorum inclusiua, quæ sunt adeo sibi inuicem correspectiuæ, ac correlatiuæ, vt per exclusionem vnius includatur alius, & per vnius inclusionem alius excludatur. Vnde sequitur quod quemadmodum in prima parte exclusiua sunt solummodo mater, & coniuncti ex linea materna, ita pars inclusiua eatenus admittit masculos intra quartum gradum agnatos quatenus mater, vel coniuncti per lineam maternam extant, & concurrunt. Cum vero hic extet alia persona non quidem sexus masculini, sed coniuncta per lineam paternam, qualis est soror consanguinea à statuto minimè considerata, rectè dicitur quòd casus iste sit omissus, quodque fauor agnationis non sit absolutus, sed correspectiuus ad exclusionem coniunctorum ex linea
materna, itaut † inclusio masculorum ex linea pa- 20
terna intelligatur in præiudicium coniunctorum, ex linea materna, non autem aliorum qui à persona matris exclusa dependentiam non habent. Bald. *in d. l. illam, num.* 2. *vers. item non obstat* 2. *ratio C. de collat.* Socin. *consil.* 121. *num.* 86. *etiam volum.* 3. & Gabriel. *cons.* 15. *num.* 22. *vers. non obstat igitur volum.* 1. & ita declarandam esse doctrinam Bart. *in d. l. 2. §. videndum ff. ad S.C. Tertull.* subiungit Aretin. *in d. cons.* 158. *num.* 4.

num.4. verſ. non obſtat ratio, & proſequitur Cyriac. *controuerſ.forenſ.cap.186. num.22.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Bononien. Succeſſionis.

Die Veneris 11. Maij 1635.

ARGVMENTVM.

Vxor, ſi decedat ſuperſtitibus, viro, filiiſque, ſi d. vir ducat aliam vxorem, eaque ſine liberis moriatur, cum hoc caſu ceſſet periculum, quod bona in vtilitatem Nouercæ, ac eius filiorum cadant, an intret diſpoſitio l.fœminæ §.illud C.de ſecund. nupt.& §.hinc nos. Auth.de nupt.& concluſio eſt affirmatiua, cum potiſſima ratio dd. ll. ſit, iniuria illata coniugi præmortuæ, & ex ea filiis.

SVMMARIVM.

1. *Parentes tranſeuntes ad ſecunda vota, tenentur reſeruare quæſita ex filijs prædefunctis primi matrimonij, alijs filijs ſuperſtitibus natis è d.priori matrimonio, & num.3.*
2. *L.fœmina.§.illud C.de ſecund. nupt. & §. hinc nos. Auth. de nupt. procedunt etiam in patre ſecundò nubente ex identitate rationis.*
4. *Mater, vel pater ſi tranſeant ad ſecunda vota, & eorum coniux moriatur ſine filijs, an ceſſet diſpoſitio l.fœmina § illum. C.de ſecund.nupt.*
5. *Excluſionis cauſa ceſſante, ceſſat etiam ipſa excluſio.*
6. *Coniux ſuperſtes, ſi tranſeat ad ſecunda vota, infert iniuriam præmortuæ coniugi, & ex ea ſuperuiuentibus filijs.*
7. *Sarmient.ſelect.lib.1.cap.4.num.3. reijcitur.*
8. *Iniuria illata per maritum vxori prædefunctæ per tranſitum ad ſecunda vota non ceſſat ſoluto illo ſecundo matrimonio.*
9. *Iniuria illata ratio in parentibus tranſeuntibus ad ſecundas nuptias poſt acquiſitam filij prædefuncti hæreditatem modo limitat, quo in alijs factis bimbis, antequam filij hæreditas fuerit delata, & num 10.*
11. *Pater, eo ipſo, quod ſecundæ vxori ſe coniunxit, lex ipſa dominium rerum filij prædefuncti attribuit alijs filijs.*
12. *Filia excluſa propter maſculos, illis deficientibus, & ſic ceſſante cauſa excluſionis admittitur ad ſucceſſionem.*
13. *Emphyteuta, qui alienauit, non incurrit in pœnam caducitatis, ſi ante illius declarationem, & ius ſucceſſoribus in emphyteuſi acquiſitum, obtinuerit reſcindi venditionem.*
14. *Filia, quæ in corpus ſuum peccauit, poſtquam nupſerit, & cum marito honeſtè vixerit, ſic poſt abſterſam maculam, dos debetur.*
15. *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus, & obſtaculo ſublato, res reuertitur ad ſuum ſtatum, & quando iſta regula procedat, vide num.16.& quando non n.17.*
16. *propter Filiorum numerum, lex concedit priuilegium immunitatis.*
19. *Priuilegium conceſſum à lege propter numerum filiorum non ceſſat ſi aliqui dd. filiorum moriantur poſtea, ſed remanet priuilegium, ea ratione, quod ſufficiat, cauſam adfuiſſe, quo tempore priuilegium, fuit conceſſum.*
20. *Mater, poſt obitum viri, non habilitatur ad ſucceſſionem filij defuncti, cui adhuc impuberi tranſiens ad ſecundas nuptias, non petijt tutorem.*
21. *Mulier binuba, non recuperat legatum à primo viro ei relictum, quamdiu caſtè, ac honeſtè vixerit.*
22. *Creditor, qui faſſus eſt, ſe creditorem eſſe in certa ſumma, abſque aliqua conditione taxatiua, non videtur fateri ſibi plus non deberi.*
24. *Filia, ſi renunciet bonis paternis, & maternis, in ea renunciatione comprehendi non poteſt portio bonorum ipſi filiæ acquiſita, non tanquam hæredi, ſed vti, quid ſuum, vel ex alia cauſa ſibi debitum.*
25. *Renunciationes non debent extendi vltra caſum expreſſum.*
26. *Filiæ renunciatio bonorum paternorum, &c. non extenditur ad lucra, quæ in pœnam ſecundarum nuptiarum ei debentur.*

DECISIO CXL.

NObilis quondam mulier Peregrina Capella deceſſit ſuperſtitibus Comite Vlixe Bentiuolo eius viro, ac Comite Franciſco Aleaandro Georgio, & Blanca, ac Maria filiis, illique iuxta diſpoſitionem ſtaturi ſucceſſerunt maſculi eacluſis fœminis. Deinde Comes Vliacs aliam duait vxorem eaque ſine liberis defuncta obiit Georgius ſoperſtitibus dicto Comite Vliae eius patre, ac duobus fratribus duabuſque ſororibus ſupra nominatis. Poſtmodum Comes Ferdinandus Barbaria Blanchæ filius, & hæres obtinuit diſputari dubium an prædictus Comes Alexander Comitis Vlixis hæres vniuerſalis quartam partem quintæ portionis hæreditatis Georgij dicto Comiri Vlixi obuentæ teneatur reſtituere. Ratio dubitandi fuit quòd teatus *in l.fœmina, §. illud. C.de ſecund. nupt.& in §. hinc nos poſt med. verſ.ſed quanta, Auth. denupt.* ea conditione parentibus ſiue ante, † ſiue poſt obitum filij ad ſecundas 1
nuptias in filij prædefuncti bonis concedunt ſucceſſionem ab inteſtato vt proprietatem aliis defuncti fratribus ex priore matrimonio genitis ſeruare teneantur, quarum legum † diſpoſitionem æque ac in 2
matrem procedere in patre ſecundo nubente ex identitate rationis notatur per *gloſ.fin.in eod. §.illud,& per Authent. neque vir.quod ex dot. eſt, neque mulier. Collat.8.* ne bona illis quæ † ea prædefuncto coniuge 3
fuerunt quæſita peruenire poſſint ad filios ſecundi matrimonij, ſicuti conſiderat Sarmient. *ſelect. lib. 1. cap.4.num.3.verſ.non obſtat*, quæ tamen prouiſio non videtur habere locum quando vt in præſenti caſu poſt obitum ſecundæ vxoris, nullis ex ea ſuperſtitibus filiis delata fuit patri ſucceſſio filij defuncti, quo
† tempore eum ceſſet periculum quod bona in vti- 4
litatem vitriei vel Nouercæ, ac eios filiorum cedant, ceſſare quoque debet legis prouiſio; vnde ſequitur quod ſoluto ſecundo matrimonio Comitis Vlixis ex eo eatantibus liberis, & ſic remoto obſtaculo prædicta ſucceſſio in bonia Georgij vt ſupra defuncti ſpectauerit ad ipſum Comitem Vliaem eius patrem etiam quoad proprietatem quam tranſmittere potuerit ad Comitem Alexandrum alterum filium,
& hæredem, eo quod in materia ſucceſſionis † ceſ- 5
ſante cauſa excluſionis ceſſet etiam excluſio, *l. pater filium, & l.ſi inſtituta ff.de inoffic.teſtam.*

Verum his non obſtantibus hodie contrarium fuit deciſum, nempe Comitem Alexandrum teneri reſtituere

testituere quartam pattem pottionis, vt supta ob-
6 uentæ patri, quia per † illius ttansitum ad secunda
vota irrogata fuit iniutia præmortuæ coniugi, & ex
ea supetuenientibus filiis, §. *si autem tutelam, vers. nos autem, Auth. de nupt. & §. prospeximus, Auth. de non eligen. secund. nupt.* quam supradictæ legalis pro-
7 uisionis potissimam esse rationem† contra Satmien-
tum probat Sanchez *de matrimon. lib.7. disput.89. sub*
8 *num.2.* eo quod † iniutia illata etiam soluto secun-
do mattimonio non cesset, cum tamen altera ratio
consetuationis bonotum soluto eodem secundo matrimonio minimè impediat quominus coniux superstes si ab vlterioribus nuptiis abstinuerit valeat bona pacta constantibus secundis nuptiis relinquere filiis ex primo matrimonio. Et sicuti dicta ratio
9 illatæ iniuriæ † in patentibus transeuntibus ad se-
cundas nuptias post acquisitam filij prædefuncti hæreditatem eodem modo militat quo in aliis factis binubis antequam filij hæreditas fuerit delata, dicto §. *hinc nos, vers. si autem intestatus, Authent. de nupt.* adeò vt hæreditatem ante secundas nuptias delatam ipsi amittant, post verò repetitum matrimo-
10 nium non acquirant, † eo quod vtroque modo filij
prioris matrimonij iniutia sunt affecti gloss. *penult. in l. mater, & ibi* Salic. & alij *C. ad S. C. Tertull.* Ita siue de tempure delatæ hæreditatis constet, siue tunc per obitum coniugis solutum fuerit secundum matrimonium, vtroque casu filiis prioris matrimonij prodest prouisio legis inducta ad eorum fauorem.
11 Statim enim ac pater † secundæ vxori se coniunxit
lex ipsa dominium rerum defuncti illis attribuit. *l. generaliter, §. dominium, C. de secund. nupt. & §. si verò expectet.* ibi, & proprietatis erunt domini secundum tempus mox quo mater coniuncta est alij viro *Auth. de nupt.* quæ verba Sanch. *in loco præallegato sub d. num.2.* pondetat.

Neque obstant similia in contrarium adducta,
12 veluti † quòd filia exclusa propter masculos, illis
deficientibus, & sic cessante causa exclusionis admittatut ad successionem; vel quod emphyteuta
13 qui alienauit non incidit † in pœnam caducitatis si
ante illius declatationem, & ius successoribus in emphyteusi acquisitum obtinuerit, rescindi alienationem, vel etiam quòd filiæ quæ in corpus suum peccauit postquam nupserit, & cum marito hone-
14 stè † vixerit, & sic post abstersam maculam dos de-
beatur. Quia supradicta procedunt iuxta iuris regulam quòd cessante causa cesset effectus, vel quòd
15 sublato † obstaculo res reuertatur ad suum statum,
quæ tamen conclusio recipit declarationem, vt sci-
16 licet locum habeat in his dispositionibus † in qui-
bus requiritur vt causa semper excludat, vel impediat, quo cessante priuatio vel exclusio efficitur temporalis, quemadmodum in similibus in quibus requiritur quòd causa dispositionis semper permaneat, vt scilicet deficiant masculi duret alienatio, & constet de perseuerantia in morum dissolutione, ad hoc vt in illis casibus durent effectus exclusionum. Se-
17 cus vero in aliis † quæ aliqoo tantum tempore li-
mitatio causam tequitunt, vt est iniuria filiis irrogata quo tempore parens viduus alij coniugi se coniunxit, cuius iniuriæ effectus est priuatio secundo nubentis coniugis in successione filij quo ad proprietatem quam sufficit eo tempore inductam fuisse
18 quo illata fuit iniutia, sicuti † de priuilegio immu-
nitatis à lege concesso propter numerum liberorum dissenit Rop. *in l. ex facto, num.13. vsque ad 17. ff. de vulgar.* vbi probat quòd si aliqui dictorum libero-
19 rum postea † moriantur, non idcirco cesset, sed per-
maneat priuilegium ea ratione quod sufficiat causam adfuisse quo tempore priuilegium fuit concessum, sed magis vrgent similia in his terminis adducta per Peregrin. *in consil.78. num.2. vol.2.* & Menoch. *in eadem causa consulentem consil.278.* quod scilicet
matet post † obitum secundi viri non habiliterut 20
ad successionem filij defuncti cui adhuc impuberi ttansiens ad secundas nuptias non petiit tutorem, respondit Ruin. *consil.86. num.4. volum.5.* & quòd
muliet binuba † non recuperet legatum à primo vi- 21
ro ei relictum quandiu castè ac honestè vixerit. his, atque aliis rariotibus latè probat idem Menoch. *in præallegat. consil.278. à num.8. vsque ad 10.*

Cum itaque in successione Georgij ab intestato delata duobus fratribus totidemque sororibus nulla ratio haberi debeat Comitis Vlixis eorum patris, sequitur quòd Comes illius filius teneatur Comiti Ferdinando filio Blanchæ sororis dicti Georgij, & eius nepori restituere quartam partem quintæ portionis, quæ ex huiusmodi successione eidem patri obuenit eo sub prætextu quòd illius esset capax perinde ac si secundum matrimonium minimè contraxisset, non obstante quòd in iudicio vnam ex quinque portionibus hactenus petierit, & obtinuerit, quia cum ad illam nulla apposita dictiooe taxa-
tiua † appareat limitatam fuisse eius petitionem sibi 22
ad reliquam de iure debitam adhuc petendam nequaquam præiudicauit §. *si minus,* vbi Ias. *num.2. Instit. de action.* Grammat. *decis.68. num.4. cum alijs allegatis coram Gregor. XV. decis.317. etiam num.4.*

Neque obstat quòd Blancha prædicta mater Comitis Barbariæ qui hodie petit post obitum Georgij, & sic post delatam ei successionem ad fauorem
eiusdem Comitis Vlixis patris † renunciauerit bo- 23
nis non modo paternis, sed etiam maternis, & consequenter beneficio *d. l. fœmina, C. de secund. nupt.* quia tenor renunciationis est, vt infra videlicet iurium ipsi Blanchæ competentium in bonis, vel hæreditate matris, ac patri, fratrum, & aliorum ascen-
dentium ex causa successiotis, seu legitimæ, † vel 24
etiam dotis. In quibus comprehendi non potest portio bonorum Georgij ipsi renuncianti acquisita non tanquam hæredi, sed vti quid suum vel ex alia causa sibi tanquam creditori debitum, per text. *in d. l. generaliter, §.1. iuncta Auth. sequen. C. de secund. nupt.*
dicta enim renunciatio concernit † causam succes- 25
sionis, vel dotis, nun autem lucrum proueniens à lege ex causa iniuriæ propter secundum matrimonium illatæ filiis. Ita in similibus terminis Oldrad. *consil.194.* respondit talem renunciationem relatam ad successionem propter diuersam originem causa-
rum non comprehendere quod alio fine, hoc † est 26
ad punitionem parentis transeuntis ad secunda vota, & vltionem illatæ iniuriæ à lege est inductum; quam sententiam probat Decian. *consil.230.* & inter suas obseruationes recenset Gail. *obseruat.98. num.10. lib.2.* Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana, seu Cesenaten. Hæreditatis.

Die Lunæ 4. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Personam aliquam, si quis vti talem approbauerit, nec ipse, nec habentes causam

ab eo possunt dicere, tu non es talis Melioramentorum exceptio, quando retardet, & quando non, immissionem.

SVMMARIVM.

1. *Remedium, Quorum bonorum, competit etiam cessionario hæredis.*
2. *Persona, quando semel fuit approbata, non potest amplius improbari.*
3. *Quod procedit, non solum, quoad approbantem, sed etiam quoad habentes causam ab eo.*
4. *Hæres non potest improbare ea, quæ non poterat ipse testator.*
5. *Hæres à placitis defuncti non potest recedere.*
6. *ad Causam, si quis sit admissus ex particulari rescripto, & cum clausula constito de interesse, si ea conditio non verificetur, non aperit iurisdictionem.*
7. *Tertius veniens ad causam, dum cognoscitur an habeat interesse, interim non potest impedire progressum, & expeditionem causæ, quoad alium petonem immissionem.*
9. *Actio ex empto non competit, nisi soluto pretio.*
10. *Venditio facta de re aliena, & in præiudicium veri Domini non tenet.*
11. *Venditio est dolosa, quæ fit de re aliena.*
13. *Melioramentorum exceptio solet impedire immissionem, eo quia possessori non datur actio, sed retentio ad eorumdem recuperationem.*
14. *Et hoc casu debet expectari liquidatio secundum praxim, quam Rota seruat.*
15. *Melioramentorum exceptio, vt impediat immissionem, duo copulatiuè requiruntur, nempe quòd fuerit impensum, & quòd res sit meliorata.*
16. *Meliorامentorum exceptio, non retardat immissionem, quando est illiquida, tunc enim succurritur possessori per cautionem de soluendis melioramentis, liquidatione facta.*
57. *Possidere quis potest vnam rem vigore hypothecæ, & alter eamdem rem potest possidere tanquam Dominus.*

DECISIO CXII.

IN reuisione decisionia in hac causa factæ sob die 31. Martij 1634. ª multi se opposuerunt ad impediendam immissionem per Dominos de Naldis petitam, nempe Agata Massotta hæres Perintij Cacciaguertæ hæredis ex testamento Com. Georgij Cacciaguertæ qui obiit anno 1622. contendens medietatem domus controuersæ ad se spectare iuxta resolutiones in causa factas 6. Nouembris 1619. 15. Ianuarij, & 14. Februarij 1620. Secundò duæ moniales, seu Monasterium S. Blasij de Cesena ex personis earumdem prætendentes se sorores vna Com. Georgij, & altera Comitissæ Vrsinæ Manfredæ, & neptes Canonici Michaelis Cacciaguertæ de cuius hæreditate quæritur, & in capita ab intestato de iure admittendæ; tertio Dominicus Gattus, qui emit domum controuersam à Com. Georgio de anno 1613. & factis pluribus meliotamentis postmodum illam vendidit Laurentio Vitali de anno 1614. pro quibus contenditur verum dominium domus controuersæ, sed in omnem casum posse eandem domum retinere pro meliotamentis in eadem factis, tam per Gattum, quam per ipsum Vitalem; quarto Lucia Conna vxor Com. Georgij creditrix suæ dotis scutorum 800. tanquam immissa ex remedio Saluiani, iudicis auctoritate, & decreto.

Fundamentum resolutionis 31. Martij 1634. pro immissione filiorum Capitanei Caroli Naldi fuit, quia Com. Georgius Cacciaguerra, ex fratre nepos Canonici Michaelis supradicti ex persona propria, & vti cessionarius Com. Perintij filij Iulij fratris dicti Com. Georgij, & Vrsinæ Manfredæ filiæ Fiordelisiæ sororis dicti Canonici Michaelis, & Capitaneus Carolus de Naldis nepos ex Vrsina sorore supradicti Canonici Michaelis ex persona propria, & vti cessionarius Antonij eius fratris, & Cæciliæ eius sororis, tanquam in capita de iure vocati ex quo non concurrebant cum patruis, inter se faciebant partes æquales in successione Michaelis, & per consequens æqualiter immittendi erunt in possessione bonorum, & hæreditatis Michaelis, atque ita pro medietate domus controuersæ superueniente postmodum transactione de anno 1620. 20. Augusti inter Com. Georgium & Capitaneum Carolum super iuribus, & hæreditate dicti Michaelis, in qua Capitaneo Carolo fuit dimissa, & cessa tota domus controuersa, & tornaturæ tres terræ in loco Rouersani; Com. verò Georgio residuum bonorum, & hæreditatis prædictæ, ritè & rectè Iacintus, Honofrius, & Panutius filij, & hæredes Capitanei Caroli egerunt ad immmissionem ex remedio † Quorum bonorum, 1
ne dum pro coæquali portiooe vigore successionis debita, sed etiam pro acquisita à Com. Georgio vigore cessionum in ipsa transactione contentarum. Bald. *consil.* 186. *Quæ allegationes, colum.* 3. *vers. & qualibet actio, lib.* 1. Menoch. *de adipiscend. remed.* 4. *num.* 249. cum aliis adductis in vltima decisione causæ quæ reuidetur.

Neque obstant quæ hodie petitæ immissioni opponuntur scilicet quòd fratres prædicti non docuerint Capitaneum Carolum eorum patrem descendisse ex Vrsina sorore Canonici Michaelis de cuius hæreditate agitur, & non legitimatis personis immissio dari non possit.

Quia obiectum cessat ex facto; nam sicuti Com. Georgius auctor aduersariorum agnouit Capitaneum Carolum vti filium Vrsinæ prædictæ, & nepotem Michaelis ex eadem sorore litigando, & transigendo cum eo, vt ex instrumento transactionis, quod datum fuit in actis, † nec amplius potest 2
illius personam improbare. Dec. *consil.* 665. *num.* 2. Neuizan. *consil.* 17. *num* 8. Gozad. *consil.* 3. *num.* 19. Imol. & Cyn. *in l. licet, C. de procur.* Surd. *decis.* 104. *num.* 10. *&* 108. *num.* 13. ita nec † habentes causam 3
ab eo possunt dicere Capitaneum Carolum non esse talem *l. ex qua persona, de reg. iur. l. cum à matre, C. de rei vendic.* Tiraquel. *de retract. consang.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 47. Surd. *consil.* 73. *num.* 3[illegible] Rot. *decis.* 172 *num.* 1. *coram Papa Gregor. XV.*

Similiter neque concursus Vrsinæ Manfredæ, & Antonij fratris Capitanei Caroli, quamuis augeat numerum personarum, quæ præsuppositæ fuerunt in decisione 14. Februarij 1620. quidquam obstare potest, quandoqoidem semper remaneat coæqualis successio inter Com. Georgium, & Capitaneum Carolum, vti respectiuè cessionarios, nempe Vrsinæ vnum, & alterum Antonij fratris.

De iuribus igitur particularium agendum est, ex quibus possit impediri immissio, & quòd Agatam Massottam hæredem Perintij hæredis Com. Georgij ex testamento de ea non est habenda ratio, quia venit ex testamento, & obitu eiusdem Com. Georgij qui contigit biennio post transactionem, nempe de anno 1622. & transactio stipulata fuit de mense Augusti 1620. † atque ita subsistente transactione 4
prout

prout fuit resolutum, hæres non potest improbare,
quæ non poterat ipse testator, *l. cum à matre, de rei*
vendic. Gabr *de reg. conclus.* 12. *num.* 6. Natt. *cons.* 214.
num. 1. Menoch. *consil.* 89. *num.* 37. Surd. *consil.* 73.
num. 24. *&* 143. *num.* 9 ad multa inferentes ex quibus
5 hæres conuincitur† à placitis defuncti non recedere.

Secundò principaliter non obstant iura duarum
monialium Monasterij S. Blasij de Cesena, & ceu
ipsius Monasterij, quia cum fuerint admissæ ad cau-
sam cum particulari rescripto, & cum clausula con-
6 stito de interesse, quæ † conditio, cum huc vsque
purificata non fuerit, rescriptum non aperit iurisdi-
ctionem quoad eas. gloss. *in clement.* 1. *in verb. repe-*
rierint, de offic. deleg. Cardin. *in clement.* 1. *num.* 18. *de*
concess. præb. Rota *decis.* 1. *num.* 3. *coram Papa Greg. XV.*
quinimo donec fuerit cognitum eas esse neptes Ca-
nonici Michaelis, vt in gradu coæquali, & successi-
bili, itaut pro eis deueniri possit ad sententiam, inte-
7 terim non possunt tanquam tertiæ † venientes ad
iudicium impedire progressum, & expeditionem
causæ quoad alios petentes immissionem. Couar.
pract. quæst. cap. 14. *num.* 4. Menoch *consil.* 488. *num.* 7.
Ludouic. *decis. Perus. num.* 9. *& seq.* Fachin. *lib.* 1. *con-*
trouers. iur. cap. 5. Fachin. *decis.* 261. *num.* 9. Surd. *de-*
cis. 60. *num.* 6. *&* 147. *num.* 6. & idem firmatum fuit
in decis 335. *num.* 1. *part.* 1. *recent.*

Maior difficultas videbatur Dominis respectu
personarum Dominici Gatti, & Laurentij Vitalis
venientes ad causam tanquam Domini ex quo eme-
runt domum controuersam à Com. Georgio de an-
no respectiuè 1613. & 1614. & pro Dominico pos-
sessore contendebatur saltem illi deberi retentio-
nem pro meliotamentis iam probatis.

Cæterum quoad dominium ex titulo emptionis,
& venditionis dixerunt Domini non obstare im-
missioni petitæ, quia vterque tam Dominicus, quàm
Laurentius excipiunt ex instrumento emptionis,
quod non adimpleuerunt in solutione pretij con-
uenti scutorum 1500. itaut semper deficiat actio,
8 † quæ ante implementum nata dici non potest, *l. Iu-*
lianus, §. offerri, de actio empt. Bec. *consil.* 46. *num.* 9. sed
præterea eadem venditio quoad medietatem domus
9 sustineri non potest † tanquam de re aliena, & in
præiudicium veri Domini, *l. si alienam*, vbi Bald. *C.*
de furt. lib. 1. *l.* 2. *C. de vsucap pro empt.* & cum ven-
10 ditor non sit Dominus † non potest dominium in
emptorem transferre. gloss. *in l. ex empto, in princip. in*
verb. euictionis, ff. de act. empt. Afflict. *decis.* 4. *num.* 3.
& pluribus conclusionem comprobat Surd. *cons.* 13.
11 *num.* 57. *&* 36. *num.* 10. *& decis.* 21. *num.* 4. dicens † do-
losam esse venditionem, & pro alia medietate simili
defectu potestatis vendi non potuit, cum subiaceret
obligationi reintegrandi hæreditatem dicti Michae-
lis ad fauorem cohæredum in pari gradu concur-
rentium ob alienationem ab eodem Com. Georgio
factam de locis 47. montium hæreditariis cum qui-
bus iam propriam portionem receperat.

Quo verò ad melioramenta in eadem domo per
dictos Dominicum, & Laurentium facta, quæ ex
testibus in causa formiter examinatis prætenduntur
12 probari; quamuis exceptio † melioramentorum so-
leat impedire immissionem eo quia possessori non
datur actio, sed retentio ad eorundem recuperatio-
nem, *l. si in area, in fin. de cond. indeb.* Negus. *de pign.* 4.
membr. 2. *partis princip. num.* 9. Capyc. *decis.* 17. *num.* 7.
Tiraq. *de retract. conuent.* §. 1. *gloss.* 7. *num.* 13. Peregr.
de fideicommiss. art. 50. *num.* 80. Thesaur. *quæst.* 672.
num. 10. Menoch. *de recup. remed.* 25. *num.* 570. & de-
13 bebat † expectari liquidatio secundum praxim quam
Rota seruat, vt *in Romana vineæ* 14. *Iuny* 1628 *coram*
D. meo Merlino, & in Perusina de Gratianis 28. *Iu-*
ny 1630. *coram D. meo Decano*, attamen quando me-
lioramenta reperiuntur probata tantummodo in ge-
nere vt in præsenti, sed de valore illorum non con-
stat ex testibus datis, neque probatum legitur, † quã- 14
tum melioratum, quamuis etiam probaretur quan-
tum impensum prout necessarium est ad eum effe-
ctum, per *l. in fundo, cum gloss. ff. de rei vendic.* Felin.
in cap. cum causa, num. 29. *vers. sumptus, de re indic.*
Negus. *de pignor.* 4. *membr. p.* 5. *partis princip. num.* 11.
dicens illa † duo copulatiuè requiri quòd sit impen- 15
sum, & quòd res sit meliorata; ac demum quando
est præfixus terminus ad probandum de quo sub
die 21. Martij 1620. fol. 354. in extractu, tunc ex-
ceptio melioramentorum, tanquam illiquida non
† retardat immissionem, sed succurritur possessori 16
per cautionem de soluendis meliotamentis liquida-
tione facta Capyc. *decis.* 17. *num.* 6. Menoch. *de recup.*
remed. 15. *num.* 569. Put. *de stylo attestans, decis.* 471.
lib. 2. quam sæpè Rota secuta est, vt *in decis.* 52. 54. 86.
543. *coram bon. mem. Card. Canalerio.*

Quartò, & vltimo iura Luciæ Cennæ immissio-
nem retardare non possunt, quia dictum fuit dan-
dam esse immissionem fratribus de Naldis sine præ-
iudicio dictæ Luciæ, quæ cum iam fuerit immissa
ex remedio Saluiani pro consecutione suæ dotis scu-
torum 800. & debebat sibi satisfieri de fructibus, &
ceu pensionibus domus non est incompatibile ex
diuersis respectibus † quòd illa possideat vigore hy- 17
pothecæ, & alter possideat tanquam Dominus, *l.* 3.
§. ex pluribus, ff. de acquirend. possess. Tiraq *de retract.*
lignag. §. 1. *gloss.* 7. *num.* 62. Surd. *consil.* 305. *num.* 56.
Et ita, &c.

a Vide hanc decisionem in additione prout in Indice po-
sito in fine part. 7.

R. P. D. MOTMANNO.

Vrbeuetana Census.

Die Lunæ 17. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

Moriens, si in suo testamento mandet, quòd omnia sua debita soluantur, de quibus debitis censeatur intellexisse.

SVMMARIVM.

1. *Testator, si in testamento mandauit, vt omnia eius debita soluantur, censetur etiam intellexisse de debitis, quæ obligationem ciuilem non habent, sed solùm naturalem, & in foro conscientiæ.*
2. *Et huius dicti ratio est, quia eum tunc fuisse præsumitur memorem salutis æternæ.*
3. *Testatoris præceptum de soluendis omnibus debitis, restringendum est ad ea debita, quæ sunt efficacia, & quæ nulla exceptione elidi possunt.*
4. *Doctores intelligendi sunt secundùm leges ab eis allegatas.*
5. *Debita sua, si quis inter viuos mandet solui, cessat ratio cogitationis de conscientia exoneranda.*
6. *Moriens censetur magis, quam viuens de animæ salute cogitare.*
7. *Et ideo si mandet solui debita, præsumitur velle, quod soluantur debita habentia naturalem obligationem,*

gationem, quæ salua conscientia omitti non possunt.

8. *Debitum bona fide præscriptum, salua conscientia retineri potest.*

9. *Forensis tenetur seruare statuta loci contractus.*

10 *Constitutio irritans contractus sine certa solemnitate celebratos, etiam in foro conscientiæ ratio salutis æternæ, & fauoris animæ suadet, quòd stante dubio, an irritet, quod d. contractus non censeatur irritare, vide num.11.*

12. *in Testamentis sola voluntas non est sufficiens, sed certæ solemnitates à iure ciuili introducta, requiruntur.*

13. *Opinio aliqua, vt dicatur probabilis sufficit, quòd à Rota aliquando fuerit approbata.*

14. *Constitutio March. de contract. minor. cap. 25. lib. 5. non adimit fidem scripturæ in contractibus minorum confectis.*

15. *Æquitati naturali congruit, ne quis cum aliena iactura locupletetur.*

16. *Obligatione naturali tenetur, eo ipso quod quis cum aliena iactura locupletatur.*

DECISIO CXIII.

ITterum Domini censuerunt recedendum esse à
decisionibus [a] huius causæ, in quibus dictum fue-
rat, impositionem census, de quo agitur, nullam
esse ex defectu solemnitatum constitutionis Mar-
chiæ, *de contract. minor. cap. 15. lib. 5.* ac persistendum
esse in decisione vltimo loco emanata sub die 22.
Iunij præteriti. [b] Quia q. Clementinus emptor in
suo sub quo decessit testamento mandauit, vt om-
nia eius debita, & præcipuè quorum apparent obli-
gationes, instrumenta Chirographa soluerentur:
dictus enim testator in articulo mortis constitutus,
1 ita disponendo, † censetur intellexisse etiam de de-
bitis, quæ obligationem ciuilem non habent, sed
solum naturalem; ac in foro conscientiæ, vt per
Bald. *in l. id quod pauperibus, num. 22. C. de Episcop. & Cleric.* Aretin. *consil. 13.* Alb. *consil. 109.* Sanchez
consil. moral. lib. 4. cap. 1. dubit. 47. num. 5. & alios in
dicta priori decisione allegatos; cuius dicti ratio est,
2 quòd præsumitur eum † tunc fuisse memorem salu-
tis æternæ, & idcirco suam quoad huiusmodi debita
conscientiam voluisse exonerare, cum tali disposi-
tione opus non esset, pro aliis ciuiliter debitis.

Neque obstat, quòd vltra censum vt supra impo-
situm, adessent alia debita Clementini valida, & ad
3 ea tanquam efficacia, † & quæ nulla exceptione
elidi poterant, restringi debeat illius præceptum,
de soluendis debitis, vt not. Bart. *in l. legaui, num. 3. ff. de liberat. legat.* Bald. *in l. 2. num. 4. C. de fideicom-
miss.* Roman. *in rubric. ff. de recept. arbitr. num. 4.* Paul.
de Castr. *consil. 50. num. 2. volum. 2.* Cyriac. *contro-
uers. 515.* & alij quos refert Surd. *decis. 38. & decis. 269.*
4 *num. 13.* Nam dicta horum Doctorum dum † alle-
gant textum, *in l. si is, §. Flauius, ff. de solut.* sunt intel-
ligenda de eo qui mãdat solui debita sua inter viuos,
5 quo casu † cessat ratio cogitationis, de conscientia
exoneranda & propterea mandans non videtur sen-
sisse de solutione debiti habentis solam obligatio-
nem naturalem; secùs verò in vltima voluntate, eo
6 quòd moriens, † censetur magis quam viuens, de
animæ salute cogitare; & propterea velle, quòd
7 soluantur debita habentia obligationem † natura-
lem; quæ salua conscientia omitti non possunt. Et
hanc distinctionem adducunt Bald. *in d. l. id quod pauperibus, num. 22. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. 2. num. 4. C. de fideicommiss.* Dec. *in Auth. præterea, num. 11. C. vnde vir, & vxor.* Socin. *in l. quibus diebus, §. Do-
minus, ff. de condit. & demonstr.* & sequitur Natt. *con-
sil. 402. num. 56.* qui Doctores loquuntur etiam de
debito bona fide præscripto; quod cum † salua con- 8
scientia possit retineri, non debet applicari ad de-
bita, ad quæ in foro animæ quis tenetur, vt post
eundem Bald. *in d. l. id quod pauperibus, num. 22. vers. fuit disputatum*, explicant Dec. *in d. Auth. præterea, num. 11. vers. vel etiam*, & Socin. *in l. quibus diebus, §. Dominus, num. 10.* & ita, & dictum Bartoli in loco
præallegato intelligit Aretin. *consil. 95. sub num. 3. vers. non obstat præmissis.*

Quamuis itaque debitum de quo agitur proue-
niat ex contractu census, nullis seruatis solemnita-
tibus, inito cum Clementino Vrbeuetano dum esset
annorum 24. & sic infra ætatem 25. annorum con-
stitutus, cuius validitati resistit constitutio Marchiæ
de solemnitatibus in contractibus minorum 25. an-
norum requisitis. Attamen quia instrumentum hu-
iusmodi contractus fuit per viam ratificationis Ro-
mæ celebratum vbi tunc Clementinus commoraba-
tur, & contrahentes potuerunt probabiliter crede-
re quòd statutum Vrbis loquens de maiore 20. an-
norum, quod censeatur maior 25. ad effectum vali-
dè contrahendi absque solemnitatibus, etiam foren-
ses liget. Iuxta Doctores affirmantes indistinctè
† quòd forensis teneatur seruare statuta loci con- 9
tractus, vt per textum *in l. si fundus, ff. de euict.* te-
nent Bart. *in l. semper in stipulationibus, num. 5. ff. de reg. iur. & in l. contraxisse, ff. de action. & obligation. ac in l. 1. num. 16. & 17. C. de sum. Trinit. & fid. Cathol.*
Bald. *in rubric. de consuetud. num. 39.* cum aliis alle-
gatis *in Romana seu Bononien. census scut. 25. mill. 7. May 1611. coram Corduba, quæ post tract. Modern. de censib. est decisio 195. num. 4.* & hanc opinionem in
istis terminis amplexa est Rota *in Senogallien. prædij 5. Iunij 1617. coram bon. memor. Andrea, & in Romana obligationis 24. Februarij 1620. coram bon. mem. Sacrato.* Vnde valdè dubitabilis reddebatur resisten-
tia dictæ constitutionis Marchiæ, An scilicet mens
conditoris illius fuerit etiam irritare contractus
minorum 25. iuxta dictam probabilem opinionem
celebratos in loco vbi solemnitates aliàs non essent
requisitæ itaut nullus effectus nullaque obligatio
nequidem in foro conscientiæ ex huiusmodi con-
tractibus oriretur. Dum autem non constat quòd
legislator voluerit huiusmodi contractus iuxta di-
ctam opinionem celebratos irritare, etiam in foro
conscientiæ ratio salutis æternæ, & fauoris animæ
suadet sensum dictæ constitutionis, † quòd perseue- 10
rante dubio non censeatur irritare etiam in foro
conscientiæ tanquam benigniorem esse præferen-
dam, vt tradit Paul. Layman. *Theol. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 17. num. sig. sub tit. de leg.* vbi addit ex hoc prin-
cipio posse defendi doctrinam Innoc. & aliorum *in cap. quia plerique, de immunit. Eccles.* Ex his autem
Doctoribus qui sentiunt solemnitates statutarias vel
dictæ constitutionis adeo seruandas esse, vt † illis 11
omissis cesset obligatio etiam in foro conscientiæ,
nemo est qui loquatur in casu legis, vel statuti de
quo dubitetur an seruanda sit illius dispositio, sed
omnium dicta procedunt in eo casu in quo nulla
dubitatio est quin seruandæ sint solemnitates, &
Bald. *quem alij sequuntur, in consil. 285. volum. 5.* loqui-
tur † de testamentis in quibus sola voluntas non es- 12
set sufficiens, sed certæ solemnitates iure ciuili in-
troductæ vlterius requiruntur, cum tamen in casu
præsenti probabilis adesset opinio quòd non requi-
rantur

13 rantur solemnitstes dictæ constitutionis, † quam sufficità Rota aliquando fuisse approbatam, etiamsi post rempus dicti contractus emanauetint prælle-gatæ decisiones coram Domino Cardinale Sacrato, & bon. mem. Audrea. Quia vis conclusionis non consistir in tempote, sed in iuribus ex quibus ita semel atque iterum decisum fuisse apparet.

Prætetea vnus ex Dominis considerabar quòd si aliter diceretur, Clementinus ex huiusmodi contractu euasisset locupletior eo quod pecunias verè ac realiter traditas fuisse probat instrumentum im-
14 positionis census † cuius scriprutæ fidem non admir dicta constiturio Marchiæ. Immò quod si nullitas contractus admitteretur inde lucrum dupliciter faceret, primò scilicet quis pecunias accepisset sine causa, & deinde quod in confiscatione bonorum eiusdem ad fauorem hæredum ideo Papa mitius egerit, quòd rutor significauerit huiusmodi de-
15 bitum esse in hæreditate, naturali † autem æquitati congruit ne, quis eum aliena iactura locupletetur, *l. nam hoc natura, ff. de condict. indeb. cap. locupletari, de reg. iur. in 6.* & eo ipso quod quis aliena cum ia-
16 ctura factus † est locupletior, natutali obligatione tenetur. Bart. *in consilio, ad reprimendum in verb. denunciationem, num.* 10. & conferunt notata per Gutier. *in repetit. Auth. sacramenta puberum, num.* 84. *C. si aduers. vendit.* Azeued. *recopil. lib.* 5. *tit.* 11. *l.* 21. Parlador. *rer. quotid. differ.* 12. *illat.* 3. Cancer. *var. resolut. cap.* 1. *de minor. num.* 212.

Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

a Idest, sub diebus 23. Ianuarij 1634. & 23. Iunij eiusdem anni, sunt decisiones 260 & 294 part. 6.
b Est decisio 62. part. 7.

Et in eadem causa adest altera decisio sub 18. Aprilis 1636. coram bon. mem. Motmanno, part. 7.

P. D. GHISILERIO.

Bononien. Fideicommissi de Clauarinis.

Die Mercurij 23. Ianuarij 1636.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario in bonis fideicommisso subiectis, quibus concurrentibus, & qualiter sit danda immissio, bona fuisse fideicommittentis quomodo probetur, item etiam qualiter eorum identitas. Fideicommissario, quando non impediatur immissio ob oppositas detractiones.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissario datur immissio, vel ex Saluiano interdicto, vel ex remedio l. fin. C. de edict. D. Adrian tollend.*
2. *Fideicommissario competit Saluianum, vel remed. l. fin. C. de edict. D. Adrian tollend. etiam contra tertium possessorem.*
3. *Descendentia, & consanguinitas qualiter sufficienter remaneat probata.*
4. *in Gradu successibili, si quis sit, præsumitur etiam quòd sit proximior, eo ipso, quod nullus alius comparet, qui se proximiorem prætendat.*
5. *Remotior non admittitur ad successionem, quando adest proximior.*
6. *Exceptio de iure tertij non admittitur ad impediendam immissionem fideicommissario.*
7. *Declaratio facta ex certa scientia, quòd cum quis sit proximior alicui, non intendit ei succedere, non potest impugnari a tertio qui non potest dare de nullitate.*
8. *de Nullitate contractus, illi solum possunt dare, ad cuius fauorem est nullus.*
9. *Contractus, si sit nullus ex defectu causæ, habetur pro nullo, si is velit qui nullum dicere potest.*
11. *Bona aliqua, quod fuerint fideicommittentis probatur, si id constet ex testamento, & codicillis ipsius.*
12. *Item probatur ex diuisione facta inter fratres de hæreditate paterna.*
13. *Temporis longissimi lapsus inducit mutationem personarum eiusdem familiæ, & excusat variationem.*
14. *Identitas probatur per duas demonstrationes, licèt alia non verificentur, num.* 15.
16. *Confinia ex cursu temporis præsumuntur mutata, & sufficit verificatio loci, vbi posita sunt bona, & vnicus tantum confinis.*
17. *Partita formiter extracta ex libris mortuorum, probant quem esse mortuum.*
18. *Vocatus ad successionem, si declaret se nolle succedere, hoc stante, alteri qui succedere debet, non potest impediri immissio, ac si ille non adesset.*
19. *Conductores simplices non possunt impedire immissionem, prætextu detractionum.*
20. *Fideicommissario, vt impediatur immissio ad effectum soluendi debita testatoris, debent iustificari.*
21. *Et in hoc non statur assertioni grauati.*
Collateralibus legitima non debetur, ibid.
22. *Rationem reddere tenetur grauatus, de bonis fideicommissarijs.*
23. *Detractiones præsumuntur factæ, si hæres grauatus inuentarium non confecerit.*
24. *Inuentarium bonorum hæreditariorum non suppletur per tutelare, cum non tendant ad eosdem effectus, & requirant distinctas solemnitates.*
25. *Hæres grauatus, si alienauerit plura bona hæreditaria, quod ea non sufficiant pro detractionibus, ei incumbit onus probandi, amplia num.* 26.
27. *Melioramentorum exceptio, vt impediat immissionem fideicommissario, debet probari.*
28. *pro Melioramentorum iustificatione, quid constare debet.*

DECISIO CXIV.

PRætendentibus Dominis Ioan. Baptista, & Vincentio de Glauarinis per obitum Equitis Gherardi vltimi descendentium masculorum vocatorum esse factum locum fideicommisso ad eorum fauorem, petierunt immissionem super tornaturis 32. prædij Cadriani vti spectantibus ad fideicommissum Alexandri senioris, & super residuo bonorum eiusdem communis vti comprehenso in fideicommissis Antonij, & Alexandri iunioris; & fuit per me propositum dubium, an esset concedenda immissio petita, eoque per Dominos discusso fuit resolutum Ioan. Baptistæ, & Vincentio dandam immissionem super dd. tornaturis 32. d. prædij Cadriani, & super residuo bonorum eiusdem communis contra DD. de Piatitiis detinentes titulo conductionis sibi factæ à Gherardo defuncto.

Nam cum dictum prædium pro dicta rata tornat. 32. fuerit possessum per Alexandrum seniorem,

&

& fubiectum eius fideicommiffo, & fimiliter fuerit
rotum poffeffum per Alexandrum iuniorem,& Anronium, & fuppofitum eorum fideicommiffis, &
Ioan. Baptifta, & Vincentius tanquam proximiores
de Cafata fuerint vocati in defectum defcendentium
mafculorum ab Alexandro feniore,& exprefsè fubftituti in fideicommiffis Antonij, & Alexandri iuniotis, confequenter illis immiffio denegari non
1 poteft,vel † ex Saluiano interdicto, prout fuit femper in Rota obferuatum, vt ex decifionibus relatis
per Seraph. *decif.818. in princip.* & firmatis per Rotam *coram bon. mem. Card. Virili,in Perufina fideicommiffi de Cincys,vel ex remed.l.fin C.de edict.D. Adrian.*
2 *tollend.*quod † competit fideicommiffario etiam contra tertium poffeffotem, vt eft communis opinio,
de qua per Rot. *decif.34. num.24. part.2.diuerf.& decif.258. num.1.part.1.recent. & coram bon. mem.Card.
Canaler. decif.204. num.4. & alibi paffim.*

Quòd autem ipfi fuerint vocati vti proximiores
ad fideicommiffum Alexandri fenioris, fuit iam firmarum coram me 26. Nouembris 1633. in decifione in hac caufa facta, & vlterius probatur ex verbis teftamenti, & codicilli, in quibus continetur
prædictum fideicommiffum,& Ioan.Baptifta eorum
auus enunciatur filius Cæfaris fratris ipfius teftaroris; vnde cum ex dicto Ioan. Baptifta fit natus Cæfar iunior pater ipforum Ioan. Baptiftæ iunioris, &
Vincentij, vt paret ex donatione Antonij, & Alexandri iuniotis, & confeffione Gherardi auctoris
3 DD. de Piaritiis, vtique eorum † defcendentia, &
confanguinitas remanet fufficienter probata. Rota
*coram fan. mem. Greg. X V. decif.42. num.1. & coram
bon. mem. Card. Caualer. decif.575. num.4.* Quòd au-
4 tem ipfi fint proximiores † probatum remanet eo
ipfo,quod nullus alius comparet, qui fe proximiorem prætendat. Seraphin.*decif.1229.num.1. & 1265.
in fin. bon. mem.* Cardin. Caualer. *d. decif.575.num.7.*
Rot. *in Æfina Cappellania 4. Iunij 1605. coram bon.
mem. Card. Pamphilio, & in Affifien. bonorum 4. Iu-
lij 1607. coram bon.mem. Card. Caualer.* & fuit firmatum *in Parmen.ftatus 14.Decembris 1629.coram Reuerendiff. D.meo Decano*, vbi etiam aliæ decifiones allegantur.

Non obftat quòd extet Ifabella Gherardi filia,
quæ tanquam proximior de Cafara ipfius codicillantis excludit Ioan. Baptiftam, & Vincentium re-
5 motiores,† qui non admittuntur quando adeft proximior; quia (quicquid fit de illius vocatione an
cenfeatur exclufa à fideicommiffo de quo agitur,fub
prætextu quòd teftator fuerit difcretiuè loquutus
de fœminis, vel quod habuerit rationem conferuandi agnationem) Dominis vifum fuit fufficere
declarationem ab ipfa factam fe nolle ratione fuæ
perfonæ impedire Ioan. Baptiftam, & Vincentium,
quo minus confequantur plenariam fucceffionem,
& integrum fideicommiffum,perinde ac fi non effet
in rerum natura, vt in duobus inftrumentis, & cum
ipfa non compareat, nec petat fe vti proximiorem,
& in fideicommiffo comprehenfam immitti, hæc
6 exceptio † illius exiftentiæ refpiciens ius tertij non
poteft allegari à Piaritiis, vt in terminis reprobando Caftr. *in confil.454. num.2. lib.1.* tradit Surd. *confil. 349. num.15. 16. & 17.* quem fequuta eft Rota
*in Bonon. fideicommiff. de Defiderys 16. Februarij 1630.
coram R. P. D. meo Merlino*, vbi plures decifiones
allegantur; nec talis declaratio facta ex certa fcientia, & cum omnibus folemnitatibus neceffariis po-
7 teft † impugnari à tertio qui non poteft dare de nullitate, cum hoc fit fpecialiter referuatum illi foli,

qui contraxit prout fit † in minore,& Ecclefia.Surd. 8
decif.108. num.3. Seraphin. *decif.256. num.7.& 339.
num.6.* & in terminis nullitatis † contractus mulie- 9
ris ex defectu caufæ. Rota *decif. 206. num. 7.penes
Cinc.de cenfib.*vnde dubium non eft fideicommiffum
† fuiffe apertum, ac purificatum ad fauorem Ioan. 10
Baptiftæ, & Vincentij, vt fuit dictum *in Romana feu
Tiburtina Caftri S. Angeli 26. Nouembris 1616. coram bon. mem. Andrea, & in ead.10. Februar. 1610.
coram bon. mem. Vbaldo, & in Bononien. fideicommiffi
de Lutio 27. Ianuary 1621. coram Eminentiff. Cardin.
Verôfpio.*

Prædium Cadriani quoad petium terræ tornat.32.
fuiffe in bonis Alexandri feniotis fideicommittentis † conftat ex teftamento, & codicillis ipfius Pe- 11
regrin. *de fideicommiff. art. 44. num. 20. & confil.48.
num.5. lib.1. cum alys* per Fufar. *de fubftit. quaft. 618.
num.30.* & ex allegatis per Reuerendiff. D. meum
Decanum *in d. Parmen. ftatus 14. Nouembr. 1629.* &
ex diuifione † hæreditaris paternæ inter ipfum, & 12
fratres facta de anno 1506. Barbat. *confil. 14. lib.3.*
Decian. *confil.76. num.9. lib.3.*cum aliis per Fufar. *d.
quaft.618. num.11.*

Effe autem idem petium terræ quod hodie detinetur à Piaritiis, probatur ex collatione confinium
expreffotum in locatione fibi ipfis facta à Gherardo de anno 1627. qui concordant cum confinibus
enunciatis in dicta diuifione anni 1506. facta inter
Alexandrum feniorem, & fratres. Nam concordant
primo in loco, & vocabulo Cadriani: fecundò in
pluribus qualitatibus: tertiò in confine viæ puplicæ
à tribus lateribus. Nec facit quod in diuifione anni 1506. dicatur iuxta Albertum de Clauarinis, &
in locatione anni 1627. dicatur iuxta Gafparem de
Glauarinis; quia lapfus tanti temporis † inducit mu- 13
tationem perfonarum einfdem familiæ, & excufat
variationem. Vltra quod ad probandum † identita- 14
tem duę demonftrationes fufficiunt,iuxt.doctr.Bart.
in l. demonftratio falfa, num. 14. ff. de condit. & demonftr. Rot. *coram fan. mem. Gregor. X V. decif.172.
num.1.* etiamfi aliæ † non verificarentur. Ruin. *con- 15
fil.50. num.12. lib.1.* Crauett. *confil.198. num.2.* Rot.
*in Bonon. fideicommiff. de Defiderys 5. Martij, & 14.
Iunij 1627. coram R. P. D. meo Merlino, in Perufina
fideicommiff. de Gratianis 27. Martij 1628. coram bon.
mem. Card.Virili,& in Montis Falifci fideicommiff.21.
Iunij 1630. coram R. P. D. meo Pirouano*, præfertim in
antiquis, quia præfumuntur † ex curfu temporis con- 16
finia mutata, & fufficit verificatio loci, vbi pofita
funt bona, & vnicus tantum confinis *fan. mem. Gregor. X V. d. decif. 172. num.6.* vbi Add. *num.10.* Rot.
*in dd. Bonon. fideicommiff. de Defiderys coram R. P. D.
meo Merlino, & in Bonon. Terrarum 17. Nouembris
1628. coram Eminentiff. Cardin. Vbaldo*, in qua ponderatur qualitas terrarum, quæ benè applicatur in
hoc cafu in quo agitur de petio terræ *aratiua, vitata, arborata*, &c. tam in inftrumento diuifionis,
quàm in inftrumento locationis factæ à Gherardo
Piaritiis.

Et hæc quoad fideicommiffum Alexandri fenioris: nam quod attinet ad fideicommiffa Antonij,&
Alexandri iunioris, in quibus funt vocati Cæfar,&
Gafpar, eorumque filij, & defcendentes legitimi,&
naturales, quales funt Ioan. Baptifta iunior,& Vincentius, non adeft difficultas cum defcendentia, &
alia requifita fint fufficienter probata. De fideicommiffis conftat ex lectura donationis, ac teftamentorum eorumdem, in quibus poft eorum lineam finitam exprefsè vocantur Cęfar,& Gafpar,Io.Baptiftæ
filij,

filij, & cuiuslibet eorum filij, & descendentes mas-
culi legitimi, & naturales, & per consequens Ioan.
Baptista iunior, & Vincentius, & ex partitis libro-
17 rum mortuorum formiter † extractis probatur obi-
tus Cæsaris, ac etiam testatorum, & filiorum in te-
stamento d. Alexandri iunioris nominatorum, Rot.
dec. 220. num. 1. part. 2. diuers. & decis. 700. num. 4. part. 1. recent. & Gaspar. *dedit, cessit, & transtulit Io. Baptistæ iuniori, & Vincentio omnia & quæcumque iura*, &c. ita quòd illius existentia non obstat.

Minus, facit quòd Antonius post finitam lineam
masculinam vocauerit pro dimidia suæ hæreditatis
fœminas descendentes, & sic Isabellam filiam Ghe-
rardi; quia ex declaratione per eam facta cessat dif-
18 ficultas ex supra deductis, † & cum ipsa tulerit se
de medio, & consenserit, vt Ioann. Baptista iunior, & Vincentius obtineant, non potest impediri immissio, ac si illa non adesset. *l. sine libertus. §. liberti filius, & l. si ex modica. §. si filius ff. de bon. libert. l. 2. § sed si sint sui. ff ad Trebell.* & ita fuit dictum *in d. Bononien. fideicommiss. de Lutio 17. Ianuarij 1621. coram Eminentiss. Card. Verospio*, & priùs *in d. Romana, seu Tiburtina S. Angeli 26. Nouembris 1616. coram bon. mem. Andrea, & deinde in eadem pariter supra allegata 10. Februar. 1620. coram bon. mem. Vbaldo.* Respectu verò hæreditatis, & bonorum Alexandri iunioris nullum est dubium, dum expressè vocauit tantùm masculos.

Identitas istorum bonorum Cadriani iustificatur ex eorum descriptione in declaratione Alexandri Iunioris anni 1585. combinata cum locatione facta Piaritiis, in quibus exprimuntur *idem Palatium, & Dominus cum tegete, stabulo, puteo, furno, & alijs superextantijs*, quæ omnia referuntur in diuisione Gherardi, & fratrum anni 1612. & confirmantur & in inuentario facto ab eodem post obitum Iulij fratris, & ex declaratione ab ipso facta de anno 1615. se velle retinere bona iure fideicommissorum.

Nec dicta immissio potest retardari prætextu de-
tractionum, quia (vltra quòd Piaritij, qui sunt
19 † simplices conductores illas, facere non possunt,
& sic minus de iis excipere Peregrin. *de fideicommiss. art. 50. num. 54.* Rot. *coram bon. mem. Andrea decis. 87. num. 13.* & Isabella filia Equ. Gherardi nedum non opponit, quin potius declarauit se consentire successioni Io. Baptistæ, & Vincentij) tollitur difficultas ex sequentibus.

Nam quod attinet ad fideicommissum Alexan-
dri senioris, nullæ allegantur detractiones, & qua-
tenus fuisset illis locus, non prodessent Piaritiis,
cum illæ pertinuerint ad Antonium, & Alexandrum
eius nepotes ex Gherardo seniore filio, hæredes
ab eo institutos, qui pariter fecerunt fideicommis-
sa purificata ad fauorem eorumdem Ioann. Bapti-
stæ, & Vincentij, neque constat de ære alieno eius-
que solutione vti necessario requiritur, quoniam
20 † ad istum effectum debent iustificari debita testa-
toris ex cumulatis per Fusar. *quæst. 141. num. 2.* Rot.
21 *decis. 516. num. 2. part. 2. recent.* neque in † hoc statur
assertioni grauati, vt in terminis probant Gabriel. *consil. 118. num. 9. in fin. lib. 1.* Menoch. *in consil. 207. num. 1. & sequent.* Rot. *in d. Rauennaten. Saluiani 26. Maij 1634. coram me.*

Nec etiam possunt considerari quoad fideicommissum Antonij, quia ipse expressè prohibuit illas, & cum fuerit Collateralis subsistit prohibitio, ex quo legitima non debetur, & constat eum reliquisse plura alia stabilia, credita, & copiosam supellectilem præter prædium Cadriani sibi commune cum
Alexandro fratre, de quo solo nunc agitur, de qui-
bus † esset grauatis reddenda ratio Peregr. *de fidei-* 22
commiss. art. 34. num. 14. Rot. *coram Seraphin. decis. 321. num. 18. & coram R. P. D. meo Pirouano 25. Iunij 1627. & 19. Ianuarij 1628. in Romana hered. de Cincijs.*

Quo verò ad Alexandrum iuniorem, cum non
doceatur de inuentario hæreditario, † detractatio- 23
nes præsumuntur factæ, nec impeditur immissio fideicommissariorum, Rota *coram san. mem. Greg. XV. decis. 266. vbi add. num. 16. & in Romana fideicommiss. de Victorijs 10. Martij 1627. coram R.P.D. meo Merlino, & in Perusina fideicom. de Moniconibus 15. Maij 1624. coram eodem.*

Quamuis enim tutor Attilianus datus Gherardo iuniori, & fratribus post obitum ipsius Alexandri patris asseruerit in aditione hæreditatis se velle facere inuentarium bonorum hereditariorum idemque etiam dixerit eorum mater in assumptione tu-
telæ, & in actu confectionis inuentarij tutelaris; non
tamen docetur fuisse vnquam factum. At inuenta-
tium bonorum † hæreditariorum non suppletur per 24
tutelare cum tendant ad diuersos effectus, & requirant distinctas solemnitates, Gratian. *discept. 767. num. 18.* Rot. *decis. 780. num. 4. part. 2. rec.*

Multoque magis intrat prædicta præsumptio cum
probentur alienationes quamplurium corporum fa-
ctæ à Gherardo, & fratribus quas incumbit † gra- 25
uato onus probandi non sufficere pro detractioni-
bus. Peregr. *de fideicommiss. art. 59. num. 14.* Couarru. *var. lib. 2. cap. 6. num. 4.* Rota *in Romana domus ad Peregrinum 10. Martij 1619. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Perusina fideicom. de Gratianis 28. Iunij 1630. coram eodem*, vbi latè comprobatur talis conclusio, *& in Rauennaten. Saluiani 26. Maij 1634 coram me*, fuerunt enim maximè considerabiles cum
doceatur eas ascendisse ad summam lib. 93. mil. &
vltra, vnde eo euidentius quæcunque detractiones
† præsumuntur consumptæ, nisi contrarium probe- 26
tur, ex Peregr. Couarr. & resolutionibus Rotalibus supra allegatis.

Minus obstat exceptio melioramentorum, quia
quoad fideicommissum Alexandri senioris † non 27
probantur, & Palatium quod dicitur ædificatum ab Alexandro iuniore, & Antonio cadit sub eorumdem fideicommisso.

Nec probatur quænam melioramenta fuerint fa-
cta à Gherardo iuniore & fratribus, minusque quid
fuerit impensum, nec qualis fuerit status antiquus
rerum, † quæ omnia sunt necessaria pro illorum 28
iustificatione, sicut sæpius fuit dictum à Rota, & nuperrimè *in Romana domus, seu apparamenti coram R.P.D. meo Dunozetto, & in Tiburtina spolij 21. Maij, superioris anni coram Reuerendiss. D. Decano*, vbi cæteræ allegantur. Nec calculus super statu hæreditatis allegatus est attendendus cum nunquam fuerit approbatus à Ioan. Baptista, & Vincentio.

Et ita vtraque parte informante pro immissione fuit resolutum, &c.

In ista causa in part. 6. adsunt duæ decisiones, scilicet sub diebus 15. Aprilis 1633. & 26. Nouembris eiusdem anni, sunt in ordine decisiones 193. & 235. & part. 7. habentur aliæ duæ, idest sub diebus 5. Maij 1636. & 23. Iunij eiusdem anni coram eodem R.P.D. Ghisilerio. Et in part. 8. erunt aliæ, nempe sub diebus 8. Martij 1638. coram R. P. D. Roïas. & 16. Decembr. eiusdem anni, & 22. Iunij 1639. & 18. Maij 1640. coram eodem.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana, seu Farsen. Hæreditatis.

Die Lunæ 28. Ianuarij 1636.

ARGVMENTVM.

Tutoris confessio, quando multò fortiùs probet contra pupillum, confessionis reuocatio, quando fieri possit. Attestationibus quibus sit standum. Mater dum suscepit tutelam filiorum debet renunciare secundis nuptiis, & hoc sufficit, quod promittat per verba generalia.

SVMMARIVM.

1. *Paupertas alienius, ex quibus reddatur verisimilis.*
2. *Tutoris assertio si cum decreto iudicis, & aliàs solemniter facta sit, tanto magis probat contra pupillum.*
3. *Iudex dum interponit decretum in contractibus minorum prius præsumitur de veritate se informasse, & illam veram reperisse.*
4. *Confessio geminata etiam extraiudiciali plenè probat.*
5. *in Inuentario præsumuntur descripta omnia bona hæreditaria, & asserenti contrarium incumbit onus probandi.*
6. *Confessionis reuocatio fieri non potest, postquam transiuit in contractum solemniter celebratum, & iuratum.*
7. *in Transactione rerum minorum, debet adhiberi rerum cognitio, quæ interuenisse præsumitur, si decretum iudicis interuenit.*
8. *Verbis instrumenti standum est.*
9. *Fides non facit fidem.*
10. *Patruus, si ad fauorem nepotum fuerit examinatus, non est integer testis.*
11. *Attestationi primæ alicuius statur, maximè si sit iuramento firmata.*
12. *Attestatio magis verisimilis est attendenda.*
13. *Mater, dum suscepit tutelam filiorum, debet renunciare secundis nuptiis.*
14. *Et ad hunc effectum sufficit, quod mater promiserit generaliter ea omnia facere, & obseruare, ad quæ de iure tenetur, quæ clausula operatur, ac si specialiter secundis nuptiis renunciasset.*
15. *Instrumentum, si sit simulatum non est attendendum.*

DECISIO CXV.

Sequuta resolutione die 30. Aprilis proximi, 1 quòd non constet de bono iure filiorum, & hæredum Leonij ad effectum clausulæ, *subministratu sibi alimentis, & sumptibus litis*, &c. iidem filij obtinuerunt dubium particulariter, & simpliciter conceptum super bono iure comprehendens propterea, tam bonum ius ipsorum filiorum, quam etiam Butelli; eoque hodie per me proposito, Domini resoluerunt constare de bono iure Butelli; quia vltra assertionem matris, & nutricis dictorum filiorum in instrumento transactionis factam quod ipsa pluries audiuit ab eius viro, se fuisse per Butellum deputatum in ministrum negotiationis Carbonis licet forsan in publicis, & priuatis scripturis de contrario appareret, ac etiam vltra confessionem eiusdem Leonij, pluries extraiudicialiter factam, probatam, tam per testes formiter examinatos, quam per textam panis, in qua idem Leonius manu propria se scripsit agentem Butelli; necnon vltra paupertatem ipsius Leonij similiter per testes probatam, per quam magis verisimile redditur, † quod Leonius esset nudus minister, vt per Parif. *consil. 54. num. 78. lib. 1. cum alijs d. die 30. Aprilis in decisione allegatis.*

In præsenti propositione Domini ponderarunt de nouo, quòd assertio tutricis vti cum decreto iudicis, † & alias solemniter facta, tanto magis con- 2 tra pupillos probat, quia tunc iudex † præsumitur 3 prius de veritate se informasse, & illam reperiisse. Alexand. *consil. 80. num. 5. lib. 5.* Menoch. *lib. 5. præsumpt. 75. num. 12. & seqq.* Put. *decis. 504. lib. 3.* Rot. *decis. 619. num. 5. in fin. part. 5. recent. & coram Card. Caualer. decis. 479. num. 5.*

Et quod confessio Leonij vti geminata † etiam 4 extraiudicialis plenè probat. Sotd. *decis. 10. num. 8.* Prout etiam quod de paupertate Leonij constat ex inuentario post mortem ipsius ab eadem tutrice confecto, in quo leguntur descripta solum quædam bona mobilia paruæ considerationis, & tamen si in hæreditate adfuissent alia bona, præcipuè ista ad negotiationem spectantia tutrix in inuentario ea describi curasset, quod cum non fecerit, præsumitur nedum pro inuentario, & sic quod in hæreditate non adessent alia † bona, & quod ista non essent 5 hæreditaria, adeò vt contrarium dicenti incumbat onus probandi, iuxt. gloss. *in l. eum de lege, ff. de probat.* Natt. *consil. 238. num. 5.* Rot. *decis. 607. num. 1. part. 2. recent. coram Seraphin. decis. 504. num. 6. & coram* Card. Caualer. *decis. 533. num. 2. & 246. num. 3. & seq.* sed etiam, quòd ante transactionem ipsa tutrix esset benè conscia, quod eius maritus erat nudus minister in dicta negotiatione iuxta supradictam ipsius assertionem, quæ etiam ex dicta paupertate verisimiliorem reddimt, ex quo in dicta negotiatione magna summa pecuniarum erat necessaria, tam pro emptione siluæ, & lignorum, quam pro expensis quotidianis operariorum, prout ex transactione apparet. Et quamuis prædicta assertio, ac matris, & tutricis confessio fuerit postmodum ab eodem reuocata, † id tamen postquam transiuit in contra- 6 ctum solemniter celebratum, & iuratum cum parte acceptante fieri minimè potuit. Gabr. *de confess. conclus. 6. num. 15.* Surd. *consil. 136. num. 8. & 9.* Gratian. *discept. 789. num 34.* eoque minus dum veritas ex tot adminiculis remanet comprobata.

Nec potest dici, quod in huiusmodi transactione non fuerit adhibita causæ cognitio, ac proinde ea tanto minus sit attendenda; quia vltra quod † pro- 7 pter decretum iudicis illa præsumitur, de ea in casu isto sufficienter constare dicitur ex verbis instrumenti ibi causa maturè, † & diligenter cognita, & 8 inspecta quibus standum est. Castr. *in l. cum hi, §. si Prætor, num. 2. prope fin. verf. nisi in instrumento, ff. de transact.* Alexand. *d. consil. 80. num. 6. lib. 5.* & faciunt tradita per Gabr. *consil. 23. num. 5. verf. idcirco, lib. 1.* & per Rot. *decis. 55. num. 8.* post Pic. *super statut. verbo de contract. fine cert. solemnit. non valit. & decis. 343. sub num. 1. part. 3. recent.*

Neque in contrarium facit, quod in transactione narratum fuerit esse difficillimæ probationis secundum iuris rigorem aliquas partitas verificare per quietantias. Quia nihilominus visum fuit ex hoc non sequi, quia partitarum crediti, quàm debiti

biti vtriusque patris aliunde verificari potuerint saltem de bono & æquo; prout etiam colligitur ex verbis subsequentibus, ibi, Cum inter ipsum Leonium, & Butellum fuerit amicabiliter retenta scriptura, & ex eo quia huiusmodi scriptura tempore transactionis vera reperiri potuit, prout etiam in dubio præsumitur propter Iudicis decretum, & patrium attestatione mediante iuramento factam ex pluribus supra deductis.

Neque releuat, quod patruus dd. filiorum faciat fidem, quod ipse tempore transactionis non vidit computa inter Butellum, & Leonium, nec ante,
9 nec post; quia præterquam quod † fides non facit fidem *l. solam. C. de test. cap. attestationes. de desponsf impub.* Alexand. *cons. 33. num. 3. lib. 6. cum similibus* Tanto minus, quia est ad fauorem nepotum, pro quibus
10 † patruus etiam formiter examinatus non esset integer testis, *cap. consanguinei 3. quæst. 5.* Alexand. *consil. 80. num. 7. lib. 4.* Rot. *decis. 326. num. 3.* post cons. Fainac. *lib. 2.*

Placuit responsio, quod in concursu, magis standum est attestationi eiusdem patrui in instrumento transactionis medio iuramento coram Iudice, & primo loco factæ per huiusmodi verba; factis
11 computis amicabiliter † inter dictas partes, tam dati, quam accepti mediante (exponentia) Procuratore, & consanguineo, &c. à qua propterea recedere non potuit. Cæs. de Grass. *decis. 3. num. 3. de sponsal.* Rot. *decis. 190. num 3. versic. fuit responsum part. 2. recent.* maximè, quia illa est magis
12 verisimilis † propter attestationem curatoris, & Notarij coram Iudice factam, sicque attendenda iuxta *l. fin. in princip. C. de contrah. & committ. stipulat.* Bald. *in l. scriptura. num. 8. C. de fid. instrum. cum similib.*

Minus obstat, quòd Catherina non potuerit in-
13 teruenire in dicta transactione vti tutrix, † ex quo in susceptione tutelæ non renunciauit secundis nuptiis iuxt. *Authent. matri, & auiæ, cum ibi notat. C. quand. mulier tut. offic. fung. poss.* Quia visum fuit sufficere, quòd promiserit generaliter ea omnia facere, & obseruare ad quæ de iure tenetur, quæ
14 clausula operatur, † ac si specialiter secundis nuptiis renunciasset, seu in viduitate permanere promisisset, vt per Alexand. *d. consil. 80. num. 14. lib. 5.* Gratian. *discept. 28. num. 29. 31. & sequentib. & discept. 668. num. 19.* Rot. *coram Card. Seraph. decis. 616. num. 1. & plurib. seqq.*

Nec demum obstat, quod in instrumento dicatur in libris Butelli pretium Carbonis reperiri descriptum ad creditum Leonij, cum quo etiam compensatur debitum eiusdem, itaut ipse Leonius censeatur dominus, non autem minister; Quia fuit responsum, quod eodem honestatis respectu; quo sylua fuit empta ab ipso Butello nomine Leonij, potuit etiam nomine eiusdem describi totum computum in libris Butelli, adeout sicut non est atten-
15 dendum † instrumentum emptionis syluæ, ex quo satis aliunde constat nomen Leonij fuisse in eo simulatè appositum, & emptionem verè fuisse factam pro Butello iuxta *l. multum interest.* vbi Castr. *num. 3. C si quis alteri, vel sibi*, cum aliis dicta die 30. Aprilis in decis. allegat. ita etiam eidem dicendum sit de libris Butelli ex identitate rationis vulgat. iuribus.

Et ita vtraque parte informante, &c.

a Est decisio 39. part. 7.

R.P.D. COCCINO DECANO.

Romana Tutelæ.

Die Veneris 15. Februarij 1636.

ARGVMENTVM.

Pupilli, aut puellæ, non sunt educandi penes illos, qui sunt eis in successione substituti, & hoc propter malignam suspicionem, quodque procedit etiamsi in hoc concurrat voluntas paterna.

SVMMARIVM.

1. *Auus maternus habet de iure intentionem fundatam super educatione neptum, etiamsi illarum mater ad secunda vota transiuerit.*
2. *Auus maternus, si velit penes eum educare neptes, & habitat cum filia, quæ transiuit ad secunda vota, & vitricus per obitum dd. puellarum, ex persona vxoris consequuturus est legitimam, & ideo non cessat suspicio captandæ mortis illarum.*
3. *Pupillus non debet educari penes eum, qui ei in successione substitutus est, ob malignam suspicionem.*
4. *L. vtrum, fin C. vbi pupill. educar. debet, habet locum in patruo, & quocumque alio consanguineo.*
5. *Pupillus non debet educari penes ei substitutum etiamsi in hoc concurrat voluntas patris.*
6. *Pater, si iubeat filium eius pupillum educari penes illum, qui ei succedere debet, Iudex in hoc potest recedere à iudicio paterno.*

DECISIO CXVI.

ORta est controuersia inter Antonium Guertam auum maternum istarum puellarum, & Franciscum Balzanettum patruum, apud quem istæ puellæ deberent educari, in quo articulo dictus auus maternus † habet de iure intentionem fundatam, 1
etiam si mater ad secundas nuptias conuolauerit, Paris. *consil. 56. num. 21. lib. 1.* Menuch. *de arbitr. casu 168. num. 4.* Cardin. Seraphin. *decis. 1357.* nec indiget, quòd nominetur. Bald. *in consil. 423. lib. 2.* Gabriel. *consil. 27. num. 13* & est doctr. Bart. *in l. si quis sub conditione num. 31. ff. de testamentar. tutel.* qui quidem auus posuit dd. puellas in Monasterio Vrbis educandas.

Ex aduerso Franciscus Balzanettus prætendebat educationem, ex quo erat patruus, & relictus à patre dictarum puellarum coadiutor matris in tutela, & dictus auus maternus habitat cum filia, quæ transiuit ad secundas nuptias, & vitricus per obitum dictarum puellarum esset consequuturus ex † persona vxoris 2
legitimam in bonis dictarum puellarum, & ideo non cessat suspicio, quæ consideratur in istis terminis. Abric. *in l. 1. C. vbi pupill. educari debet.* Surd. *de alim. tit. 4. quæst. 13. num. 15.* Mastrill. *decis. 230.* Viu. *decis. 16. num. 3.* Molfesius *ad constit. Neapolitan. part. 3. quæst. 11.* & eo magis hæc sunt consideranda, cum auus maternus sit iam decrepitæ ætatis.

Cæterum dicebant Domini, quòd & si hæc consideranda sint, non tamen educatio decernenda est Francisco Balzanetto patruo, quia testator illum substituit dictis filiabus, & propterea non admittitur † ad hanc educationem ob malignam suspicio- 3
nem, iuxta text. *in d. l. 1. versic. denique ff. vbi pupill. educ.*

educ. debet l. fin. C. de eodem tit. qui textus habet locum
4 † in patruo & quocumque alio consanguineo Bald. *cons.* 487. *lib.* 8. *in princ.* Mastrill. *d. decis.* 230. *num* 20.
5 *& sequentib.* quæ conclusio procedit † etiam si concurrat voluntas patris, quia fuit solum relictus coadiutor matris, & in omnem casum † stantibus supradictis Iudex deberet recedere à iudicio paterno. Menoch. *cons.* 62. *per tot.* Surd. *de aliment. tit.* 4. *d. q.* 13. *alleg. n.* 15. *&* 30. Mastrill. *d. decis.* 230. *n.* 24. & fuit dictum *in causa Tudertina educationis* 13. *Ianuary* 1634. *coram R. P. D. meo Pirouano.*

Quibus consideratis, placuit dominis dictas puel-
7 las † esse educandas in Monasterio Vrbis, in quo reperiuntur, & friuola visa fuit prætensio Iosephi Cruciani, ad quem neque ex dispositione iuris, neque voluntate testatoris ista educatio spectat, cum & ipse fuerit solùm relictus coadiutor matris quoad tutelam, vt fuit dictum de Balzanetto.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

R. P. D. MOTMANNO.

Fauentina Legatorum.

Die Veneris 29. Februarij 1636.

ARGVMENTVM.

In hac decisione discutitur materia, quod quando alicui est data facultas aliquid disponendi inter viuos, si ea vtatur in sua vltima voluntate, nequaquam sustinetur.

SVMMARIVM.

1. *Facultas data alicui coarctata ad casum dispositionis inter viuos, non potest illa extendi ad casum dispositionis non inter viuos, & ab ista opinione non est recedendum. num. 2.*
3. *Facultas concessa alcui, adimendi aliquid per verba amplissima, ac pragnantia, potest comprehendere etiam dispositionem vltima voluntatis.*
4. *Verba generalia, generaliter sunt intelligenda, quatenus per alia non limitentur.*
5. *Verba debent operari suum effectum.*
6. *Verba quantumuis generalia, restringuntur ad speciem adiectam.*
7. *Testamentum ille, qui facit, licet sit viuens, attamen dispositio in eo facta, non dicitur facta in vita.*
8. *Testamentum suum non sortitur effectum, nisi post mortem.*
9. *in Testamento contractus possunt celebrari.*
10. *Clausula,* omni meliori modo, *operatur, vt veniant omnes alij modi etiam non expressi.*
11. *Clausula, omni meliori modo, posita in testamento, operatur vt veniant omnes alij modi similes illorum, qui sunt expressi, & sic dispositionem vltima voluntatis, non autem inter viuos.*
12. *Relatiuum,* aliud, *non potest importare modos diuersa natura.*
13. *Facultas adimendi legata si alicui non in contractu inter viuos, sed in testamento fuerit data, ipse pariter cui est data d. facultas, poterit in vltima voluntate ea adimere, declara num. 15.*
14. *Verba quando aliquam distinctionem non admittunt, non attenditur subiecta materia.*
16. *Facultas concessa Titio, aliquid adimendi, intelligitur, dummodo dispositio fiat arbitrio boni viri, & non malo animo.*
17. *Causa, ex qua quis mouetur ad aliquid disponendum, colligitur ex præcedentibus actis.*
18. *Prohibitio facta à testatore de nunquam concordando, est preceptum per se malum, & contra bonos mores.*
19. *Fraus præsumitur, quando quis facit id, quod sibi non prodest, & alijs nocet.*
20. *Bona mentis alicuius tribuendum non est, si faciat id, quòd aliter facere non poterat.*
21. *Fraus non excusatur ex pratextu, quòd actus principaliter factus ad vtilitatem alterius sit.*
22. *Testator, si probauerit, quòd aliqua domus, non locaretur alicui, etiam pro maiori pensione, non videtur id potuisse facere ex alia causa, quam odij, & mali animi erga illum.*

DECISIO CXVII.

CÆsar Nonius anno 1603. in suo vltimo, quod condidit, testamento instituta hærede vsufructuaria Bartholomæa vxore mandauit, quod tam ipsa, quàm Confraternitas Verecundorum ciuitatis Fauentinæ teneretur inuestire scut. 1200. in censibus ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario & anno, cuius annui redditus medietas assignari deberet Ludouico Nonio eius ex fratre patruele nepoti, qui ab intestato vniuersaliter ei successisset, eiusque descendentibus ex linea masculina, altera verò medietas inuestiretur in aliis similibus censibus spatio annorum 80. quibus completis Confraternitas prædicta tenetur assignare dictis legatariis tam sortem principalem dicti census, quàm reinuestimentum dicto tempore factum. Disposuitque similiter quòd si Ludouicus, eiusque vt supra descendentes vellent inhabitare ipsius testatoris domum, deberet eis locari, præferendo illos omnibus aliis dictam domum conducere volentibus pro scutis decem minus. Post hæc autem eidem Bartholomeæ donec vixerit dedit amplissimam facultatem minuendi, moderandi, & adimen. in totum, vel in partem cum causa, & sine causa legata prædicta, eaque applican. aliisque locis piis in testamento nominatis.

Defuncto igitur testatore, dicta Bartholomæa de anno 1625. summ. condidit testamentum, quo dicto Ludouico, & eius descendentibus legatum supradicti census ademit, illudque pro medietate applicauit Confraternitati Verecundorum, & pro alia medietate Confraternitati Mortis, iussitque in euentum litis mouendæ per dictum Ludouicum, & eius descendentes super dicto legato nunquam posse deueniri ad concordiam, & cõuentionem aliquam sub pœna caducitatis, & postea de anno 1630. codicillo eumdem Ludouicum eiusque descendentes, priuauit commodo habitationis domus supradictæ, expressè prohibens ne illis fieret locatio, etiamsi vellent pensiones augere.

Mortua demum Bartholomæa, Confraternitas Verecundorum hęres proprietaria adeundo hęreditatem cum recusaret soluere Ludouico legata prædicta, orta lite inter ipsos coram Eminentissimo D. Cardinale Archiepiscopo Rauennaten. fuit lata sententia ad fauorem Ludouici, à qua interposita appellatione, & causa mihi commissa, dubitaui an legata debeantur Ludouico, illiusque descendentibus, & Domini pro maiori parte affirmatiuè

responde

respondetunt. Moti sunt autem; quia cum facultas
data à Cæsare Bartholomeæ vxori fuerit coarctata
1 † ad casum dispositionis inter viuos, ibi, *sin tanto
però che essa viuerà naturalmente*, non potuit Bar-
tholomæa illam extendere ad actus vltimæ volun-
tatis, text. est *in l. pater filium* 56. §. *fundum Titianum*,
ff. de legat. 3. vbi gloss. Goffred. *num*. 1. & 2. Alexand.
num. 1. Bart. *in consil*. 76. *num*. 4. *vers. me tamen ratio
mouet*. *lib*. 1. quem sequuti sunt Alexander *in l. stipu-
latio hoc modo concepta* 61. *num* 12. *ff. de verb. oblig* &
ibi Crot. *num*. 105. Curt. iun. *in l. fin. num*. 59. & *seqq*.
vbi Cagnol. *num*. 245. & *sequentib*. qui de communi
testatur. *C. de pact*. *Rip. in rubr. num*. 17. *ff. solut. matri-
mon*. Roman. *consil*. 476. *per tot*. Alexand. *consil*. 13.
num. 17. *lib*. 3. Dec. *consil*. 30. *num*. 3. Paris. *consil*. 31.
num. 59. & *seqq. lib*. 3. Cassan. *consil*. 39. *num*. 88. Cels.
Vgo *cons*. 32. *num*. 5. Socio. sen. *cons*. 126. *num*. 8. *vers.
nec obstat quod remanserit lib*. 3. Mandel. *consil*. 559.
num 2. Crauet. *cons*. 426. *num* 2. & *seqq*. Natt. *cons*. 118.
in fine, Menoch. *cons*. 184. *num*. 6. Cephal. *consil*. 485.
num. 126. Bertaz *ciuil*. *cons*. 113. *num*. 4. & *seqq*. Hon-
ded. *cons*. 37. *num*. 34. *lib*. 1. Montesperell. *consil*. 119.
num. 3. & *seqq*. Giouagn. *cons*. 38. *num*. 18. & 21. *lib*. 1.
Brun. *in tract. quod stant. mascul. fœmin. non succedunt*,
art. 6. *num*. 225. *vers. quod autem si statutum*. Petr. Pech.
de testam. coniug. cap. 15. *num* 6. *vers. ego sane* Ioan. Di-
lect. *de art. testan. tit*. 10. *de mut. testam. caut*. 2. *num*. 2.
in fin. Rauden. *de analog. cap*. 27. *num*. 1. & *seqq*. *lib*. 1.
Trentacinq. *var. lib*. 3. *tit. de donat. resol*. 3. *num*. 2. Fe-
nuc. *de mom. temp. cap*. 5. *sub num*. 26. Peregr. *de fidei-
com. art*. 40. *num*. 62. vbi de communi, & post relatum
2 Iasonem dicit à † traditione Bart. non esse receden.
Gall. *de except. except*. 27. *num*. 270. & *seqq*. Fusar. *de
substit. quæst* 549. *num*. 10. & *seq*. vbi pariter de com-
muni Thes. *decis*. 209. *num*. 2.

3 Nec obstare visum fuit, quòd cum facultas † con-
cessa Bartholomeæ adimendi legata sit concepta
per verba amplissima, ac prægnantia, possit compre-
hendere etiam dispositionem vltimæ voluntatis. Ias.
d. cons. 130 *sub num* 5. *vers. sed præmissis non obstan lib*. 4
& facit Surd. *cons*. 10. *num*. 50. & *sequentib*. Quia ob-
4 iectum procederet, si generalitas † verborum non
limitaretur ad solos actus inter viuos, per quam re-
strictionem dispositio testamentaria excluditur, vt
optimè aduertit Bart. *d. cons*. 76. *num*. 5. *vers. nec obstat
lib*. 1. qui etiam *paulò inferius vers. nam verba*, dicit de
necessitate debere intelligi de dispositione, quæ
5 † dicitur inter viuos, quia alias dicta verba in vita
sua nihil operarentur. Dec. *cons*. 30. *pro tenui*, *num*. 3.
in princ. Aymon. *cons*. 426. *num*. 14. *vers. non obstat lib*. 3.
Celsus Vgo *cons*. 37. *num*. 9. Roman. *cons*. 476. *num*. 4.
vers. cæterum. Alba *consil*. 559. *num*. 2. Bertaz *d. cons. ci-
uil*. 113. *num*. 4 Montesperell. *cons*. 119. *num*. 3. & ratio
6 est, quia verba † quantumuis vniuersalia restrin-
guntur ad speciem adiectam, Oldrad. *cons*. 8. *per tot*.
Surd. *consil*. 551. *num*. 33. Mantic. *decis*. 66. *num*. 4. *ad
fin* & *sequent*. Rota *coram Reuerendiss. D. meo Decano
decis*. 294. *num*. 11.

Nec releuat, quòd Bartholomæa ademerit lega-
tum census in testamento, nihilominus ademptio
facta fuerit de anno 1625. & sic per annos quinque
ante ipsius obitum; itaut sufficiat, quòd ademptio
7 fuerit facta ipsa viuente. Quia licet ille † qui testa-
tur sit viuens, attamen dispositio facta in testamento
8 non dicitur facta in vita, † ex quo testamentum suum
non sortitur effectum nisi post mortem, *l*. 1. *ff. de te-
stam*. & propterea tunc res dicitur fieri, quando suum
capit effectum, *l. in tempus ff. de hæred. instit*. Gofred.
in d. l. pater filium. § *fundum*. *num*. 1. & 2. Alciat. *num*. 1.
ff. de leg. 3. Bart. *d. consil*. 76. *num*. 4. *vers. me tamen ratio
mouet*. *lib*. 1. Alexand. *consil*. 14. *num*. 6. *lib*. 1. Brun. *d.
tract. quod stan. mascul. art*. 6. *num*. 225. *vers. quod autem*.
Fenuc. *de momen. temp. cap*. 5. *sub num*. 26. Peregr. *de
fideicommiss. art*. 40. *num*. 62. Fusar. *de substit. quæst*. 549.
num. 10. Thesaur. *d. decis*. 209. *num*. 2. Rauden. *de ana-
log. cap*. 27. *num*. 30. & *sequentib*. & omnes alij citati,
qui Bart. sequuntur.

Nec facit, quod etiam in testamento † contra- 9
ctus possint celebrari, ad latè concessa per Clar. §.
testamentum quæst. 75. & ideo dum Bartholomæa in
proprio testamento declarauit, prædictam adem-
ptionem legatorum facere velle iuxta facultatem
sibi à marito in testamento concessam, ac omni alio
meliori modo, visa est disposuisse, non per viam vl-
timæ voluntatis, sed per actum inter viuos, ex † quo 10
clausula omni meliori modo operatur, vt veniant
omnes alij modi etiam non expressi, Caputaq. *de-
cis*. 124. *part*. 1. Seraph. *decis*. 1184. *num*. 3. Quia fuit
responsum, clausulam prædictam positam † in te- 11
stamento importare omnes alios modos similes ex-
pressos, & sic dispositionem vltimæ voluntatis, non
autem inter viuos, Surd. *cons*. 77. *num*. 27. Pedroe.
cons. 14. *num*. 5. etenim relatiuum †, aliud, non potest 12
importare modos diuersæ naturæ, ex cumulatis per
Tiber. Decian. *cons*. 54. *num*. 30. *lib*. 2. Cephal. *cons*. 204.
num. 49.

Nec refragatur, quod cum Bartholomeæ con-
cessa fuerit facultas adimendi legata, non in con-
tractu inter † viuos, sed in testamento, & sic, in vl- 13
tima voluntate; ipsa pariter in vltima voluntate illa
adimere potuerit, vt per Ias. *d. cons*. 130. *sub num*. 5.
vers. sed præmissis non obstant. *lib*. 4. Quoniam vis non
stat in eo, quòd huiusmodi facultas sit potius con-
cessa in contractu, quam in vltima voluntate, sed
quòd testator limitauit facultatem ad actum inter
viuos, & ideo cum verba per se ipsa non † admit- 14
tant huiusmodi distinctionem, non attenditur subie-
cta materia, vt tradit Bald. *cons*. 182. *num*. 6. *lib*. 1. Surd.
cons. 401. *num* 23. & in specie Ias. in hoc etiam repro-
bat Pech *de testam. coniug. l*. 1. *cap*. 15. *num*. 6. & quòd
licet in testamento data sit facultas disponendi in-
uita procedat † conclusio prædicta, vt significet so- 15
lum actus inter viuos, non autem vltimarum volun-
tatum dixerunt Crauett. *cons*. 426 *num*. 6. Montesper.
cons. 119. *num*. 3. *ad med*. & *seq*. Peregr. *de fideic. art*. 40.
num. 62. vbi de communi. Fusar. *de substit. quæst*. 549.
num. 10. vbi pariter de communi. Giouagn. *cons*. 38.
num. 18. *in fin*. & *num*. 21. *lib*. 1.

Aliqui etiam ex Dominis addebant huiusmodi
facultates adimendi verbis quantumuis amplis con-
cessas intelligi † dummodo dispositio fiat arbitrio 16
boni viri, & non malo animo, vt bene admonet
Roma. *d. consil*. 476. *num*. 6. *vers. cæterùm aduerten*. &
eum sequuntur Cassan. *cons*. 39. *num*. 88. Corn. *con-
sil*. 140. *num*. 8. & *seqq. lib*. 2. Menoch. *cons*. 226. *num*. 29.
Paris. *cons*. 95. *num*. 73. & *seqq*. *lib*. 2. Bertaz. *ciuil*. 68.
num. 9. & *seqq*. Addent. ad Guidop. *decis*. 475. *versic.
liberam vtilitatem*.

In hoc autem casu, videbatur deduci Bartholo-
mæam motam fuisse ex odio, non autem ex arbi-
trio rationabili ex testibus deponentibus de minis
præcedentibus, † & odio quo prosequebatur Lu- 17
douicum, & filios quod releuans reputatur, vt per
Decian. *cons*. 3. *num* 15. *ad med. l*. 4. Bursatt. *consil*. 165.
num. 25. Menoch. *cons*. 226. *num*. 95. & *seqq*. Gabr. *con-
sil*. 81. *num*. 11. *l*. 2. eo magis concurrente prohibitio-
ne concordandi cum Ludouico, † quod est præcep- 18
tum per se malum, & contra bonos mores, *cap*. 11.

qui sacramento, vbi Atchidiac. *in princip. cauf.* 22.
quæst.4. Socin. iun. *consil.* 32. *num.* 13. *l*.3. & vlterius
etiam præcepto ne domos locaretur Ludouico, &
filiis etiamsi offerrent maiorem pensionem quàm
alij, ex quo detegitur malus animus Bartholomeæ,
cum præceptum huiusmodi esset nociuum non so-
lum Ludouico & filiis, sed etiam ipsis locis piis, &
29 nihil ei prodesset; fraus † enim præsumitur quando
quis facit id quod sibi non prodest, & aliis nocet,
vt per Menoch. *d. consil.* 226. *num.* 106. *& sequentib.*
& num. 19. Socin. iuo. *consil*.4. *num*.32. *lib*.4. Bursat.
consil.165. *num*.43.

Nec apud prædictos DD. videbatur excusari posse malum animum Bartholomeæ sub prætextu, quòd ademptionem fecerit fauore locorum piorum; dicebant enim, hoc forsan potuisse considerari, si fuisset in facultate eiusdem Bartholomeæ disponere ad fauorem aliorum, quàm locorum piorum. Tunc enim si elegisset loca pia posset habere aliquem colorem, sed cum Cæsar testator dederit ei facultatem limitatam adimendi fauore locorum piorum tan-
30 tum, non debet attribui bonæ menti † Bartholo-
meæ, quæ non poterat aliter priuare Ludouicum, &
filios, nisi disponendo fauore locorum piorum, itaut
31 causa principalis videatur † fuisse odium, vt Lodo-
uicus & filij non haberent, iuxta deducta per Gabr.
consil.81. *num.* 16. *cum pluribus seqq. lib*.2. præsertim
concurrente dicto præcepto, ne domus locaretur
Ludouico, & filiis etiam pro maiori pensione, quod
32 non videbatur posse fieri † ex alia causa, quàm odij,
& mali animi erga illos, vt supra dictum.

Et ita fuit decisum parte vtraque, &c.

Habetur in eadem causa alia decisio sub die 23. Ianuarij 1637. coram eodem R. P. D. Panzirolo, part.7.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Hæreditatis.

Die Mercurij 5. Martij 1636.

ARGVMENTVM.

Testamentum conditum ad fauorem piæ causæ, valet etiamsi testamenti scriptura à Notario coram testibus, non fuerit lecta, nec publicata. Testator quando non præsumatur suam voluntatem non reuocasse, licèt aliquid dicat, quod sapiat reuocationem.

SVMMARIVM.

1. *Hæredi scripto in testamento non est deneganda immissio vigore l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend. si ostendat testamentum non abolitum, non cancellatum, &c.*
3. *Testamentum inter liberos, sicuti etiam ad pias causas sustinetur, etiamsi scriptura à Notario coram testibus non fuerit lecta, nec publicata.*
Et hoc ea ratione, quia cum hæc respiciant solemnitatem illorum, defectus illud non vitiant, n.2. & 3.
4. *Testamentum inter liberos, siue ad pias causas, si redarguatur ex capite imperfectæ voluntatis, etiamsi quacumque solemnitate sit munitum quibuscunque non obstantibus, testamentum nequaquam sustinetur.*
5. *Voluntas in dubio perfecta præsumitur.*
6. *Testatoris assertiones, quando probantur minori numero, quam septem testium.*
8. *Verbum*, ho aggiustato, *adaptari non potest voluntati imperfectæ.*
9. *Testamentum, qui dicit esse reuocatum, concludenter dictam reuocationem probare tenetur.*
10. *Testator non dicitur reuocasse testamentum si faciat aliquod additamentum, seu alterationem, quæ non destruat voluntatem præcedentem.*
11. *Solemnitas testamentaria est quid diuersum à testamento.*
12. *in Testamento condito fauore piæ causæ, non est necessaria illius stipulatio, seu publicatio ad illius validitatem, sed solummodo ad probationem voluntatis.*
13. *Testamentum, quando est conditum fauore piæ causæ, sufficit, ut de eo constet per testatoris subscriptionem.*
14. *Testator, postquam semel habuit suam voluntatem prò perfecta, licèt postea aliquid facere, vel addere cogitauerit, non tamen ex eo, quod non fecit, desinit esse perfecta voluntas, & num.23.*
15. *Scriptura testamenti eius, qui iussit vocari testes, non est testamentum.*
16. *Sententia scriptura non est sententia, sed quædam præuia dispositio ad sententiam proferendam.*
17. *Testamenti scriptura, antequam coram testibus sit publicata, nihil actum est quod subsistat.*
18. *Testator, non præsumitur voluisse testari postquam dixit, sibi placere dispositionem, & vocari testes, subdit velle differre in vesperum.*
19. *Testator, si iubeat vocari quemdam Notarium pro stipulatione testamenti, & illo accedente, & redeunte, si semper differat ad aliud tempus, non dicitur habere animum condendi testamentum, vide etiam num.20. & declara, vt num.21.*
22. *Testamenti reuocatio, vt probetur, quid requiratur.*
24. *Actus, vt sustineatur capienda est omnis interpretatio.*
25. *Testis vnicus non probat.*
26. *Clausula*, omni alio meliori modo, *addita dictione copulatiua* (&) *vna cum dictione* (alio) *implicat alios modos diuersos ab expressis.*

DECISIO CXVIII.

Extra Rotam dubitaui, an esset confirmanda sententia immissionis Canonicorum, & Capituli S. Mariæ maioris de Vrbe in possessionem bonorum hæreditariorum q. Hieronymi de Nardis, & post plures disputationes susceptas super validitate, & perfectione testamenti, in quo dicta Basilica repetitur instituta contradicentibus sororibus dicti defuncti, Domini censuerunt huiusmodi sententiam vti validam, & iustam esse confirmandam. Nihil enim deficit eorum, quæ ad sententiæ validitatem sunt requisita, videlicet, iurisdictio Eminentissimi D. Cardinalis Archipresbyteri dictæ Basilicæ, cuius Vicarius pronunciauit, deinde citationes, & mandata procuratorem, de quibus apud Caputaq. *decis*.260. *num*.2.

Iustitia verò deducitur ex eo, quod pro parte dictorum Canonicorum fuit exhibita scriptura Authentica testamenti per Notarium facta, & clausa, ac subscriptione, sigilloque ipsius testatoris munita, & denique post illius obitum per eundem Notarium publicata, quæ non abolita, non cancellata, neque in aliqua sui parte vitiata conspicitur, & continet

tinet institutionem dictæ Ecclesiæ in tota hæredita-
1 te, † cui propterea denegari non potest imunissio in
possessionem bonorum dicti testatoris, quorum
probauit identitatem, iuxta *l. fin.* & *ibi* Doctor. *C. de edict. D. Adrian. tollend.*

Dicta enim scriptura vltra institutionem continet legata locis pijs, Dominis amicis, & consanguineis relicta, electionem sepulturæ, sepulchri inscriptionem, & denique ipsius testatoris subscriptionem, ac annuli signatorij impressione munita est, ex quibus de voluntate satis constat, idque om-
2 nes concludunt sufficere inter † liberos, ac eadem ratione ob pias causas, etiamsi scriptura à Notario coram testibus non fuerit lecta, nec publicata, & quod cum sit solemnitas illius defectus, testamentum non vitiet. Imol. *in l. si is qui, num. 6. ff. de testam.* cuius dictum sequitur *ibi* Aretin. *vers. credo tamen.* Roman. *in Authent. similiter, num. 63. C. ad l. falcid.* Alexand. *num. 12. in fin. de testam.* Magdal. *de num. testam. part. 2. cap. 3. num. 7.* Sanchez *cons. moral. lib. 4. cap. 1. dub. 7. num. 6.* qui tenent in hoc casu non esse
3 † necessarias iuris solemnitates; secus verò si scriptura redargueretur ex capite imperfectæ voluntatis, si nempe non fuerit absoluta; sed potiùs quæ-
4 dam præparatio testamenti, quo casu etiamsi † quacunque solemnitate esset munitum, non obstante fauore piæ causæ nequaquam sustineretur. Bald. *in l. 1. num. 147. C. de sacros. Eccles.* Aretin. *in d. l. si is qui, vers. secundus casus. ff. de testam.* Oldrad. *consil. 119. num. 2.* Paul. de Castr. *consil. 101. num. 3. volum. 2.* Dec. *consil. 488. num. 15.* Ias. *consil. 196. num. 11. volum. 2. & consil. 158. sub num. 5. vers. sed præmissis, volum. 4.* Grammat. *decis. 62. num. 15.* Boër. *decis. 93. num. 10.* Sanch. *d. dub. 7. num. 5. & dub. 9. per tot.* Paschal. *de patr. potest. part. 2. cap. 8. num. 60. & seqq.*

Cum autem sorores testatoris ex eo capite impugnarent validitatem dicti testamenti, quòd scilicet non constaret de perfecta voluntate testatoris, qui post absolutam scripturam Notario pro stipulatione redeunti responderat, *non ne voglio far altro, andate via*; ideo visum fuit pro resolutione causæ tres inspectiones esse faciendas.

Prima, scilicet, an quo tempore Hieronymus testator mandauit Notario, vt diligentissimè scripturam exararet, ac hæredis institutionem dictauit, aliaque fecit, vt supra, eamdemque manu propria subscriptam, & sigillo munitam in capsula sub clauis custodia curauit recondi, tunc verè perfecta, & absoluta fuerit illius voluntas.

Secunda, an idem testator deinde reuocauit huiusmodi voluntatem.

Tertia, an saltem per aliqua verba ipse declarauerit à principio voluntatem suam non fuisse perfectam.

Quod igitur ad primam inspectionem attinet, constat hic omnia fuisse adhibita, quæ ad condendum testamentum validum requiruntur, ipse enim Notarius, qui scripturam confecit, & alius familiaris, qui dum præmissa agerentur domi erat, deposuerunt de accuratissima testatoris diligentia in eo adhibita, quod eidem Notario mandauerit, vt huiusmodi testamentariam suam dispositionem scriberet, ac pluties rescriberet, ac demum ipse subscripserit, & septem proprij sigilli impressionibus iusserit obsignari, ac deniquè in arcula reponi, ex qui-
5 bus colligitur voluntas, † quæ in dubio perfecta præsumitur *d. l. si is qui*, vbi Bald. *num. 3.* Imol. *num. 2. ff. de testam.* Alexand. *consil. 105. in fin. vol. 7.* Rum. *consil. 1. num. 22. vers. non obstat, volum. 2.* Rot. *coram Card. Seraph. decis. 623. num. 1. & coram Card. Sacrato, in vna Romana testamenti relata per Gratian. discept. forens. cap. 550. num. 53* & in præsenti casu vndecumque clarior euadit dicta voluntas attentis verbis à testatore prolatis, de quibus testes deposuerunt, videlicet: *Laudato Dio, adesso son contento, che ho agginstato le cose mie*, quorum testium alter id est, Notarius requisitus de sua opinione circa testamentum, dicit se illi allegauisse sententiam S. Augustini, quod quicumque vult exhæredato filio hæredem facere Ecclesiam quærat alterum, qui suscipiat, non Augustinum, immò Deo propitio neminem inueniat ipsum verò testatorem, tunc respondisset: *Pagati tutti li legati, & adempiti tutti li pesi del Testamento che cosa vi resta per la Chiesa.* Qui testes cum retulerint se ad scripturam, & sint duo, sufficien-
tem faciunt probationem eo quòd † huiusmodi as- 6
sertiones probantur minori numero, quam septem testium. Seraphin. *decis. 1302. num. 6.* probant enim substantiam testamenti relatiuè ad scripturam, quam viderunt, quemadmodum dicitur de schedula testamenti existente penes Guardianum S. Francisci, vel
alium tertium, † quod sufficiat probari subiectam 7
fuisse oculis Notarij, ac testium, quando fuit consignata, ad tradita per Lam. *cap. 1. post tract. de formul. instrument. cum alijs allegatis in Romana hæreditatis de Arigonis 18. Iunij 1627. coram bon. mem. Card. Verill.* Dum itaque dicti testes deponunt de verbis, *Laudato Dio*, &c. vt supra prolatis à testatore, & non ambigunt quin ea dixerit post conditum testamentum, nihil refert, quòd interrogati, an ea dixerit ante, vel postquam subscripsit respondeant se non recordari.

Quoniam licèt ignorent tempus quo testator ita fuit locutus, non tamen dubitant de perfecta illius voluntate iam propalata per illa verba, *ho agginstate le cose mie*, & sic de antecedenti voluntate tunc præordinata, non enim potest intelligi id factum fuisse nisi iuxta ordinem, & naturam rei, id est in ipso actu scribendi, vel post, alioquin illud verbum, *ho agginstate*, non verificetur, † eo quòd voluntati imperfe- 8
ctæ adaptari non potest. Decian. *consil. 62. volum. 1.*

Altera inspectio, an scilicet testator reuocauerit testamentum, versatur circa depositionem supradicti Notarij, in qua dicit se post confectum, & obsignatum testamentum ex officio quæsiuisse, an testator vellet illud stipulari coram se, & testibus, ipsum verò testatorem respondisse, *facciamo quamo volere voi, ma adesso mi pare troppo tardi de trouare Testimonij*. eo quod nocturno tempore, & accenso lumine illud subscripserat. Notario verò sequenti die redeunti, & sciscitanti num testamentum stipulari vellet, testatorem respondisse, *andate via, non ne voglio far altro fin che non ne parlo col Signore.* Idest, cum Marchione, cui testator inseruiebat. In iure autem
certum est, quod qui dicit testamentum † fuisse re- 9
uocatum, adeò concludenter debet probare reuocationem, vt verba testatoris eam pernecesse importent. Laderch. *consil. 157. num. 3.* sed in præsenti verba non sunt eiusmodi, quæ recessum à prima voluntate importent, sed potius additamentum, seu alte-
ratiouem, quæ non destruunt † voluntatem præce- 10
dentem iam redactam in dispositione, ad tradit. per Matt. *volum 8. num. 14. & 15.* cum alijs ibi allegatis, immo admissa etiam supradicta locutione testatoris, *andate via*, &c. cum sint prolata consecutiuè ad interrogationem Notarij antecedentem super stipulatione, non attingunt testamenti substantiam,
sed illius publicationem, quæ † solemnitas est quid 11

diuerſum à teſtamento. Mantic. *de coniectur. vltim.*
*volunt. lib.2. tit.12. num.*1. Honded. *conſil.* 77. *num.*2.
volum. 1. Mart. *d. volum.*8. *num.* 15. Vnde ſequitur,
quòd ſicuti in teſtamento condito fauore piæ cau-
12 ſæ non eſt † neceſſaria illius ſtipulatio, ſeu publi-
catio ad illius validitatem, ſed ſolummodo ad pro-
bationem voluntatis, *l. hac conſultiſſima*, §. *per nun-*
cupationem, vbi Paul. de Caſtr. *C. de teſtam.* Boër. *de-*
ciſ. 36. *num.*2. ſic illius ſuſpenſio, ſeu omiſſio non
vitiat, nec arguit imperfectionem voluntatis cum
13 in huiuſmodi † teſtamento ad fauorem piæ cauſæ
ſufficiat, vt de ea conſtet per teſtatoris ſubſcriptio-
nem. Corn. *conſil.*307. *num.*8. *volum.*3. Menoch. *con-*
*ſil.*167. *num.*10. & alij allegati per Tiraq. *in tract. de*
priuileg. piæ cauſ. priuileg. 4. quorum opinionem vti
veriorem, & magis communem amplectitur Rota
vt *in Mediolanen. de Cuſanis* 4. *February* 1605. *coram*
bon. mem. Iuſto, in qua actum fuit de ſchedula teſta-
mentaria inſtitutionis Hoſpitalis ſubſcripta per Car-
dinalem Cuſanum. Atque ita verius eſt, vt dicatur
ex dictis verbis apparere, quòd teſtator diſtulit ſti-
pulationem, pro qua non ipſe, ſed Notarius erat
ſolicitus, ſubſtantiam vero, & perfectionem actus
non ſuſpendit cum ante dictorum verborum prola-
tionem iam eſſet perfectus, & abſolutus. Poſtquam
14 autem teſtator ſemel habuit † ſuam voluntatem pro
perfecta, licèt deinde cogitauerit aliquid facere, vel
addere, non tamen ex eo, quod non fecit, deſinit eſſe
perfecta, *l. penult.* vbi Aretin. *num.*2. *C. de inſtit. &*
ſubſtit. & *l. cùm pater*, §. *vltim. ff. de legat.*2. Alexand.
conſil. 73. *num.* 3. *volum.*1. Ruin. *d. conſil.* 1. *num.* 22.
volum. 2.

Hinc viſum fuit non applicari huic caſui conclu-
15 ſionem, quòd ſcriptura teſtamenti eius, † qui man-
dauit vocari teſtes non ſit teſtamentum. Sed quæ-
dam præparatio ad teſtandum ſi antequam teſtes
16 aduenerint moriatur, quemadmodum dicitur † de
ſcriptura ſententiæ, quod non ſit ſententia, ſed quæ-
dam præuia diſpoſitio ad ſententiam proferendam
*l.*2. *C. de ſent. ex libell. recit. cap. fin. de ſent. & re iudic.*
17 *in* 6. adeò vt antequam ſcriptura † coram teſtibus
fuerit publicata nihil actum ſit, quod ſubſiſtat, vt
communiter concludunt Doctores, & præcipuè Ol-
drad. *conſil.*19. vbi de diſpoſitione ſcribenda per No-
tarium, & deinde publicanda coram eo, & teſtibus
vocandis. Paul. de Caſtr. *conſil.*450. *volum.*2. *de mu-*
18 *liere*, quæ poſtquam † dixiſſet ſibi placere diſpoſi-
tionem, & vocati teſtes, ſubdidit velle differre in
veſperum. Iaſ. *in d. conſil.*155. *volum.*4. vbi de teſta-
tore qui iuſſerat vocari quemdam Notarium pro ſti-
19 pulatione, & illo accedente, † & redeunte ſemper
diſtulit eam ad aliud tempus, & Surd. *deciſ.*292. in
caſu mulieris, quæ poſt confectam ſcripturam man-
20 dauit Notario, vt illam † aſſeruaret donec ipſa è
rure ad Vrbem reuerſa eodem Notario, & teſtibus
vocatis publicari curaret, qui omnes loquuntur in
caſu quo cauſa pia erat inſtituta.

Quoniam vt præallegati Doctores, & præſertim
21 Caſtrenſis obſeruarunt dicta concluſio † procedit in
voluntate, quæ ea ratione dicitur imperfecta, quod
antecedens diſpoſitio fuerit coarctata, & depen-
deat à futura publicatione in qua teſtator actus per-
fectionem conſulerat ita ex eodem Caſtren. & aliis
colligunt Paſchal. *de patr. poteſt. dict. part.*2. *cap.*8.
*num.*61. & Amat. Panorm. *reſolut.*8. *num.* 19. in caſo
vero teſtamenti de quo agitur conſtat de volunta-
te iam perfecta ex verbis ſupra ponderatis, *ho aggiu-*
ſtate le coſe mie, &c. cuius reuocationem inducere
22 non poteſt probatio, quæ non † ſit de magis enixa
voluntate, quam quæ requiritur ad ſuſpendendum,
ne perfectio actus introducatur.

Tertiæ verò inſpectionis obiectum ſunt eadem
verba à teſtatore prolata, vt ſuprà, *ho aggiuſtate*, &c.
non ne voglia far altro, &c. quæ cùm non inducant,
vt probatum fuit, voluntatis † reuocationem ne- 23
quaquam indicium facere poſſunt, quod teſtator
ſaltem per illa declarauerit à principio eius volun-
tatem non fuiſſe perfectam, verba enim *ho aggiuſta-*
te, &c. oſtendunt perfectionem ſcripturæ itaut ni-
hil præterea deſideraretur niſi illius publicatio, &
verba prolata ad interrogationem Notarij redeun-
tis pro ſtipulatione, *non ne voglio far altro*, &c. cùm
poſſint † referri tam ad ſtipulationem, quàm ad ip- 24
ſum teſtamentum omnis capienda eſt interpretatio,
per quam actus ſuſtineatur, *l. vbi eſt verborum*, *ff. de*
reb. dub. eſt igitur inſpicienda intentio teſtatoris po-
tius in dictis verbis, *ho aggiuſtate*, &c. quæ ad aliud
referri non poſſunt quam ad perfectionem, & de
quibus etiam deponunt duo teſtes quam in dictis
aliis verbis æquiuocis, *non ne voglio far altro*, de qui-
bus ſolus Notarius deponit, & conſequenter vti
† vnicus, & de actu extrinſeco non facit conclu- 25
dentem probationem. Bald. *in l. errore*, *num.*2. *C. de*
teſtam. Innoc. *in cap. quoniam contra*, *num.*6. *de pro-*
bat. Seraphin. *deciſ.*581. *num.*6. & *deciſ.*623. *num.* 11.
cum ſeqq. Gratian. *diſcept.* 550. *num.* 54.

Non obſtat, quòd teſtator in eodem teſtamento
reliquerit Notario ſcuta decem, quibus voluit eum
eſſe contentum pro præſenti teſtamento, vnde vide-
tur poſſe colligi, quòd teſtator conſiderauerit ro-
gitum Notarij. Quia inde non ſequitur, quòd vo-
luerit aliter teſtari, quàm cum huiuſmodi rogitu, de
quo in legato nulla fit mentio: cum huiuſmodi le-
gatum intelligi poſſit factum pro remuneratione la-
boris, & aperitione teſtamenti, quam etiam abſque
rogitu idem teſtator ſcire potuit debere fieri ab eo-
dem Notario.

Similiter non obſtat, quòd idem teſtator in prin-
cipio ſcripturæ dixerit ſe velle condere teſtamen-
tum nuncupatiuum clauſum, & ſigillo obſignatum,
& ſic teſtari cum rogitu Notarij per relationem ad
ſchedulam non obſtante ſubſcriptione, & inſtitu-
tione per verba præſentis temporis, *mia herede vni-*
uerſale faccio la Chieſa, &c. Quia id procederet ſi te-
ſtator ſe reſtrinxiſſet ad hunc modum teſtandi, ad
quem re vera ſe non reſtrinxit cum appoſuerit clau-
ſulam omni alio meliori † modo, quæ addita di- 26
ctione copulatiua, &, vna cum dictione (*alio*) im-
plicat alios modos diuerſos ab expreſſo. Pariſ. *con-*
*ſil.*90 *num.*10. *volum.*3. Achill. *de vnic. de verb. ſignific.*
Caputaq. *deciſ.*124. *part.*1.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Hæreditatis.

Die Lunæ 5. Martij 1636.

ARGVMENTVM.

Tractatur in hac deciſione, quando habeat locum ſtatutum Vrb. lib. 1. cap. 145. excluſiuum fœminarum propter maſculos, & quando ceſſet.

SVM

SVMMARIVM.

1. *Statut. Vrb.lib.1. cap.145. ponuntur tres casus exclusionis.*
Primus est obitus patris, vel aui ab intestato superstitibus filiabus maritatis, & dotatis.ibid.
Secundus casus est, quando pater vel auus in vltima voluntate relinquunt dotem eisdem filiabus. ibid.
Tertius verò est, quando frater, vel pater parati sunt sorores, vel filias non maritatas, nec dotatas cum effectu dotare, ibid.
2. *Statuta exclusiua fœminarum cessant, si quis non decedat intestatus.*
3. *Statuti verba, vbi non conueniunt, nec minus conuenire potest illius dispositio.*
4. *Donationis loco non succedit institutio in heredem, cum ea potius ius donationis extinguat, & confundat, & num.18.*
5. *Frater an teneatur dotare sororem, iuxt. Statut. Vrb. lib.1. cap.145. si habeat aliunde dotem sibi constitutam.*
6. *Filia si sit heres instituta in testamento patris, ex hoc inferri potest ad dotationem à statuto requisitam.*
7. *Itaut debeat esse contenta de ea parte hereditatis, quæ fuit illi relicta.*
8. *Pater instituendo heredes æqualiter filios masculos, & fœminas, censetur eos omnes vno modo dilexisse.*
9. *Statuta exclusiua fœminarum ita demum procedunt, si pater velit.*
10. *pro Dote præsumitur patris mens, quando in testamento simpliciter reliquit filia summam aliquam pecuniarum, limita num.11.*
12. *Status Vrb. lib.1. cap.145. mens in eo residet, quod à patre, vel auo, aut à fratre, vel patruo filiabus fœminis detur dos, ad effectum eas excludendi à successione.*
13. *Verba, in casibus supradictis, qualificant, & restringunt dispositionem ad præcedentia.*
14. *Statuta tantum referuntur ad illos casus, qui oculis corporeis possunt legi, non autem ad alios, qui per verborum interpretationem possunt intelligi.*
15. *Statutum emanatum ad fauorem aliquorum, huiusmodi fauor non debet ad alios casus præter expressos extendi.*
16. *Qualitas à statuto requisita dum non potest verificari, cessat eius dispositio.*
17. *Laderch. in cons.25. declaratur.*
19. *Pater, ex quibus appareat, quod non obstante statuto exclusio fœminarum, voluerit filias fœminas ad successionem reintegrare.*
20. *Dos, si alicui fuit legata, quando censeatur testator motus sic ad legandum contemplatione patris potius quàm filia, cui legauit d. dotem.*
21. *Satus. Vrb.lib.1.cap.145. verba, ibi ab vna ex prædictis personis dotata, qualis sit sensus.*
22. *Dictio,* prædictis, *est restrictiua.*
23. *Dictio,* prædictis, *refertur ad nominates, non autem ad innominatos.*
24. *Filia, si non habuerit à patre vel auo dotem, neque fratres sunt parati eam dotare, cessat Statut. Vrb. lib.1. cap.145.*
25. *Casus à statuto omissus remanet sub dispositione iuris communis.*

DECISIO CXIX.

Dominus Timothens Iulius eius sorori agenti ad successionem in bonis communibus matris opponebat statutum Vrbis de successionibus ab intestato exclusiuum fœminarum quod habetur *lib. 1. statutorum cap. 145.* Vnde proposui dubium an dictæ Iuliæ debeatur successio in bonis maternis, ad quod Domini affirmatiuè responderunt.

Nam tres in dicto statuto ponuntur casus † ex- 1
clusionis, quorum primus est obitus patris vel aui ab intestato superstitibus filiabus maritatis, & dotatis, alter dotis per patrem vel auum in vltima voluntate eisdem filiabus constitutæ, & tertius est fratris vel patris parati sorores vel neptes non maritatas nec dotatas cum effectu dotare: respectu autem Iuliæ nullus ex supradictis casibus applicatur.
Non primus quia pater non decessit † intestatus (vt 2
habetur in statuto,) sed cum testamento superstitibus filiabus non maritatis neque dotatis, (vt in eodem statuto requiritur,) sed innuptis ac indotatis,
quibus cum † non conueniant verba statuti, minus 3
conuenire potest illius dispositio, *l. 1. §. loquitur, ff. de aq. quotid. & æst. cum simil.* Brun. *super statut. exclus. fœmin. art. 6. num. 79.* Surd. *decis. 59. num. 1. & seq.*

Neque etiam secundus casus ei applicatur, quia licèt eam pater instituerit hæredem, non tamen do-
tauit, & loco dotationis † non succedit institutio 4
quæ potius ius dotationis extinguit, & confundit, vt singulariter tradit Barbos. *in l. si cum dotem 23. §. si pater, num. 17. in fin. & num. 28. ff. solut. matrim.*

Minus potest dici quod prædicta Iulia sit in tertio casu eiusdem statuti comprehensa, qui est dotationis à fratre vel patruo, quoniam de patruo non constat, quoad Timotheum verò fratrem resolutum fuit 28. Iunij 1640. coram me ipsum non teneri dictam sororem dotare eo quod habeat aliunde
† dotem sibi constitutam, quod ostendit d. fratrem 5
fuisse requisitum, non tamen esse paratum dotare iuxta statutum.

Neque ex eo quod dicta mulier sit instituta hæ-
res in testamento patris, & inde valeat † se dotare, 6
inferri potest ad dotationem à statuto requisitam iuxta doctrinam Bartol. *in l. quod autem, ff. de iur. dot.*
itaut debeat esse contenta † ea parte hæreditatis, 7
quæ fuit illi relicta, vt respondit Laderch. *consil 25.* Quia d. pater instituendo æquis portionibus filios masculos & fœminas, censetur eos æqualiter dile-
xisse, & consequenter † noluisse magis in vno casu 8
quam in alio relinquere pro dote deinde supponendo hæreditatem fideicommisso, claré ostendit se noluisse dotare ad effectum statuti, cum disposuerit contra illius prouisionem, & sic censentur voluisse recedere ab exclusione statutaria, & potius remane-
re in terminis iuris communis, & in casu † in quo 9
nulla est inducta exclusio, quæ ita demum procedit si pater velit, Paol. de Castr. *in consil. 52. num. 2. volum. 1.* Merlin. *de legit. lib. 1. tit. 4. quæst. 6. num. fin.* Rot. *decis. 408. num. 3. part. 2. recent.*

Mens autem testatoris pro dote † præsumitur 10
quando in testamento simpliciter reliquit filiæ summam aliquam pecuniariam, vt puta mille sine aliqua expressione, quo casu procedit prærallegata doctrina Bartol. *in d. l. quod autem, ff. de iur. dot,* vt etiam
obseruaut Natt. *consil. 563. num 9. vol. 2.* Secus verò
concurrentibus in † contrarium aliis coniecturis vel- 11
uti æqualis institutionis masculorum & fœminarum, ac substitutionis, quæ coniecturæ sunt potentiores ad arguendum quòd testator noluerit relinquere pro dote, sed pinguius prouidere, substitutionem autem esse in hoc casu potentiorem coniecturam, dixit Rot. *decis. 120. & 139. coram Cardin. Seraphin.*

Deinde

Deinde mens statuentium in eo resider quod à
11 patre, † vel auo, aut à fratre vel patruo filiæ fœminæ, detur dos ad effectum eam excludendi à successione in bonis matris, in aliis vero casibus ex eo patet non esse exclusas, quòd ipsi statuentes in parte exclusiua vsi fuerunt verbis relatiuis,ibi, *qua filia vel neptes*, &c. Et aliis verbis ibi: *in casibus supradi-*
13 *ctis*, † quæ qualificant, & restringunt dispositionem ad præcedentia, idest, ad filias fœminas habentes qualitates exclusionis à bonis patris, & dotationis à personis ibi nominatis, & ad eos casus tantum-
14 modo referuntur † qui oculis corporeis possunt legi in statuto, non autem ad alios qui per verborum interpretationem possunt intelligi, *l. r. ff. de bu qua, in testam. delem.* Bart. *in l. qui liberis*, *§. hac verba, ff. de vulgar. & pupill.* Surd. *consil.* 402. *num.* 1. *in fin. & num.* 2. *&* 3. *& consil.* 417. *num.* 4. *& in tract. de aliment. tit.* 9. *cap.* 13. *num.* 32. Eadem ratione tollitur obiectum quòd statutum de quo agitur emanauerit
15 fauore masculorum, quia huiusmodi fauor † non debet ad alios casus præter expressos extendi, sed coërcendus est intra limites quos eadem mens statuentium & forma verborum præscripsernt. Bald. *in l.* 1. *C. de success. edict.* quem ibi sequitur Salic. Paul. de Castr. & alij Doctores relati per Dec. *consil.* 287. *num.* 9. & per Surd. *decis.* 9. *num.* 16.

Vnde sequitur quòd statuentes prædicti nolue-
16 runt comprehendere casum filiæ fœminæ quæ † poterit dotare se ipsam de bonis hæreditariis patris postquam fuerunt effecta illius patrimonium, cum in hoc casu non possit verificari qualitas à statuto requisita. Bald *in l. neque mater, num.* 6. *C. de iur. dot.* Anchar. *consil.* 80. *vers. præterea alia ratione.* Dec. *consil.* 589. *num.* 7. *& seqq.* Curt. sen. *consil.* 27. Aymon *consil.* 142. *num.* 10. Surd. *consil.* 192. *num.* 35. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 17. *num.* 2.
17 Neque obstat † Ladetch. *consil.* 25. vt supra allegatum, quia procedit in casu statuti in quo disponitur quòd filiæ fœminæ debeant esse contentæ eo quod illis fuerit relictum, pro suis dotibus, secus verò quando (prout in hoc casu) pater non quid certum, pro dote reliquit filiabus fœminis, sed eas titulo vniuersali hæredes vna cum masculis instituit,
18 per quam institutionem † vniuersalem dotatio remansit confusa vt supra fuit probatum, & inde de mente patris quòd non obstante statuto voluerit,
19 † filias fœminas reintegrate ad successionem. Merlin. *de legit lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 6. *num.* 18. *&* 19. Cyriac. Nigr. *controuers.* 184. *num.* 18. Rot. *decis.* 408. *num.* 3. *vers. testator enim*, *part.* 2. *recent.*

Cessat quoque aliud obiectum deductum ex legato dotis per q. Timotheum d. eius patris consobrinum relicto, quia eum ipsa esset nata, & cognita testatori qui dotem legauit, minimeque esset nubilis propter minorem ætatem, ideoque nulla tunc temporis adesset patris obligatio, non potest facilè
20 † concludi quòd dictus q. Timotheus motus fuerit ad sic legandum contemplatione patris potius quam filiæ. Menocb. *consil.* 183. *num.* 13. *in fin.* Hondéd. *consil.* 90. *num.* 18. *vol.* 1. eum aliis allegatis per Mangil. *de imputat. quæst* 21. *num.* 34. & nihilominus admissa etiam dicta contemplatione propter simile legatum factum aliis filiabus nascituris, adhuc exclusioni statutariæ resistit non modu voluntas patris expressa per dictam institutionem, sed etiam mens statuentium similiter expressa in illis verbis
21 statoti, ibi, *ab vna ex* † *prædictis personis dotata*, vt sensus sit eos voluisse filias fœminas ita demum esse exclusas à successione in bonis matris si pro-
priè fuerint dotatæ ab vna ex personis in ipso statuto superius nominatis, inter quas nulla habetur mentio consobrini. Dictio enim *prædictus*, est † restrictiua, *d. l. qui libris*, *§. hac verba*, *ff. de vulgar. & pupill.* & refertur † ad nominatos, non autem ad non nominatos. Gozzad. *consil.* 19. *num.* 15. Iaf. *consil.* 15. *vol.* 1. Rot. *decis.* 713. *num.* 2. *&* 3. *part.* 2. *diuers.* 22 23

Cùm ergo Iulia non habuerit à patre vel auo dotem, neque d. Timotheus frater † sit paratus eam cum effectu dotare, consequens est vt dicatur in casu à statuto omisso existere, & proinde ad eius fauorem esse † locum iuris communis dispositioni de æquali in bonis parentum successione, *§. cæterum*, *Instit. de legit. agnat. success. l. maximum vitium*, *C. de lib. præter. l. lege* 12. *tabularum*, *C. de legit. hæred. §. nullum*, *Auth. de hæred. ab intest. venien. collat.* 9. 24 25

Et ita vtraque, &c.

a Est decisio 398. part. 5. recent.

Et patt. 7. in eadem causa adest alia decisio sub die 22. Iunij 1635. coram eod. bon. mem. Motmanno, & habentur aliæ id est, sub diebus 16. Nouembris 1636. coram eodem, & 12. Decembr. 1639. coram R. P. D. Dunozetto, part. 8.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Fideicommissi de Glauarinis.

Die Lunæ 5. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Fœminæ, quando non admittantur ad fideicommissum, licèt vocationes, & substitutiones fuerint factæ per verba apta etiam eas comprehendere. Votum conseruandæ agnationis, quando in testatore considerari possit, & alia de quibus in summariis.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissario, quando obstent detractiones ad impediendam immissionem ei debitam vel ex Salmano interdicto, vel ex l. fin. C. de edictis D. Adr. tollend.*
2. *Fœmina veniunt appellatione proximiorum, & deficientibus masculis admittuntur ad fideicommissum.*
3. *Sed ista conclusio non procedit, quando testator discretiuè locutus est de illis, vel quando habuit rationem conseruanda agnationis.*
4. *Fœmina, quando non censeantur admissa ad fideicommissum, licèt vocationes, & substitutiones fuerint facta per verba, quantumuis collectiua, & apta comprehendere fœminas, & masculos.*
5. *Testator dicitur discretiuè locutus de fœminis, si vocauerit lineam masculinam descendentium, & mandauit fœminas dotari, & num. 6.*
6. *Fœmina si sit exclusa à testatore non potest impedire successionem aliorum masculorum proximiorum.*
8. *Testator ex quibus probetur, quòd habuerit rationem conseruanda agnationis.*
9. *Testatoris enixum votum conseruanda agnationis, in quibus solet considerari.*
10. *ex Familia nuncupatione censetur habita ratio conseruanda agnationis.*

11. *Testa*

11. *Teſtator, quando dicatur in vocatione proximiorum de Caſata conſideraſſe ſolum agnationem deficiente deſcendentia ipſius teſtatoris.*
12. *Verbum*, illorum, *ad quid referatur.*
13. *Dictio* (videlicet) *eſt declaratiua præcedentium.*
14. *Inſinuatio in actu geminato an requiratur.*
15. *de Inſinuatione tertius dare non poteſt.*
16. *Tertius de proximitate dare non poteſt, inuito eo, de cuius proximitate agitur.*
*Surd. conſil.*145. *declaratur, ibid.*
17. *Subſtitutio, quando intelligatur tantùm de ijs, qui fuerunt proximiores de tempore purificati fideicommiſſi.*
18. *Subſtitutio, quando non ſit extendenda de vno proximiore ad alium, ſed poſtquam ad proximiorem deuenerit, extinguatur fideicommiſſum contrarium, num.* 19. *&* 20.
19. *L. cum ita, §. in fideicommiſſo, & l. peto, §. fratre, ff. de leg.* 1. *quando ceſſent.*
21. *Res ſua, vnuſquiſque eſt moderator, & arbiter.*
22. *Hæres cum beneficio l. & inuentarij liberè poteſt diſponere de rebus ſuis, cum d. l. & inuentarij vigore non remanent eius bona hypothecata, ſed conſeruantur illæſa iura ante illi competentia, perinde ac ſi non adiuiſſet, & hæreditas eſſet iacens.*
23. *Hæres grauatus fruſtra opponit contra fideicommiſſarium de ære alieno teſtatoris, ſi non doceat illud ſoluiſſe.*
24. *Reus non poteſt excipere de eis, quæ ad eum minimè ſpectant.*
25. *Detentori ſat non eſt allegare melioramenta, niſi oſtendat ſe, vel illos, quibus ſucceſſit feciſſe.*
26. *in Monialibus non poteſt conſiderari aliqua ſucceſſio.*
27. *Ceſſionarius vigore ceſſionis poteſt agere ſicut ipſi cedens, alioquin nihil operaretur.*
28. *Hæres, ſi omiſerit conficere inuentarium intrat præſumptio ſubtractionis, & occulationis bonorum, & ſatisfactionis detractionum.*
29. *Hæres grauatus ſi non confecit inuentarium, & aliqua bona alienauerit, præſumuntur adæquare detractiones, & dicenti contrarium incumbit onus probandi, & num.* 33.
30. *Bona ſubrogata in locum bonorum fideicommiſſariorum alienatorum veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*
31. *Melioramenta in reſtitutione fideicommiſſi, vt hæres grauatus detrahat, debet probare, quòd ipſe illa fecerit.*
32. *Poſſeſſor bonæ fidei debet compenſare melioramenta, cum fructibus perceptis à die motæ litis ex dd. bonis.*
34. *Inuentarium conficiendum ab hærede grauato, non ſuppletur per inuentarium compilatum à tutore, amplia num.* 35.
36. *Dotes filiarum ſuccedunt legitimæ.*
37. *Dotes filiarum detrahendæ ſunt ex legitima, non autem ex fideicommiſſo.*
38. *Melioramenta non ſunt detrahenda ab hærede grauato, quando mala fide facta ſunt, ob iudiciales proteſtationes eidem tranſmiſſas ne ea faceret.*

DECISIO CXX.

IN hac cauſa fuit reſolutum eſſe confirmandam
deciſionem antea factam 23. Ianuarij currentis
anni, [a] quæ firmat DD. Ioan. Baptiſtæ, & Vincen-
tio fratribus de Glauarinis vocatis ad fideicommiſ-
ſum de quo agitur deberi immiſſionem in tornatu-
ris 32. prædij Cadriani ſubiectis fideicommiſſo Ale-
xandri ſenioris, & in reſiduo bonorum eiuſdem
communis vigore fideicommiſſorum, Antonij &
Alexandri iunioris; ratio reſolutionis fuit, quia ex
deductis in d. deciſione iuſtificantur omnia requiſi-
ta neceſſaria ad effectum immiſſionis nec oppoſita
à DD. Piaritiis ex perſona Iſabellæ filiæ Gherardi
(à quo cauſam habere prætendunt) & in ſpecie † de- 1
tractiones viſa fuerunt Dominis releuare ad impe-
dien. immiſſionem debitam, vel ex Saluiano inter-
dicto vel ex *remed. l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend.*
ex allegatis in deciſione quæ reuidetur.

Quod enim attinet ad perſonam Iſabellæ non
officit quòd cum fideicommiſſum Alexandri ſenio-
ris per obitum Gherardi vltimi ex deſcendentibus
maſculis fuerit purificatum ad fauorem proximio-
rum de Caſata, Iſabella filia Gherardi tanquam pro-
ximior excludat Ioan. Baptiſtam, & Vincentium;
quia licèt vera ſit concluſio, quòd fœminæ † ve- 2
niunt appellatione proximiorum ſan. mem. Gre-
gor. XV. *deciſ.* 464. *num.* 1. & deficientibus maſculis
admittantur ad fideicommiſſum. Soc. ſen. *conſil.* 127.
num. 6. *lib.* 1. Gabriel. *conſil.* 132. *num.* 54. *lib.* 1. Ruin.
conſil. 140. *num.* 4. *&* 154. *num.* 3. *lib.* 2. hæc tamen
non procedunt quando teſtator fuit de illis † diſcre- 3
tiuè loquutus, vel quando habuit rationem conſer-
uandæ agnationis, vt in puncto reſpondit Rota *in
recent. deciſ.* 203. *num.* 8. *part.* 2. in quibus caſibus nul-
latenus fœminæ admiſſæ cenſentur etiamſi voca-
tiones, & ſubſtitutiones fuerint † factæ per verba 4
quantumcunque collectiua, & apta comprehende-
re maſculos, & fœminas. Bartol. *in l. hæredis mei,
§. cum ita, num.* 4. *ff. ad Trebell.* vbi Caſtr. *num.* 3.
Alexand. *num.* 8. & Rip. *num.* 75. & hanc opinionem
veram, communiter obſeruari ſolitam firmat Mo-
lin. *de Hiſpan. primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 38. *& ſequent.*
Rot. *d. deciſ.* 203. *num.* 2. vbi quamplures Doctores
adducuntur.

In propoſito autem caſu vtraque qualitas con-
currit; quòd enim teſtator fuerit diſcretiuè loqu-
tus patet, quia vocauit in teſtamento lineam maſcu-
linam deſcendentium † mandans fœminas dotari, 5
& finita eadem linea vocauit in codicillis *proximio-
res* non quidem ſimpliciter, ſed cum illa adiectione
*de Caſata illorum de Glauarinis tam legitimos, quàm
naturales*, &c. deinde in defectum omnium pro-
ximiorum mandauit diſtribui bona in maritandis
puellis de Caſata de Glauarinis, iuncto teſtamento
cum codicillis, *ibi, & ſucceſſiuè omnibus ſupraſcriptis
inſtitutis & ſubſtitutis, deficientibus, ita quod non re-
periatur in rerum natura de dicta proſapia, & progenie
tunc, & eo caſu, & caſibus prædictis præfatus teſtator
voluit, diſpoſuit, & mandauit, quòd ſua bona hæredita-
ria & hæreditatis ipſius teſtatoris debeant diſtribui in
maritandis tantu domicellabus de Glauarinis exiſten. in
rerum natura natis ex veris, & legitimis matrimonij*,
&c. quod manifeſtè excludit fœminarum compre-
henſionem ſub nomine proximiorum, &c. cum im-
plicet contradictionem, † vt ſub tali nomine com- 7
prehendantur fœminæ agnatæ de Glauarinis, & in
illorum defectum bona debeant diſtribui pro illis
maritandis, vt in ſimilibus terminis ponderauit Rot.
in deciſ. 374. *num.* 1. *part.* 1. *diuerſ.* & cum particula-
riter fuerit prouiſum de dote, & demum ordinatum,
vt poſt obitum proximiorum bona diſtribuantur
inter Domicelllas de Caſata, qualis eſt Iſabella, cer-
tum eſt ipſam Iſabellam filiam vltimi maſculi de-
ſcendentis à teſtatore non impedire ſucceſſionem
† aliorum

7 † aliorum masculorum proximiorum, quales esse
Ioanuem Baptistam, & Vincentium fuit iam firma-
tum coram me in particulari decisione 26. Nouem-
bris 1633.[a]

Quòd autem fuerit habita ratio conseruandæ
8 agnationis resultar ex repetita vbique † vocatione
masculorum, ex pluralitate graduum substitutionis,
ex eo quòd testator admittens masculos descenden-
tes ex Laura filia, voluit vocari de domo & Casata
illorum de Glauarinis, ex præcepto facto, quòd fœ-
minis tam d. Gherardi, quàm eius filiorum, & alio-
rum eius descendentium masculorum soluantur ex
hæreditate ipsius lib. 1000. in auxilium se maritandi
ex sæpius repetitis verbis, de domo, & Casata, & pro-
genie de Glauarinis, & denique quia in codicillis post-
quam vocauit proximiores rursus contemplatus est
masculos sub nomine prosapiæ, & progeniei dispo-
nens distinctè de fœminis, ibi, & successiuè omnibus
institutis, & substitutis deficientibus, ita quòd non re-
periatur in rerum natura de prosapia, & progenie tunc,
& eo casu, & casibus prædictis mandauit, quòd bona hæ-
reditaria debeant distribui in maritan. dd. Domicella-
bus, prout in testamento continetur, &c. In quo loqun-
tus fuerat de Domicellabus de Casata de Glauarinis,
9 quæ omnia patefaciunt † in testatore enixum vo-
tum conseruan. agnationis, & solent ad hunc effe-
ctum ponderari Rot. decis. 217. num 1. & decis. 432.
num. 1. & seq. part. 2. recent. Et quod plus est cum te-
stator substituendo proximiores de Casata, ipsius vi-
delicet illorum de Glauarinis non fecerit simplici-
ter mentionem Casatæ, vel familiæ, sed expresserit
etiam proprium illius nomen de Glauarinis, cense-
tur respexisse agnationem etiam ad fauorem trans-
10 uersalium, nam ex † nuncupatione familiæ, cense-
tur habita ratio agnationis non personarum, quo
casu, & omnes de familia etiam transuersales ve-
niunt, vt post Menoch. consil. 324. num. 12. Hier. Gabr.
consil. 124. num. 59. lib. 1. vbi alios refert, ita con-
cludit Fusar. de substitut. quæst. 351. num. 37. ad fin.
& num. 38.

Minus releuat quod dicebatur testatorem in vo-
catione proximiorum de Casata considerasse agna-
11 tionem † solùm deficiente descendentia ipsius te-
statoris; secus verò donec existeret aliquis, etiam
fœmina ex masculo descendens. Rot. decis. 230. per
tot. part. 2. diuers. & decis. 486. num. 6. part. 1. recent.
Seraphin. decis. 1216. num. 6. cum alijs in Florentina
fideicommiss. de Guidaccijs 21. Iunij 1628. coram R.P.D.
meo Dunezeto; nam contrarium suadent verba te-
statoris, quia in ea parte testamenti in qua vocauit
descendentes masculos exclusit indubitatè fœmi-
nas mandans illas dotari, & deficiente linea mascu-
lina, per lineam rectam, tunc & eo casu, & casibus
prædictis instituit, & substituit Laurentium del Car-
ro, in cuius locum postea in codicillis vocauit pro-
ximiores: ergo quemadmodum Laurentius succes-
sisset exclusis fœminis, ita & multo magis debet dici
de proximioribus de Casata vocatis in codicillis, in
quibus disposuit distinctè de ipsis, & de Domicella-
bus de Casata ex iam dictis, idque etiam apertè
ostendit, quia vbi meminit de proximioribus de Ca-
sata declarans se adiecit illa verba, videlicet illorum
12 de Glauarinis, quod verbum illorum † necessariò re-
fertur ad transuersales de familia, non autem ad ip-
sum testatorem. Rimin. iun. consil. 482. n. 46. & seq.
Fusar. d. quæst. 351. num. 29. vers. quod si vocata esset, &c.
idem Fusar. consil. 72. eoque magis stante de dictione
13 (videlicet) quæ † est declaratiua præcedentium, l. in
venditione. ff. comm. præd. Socin. sen. consil. 32. n. 4. lib. 4.

Itaque firmata ex prædictis exclusione Isabellæ
non esset opus ingredi articulum eius renunciatio-
num; quas tamen, etiamsi non esset exclusa, DD.
censuerunt adhuc suffragari actoribus prout fuit de-
ductum in alia decisione quæ reuidetur in vers. non
obstat, quod extet, &c. nimirum quia ipsa nedum non
petit fideicommissum, quin potius expressè consen-
sit immissioni illorum in toto, & integro fideicommisso
in omnibus, & per omnia perinde ac si non esset in rerum
natura, & tota hæreditas quouis modo in ipso coaluisset,
&c. quibus declarationibus non potest obiici defe-
ctus causæ, & insinuationis, quoniam omisso, † an 14
in actu geminato requiratur insinuatio, ex trad. per
Gratian. discept. 531. num. 3. & 34. huiusmodi exce- 15
ptio competit † soli Isabellæ, non autem tertio, sicu-
ti animaduertit eadem decisio, & fauet Surd. de-
cis. 179. num. 17. Rot. decis. 133. num. 10. & seq. part. 2.
diu. & decis. 206. num. 7. post Modern. tract. de cens.
& in Reatina iuris redimendi 26. Maij 1628. coram
R. P. D. meo Verospio. Vnde nec licet dd. Piatitiis
ea inuita dare de proximioritate † illius, vt in pun- 16
cto dixit Rot. decis. 73. sub num. 4. part. 1. recent. &
facit decis. 390. sub num. 4. eadem part. 1. & decis. 520.
num. 6. & seq. part. 2. recent. & fuit dictum in Perusi-
na fideicommiss. de Cincijs 1. Ianuarij 1635. coram R.P.D.
Dunozetto, in qua te non obstat Surd. consil. 415. quia
loquitur quando alij vocati non consentiunt, & in
terminis Castr. consil. 454. lib. 1. quo reprobato ipse-
met Surd. tenuit contrarium in consil. 359. num. 15.
& seq. & sequuta est Rot. in Bonon. fideicommissi de
Desiderijs 6. Febr. 1630. coram R. P. D. Merlino, & in
Papien. pensionis 7. Maij 1634. coram Reuerendiss. Vr-
gellen. & indistinctè hoc ipsum tenent Alexand. in
l. fin. circa fin. vers. addit Paul. C. de edict. D. Adr.
tollend. D. Arg. de legitim. contr. quæst. 3. num. 155. &
seq. Rot. decis. 265. num. 3. part. 1. recent.

Nec officit quòd dum Alexander senior deficien-
ribus masculis substituit proximiores de Casata, nec
aliter expresserit voluntatem suam ad vlteriores
gradus extendi huiusmodi substitutio † intelligatur 17
tantùm de iis qui fuerunt proximiores tempore pu-
rificati fideicommissi, sicque de Isabella filia Equi-
tis Gherardi grauati, vltimi defuncti, iuxta dispo-
sitionem text. in l. cum ita, §. in fideicommisso, & in
l. peto, §. fratre, de leg. 2. itaut hæc substitutio non sit
extenden. de vno proximiore † ad alium, sed post- 18
quam ad proximiorem deuenerit extinguatur fidei-
commissum, & ideo Ioan. Baptista, & Vincentius
remaneant exclusi. Rot. coram Seraphin. decis. 812.
num. 1. & in recent. part. 1. decis. 486. num. 5. siquidem
ex facto resultat clara responsio ex pluribus gradi-
bus substitutionum, cum Alexander primò vocaue-
rit masculos descendentes ex Gherardo filio, dein-
de masculos descendentes ex Laura filia mandans
discretiuè fœminas dotari, & demum deficiente li-
nea masculina descendentium substituit proximio-
res de Casata, & successiuè progressus est vsque ad
finem prosapiæ, & progeniei, donec aliquis extite-
rit in rerum natura, & nemine reperto, tunc & eo
casu voluit bona distribui inter Domicellas de Ca-
sata; quæ dispositio continet tractum temporis suc-
cessiuum vsque ad deficientiam omnium masculo-
rum de Casata, in quo casu limitatur dispositio præ-
allegati † §. in fideicommisso, & §. fratre, quemadmo- 19
dum obseruarunt prædictæ decisiones 812. & 486.
allegatæ in contrarium, & ex prædictis resultare fi-
deicommissum ordine successiuo gradatim de pro-
ximiore in proximiorem, adeo vt admisso proxi-
miore † sequentes non sint exclusi, scripserunt Bald. 20
post

post Ang. *in conf.321.lib.1.* Barbat. *conf.17. col.9. lib.1. consil.18. col.6. lib.2. consil.14. col.2. vers. an de solemni lib.3.* & tradit Cuman. *in d.§. in fideicommisso.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit.12.* Ias. *in l. Gallus, num.13. ff. de liber. & posthum.* Menoch. *praesumpt.71. num.4. lib.4.* & alij plures, quos refert Fusar. *quaest.382. num.38.*

Neque refert an ipsa agnouerit fideicommissum, vel ne quia potuit etiam ius agnitum renunciare se-
21 quentibus, † cum rei suae sit vnusquisque moderator, & arbiter, vt post Angel. de Perus. inter cons. Bald. *cons.403. in 3. dub. num.7. & seq. lib.3.* tradit Crau. *cons.14. num.6.* & quamuis ea sit haeres Eq. Gherardi, quem DD. Piatirij praetendunt habere obligatum;
22 tamen non ideo potuit impediri, quin libere † disponeret de rebus suis, cum fuerit vsa beneficio l. & Inuent. propter quod non remanent hypothecata eius bona, sed conseruantur illaesa iura antea illi competentia, perinde ac si non adiuisset, & haereditas esset iacens, ex not. *in l fin. §. & si praefatum. C. de iur. delib.* Gratian. *discept.998. num.1.*

Circa detractiones visum est DD esse distinguenda singula fideicommissa, cum vnaquaeque habeant suas particulares rationes conuincentes eas, vel non applicari, vel fuisse consumptas.

Et primò quoad fideicommissum Alexandri senioris frustra opponunt DD. Piatirij de aere alieno
23 ipsius, † cum non doceant se illud soluisse, prout considerauit *decis. in vers. nam quod attinet*, &c. Card. Cauaier. *decis.476. num.2.* sic etiam legitima Gherardi, & dos Iuliae Mantichettae eius primae vxoris pertinentur respectiuè ad ipsum Gherardum, &
24 eius filios † qui dispofuerunt ad fauorem DD. fratrum de Glauarinis hodie agentium, ideo non prosunt Reis ad quos minimè spectant, ex notatis *in l. ille à quo, §. de testam.* vbi Paul. & Alex. *ad Trebell.*

Nec potest dici melioramenta allegata à DD. Piatiriis pertinere ad istud fideicommissum, quia est restrictum ad 32. tornaturas quae non probantur in Indiuiduo melioratae, nec docetur Palarium Cadriani fuisse super his aedificatum, quin potius constat de contrario ex instrumento locationis illius per Eq. Gherardum eis factae, vbi Palarium describitur seorsum à dd. 32 tornaturis praeterquam, quod constat illud fuisse totum aedificatum ab Antonio, & Alexandro iuniore auctoribus dictorum fratrum, non autem à DD. Piatiriis, vel ab Equite Gherar-
25 do eorum auctore ex inferius dicendis, nec † detentori fas est allegare melioramenta nisi ostendat se, vel illos, quibus successit, fecisse; Castr. *cons.170. num.. vers. ad vnum. lib.2.* Hunded. *consil.85. num.41. volum.1.*

Quoad fideicommissum Antonij opponebatur primo non esse dandam immissionem super tota haereditate eo quia eidem Antonius in donatione vniuersali facta Alexandro iuniori suo fratri (iuxta cuius tenorem disposuit etiam in testamento) voluit, vt post eius mortem succederent eius filij, & descendentes masculi, finita verò in totum linea masculina bona sua pro dimidia pertineant ad eiusdem fratris sui filias, & descendentes foeminas, altera vero dimidia demptis scutis 1000. soluen. Praeceptoriae S. Antonij ad Caesarem, & Gasparem à quibus veniunt dd. fratres actores cum onere soluendi scuta duo auri singulo mense filiabus Alexandri fratris in Monasterio professis, & proinde propter quam dispositionem contendebant Piatirij cessare immissionem, saltem quoad medietatem haereditatis cum extent filiae Alexandri, licèt sint Moniales professae, & d. Isabella eius neptis ex Gherardo.

Sed visum fuit cessare obiectum, quia filiae Moniales non fuerunt comprehensae sub vocatione foeminarum ad d. medietatem quod aperte colligitur dum idem testator prouidit illis discretiuè de duobus scutis auri quolibet mense & considerauit foeminas vocatas nupturas esse in saeculo, & suscepturas liberos, propterea quòd praescripsit inter istos ordinem succedendi, vt scilicet semper praeferantur masculi; vnde cum in Monialibus non valeat considerati ista successio, non possunt dici † comprehen- 26
sae, in quo faciunt deducta per Menoch. *consil.215. num.69. & seqq.* Surd. *cons.426. num.1. & 18. & consil.554. num.13.* Isabella autem ex geminata praeallegata declaratione cessit liberas aedes dd. fratribus actoribus, immò etiam consensit, vt petant totum, & integrum fideicommissum, & bona haereditaria *in omnibus, & per omnia, &c.* qui consensus tanquam dispositiuus operatur vt dd. fratres perinde habeant obtinere † ac si ipsamet ageret, alioquin nihil ope- 27
raretur, Tiraq. *de legib. connub. glos.5. num.145.* Galerat. *de renunc. lib.5. cap.9. num.4.*

Secundò obiiciebatur in isto fideicommisso Antonij de detractionibus: quas tamen Domini censuerunt non obstare; si enim spectentur consistentes in quota, cessant proculdubio, quia versamur in dispositione transuersalis prohibente illas expresse; Quod si considerentur aliae consistentes in quantitate cessant pariformiter, quia ipse donator mandauit, vt tam Alexander, quàm caeteri donatarij teneantur *à die scientiae donationis intra sex menses illam ratificare, & in actu ratificationis conficere inuentarium per publicum Notarium, in quo describantur omnia bona tam mobilia, quàm immobilia iura, actiones, & nomina creditorum ad ipsum spectantia, idemque inuentarium debeat per quemlibet in dd. bonis succedentem reuideri, & de nouo per publicum instrumentum fieri cum expressa mentione de priori, & vltimo statu existentia, & quantitate bonorum praefatorum*, vt sunt verba donationis. At Gherardus auctor DD. Piatiriis nullum confecit inuentarium etiam si nouerit donationem, sicuti patet ex diuisione bonorum facta inter ipsum, & fratres de anno 1612. ibi, *non sit, nec intelligatur cuicumque dispositioni tam D. Alexandri eorum patris, & D. Antonij eorum patrui, quam quorumcumque aliorum Antiquiorum de Glauarinis renunciatum*, &c. Et ex specifica declaratione ipsius Gherardi post obitum Iulij fratris, quae fuerunt data in summario *Actorum num. 8. & 9.* & tamen spreuit praeceptum donantis omittendo inuentarium ex qua † omissione intrat 28
praesumptio subtractionis, & occultationis bonorum, & satisfactionis detractionum, quemadmodum firmauit Rota *in Maceraten. legitimae coram Reuerendiss. Vrgellen. 18. Februarij 1630.* postquam plurimos allegat, quos allegat Gratianus *disceptione 570. numer. 20. & sequent.* & saepiùs in aliis causis.

Quod fortius debet dici, quia omissioni inuentarij accedunt ingentes positiuae alienationes bonorum haereditariorum Antonij, & Alexandri factae à Gherardo haerede grauato, nempe praedij magni in comuni S Mariae in Dontor. 101. Praedij Viadagolae tor. 101. quamplurium terrarum in communi Cadriani tor. 150. circiter, mansionum domus Bononiensis aliarumque rerum † quae praesumuntur equa- 29
re detractiones, & dicenti contrarium incumbit onus probandi, Bald. *in l. cùm de lege. ff. de prob.* Natt. *cons.199.*

*conſ.*199. *num.*11. Gabr.*conſ.*118.*num.*7.*lib.*1. Peregr. *conſil.*69. *num.*27. *lib.*3.Rot.*in Rom.de Stephanellis* 24. *Aprilis* 1617. *coram bon. mem. Remboldo*, multóque magis quia aliquæ detractiones allegatæ pro dd. Piaritiis non prorſus ſubſiſtunt, qualis eſt dos Lauræ Alamandinæ, quæ ex publico inſtrumento probatur ſoluta cum crediris montium hæredirariis Antonij, & Alexandri. Item dos Elenæ Beroaldæ matris Alexandri iunioris non probatur ſoluta Antonio in ſumma per eos prætenſa; Item prædiolum in eodem communi Cadriani, quod dicitur fuiſſe re-
30 demptum per Equitem Gherardum † debet cenſeri ſubrogatum in locum aliarum terrarum eiuſdem communis per eumdem alienatorum aſcenden. vltra tornaturas 150. Bart.*in l. Imperator.* § *cùm autem, in fine num.* 3. & *ibi* Bald. Imol. & Caſtr. *ff. de leg.*2. Surd.*decis.*15. *num.*13.*& ſeq.* Theſ.iun.*lib.*2. *quæſt.*84, & Ciriac.*controu.*282. Item impenſa in ornanda Capella iuxta ordinem Antonij in donatione fuit facta ab Alexandro iuniore auctore Actorum prout patet ex proceſſu, quapropter non debet referri in creditum Gherardi ex ſuperius allegatis. Item me-
31 lioramenta Palatij Cadriani non † probantur facta ab eodem Equite, ſed potius ab Antonio, & Alexandro, vt inquit ſecundus teſtis ex aduerſo inductus, qui perfecerant Palatium *di tutto puncto,&c.* Et Alexander deſcripſit illud in ſuo teſtamento tanquam perfectum, *ibi Palatium de Cadriano cum ſtabulo, domo, vetuſta tegete, &c.* vnde vel nihil remanſit agendum filiis Alexandri, vel ſi quid egerunt fuit minimi momenti, quod debet compenſari cum
32 prædictis † alienationibus, & cum fructibus perceptis à die motæ litis ex eiſdem bonis, de quibus agitur. Mareſcoti.*variar.lib.*2.*cap.*112.*num.*54. Rot. *decis.*650.*num.*6.*part.*2. *rec.* quibus detractionibus partim ſublatis; partim diminutis ſequitur eo euidentius eas abſorberi à prædictis alienationibus, proindeque fruſtra peti (ad euitandam immiſſionem) firmationem ſtatus hæreditarij requirentem etiam altiorem indaginem.

Reliquum eſt fideicommiſſum Alexandri iunioris in quo pariter remouentur detractiones, cum ab Equite Gherardi non fuerit confectum inuentarium hæreditarium, propter quam omiſſionem, licèt non fuerint admiſſæ detractiones, tamen intrat præſumptio ſatisfactionis ex ſuperius dictis præſertim accedente ingenti alienatione prædictorum bonorum ſtabilium communium iſti Alexandro, adeò
33 † vt alleganti ea non ſufficere incumbat onus probandi, Peregr *conſil.*69.*num.*27.*lib.*3. Adden.ad Greg. *decis.*266. *num.*16. *verſ.prædicta verò, &c.* & latè fuit firmatum *in præallegata Romana de Stephanellis coram Remboldo.*

Nec profuit eidem Equ. Gherardo inuentarium tutelare compilatum à Laura Alamandina eius ma-
34 tre, tum quia † de iure vnum non ſuppletur per aliud, vt in prætetita *decis. verſ. quamuis*, &c. Rot. *decis.*780.*num.*4.*& decis.*432.*num.*4.*part.*4. *recent.* tum etiam quia ipſa Laura non intellexit ſupplere hæ-
35 reditarium, cum immò proteſtata † fuerit ſe velle iſtud conficere ſuis loco, & tempore, prout in puncto conſiderauit Rot. *decis.*780. *in fin.* Vnde non eſt opus concertare an in hærede grauato ſufficiat deſcriptio, vel requiratur inuentarium, quia quoad bona hæreditaria neutrum fuit adimpletum, ideoque adhuc intrat præſumptio ſatisfactionis, ex ſuperius allegatis.

Præterea aliquæ ex prætenſis detractionibus conſiſtentibus in quantitate non ſubſiſtunt, vel minuuntur, cum ſint eædem quæ allegantur reſpectu Antonij, prout eſt dos Lauræ Alamandinæ, dos Elenæ Beroaldæ, & melioramenta; quibus proptetea aptantur eædem reſponſiones datæ quoad ipſum Antonium, & præſertim circa euidentem abſorbitionem ratione ingentium alienationum.

Dotes denique filiarum Alexandri, quæ omnes ingreſſæ ſunt Monaſterium cum ſucceſſerint † loco 36
legitimæ, vel ratione ſtatuti excludentis dotatas, vel quia fuerunt agnitæ tanquam ſuæ ab ipſo teſtatore, qui iure inſtitutionis reliquit eis dotem, ſiue nuberent in Domino, ſiue in ſæculo, ex trad. per Greg.*decis.*565. ſunt detrahenda ex legitima filiorum, † non 37
autem ex fideicommiſſo, & ideo non eſt habenda illarum ratio, niſi prius probetur à DD. Piaritiis reperta in hæreditate, & alienata ab hærede grauato eorum actore non ſuffeciſſe, Rota *in Peruſina de Gratianis* 28 *Iunij* 1630.*coram Reuerendiſſ. Decano in verſ. cum igitur dos ſuccedat, &c.*

Quatenus autem allegabantur melioramenta facta à dd. Piaritiis viſa ſunt DD. non eſſe attendenda, cum ſuper illis nulla afferatur probatio, & quatenus probarentur prætenditur ex parte actorum, non eſſe profutura tanquam facta mala fide ob iudiciales proteſtationes eiſdem tranſmiſſas ne facerent. Gratian.*diſcept.*452.*num.*22. Modern.*de Salu.inſpect.*2. *cap.*2. *num.*234.

Et ita fuit ſecunda vice pro immiſſione reſolutum vtraque parte informante.

a Eſt deciſio 88 parte 7 & vide ibi in fine, vbi plures deciſiones in hac cauſa adducuntur.

R. P. D. MERLINO.

Camerinen. Bonorum.

Die Lunæ 5. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Teſtatoris æs alienum, ſi hæres ſoluat, datur ei retentio in bonis hæreditariis pro dicta ſumma ſoluta. Hæres, quando eſt creditor defuncti, an poſſit ſibi adiudicare tot bona ſtabilia, & in quo caſu.

SVMMARIVM.

1. *Hæredi competit retentio bonorum teſtatoris pro debitis, & pecunijs ſolutis creditoribus hæreditarijs.*
2. *Quodque multo magis procedit, quando teſtator mandauit bona vendi pro ſoluendo ære alieno.*
3. *Remedium l.fin. C.de edict. D. Adr. toll. non datur contra poſſidentes titulo ſingulari emptionis, cum iſti ſint legitimi contradictores ad impediendam immiſſionem, num.*4.
5. *Confeſſio emanata in poſitionibus probat.*
6. *Inuentarium plene, & concludenter probat deſcribentem, & habentem cauſam ab eo.*
7. *Bona, vt dicantur hæreditaria, probatio ad hoc, vt releuet, debet percutere tempus mortis teſtatoris, ſeu facti inuentarij.*
8. *in Inuentario non præſumitur error, ſed certis, & euidentibus probationibus iuſtificari debet.*
9. *Liber memorialis contra ſcribentem probat.*
10. *Hæres cum beneficio l.& inuentarij ſi ſit creditor defuncti, poteſt tot bona ſtabilia adiudicare, & in ſolutum recipere, & id feciſſe præſumitur ad effectum lucrandi fructus eorumdem bonorum.*

11. *Atque*

11. *Atque dum in harede non potest considerari dolus, & fraus appropriando sibi bona hareditaria, hoc casu factum Iudicis non videtur necessarium.*

12. *Testator quando iussit bona vendi pro soluendo are alieno, tunc enim censetur heres breui manu emisse ab hareditate, & debita hareditaria pretio soluisse.*

13. *Hares, si sit creditor defuncti, non debet bona immobilia in solutum recipere, si adsint mobilia, & num. 14.*

15. *Bonorum testatoris non existentia prasumitur, si in inuentario d. bona descripta non sint, qua si extitissent, verisimiliter non fuissent omissa.*

16. *Testator verisimiliter non iussisset bona stabilia vendi pro soluendo are alieno, si adfuissent bona mobilia sufficientia.*

17. *Diuisio probatur coniecturis, & prasumptionibus.*

18. *Diuisio inter partes satis probatur per notulas simplices partium iunctis adminiculis.*

19. *ad Diuisionem legitimam prasumendam sufficit lapsus decennij, cum possessione pro indiuiso inter prasentes.*

20. *Tempus, quando est de substantia eius quod est probandum, si testes super eo precisè non deponunt, nihil probant.*

21. *Hares renuncians hareditatem, censetur renunciare solum ius hareditarium, & qua consequi poterat tamquam heres; non autem qua illi competunt tamquam extraneo.*

DECISIO CXXI.

IOannes Maria hæredes sibi scripsit Matthæum, & Ioannem Baptistam in vniuerso patrimonio, quod tribus cõstat prædiis nuncupatis del Sasso, del Fattore, e del Beccato, iussitque pro dissoluendo ære alieno hæreditario vendi tot bona stabilia, vt in summario Antonij num. 2. Hodie Andreas tamquam filius, & hæres Matthæi, cum peteret immissionem in vim dicti testamenti pro medietate in bonis Io. Mariæ; proposui dubium, an illi danda esset immissio, & per Dominos negatiuè resolutum fuit.

Quoniam apparet Ioannem Baptistam cohæredem Matthæi soluisse tot debita hæreditaria Ioannis Mariæ, vt absorbeant valorem prædiorum *del Sasso, è del Fattore*, Immò etiam excedant, & propterea eidem Ioanni Baptistæ competit retentio dicto-
1 rum prædiorum pro debitis, & pecuniis † solutis creditoribus hæreditariis. Castrens. *cons.* 186. *num.* 5. *lib.* 2 Menoch. *cons.* 183. *num.* 37. Surd. *cons.* 290. *n.* 37. Rota *apud Card. Caual. decis.* 130. *num.* 1. *in recent. decis.* 315. *num* 6. *part.* 3.

Præsertim quando, vt in casu præsenti, testator mandauit fundos vendi pro soluendo ære alieno,
2 † tunc enim eo magis soluens retinere potest bona hæreditaria, vt ponderat Socin. iun. *cons.* 120. *num.* 24. *& seqq. lib.* 1. Surd. *d. cons.* 290. *num.* 37.

Prædium verò *del Beccaro* possidet Ioan. Baptista, siue eius filij, titulo emptionis, cum enim dictum prædium fuerit per Cæsaream Iure dotis euictum, & auocatum ab hæreditate Io. Mariæ; vt in summario num. 25. fuit deinde per eandem venditum Io. Baptistæ pretio scutot. 320. dicto summario num. 26. adeo
3 vt contra Ioannem Baptistam, siue eius filios † vti possidens hoc prædium ex titulo particulari emptionis, dari non possit immissio ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* cum sint legitimi contradictores
4 ad illam impediendam, iuxta tradita per Crauett. *cons.* 674. *num.* 2. Verall. *decis.* 99. *lib.* 1. *in manuscript.* & Decisiones Rotæ.

fuit dictum *in Romana Palatij* 5. *Iunij* 1602. *coram bo. me Card. Sacrato.*

Quòd autem Io. Baptista soluerit tot debita hæreditaria excedentia valorem duorum prædiorum, *del Sasso, & del Fattore*, visum fuit Dominis satis iustificati ex iuribus datis in summario. Constat enim ex confessione † Andreæ petentis immissionem ema- 5
nata in positionibus, necnon ex testibus per eum formiter examinatis, tria prædia prædicta *del Sasso, del Fattore, e del Beccaro*, esse valoris scut. 1400. vt in summario num. 11. grauata etiam annuo censu scut. 150. dicto sum. num. 9.

Debita verò soluta per Ioannem Baptistam, & detractiones per eum faciendæ, valorem prædictum superant, sunt enim deducendæ infrascriptæ partitæ.

Prima est scutorum 320. pro quibus emptum fuit prædium *del Beccaro*, vt in summar. n. 16.

Secunda est scutorum 750. solutorum Franciscæ matri Ioannis Mariæ pro dotis restitutione, vt in summario num. 6.

Tertia est scutorum 100. quorum debitor erat Io. Maria, ex causa legati Franciscæ, vt ex testamento summario num. 3. & Francisca eadem legauit fratribus Sancti Augustini, vt ex testamento illius, fueruntque per Ioannem Baptistam soluta mediante census impositione, vt in summar. num 7.

Quarta est scutorum 68. pro fructibus census hæreditarij Ioannis Mariæ, vt ex apochis recognitis in summario num. 8. qui census tamquam debitum hæreditarium fuit relatus in inuentario confecto per Matthæum patrem Andreæ, summario num. 2.

Quinta est scutorũ 326. quæ soluta fuerunt Francisco Bartellæ pro sorte, & fructibus census spectañ ad Ioannem Mariam, & in inuentario pariter descripti, vt in summario num. 10.

Sexta partita est scutorum 150 quæ soluta fuerunt diuersis aliis creditoribus hæreditariis, vt ex apochis datis in summario num. 5. quæ debita in inuentario pariter fuerunt descripta.

Ex quibus omnibus conflatur summa scut. 1714.

Et ex his detrahendo valorem prædiorum nempe 1400.

Debita soluta adhuc superant in scutis 314.

Et in maiori etiam summa ponderato dicto censu scutorum 150 quo bona prædicta sunt grauata.

Non obstat quòd debitum dotis Franciscæ scut. 750 non est debitum proprium Ioannis Mariæ, sed commune cum Matthæo, & Io. Baptista, itaut sola tertia pars spectaret ad Io. Mariam, & pars eiusdem debiti, nempe scut. 300. iam soluta fuissent.

Quoniam in inuentario per Matthæum, à quo causam habet Andreas confecto, dictum debitum integrè descriptum fuit tamquam hæreditarium ipsius Ioan. Mariæ, † quod inuentarium plene, & con- 6
cludenter probat contra describentem, & ab eo causam habentes, Rota *decis.* 71. *num.* 3. *part.* 1. *diuers. & coram Cardin. Seraphin. decis.* 1394 *num.* 1. & fuit dictum *in Bononien. fideicommiss. de Desiderijs* 5. *Martij* 1615. *coram me.* Solutio autem scutorum 300. facta fuit de anno 1566. & apparet non habuisse effectum, quia pecuniæ deinde fuerunt depositæ penes Ioann. Mariam, vt ex instrumentis exhibitis in summario num. 21. & notula exhibita ad proban. communionem debiti, percutere videtur tempus obitus Iulij, & sic annum 1584. & Ioann. Maria obiit de anno 1589. itaut non releuet, quia † pro- 7
batio debet percutere tempus mortis, seu facti inuentarij, iuxta Bald. *consil.* 514. *num.* 1. *lib.* 5. Nec

8 præſumitur error in inuentario, † ſed certis, & eui-
dentibus probationibus iuſtificari debet, *l. cum de in-
debito, § fin. ff. de probat.* Menoch. *conſil.* 688. *num.* 6.
& fuit latè deductum *in Arminen. legatorum* 14. *Maij*
1632. *coram Reuerendiſſimo D. Vrgellen.*

Minus obſtat, quòd debita ſoluta diuerſis cre-
ditoribus vſque ad ſummam ſcutorum 250. non pro-
bentur eſſe hæreditaria; tum quia in apochis exhi-
bitis talia eſſe recenſentur, & concubinando illas
cum inuentario dignoſcitur eſſe hæreditaria: tum
quia demptis etiam iſtis adhuc debita ſuperant va-
lorem prædiorum vltra ſcuta centum ſexaginta, im-
mò in multo maiori ſumma attento onere cenſus
ſcut. 150. dd. bonis inſito, vt ſupra ponderatum fuit.

Nec ſubſiſtit, quòd Ioannes Baptiſta eſſet debi-
tor Ioan. Mariæ in duabus partitis, nempe in vna
florenorum 275. & Matthæi in alia florenorum 325.
Quoniam creditum Ioan. Mariæ per compenſatio-
9 nem ſublatam fuit, quippe, quod ex † libro memo-
riali conſcripto per ipſum Ioan. Mariam, qui contra
eum probat Rip. *in l. admonendi, num.* 117. *ff. de iur.
iur.* Crauett. *conſil.* 73. *num.* 39. & 40. Rota *Ianuen.
deciſ.* 1. *num.* 19. & *deciſ.* 96. *num.* 6. necnon ex depo-
ſitione vnius teſtis iuncta apocha diuiſionis, con-
ſtat Ioan. Baptiſtam habuiſſe creditum maioris ſum-
mæ, vt in ſumm. num. 21. & 23.

Quo verò ad creditum Matthæi in florenis 325.
in tranſactione inita inter eius filios, & Ioan. Bapti-
ſtam ipſemet accollauit ſibi debitum ſcutorum 100.
in extinctionem reſidui ſimilis crediti, vt in ſumma-
rio num. 4. Quibus etiam congruit quòd Matthæus
in inuentario deſcripſit Ioan. Baptiſtam creditorem
Ioan. Mariæ in ſcut. 10. ſignum quòd alia ipſius de-
bita fuerant ſublata, quæ alioquin deſcripſiſſet in
inuentario in fauorem Ioan. Mariæ, quemadmo-
dum deſcripſerat debitum eiuſdem.

Neque aduerſatur quòd Ioannes Baptiſta fuerit
ſatisfactus ex perceptione fructuum prædiorum hæ-
reditariorum per tantum temporis ſpatium, nempe
ab anno 1591. citra; quoniam cum Ioan. Baptiſta
adiuerit hæreditatem cum beneficio legis, & inuen-
tarij, & deinde debita hæreditaria ſoluerit, potuit
10 † totidem bona ſtabilia ſibi adiudicare, & in ſolu-
tum recipere, idque feciſſe præſumitur ad effectum
lucrandi fructus eorumdem bonorum, vt pluries
reſpondit Rota, nempe *in deciſ.* 680. *num.* 1. & 2. *p.* 1.
diuerſ. coram Card. Seraph. deciſ. 1284. *num.* 1. & *apud
ſan. mem. Gregor. deciſ.* 67. *num.* 10. & *coram Cardin.
Caualer. deciſ.* 327. *ſub num.* 3. & *in Romana ſepara-
tionis bonorum* 24. *Ianuarij* 1631. *coram R. P. D. meo*
11 *Pirouano*, dum præſertim in hærede † non poteſt
conſiderari dolus, & fraus in appropriando ſibi bo-
na hæreditaria, quo caſu factum iudicis non vide-
tur neceſſarium, iuxta tradita per Surd. *deciſ.* 124.
num. 17 & 19. Rota *deciſ.* 71. *num* 4. *part.* 1. *diuerſ.* &
notant Addent. *ſanct. mem. Greg. XV. deciſ.* 67. *num.* 26.
Et quod magis eſt, teſtator iuſſit bona vendi pro
12 ſoluendis debitis, † tunc enim cenſetur hæres breui
manu emiſſe ab hæreditate, & debita hæreditaria
pretio ſoluiſſe, vt animaduerterunt Socin. iun. *con-
ſil.* 120. *num.* 24. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 183. *num.* 57.
verſ. quantum verò attinet. Gratian. *diſcept. forenſ.
cap.* 103. *num.* 15.

Quibus nec reſiſtere viſum fuit quòd in hæredi-
tate extarent bona mobilia, & negotium artis ſeri-
cæ, quorum pretio debebat Ioan. Baptiſta ſoluere
debita antequam bona ſtabilia diſtraheret, ſibique
appropriaret; quia exiſtentia bonorum mobilium
de tempore quo debita fuerunt ſoluta, non iuſtifica-
tur, † prout opus eſſet ad effectum, vt hæres bona 13
ſtabilia in ſolutum recipere non poſſet, vt dixit Rota
apud Card. Caualer. *deciſ.* 130. *num* 4. & *ſeqq.* & *co-
ram bon. mem. Andrea, deciſ.* 69. *num.* 3 & diſſerit Gra-
tian. *diſcept. forenſ. cap.* 214. *num.* 16. & illa mobilia
quæ fuerunt per Matthæum in inuentario deſcripta
apparent exigui fuiſſe pretij, vt in ſummar. num. 10.
& multa legata fuiſſe per Ioan. Mariam, & ſignan-
ter bibliothecam valoris ſcut. 100. legatam eſſe ven-
ditori, vt in ſumm. num. 3.

Quo verò ad negotium artis ſericæ pariter non
probatur illius exiſtentia de tempore congruo, † at- 14
que in bono ſtatu, vt requiritur, quemadmodum in
terminis ſimilis negotij, ſeu apothecæ reſpondit
Rota *in Spoletana fideicommiſſi* 30. *May* 1630. *coram
R. P. D. meo Ghiſilerio.*

Immò DD. putarunt ex pluribus ſatis deprehen-
di negotium hoc ſerici de tempore obitus Ioannis
Mariæ fuiſſe iam diſſolutum. Nam datur apocha,
in qua conuentum fuit de modo faciendæ diuiſio-
nis dicti capitalis de anno 1583. inter fratres, & ne-
potem de Calcalariis, cum reciproca eorumdem
quietantia, & de partibus vnicuique aſſignandis,
vt in ſummar. num. 1. & de anno 1594. Andreas, &
alij de Calcalariis in inſtrumento tranſactionis om-
nes diuiſiones factas deſignatas, & acceptatas ſe
iterum approbare profeſſi ſunt ſummar. num. 4. &
Matthæus alter ex diuidentibus, & pater Andreæ,
in vim d. apochæ recepit ſcut. 450. pro dote ſuæ
vxoris, & ſic apparet de illius obſeruantia, vt in
dicto ſummar. num. 1. Ioannes Maria autem in li-
bro memoriali adnotauit totum capitale negotij ſe-
rici in ſcut. 3000. & partitas pecuniarum exinde re-
ceptarum deſcripſit aſcenden. ad ſcuta 400. vt in
ſummar. num. 11. quæ ferè attingunt ratam ad eum
ſpectan. cum prius debita ſcutorum 950. eſſent de-
trahenda iuxta conuentionem apochæ, & vltra
ſcut. 400. ex eodem libro memoriali apparet ipſum
habuiſſe alia nomina debitorum, & res ſericas, &
demum in inuentario confecto per Matthæum hoc
negotium non fuit deſcriptum, quod tamen ſi exti-
tiſſet, veriſimiliter non fuiſſet † omiſſum, & hinc 15
non exiſtentiæ præſumptio oritur. Cardin. Seraph.
deciſ. 304. *num.* 6. Card. Caualer. *deciſ.* 246. *num.* 1. &
fuit dictum *in ſancti Seuerini dotis* 3. *Maij* 1631. *co-
ram me.* Quin etiam idem Matthæus in inuentario
videtur faſſus diuiſionem fuiſſe effectuatam, dum in
eo deſcripſit ratam nominum debitorum exigendo-
rum iuxta partitiones, vt in ſumm. num 11. Ipſeque
Ioan. Maria mandauit bona ſtabilia diſtrahi pro ex-
tinguendo ære alieno, quod † facile non iuſſiſſet ſi 16
ex capitali negotij ſerici præſtari id potuiſſet, ex tra-
ditis per Rotam *coram Card. Caualer. deciſ.* 90. *num.* 3.
prout etiam Ioannes Baptiſta multos contraxit cen-
ſus, vt in ſummar. num. 14. à quibus poterat abſti-
nere erogando capitale negotij ſerici, ex quibus
omnibus ſimul iunctis reſultare videtur ſufficiens
probatio ſubſequutæ, & effectuatæ † diuiſionis, ad 17
quem effectum admittuntur præſumptiones, & con-
iecturæ. gloſſ. *in l. penult. C. communia, de legat.* Me-
noch. *præſumpt.* 60. *num.* 2. & 3. *lib.* 3 Gratian. *diſcept.
forenſ. cap.* 951. *num.* 3. Rota *apud Cardin. Caualer.
deciſ.* 651. *num.* 2 *poſt med.* & *ſequentib* & notulas ſim-
plices † partium iunctas cum adminiculis ſatis pro- 18
bare diuiſionem cenſuit Rota *coram Card. Caualer.
d. deciſ.* 651. *num.* 2 *verſ. licet autem*, quæ fuit etiam
confirmata in eadem *cauſa ſub die* 28. *Iunij* 1628. *co-
ram bon. mem. Cardin. Virili*, ſufficitque lapſus † de- 19
cennij cum poſſeſſione pro diuiſo inter præſentes ad
præſu

præsumendam legitimam diuisionem, Dec. *consil.* 97. *num.* 5. Cephal. *consil.* 396. *num.* 7. & 8. Thesaur. *decis.* 105. *num.* 1. Gratian. *discept. forens. dict. cap.* 951. *num.* 3. Rota *coram Card. Seraph. decis.* 1518. *num.* 2. *& in Vrbeuetana censuum* 3. *Iunij* 1614. *coram bon. mem. Buratto.*

Hincque eliditur depositio testium super communione negotij serici, quia non percutiunt certum tempus, quod † cum sit de substantia præcisè attingere debebant, ideoque nihil prubant ad *l. cum te. C. de probat.* Surd. *cons.* 60. *num.* 30. Rota *apud Card. Seraph. decis.* 1172. *num.* 2. *& in recens. decis.* 402. *num.* 5. *part.* 2. Dumque aliqui testes in summar. Andreæ num. 15. deponunt Ioannem Baptistam exercuisse negotium serici etiam post obitum Ioann. Mariæ, potest eorum dictum intelligi vti oomine proprio, & pro sua rata dictum negotium exercuerit post factam d. diuisionem.

Non refragatur autem Io. Baptistæ cessio, seu renunciatio hæreditatis Io. Mariæ per eum facta sorotibus Andreæ. Quoniam ea comprehendit solùm ius hæreditarium, & quæ Io. Baptista consequi poterat tanquam hæres, † non autem, qoæ illi competunt tanqoam extraneo soluenti debita testatoris, & illius bona stabilia pretio numerato creditoribus breui manu quemadmodum ementi, iuxta text. *in l. venditor. §. si quid publici. ff. de hæreditat. vel act. vendit.* & tradunt Corn. *cons.* 14. *num.* 11. *lib.* 3. Vrsill. ad Afflict. *decis.* 82. *num.* 1. *ad finem.* Gabr. *cons.* 60. *num.* 9. *lib.* 1. & dum hæreditatem cessit separata iam fuerant prędia ab hæreditate, & ex titulo occulto emptionis in Ioannem Baptistam translata itaut io cessione hæreditatis amplius venire non possent, vt differit Gabriel. *cons.* 60. *num.* 9. *lib.* 1.

Nec facit quòd in hæreditate Io. Mariæ extaret etiam tertia pars alterius prædij ratione hæreditatis Iulij; quoniam hæc iam cessa fuit filiis Matthæi vt in summ. num. 4. neque supet hac prætenditur retentio à filiis Ioan. Baptistæ.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. DVNOZETTO.

Bononien. Fideicommissi de Ramundinis.

Die Veneris 9. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario, quibus concurrentibus detur remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. Fideicommissi derogationis gratia quando corruat.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissario etiam competit remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*
2. *Bona probantur adesse in hæreditate fideicommittentis ex instrumento diuisionis facta inter cohæredes.*
3. *Item etiam ex instrumento bonorum hæreditatis factæ per hæredem grauatum.*
4. *Confessio non solum probat contra confitentem, sed etiam contra habentes causam ab eo.*
5. *Fideicommissorum derogatio impedit fideicommissario immissionem.*
6. *Verba, Volumus, & in primis, & ante omnia, important conditionem.*
7. *Fideicommissi derogationis gratia remanet inualida, si forma in ea data non adimpleatur.*
8. *Iudex delegatus sine præsentatione commissionis, nullam habet iurisdictionem.*
9. *in Instrumento, si enuncientur aliqua solemnitates, & solemnitas aliqua necessaria reperiatur omissa, ex hoc non solum eliditur præsumptio dictæ solemnitatis, sed immò oritur contraria præsumptio, quod illa non præcesserit, & num. 10.*
11. *in Præscriptionibus tempus litis est demendum.*
12. *Præscriptio longi temporis non sufficit in his, quæ sunt grauis præiudicij, sed requiruntur saltem 30. anni.*

DECISIO CXXII.

POstqoam in hac causa sub die 15. Februarij proximè præteriti [a] fuit resolutum constare de fideicommisso q. Io. Baptistæ Ramundini ad fauorem Io. Baptistæ Ramondini aliàs Antonij Matiæ Beliossi dedi dubium an ei danda esset immissio in possessionem prædij Cadriani, de qoo agitur, quo hodie proposito fuit per DD. affirmatiuè responsum.

Etenim cum existentia d. fideicommissi purificati ad fauorem d. Ramundini non controuertatur, dictumque prædium Cadriani fuerit in bonis & hæreditate d. q. Ioan. Baptistæ fideicommittentis, illudque idem quod hodie detinetur à DD. Lucarellis aduersariis vtique prædictis concurrentibus immissio vigore *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* de Ramundino † fideicommissario denegari oon debet, cum reme- 1
dium *d. l. etiam fideicommissario competat.* Peregr. *de fideic. art.* 48. *num.* 5. *& seqq.* Menoch. *de adipis. remed.* 4. *num.* 166. *& seqq.* Fusar. *de substit. quæst.* 611. *num.* 12. Honded. *cons.* 64. *num.* 56. *lib.* 1. Rot. *decis.* 472. *num.* 1. *part.* 3. *recent.* Reuerendiss. D. meus Decan. *decis.* 167. *num.* 2. *& seqq.*

Hoc antem prædium fuisse in hæreditate d. q. fideicommittentis satis probatur nedum ex instrumento diuisionis † factæ ioret ipsum fideicommit- 2
tentem, & Melchiorem eius ex fratre neptem in qua d. prædium fuit eidem fideicommittenti pro sua portione assignatum. Peregr. *cons.* 48. *num.* 6. *& seqq. lib.* 1. *& in tractat. de fideicom. art.* 44. *num.* 4. *&* 5. Fusar. *de substit. quæst.* 618. *num.* 17. & fuit dictum *in Romana fideicomm. de Victorijs* 9. *Decemb.* 1626. *coram R. P. D. mee Merlino, & in Bonon. fideic. de Desiderijs* 5. *Martij* 1626. *coram eodem.* Et ex inuentario bonorum hæreditatis d. Io. Baptistæ † fideicomittentis facto per 3
Franciscum Aloysium hæredem grauatum in quo d. prædium reperitur desctiptum, Natt. *cons.* 275. *num.* 15. Peregr. *d. tract. de fideicommis. art.* 44. *num.* 5. *&* 6. Rot. *in d. Rom. fideic. de Victorijs, & in d. Bononien. de Desiderijs prox. allegat.* Verùm etiam ex confessione eiusdem Francisci Aloysij emanata in precibus porrectis Clementi VIII. & Paulo V. pro alienatione huins prædij cum derogatione fideicommissi, quæ confessio † probat etiam cootra Lu- 4
carellos ab eo caosam habentes, Aretio. *consil.* 36. *num.* 3. Mascard. *de probat. conclus.* 778. *num.* 26. *in fin.* Fusar. *d. quæst.* 618. *num.* 34. *&* 35. Reuerendiss. D. meus Decan. *decis.* 120. *num.* 2.

Nec releuat, quòd d. Ioan. Baptista fideicommittens de anno 1604. assignauerit hoc prædium quibusdam suis creditoribus cum clausula constituti: quoniam prædicta assignatio non fuit perpetua, sed temporalis, donec scilicet ipsi creditores fuissent de eorum credito ex fructibus d. prædij satisfacti, qua satisfactione postmodum subsequuta idem præ-

dium iterum deuenit ad ipsum fideicommittentem vt constat ex instrumento d. venditionis factæ de anno 1606. & aliis iuribus supra ponderatis.

Non obstant Breuia Clementis VIII.& Pauli V. obtenta à d. Francisco Aloysio vltimo hærede gra-
5 uato pro derogatione d. fideicommissi, † quæ impedit fideicommissario immissionem. Caualer. *decis*.430. *num*.2. *cum alijs allegat*. Etenim fuit responsum dd. Breuia non suffragari, quia Breue Clementis VIII.emanauit sub certa forma, & conditione, vt patet ex illis verbis ibi; Volumus, &c. quod in primis, & ante omnia ex pretio prædij huiusmodi scuta monetæ 1500. in tot locis Montium 000 vacabilium de Vrbe inuestiantur, & subinde illorum, & aliorum vt infra emendorum fructus in emptionem tot aliorum similium locorum per emptorem eiusque successores, &c. annuatim conuertantur,
6 &c dicta enim verba, Volumus, in primis, † & ante omnia, important formam, & conditionem, vt de verbo, Volumus dixit Rot. *coram Caual. decis*. 612. *num*.17. *& coram Seraph.decis*.1474 .*num*.2. *& in Placentina decimarum* 28. *Maij* 1629. *coram Reuerendiss. Vrgellen*. & de verbis in primis, & ante omnia Rot. *in recent. decis*.345. *num*.7.*part*.2. Quæ tamen forma in d. Breui præscripta seruata non fuit, quia Sauipianus emptor d. prædij ratam d. pretij non inuestiuit, quinimo venditio vigore eiusdem Breuis subsequuta non habuit effectum, vt constat ex instrumento retrouenditionis eiusdem prædij factæ ad fauorem Francisci Aloysij venditoris, vt *in summ*.
7 *num*.2. ideoque † gratia derogationis d. fideicommissi remansit nullius roboris. Thesaur. *decis*. 99. *num*.13. Rimin. iun.*consil* 256. *num*.36. *& seqq*. Cæs. Massent.*decis*.31.*num*.24. *& sequentib*. Ciriac.*controu*. 103.*num*.71.Rot.*decis*.621.*num*.6.*& decis*.773.*num*.9. *part*.3. *recent*.

Pariter non suffragatur Breue Pauli V. in quo mandatur fieri Bononiæ inuestimentum in locis Montium vel in stabilibus: quia illud fuit in forma commissaria directum Vicario generali Bononieñ
8 cui non apparet fuisse præsentatum, sine qua † præsentatione nullam habuit iurisdictionem, Card. Seraph.*decis*.1010. *num*.2. & fuit dictum *in Burgen.Canonicatus coram bon.mem. Card.Pamphilio impress apud Marches.part*.1.*fol*.369.*num*.1. *& in Messanen.feudi* 5. *huius mensis coram R. P. D. meo Merlino*.

Non obstat allegata præsumptio d. præsentationis desumpta ex lapsu temporis 20.annorum, & vltra, nam illa excluditur ex inspectione instrumenti venditionis d. prædij factæ D. Comiti Ranuccio in quo ad vnguem recensentur omnes aliæ solemnitates hac vna præsentationis Breuis, & licentiæ à d. Vicario obtentæ excepta, vnde cum ex lectura d. Instrumenti appareat quòd in enunciatione aliarum
9 solemnitatum, † ista præsentationis reperitur omissa, non solum eliditur præsumptio d.præsentationis, sed immò oritur contraria præsumptio quòd illa non præcesserit, Crauet.*de antiq.temp.part*.3. *num*.30. Gabr. *de præsumpt. concl*.1. *num*.57.

Neque est verisimile quod contrahentes qui fuerunt adeo diligentes nedum in enunciandis, sed etiam in iustificandis aliis solemnitatibus mediante insertione copiæ Breuis Clementis VIII. & sententiæ vigore illius latæ, & Breuis Pauli V. volue-
10 rint † magis substantialia omittere, nempe præsentationem eiusdem Breuis, & licentiam à Vicario reportatam.

Præterea dicebant DD. non posse fieri vim lo asserta obseruantia, & diuturnitate temporis cum

non adsint 30. anni dempto † tempore litis prout 11
de iure demendum esse tenuit Rot.*in recent.dec*.568. *num*.5. *in fin.part*.4. *& coram Reuerendiss. D. meo Decano* 362. *num*.6.*& in Valentina Baronia* 4. *Iulij* 1607. *coram Ortemberge, & in Messanen. seu nullius feudi* 15. *Februarij huius anni coram R. P. D. meo Merlino*, vbi duo anni tantùm, deficiebant ad complendum tempus 30. annorum ante motam litem;
& quòd † non sufficiat longum tempus in his quæ 12
sunt grauis præiudicij, sed requirantur saltem 30. anni, post alios tradunt Surd. *consil*.18. *num* 98. Gabriel, *consil*.36. *num*. 49. *& sequentib*. *lib*.1. vbi testatur de veriori.

Et ita vtraque, &c.

a Hæc decisio habetur in Additione prout in Indice in eius part.7.

Et in eadem causa adsunt duæ aliæ decisiones, scilicet sub diebus 14. Decemb.1637. coram R. P. D. Ghisilerio, part.7. & 23. Martij 1638. coram eodem, part.8.

R. P. D. BVCCABELLA.

Leodien. Castri de Monbech,

Die Veneris 9. *Maij* 1636.

ARGVMENTVM.

Filio decedente ab intestato, non relicto patre, nec liberis, eius mater succedit in omnibus bonis, & quando etiam in feudalibus, fœminæ etiam admittuntur in feudis Leodiensibus.

SVMMARIVM.

1. *Filij, si post mortem patris non existentibus liberis decesserint, mater eis ex dispositione iuris communis ab intestato succedit.*
2. *Possessionis causam ex superuenienti titulo censetur quis mutasse etiam absque alia declaratione.*
3. *Confessio contra confitentem plene probat.*
4. *Confessio partis aduersæ sufficit ad effectum manutentionis.*
5. *Mandatum de euacuando per se præsupponit possessionem.*
6. *Litem, si quis ante suam mortem intentauerit, non est dubium quod in illius hæredes eadem lis, & instantia continuata dicitur, possunt illam prosequi, & obtinere manutentionem, quam actor, si viueret, obtinuisset, num.7.*
8. *Appellationis causa si sit commissa cum clausula sine præiudicio legitimæ executionis, &c. licèt operetur, quòd Iudex à quo ad executionem suæ sententiæ procedere possit.*
9. *Non tamen impedit quin Iudex ad quem, postea detecta iniustitia, & nullitate sententiæ, ad illius executionis reuocationem deuenire valeat, etiam per viam manutentionis.*
10. *Sententia, si ex eisdem actis apparet notoriè iniusta, nunquam transit in iudicatum.*
11. *Manutentio etiam in gradu restitutionis in integrum datur.*
12. *in Feudalibus bonis fœminæ non succedunt.*
13. *in Feudis Leodiensibus ex particulari consuetudine admittuntur etiam fœminæ in defectu masculorum.*

Et

Et hoc præsertim procedit si non agatur de feudo seruitium personale exquirente, aut tali, quòd per fœminam præstari non valeat.

14. *Petitorium ea, quæ respiciunt, petitam manutentionem impedire nullatenus possunt.*

DECISIO CXXIII.

POst resolutiones super validitate renonciationis Adrianæ in hac causa factas, exceptione præcipuè fatuitatis, seu dementiæ eiusdem, non obstante, & post remissoriam vltimo loco super eadem exceptione cum retardatione, vel sine arbitrio Rotæ concessam; quia vtraque pars prætendebat in possessione Castri, & bonorum de quibus agitur manuteneri, dato desuper, ac hodie secunda vice proposito dubio, cui sit dandum mandatum de manutenendo? Domini pro hæredibus Cæciliæ responderunt. Quia de ipsius Cæciliæ possessione visum fuit sufficienter constare ex pluribus; & præcipuè quia ex instrumento diuisionis anno 1565. factæ inter filios Guilielmi senioris, apparet quòd in portionem Valtheri obuenit Castrum cum aliis supradictis bonis de quibus fit etiam mentio in alio instrumento pactorum dotalium inter Valtherum, & Cæciliam initorum, ac etiam quia ex aliis pro iisdem hæredibus deductis, constat; quòd idem Valtherus decessit relictis duobus filiis, qui in infantili ætate post patrem decesserunt, ex quibus propterea Cæ-
1 cilia mater † in eodem Castro, ac aliis supradictis bonis ab intestato, ex iuris communis dispositione, successit, iuxta text. *in Auth. defuncto, C. ad Senat. consult. Tertull. ac in §. si igitur defunctus, in Authent. de hæred. ab intest.*

Itaut causam familiaritatis, quam aliàs iure familiaritatis ipsa Cæcilia habebat, statim post filio-
2 rum obitum ex huiusmodi † superueniente titulo, etiam absque alia declaratione mutasse censetur, *l. non solum, §. 1. ff. de vsucap.* Achill. *decis. 4. de caus. poss. & propriet.* Rota *decis. 143. num. 4. part. 2. diuers. & decis. 245. num. 4. coram Mantic. & decis. 130. num. 6. Reuerendiss. D. meo Decano.*

Rursus quia non solùm concurrit in casu isto, quòd Godefridus in libello, & positionibus pro eius parte datis, petiit Cæciliam cogi, & compelli ad euacuandam seu dimittendam possessionem eo-
3 rumdem bonorum, † quæ confessio contra ipsum confitentem possessionem probat Gloss. *in l. ab emptione, verb. constituantur, & ibi* Angel. *n. 4. ff. de pact.*
4 *& in l. 2. verb. tradita ff. de acquir. possess.* etiam ad effectum manutentionis. Rota *decis. 802. num. 1. part. 1. diuers. & decis. 525. num. 2. part. 2. recent. & decis. 432. num. 1. coram Card. Caualer. & decis. 200. num. 2. coram Gregor. X V.*

Verùm etiam quia in executionem dictæ petitionis idem Godefridus obtinuit contra Cæciliam relaxari mandatum de euacuando, quod similiter
5 cum priuatio † præsupponat habitum per seipsum possessionem, probat Roland. *consil. 32. num. 32. lib. 4.* Rota *coram Gregor. X V. decis. 402. num. 1. decis. 458. num. 2. & coram Cardin. Caualer. decis. 106. num. 1.*

Stante autem huiusmodi possessione Cæciliæ, quæ etiam mediante particulari commissione, dum ante eius obitum, introduxit litem in Rota tam in petitorio, quàm in possessorio; non est dubium
6 quòd † illius hæredes, cum quibus eadem lis, & instantia continuata dicitur, *l. hæres absens, in princip. ff. de iudic. cap. quia V. & ibi* Doctor. *eodem tit.* Socin. *consil. 81. num. 8. lib. 1.* potuerunt, ac possunt post eius obitum, illam prosequi, † & obtinere ma- 7
nutentionem, quam eadem Cæcilia, si viueret, obtinuisset, vt per Menoch. *de retin. remed. 3. num. 62.* & tenuit Rota *decis. 315. in princip. part. 4. diuers. & in causa Bononien de Carnalibus 11. Ianuarij 1601. coram bon. mem. Card. Pamphilio, post Pacific. de Saluian. decis. 88. num. 3. & 4. ac in Anconitana prædij 29. Nouembris 1630. coram R. P. D. meo Verospio.*

Non obstat, quòd causa appellationis fuerit aliàs commissa à Nuntio Colonien. Decano sancti Ioannis cum clausula, citra præiudicium possessionis obtentæ, & citra retardationem vlterioris executionis; quia placuit responsio quòd licèt huiusmodi clausula operetur, † quòd iudex à quo, ad 8
executionem suæ sententiæ procedere possit, non tamen impedit, quin iudex ad quem, si postea iniustitia, vel nullitas sententiæ detegatur, ad illius executionis reuocationem deuenire valeat, etiam per viam manutentionis, † maximè quando, prout 9
in casu isto, superuenit alia commissio signaturæ cum facultate explicita manutenendi, vt per Rotam *coram Gregor. X V. decis. 91. num. 11. & 13. & in causa Romana vineæ 13. Iunij 1624. coram R. P. D. meo Merlino.*

Nec visum fuit adesse prætensam desertionem; quia ex deductis in facto apparet de appellationis debito tempore interpositione, & de illius prosecutione, vltra quòd sententia ex hactenus deductis apparet ex eisdem actis † notoriè iniusta, quæ pro- 10
ptera nunquam transit in rem iudicatam. Felin. *in cap. super literis, num. 15. de rescript.* Cæsar. de Graff. *decis. 2. num. 8. de solut.* Rot. *decis. 49. num. 5. part 4. diuers.* & manutentio † datur etiam in gradu resti- 11
tutionis in integrum Cæsar. de Graff. *decis. 4. de caus. possess. & propriet.* Rota *decis. 111. num 8. part. 1. recent. & coram Gregor X V. decis. 458. num 8. & 10.* & in qualibet instantia, *cap. cùm teneamur, de appellat.* Bero. *consil. 45. num. 2. lib. 3.* Seraph. *decis. 299. num. 2.* Rota *decis. 404. num 3 part. 2. recent.*

Ad id autem quod in bonis feudalibus † de iure 12
non succedant fœminæ, sed masculi, ex cap. *vnic. de natur. success. feud.* fuit responsum quòd in feudis Leodiensibus ex particulari † consuetudine admit- 13
tuntur etiam fœminæ in defectu masculorum, præsertim dum non agitur de feudo seruitium personale exquirente, aut tali quod per fœminam præstari non valeat prout hanc consuetudinem approbauit Rota *in causa Leodien. nominis, quæ est coram Caualer. decis. 171. sub num. 2. vers. constabat in feudis, & num. 3. ac in recent. decis. 362. sub num 2. cum seq. part. 2.* Ac etiam in omnem euentum huiusmodi exceptionem † respicere petitorium, & ideo petitam 14
manutentionem impedire nullatenus posse. Rota *coram Greg. X V. decis. 549. num. 6. & decis. 537. num. 2. part. 3. & decis. 408. num 5 part. 4. recent.*

Et ita vtraque parte informante resolutũ fuit, &c.

Part. 7. in eadem causa adsunt duæ aliæ decisiones, hoc est sub diebus 29. Aprilis 1637. coram R. P. D. Carrillo, & 22. Martij 1638. coram eodem, part. 8. in additione part. 7. habetur alia decisio in eadem causa sub die 15. Decembris 1634. coram R. P. D. Pirouano.

R. P. D. PANZIROLO.

Auenionen. Fideicommissi.

Die Lunæ 10. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Testatoris voluntas, quando præsumatur voluisse vocare, non solùm filium alicuius tunc natum, sed etiam nasciturum post ipsius mortem.

SVMMARIVM.

1. *Aduerbium*, tunc, *in vocatione positum non operatur quominus dispositio extendi debeat ad personas similes ad quem testator habuit parem affectionem.*
2. *ex Vocatione successiua personarum, quæ ferè impossibile erat, vt natæ essent de tempore obitus testatoris, vt fuerint vocatæ etiamsi nascantur post eius obitum, ex hoc satis demonstratur.*
3. *Dispositio ne remaneat penitus inutilis, & sine effectu, capienda est omnis interpretatio.*
4. *Testator, si aliquid enixè desiderauit, non est verisimile, quòd se voluerit restringere ad casum valde euentualem.*
5. *Optabile quocumque tempore id videtur ex quo resultat commodum, & honor.*

DECISIO CXXIV.

PLacuit Dominis resolutio capta in hac causa die 5. Decembris proximè præterito, in qua dictum fuit, factum esse locum fideicommisso ad fauorem Dominici; nam licèt Gaspardus testator ad successionem vocauerit primum filium masculum Dominorum Henrici, & Mariæ, qui de tempore obitus ipsius, tunc erit viuens (vt sunt verba testamenti) attamen non ex eo quod de dicto tempore Dominicus non extaret, sed natus fuerit post annos quinque à die obitus ipsius Gaspardi, visum est fideicommissum expirasse, cum potius voluntas testatoris fuerit non solùm vocare filium tunc natum,
1 sed etiam nasciturum post ipsius mortem, † itaut aduerbium (tunc) in vocatione positum non limitet, quo minus dispositio extendi debeat ad personas similes, ad quas testator parem habuit affectum, vt tradit Paris. *consil.* 50. *num.* 52. *lib.* 3. Natt. *consil.* 675. *num.* 9. 12. *& seq.* Cephal. *consil.* 196. *num.* 23. Maximè dum ipse testator disposuit, quòd si primogenitus non sit capax successionis, eligatur à D. Diana eius vxore secundogenitus, tertiogenitus, & deinceps. Ex hac enim successiua vocatione persona-
2 rum, quæ ferè impossibile erat, † vt natæ essent de tempore obitus testatoris, clarè visum est resultare, vt fuerint vocati filij etiam postea nascituri, secundùm Socin. sen. *in l. si cognati, num.* 10. *ff. de reb. dub.* Ruin. *consil.* 108. *num.* 17. *lib.* 2. Albert. *consil.* 106. *num.* 13. *&* 14. Menoch. *consil.* 490. *num.* 16. Mantic. *de coniectur. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 14. *vers. illud tamen in dubium.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 22. *num.* 77. *vers. vel cum testator digressus fuit, & consil.* 55. *num.* 28. *lib.* 1. Fusar. *de substitut. quæst.* 318. *num.* 39. *vers. ego certè*, & facit Rota *in Romana pecuniaria* 30. *Aprilis* 1625. *coram R. P. D. Merlino, & in Lucana successionis* 1. *Februarij* 1630. *coram R. P. D. meo Dunozetto.* Aliàs enim dispositio remaneret penitus
3 inutilis, † & absque vllo effectu, ad quod euitan. quælibet alia interpretatio est amplectenda. Castr. *consil.* 247. *num.* 1. *post medium, vers. illud autem constat, lib.* 1. Alben. *d. consil.* 106. *num.* 17. *& seqq.* Fusar. *de substit. d. quæst.* 318. *num.* 99. Maximè, quia dum testator ostendit tam enixam voluntatem conseruandi in perpetuum nomen, & cognomen ipsius in dicto filio nascituro, non est verisimile, quòd voluerit restringere † talem nominis, & armorum de- 4
lationem ad casum tam euentualem, quando (scilicet) dictus filius nasceretur ipso dumtaxat viuente, cum potiùs hoc postea, vel quandocunque videatur † optabile tanquam resultans in commodum, & 5
honorem ipsius. Ancbar. *consil.* 113. *num.* 4. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 5. *&* 6. Gratian. *forens. discept.* 288. *num.* 14. prout hæc eadem interpretatio visa est indubitanter, ac pleniùs suaderi ex pluribus aliis coniecturis latè in decisione deductis, cum quibus Domini, etiam nunc transierunt.

Et ita fuit decisum Dominico tantum informante.

a Est decisio 77. part. 7. vbi in fine adduxi alias decisiones in hac causa.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Fideicommissi.

Die Mercurij 21. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Testator, si hæredi grauato restituere, expressè prohibuerit venditionem, locationem ad longum tempus, donationem, & hypothecam, sub pœna, &c. modo si hæres locauerit bona per decennium, an sit factus locus fideicommisso. Fideicommissum dicitur purificatum, si hæres grauatus emiserit professionem in aliqua Religione, etiam capaci bonorum, stante exclusione super hoc facta à testatore.

SVMMARIVM.

1. *Locatio facta ad decem annos, dicitur locatio facta ad longum, & magnum tempus.*
2. *Hæres grauatus, si voluntati testatoris contrauenerit, qui aliquid prohibuit cum expressa annullatione illius, tunc sine dubio fit locus purificationi fideicommissi.*
3. *Locatio si sit facta ad vitam locatoris, vel conductoris, dicitur facta ad longum tempus, & num.* 6.
4. *Locatori ad longum tempus competit ius petendæ renouationis locationis.*
5. *Verba quando sunt clara, non est opus alia interpretatione.*
7. *Fructus, & commoditas rei prohibitæ alienari, quando non possint alienari ad longum tempus.*
8. *Interpretatio, vt actus sustineatur, ea capienda est.*
9. *Pro actus validitate tunc capienda est interpretatio, quando sumus in dubio, secus si versemur in claris.*
10. *Donatarius omnium bonorum tenetur seruare factum donantis, & è contra.*
11. *Fideicommissarius vtens iure suo, potest agere ad vindicandam rem nulliter alienatam, nec stringitur obligatione sui auctoris.*
12. *Hæres grauatus alienans bona fideicommissaria, quando ex defectu scientiæ excusetur, & num.* 13.
14. *Hæres grauatus, si locauerit bona fideicommisso subiecta, stante super hoc prohibitione testatoris, nulliter agit, & in conductorem non transfertur dominium.*

15. *Hæres*

15. *Hæres grauatus, si emittat professionem in aliqua Religione capaci successionis, quando d. Religio non possit prætendere ad se spectare bona fideicommissaria durante vita dicti Monachi, & num. 16. 17. 19. & 20.*
18. *Testatoris enixa voluntas debet verificari, & n. 21.*
22. *Fideicommissario, quibus concurrentibus est concedenda immissio, vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend. etiam contra tertium possessorem.*

DECISIO CXXV.

PRætendentibus Iosepho, & Virgilio Maria de Bauosiis, vocatis in testamento Ioannis de Bauosiis anno 1609. immissionem in possessionem vnius prædij positi in communi sancti Vitalis, non solùm ob locationem per Ioannem alterum fratrem factam de dicto prædio per decennium, & illo finito per aliud decennium, & vlterius, donec dictus Ioannes viueret, itaut quando moreretur, locatio diceretur finita; verum etiam ob emissam à dicto Ioanne professionem in congregatione canonicorum sancti Georgij in Alga, præuia renunciatione amplissima omnium bonorum prætenso fideicommisso subiectorum, contra expressam prohibitionem testatoris, de qua in verbis testamenti, ibi: *Perche vuole, & intende, che li suoi beni, ò facolta perpetuamente siano conseruate, e si conseruino, e peruenghino alli sudetti suoi heredi*, &c. *accio si conseruino nella famiglia, & espressamente vieta, e comanda à tutti li suoi heredi*, &c. *la venditione, locatione à longo tempo, donatione, hipotheca*, &c. respectò verò ingressus in Religionem, ibi: *Perche dichiara, que non s'intenda, che il Monasterio, ò Chiesa sia, e succeda in luogo de figliuoli, dichiarando, e protestando, che la detta prouisione fa non principalmente per excludere il Monasterio, ò Chiesa, ma per conseruatione delli suoi beni nelle persone come sopra*, &c. ad eorum fauorem fuit resolutum.

Quia stante locatione supradicta, & professione emissa io Religione à dicto Ioanne, fuit purificatum fideicommissum ad fauorem supradictorum, & factus locus substitutioni reciprocæ inter dictos Ioannem, Iosephum, & Virgilium Mariam à testatore reciprocè substitutos.

1 Nam respectu locationis, cum locatio † facta ad
decem annos, dicatur locatio facta ad longum, & magnum tempus, *l. si cum fideicommissaria, §. Aristo, ff. qui, & a quibus, l. penult. & l. fin. C. de præscript. longi tempor.* gloss. *in l. secunda, ff. si ager vectigalis, vel emphyt. pet.* & facit quod notat Gloss. *in l. si filius, C. de peric. hæred.* Alexand. *consil. 17. in princip. lib. 4.* Dec. *consil. 203.* Berttand. *consil. 126. num. 3.* Peregr. *de fideicommiss. art. 40. num. 93.* Paris. *consil. 118. num. 3.* Fusar. *de substit. quæst. 525. num. 5.* Eaque fuerit hæredibus prohibita à testatore, cum expressa annullatione illius in hunc casum contrauentionis, ex lo-
2 catione prædij facta per Ioannem grauatum, † ne-
dum ad decennium, sed ad alium decennium, & donec ipse vixerit indubitatum est purificati fideicommissum. Peregr. *in dicto art. 40. num. 109.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 4. num. 11. & tit. 45. num. 11.* Fusar. *vbi suprà vers. idem esset*; vbi firmat idem esse si facta fuisset ad vitam, vel locatoris, vel
3 conductoris, † quia ad longum tempus dicitur fa-
cta, ex Anchar. Imol. & Card. *in cap. 1. de reb. Eccles. non alienan. cum alijs ibi adductis.*

Nec facit, quòd cum in instrumento locationis adiectum sit pactum, quòd eueniente casu fideicommissi locatio statim censeatur finita; sequatur, vt partes noluerint conductori aliquod ius acquiri continuandæ locationis, vel petendæ renouatio-
nis, sicut † competere solet conductori ad longum 4
tempus, sed tantùm voluisse transferre commoditatem percipiendi fructus durante vita grauati, quia cum verba locationis sint clara de ipso prædio, &
possessione sancti Vitalis, † non potest applicari, 5
quòd intelligatur tantùm locata commoditas percipiendi fructus. Bero. *consil. 189. num. 2. in fin. lib. 1.* & magis stante illa clausula, *ponens in locum suum*, necnon altera clausula, *constituit*, & cum testator perpetuò voluerit bona conseruari penes institutos, & substituros, cum speciali prohibitione locatio-
nis ad longum tempus, † locatio ad longum tem- 6
pus, etiam restricta ad vitam locantis, est contra eius voluntatem, & ipso iure nulla; nec pactum, quòd eueniente morte intelligatur finita, illam sustinere potest. Et hinc patet, non applicari conclu-
sionem, † quòd fructus, & commoditas rei prohibi- 7
tæ alienari, possint locari ad longum tempus.

Minus obstat, quòd licèt instrumentum sortiet in locationem rei, tamen vt valeat actus, & non dica-
tur factus contra prohibitionem, debeant † verba 8
intelligi de commoditate fructuum, non autem de re ipsa, vt tenuit Rota *in Tudertin. Officij 19. Februarij 1589. coram Lancelloto*, impress. per Marches. *de commiss. part. 1. fol. 756. num. 3. & 4* quia interpretatio desumpta pro validitate actus, procedit in dubio
ad euitandam caducitatem, † secus autem quando 9
versamur in claris, vt io isto casu, ex prohibita alienatione à testatore, vt colligitur ex ipsamet *decisione in Tudertina Officij coram Lancelloto.*

Non obstat, quòd ex donatione vniuersali omnium bonorum facta à Ioanne, possit inferri, Iosephum, & Virgilium Mariam teneri ad locationis defensionem, tanquam successores Ioannis donan-
tis, qui locationem fecerat; ex quo donatarius † om- 10
nium bonorum tenetur seruare factum donantis, & è contra, dum competunt actiones quæ contra donantem poterant exerceri tam reales, quàm personales. Gul. de Benedictis *in cap. Raynutius, vers. cætera bona, num. 46. vers. vbi verè donator, de testamentis.* Celsus Vgo *consil. 13. num. 21.* Getius Spinous *cons. 75. num. 33. & seqq. cum alijs*, quia supradicti Iosephus, & Virgilius Maria fideicommissarij bona non consequuntur à grauato, sed à grauante, & propterea cum omnia donata sint supposita fideicommisso,
non intrat obiectum, † sed fideicommissarius vtens 11
suo iure potest agere ad vendicandam rem nulliter alienatam, nec adstringitur obligatione sui auctoris. Bero. *consil. 129. num. 5. & 15. lib. 2.* Laderch. *consil. 138. per tot.*

Pariter non obstat, quod non constet, quòd Ioannes habuerit specificam scientiam huius prohibitionis pœnalis, & generalis scientia testamenti non
sufficiat. Quia defectus † scientiæ procedit, quan- 12
do alienans vult recuperare, & se excusare. Rota *decis. 22. num. 2. part. 1. diuers. & coram Canaler. de-
cis. 96. num* 4. non † autem ad effectum auocandi à 13
tertio possessore bona nulliter alienata, vt benè distinguit Rota *decis. 268. num. 1. part. 2. recent.* & hoc summa ratione, quia stante expressa prohibitione locationis ad longum tempus facta per testa-
torem, † locatio fuit nulla, & in conductorem non 14
fuit translatum dominium, *l. cum pater. § libertus*, vbi gloss. *ff. de leg. 2. l. 2. C. pro emptore*, & ideo est locus rei vendicationi. Barbat. *consil. 14. in fin. lib. 2.*

Et ex alio capite consueuerunt DD. resultare purificationem

ficationem fideicommissi, ex professione per Ioan-
nem emissa in dicta congregatione, prout ex publi-
co instrumento, & attestatione superioris, attentia
verbis testatoris, qoi expresse voluit, vt bo:a con-
seruentur in personis institutis, & substituris, ex-
cluso Monasterio; asseraodo se id non facere ad
effectum excludendi Mooasterium priocipaliter, nec
in eius odium, sed propter conseruationem booo-
15 rum suorum in personis vocaris. Quod sufficit † pro
exclusione Monasterij etiam capacis bonotum, in
puncto Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 13. num. 91.*
Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. num. 82.* Intrigliol.
de substit. cent. 3. quæst 63, num. 42. Saochez *in præce-*
pta Decalog. lib. 7. cap. 15. num. 19. & cap. 16. num. 32,
Couar. *variar. cap. 19. num. 11.*

Noc facit, quòd cum Ioannes emiserit professio-
nem in cougregatione capaci successionis, congre-
gario possit retinere bona donec ille naturaliter vi-
xerit, itaut non dicatur purificata conditio substitu-
16 tionis † conceptæ sub cunditione mortis, vt prærer
allegatoa teouit Rota *in Vrbeuetana hæreditatis 14.*
Aprilis 1614. coram bon. mem. Patriarcha Manza-
nedo, & in Bononien. fideicommissi de Blanchettis 26.
Ianuarij 1632. & 9. Decembris 1633. coram R. P. D.
meo Veresp10, quia suptadictæ decisiones procedunt
in terminis exclusionis Monasterij desumptæ, vel
ex coniecturis, vel ex æqualitate bonorum, non au-
tem ex dispositione expressa testatoris, ex qua resul-
17 tat exclusio † Monasterij, stante ratiooe adducta à
testatore in testamento, vt bona perpetuo conser-
uentur inter personas institutas, & substituras, eo
quia præcipua ipsiua intentio fuit, vt bona sua per-
petuo nedum conseruentur, sed etiam peruenian t
ad institutos, & substitutos, vt in familia testatoris
conseruentur; qno casu licèt Ioannes sit agnatus, &
retineat iura familiæ, tamen cum ipse sit incapax te-
tentinois bonotum, eaque interim non conserua-
rentur in familia, sed penes Monasterium, non veri-
18 ficaretur † enixa voluntas testatoris, vt bona per-
petuò conseruarentur in familia, & inter persooas
vocaras Ideoque cum in isto casu mots ciuilis æqui-
paretur naturali, & eosdem opetetur effectus quos
mors naturalis, attenta voluntate testatoris, inde
resultat Ioannem, licèt professum in congregatio-
ne capaci, esse eacludendum à successione fideicom-
19 missi, stante expressa prohibitione testatoris, † quòd
Monasterium non possit succedere loco filiorum,
non in odium Monasterij, sed propter conseruatio-
nem bonorum in vocaris, atque ita omnia in con-
trarium deducta, non applicantur huic casui, cum
loquantur, & procedant, quando ex verbis testato-
ris contrarium non apparet, quando verò constat
de enixa voluntate testatotis, vt bona perpetuo con-
seruentur in familia, & inter personas vocatas, tunc
20 † neque viuente Monacho potest Monasterium re-
nere, ex Molin. Peregrin. Intrigl. & aliis *suprà* alle-
gatis, quia interim quando bona sunt penes Mona-
21 sterium non conseruantor in familia; nam † si Mo-
nasterium posset retinere, perpetuo non remanerent
in familia.

Probata autem purificatione substitotionis, ex
professione emissa per Ioannem, & ex locarione
per eum facta prædij de quo agitur ad vitam ipsius,
cum inter partes non controuertatur eaistenti fidei-
commissi, necnon identitas prædij, consequenter
22 Iosepho, & Virgilio Mariæ † fideicommissariia de-
betur immissio, vigore *l. fin. C. de edict. D. Adrian.*
tollend. etiam aduersùs tertium possessorem, vt plu-
ries resoluit Rota, vt *in decis. 201. num. 9. part. 2. diuers.*
decis. 237. num. 1. part. 1. recent. & decis. 167. num. 2. co-
ram Reuerendissimo Domino meo Decano, cum alijs re-
latis in Bononien. fideicommissi de Glauarinis 23. Ianua-
rij præteriti, confirmata 5. currentis mensis coram me.
Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Clusina Hæreditatis de Ciolis.

Die Lunæ 2. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Patruus, quando hæredes sibi instituit plures nepotes ex diuersis frartibus, an, & ex quibus appareat, quòd illos vocauit in capita, & non in stirpes.

SVMMARIVM.

1. *Testator, quando hæredes sibi instituit nepoti ex diuersis fratribus, tunc illius hæreditas inter eos debet diuidi in capita, & non in stirpes.*
2. *Et hanc opinionem tanquam melioribus rationibus fulc:am sequitur Rota reiecta contraria opinione Accurs.*
3. *Hæredes plures, si sint instituti cum clausula pro æquali rata, & portione, ex hoc declaratur modus succedendi, idest pro virili.*
4. *de Rebus suis vnusquisque præsumitur disponere secundum dispositionem iuris communis.*
5. *Testamenti vna pars expressa declarat alteram partem dubiam.*
6. *Testator in dubio præsumitur vocasse nepotes plurium fratrum in capita, si eis fecerit prælegatum inter eos diuiden. in capita, & ita è contra, n. 7.*
8. *Coniunctio sola naturalis, non est sufficiens ad inducendum ius accrescendi, nisi etiam concurrat coniunctiua vocatio.*
9. *Vocatio coniunctiua est sufficiens, vt inter vocatos sit præseruatum ius accrescendi.*
10. *Testator præsumitur se voluisse conformare, cum dispositione statutaria.*
11. *Statuentes, quando omittunt disponere in aliquo casu, illum relinquunt in dispositione iuris communis.*

DECISIO CXXVI.

CVm post latam sententiam Rotalem dubitaretur. An constaret de re iudicata, quæ sit exequenda, vel potius de causis restitutionis in integrum. Domini responderunt, constare de re iudicata, quæ sit exequenda; quia Ciolus de Ciolis suos sibi hæredes scripsit tres nepotes natoa ex duobus fracribus, & ideo visum est, quòd illiua hæreditas
debeat inter † eos diuidi in capita, & pro virili, non 1
autem in stirpes, *l. si quando, ff. de leg. 1.* Azor. *in sum.*
C. de legit. hæred. quem secuti sunt Castr. *in l. fin. C.*
de impub. & alijs substit. & in l. interdum, num. 2. ff. de
hæred. instit. Ias. *in l. re coniuncti, num. 43. ff. de legat. 3.*
Dec. *consil. 382. num. 25.* Ruin. *consil. 163. num. 7. lib. 2.*
Moror *consil. 1. per tot.* Fachio. *controuers. iur. lib. 6.*
& 3. Castill. *quotid. controuers. part. 3. cap. 19. num. 77.*
vbi *num. 81.* quamplurimos cumulat. Cened. *pract.*
& Canonic. quæst sing. 77. num. 1. & 4. Thesaur. *de-*
cis. 162. & hanc opinionem tanquam † melioribua 2
rationi

rationibus munitam sequitur Rota, vt *in decis.* 391. *part.* 4. *diuers.* & fuit dictum *in Romana successionis* 1. *Iulij* 1601. *coram bon. mem. Card. Mellino*, & latè *in hac causa* 18. *Februarij* 1633. [a] *&* 12. *May* 1634. [b] *coram R. P. D. meo Merlino reiecta opinione Accursij in gloss. verb stirpes, in Auth. cessante, C. de legit. hered. & in §. reliquum, vers. fratres, & vers. parentum, Auth. de hered. ab intest.*

Nec visum est obstate, quòd quicquid sit de veritate istius opinionis saltem in casu præsenti dicendum sit testatorem exptesè voluisse succedi in stirpes, non autem pro vitili, dum instituit Alexandrum, & Persium natos ex Petro de Ciolis fratre germaoo dicti testatoris ex vna parte, necnon etiam Augustinum de Ciolis natum ex Srephano similiter eius fratre germano pro æqnali rata, & portione. Illa enim verba ex vna parte non alia ratione, videntur apposita à testatore nisi ad ostendendum, quod ad vnam partem hæreditatis vocauerit Alexandrum, & Persium, & ad alteram partem æqualem Augnstinum natum ex Srephano altero fratre; fuit enim responsum, quòd cum dictorum hæredum institutio, vnica tantum verborum structura concepta fuerit, & regatur ab vnico verbo, instituit, verba illa ex vna parte potius visa sunt apposita ad demonstandam descendentiam vniuscuiusque institurorum, quam ad æqualiter hæteditatem inter illos diuidendam, qui sensus ex eo indubitanter visus est etiam apparere dum in vocatione Augustini testator non repetiit illa verba, ex altera parte, sed loco illarum apposuit clausulam pro æquali † rata, &
3 portione, & sic declarauit modum succedendi inter institutos debere esse pro vitili, non autem in stirpes, *l. si quando, ff. de leg* 1. Castr. *in l. fin. num.* 2. *C. de impub & alijs substit.* Ias. *in l. re coniuncti, num.* 45. *ff. de leg.* 3. Dec. *consil.* 382. *num.* 1. *&* 5 *lib.* 1. Ruin. *consil.* 163. *num.* 7. *lib.* 2. Capyc. *decis.* 508. *sub num.* 4. confirmando se com dispositione iutis communis
4 secundùm quam † vnusquisque præsumitur de rebus suis disponete. Bart. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num.* 4. *ff. ad Trebell.* Bald. *in l. precibus, num.* 44. *de impub. & alijs substitut.* Socin. sen. *consil.* 51. *num.* 33. *lib.* 4 Mantic. *de tacit. lib* 6. *tit.* 6. *num.* 2. *& seqq.*

Præterea, quod testator voluerit ipsius hæreditatem debere diuidi pro virili, colligitur etiam ex prælegato domus eisdem nepotibus relictæ pro tertia parte diuiden. & sic viritim quæ testatoris volun-
5 tas in vna parte testamenti † expressa declatat dubiam volontatem eiusdem quod nepotes plurium fratrum sint instituti in capita, & nun in stitpes, vt in indiuiduo huius casus latè Paris. *consil.* 4. *num.* 10. *& seqq. lib.* 3. & quod prælegatum huiusmodi factum
6 nepotibus explicet an testator † in dubio vocauerit nepores plurium fratrum in stirpes, vel in capita tantum fuit *in Forolinien. Iurispatronatus Luna* 10. *Decembr.* 1601. *coram bon. mem. Litta*; vbi dictum
7 fuit successionem in dubio nepotibus † debitam esse in stirpes ex eo quod eisdem factum fuerit prælegatum in stirpes dioidendum.

Nec propter præcedentem mentionem factam à testarore patris Alexandri, & Persij, quæ sufficiebat ad demonstrandas eorum personas, & descendentiam possunt videri superoacanea sequentia verba, Ex vna parte secundùm hanc interpretationem; qoia cum testator instituisset hæredes tres nepotes ex duobus fratribus prædefunctis pro æquali rata, & portione si suprascripta verba non addidisset inter Alexandrum, & Persium eueniente casu, quòd alter eorum moreretur in vita testatoris, vel ante aditam hæreditatem non fuisset locus iuri accrescendi ad fauorem solius fratris superstitis, sed in eius portione vacante successisset, etiam Augustinus eorum frater patruelis, quia sola coniunctio † natura- 8
lis non sufficit ad inducendum ius accrescendi, nisi concurrat etiam coniunctiua vocatio. Rip. *in l. re coniuncti, num.* 212. *ff. de leg.* 3. Grat. *consil.* 18. *num.* 3. *& seq. lib.* 2. post Bart. *in l. Lucius* 45. *num.* 21. & *ibi* Ias. *num.* 31 *ff. de vulgar. & pupill.* Alexand. *consil.* 30. *num.* 4. *lib.* 2. Natt. *consil.* 130. *num.* 6. & fuit dictum *in vna Firmana fideicommissi die* 28. *Nouembr.* 1604. *coram bon. mem. Penia*, & ideo ad præsumendum inter dictos fratres ius accrescēdi testator addidit illa, verba ex vna parte, † quæ propter coniunctiuam 9
vocationem hunc effectum operantur. Gratian. *d. consil.* 18. *num.* 8. Menoch. *consil.* 198. *num.* 24. *lib.* 2.

Non obstat, quòd dicatur statutum Senarum ciuitatis dominantis ordinate successionem nepotum in stirpes, & non in capita, & ideo testator potius † cum hac statutaria dispositione voluisse, quòd filij 10
fratrum ab ipso instituti succederent in stirpes, & sic Alexandro, & Persio fratribus hæreditas pro medietate deberetur, & pro altera medietate Augustino ex alio fratre nepoti deferretur. Quoniam non apparet statutum decidere casum, quando filij plurium fratrum succederent inter se in hæreditate patrui, sed potius videtur supponere existentiam alterius patrui, & ideo † statuentes cum omisetint 11
decisionem huius casus, illam reliquerunt in dispositione iuris communis, & sic vt suprà Bald. *consil.* 325. *num.* 4. *vers.* 3. *& vlt. lib.* 3. Socin. sen. *consil.* 32. *num.* 18. *lib.* 1. Alexand *consil* 80. *in princip. lib.* 1. Roman. *consil* 110. *in fin.* & ibi Adden. *verb. remanet.*

Et ita parte vtraque, &c.

a Sunt decisiones 180 & 278. part. 6.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Hæreditatis de Capizucchis.

Die Luna 16. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius, si petat immissionem in bonis fideicommisso subiectis, ei denegatur remedium l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend. si alius incontinenti doceat de antiquiori fideicommisso. Euictio, quando dicatur canonizata, & immineat.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissario quibus concurrentibus non potest denegari immissio.*
2. *Exceptio alterius fideicommissi incontinenti probata solet impedire immissionem ex remedio l. fin. C de edict. D. Adrian. tollend.*
3. *Fideicommissum dicitur indubitatum, & clarum, si de illo constet ex pluribus decisionibus Rotalibus.*
4. *Euictio, quando immineat in limine.*
5. *Euictio dicitur ineuitabilis, stantibus super hoc pluribus decisionibus Rotæ.*
6. *de Euincentis iure constare per rem iudicatam, vel per acta, aut per publicum instrumentum paria sunt, ad effectum, vt quis non teneatur expectare euentum realis euictionis, amplia num.* 7.

8. *Tutor*

8. *Tutor agnoscere potest bonam fidem ergà creditorem pupilli, aliquid iustè euincere volentis.*
9. *Vxoris acquisitiones facta ex proprijs pecunijs ad eius fauorem cedere debent.*
10. *Clausula,* appellatione remota, *apposita in rescripto commissionis operatur, vt sententia celeri exequutioni demandetur.*
11. *in Bonis, & iuribus cessis, nullum ius cedenti competit.*
12. *Euincentis fidem bonam agnoscendo quis potest ei dimittere bona, ne videretur in præiudicium suæ existimationis calumniari, vel superuacaneam litem sustinere.*
13. *sine Damno alterius potest quis rem sibi proficuam facere, & sibi mutare causam possessionis.*

DECISIO CXXVII.

HÆredes fideicommissarij q. Iuliæ Cæsarinæ
non acquiescebant decisioni coram me emanatæ
sub die 20. Aprilis 1635. [a] in qua dictum fuit
non esse ipsis concedendam immissionem in possessionem
bonorum q Liuiæ Capranicæ dictæ Iuliæ
hæredis ratione Castri Fabri, & partis Tenutæ Salicis,
quæ olim fideicommisso q. Petri de Corbaria
fuerunt subiecta, & deinde sibi non vti hæredi dictæ
Iuliæ, sed titulo emptionis proprio nomine acquisita;
ideo causam proposui super eisdem, sed
Domini in decisis persistendum esse censuerunt.

Nam licèt de existentia fideicommissi dictæ Iuliæ
vocatione ipsorum fideicommissariorum, eorumque
descendentia, & eiusdem Iuliæ, quo tempore obiit,
possessione; ac demum de bonorum fideicommisso
1 subiectorum identitate minimè † dubitetur, quibus
concurrentibus sine difficultate fideicommissariis
debetur immissio ex remedio *l. final. C. de edict. D.
Adrian. tollend.* Nihilominus in præsenti casu intentioni
ipsorum obstat exceptio D. Francisci de Capizucchis
Liuiæ hæredis, ac possessoris docentis de
supradicto antiquiori fideicommisso Dominorum
de Corbaria exclusiuo fideicommissi dictæ Iuliæ,
quod est recentius. Ille enim dum ex cessione illorum
de Corbaria præuio beneplacito Apostolico ad
fauorem Liuiæ reportata, eosdem de Corbaria repræsentat,
& incontinenti docet de dicto eorum
antiquiori fideicommisso, proculdubio obtinet partes
legitimi contradictoris ad impediendam immissionem
fideicommissariorum dictæ Iuliæ in possessionem
supradictorum Castri, & partis Tenutæ, &
2 exceptio † alterius fideicommissi incontinenti probata
passim impedire solet immissionem ex dicto
remedio *l. fin.* vt inquiunt, ibi, Cyn. *num.* 21. Bartol.
etiam *num.* 21. *vers. si verò*, allegat Bald. *num.* 14. Dec.
num. 43. *C. de edict. D. Adrian. tollend.* Menoch. *de
adipiscend. remed* 4 *num.* 751. Put. *decis.* 308 *num* 1.
lib. 1. & fuit dictum *in Bononien. bonorum emphyteuticorum
29. May 1581. coram Robusterio.*

Dictum autem fideicommissum Dominorum de
3 † Corbaria etiam hodie visum fuit omnino clarum,
& indubitatum, cum de illo satis superque constet
ex pluribus Rotæ decisionibus emanatis coram Reuerendiss.
D. meo Decano, quibus attentis vti super
articulo ad saturitatem discusso, & super quo nulla
amplius cadebat dubitatio Rota mandauerat expediri
causam, & insuper ex eadem ratione, quòd huiusmodi
fideicommissum esset in statu canonizabili,
4 & euictio † immineret in limine nuper coram R.P.D.
meo Verospio, & deinde in gradu appellationis coram
R. P. D. meo Panzirolo fuit firmatum, quòd
Marchio Cassani emptor vnius partis bonorum dicti
fideicommissi de Corbaria, & Liuia quæ similiter
ad euitandam euictionem eorumdem bonorum
alteram emit partem, vt supra potuerint agnoscere
bonam fidem erga eosdem de Corbaria non expectata
reali euictione, † quæ stantibus tot Rotæ de- 5
cisionibus erat ineuitabilis, paria enim sunt constare
de iure euincentis per rem † iudicatam; vel per 6
acta, aut publicum instrumentum ad effectum, vt
quis non teneatur expectare euentum realis euictionis,
*l. ex empto, in princip. ff. de act. empt. l. si domus,
§. de euictione*, vbi Ias. *num.* 14. *ff. de legat.* 1. cum aliis
in causa Romana scutorum 24. *mill.* inter easdem met
partes *coram d. R.P.D. meo Verospio*, pleniùs allegata,
attento præsertim, † quòd nihil hactenus fuit de- 7
ductum, vnde prædicti emptores potuissent docere
quo pacto à tot Reuerendissimi D. mei Decani decisionibus
sub titulo *Vrbeuetana fideicommissi*, obtinerent
recedi, vt ad comprobationem agnitionis
bonis iuris euincentis considerat Abbas *consil.* 325.
num. 6. & idem in terminis † tutoris agnoscentis bo- 8
nam fidem erga creditorem pupilli dixit Rota *in
Romana de Repolis 5. Iulij 1599. coram bon. mem. Litta.*

Neque visum fuit iura Dominorum de Corbaria
ex eo reddi obscura, quòd identitas Tenutæ Salicis
non fuerit firmata *coram Reuerendiss. D. meo Decano*,
sed solummodo dictum, quòd ex eadem Tenuta
essent adimendæ acquisitiones, quia de contrario
apparet ex alia decisione eiusdem Reuerendiss. D.
mei Decani emanata *sub die 27. Nouembris* 1610. in
qua fuit firmatum plenè constare de identitate. Prætetea
placuit responsio, quòd acquisitiones respiciebant
fauorem Liuiæ eum essent factæ de suis,
† seu eius viri prædefuncti pecuniis in summa valde 9
notabili, & si secus quam à dicta Liuia factæ probarentur,
illis satisfactum fuisse apparet ex solutione
debitorum dictæ q. Iuliæ, ac ex venditione facta
bon. mem. Card. Alexandrino de maiori parte prædictæ
Tenutæ in totum subiectæ fideicommisso illorum
de Corbaria.

Cum itaque iura supradictorum de Corbaria
essent adeò clara, vt nulla tergiuersatione emptoris
possent euitare imminentem euictionem, non
ea ratione inter ipsos, & Liuiam deuentum fuit ad
transactionem, quòd aliquid superesset non discussum,
sed quia ipsis de Corbaria magis placuit litem
diuturnam, & dispendiosam terminare per transactionem,
quam per sententiam omnino ferendam,
& propter clausulam † appellatione remota in re- 10
scripto commissionis appositam celeri exequutioni
demandandam, in quo ideo omnem rigorem adhibere
voluerunt, quia sibi magis vtile fore existimarunt
pecuniam à Liuia oblatam recipere.

Nec Liuia ipsa transigendo, ac reportandó à dictis
de Corbaria cessionem ad sui fauorem vllum
dictis fideicommissariis Iuliæ, vel fideicommisso ab
eadem cum prohibitione alienationis relicto attulit
præiudicium, cum in bonis, & † iuribus ita cessis 11
nullum ius illis competeret, sed quemadmodum
agnoscendo bonam fidem potuisset bona dimittere
eisdem de Corbaria, sic videretur in præiudicium
suæ existimationis calumniari, *l. quintus, ff. mandat.*
vel super † vacaneam litem sustinere, *l. quo- 12
ties, §. denique, ff. de administrat. & priuileg. tutel.*
ita sine alterius damno licitè potuit rem facere sibi
proficuam, *l. 2. §. item Varus, ff. de aqua plu.
arc.* & † sibi mutare causam possessionis, *l. non so- 13
lum, §. 1. ff. de vsucap. l. qui bona, §. 1. ff. de acquirend.
poss.* Barthol. Socin. *in l. 3. §. ex pluribus, num.* 10.
ff. eodem

ff.feud.tit. Achill. *decis.4. de caus.poss. & propr.* Put. *decis.44. lib.1.*

Et ita vtraque, &c.

a Est decisio 34. parte 7.

R. P. D. PIROVANO.

Ariminen. Iurispatronatus.

Die Veneris 27. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Testamentum patris subiacet vitio nullitatis, si filios præteriuerit, & quid iuris, si in testamento adsit clausula codicillaris. Iuspatronatus ad fideicommissarium licet non transeat, tamen aliud est, si de contraria mente testatoris constet.

SVMMARIVM.

1. *Testamentum est nullum ob præteritionem filiorum, & num 9.*
2. *in Testamento in quo filius est præteritus, si adsit clausula codicillaris, tunc ab intestato succedens censetur grauatus restituere hæreditatem hæredi scripto absque alia conditione, & n.10. 12. & 13.*
3. *Iuspatronatus tanquam mere directum, & honorificum non transit ad fideicommissarium, declara vt num. 5. & 6.*
4. *Fideicommissarius ad successionem venit per obliquum.*
6. *Iuspatronatus stante sic voluntate testatoris ad fideicommissarium transit, & num.8.*
7. *Dispositio testatoris vbi est clara, non est dubitandum de eius voluntate.*
11. *Dispositiones illæ, quæ non habent resistentiam iuris, debent suum consequi effectum.*
13. *Fideicommissarijs non est prohibitum à lege relinquere iura directa.*

DECISIO CXXVIII.

CONclusum fuit 16. Nouembris præteriti, a Iuspatronatus, de quo agitur, spectare pro medietate ad filios Ludouici, & pro alia medietate ad filios Francisci Mariæ, votaque esse paria, & faciendum esse concursum, nisi obstet testamentum Ludouici, de quo reseruatum fuit particulariter videre, effectus autem huius partis reseruatæ eo tendebat, si testamentum supradictum sustinebatur, inde filias Ludouici remanere exclusas ab illa medietate Iurispatronatus, & beneficium esse adiudicandum Francisco Castaneo præsentato à filiis Francisci Mariæ hæredibus Ludouici.

Dixerunt igitur Domini, testamentum Ludouici suffragati filiis Francisci Mariæ de Marchesellis,
1 quod † & si videatur nullum ob præteritionem filiarum, quæ nunc prætendunt concurrere ad præsentandum pro medietate; attamen cum in eo legatur clausula codicillaris amplissima ibi (quod valere voluit iure testamenti nuncupatiui, etsi dicto iure non valeret, valere voluit iure legati codicillorum, donationis causa mortis, &c.) semper sustinetur dispositiua illa hæredum vocatio, si non iure di-
2 recto, obliquo tamen, itaut † filius præteritus ab intestato succedens censeatur grauatus restituere hæreditatem absque alia conditione hæredi scripto, per *l. ex ea, ff. de testament. l. vltim. C. de codicill. l. Titia, ff. de inoff. testament.* & hanc conclusionem à contrariis vti veriorem defendunt, & comprobant post infinitos ab eis allegatos Gabriel. *de clausu. conclus.7.* Menoch *præsumpt.32. num.2. lib.4.* Fusar. *quæst. 569. num.1.*

Neque hoc posito obstare videtur, † quod Iuspa- 3
tronatus tanquam mere directum, & honorificum transire non possit ad fideicommissarios, prout sunt filij Francisci Mariæ ex testamento Ludouici eorum
patrui, ad cuius † successionem veniunt per obli- 4
quum, & tanquam fideicommissarij per *l. quia perinde. ff. ad Trebell.* Rocch. *de Iurepatr. in verb. ipse velis quæst.9. num.20. & 21.* Couar. *var. lib.1. cap.18. num.1.* Peregr. *de fideicomm. art.6. num.17.* Mantic. *de contract. lib.4. tit.12. num.6. & 15. cum alijs in supradicta decis.16. Nouembris alleg.*

Quoniam vera est conclusio in prima decisione
firmata, † vbi agitur de transferendo Iurepatrona- 5
tus sub titulo vniuersali fideicommissi, & implicita testatoris voluntate, secus tamen quando, vt in præ-
senti, constat de expressa voluntate testatoris, † quod 6
voluerit iura directa, & honorifica transire ad fideicommissarios, quia non repugnat naturæ Iurispatronatus, quin possit transferri in secundum hære-
dem, & vlteriorem vbi † certa est dispositio, nec 7
dubitatur de voluntate testatoris, Lambert. *de iurepatr. lib.1. part.2. quæst.1. art.35. ad fin.* Costa *in l. si pater. num.6. part.2. vers. vltimo si legatarius, de testam.* Couar. *eod. lib.2. cap.18. num.8.* Garz. *de benef. part.5. cap.9. num.19.* Lothor *de re benef. quæst.11. num.37.* & cum hac distinctione transiuit Rota *in Maceraten. Iurispatronatus, quæ est 24. apud Viuia. de Iurepatr. in praxi,* nec ab ea dissentiunt rationes decisionis causæ 16. Nouembris supradictæ.

Constare autem videbatur de sufficienti volun-
tate Ludouici testatoris transferendi † Iuspatrona 8
tus in Franciscum Mariam fratrem, non autem in propriás filias eo ipso quæ illum directè instituit suum hæredem, in quem per supradicta residere de-
bebant iura mere directa, annullato testamento † ob 9
præteritionem filiarum per clausulam codicillarem sustineri non possit, *l. verbis ciuilibus, l. ex pupillari, l. centurio, ff. de vulg.* & testatoris voluntas, vt voluit valere non possit, attamen quia ex ordinatione prædicta duo colliguntur; vnum impossibile, quod hæres per obliquum directè capiat, & alterum possibile, quod iura integra hæreditaria ad eundem hæredem transeant, sufficit testamentum sustineri ex clau-
sula codicillari; conuertendo † directam vocatio- 10
nem in fideicommissariam, vt exinde dispositio possibilis, quoad iura honorifica, & mere directa, quæ non habent resistentiam iuris respectu transferentis
† suum possit habere effectum, Bart. *in l.1. quæst.1. ff.* 11
de iur. codicill. ita per hanc rationem ad sustinendum
qualitates directæ vocationis, † sed per clausulam 12
codicillarem instauratæ quoad prohibitionem detractionis Trebellianicæ ea verbis directis resultantem ex veriori tenuerunt Alexand. *consil.26. num.4. lib.1. 142. num.6. lib.2.* Crauett. *consil.242. num.4. & 5. & 295. num.1. & sequentib.* Ruin. *cons.146. num.8. volum.3.* Gabr. *cons.113. num.4. lib.1.* Præt. *de vltim volunt. fol.367.* Fusar. *quæst.569. num.46.* Modern. *de legitim. lib.5. tit.2. quæst.4. num.2.*

Neque obstat, quod ex clausula codicillari, & illius effectu potius colligatur contraria voluntas testatoris, dum institutio si non iure directo valuit, sed iure fideicommissi; Ideo testator conformando

se cum dispositione iuris; voluerit etiam filias hæredes retinere iura directa, & honorifica.

Quia tollitur ista præsumptio ex distinctione supradicta, quod relinquere † iura directa fideicommissariis non est a lege prohibitum; sed dari hæreditatem directè per fideicommissum, & in hac
13 parte operatur tantummodo clausula codicillaris conuertendo institutionem directam in † fideicommis-
14 sariam, non autem dando iura directa, & honorifica, quæ ex voluntate expressa testatoris possunt transire ad fideicommissarium, quæ dicebatur colligi eo ipso, quod quantum ad se voluit, Franciscum Mariam esse hæredem.

Et ita vtraque, &c.

a Est decisio 72. part. 7.

Et patt. eadem in eadem causa habetur alia decisio sub die 23. Martij 1637. coram R.P.D. Coccino Decano.

R.P.D. COCCINO DECANO.

Leodien. Castrorum.

Die Lunæ 10. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM.

Testamentum primum, vt reuocetur per secundum, vel per donationem, quid requiratur Et plura circa materiam, quando mandatum reuocetur per mortem mandantis, & quando non. Et alia circa decretum iudicis in contractibus minorum interponendum.

SVMMARIVM.

1. *Donatio facta post testamentum, si sit facta per vim, & metum, illud non censetur reuocatum ex defectu consensus.*
2. *Derogatio primi actus oritur ex coniecturata agentium voluntate, qui cum faciant actum primo contrarium, videntur à primo velle discedere.*
3. *Sed quando secundus actus non descendit à voluntate agentium, cessat coniecturata voluntas.*
4. *Nullum quod est, nullum producit effectum.*
5. *Testamentum secundum tollit primum.*
   Testamentum secundum non tollit primum, quando secundum est nullum, & inualidum, ibid.
6. *Quod procedit etiam in secundo testamento, si extet clausula cassans, & annullans.*
7. *Consensus deficit in his, quæ fiunt per vim, & metum.*
8. *Moriens non præsumitur immemor salutis æternæ.*
10. *de Metu illato mulieri, quando agitur, non propriè requiritur metus, qui possit cadere in constantem virum.*
11. *Et hoc præsertim, si mulier nunquam fuit in sua plena libertate, & num. 9. amplia num. 12.*
13. *Mandatum morte mãdantis re integra extinguitur.*
14. *Res non dicitur integra respectu procuratoris actoris, quando ipse fuit litem contestatus.*
15. *Res non dicitur integra respectu procuratoris rei, quanto in mandato adest clausula releuans.*
   Clausula releuans importat satisdationem, ibid.
16. *Mandatum procuratoris litis Domini effectus expirat lata sententia.*
17. *Clausula releuans posita in mandato, operatur, vt nedum mandatum actoris non expiret post primam sententiam, sed nec etiam mandatum procuratoris rei.*
18. *Clausula releuans posita in mandato, operatur satisdationem iudicio sisti, & iudicatum solui.*
19. *Mandati reuocatio, quæ fit per mortem, prouenit ex eo, quia deficit consensus, quia mors omnia soluit.*
20. *Mandatum per mortem principalis non expirat, quando ipse promisit iudicatum soluere pro procuratore sciente.*
21. *L. si defunctus 15. ff. de procurat. qualiter sit intelligenda.*
22. *Damni, id quod sibi est, nemo præsumitur voluisse sibi eligere.*
23. *Mandatum in quo adest clausula releuans, vt non expiret morte mandantis, opus est, quod procurator sit præsens.*
24. *Sufficit tamen etiam ad hunc effectum, quod procurator consentiat dicto mãdato tacitè, vel expressè.*
25. *Satisdatio pro procuratore consentiente tacitè, vel expressè, duo facit.*
   Primum, quod procurator possit compelli.
   Secundum, quod morte non finiatur.
26. *Mandatum morte non expirat, si Dominus sciente procuratore satisdedit.*
27. *Procurator si ante mortem Domini acceptauit mandatum, illud non expirat per mortem Domini.*
28. *Procurator, si sit constitutus cum satisdatione, & non contradixit, non expirat mandatum per mortem Domini.*
29. *Testatoris persona per hæredem repræsentatur.*
30. *Procuratorem, si maior constituat, si per naturam possibile esset, quod efficeretur minor, mandatum reuocaretur.*
31. *Hæredum ætas non est considerabilis, quando à testatore maiori solemniter fuit concessum mandatum alicui.*
32. *Tutor, si constituat pupillo procuratorem, mortuo tutore, illud mandatum non expirat.*
33. *de Tutore, iura, quæ loquuntur habent etiam locum in alijs, qui constituunt procuratorem.*
34. *Minoris bona an possint obligari sine decreto iudicis, vide distinctionem, num. 35. 36. & 37.*
38. *Patris authoritas potest facere rem pupilli alienabilem; etiam sine decreto.*
39. *Procurator constitui potest nedum pro minore, sed etiam pro pupillo.*
40. *Minor, si consentiente testatore promittit de bonis ipsius testatoris, & tandem illi succedat, valet illa promissio, quia non nititur solo contractu minoris, sed fundatur in contractu maioris.*
41. *Minoris contractus, si non recipiat principale robur à promissione ipsius, sed à consensu maioris tenet.*
42. *Transactio, si metu sit facta, non potest dubitari de illius nullitate.*
43. *Metus, quando est semel illatus, durante eadem causa metus, semper præsumitur durare.*
44. *Quod procedit etiamsi aliquis actus iucundo, & libero animo, & ex internallo fuerit gestum.*

DECISIO CXXIX.

PAulus de Stoor, & Maria de Senseille coniuges condito testamento instituerunt hæredem alterum Paulum de Berlo dictæ Mariæ ex sorore nepotem, decessit Paulus, & Maria secundo loco nupsit Comiti Io. Iacobo, qui ab ea extorsit donationem, ac etiam testamẽtum inde fieri, & in eo se hæredem institui curauit. Sequuto obitu dicti Comitis Io. Iacobi, & moto iudicio inter Comitem Ludouicum, & alios

alios hæredes dicti Comitis Ioan. Iacobi, & dictum
Paulum in primo testamento hæredem scriptom su-
per successione in bunis dictæ Mariæ, causaque in-
trodncta in Rota fuit dicto Paulo ad probandum
donationem, & testamentum fuisse facta per vim,
& metum concessa remissoria, qua reproducta, fuit
resolutum donationem, & testamentum fuisse fa-
cta per vim, & metum, & propterea dandam esse
immissionem dicto Paulo hæredi scripto in primo
testamento via ordinaria, & inde super hoc lata
sententia Quare dubitauit an dicta sententia esset
confirmanda, & Domini affirmatiuè responderunt,
quia dictus Paulus habet fundatam intentionem in
testamento, vnde ei non potest denegari immissio
via ordinaria ex ponderatis coram R. P. D. meo
Mormanno.[a]

Nec obstat donatio facta post primum testamen-
tum, neque secundum testamentum, quia cum fue-
1 rint facta † per vim, & metum, primum testamen-
tum non censetur reuocatum ex defectu consensus
l. Lucius. §. fin. ff. de testam. milit l. per errarem. ff. de
iurisdict. one omnium iudicum. Curt.iun qui bene de-
clarat *in l. pacta nouissima. num 6. versic. adde aliam.*
2 *C. de pact.* & ratio est, quia derogatio primi † actus
oritur ex coniecturata agentium voluntate, qui
cum faciunt actum primo contrarium, videntur à
primo velle discedere, vt dicunt DD *in l. pacta no-*
3 *uissima. C. de pact.* sed quando secundus actus † non
descendit à voluntate agentium, cessat coniectura-
4 ta voluntas, quia quod nullum est. † nullum pro-
ducit effectum, *cap. non præstat impedimentum, de re-*
gul. iur. in 6. Vnde, etsi secundum testamentum tol-
5 lat primum, tamen fallit regula si secundum † te-
stamentum sit nullum, & inualidum, *l. si iure ff de*
legat. 3. §. posterior. Institu. quemadmodum testam. infir-
ment. l. hac consultissima. § si quis autem in 1. resp. C. de
testam. l. 2. ff. de inius. & rupt testam l. si filius, qui in
potestate ff. de liber. & posthum. l. si quis cum in fine. ff. de
vulgar. & pupill Bart. *in d. l. si iure* Alex *in l si quis ante.*
num. 8 ff de acquirend. possess. Paris *cons. 46. num. 17. vo-*
lum. 1. Couarru. *in rubr. de testam. in 2. parte num 21.*
Roland. *cons. 33. num. 4* qui dicit hanc conclusionem
procedere etiamsi in secundo testamento extaret
6 † clausula cassans, & annullans, &c.

Quod autem in donatione posteriori, & in se-
cundo testamento deficiat consensus, satis patet,
7 † quia fuerunt facta per vim, & metum, vt proba-
tur ex tota serie facti bene considerata in dicta deci-
sione Domini Mormanni. Primo enim venit con-
siderandum, quod Maria morti proxima, quæ pro-
8 pterea non præsumitur voluisse mentiri, † ex quo
moriens non præsumitur immemor salutis æternæ,
cap sancimus 1. quæst. 7. l. fin. C. ad l. Iul. repetund. Alciat.
præsumpt. 4. in princip. reg. 3. Schedulam proprio san-
guine conscripsit, addito, quod vtebatur proprio
sanguine pro atramento, quia ei erat sublata facul-
tas aliquem alloquendi, in qua quidem schedula
declarauit reuocare dictas posteriores dispositio-
nes, cum per vim, & metum sibi ab ipso Comite
Ioann. Iacobo illatum, fuerint factæ; quæ schedula
formiter recognita fuit, & ea vtitur Rota, non
quia habeat vim posterioris dispositionis, sed tan-
quam specie probationis sufficientis ad probandum
vim, & metum, & ad dilucidandum factum. Et
quod dicta schedula contineat veritatem, suadetur
ex eo, quod dictus Comes Ioan. Iacobus misso Pau-
9 lo hærede in Italiam, † Mariam abduxit ad statiua
militum Præsidiariorum, vbi ei interdixit allocu-
tiones cum omnibus prætetquam cum famula gib-

bosa, & quodam alio famulo, eamque postea do-
mestico, & priuato carcere mancipauit sub militum
custodia, subministrando illi cibum, & potum lon-
ge infra suam conditionem, ablata etiam facultate
inuisendi templa sacra, ita quod cum semel templum
adiuisset, multa acerba domesticis comminatus fue-
rit, & cum Maria de dictis dispositionibus per vim,
& metum factis conquereretur, ipse Comes Ioan.
Iacobus crudeliter pileum ori eius obtrusit. Tan-
dem dicta infelix mulier obiit non sine magna su-
spicione veneni.

Ex quibus omnibus satis videtur probatus me-
tus, & vis, quia agitur de metu illato mulieri, &
ideo † proptie non requiritur metus, qui posset ca- 10
dere in constantem virum, addito maximè, quod
hæc mulier nunquam fuit in plena † libertate, vt 11
bene deponunt testes examinati vigore remissoriæ,
& late fuit ponderatum *in decisione Domini mei Mor-*
manni 7. Aprilis huius anni, in qua firmatur, quòd me-
tus præsumitur durasse vsque ad obitum, & respon-
det aliis contrariis, ad quam decisionem haberi de-
bet plenior relatio, frustra enim esset ea omnia, quæ
in dicta decisione ponderantur, recensere: † acce- 12
dat notoria terribilitas dicti Comitis Ioann. Iacobi,
qui erat solitus exequi minas, satis etiam crudeliter,
vt in eadem decisione fusius ponderatur, & bene
probant testes.

Neque est verum, quod dicti testes fuerint nul-
liter examinati ex defectu mandati Comitis Fran-
cisci, quia fuit motum iudicium contra Comitem
Ludouicum hæredem Comitis Ioann. Iacobi, qui
instituit hæredem dictum Comitem Franciscum
fratrem, & regula † est, quod mandatum morte 13
mandantis in re integra expirat, *l. si quis donationis,*
C. de action. & oblig. l. inter causas in princip ff. manda-
ti. l. mandatum, C. eod. Huic fundamento fuit respon-
sum, quod res non dicitur integra † respectu pro- 14
curatoris actoris, quando ipse litem fuit contesta-
tus, & respectu rei, quando in mandato † adest *re-* 15
leuans, quæ important satisdationem, vt per Au-
fret. *ad decis 491.* Guidopap. *in verb. integram.* Ce-
phal. *consil. 382. num. 12. volum 3* Et quamuis posset
dici, quod mandatum procuratoris † Domini litis 16
effecti expirat lata sententia Achill. *decis. vltima de*
procur. & fuit dictum in causa Reatina Castri Posta 5.
Nouemb. 1586. coram Orano, tamen ex hoc non po-
test inferri, quòd hodie non adsit legitimus procu-
rator, itaut sententia non possit confirmari, quia
non agitur simpliciter de procuratore, qui fuit li-
tem contestatus, & sic effectus Dominus litis, sed
de procuratore rei, qui † habet clausulam *releuans*, 17
quæ clausula operatur, quod nedum mandatum
actoris non expiret post primam sententiam, sed
nec etiam mandatum procuratoris rei; ista enim
clausula operatur satisdationem de iudicio † sisti, 18
& iudicatum soluendo, Specul. *in tit. de satisdat. §.*
expedito num. 2. Titalin. *in clem. 1. num. 49. de procurat.*
Seraph. *decis. 1180. num. 2. & fuit resolutum in dicta*
Reatina Castri posta, ideo per mortem dicti Comi-
tis Ludouici non censetur reuocatum mandatum,
quia tacita reuocatio, quæ fit per mortem, ex eo 19
prouenit, ex quo deficit consensus, cum mors om-
nia soluat. & licet, vbi res est integra, quia tunc non
interest, neque Domini, neque procuratoris quæ
reuocetur mandatum per mortem; secus tamen
est, quando Dominus † promisit iudicatum solue-
re pro procuratore sciente, quia non est verisimile, 20
nec coniecturandum, quod mandatum tunc reuo-
cetur; committeretur enim stipulatio iudicatum

ſolui contra hæredes Domini, & fideiuſſores, qui
fuiſſent dati, Alber. *in l. ſi defunctus 15. num. 3. ff. de
procur.* qui etiam ſubdit, quod ita eſt intelligenda di-
31 cta † lex *ſi defunctus*, cum non ſit veriſimile, quod
voluiſſet id, quod eſſet ſibi damni, & † elegiſſet
32 viam damnoſam; ideoque in hoc caſu non dicitur
res integra inter Dominum, & procuratorem, Cre-
ſcent. *decis.* 11. *num* 2. & 3. *de sent. & re iudic.* Seraph.
d. decis. 1180. *num.* 2. & fuit reſolutum *in dicta Reati-
na Caſtri Poſtæ.*

Neque facit, quod in iſtis terminis ad effectum
vt mandatum non expiret morte Domini, opus ſit,
33 † quod procurator ſit præſens, quando Dominus
dat mandatum cum dicta clauſula *releuans*, ſi enim
hoc mandatum fiat procuratore abſente, & igno-
rante, per mortem Domini mandatum reuocatur *d.
l. ſi defunctus*, vbi Bart. *in summ. num.* 3. Nam fuit
34 reſponſum ſufficere etiam, quod † procurator con-
ſentiat dicto mandato expreſsè, vel tacitè Caſtrenſ.
in dict. l. ſi defunctus in summ. num. 3. vbi dicit, quod
35 ſatiſdatio † pro curatore conſentiente expreſsè, vel
tacitè, duo facit. Vnum quod procurator poteſt
compelli, alterum quod mandatum morte non fi-
niatur, & idem dicit Petrus de Bellapertica *in re-
petitione dict. l. ſi defunctus num.* 1. & 2. Card. Mantic.
de tacit. & ambig. lib. 7. titul. 23. *num.* 33. vbi quòd
36 non expirat mandatum, ſi Dominus ſciente † pro-
curatore ſatiſdedit, imò ſufficit quod procurator
acceptauerit mandatum. Bart. *in dict. l. ſi defunctus,
num. 3. verſic. nota ergo moraliter*, vbi ſi Dominus de-
ceſſit, poſtquam procurator acceptauit mandatum,
37 † illud non expirat per mortem ipſius Domini,
Odofred. *num. 1. in princip.* vbi de acceptatione man-
dati cum ſatiſdatione verſ. aut ſatiſdedit pro pro-
curatione, & ſi fuit conſtitutus cum ſatiſdatione,
38 † & non contradixit, non expirat mandatum per
mortem Domini; quæ vltima ſatis concurrunt in
hac facti ſpecie.

Minus obſtat, quod Comes Franciſcus frater, &
hæres Comitis Ludouici erat minor, & propterea
procurator Comitis Ludouici defuncti dicebatur
procurator ipſius Comitis Franciſci, & non Co-
29 mitis Ludouici niſi fictione iuris, † quia ſcilicet eius
perſona per hæredem repræſentatur. *Authent. de iur.
iurand. à morient. præſtit.* Socin ſen. *conſil.* 112. *num.* 12.
lib 1. ideoque cum dictus Comes Franciſcus eſſet
inhabilis ad conſtituendum procuratorem, man-
datum datum ab auctore per illius mortem reuo-
30 catur, ſicuti reuocatur † quando per naturam poſ-
ſibile eſſet, quod is, qui conſtituit procuratorem,
efficeretur minor; nam hoc caſu per mutatio-
nem ſtatus expirat mandatum. Socin. *d. conſil.* 112.
num. 12.

Quia reſpondetur, quod idem Socin. *in conſil.* 87.
num. 10. *in fine verſ. nec videtur conſiderabilis ætas eod.
volum.* 1. tenet contrarium, & dicit non videri con-
31 ſiderabilem ætatem † hæredum, ex quo mandatum
fuit ſolemniter à maiore conceſſum, & bene facit,
quòd ſi tutor conſtituat pro pupillo procuratorem,
32 † mortuo tutore illud mandatum non expirat, Ce-
phal. *conſil.* 382. *num.* 6. *& seqq.* qui dicit, quòd iura,
quæ loquuntur de tutore, habent etiam locum in
aliis, qui conſtituunt procuratorem, Rota *decis.* 225.
part. 3. *diuerſ.*

Nec contrarium dicit Creſcent. *in d. dec.* 11. *num.* 3.
de re iud. quia in caſu illo tranſiuit cum illo funda-
mento, quod agebatur de decimis, ſic de re ſpiritua-
33 li; † quare ſufficiebat ætas 14. annorum ad conſti-
tuendum procuratorem, *cap. cum annum* vbi Franc.
num. 1. de iudic. in 6. Rot. *decis. 2. de re iudic. in nou.* &
ſic Rota nec reſpuit nec affirmauit Socini ſenioris
opinionem *in d. conſil.* 112.

Et prædicta confirmantur ex adductis per Bald.
poſt Din. *in l. 1. § ſi minor ff. de reb. cor.* vbi quærit † an 34
res minoris poſſint obligari ſine decreto, & diſtin-
guendo reſpondet, quod aliquando † dominium 35
præcedit conuentionem, interdum † conuentio 36
præcedit dominium, & interdum vnum non repe-
ritur ſine alio, qui tertius eſt caſus noſter, & in pri-
mo caſu, & in ſecundo non tenet obligatio ſine de-
creto, † in tertio caſu tenet, quia nullo momento 37
temporis res fuit in dominio pupilli, ſed tranſiuit
cum illa affectione prout in caſu noſtro bona, & iu-
ra tranſierunt in Comitem Franciſcum iure hære-
ditario, & ſic cum iſto mandato, vt bene per eundem
Bald. *in d. l. 1. in princip. ff. de reb. cor.* dicit, quod au-
thoritas patris † poteſt facere rem pupilli aliena- 38
bilem, & ideo ſi pater dat in ſuo teſtamento facul-
tatem tutoribus alienandi rem pupilli, alienatio te-
net etiam ſine decreto Simoncell. *de decreto lib.* 2.
tit. 6. num. 108. cum ſequentib. Magon. *decis. Floret.* 22.
num. 7. Vnde apparet, quod poteſt conſtitui procu-
rator † nedum pro minore, ſed etiam pro pupillo, 39
& optimè idem Bald. *in l. fin. in fin. C. de pact.* vbi ſi
minor conſentiente teſtatore promittit † de bonis 40
ipſius teſtatoris, & tandem illi ſuccedat, dicit, quod
valet illa promiſſio, quia non nititur ſolo contra-
ctu minoris, ſed fundatur in contractu maioris, pro-
miſſio † enim minoris non recipit principale robur 41
à contractu ipſius; ſed à conſenſu maioris; quare
cum conſenſus maioris ſit cauſa coadiuuan contra-
ctum minoris, & ab eo contractus minoris princi-
paliter dependeat, ideo promiſſio tenet, vt multa be-
ne ad propoſitum deducit Alex. *in conſ.* 215. *num.* 1.
& seqq. lib. 6.

Non obſtat, quòd poſt obitum Mariæ, Paulus
tranſegerit cum dicto Comite Ioan. Iacobo, & re-
nunciauerit ſucceſſioni in dicto Caſtru; quia dicta
renunciatio fuit ab eo facta ad euitandum pericu-
lum vitæ, quod alias illi imminebat, vt deponunt
teſtes, qui etiam dicunt, quod ſi poſt dictam tranſ-
actionem initam † dictus Paulus præſumpſiſſet mo- 42
uere litem dicto Comiti Ioan. Iacobo, abſque vitæ
periculo, hoc facere minimè potuiſſet, nec aliquia
auſus fuiſſet viuente dicto Comite examini ſe ſub-
iicere; non poteſt dubitari de illius nullitate, vt eſt
text. *in l. interpoſitas*, & *ibi* gloſ. & communiter Doct.
*C. de tranſact. & in l. ſi donationis. C. de his quæ vi me-
tuque fiunt*, Farinac. *in fragment. part. 2. in verſic. me-
tus num.* 36. & bis quoque fuit in iſta cauſa reſolu-
tum 4. *Iulij* 1629. & 1. *Martij* 1630. *coram R. P. D.
meo Merlino*, cum enim eſſet iam ſemel metus
† illatus, adhuc durare præſumebatur, ad congeſta 43
per Rotam *coram Gregor. XV. S. mem. in decis.* 392.
num. 1. maximè, quod durabat eadem cauſa metus.
*cap. 1. cum gloſſ. in verſic. poſtmodum, de iis quæ vi met.
cauſ. fiunt.* plenè Farinac. *in fragm. in dicto verb. metus
num.* 163. Rota *apud Manticam decis.* 112. *ſub num.* 13.
& coram eodem ſancta mem. Gregor. dicta decis. 392.
num. 2. vbi pariter *num.* 3. firmatur, id ſimiliter
procedere, quamuis † actus iucundo, & libero ani- 44
mo, ac ex interuallo fuerit geſtus, & tradit idem
Farinacius *vbi proximè, in dicto verb. metus ſub
num.* 165.

Et ita concluſum vna tantum parte informan-
te, &c.

a Ideſt ſub die 7. Aprilis 1636. eſt deciſio 115. part. 7.

R.P.D.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Hæreditatis de Zimenes.

Die Lunæ 20. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM.

Patet, quando in testamento hęredes ęqualiter instituit filios, & filias, tunc cessant statuta exclusiua fœminarum, & plura circa Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. quando scilicet procedat, & quando non.

SVMMARIVM.

1. *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. de successionibus ab intestato, licet habeat locum etiam facto testamento, in quo dos filiabus non fuit relicta.*
2. *Tamen id procedit, quando filia fœmina venit impugnando testamentum, secus verò, quando venit ex testamento.*
3. *Statuta exclusiua fœminarum ab intestato non impediunt, quo minus ipsa fœmina possint institui in testamento.*
4. *in Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. tres ponuntur casus exclusionis.*
5. *Primus est obitus patris, vel aui ab intestato superstitibus filiabus maritatis, & dotatis.*
6. *Secundus est, quando filiabus fuit constituta dos à patre, vel auo in vltima voluntate.*
7. *Tertius est casus, quando frater, vel patruus cum effectu paratus est dotare fœminas.*
8. *Pater, quando hæredem instituit filiam, ista institutio extinguit, & confundit ius dotationis.*
9. *Statut. Vrb. lib 1. cap. 135. postrema pars continet exclusionem fœminarum etiam à successione in bonis matris, & auia qualificatam, &c.*
10. *Quam exclusionem Reformatores necessario addiderunt, quia alioquin filia fœmina non censebantur exclusa, nisi ab hæreditate dotantis.*
11. *Relatio debet fieri ad proxima, & non ad remota.*
13. *Fœmina vt dicantur exclusa à successione propter Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. duo copulatiuè requiruntur.*
14. *Primò, quod illa sint dotata ab aliquibus ex personis ibi nominatis.*
15. *Secundò, vt non semper, sed ita demum excludantur, si adfuerint filij masculi, vel nepotes ex filio masculo.*
16. *Filij, & filia æqualiter de iure communi succedunt in bonis maternis.*
17. *Pater, quando instituit hæredem filiam, censetur recessisse ab exclusione statuti eam non admittens.*
18. *Contraria inter se duo valdè quis non præsumitur voluisse vno eodemque tempore.*
19. *Admissio ad hæreditatem, & exclusio ab eadem, sunt adeo inter se contraria, vt vna posita alterum tollere necesse est.*
20. *Filia, si vigore Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. non possit excludi ab hæreditate patris, necessario sequitur, quod cesset etiam exclusio ab hæreditate matris, vide rationem num. 21. & 22.*
23. *Statuentes si aliquid voluissent, id sciuissent disponere.*
24. *Statutum Vrb lib. 1. cap. 145. fauet agnationi.*
25. *in Statutis id, quod non legitur, pro omisso habetur.*
26. *Statuti casus, quando cessat, cessare etiam debet statuti dispositio.*
    Statuta exclusiua à successione alicuius non habent locum, nisi in illis casibus, quis oculis corporeis leguntur, & num 26.
27. *Agnationis fauor non est adeo efficax, vt possit ampliare statutorum dispositionem.*
28. *Statuta intra suos casus coercenda sunt, & non amplianda.*
29. *Filia, si sit dotata ab vno, qui non reperitur nominatus in Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. non ex hoc habet locum exclusio.*
30. *Soror dotata ab auunculo, ex hoc non est exclusa à successione in bonis patris, qui eam non dotauerat.*
31. *Dotem filia alicuius si quis dederit, etiam eius contemplatione hæc dotatio non potest magis operari, quam si ipse pater dotasset.*
32. *Et ideo aliquid contra eius voluntatem operari nequaquam potest.*

DECISIO CXXX.

PLacuit decisio huius causæ, in qua sub die 5. Martij præteriti [a] resolutum fuit Dominæ Iuliæ æqualiter cum aliis fratribus, & sororibus institutæ in testamento patris, ac prætetea petenti successionem in bonis matris non obstare Statutum Vrbis lib. 1. cap. 145. de successionibus ab intestato; di-
ctum enim statutum licet locum habeat † etiam fa- 1
cto testamento, in quo dos filiabus fœminis non fuerit relicta, vt per doctrinam Bart. *in l. fin. col. 2. circa fin. ff. ad Sen. cons. Tertull.* censuit Rota *in Romana supplementi legitima* 8. *Februarij* 1593. *coram Card. Arigonio, quæ est decisio* 36. *apud Merlin. in tract. de legitim. & in Romana census de Mutis* 24. *May* 1619. *coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Id tamen pro-
cedit, quando filia fœmina venit † impugnando 2
testamentum; secus verò, quando venit ex testamento, vt respondit Alexand. *in consil.* 131. *num.* 2. *vers. vnde præterea volum.* 2. *sequitur* Paris. *consil.* 53. *num.* 79. *volum.* 3. & Rota *in Cesenaten. legati* 20. *Februarij* 1595. *coram Gypsio, ac in Romana dotis inter impressas Gregorij XV. decis.* 538 *num.* 4. vbi Adden. cumulat alias Rotæ auctoritates ad conclusionem,
quod statuta exclusiua † fœminarum ab intestato 3
non impediunt, quo minus ipsæ fœminæ possint institui in testamento, vt *in Bononien. Capacellis coram bo. me. Andrea,* quæ inter illius impressas *est decis.* 58. *& ibi sub num.* 16.

Præterea in huiusmodi statuto tres † ponuntur 4
casus exclusionis fœminarum. Primus est obitus
patris, † vel aui ab intestato superstitibus filiabus 5
maritatis, & dotatis, de quo hic non est agendum, cum pater Iuliæ obierit testatus, & ipsa superstes, non fuerit eo viuente nupta, ac dotata. Secundus
est † dotis constitutæ à patre, vel auo in vltima vo- 6
luntate, qui casus non applicatur dictæ Iuliæ, vt supra institutæ in testamento patris ea ratione, quod in ea deficit qualitas exclusionis à bonis patris, &
loco dotationis non succedit † institutio, quæ po- 7
tius extingit, & confundit ius dotationis, vt per Petr. Barbos. *in l. si cum dotem* 23. §. *si super num.* 17. *in fin. & num.* 18. *ff. solut. matrim.* nulla enim dos in huiusmodi testamento à patre fuit Iuliæ relicta iuxta hunc casum, in quo ad effectum exclusionis supponitur, quod dos sit relicta à patre in testamento, ibi, *Quibus non est constituta dos per patrem, vel
auum in sua vltima voluntate.* In tertio † denique 8

casu, quæ est fratris, seu patrui parati cum effectu
dotare sororem, seu neptem: Dominus Timothæus
frater potuisset à successione, de qua agitur, exclu-
dere dictam Iuliam, si à patre hæres instituta non
esset, & ipse frater eam dotare paratus fuisset, ve-
rum neque in hoc casu visum fuit Iuliam versari;
quia pater eam vna cum fratribus hæredem insti-
tuit, & dictus frater eo sub prætextu dotem tradere
recusauit, quod illam haberet aliunde. Postrema
9 † verò statuti pars continet exclusionem fœmina-
rum, etiam à successione in bonis matris, & auiæ
qualificatam, & restrictam ad præcedentia, ibi, *Quæ
filia, vel neptes ab vna ex prædictis personis dotata, vel
si vna ex prædictis personis sit parata eas dotare in ca-
sibus supradictis, nec matri, nec auiæ ab intestato succe-*
10 *dant*, quam reformatores † statutorum Vrbis ne-
cessariò addiderunt, quia alioquin filiæ fœminæ non
censerentur exclusæ, nisi ab hæreditate dotantis. Glos.
& *ibi* Bald. & Paul. de Castr. *in l.1. C. de legit. hæred.*
Brun. *in tract. de statut. exclus. fœmin. art.8. quæst. 16.
num.59.* Gabr. *de statut. conclus.5. num.1.* Thesaur. *de-
cis.62. in princip.* Rota *decis.321. num.1. part.5. diuers.*
Et propterea ne id sequeretur dicti reformatores
11 vlterius processerunt specificando † personas, à qua-
rum hæreditate etiamsi non dotauerint, fœminas
excludere voluerunt, vt in terminis huius statuti
fuit etiam consideratum *in Romana vineæ de Corbi-
nellis 15. Martij 1619. coram Reuerendiss. D. meo
Decano.*

Et quamuis dicta pars statuti in fine addita respi-
ciat exclusionem filiarum, vel neptum ab hæredi-
tate matris, & auiæ in casu dotationis ab vna ex per-
sonis in alia parte nominatis, vel vna ex eis sit para-
ta dotare, non tamen inde sequitur, quod verba illa,
12 ibi, *in casibus prædictis* (iuxta † regulam, quod rela-
tio fit ad proxima, & non ad remota) referri debeant
ad casus dictæ partis in fine additæ, non autem ad
præcedentem dispositionem, sub eo prætextu, quod
in ea vnicus sit positus casus, quo filiæ, vel neptes
non succedunt patri; quoniam verius est, quod ver-
ba, *in casibus prædictis*, referantur ad præcedentem
13 partem statuti, cum in ea non vnum, sed † duo co-
pulatiuè requirantur ad effectum, vt fœminæ dican-
14 tur exclusæ. Primum † scilicet, vt illæ sint dotatæ
ab aliquibus ex personis in ea parte nominatis. Se-
cundum, vt non semper, sed ita demum excludan-
15 tur, si adfuerint filij masculi, † vel nepotes ex filio
masculo, & in his duobus requisitis patet verba illa,
in casibus prædictis, verificari.

Iulia igitur in testamento patris cum aliis filiis
etiam masculis æqualiter instituta, non autem do-
tata, & exclusa, & proinde existens in casu à sta-
16 tuentibus omisso † ad æqualiter succedendum in bo-
nis matris ab intestato debet admitti ex dispositio-
ne iuris communis, *§. cæterùm, Instit. de legit. agn. suc-
cess. l. maximum vitium, C. de liber. præter. l. penult. C.
de legit. hæred. Auth. in successionem, C. de suis, & le-
git. §. si vero, vers. nullam, Authent. de hæred. ab in-
test. venient.*

17 Dicti enim testatoris voluntatem ita † debemus
interpretari, vt filiam instituendo censeatur reces-
sisse ab exclusione statuti, ne aliàs sequatur, quod
18 † vno, eodemque tempore voluerit duo inter se val-
de contraria, idest filiam cum masculis æqualiter
instituere, & mediante huiusmodi institutione ita
dotare, vt eandem à dicta successione statim exclu-
deret: admissio enim ad hæreditatem, & exclusio
19 † ab eadem adeo inter se pugnant, vt vna posita al-
terum tolli necesse sit, ad textum *in l. si inter, ff. de
except. rei iud. gloss. in l. sed etsi, §. penult. in verb. si in-
stitutio, ff. de instit. act.*

Et cessante dotatione, ac exclusione dictæ Iuliæ
ab hæreditate patris, ex eodem statuto necessariò 20
† sequitur, quod cesset etiam exclusio ab hæredita-
te matris, quia pars statuti, quæ excludit fœminas
à successione matris, vel auiæ ab intestato, est rela-
tiua ad casus in superiori parte expressos, idest do-
tionis, ac exclusionis à bonis patris, & relatio legi-
tur facta pluribus dictionibus † eam inferentibus, 21
ac oratione continuata, vt sensus huiusmodi verbo-
rum sit, easdem filias, vel neptes, quæ in superiori
parte statuti leguntur exclusæ à successione patris,
† nec matris, nec auiæ ab intestato debere succede- 22
re, vt in terminis huius statuti sensit Rota *in Roma-
na successionis coram R. P. D. meo Verospio, quæ est de-
cis.405. num.18. vers. neque, part.5. diuers.* Nisi enim
statuentes id voluissent, † satis erat omissis verbis 23
qualificatiuis, & relatiuis, ibi: *Ab vna ex prædictis
personis, & in casibus supradictis*, simpliciter addere,
& filia, vel neptes dotata nec auiæ ab intestato succedant,
vt per modum discursus, *in d. Rom. vineæ de Corbi-
nellis 6. Maij 1624. coram Reuerendiss. D. meus Deca-
nus obseruauit.*

Non obstat, quod dictum statutum faueat agna-
tioni, † & quemadmodum excludit filiam, vel ne- 24
ptem à successione in bonis matris, & auiæ vbi dos
ei fuit relicta à patre, vel auo in eius vltima volun-
tate, ita etiam propter eamdem rationem agnatio-
nis debeat excludi filia, vel neptis, cui per patrem,
vel auum, mediante eius cum fratribus æquali in-
stitutione pinguius fuit in testamento prouisum,
huic enim obiecto pluribus responsionibus fuit sa-
tisfactum. Primò, quia inter casus † exclusionis in 25
statuto enumeratos non legitur huiusmodi casus
pinguioris prouisionis per institutionem. Secundò,
quod semper verum sit dicere in præsenti casu nul-
lam à patre constitutam fuisse dotem Iuliæ eius fi-
liæ, & sic cessare exclusionem limitatam † ad casus 26
expressos, qui corporeis oculis leguntur, & non ad
alios. Surd. *consil.230. num.24. & 25. cum allegatis in
decisione huius causæ emanata coram me 5. Martij anni
præteriti.* Tertiò, quod fauor agnationis non est
† adeo efficax vt possit ampliare dispositionem dicti 27
statuti, quod cum excludat filiam simpliciter dota-
tam, non prohibet quominus pater ita potuerit eam
dotare, & per dotem minimè excludatur, sed illi re-
seruetur successio, vt in his ferè terminis differit
Surd. *consil.457. num.47. vers. sed ad argumentum, vo-
lum.4.* si enim pater mediante dotatione voluerit ex-
cludere filiam à successione in bonis suis, illa debet
quoque remanere exclusa à successione in bonis ma-
tris defunctæ ab intestato; si verò mediante institu-
tione voluerit filiam reintegrare ad sibi succeden-
dum, eadem filia erit quoque reintegrata ad succe-
dendum matri, & stante huiusmodi discretiua ex-
clusione fauor agnationis non potest ampliare dis-
positionem statuti contra voluntatem patris, &
mentem statuentium, † verum debet coërceri intra 28
casus in eodem statuto expressos. Alexand. *consil.59.
in fin. volum.3.* Surd. *decis.9. num.16. & Rota in Ro-
mana successionis 14. Iunij 1630. coram R. P. D. meo
Merlino, quæ est decis.288. num.29. & 30. part.5. diuers.*

Minus obstat, quod Iuliæ fuerit constituta dos
trium millium scutorum à q. Timothæo fratre pa-
truele † eius patris; quia dictum statutum ita de- 29
mum excludit fœminam, si ab vna ex personis in
eo nominatis fuerit dotata, & inter huiusmodi per-
sonas frater patruelis non legitur nominatus, qua

tatione

:atione alias in præallegata *Romana vinea de Corbinellis 15. Martij 1619. coram Reuerendiss. D. meo Decano fuit resolutum*, quod soror dotata ab auunculo
30 non esset † exclusa à successione in bonis patris, qui
eam non dotauerat.

Nec denique obstat, quod dicta dos à q. Timothæo patruele fuerit relicta Iuliæ contemplatione eius patris, vt super hac eadem dispositione Timothæi dixit Rota in alia causa, quæ est *Romana locorum Montium sub die 3. Iuly 1634. R. P. D. meo Buccabella*. Quoniam admissa etiam huiusmodi contem-
31 platione † hæc dotatio non potest magis operari,
quam si ipsemet pater dotasset; cum vero data contemplatione dictus pater non modo voluerit, quod Iulia haberet dotem, sed prætetea vt æqualiter suc-
32 cederet cum filiis masculis, huiusmodi dotatio † non
potest contra eius voluntatem inducere exclusionem à successione in bonis patris, nec per consequens in bonis matris.

Et ita vtraque parte Informante.

a Est decisio 108. part.7. vbi in fine habentur aliæ decisiones in hac causa.

R.P.D. PANZIROLO.

Auenionen. Fideicommissi.

Die Veneris 28. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM.

Possessor quando teneatur ad fructuum restitutionem. Fideicommissarius quando teneatur ad subeunda onera ei per testatorem imposita. Onus impositum fideicommissario per testatorem, qoando dicatur iniuoctum in vim modi, & non conditionis.

SVMMARIVM.

1. *Possessor tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum post litem motam.*
2. *Fides bona cessat in possessore per interpellationem.*
3. *Fructus suos nemo potest facere sine bona fide.*
4. *Fructus hereditatis non spectant ad fideicommissarium si voluntatem testatoris non adimpleat.*
5. *Fideicommissarius non tenetur ad onera ei imposita à testatore, si possessionem fideicommissi nondum adimpleuit.*
6. *Testator quando imponit onus fideicommissario, vt eius nomen, & arma assumat, censetur iniunctum tale onus, in vim modi, non autem conditionis.*
7. *per Modum ea, quæ disponuntur per testatorem, quis non tenetur adimplere, nisi post adeptum lucrum.*
8. *Fideicommisso, quando dicatur factus locus.*
9. *Clausula, dummodo, cum sit modalis, supponit emolumentum iam quæsitum.*

DECISIO CXXXI.

Firmar. per tres decisiones vocatione D. Dominici ad fideicommissum q. Gaspardi etiam quod fuerit natus post d. Gaspardi obitum fuit cœpta disputatio, an D. Dominico solum debeantur fructus à die litis contestatæ, vel potius à die natiuitatis ipsius, & quidem respectu fructuum decursorum
post litem † motam omnes Domini dixerunt regu- 1
lam esse pro Dominico, iuxt. text. *in l.3.* vbi gloss. Bart. & alij communiter, *ff. de interdict. l.1.§. ex die, de vi, & vi armata, l. quæsitum, § hoc interdicto, de precar.* Seraph. *decis.385. num.1.* Caual. *decis.409. num.1.*
per interpellationem enim † cessat bona fides, sine 2
qua nemo potest facere † fructus suos, vt late Surd. 3
decis.25. num.1. & seqq.

Neque visum est obstare quod dicti fructus nec etiam Dominico debeantur post litem motam, ex
quo non † assumpsit nomen, & arma testatoris iux- 4
ta ipsius præceptum, fuit enim responsum Domini-
cum ad hoc onus † non teneri antequam possessio- 5
nem fideicommissi apprehenderet, vt per Molin. *de primog. lib.2. cap.12. num.11. & cap.14 num. 12.* qui testatur de magis communi opinione. Rot. *decis.39.*
per tot. & num.5. part.1. diuers. & ratio est † quia si- 6
milia grauamina censentur iniuncta in vim modi, non autem conditionis. Bartol. *in l.cum mota, num.2. C. de transact.* Molin. *vbi suprà, num.9.* & ideo non
est necesse † adimplere, nisi post adeptum lucrum, 7
vt tradit Bart. & alij communiter *in l. quibus diebus, §. Thermus, num.1. vers. die 9. de condit. & demonstr.* Castr. *consil. 292. in princip. lib.2.* Aymon *consil.59. num.1.* Peregrin. *de fideicommiss art.11. num.32.* Rot. *d. decis. 39. per tot. part.1. diuers.* & fuit resolutum *in Romana Casalis Anguzzani 29. Martij 1632. coram Reuerendiss. Vrgellen. & in ead. 1. Decembris 1634. coram R. P. D. Carrillo.*

Minus releuat, quod fideicommissum non possit dici purificatum ad fauorem Dominici, donec ipse à D. Diana non declararetur capax ad succedendum secundum voluntatem testatoris, quia sequuta morte illius, ac ipsius Dominici natiuitate visum est DD. quod statim fideicommissum fuerit purificatum absque alia D. Dianæ declaratione circa Dominici capacitatem vel incapacitatem, cum incapacitas in ipso solum ex post oriri possit, vel ratione delicti vel religionis ingressus, vel similium, & pro-
pterea ad acquiren. hoc fideicommissum † non erat 8
expectandum aliud tempus, quàm natiuitas ipsius, & mortis testatoris, vt dictum est, quod clarè demonstrant verba suæ vocationis cum clausula, dum-
modo sit capax, quæ clausula, † cum sit modalis, sup- 9
ponit emolumentum iam quæsitum, vt supra fuit ponderatum, & sic DD. non dubitarunt Dominico deberi fructus à die motæ litis.

Verum circa illorum restitutionem ante motam litem dictum fuit non liquere.

Et sic vtraque parte, &c.

R.P.D. PANZIROLO.

Cametinen. Spolij.

Die Veneris 5. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM.

Ad reintegrationem agens, quid debeat probare, reintegratio, quando cesset, & quid in d. iudicio attendatur. Tutor, quando perperam dicatur alienasse bona pupillorum.

SVMMARIVM.

1. *de Sententia validitate apparet ex reuolutione actorum.*

2. *in Reintegrationis iudicio debet quis probare suam antiquiorem possessionem, necnon recentem aduersary.*
3. *Reintegratio non competit, quando quis cecidit à possessione facto proprio.*
4. *in Reintegrationis iudicio magis attenditur an actor sine iusta causa à sua possessione ceciderit, quam si reus possideat cum vitio, vel sine.*
5. *Et ab ista opinione non est recedendum in iudicando, vel consulendo.*
6. *Alienationis contractus nullitate, aut iniustitia stante sicuti quis non amittit possessionem rei, ita valide potest agere spolio pro reintegratione rei alienata.*
7. *Contractus mulierum, celebratus sine solemnitatibus requisitis à Constis. Marchia, & statuti loci, redditur manifestè nullus.*
8. *Emptor emens bona mulierum, grauatur probare insinuationem interuenisse, iuxt. Constit. Marchia, &c.*
9. *Sanatoria simplex non suffragatur, quando Papa in sanatione de omnibus non fuerit factus certus.*
10. *Et hoc maximè procedit, si nullitas in iudicio antea fuerit deducta.*
11. *Tutor in susceptione tutela, tenetur inuentarium, & alia solemnia facere.*
12. *Tutor, si omiserit solemnia facere, non potest praeiudicare pupillo.*
13. *Tutor non potest vendere domum paternam pupilli, si extant alia bona.*
14. *Tutor, & emptor bonorum pupilli, quando ambo dicantur in culpa, & in dolo, num. 15.*
16. *Minori succurritur remedio reintegrationis, quando causa in contractu expressa apparet simulata.*
17. *Venditio bonorum pupilli, si fuerit facta pro soluendo aere alieno, emptor debet esse sollicitus de versione in causam dictam, & num. 18.*
19. *Quod multo magis procedit, quando solutio aeris alieni, non solum fuit enunciatum per viam causa, sed vlterius in pactum deductum.*

DECISIO CXXXII.

Dominicus Turcarellus instirutis sibi hæredibus Lauinia, Mariana, Venantia, & Felice filiabus, dedit illis in tutores, & curatores Angelum Gulielmum, & Marcum Turcatellum; qui Angelus postquam spatio duorum annorum, & vltra se immiscuerat in administratione d. tutelæ, & curæ, coram iudice onus prædictum repudiauit, & successiuè d. Marcus contutor petiit, & obtinuit se in dictarum sororum tutorem, & curatorem respectiuè confirmari. Post hæc autem Lauinia, & Mariana ætate miiores, cum consensu dicti Marci curatoris, ac etiam Marcusmet vti tutor dictarum Venantiæ, & Felicis pupillarum, vendiderunt supradicto Angelo Gulielmo domum paternam pro pretio flotenorum 1100. ad quorum computum statim flotenos 500 exbursauit; reliquos vero septingentos certis successiuis temporibus promisit se soluturum cum expressione, quod tam pretium solutum, quàm soluendum erogaretur in extinctione censuum, ac æris alieni hæreditaris paternæ, nec in alium vsum conuerteretur, & si quid ex eo superesset, poneretur in tuto pro prædictis sororibus; cui quidem contractui accessit decretum iudicis, qui mandauit pecunias tam receptas, quàm recipiendas erogari debere iuxta prædictas conuentiones.

Cùm autem Lauinia, & Venantia coram A. C. iudicium spolij contra Angelum emptorem intentassent, necnon etiam contra Petrum Matthæum Vgolinum, ac sententiam fauorabilem obtinuissent, in gradu appellationis coram me dubitatum fuit super illius confirmatione vel infirmatione. Et pro confirmatione resolutum fuit, tum quia de illius validitate apparet † ex reuolutione actorum. Verall. *decis.* 260 *part.* 1. Tum quia de antiquiori possessione istarum minorum, ac de recenti Angeli Gulielmi plenè constitit ex ipso instrumento venditionis, prout requiritur † in iudicio reintegrationis. Dec. *consil.* 57. *num.* 3. Surd. *consil.* 28. *sub num.* 24. *& seqq.* Menoch. *de recup. remed.* 15. *num.* 383. 1 2

Nec obstare visum fuit, quod dictæ minores facto proprio à possessione † ceciderint, quo casu non competit reintegratio. Pur. *decis.* 176. *num.* 1. *lib.* 3. *in correctu.* Rota *decis.* 618. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* Quia in hoc iudicio magis attenditur, an Actor sine iusta causa † à sua possessione ceciderit, quam si reus possideat cum vitio, vel sine. Alexand. *in l. rem, qua nobis, num.* 19. *ff. de acq. poss.* vbi de magis communi. Socin. sen. *consil.* 89. *num.* 21. *lib.* 1. Decian. *consil.* 152. *num.* 4. Alexand. *consil.* 100. *num.* 2. *lib.* 2. *& consil.* 92. *num.* 4. *lib.* 5. Socin. iun. *consil.* 34. *num.* 12. *lib.* 3. vbi dicit non esse ab ea recedendum in iudicando, † vel consulendo, plenissimè Surd. *consil.* 28. *sub num.* 58. Afflict. *decis.* 361. *num.* 13. & dixit Rota *in Messanen. seu nullius feudi* 15. *Februarij* 1636. *coram R. P. D. mea Merlino.* Stante autem nullitate, aut iniustitia contractus, sicut mulieres istæ possessionem † domus nunquam amiserunt, ita validè poterant agere spolio pro reintegratione rei alienatæ. Bart. *in l.* 1. §. *si vir vxori, num.* 3. & *ibi* Crot. *num.* 1. *ff. de acquirend. poss.* Alexand. *consil.* 33. *num.* 7. *lib.* 6. Bec. *consil.* 15. *num.* 5. Surd. *consil.* 49 *num.* 17. Menochius *de recuper. remed.* 17. *num.* 17. Verall. *decis.* 172. *num.* 1. *& seqq. part.* 3. 3 4 5 6

Nullitas autem euidenter apparet, ex quo iuxta constitutiones Marchiæ, & statutum loci in similibus contractibus requiritur insinuatio, † de qua cum non appareat, contractus redditur manifestè nullus. Rot. *decis.* 385. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* Greg. *decis.* 260. *num.* 1. *&* 3. & in terminis, quod emptor grauetur probare, insinuationem † interuenisse, firmauit Rota *in Senogallien. prady* 7. *Iunij* 1619. *coram R. P. D. Pirouano, & in Perusina hareditatis* 10. *Decembr.* 1618. *coram bon. mem. Card. Virili.* Idque procedit non obstante quod huiusmodi defectus fuerit postea à Sanctissimo sanatus, quia cum insinuatio requireretur nedum ex statuto, & constitutione Marchiæ, sed etiam ex ipso iudicis decreto, vt supradictum est, † debuit Papa in sanatione de his omnibus esse certus, nam aliàs simplex sanatoria non sufficit. Nculzan. *consil.* 8. *num.* 13. Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 18. *num* 222. maximè cum nullitas † fuisset antea in iudicium deducta. optimè Innoc. *in cap.* 1. *num.* 1. *vers. plenior intellectus est, de confirmat. vtil. vel inutil.* 7 8 9 10

Præterea apparet de nullitate, quia tutor qui contractum celebrauit, † in susceptione tutelæ tenebatur inuentarium, ac alia solemnia facere, *l. fin. C. de arbitr. tutel.* Bart. *consil.* 46. *num.* 2. *lib.* 2. Montan. *de tutel. cap.* 52. *num.* 1. *& regul.* 51. *num.* 1. *&* 2. Gurier. *de tutel. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. *& seqq.* Et sic, cum hæc omnia omiserit, non † potuit mediante hac venditione pupillis præiudicare. Bart. *in l. si tutor, C. in quibus caus. rest. in integr. non est necess.* Honded. *consil.* 13. *num.* 48. *& seqq. lib.* 2. Caputaq. *decis.* 324. *num.* 1. *part.* 3. Gregot. *decis.* 350. *num.* 4. *& seq.* 11 12

Vlterius constat de nullitate, quia † venditio fuit facta 13

facta de domo paterna, etiam quod extarent alia bona, quæ postea vendita sunt pro debitis extinguendis, *l. lex, qua tutores, vers. nec domus*, vbi Salic. *vers. item nota, C. de admin. tutor.* Natt. *consil.* 162. *num* 10. Gutier. *d. tract. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 77. Rot. *decis.* 371. *num.* 5. *part.* 1, *recent.*

Demum nolitras nee minus visa est resultare ex pacto apposito in contractu, quod scilicet pretium solueretur creditoribus hæreditariis, & si quid superesset, poneretur in tuto ad commodum vendentium, & non aliàs, sub qua expressione intercessit decretum iudicis; vnde cum pars illa pretij, quæ ab initio fuit soluta, remanserit penes tutorem, &
14 altera pars penes emptorem, † & per consequens debita extincta non fuerint, vterque ex illis dicitur in culpa. Gratian. *forens. discept.* 45. *num.* 2. & 3. Giurb.
15 *decis.* 76. *num.* 46. Et retinens vterque pretium † penes se, dicitur in dolo. Roland. *consil.* 49. *num.* 26 *lib.* 1. latè Gutier. *de tutel. part* 3. *cap.* 1. *num.* 55. Et causa in contractu expressa apparet simulata, ac venditio do-
16 losè facta, † itaut meritò succurrendum sit minoribus remedio reintegrationis. Guttier. *d. tract. part.* 2. *cap.* 15. *num.* 17.

Non obstat, quod venditio fuerit ex causa voluntaria, ideoque emptor non tenetur probare, quod pretium fuerit erogatum in extinctionem æris alieni. Quia cum venditio facta fuerit pro soluendo
17 † ære alieno, dicitur potius necessaria, & sic emptor debuit esse solicitus de extinctione prædicta. Adden. ad Gregor. *decis.* 521. *num* 35. Rota post Modern. Perus. *de cens. decis.* 8. *num.* 10. & *seqq.* Vltra quod cùm tam venditores, quàm emptor in id præcisè conuenissent, & iudex hac de causa suum decretum
18 interposuerit, vtique emptor renebatur † esse solicitus de versione in causam, propter quam fuit facta venditio. Innoc. *in cap.* 2. *num.* 1. vbi Doctor. *de depos.* Couar. *var. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 3. Gratian. *forens. discept.* 45. *num.* 14. Rota post *d. tract. de cens. decis.* 187. *num* 4. Extinctio enim æris alieni † non
19 solùm fuit enunciata per viam causæ, sed vlterius fuit in pactum, & in conditionem deducta. Gratian *forens. discept.* 555. *num.* 7. Seraph. *decis.* 1187. *n.* 1. Et sic parte vtraque, &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Viterbien. Hæreditatis.

Die Veneris 16. *Ianuarij* 1637.

ARGVMENTVM.

Manutentio data cum clausula sine præiudicio habentium iura meliora, & potiora, an sit vera manutentio. Possessio vnius rei non suffragatur quo ad aliam.

SVMMARIVM.

1. *Possessio instrumentalis est manutenibilis, si de alterius possessione non constet.*
2. *in Mandato de manutenendo, si adsint clausula sine præiudicio habentium iura meliora, & potiora, & similes, non suspendunt immissionis effectum, sed adhuc is, qui possessionem cepit, verè possidere dicitur, & manutenendus est.*
3. *Hæredis atis aditio acquisitionem possessionis non operatur, nisi illa effectu aliter capta fuerit.*
4. *Possessio capta super vno corpore particulari, non suffragatur quoad reliqua, quorum possessio effectualiter non fuerit capta.*
5. *Neptis est in æquali gradu, cum alijs patruis in successione alterius patrui, & num* 6.
7. *Statutum non comprehendit bona sita extra territorium statuentium.*
8. *Statutum iuris communis correctorium debet strictè interpretari, vt quantò minus potest, illud corrigat.*
9. *Exceptiones, quando sunt turbida, ac dubia, & altiorem indaginem requirunt, non possunt retardare manutentionem.*
10. *ad Manutentionis effectum sufficit sola possessio de facto, sine sola de citatio.*
11. *in Manutentionis iudicio non habentur in consideratione ea, quæ sunt discutienda in petitorio.*
12. *Protestatio aliqua si parti non fuerit intimata, ei nocere non debet.*

DECISIO CXXXIII.

Resolutum fuit D. Hieronymæ dandum esse mandatum de manutenendo in possessione bonorum q. Poggij, de quibus in instrumento captæ possessionis, vt in eius summar. num. 1. pro tertia parte, exceptis tamen nouem corporibus, de quibus in summ. DD. Laurentij, & Francisci, num. 6.

Quoniam ex instrumento prædicto clarè constat de ipsa possessione per eam capta mediante persona procuratoris ad id speciale mandatum habentis, † quæ possessio licet instrumentalis, sufficit ad effectum obtinendi manutentionem, cum non appareat alium de eo tempore possedisse, *l. non idcirco, C. de fid. instrument.* Rota *decis.* 106. *num.* 4. *part.* 1. & *decis.* 496. *num.* 1. *art.* 4. *recent.* & *decis.* 85. *num* 4 & 5. *coram Card. Caualer.* & *decis.* 325. *num* 3. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.* 1

Neque obstat, quod in mandato de immittendo, in vim cuius possessio capta fuit, adsit clausula sine præiudicio habentium iura meliora, & potiora, & dummodo bona sint vacantia; quia huiusmodi clausulæ operantur quidem quoad dicta nouem corpora, quorum possessio pro parte dd. DD. Laurentij, & Francisci sub die 19. Augusti, & sic per diem ante capta fuerat; proindeque vacua non erat, non autem quoad reliqua corpora, quorum ipsius possessionem non ceperant, dictæ enim clausulæ, quando de alterius possessione non docetur, immissionis † effectum non suspendunt, sed adhuc is, qui possessionem cepit, verè possidere dicitur, & manutendus venit, vt sensit Bald. *in l. fin. sub num.* 4. *vers. tamen index, C. de edict. D. Adrian. tollend.* Honded. *consil.* 86. *num.* 51. & *seq. lib.* 1. Peregr. *de fideicommiss. art.* 48. *num.* 18. *vers.* & *iterum.* Seraphin. *decis.* 877. *num.* 2. Rota *decis.* 511. *num.* 3 *part.* 1. & *decis.* 212. *num.* 3. *part.* 4 *recent.* & fuit dictum *in Maceraten. hæreditatis* 27. *Nouembr.* 1589 & 4. *Iunij* 1590. *coram bon. mem. Card. Pamphilio senore*, & *in Sabinen. Castri Mompei* 7. *Februarij* 1618. *coram Eminentiss. D. Cardin. Verospio*, & *in Perusina fideicommissi* 11 *Decembris* 1625. *coram R. P. D. meo Pirouano* & *in Tudertina pradij coram Ottembergo impress. post Modern. Perus. post tract. de manuten. decis.* 19. *num.* 6 & *seqq.* 2

Neque obstat, quod dicti DD. Laurentius, & Franciscus ante captam pro parte d. D. Hieronymæ possessionem, hæreditatem adiuerint, & dictorum nouem corporum possessionem ceperint; † quoniam aditio acquisitionem possessionis non operatur, 3

canus, *alias apud Iulianum* 39. *aliàs* 40. §. *si Titius*, *colum.* 2. *vers. quod quando in isto legato*, *ff. de leg.* 1. Toroiell. *in repet. d. l.* 1. *num.* 300 *vers. probatur. ff. eodem.* Vbi dicit hanc opinionem absque dubio esse veram & indubitatam contra Aretin. Ruin. Alexand. & alios sentientes contrarium, & sub num. 102. respondet omnibus eorum fundamentis, ex quibus patet, quod cum reductio tituli D. Dianæ ad non
20 titulum; † solum fieri potuerit ex interpretatione voluntatis testatoris, non autem ipso iure ex verbis legati; idcirco fructus ab ea tantum die debeantur, in qua voluntas testatoris interpretata fuit, & sic à die motæ litis, text. *in l. si quis solutioni*, *in princip. ff. de vsur.* & *l. qui sine dolo* 64. vbi gloss. *ff. de reg. iur.*

Secundò. Dicebatur, quod dato & non concesso, quod versaremur in legato seu fideicommisso parti-
21 culari, quod regulariter, quando † est purum, solet ipso iure transire in legatarium seu fideicommissarium, cum acquisitione fructuum à die transitus: adhuc illa regula cessat, quando dominium rei lega-
22 tæ non transit ipso iure in † legatarium seu fideicommissarium, sed traditione aut constitutione hæredis opus est, ita Bart. *in d. l.* 1. *ff. de legat.* vbi Socin. dicens esse communem. Rip. *num.* 33. Bolog. *n.* 107. *circa fin.* ibique Ias. *num.* 85. & *seqq.* eleganter Torniell. *in repet. d. l.* 1. *num.* 101. & *seqq.* Viu. *commun. lib.* 1. *verb. legatam*, & *inter commun. opin.* Viu. *tom.* 2. *verb. de legatis*, *tit.* 26. *num.* 7. Crass. *de success.* §. *legatum. quæst.* 69. *num.* 1. Petr. Duen. *de reg. iur. reg.* 210. *limit.* 1. Mantic. *de coniectur. lib.* 4. *tit.* 4. *num.* 7. Socin. *consil.* 41. *num.* 15. *lib.* 4. In præsenti verò casu claré patet, quod D. Diana tenetur restituere fideicom-
23 missum Dominico, & donec † ipsa non restituat, seu dimittat, fructus ex eo prouenientes in ipsum transire non possunt, vt sunt text. *in l. Imperator*, *in princip. ff. de leg.* 2. & *in l. si legatarius*, *ff. de leg.* 3. Bart. quem sequuntur Doctor. *in l.* 1. *num.* 1. *num.* 8. *ff. de leg* 1. & *ibi* Ias. *num.* 86. cum aliis relatis per Petr. Duen. *de reg. iur. d. reg.* 110. *limit.* 7.

Tertiò deducebatur, quod quando legatum non
24 est expressum, † sed tacitum, non potest propriè dici legatum, sed fideicommissum, & propterea dominium non potest transire ipso iure in fideicom-
25 missarium, quia † hoc est speciale in legato, ita Torniell. *in d. l.* 1. *num.* 101. vbi asserit, quod licet text. *in* 2. *Commun. de legat.* dicat, quod eadem verba significant legatum, & fideicommissum, non tamen sequitur, quod vbi dispositio fideicommissaria, non
26 fit per verba expressa, † sed solum prouenit ex tacita voluntate, præter & vltra significationem verborum intelligatur ipsa dispositio legatum, quia hoc non dicitur in illa lege secunda, & ex tacita volun-
27 tate non † inducitur legatum, sed fideicommissum.

Quartò ponderabatur, regulam illam, quod minori non petenti fructus nulla potest negligentia imputari, non applicari vllo modo huic casui, in quo D. Diana non fecit fructus suos, occasione morte ipsius minoris in petendo, sed ex titulo putatiuo,
28 quod legatum esset caducatum, qui titulus † licet iniustus sufficit pro acquisitione fructuum. Bald. *consil.* 118. *in fin. lib.* 1. Curt. sen. *consil.* 72. *colum.* 3. *vers. secunda conclusio.* Crot. *consil.* 62. *num.* 20 *lib.* 1. Menoch. *consil.* 1173. *num.* 4. & *de recup. possed. num.* 593.
29 Giurb. *decis.* 85. *num.* 6. in hac enim † materia bona fides multum operatur. Curt. iun. *consil.* 28. *num.* 6. Bero *consil.* 60. *num.* 53. *lib.* 2. latè Bec. *consil.* 95. *n.* 15. Menoch. *d. consil.* 1173. *num.* 9. *vers. tertiò respondeo.* Couat. *var. resolut. lib.* 1. *cap* 3. *num.* 8. Rot. *decis.* 320. *num.* 1. & *seqq. part.* 2. *recent.*

Et sic parte vtraque informante ad fauorem D. Dianæ responsum fuit quoad restitutionem fructuum ante motam litem, &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Fauentina Legatorum.

Die Veneris 23. *Ianuarij* 1637.

ARGVMENTVM.

Testator, si reliquerit facultatem hæredi minuendi, moderandi, adimendi in totum, vel in partem, cum causa, & sine causa legata ab eo alicui facta, donec dictus hæres viuet naturaliter, qualiter ista facultas intelligatur concessa, latè declaratur.

SVMMARIVM.

1. *Legata minuendi*, & *adimendi facultas concessa hæredi*, *intelligitur restricta ad casum dispositionis inter viuos*, *non autem vltima voluntate.*
2. *Sed ab ista regula receditur*, *stantibus coniecturis in contrarium.*
3. *Testator*, *si eisdem verbis*, *quibus vsus fuit in institutione hæredis*, *relinquat etiam à hæredi facultatem adimendi legata*, *tunc hæres etiam in vltima voluntate potest illa adimere*, *amplia n.* 4.
5. *Verba generalissima non possunt plus restringi ad vnum casum*, *quàm ad alium*
6. *Dictio*, ideo, *de sui natura est restrictiua*, & *limitatiua.*
7. *Verba*, *quantumuis ampla*, & *vniuersalia restringi debent ad speciem adiectam.*
8. *Verbum* disponere *denotat vltimam voluntatem*, & *num.* 9.
10. *Disponendi facultas*, *quando alicui datur de aliqua re inter viuos*, *intelligitur per actus inter viuos*, *amplia num.* 11. 12 & 13.
14. *Clausula*, sempre mai, *quid operetur.*
15. *Copula*, &, *quando denotet diuersitatem*, & *requiratur concursum copulatorum.*
16. *ex Conditione mortis*, *vel vitæ*, *non infertur ad conditionem viduitatis cum vna sit ab altera valde dissimilis.*
17. *de Tempore loqui*, & *de persona loqui ista sunt multum inter se diuersa.*
18. *Rationis diuersitate concurrente de vna re ad aliam non licet arguere.*
19. *Legata adimendi facultas*, *est materia odiosa*, & *propterea strictè venit interpretanda.*
20. *Dictio*, alio, *intelligenda est de modo simili expresso*, & *num.* 21.
22. *Relatiuum* (*quale*) *restringit dispositionem*, *tam in substantia*, *quàm in qualitate.*
23. *Clausula*, & omni meliori modo, *non potest referri ad speciem diuersam*, *quando non fuit seruata forma præscripta.*
24. *Verba*, fin che viuera, *important conditionem.*
25. *Forma non seruata*, *actus nullo modo sustinetur.*
26. *Legata adimendi facultas concessa hæredi*, *intelligitur dummodo bona fide*, & *non malo animo fiat*, & *num.* 30.
27. *Concordia ineunda cum aliquo*, *si prohibeatur à testatore*,

ſtatore, hoc preceptum eſt de per ſe malum, & contra bonos mores.

28. *Odium præſumitur, quod quis habeat in alium, ex minis ab eo in illum factis.*

29. *Surd. in conſ. 50. num. 50. quo caſu loquatur.*

31. *Plot. in conſ. 54. in quibus terminis procedat.*

32. *Legatum cenſetur ademptum per teſtatorem ipſum, quando ſuperuenit inimicitia ipſo viuente, etiamſi ab ipſo praceſſerit, quia præſumitur ipſum pœnituiſſe.*

33. *Legata adimendi facultas data alteri, non intelligitur data etiam ex cauſa odij grauis proueniente ab eo, qui talem facultatem habet.*

DECISIO CXXXV.

DVbitaui an ſit recedendum à deciſis ſub die 29. Februarij anni proximi præteriti, ª & negatiuè reſponſum fuit, quia facultas data à Cæſare Nonio Bartholomææ vxori minuendi, moderandi, adimendi, in totum, vel in partem, cum cauſa, & ſine cauſa legata ab eo facta Ludouico Nonio, eius ex fratre patruele nepoti, ac illius deſcendentibus intelligitur reſtricta ad caſum diſpoſitionis inter vi-
3 uos, † non autem vltimæ voluntatis, per illa verba, *fin tanto però ch'eſſa viuerà naturalmente*, vt eſt text. apertus *in l. pater filium 36. §. fundum Titianum. ff. de legat. tertio*, & eſt celebre conſilium Bartoli 76. *num. 7. verſ. me tamen ratio mouet. lib. 1.* Rom. *conſ. 476. per tot.* Dec. *conſ. 30. num. 3.* Socin. ſen. *conſ. 126. num. 8. verſ. nec obſtat. lib. 3.* præter alios quamplurimos in deciſione relatos.

Veritas autem huius concluſionis non controuertebatur ab informantibus pro Societatibus Verecundorum, & Morris; ſed ſolum allegabatur, ab
2 † hac regula eſſe recedendum ſtantibus coniecturis in contrarium, vt tradit Petrus Pecchius *de teſtamentis coniug. cap. 15. in fin.* Prætendebant autem, coniecturas poſſe deſumi ex eo, quòd teſtator inſtituit hæredem Bartholomæam vxorem per hæc verba, *durante la ſua vita naturale fin tanto, ch'eſſa viuerà, e conſeruera le conditioni vedouili.* In facultate verò adimendi legata dixit *fin tanto però, ch'eſſa viuerà naturalmente, & ſeruerà le conditioni vedouili, come di ſopra.* Et propterea cùm teſtator eiſdem verbis vſus fuerit in inſtitutione, & in facultate adimendi legata, ſicut Bartholomæa ex inſtitutione poterat vti ſuis rebus relictis, donec vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit, ita dicta facultas adimendi legata intel-
3 ligenda ſit, vt illi † competat donec vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit, nulla facta diſtinctione, an id fiat in vita, vel in vltima voluntate, vt aduertit Iaſon *in conſ. 130. ſub num. 5. verſ. ſed præmiſſ. non obſtante. lib. 4.* Crauett. *conſil. 227. num. 13. & ſequentib.* Surd. *conſil. 10. num. 11. & ſeqq. & num. 18. & ſeqq.* Gabriel. *de fideic. concluſ. 9. num. 14. & conſ. 10. num. 6.* Rot. *deciſ. 10. num. 6. part. 1. recent.* ſtante præſertim
4 ampliſſima † verborum generalitate, qua teſtator vſus eſt videlicet (*piena, ampla, & ſuprema autorità, facultà ſopraintendenza, padronanza, come à lei più parerà, & piacerà*) ſæpius repetita, quæ de ſui natura important facultatem, & licentiam liberam & val-
5 de enixam teſtatoris voluntatem, quæ † propterea nullo modo reſtringi poſſe videbatur ad caſum contractus inter viuos, non autem vltimæ voluntatis, vt poſt Socin. ſen. *in conſ. 133. num. 2. in fin. lib. 3.* tradit Menoch. *lib. 4. præſumpt. 188. num. 8.* Surd. *d. conſil. 10. num. 51. & ſeqq.*

Fuit enim reſponſum in præſenti caſu, quamcum-

que † ampliſſimam verborum prægnantiam debe- 6
re limitari ad actus inter viuos, ſtante illa clauſula (*fin tanto però, ch'ella viuerà naturalmente*) præſertim ponderando dictionem (*però*) quæ ſui natura,
† eſt reſtrictiua, & limitatiua, Ruin. *conſ. 1. num. 12.* 7
lib. 4. Rota *apud Seraph. deciſ. 447. num. 3. & in recent. deciſ. 140. ſub num. 4. part. 3.* Verba enim quantumuis
ampla, & vniuerſalia, † reſtringi debent ad ſpeciem 8
adiectam, Surd. *conſ. 151. num. 33.* & in terminis noſtris, ponderat Bart. *in d. conſ. 76.* qui loquitur in caſu, in quo aderant verba, pro libito ſuæ voluntatis, Natt. *conſ. 118. num. 2. ad finem*, vbi dicebatur, ea viuente poſſet diſponere ad libitum, *& ſub num. 5. in fine, cum ſeq.* vult, hoc procedere non obſtante, quod verbum
†diſponere denotet vltimam voluntatem, quia quā- 9
do datur alicui facultas diſponendi † eo viuente, in- 10
telligitur per actus inter viuos, Cagnol. *in l. fin. n. 146. poſt med. C. de pact.* vbi etiamſi dicat, in vita poſſet di-
ſponere, † & quicquid ſibi placuerit facere, Alb. *con-* 11
ſil. 559. vbi dictum erat, poſſet pro arbitrio ſuæ voluntatis diſponere de bonis, Crauett. *conſil. 416. in princip. in alleg. num. 4. & ſequentib.* vbi teſtator dixerat,
† quod vxor poſſet liberè diſponere prout ſibi pla- 12
cuerit, quoad vixerit, *& num. 14. verſ. non obſtant.* inquit, poteſtatem liberè diſponendi, cenſeri reſtri-
ctam, & limitatam ad tempus vitæ, & ſic ad † actum 13
inter viuos, & ob id non poſſe illud verbum liberè operari contra reſtrictionem expreſſam teſtatoris, *& num. 14.* Giouagn. *conſ. 38. num. 18. in fine lib. 1.* vbi dictum erat poſſet in vita liberè facere velle ſuum in totum, vel in parte. Bertazz. *conſ. ciuil. 113. num. 4. ad med.* vbi reſeruata erat facultas diſponendi, dum vixerit, ſuo arbitrio; vbique viſum eſt procedere, non obſtañ quod in facultate adſit clauſula, *tanto volte, quante à lei più piacerà*, & clauſula (*ſempre mai*) cum
hæc verba rectè adaptentur † contractibus in qui- 14
bus non minus facultas moderandi, ac minuendi; verum etiam in totum legata reuocandi, ſemper, & toties, quoties poteſt exerceri, quando reuocans ſibi talem poteſtatem reſeruat, vt tradunt Pariſ. *conſil. 90. num. 5. & ſeq. lib. 3.* Anton. Monach. *deciſ. Bononien. 71. ſub num. 97. & ſeqq.*

Nec placuit, quod illa verba (*fin tanto però che viuerà naturalmente*) referri debeant ſolum ad viduitatem, quia potius viſum eſt, teſtatorem voluiſſe vtrumque copulatiuè concurrere, nempe, quod diſponeret per actum inter viuos, & quod ſeruaret viduitatem, dum dixit (*fin tanto però, ch'ella viuerà, & ſeruerà le conditioni vedouili*) in hoc enim caſu copula
(&) † videtur denotare diuerſitatem, & requirere 15
concurſum copulatorum ſecundùm Pariſ. *conſil. 95. num. 6. & 7. lib. 1.* Socin. iun. *conſil. 79. num. 13. in fine lib. 2.* Gabriel. *conſil. 90. num. 31. lib. 1.* Surd. *deciſ. 228. num. 3.* Rot. *dic. deciſ. 115. num. 8. part. 1.* & in ſpecie
quod ex conditione mortis, † vel vitæ, non inferatur 16
ad conditionem viduitatis, cum vna ſit multum ab altera diſſimilis, aduertit Socin. ſen. *conſil. 5. ſub num. 4. verſ. iſta concluſio lib. 3.* imò Crauett. *in dict. conſil. 416. num. 6.* loquitur in huiuſmodi conditione, quoad vixerit, adiecta vſufructuariæ, & tamen firmat reſtringere facultatem diſponendi ad actus inter viuos. Et ratio differentiæ videtur clara, quia verba illa (*fin tanto che viuerà naturalmente*) denotant tempus limitationis ipſius facultatis, alia vero (*& ſeruerà le conditioni vedouili*) ſolum denotant onus perſonæ adiectum, & ideo non poteſt ab vno ad
aliud inferri, † cum diuerſa omnino ſint loqui de 17
tempore, & loqui de perſona; nec viſum eſt releuare, quod in aliis partibus teſtamenti ſola conditio vi-

ſe cum diſpoſitione iuris; voluerit etiam filias hæredes relinquere iura directa, & honorifica.

Quia tollitur iſta præſumptio ex diſtinctione ſupradicta, quod relinquere † iura directa fideicommiſſariis non eſt a lege prohibitum; ſed dari hæreditatem directè per fideicommiſſum, & in hac parte operatur tantummodo clauſula codicillaris con-
13
14 uertendo inſtitutionem directam in † fideicommiſſariam, non autem dando iura directa, & honorifica, quæ ex voluntate expreſſa teſtatoris poſſunt tranſire ad fideicommiſſarium, quæ dicebatur colligi eo ipſo, quod quantum ad ſe voluit, Franciſcum Mariam eſſe hæredem.

Et ita vtraque, &c.

a Eſt deciſio 72 part. 7.

Et part. eadem in eadem cauſa habetur alia deciſio ſub die 23, Martij 1637. coram R.P.D. Coccino Decano.

R.P.D. COCCINO DECANO.

Leodien. Caſtrorum.

Die Lunæ 10. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum primum, vt reuocetur per ſecundum, vel per donationem, quid requiratur Et plura circa materiam, quando mandatum reuocetur per mortem mandantis, & quando non. Et alia circa decretum iudicis in contractibus minorum interponendum.

SVMMARIVM.

1. *Donatio facta poſt teſtamentum, ſi ſit facta per vim, & metum, illud non cenſetur reuocatum ex defectu conſenſus.*
2. *Derogatio primi actus oritur ex coniecturata agentium voluntate, qui cum faciant actum primo contrarium, videntur à primo velle diſcedere.*
3. *Sed quando ſecundus actus non deſcendit à voluntate agentium, ceſſat coniecturata voluntas.*
4. *Nullum quod eſt, nullum producit effectum.*
5. *Teſtamentum ſecundum tollit primum.*
Teſtamentum ſecundum non tollit primum, quando ſecundum eſt nullum, & inualidum, ibid.
6. *Quod procedit etiam in ſecundo teſtamento, ſi extet clauſula caſſans, & annullans.*
7. *Conſenſus deficit in his, quæ fiunt per vim, & metum.*
8. *Moriens non præſumitur immemor ſalutis æternæ.*
10. *de Metu illato mulieri, quando agitur, non propriè requiritur metus, qui poſſit cadere in conſtantem virum.*
11. *Et hoc præſertim, ſi mulier nunquam fuit in ſua plena libertate, & num. 9. amplia num. 12.*
13. *Mandatum morte mãdantis re integra extinguitur.*
14. *Res non dicitur integra reſpectu procuratoris actoris, quando ipſe fuit litem conteſtatus.*
15. *Res non dicitur integra reſpectu procuratoris rei, quando in mandato adeſt clauſula releuans.*
Clauſula releuans importat ſatiſdationem, ibid.
16. *Mandatum procuratoris litis Domini effectus exſpirat lata ſententia.*
17. *Clauſula releuans poſita in mandato, operatur, vt nedum mandatum actoris non expiret poſt primam ſententiam, ſed nec etiam mandatum procuratoris rei.*
18. *Clauſula releuans poſita in mandato, operatur ſatiſdationem iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui.*
19. *Mandati reuocatio, quæ fit per mortem, prouenit ex eo, quia deficit conſenſus, quia mors omnia ſoluit.*
20. *Mandatum per mortem principalis non expirat, quando ipſe promiſit iudicatum ſoluere pro procuratore ſciente.*
21. *L. ſi defunctus 15. ff. de procurat. qualiter ſit intelligenda.*
22. *Damni, id quod ſibi eſt, nemo præſumitur voluiſſe ſibi eligere.*
23. *Mandatum in quo adeſt clauſula releuans, vt non expiret morte mandantis, opus eſt, quod procurator ſit præſens.*
24. *Sufficit tamen etiam ad hunc effectum, quod procurator conſentiat dicto mãdato tacitè, vel expreſſè.*
25. *Satiſdatio pro procuratore conſentiente tacitè, vel expreſſè, duo facit.*
Primum, quod procurator poſſit compelli.
Secundum, quod morte non finiatur.
26. *Mandatum morte non expirat, ſi Dominus ſciente procuratore ſatiſdedit.*
27. *Procurator ſi ante mortem Domini acceptauit mandatum, illud non expirat per mortem Domini.*
28. *Procurator, ſi ſit conſtitutus cum ſatiſdatione, & non contradixit, non expirat mandatum per mortem Domini.*
29. *Teſtatoris perſona per hæredem repræſentatur.*
30. *Procuratorem, ſi maior conſtituat, ſi per naturam poſſibile eſſet, quod efficeretur minor, mandatum reuocaretur.*
31. *Hæredum ætas non eſt conſiderabilis, quando à teſtatore maiori ſolemniter fuit conceſſum mandatum alicui.*
32. *Tutor, ſi conſtituat pupillo procuratorem, mortuo tutore, illud mandatum non expirat.*
33. *de Tutore, iura, quæ loquuntur habent etiam locum in alijs, qui conſtituunt procuratorem.*
34. *Minoris bona an poſſint obligari ſine decreto iudicis, vide diſtinctionem, num. 35. 36. & 37.*
38. *Patris authoritas poteſt facere rem pupilli alienabilem; etiam ſine decreto.*
39. *Procurator conſtitui poteſt nedum pro minore, ſed etiam pro pupillo.*
40. *Minor, ſi conſentiente teſtatore promittit de bonis ipſius teſtatoris, & tandem illi ſuccedat, valet illa promiſſio, quia non nititur ſolo contractu minoris, ſed fundatur in contractu maioris.*
41. *Minoris contractus, ſi non recipiat principale robur à promiſſione ipſius, ſed à conſenſu maioris tenet.*
42. *Tranſactio, ſi metu ſit facta, non poteſt dubitari de illius nullitate.*
43. *Metus, quando eſt ſemel illatus, durante eadem cauſa metus, ſemper præſumitur durare.*
44. *Quod procedit etiamſi aliquis actus iucundo, & libero animo, & ex interuallo fuerit geſtus.*

DECISIO CXXIX.

PAulus de Stoor, & Maria de Senſeille coniuges condito teſtamento inſtituerunt hæredem alterum Paulum de Beelo dictæ Mariæ ex ſorore nepotem, deceſſit Paulus, & Maria ſecundo loco nupſit Comiti Io. Iacobo, qui ab ea extorſit donationem, ac etiam teſtamẽtum inde fieri, & in eo ſe hæredem inſtitui curauit. Sequuto obitu dicti Comitis Io. Iacobi, & moto iudicio inter Comitem Ludouicum, & alios

alios hæredes dicti Comitis Ioan. Iacobi, & dictum
Paulum in primo testamento hæredem scriptum su-
per successione in bonis dictæ Mariæ, causaque in-
troducta in Rota fuit dicto Paulo ad probandum
donationem, & testamentum fuisse facta per vim,
& metum concessa remissoria, qua reproducta, fuit
resolutum donationem, & testamentum fuisse fa-
cta per vim, & metum, & propterea dandam esse
immissionem dicto Paulo hæredi scripto in primo
testamento via ordinaria, & inde super hoc lata
sententia Quare dubitauit an dicta sententia esset
confirmanda, & Domini affirmatiuè responderunt,
quia dictus Paulus habet fundatam intentionem in
testamento, vnde ei non potest denegari immissio
via ordinaria ex ponderatis coram R. P. D. meo
Mormanno.[a]

Nec obstat donatio facta post primum testamen-
tum, neque secundum testamentum, quia cum fue-
1 rint facti † per vim, & metum, primum testamen-
tum non censetur reuocatum ex defectu consensus
*l. Lucius. §. fin. ff. de testam. milit l. per errorem. ff. de
iurisdictione omnium iudicum.* Curtiun qui bene de-
clarat *in l. pacta nouissima, num 6. vers. adde aliam.*
2 *C. de pact.* & ratio est, quia derogatio primi † actus
oritur ex coniecturata agentium voluntate, qui
cum faciunt actum primo contrarium, videntur à
primo velle discedere, vt dicunt DD. *in l. pacta no-*
3 *uissima. C. de pact.* sed quando secundus actus † non
descendit à voluntate agentium, cessat coniectura-
4 ta voluntas, quia quod nullum est, † nullum pro-
ducit effectum, *cap. non præstat impedimentum, de re-
gul. iur. in 6.* Vnde, etsi secundum testamentum tol-
5 lat primum, tamen fallit regula si secundum † te-
stamentum sit nullum, & inualidum, *l. si iure ff de
legat. 3. §. posterior. Instit. quemadmodum testam. infir-
ment. l. hac consultissima. § si quis autem in 2. resp. C. de
testam. l 2. ff. de iniust. & rupt. testam l. si filius, qui in
potestate ff. de liber. & posthum. l si quis cum in fine. ff. de
vulgar. & pupill* Bart. *in d. l. si iure* Alex *in l si quis ante.
num. 8 ff de acquirend. possess.* Paris *cons 46. num. 17. vo-
lum. 3.* Couarru. *in rubr. de testam. in 2. parte num* 21.
Roland. *cons. 55. num 4* qui dicit hanc conclusionem
procedere etiamsi in secundo testamento extaret
6 † clausula cassans, & annullans, &c.

Quòd autem in donatione posteriori, & in se-
cundo testamento deficiat consensus, satis patet,
7 † quia fuerunt facta per vim, & metum, vt proba-
tur ex tota serie facti bene considerata in dicta deci-
sione Domini Mormanni. Primo enim venit con-
siderandum, quod Maria morti proxima, quæ pro-
8 pterea non præsumitur voluisse mentiri, † ex quo
moriens non præsumitur immemor salutis æternæ,
cap sancimus 1. quæst. 7. l. fin. C. ad l. Iul. repetund. Alciat.
præsumpt. 4. in princip. reg. 3. Schedulam proprio san-
guine conscripsit, addito, quod vtebatur proprio
sanguine pro atramento, quia ei erat sublata facul-
tas aliquem alloquendi, in qua quidem schedula
declarauit reuocare dictas posteriores dispositio-
nes, cum per vim, & metum sibi ab ipso Comite
Ioann. Iacobo illatum, fuerint factæ; quæ schedula
formiter recognita fuit, & ea vtitur Rota, non
quia habeat vim posterioris dispositionis, sed tan-
quam specie probationis sufficientis ad probandum
vim, & metum, & ad dilucidandum factum. Et
quod dicta schedula contineat veritatem, suadetur
ex eo, quod dictus Comes Ioan. Iacobus misso Pau-
9 lo hærede in Italiam, † Mariam abduxit ad statiua
militum Præsidiariorum, vbi ei interdixit allocu-
tiones cum omnibus prætetquam cum famula gib-
bosa, & quodam alio famulo, eamque postea do-
mestico, & priuato carcere mancipauit sub militum
custodia, subministrando illi cibum, & potum lon-
ge infra suam conditionem, ablata etiam facultate
inuisendi templa sacra, ita quod cum semel templum
adiuisset, multa acerba domesticis comminatus fue-
rit, & cum Maria de dictis dispositionibus per vim,
& metum factis conquereretur, ipse Comes Ioan.
Iacobus crudeliter pileum ori eius obtrusit. Tan-
dem dicta infelix mulier obiit non sine magna su-
spicione veneni.

Ex quibus omnibus satis videtur probatus me-
tus, & vis, quia agitur de metu allato mulieri, &
ideo † proprie non requiritur metus, qui posset ca- 10
dere in constantem virum, addito maximè, quod
hæc mulier nunquam fuit in plena † libertate, vt 11
bene deponunt testes examinati vigore remissoriæ,
& late fuit ponderatum *in decisione Domini mei Mor-
manni 7. Aprilis huius anni*, in qua firmatur, quòd me-
tus præsumitur durasse vsque ad obitum, & respon-
det aliis contrariis, ad quam decisionem haberi de-
bet plenior relatio, frustra enim esset ea omnia, quæ
in dicta decisione ponderantur, recensere; † acce- 12
dat notoria terribilitas dicti Comitis Ioann. Iacobi,
qui erat solitus exequi minas, satis etiam crudeliter,
vt in eadem decisione fusius ponderatur, & bene
probant testes.

Neque est verum, quod dicti testes fuerint nul-
liter examinati ex defectu mandati Comitis Fran-
cisci, quia fuit motum iudicium contra Comitem
Ludouicum hæredem Comitis Ioann. Iacobi, qui
instituit hæredem dictum Comitem Franciscum
fratrem, & regula † est, quod mandatum morte 13
mandantis in re integra expirat, *l. si quis donationis.
C. de action. & oblig. l. inter causas in princip ff. manda-
ti. l. mandatum. C. eod.* Huic fundamento fuit respon-
sum, quod res non dicitur integra † respectu pro- 14
curatoris actoris, quando ipse litem fuit contesta-
tus, & respectu rei, quando in mandato † adest *re-* 15
leuans, quæ important satisdationem, vt per Au-
frer. *ad decis 491.* Guidopap. *in verb. integram.* Ce-
phal. *consil. 381. num. 12. volum 3* Et quamuis posset
dici, quod mandatum procuratoris † Domini litis 16
effecti expirat lata sententia Acbill. *decis. vltima de
procur. & fuit dictum in causa Reatina Castri Posta 5.
Nouemb. 1586. coram Orano*, tamen ex hoc non po-
test inferri, quòd hodie non adsit legitimus procu-
rator, itaut sententia non possit confirmari, quia
non agitur simpliciter de procuratore, qui fuit li-
tem contestatus, & sic effectus Dominus litis, sed
de procuratore rei, qui † habet clausulam *releuans*, 17
quæ clausula operatur, quod nedum mandatum
actoris non expiret post primam sententiam, sed
nec etiam mandatum procuratoris rei; ista enim
clausula operatur satisdationem de iudicio † sisti, 18
& iudicatum soluendo, Specul. *in tit. de satisdat. §.
expedito num 2.* Titalin. *in clem. 1. num. 49. de procurat.*
Seraph. *decis. 1180. num. 2. & fuit resolutum in dicta
Reatina Castri posta*, ideo per mortem dicti Comi-
tis Ludouici non censetur reuocatum mandatum,
quia tacita reuocatio, quæ fit per mortem, ex eo 19
prouenit, ex quo deficit consensus, cum mors om-
nia soluat, & licet, vbi res est integra, quia tunc non
interest, neque Domini, neque procuratoris quæ
reuocetur mandatum per mortem; secus tamen
est, quando Dominus † promisit iudicatum solue-
re pro procuratore sciente, quia non est verisimile, 20
nec coniecturandum, quod mandatum tunc reuo-
cetur; committeretur enim stipulatio iudicatum

ſolui contra hæredes Domini, & fideiuſſores, qui
fuiſſent dati, Alber. *in l. ſi defunctus* 15. *num.* 3. *ff. de*
procur. qui etiam ſubdit, quod ita eſt intelligenda di-
21 cta † lex *ſi defunctus*, cum non ſit veriſimile, quod
voluiſſet id, quod eſſet ſibi damni, & † elegiſſet
22 viam damnoſam; ideoque in hoc caſu non dicitur
res integra inter Dominum, & procuratorem, Cre-
ſcent. *deciſ.* 11. *num* 2. *& 3. de ſent. & re iudic.* Seraph.
d. deciſ. 1180. *num.* 2. & fuit reſolutum *in dicta Reati-*
na Caſtri Poſtæ.

Neque facit, quod in iſtis terminis ad effectum
vt mandatum non expiret morte Domini, opus ſit,
23 † quod procurator ſit præſens, quando Dominus
dat mandatum cum dicta clauſula *releuans*, ſi enim
hoc mandatum fiat procuratore abſente, & igno-
rante, per mortem Domini mandatum reuocatur *d.*
l. ſi defunctus, vbi Bart. *in ſumm. num.* 3. Nam fuit
24 reſponſum ſufficere etiam, quod † procurator con-
ſentiat dicto mandato expreſsè, vel tacitè Caſtrenſ.
in dict. l. ſi defunctus in ſumm. num. 3. vbi dicit, quod
25 ſatiſdatio † pro curatore conſentiente expreſsè, vel
tacitè, duo facit. Vnum quod procurator poteſt
compelli, alterum quod mandatum morte non fi-
niatur, & idem dicit Petrus de Bellapertica *in re-*
petitione dict. l. ſi defunctus num. 1. *&* 2. Card. Mantic.
de tacit. & ambig. lib. 7. *titul.* 23. *num.* 33. vbi quòd
26 non expirat mandatum, ſi Dominus ſciente † pro-
curatore ſatiſdedit, imò ſufficit quod procurator
acceptauerit mandatum. Bart *in dict. l. ſi defunctus,*
num. 3. *verſic. nota ergo moraliter*, vbi ſi Dominus de-
ceſſit, poſtquam procurator acceptauit mandatum,
27 † illud non expirat per mortem ipſius Domini,
Odofred. *num.* 1. *in princip.* vbi de acceptatione man-
dati cum ſatiſdatione verſ. aut ſatiſdedit pro pro-
curatione, & ſi fuit conſtitutus cum ſatiſdatione,
28 † & non contradixit, non expirat mandatum per
mortem Domini; quæ vltima ſatis concurrunt in
hac facti ſpecie.

Minus obſtat, quod Comes Franciſcus frater, &
hæres Comitis Ludouici erat minor, & propterea
procurator Comitis Ludouici defuncti dicebatur
procurator ipſius Comitis Franciſci, & non Co-
29 mitis Ludouici niſi fictione iuris, † quia ſcilicet eius
perſona per hæredem repræſentatur. *Authent. de iur.*
iurand. à morient. præſtit. Socin ſen. *conſil.* 112. *num.* 12.
lib. 1. ideoque cum dictus Comes Franciſcus eſſet
inhabilis ad conſtituendum procuratorem, man-
datum datum ab auctore per illius mortem reuo-
30 catur, ſicuti reuocatur † quando per naturam poſ-
ſibile eſſet, quod is, qui conſtituit procuratorem,
efficeretur minor; nam hoc caſu per mutatio-
nem ſtatus expirat mandatum. Socin. *d. conſil.* 112.
num. 12.

Quia reſpondetur, quod idem Socin. *in conſil.* 87.
num. 10. *in fine verſ. nec videtur conſiderabilis ætas eod.*
volum. 1. tenet contrarium, & dicit non videri con-
31 ſiderabilem ætatem † hæredum, ex quo mandatum
fuit ſolemniter à maiore conceſſum, & bene facit,
quòd ſi tutor conſtituat pro pupillo procuratorem,
32 † mortuo tutore illud mandatum non expirat, Ce-
phal. *conſil.* 382. *num.* 6. *& ſeqq.* qui dicit, quòd iura,
quæ loquuntur de tutore, habent etiam locum in
aliis, qui conſtituunt procuratorem, Rota *deciſ* 225.
part. 3. *diuerſ.*

Nec contrarium dicit Creſcent. *in d. dec.* 11. *num.* 3.
de re iud. quia in caſu illo tranſiuit cum illo funda-
mento, quod agebatur de decimis, ſic de re ſpiritua-
33 li; † quare ſufficiebat ætas 14. annorum ad conſti-
tuendum procuratorem, *cap. cum annum* vbi Franc.
num. 1. *de indic. in* 6. Rot. *deciſ.* 2. *de re iudic. in nou.* &
ſic Rota nec reſpuit nec affirmauit Socini ſenioris
opinionem *in d. conſil.* 112.

Et prædicta confirmantur ex adductis per Bald.
poſt Din. *in l.* 1. *§. ſi minor ff. de reb. cor.* vbi quærit † an 34
res minoris poſſint obligari ſine decreto, & diſtin-
guendo reſpondet, quod aliquando † dominium 35
præcedit conuentionem, interdum † conuentio 36
præcedit dominium, & interdum vnum non repe-
ritur ſine alio, qui tertius eſt caſus noſter, & in pri-
mo caſu, & in ſecundo non tenet obligatio ſine de-
creto, † in tertio caſu tenet, quia nullo momento 37
temporis res fuit in dominio pupilli, ſed tranſiuit
cum illa affectione prout in caſu noſtro bona, & iu-
ra tranſierunt in Comitem Franciſcum iure hære-
ditario, & ſic cum iſto mandato, vt bene per eundem
Bald. *in d. l.* 1. *in princip. ff. de reb. cor.* dicit, quod au-
thoritas patris † poteſt facere rem pupilli aliena- 38
bilem, & ideo ſi pater dat in ſuo teſtamento facul-
tatem tutoribus alienandi rem pupilli, alienatio te-
net etiam ſine decreto Simoncell. *de decreto lib.* 2.
tit. 6. *num.* 108. *cum ſequentib.* Magon. *deciſ. Floret.* 22.
num. 7. Vnde apparet, quod poteſt conſtitui procu-
rator † nedum pro minore, ſed etiam pro pupillo, 39
& optimè idem Bald. *in l. fin. in fin. C. de pact.* vbi ſi
minor conſentiente teſtatore promittit † de bonis 40
ipſius teſtatoris, & tandem illi ſuccedat, dicit, quod
valet illa promiſſio, quia non nititur ſolo contra-
ctu minoris, ſed fundatur in contractu maioris, pro-
miſſio † enim minoris non recipit principale robur 41
à contractu ipſius; ſed à conſenſu maioris; quare
cum conſenſus maioris ſit cauſa coadiuuan contra-
ctum minoris, & ab eo contractus minoris princi-
paliter dependeat, ideo promiſſio tenet, vt multa be-
ne ad propoſitum deducit Alex. *in conſ.* 215. *num.* 1,
& ſeqq. lib. 6.

Non obſtat, quòd poſt obitum Mariæ, Paulus
tranſegerit cum dicto Comite Ioan. Iacobo, & re-
nunciauerit ſucceſſioni in dicto Caſtro; quia dicta
renunciatio fuit ab eo facta ad euitandum perico-
lum vitæ, quod alias illi imminebat, vt deponunt
teſtes, qui etiam dicunt, quod ſi poſt dictam tranſ-
actionem initam † dictus Paulus præſumpſiſſet mo- 42
uere litem dicto Comiti Ioan. Iacobo, abſque vitæ
periculo, hoc facere minimè potuiſſet, nec aliquis
auſus fuiſſet viuente dicto Comite examini ſe ſub-
iicere; non poteſt dubitari de illius nullitate, vt eſt
text. *in l. interpoſitas*, & *ibi* gloſ. & communiter Doct.
C. de tranſact. & in l. ſi donationis. C. de his quæ vi me-
tuque fiunt, Farinac. *in fragment. part.* 2. *in verſic. me-*
tus num. 36. & bis quoque fuit in iſta cauſa reſolu-
tum 4. *Iulij* 1629. *&* 1. *Martij* 1630. *coram R. P. D.*
meo Merlino, cum enim eſſet iam ſemel metus
† illatus, adhuc durare præſumebatur, ad congeſta 43
per Rotam *coram Gregor. XV. S. mem. in deciſ.* 392.
num. 1. maximè, quod durabat eadem cauſa metus.
cap. 1. *cum gloſſ. in verſic. poſtmodum, de ijs quæ vi met.*
cauſ. fiunt. plenè Farinac. *in fragm. in dicto verb. metus*
num. 163. Rota *apud Manticam deciſ.* 112. *ſub num.* 13.
& coram eodem ſanctæ mem. Gregor. dicta deciſ. 392.
num. 2. vbi pariter *num.* 3. firmatur, id ſimiliter
procedere, quamuis † actus iucundo, & libero ani- 44
mo, ac ex interuallo fuerit geſtus, & tradit idem
Farinacius *vbi proximè, in dicto verb. metus ſub*
num. 165.

Et ita concluſum vna tantum parte informan-
te, &c.

a Ideſt ſub die 7. Aprilis 1636. eſt deciſio 225. part. 7.

R.P.D.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Hæreditatis de Zimenes.

Die Lunæ 20. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM.

Pater, quando in testamento hęredes ęqualiter instituit filios, & filias, tunc cessant statuta exclusiua fœminarum, & plura circa Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. quando scilicet procedat, & quando non.

SVMMARIVM.

1. *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. de successionibus ab intestato, licet habeat locum etiam facto testamento, in quo dos filiabus non fuit relicta.*
2. *Tamen id procedit, quando filia fœmina venit impugnando testamentum, secus verò, quando venit ex testamento.*
3. *Statuta exclusiua fœminarum ab intestato non impediunt, quo minus ipsæ fœminæ possint institui in testamento.*
4. *in Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. tres ponuntur casus exclusionis.*
5. *Primus est obitus patris, vel aui ab intestato superstitibus filiabus maritatis, & dotatis.*
6. *Secundus est, quando filiabus fuit constituta dos à patre, vel auo in vltima voluntate.*
7. *Tertius est casus, quando frater, vel patruus cum effectu paratus est dotare fœminas.*
8. *Pater, quando hæredem instituit filiam, ista institutio extinguit, & confundit ius dotationis.*
9. *Statut. Vrb. lib 1. cap. 135. postrema pars continet exclusionem fœminarum etiam à successione in bonis matris, & auia qualificatam, &c.*
10. *Quam exclusionem Reformatores necessario addiderunt, quia alioquin filia fœmina non censebantur exclusa, nisi ab hæreditate dotantis.*
11. *Relatio debet fieri ad proxima, & non ad remota.*
13. *Fœmina vt dicantur exclusa à successione propter Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. duæ copulatiuè requiruntur.*
14. *Primò, quod illæ sint dotata ab aliquibus ex personis ibi nominatis.*
15. *Secundò, vt non semper, sed ita demum excludantur, si adfuerint filij masculi, vel nepotes ex filio masculo.*
16. *Filij, & filia æqualiter de iure communi succedunt in bonis maternis.*
17. *Pater, quando instituit hæredem filiam, censetur recessisse ab exclusione statuti eam non admittene.*
18. *Contraria inter se duo valdè quis non præsumitur voluisse vno eodemque tempore.*
19. *Admissio ad hæreditatem, & exclusio ab eadem, sunt adeo inter se contraria, vt vna posita alterum tollere necesse est.*
20. *Filia, si vigere Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. non possit excludi ab hæreditate patris, necessario sequitur, quod cesset etiam exclusio ab hæreditate matris, vide rationem num. 21. & 22.*
23. *Statuentes si aliquid voluissent, id sciuissent disponere.*
24. *Statutum Vrb lib. 1. cap. 145. fauet agnationi.*
25. *in Statutis id, quod non legitur, pro omisso habetur.*
26. *Statuti casus, quando cessat, cessare etiam debet statuti dispositio.*
Statuta exclusiua à successione alicuius non habent locum, nisi in illis casibus, qui oculis corporeis leguntur, & num 26.
27. *Agnationis fauor non est adeo efficax, vt possit ampliare statutorum dispositionem.*
28. *Statuta intra suos casus coercenda sunt, & non ampliãda.*
29. *Filia, si sit dotata ab vno, qui non reperitur nominatus in Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. non ex hoc habet locum exclusio.*
30. *Soror dotata ab auunculo, ex hoc non est exclusa à successione in bonis patris, qui eam non dotauerat.*
31. *Dotem filia alicuius si quis dederit, etiam eius contemplatione hæc dotatio non potest magis operari, quam si ipse pater dotasset.*
32. *Eosdeo aliquid contra eius voluntatem operari nequaquam potest.*

DECISIO CXXX.

PLacuit decisio huius causæ, in qua sub die 5. Martij præteriti [a] resolutum fuit Dominæ Iuliæ æqualiter cum aliis fratribus, & sororibus institutæ in testamento patris, ac præterea petenti successionem in bonis matris non obstare Statutum Vrbis lib. 1. cap. 145. de successionibus ab intestato; di-
ctum enim statutum licet locum habeat † etiam fa- 1
cto testamento, in quo dos filiabus fœminis non fuerit relicta, vt per doctrinam Bart. *in l. fin. col. 2. circa fin. ff. ad Sen. conf. Tertull.* censuit Rota *in Romana supplementi legitimæ* 8. *Februarij 1593. coram Card. Arigonio, quæ est decisio 36. apud Merlin. in tract. de legitim. & in Romana census de Mutis 24. Maij 1619. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Id tamen pro-
cedit, quando filia fœmina venit † impugnando 2
testamentum; secus verò, quando venit ex testamento, vt respondit Alexand. *in consil. 131. num. 2. vers. vnde præterea volum. 2. sequitur* Paris. *consil. 53. num. 79. volum. 3.* & Rota *in Cesenaten. legati 20. Februarij 1595. coram Gypsio, ac in Romana dotis inter impressas Gregorij XV. decis. 538. num. 4.* vbi Adden. cumulat alias Rotæ auctoritates ad conclusionem,
quod statuta exclusiua † fœminarum ab intestato 3
non impediunt, quo minus ipsæ fœminæ possint institui in testamento, vt *in Bononien. Capacellis coram bo. me. Andrea,* quæ inter illius impressas *est decis. 58. & ibi sub num. 16.*

Præterea in huiusmodi statuto tres † ponuntur 4
casus exclusionis fœminarum. Primus est obitus
patris, † vel aui ab intestato superstitibus filiabus 5
maritatis, & dotatis, de quo hic non est agendum, cum pater Iuliæ obierit testatus, & ipsa superstes, non fuerit eo viuente nupta, ac dotata. Secundus
est † dotis constitutæ à patre, vel auo in vltima vo- 6
luntate, qui casus non applicatur dictæ Iuliæ, vt supra institutæ in testamento patris ea ratione, quod in ea deficit qualitas exclusionis à bonis patris, &
loco dotationis non succedit † institutio, quæ po- 7
tius extingit, & confundit ius dotationis, vt per Pett. Barbos. *in l. si cum dotem 23. §. si super num. 17. in fin. & num. 28. ff. solut. matrim.* nulla enim dos in huiusmodi testamento à patre fuit Iuliæ relicta iuxta hunc casum, in quo ad effectum exclusionis supponitur, quod dos sit relicta à patre in testamento, ibi, *Quibus non est constituta dos per patrem, vel*
auum in sua vltima voluntate. In tertio † denique 8

casu, quæ est fratris, seu patrui parati cum effectu
dotare sororem, seu neptem: Dominus Timothæus
frater potuisset à successione, de qua agitur, exclu-
dere dictam Iuliam, si à patre hæres instituta non
esset, & ipse frater eam dotare paratus fuisset, ve-
rum neque in hoc casu visum fuit Iuliam versari;
quia pater eam vna cum fratribus hæredem insti-
tuit, & dictus frater eo sub prætextu dotem tradere
recusauit, quod illam haberet aliunde. Postrema
9 † verò statuti pars continet exclusionem fœmina-
rum, etiam à successione in bonis matris, & auiæ
qualificatam, & restrictam ad præcedentia, ibi, *Quæ
filia, vel neptes ab vna ex prædictis personis dotata, vel
si vna ex prædictis personis sit parata eas dotare in ca-
sibus supradictis, nec matri, nec auia ab intestato succe-
10 dant*, quam reformatores † statutorum Vrbis ne-
cessariò addiderunt, quia alioquin filiæ fœminæ non
censerentur exclusæ, nisi ab hæreditate dotantis. Glos.
& *ibi* Bald. & Paul. de Castr. *in l. 1. C. de legit. hæred.*
Brun. *in tract. de statut. exclus. fœmin. art. 8. quæst. 16.
num. 59.* Gabr. *de statut. conclus. 5. num. 1.* Thesaur. *de-
cis. 62. in princip.* Rota *decis. 321. num. 1. part. 5. diuers.*
Et propterea ne id sequeretur dicti reformatores
11 vlterius processerunt specificando † personas, à qua-
rum hæreditate etiamsi non dotauerint, fœminas
excludere voluerunt, vt in terminis huius statuti
fuit etiam consideratum *in Romana vineæ de Corbi-
nellis 15. Martij 1619. coram Reuerendiss. D. meo
Decano.*

Et quamuis dicta pars statuti in fine addita respi-
ciat exclusionem filiarum, vel neptum ab hæredi-
tate matris, & auiæ in casu dotationis ab vna ex per-
sonis in alia parte nominatis, vel vna ex eis sit para-
ta dotare, non tamen inde sequitur, quod verba illa,
12 ibi, *in casibus prædictis* (iuxta † regulam, quod rela-
tio fit ad proxima, & non ad remota) referri debeant
ad casus dictæ partis in fine additæ, non autem ad
præcedentem dispositionem, sub eo prætextu, quod
in ea vnicus sit positus casus, quo filiæ, vel neptes
non succedunt patri; quoniam verius est, quod ver-
ba, *in casibus prædictis*, referantur ad præcedentem
13 partem statuti, cum in ea non vnum, sed † duo co-
pulatiuè requirantur ad effectum, vt fœminæ dican-
14 tur exclusæ. Primum † scilicet, vt illæ sint dotatæ
ab aliquibus ex personis in ea parte nominatis. Se-
cundum, vt non semper, sed ita demum excludan-
15 tur, si adfuerint filij masculi, † vel nepotes ex filio
masculo, & in his duobus requisitis patet verba illa,
in casibus prædictis, verificari.

Iulia igitur in testamento patris cum aliis filiis
etiam masculis æqualiter instituta, non autem do-
tata, & exclusa, & proinde existens in casu à sta-
16 tuentibus omisso † ad æqualiter succedendum in bo-
nis matris ab intestato debet admitti ex dispositio-
ne iuris communis, *§. cæterùm, Instit. de legit. agn. suc-
cess. l. maximum vitium, C. de liber. præter. l. penult. C.
de legit. hæred. Auth. in successionem, C. de suis, & le-
git. §. si vero, vers. nullam, Authent. de hæred. ab in-
test. venient.*

17 Dicti enim testatoris voluntatem ita † debemus
interpretari, vt filiam instituendo censeatur reces-
sisse ab exclusione statuti, ne aliàs sequatur, quod
18 † vno, eodemque tempore voluerit duo inter se val-
de contraria, idest filiam cum masculis æqualiter
instituere, & mediante huiusmodi institutione ita
dotare, vt eandem à dicta successione statim exclu-
deret: admissio enim ad hæreditatem, & exclusio
19 † ab eadem adeo inter se pugnant, vt vna posita al-
terum tolli necesse sit, ad textum *in l. si inter, ff. de
except. rei iud. gloss. in l. sed etsi, §. penult. in verb. si in-
stitutio, ff. de instit. act.*

Et cessante dotatione, ac exclusione dictæ Iuliæ
ab hæreditate patris, ex eodem statuto necessariò 20
† sequitur, quod cesset etiam exclusio ab hæredita-
te matris, quia pars statuti, quæ excludit fœminas
à successione matris, vel auiæ ab intestato, est rela-
tiua ad casus in superiori parte expressos, idest do-
tionis, ac exclusionis à bonis patris, & relatio legi-
tur facta pluribus dictionibus † eam inferentibus, 21
ac oratione continuata, vt sensus huiusmodi verbo-
rum sit, easdem filias, vel neptes, quæ in superiori
parte statuti leguntur exclusæ à successione patris,
† nec matris, nec auiæ ab intestato debere succede- 22
re, vt in terminis huius statuti sensit Rota *in Roma-
na successionis coram R. P. D. meo Verospio, quæ est de-
cis. 405. num. 18. vers. neque, part. 5. diuers.* Nisi enim
statuentes id voluissent, † satis erat omissis verbis 23
qualificatiuis, & relatiuis, ibi: *Ab vna ex prædictis
personis, & in casibus supradictis*, simpliciter addere,
& filiæ, vel neptes dotatæ nec auiæ ab intestato succedant,
vt per modum discursus, *in d. Rom. vineæ de Corbi-
nellis 6. May 1614. coram Reuerendiss. D. meum Deca-
num obseruauit.*

Non obstat, quod dictum statutum faueat agna-
tioni, † & quemadmodum excludit filiam, vel ne- 24
ptem à successione in bonis matris, & auiæ vbi dos
ei fuit relicta à patre, vel auo in eius vltima volun-
tate, ita etiam propter eamdem rationem agnatio-
nis debeat excludi filia, vel neptis, cui per patrem,
vel auum, mediante eius cum fratribus æquali in-
stitutione pinguius fuit in testamento prouisum,
huic enim obiecto pluribus responsionibus fuit sa-
tisfactum. Primò, quia inter casus † exclusionis in 25
statuto enumeratos non legitur huiusmodi casus
pinguioris prouisionis per institutionem. Secundò,
quod semper verum sit dicere in præsenti casu nul-
lam à patre constitutam fuisse dotem Iuliæ eius fi-
liæ, & sic cessare exclusionem limitatam † ad casus 26
expressos, qui corporeis oculis leguntur, & non ad
alios. Surd. *consil. 130. num. 24. & 25. cum allegatis in
decisione huius causæ emanata coram me 5. Martij anni
præteriti.* Tertiò, quod fauor agnationis non est
† adeo efficax vt possit ampliare dispositionem dicti 27
statuti, quod cum excludat filiam simpliciter dota-
tam, non prohibet quominus pater ita potuerit eam
dotare, & per dotem minimè excludatur, sed illi re-
seruetur successio, vt in his ferè terminis disserie
Surd. *consil. 457. num. 47. vers. sed ad argumentum, vo-
lum. 4.* si enim pater mediante dotatione voluerit ex-
cludere filiam à successione in bonis suis, illa debet
quoque remanere exclusa à successione in bonis ma-
tris defunctæ ab intestato; si verò mediante institu-
tione voluerit filiam reintegrare ad sibi succeden-
dum, eadem filia erit quoque reintegrata ad succe-
dendum matri, & stante huiusmodi discretiua ex-
clusione fauor agnationis non potest ampliare dis-
positionem statuti contra voluntatem patris, &
mentem statuentium, † verum debet coërceri intra 28
casus in eodem statuto expressos. Alexand. *consil. 59.
in fin. volum. 3.* Surd. *decis. 9. num. 16. & Rota in Ro-
mana successionis 14. Iunij 1630. coram R. P. D. meo
Merlino, quæ est decis. 288. num. 29. & 30. part. 5. diuers.*

Minus obstat, quod Iuliæ fuerit constituta dos
trium millium scutorum à q. Timothæo fratre pa-
truele † eius patris; quia dictum statutum ita de- 29
mum excludit fœminam, si ab vna ex personis in
eo nominatis fuerit dotata, & inter huiusmodi per-
sonas frater patruelis non legitur nominatus, qua
ratione

tatione alias in præallegata *Romana vinea de Corbi-
nellis 15. Martij 1619. coram Reuerendiss. D. meo De-
cano fuit resolutum*, quod sorot dotata ab auunculo
30 non esset † exclusa à successione in bonis patris, qui
eam non dotauerat.

Nec denique obstat, quod dicta dos à q. Timo-
thæo patruele fuerit relicta Iuliæ contemplatione
eius patris, vt super hac eadem dispositione Timo-
thæi dixit Rota in alia causa, quæ est *Romana loco-
rum Montium sub die 3. Iulij 1634. R. P. D. meo Buc-
cabella.* Quoniam admissa etiam huiusmodi contem-
31 platione † hæc dotatio non potest magis operari,
quam si ipsemet pater dotasset; cum vero data con-
templatione dictus pater non modo voluerit, quod
Iulia haberet dotem, sed prætera vt æqualiter suc-
32 cederet cum filiis masculis, huiusmodi dotatio † non
potest contra eius voluntatem inducere exclusio-
nem à successione in bonis patris, nec per conse-
quens in bonis matris.

Et ita vtraque parte informante.

a Est decisio 108. part.7. vbi in fine habentur aliæ deci-
siones in hac causa.

R. P. D. PANZIROLO.

Auenionen. Fideicommissi.

Die Veneris 28. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM.

Possessor quando teneatur ad fructuum restiturionem. Fideicommissarius quando teneatur ad subeunda onera ei per testatorem imposira. Onus impositum fideicommissario per testatorem, qoando dicarur iniunctum in vim modi, & non conditionis.

SVMMARIVM.

1 *Possessor tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum post litem motam.*
2. *Fides bona cessat in possessore per interpellationem.*
3. *Fructus suos nemo potest facere sine bona fide.*
4. *Fructus hæreditatis non spectant ad fideicommissarium si voluntatem testatoris non adimpleat.*
5. *Fideicommissarius non tenetur ad onera ei imposita à testatore, si possessionem fideicommissi nondum adimpleuit.*
6. *Testator quando imponit onus fideicommissario, vt eius nomen, & arma assumat, censetur iniunctum tale onus, in vim modi, non autem conditionis.*
7. *per Modum ea, quæ disponuntur per testatorem, quis non tenetur adimplere, nisi post adeptum lucrum.*
8. *Fideicommisso, quando dicatur factus locus.*
9. *Clausula, dummodo, cum sit modalis, supponit emolumentum iam quæsitum.*

DECISIO CXXXI.

Firmat. per tres decisiones vocatione D. Dominici ad fideicommissum q. Gaspardi etiam qood fuerit natus post d. Gaspardi obitum fuit cœpta disputatio, an D. Dominico solum debeantur fructus à die litis contestatæ, vel potius à die natiuitatis
ipsius, & quidem respectu fructuum decursorum
post litem † motam omnes Domini dixerunt regu- 1
lam esse pro Dominico, iuxt. text. *in l.3.* vbi gloss.
Bart. & alij communiter, *ff. de interdict. l.1.§. ex die,
de vi, & vi armata, l. quæsitum, § hoc interdicto, de pre-
car.* Seraph. *decis.385 num.1.* Caual. *decis.409.num.1.*
per interpellationem enim † cessat bona fides, sine 2
qua nemo potest facere † fructus suos, vt latè Surd. 3
decis.25. num.1. & seqq.

Neque visum est obstare quod dicti fructus nec
etiam Dominico debeantur post litem motam, ex
quo non † assumpsit nomen, & arma testatoris iux- 4
ta ipsius præceptum, fuit enim responsum Domini-
cum ad hoc onus † non teneri antequam possessio- 5
nem fideicommissi apprehenderet, vt per Molin. *de
primog. lib.2. cap.12. num.11. & cap.14 num.12.* qui
testatur de magis communi opinione. Rot. *decis.39.
per tot. & num.5. part.1. diuers.* & ratio est † quia si- 6
milia grauamina censentur iniuncta in vim modi,
non autem conditionis. Bartol. *in l.cum mota, num.2.
C. de transact.* Molin. *vbi suprà, num.9.* & ideo non
est necesse † adimplere, nisi post adeptum lucrum, 7
vt tradit Bart. & alij communiter *in l. quibus diebus,
§. Thermus, num.1. vers.die 9. de condit. & de demonstr.*
Castr. *consil. 292. in princip. lib.2.* Aymon *consil.59.
num.1.* Peregrin. *de fideicommiss art.11. num.32.* Rot.
d. decis. 39. per tot. part.1. diuers. & fuit resolutum *in
Romana Casalis Anguzzani 19. Martij 1632. coram
Reuerendiss. Vrgellen. & in ead. 1. Decembris 1634. co-
ram R. P. D. Carrillo.*

Minus releuat, quod fideicommissum non pos-
sit dici purificatum ad fauorem Dominici, donec
ipse à D. Diana non declararetur capax ad succeden-
dum secundum voluntatem testatoris, quia sequu-
ta morte illius, ac ipsius Dominici natiuitate visum
est DD. quod statim fideicommissum fuerit purifi-
catum absque alia D. Dianæ declaratione circa Do-
minici capacitatem vel incapacitatem, cum incapa-
citas in ipso solum ex post oriri possit, vel ratione
delicti vel religionis ingressus, vel similium, & pro-
pterea ad acquiren. hoc fideicommissum † non erat 8
expectandum aliud tempus, quam natiuitas ipsius,
& mortis testatoris, vt dictom est, quod clarè de-
monstrant verba suæ vocationis cum clausula, dum-
modo sit capax, quæ clausula, † cum sit modalis, sup- 9
ponit emolumentum iam quæsitum, vt supra fuit
ponderatum, & sic DD. non dubitarunt Dominico
deberi fructus à die motæ litis.

Verum circa illorum restitutionem ante motam
litem dictum fuit non liquere.

Et sic vtraque parte, &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Camerinen. Spolij.

Die Veneris 5. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM.

Ad reintegrationem agens, quid debeat probare, reintegratio, quando cesset, & quid in d. iudicio attendatur. Tutor, quando perperam dicatur alienasse bona pupillorum.

SVMMARIVM.

1. *de Sententia validitate apparet ex reuolutione actorum.*

2. *in Reintegrationis iudicio debet quis probare suam antiquiorem possessionem, necnon recentem adversary.*
3. *Reintegratio non competit, quando quis cecidit à possessione facto proprio.*
4. *in Reintegrationis iudicio magis attenditur, an actor sine iusta causa à sua possessione ceciderit, quam si reus possideat cum vitio, vel sine.*
5. *Et ab ista opinione non est recedendum in iudicando, vel consulendo.*
6. *Alienationis contractus nullitate, aut iniustitia stante sicuti quis non amitit possessionem rei, ita valide potest agere spolio pro reintegratione rei alienata.*
7. *Contractus mulierum, celebratus sine solemnitatibus requisitis à Constit. Marchia, & statuti loci, redditur manifestè nullus.*
8. *Emptor emens bona mulierum, grauatur probare insinuationem interuenisse, iuxt. Constit. Marchia, &c.*
9. *Sanatoria simplex non suffragatur, quando Papa in sanatione de omnibus non fuerit factus certus.*
10. *Et hoc maximè procedit, si nullitas in iudicio antea fuerit deducta.*
11. *Tutor in susceptione tutela, tenetur inuentarium, & alia solemnia facere.*
12. *Tutor, si omiserit solemnia facere, non potest præiudicare pupillis.*
13. *Tutor non potest vendere domum paternam pupilli, si extant alia bona.*
14. *Tutor, & emptor bonorum pupilli, quando ambo dicantur in culpa, & in dolo, num. 15.*
16. *Minori succurritur remedio reintegrationis, quando causa in contractu expressa apparet simulata.*
17. *Venditio bonorum pupilli, si fuerit facta pro soluendo are alieno, emptor debet esse sollicitus de versione in causam dictam, & num. 18.*
19. *Quod multo magis procedit, quando solutio æris alieni, non solum fuit enunciatum per viam causa, sed vlterius in pactum deductum.*

DECISIO CXXXII.

DOminicus Tarearellus institutis sibi hæredibus Lauinia, Mariana, Venantia, & Felice filiabus, dedit illis in tutores, & curatores Angelum Gulielmum, & Marcum Turcarellum; qui Angelus postquam spatio duorum annorum, & vltra se immiscuerat in administratione d. tutelæ, & curæ, coram iudice onus prædictum repudiauit, & successiuè d. Marcus contutor petiit, & obtinuit se in dictarum sororum tutorem, & curatorem respectiuè confirmari. Post hæc autem Lauinia, & Mariana ætate minores, cum consensu dicti Marci curatoris, ac etiam Marcusmet vti tutor dictarum Venantiæ, & Felicis pupillarum, vendiderunt supradicto Angelo Gulielmo domum paternam pro pretio florenorum 1200. ad quorum computum statim florenos 500 exbursauit; reliquos vero septingentos certis successiuis temporibus promisit se soluturum cum expressione, quod tam pretium solutum, quàm soluendum erogaretur in extinctione censuum, ac æris alieni hæreditatis paternæ, nec in alium vsum conuerteretur, & si quid ex eo superesset, poneretur in tuto pro prædictis sororibus; cui quidem contractui accessit decretum iudicis, qui mandauit pecunias tam receptas, quàm recipiendas erogari debere iuxta prædictas conuentiones.

Cùm autem Lauinia, & Venantia coram A. C. iudicium spolij contra Angelum emptorem intentassent, necnon etiam contra Petrum Matthæum Vgolinum, ac sententiam fauorabilem obtinuissent, in gradu appellationis coram me dubitatum fuit super illius confirmatione vel infirmatione. Et pro confirmatione resolutum fuit, tum quia de illius
validitate apparet † ex reuolutione actorum. Verall. 1
decis. 260 *part.* 2. Tum quia de antiquiori possessione istarum minorum, ac de recenti Angeli Gulielmi plenè constitit ex ipso instrumento venditionis,
prout requiritur † in iudicio reintegrationis. Dec. 2
consil. 57. *num.* 3. Surd. *consil.* 28. *sub num.* 24. & *seqq.* Menoch. *de recup. remed.* 15. *num.* 383.

Nec obstare visum fuit, quod dictæ minores fa-
cto proprio à possessione † ceciderint, quo casu non 3
competit reintegratio. Put. *decis.* 276. *num.* 1. *lib.* 3. *in correctis*. Rota *decis.* 628. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* Quia in hoc iudicio magis attenditur, an Actor sine iusta
causa † à sua possessione ceciderit, quam si reus pos- 4
sideat cum vitio, vel sine. Alexand. *in l. rem, quæ nobis, num.* 19. *ff. de acq. poss.* vbi de magis communi. Socin. sen. *consil.* 89. *num.* 21. *lib.* 1. Decian. *consil.* 152. *num.* 4. Alexand. *consil.* 200. *num.* 2. *lib.* 2. & *consil.* 92. *num.* 4. *lib.* 5. Socin. iun. *consil.* 34. *num.* 12. *lib.* 3. vbi
dicit non esse ab ea recedendum in iudicando, † vel 5
consulendo, plenissimè Surd. *consil.* 28. *sub num.* 58. Afflict. *decis.* 361. *num.* 13. & dixit Rota *in Messanen. seu nullitatis feudi* 15. *Februarij* 1636. *coram R. P. D. meo Merlino.* Stante autem nullitate, aut iniustitia con-
tractus, sicut mulieres istæ possessionem † domus 6
nunquam amiserunt, ita validè poterunt agere spolio pro reintegratione rei alienatæ. Bart. *in l.* 1. §. *si vir vxori, num.* 3. & *ibi* Crot. *num.* 1. *ff. de acquirend. poss.* Alexand. *consil.* 33. *num.* 7. *lib.* 6. Bec. *consil.* 25. *num.* 5. Surd. *consil.* 49 *num.* 17. Menochius *de recuper. remed.* 17. *num.* 17. Verall. *decis.* 172. *num.* 1. & *seqq. part.* 3.

Nullitas autem euidenter apparet, ex quo iuxta constitutiones Marchiæ, & statutum loci in simili-
bus contractibus requiritur insinuatio, † de qua cum 7
non appareat, contractus redditur manifestè nullus. Rot. *decis.* 385. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* Greg. *decis.* 260. *num.* 1. & 3. & in terminis, quod emptor grauetur
probare, insinuationem † interuenisse, firmauit Ro- 8
ta *in Senogallien. prædij* 7. *Ianij* 1619. *coram R. P. D. Pirouano, & in Perusina hæreditatis* 10. *Decembr.* 1618. *coram bon. mem. Card. Virili.* Idque procedit non obstante quod huiusmodi defectus fuerit postea à Sanctissimo sanatus, quia cum insinuatio requireretur nedum ex statuto, & constitutione Marchiæ, sed etiam ex ipso iudicis decreto, vt supradictum est,
† debuit Papa in sanatione de his omnibus esse cer- 9
tus, nam aliàs simplex sanatoria non sufficit. Neuizan. *consil.* 8. *num.* 23. Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 18.
num 222. maximè cum nullitas † fuisset antea in iu- 10
dicium deducta. optimè Innoc. *in cap.* 1. *num.* 1. *vers. plenior intellectus est, de confirmat. vtil. vel inutil.*

Præterea apparet de nullitate, quia tutor qui con-
tractum celebrauit, † in susceptione tutelæ teneba- 11
tur inuentarium, ac alia solemnia facere, *l. fin. C. de arbitr. tutel.* Barr. *consil.* 46. *num.* 2. *lib.* 2. Monian. *de tutel. cap.* 52. *num.* 1. & *regul.* 51. *num.* 1. & 2. Gutier. *de tutel. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. & *seqq.* Et sic, cum hæc
omnia omiserit, non † potuit mediante hac ven- 12
ditione pupillis præiudicare. Barr. *in l. si tutor, C. in quibus caus. rest. in integr. non est necess.* Honded. *consil.* 23 *num.* 48. & *seqq. lib.* 2. Caputaq. *decis.* 324 *num.* 1. *part.* 3. Gregor. *decis.* 350. *num.* 4. & *seq.*

Vlterius constat de nullitate, quia † venditio fuit 13

facta de domo paterna, etiam quod extarent alia
bona, quæ postea vendita fuit pro debitis extin-
guendis, *l. lex, qua tutores, verſ. nec domus*, vbi Salie.
verſ. item nota, C. de admin. tutor. Natt. *conſil* 162.
num 10. Gutier. *d. tract. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 77. Rot.
decis 372. *num.* 5 *part.* 1, *recent.*

Demum nullitas nec minus viſa eſt reſultare ex
pacto appoſito in contractu, quod ſcilicet pretium
ſolueretur creditoribus hæreditariis, & ſi quid ſu-
pereſſet, poneretur in tuto ad commodum venden-
tium, & non aliàs, ſub qua expreſſione interceſſit
decretum iudicis; vnde cum pars illa pretij, quæ
ab initio fuit ſoluta, remanſerit penes tutorem, &
14 altera pars penes emptorem, † & per conſequens
debita extincta non fuerint, vterque ex illis dicitur
in culpa Gratian. *forenſ. diſcept.* 45. *num.* 2. & 3. Giurb.
15 *decis.* 76. *num.* 46. Et retinens vterque pretium † pe-
nes ſe, dicitur in dolo. Roland. *conſil.* 49. *num.* 26 *lib.* 1.
laté Gutier. *de tutel. part* 3. *cap.* 1. *num.* 55. Et cauſa in
contractu expreſſa apparet ſimulata, ac venditio do-
16 losè facta, † itant meritò ſuccurrendum ſit minori-
bus remedio reintegrationis. Gutier. *d. tract. part.* 2.
cap 15. *num.* 27.

Non obſtat, quod venditio fuerit ex cauſa volun-
taria, ideoque emptor non tenetur probare, quod
pretium fuerit erogatum in extinctionem æris alie-
ni Quia cum venditio facta fuerit pro ſoluendo
17 † ære alieno, dicitur potius neceſſaria, & ſic emptor
debuit eſſe ſolicitus de extinctione prædicta. Adden.
ad Gregor. *decis.* 521. *num* 33. Rota poſt Modern.
Peruſ. *de cenſ. decis.* 8. *num.* 10. *& ſeqq.* Vltra quod
cùm tam venditores, quàm emptor in id præcisè
conueniſſent, & iudex hac de cauſa ſuum decretum
18 interpoſuerit, vtique emptor tenebatur † eſſe ſoli-
citus de verſione in cauſam, propter quam fuit fa-
cta venditio. Innoc. *in cap.* 2. *num.* 2. vbi Doctor. *de
depoſ.* Cuuar. *var. lib.* 2. *cap.* 17. *num* 3. Gratian. *fo-
renſ. diſcept.* 45. *num.* 14. Rota poſt *d tract. de cenſib.*
19 *decis.* 187. *num* 4. Extinctio enim æris alieni † non
ſolum fuit enunciata per viam cauſæ, ſed vlterius
fuit in pactum, & in conditionem deducta. Gra-
tian *forenſ. diſcept.* 515. *num.* 7. Seraph. *decis.* 1187. *n.* 1.

Et ſic parte vtraque, &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Viterbien. Hæreditatis.

Die Veneris 16. Ianuarij 1637.

ARGVMENTVM.

Manutentio data cum clauſula ſine præiu-
dicio habentium iura meliora, & potio-
ra, an ſit vera manutentio. Poſſeſſio vnius
rei non ſuffragatur quo ad aliam.

SVMMARIVM.

1. *Poſſeſſio inſtrumentalis eſt manutenibilis, ſi de al-
terius poſſeſſione non conſtet.*
2. *in Mandato de manutenendo, ſi adſint clauſula
ſine præiudicio habentium iura meliora, & po-
tiora, & ſimi es non ſuſpendunt immiſſionis effe-
ctum, ſed adhuc is, qui poſſeſſionem cepit, verè
poſſidere dicitur, & manutenendus eſt.*
3. *Hæreditatis aditio acquiſitionem poſſeſſionis non
operatur, niſi illa effectu aliter capta fuerit.*
4. *Poſſeſſio capta ſuper vno corpore particulari, non
ſuffragatur quoad reliqua, quorum poſſeſſio ef-
fectualiter non fuerit capta*
5. *Nepos eſt in æquali gradu, cum aliis patruis in ſuc-
ceſſione alterius patrui, & num* 6.
7. *Statutum non comprehendit bona ſita extra territo-
rium ſtatuentium.*
8. *Statutum iuris communis correctorium debet ſtrictè
interpretari, vt quanto minus poteſt, illud cor-
rigat.*
9. *Exceptiones, quando ſunt turbidæ, ac dubiæ. &
altiorem indaginem requirunt, non poſſunt retar-
dare manutentionem.*
10. *ad Manutentionis effectum ſufficit ſola poſſeſſio de
facto, ſiue ſola detentatio.*
11. *in Manutentionis iudicio non habentur in conſide-
ratione ea, quæ ſunt diſcutienda in petitorio.*
12. *Proteſtatio aliqua ſi parti non fuerit intimata, ei no-
cere non debet.*

DECISIO CXXXIII.

REſolutum fuit D. Hieronymæ dandum eſſe
mandatum de manutenendo in poſſeſſione bo-
norum q. Poggij, de quibus in inſtrumento captæ
poſſeſſionis, vt in eius ſummar. num. 1. pro tertia
parte, exceptis tamen nouem corporibus, de quibus
in ſumm. DD. Laurentij, & Franciſci, num. 6.

Quoniam ex inſtrumento prædicto elatè conſtat
de ipſa poſſeſſione per eam capta mediante perſo-
na procuratoris ad id ſpeciale mandatum habentis,
† quæ poſſeſſio licet inſtrumentalis, ſufficit ad effe- 1
ctum obtinendi manutentionem, cum non appareat
alium de eo tempore poſſediſſe, *l. non idcirco, C. de
fid. inſtrument.* Rota *decis.* 106. *num.* 4. *part.* 1. *& de-
cis.* 496. *num.* 1. *part.* 4. *recent. & decis.* 85 *num* 4 *&* 5.
coram Card. Caualer. & decis. 325. *num* 3. *coram Reue-
rendiſſ. D. meo Decano.*

Neque obſtat, quod in mandato de immittendo,
in vim cuius poſſeſſio capta fuit, adſit clauſula ſine
præiudicio habentium meliora, & potiora iura, &
dummodo bona ſint vacantia; quia huiuſmodi
clauſulæ operantur quidem quoad dicta nouem cor-
pora, quorum poſſeſſio pro parte dd. DD. Lauren-
tij, & Franciſci ſub die 19. Auguſti, & ſic per diem
ante capta fuerat; proindeque vacua non erat, non
autem quoad reliqua corpora, quorum ipſius poſ-
ſeſſionem non ceperant, dictæ enim clauſulæ, quan-
do de alterius poſſeſſione non docetur, immiſſionis
† effectum non ſuſpendunt, ſed adhuc is, qui poſſeſ- 2
ſionem cepit, verè poſſidere dicitur, & manuten-
dus venit, vt ſenſit Bald. *in l. fin. ſub num.* 41. *verſ.
tamen iudex, C. de edict. D. Adrian tollend.* Honded.
conſil. 86. *num.* 51. *& ſeq. lib.* 2. Peregr. *de fideicommiſſ.
art.* 48. *num.* 18. *verſ. & iterum.* Seraphin. *decis.* 877.
num. 2. Rota *decis.* 514. *num.* 3 *part.* 1. *& decis.* 212.
num. 3. *part.* 4 *recent.* & fuit dictum *in Maceraten. hæ-
reditatis* 27. *Nouembr.* 1589 *&* 4. *Iunij* 1590. *coram
bon. mem. Card. Pamphilio ſeniore, & in Sabinen Ca-
ſtri Mompei* 7. *Februarij* 1618. *coram Eminentiſſ. D.
Cardin. Veroſpio, & in Peruſina fideicommiſſi* 12 *De-
cembris* 1625. *coram R. P. D. meo Pirouano & in Tu-
dertina prædij coram Ortembergo impreſſ. penes Modern.
Peruſ. poſt tract. de manuten decis.* 129. *num.* 6 *& ſeqq.*

Neque obſtat, quod dicti DD. Laurentius, & Fran-
ciſcus ante captam pro parte d. D. Hieronymæ poſ-
ſeſſionem, hæreditatem adiuerint, & dictorum
nouem corporum poſſeſſionem ceperint; † quo- 3
niam aditio acquiſitionem poſſeſſionis non opera-
tur,

tur, nisi illa effectualiter capta fuerit, *l. cum heredes 23. in princip. ff. de acquirend. possess.* Anchar. *consil.318. sub num.2.* Afflict. *decis.167. num 3.* Et quidem cuiuscunque corporis particularis, adeout pos-
4 sessio quoad aliqua nullo modo suffragetur † quoad
reliqua, quorum possessio effectualiter capta non fuerit, *l.1. §. veteres, & ibi* gloss. *ff. de acquir. possess. l.3. & ibi* Ias. *num.30. ff. eod.* Paril. *consil. 37. num.17. lib.3.* Rot. *decis.35. num.29. part.5. recent. & in Maceraten. hereditatis 11. May 1587. coram bon. mem. Card. Pamphilio seniore.*

Nec visum fuit obstare, quod prætenderetur D. Hieronymam esse exclusam ex dispositione statuti Viterbien. sub rubr. 81. quia certum est, ipsam vti neptem, & in æquali gradu cum dd. Laurentio, & Francisco existentem habere intentionem funda-
5 tam † in iuris communis dispositione, vt cum illis
debeat æqualiter ad successionem admitti *§. si plures, Instit. de legit. agnat. success. §. si autem plurium in Authent. de hered. ab intest.* Honded. *cons.7. num.9. lib.2.*
6 Non obstante † quod sit fœmina, *l. maximum vitium, C. de liber. prat.* Crass. *in §. successio ab intestato, quæst.30. num.1.* Rota *decis.196. num.1. & seq. part.4. recent.* Statutum vero prædictum bona sita extra ter-
7 ritorium Viterbien. & sic statuentibus † non subie-
cta, minimè comprehendit. Bartol. *cunctos populos, num 35. & 41. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol.* cum aliis, quos sequuta est Rot. *in Balneoregien. bonorum 7. Iunij 1591. & 11. Febr. 1594. coram Pamphilio seniore, & in decis. 255. num.1. coram Gregor. XV. & in Narnica successionis 22. May 1628. coram R.P.D. meo Merlino.* Quo verò ad reliqua est saltem satis dubitare, an illud locum habeat, cum de hæreditate patrui, de qua nunc agitur, non loquatur, & tan-
8 quam iuris communis correctorium † debeat stri-
ctè interpretari, vt quanto minus potest, illud corrigat, *cap. cùm dilectus, iuncta gloss. in verb. nec iuri, de consuetud. & ibi* Abbas *num. 21. lib.2.* vbi Barr. *C. de nox. act.* Rot. *decis.359. num.5. part.4. & decis.247. num.12. part.5. recent.*

Vnde exceptio in eo fundata cum sit satis turbi-
9 da, ac dubia, & altiorem requirat indaginem, † &
petitorium respiciat manutentionem per dictam Hieronymam petitam, illam retardare non potest. Caputaq *decis. 321. part.1.* Rota *decis. 549. num.6. coram Gregor. XV. & decis.589. num.5. coram Cardin.*
10 *Caualer.* Ad hunc enim effectum † sufficit sola pos-
sessio, & detentatio de facto. Castr. *in l. Aquilius, sub num.5. de donat.* Neuizan. *consil.80. num.13.* Seraphin *decis. 582. num.5.* Rota *decis.50. num.29. & decis.64. num. 2. part. 2. diuers. & decis.93. num.4. part 4. recent.*

Et ex eadem ratione, nec etiam visa fuerunt obstare, quæ dicebantur de prætensio fideicommisso Lucretiæ, quia illud quoque plures patitur difficultates, quæ postea erunt discutiendæ, ideo non † sunt
11 admittendæ, nec habendæ in consideratione in hoc
summariissimo manutentionis iudicio. Rota *decisione 408. num.5. part.4. recent.*

Protestatio verò per procuratorem matris eorumdem DD. Laurentij, & Francisci facta ante mortem Poggij minus visa fuit releuare; quia cum tunc
12 lis non esset mora, † nec D. Hieronymæ protesta-
tio fuerit intimata, ei nocere non potuit, *l. sed & socius, § 1. ff. pro socio,* & tenuit Rota *in causa Romana societatis officij 20. Octobris 1580. coram Cardin. Blanchetto.*

Et ita vtraque parte informante resolutum, &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Auenionen. Fideicommissi.

Die Lunæ 19. Ianuarij 1637.

ARGVMENTVM.

Ad fructuum restitutionem, quis post motam litem tenetur restituere. Legatorio, & fideicommissario, quando debeantur fructus etiam ante motam litem, & quando secus.

SVMMARIVM.

1. *Fructus percepti à die mota litis sunt restituendi.*
2. *Litis contestatio adimit bonam fidem.*
   in Fructuum acquisitione requiritur bona fides, n.2.
3. *Fori declinatoria non parit litem.*
4. *Actor, quando coram iudice suam petitionem dedit, & reus se opposuit, satis dicitur lis contestata, etiam parte absente.*
5. *Dominium rei legata statim acquiritur legatario, etiam ante illius acceptationem, & num 21.*
   Legatario etiam ignoranti acquiritur dominium rei legata, num.5.
6. *Legatario statim post mortem testatoris debentur fructus rei legata, cum dominium sequantur.*
7. *Fideicommissario regulariter debentur fructus etiam ante motam litem, quando fideicommissum relictum est in certam diem fauore fideicommissarij, & non heredis.*
8. *Legatum factum alicui, qui nondum est natus, sequuta natiuitate in dicto tempore debentur fructus legati, non autem à die litis contestata, cum tali casu non obstet bona fides grauati.*
9. *Titulus, quando est redactus ad non titulum, statim omne ius adimitur ab eo, qui illum titulum habebat.*
10. *Titulus, quando est extinctus, non potest causare amplius bonam fidem ad acquisitionem fructuum.*
11. *Heres grauatus restituere in diem certam, si venerit, & non restituat, interim non acquirit fructus.*
12. *Infanti non potest aliqua negligentia imputari.*
    Infans non habet, nec velle, nec nolle, num.12.
    Infans, quicquid vidit, ignorat, num.12.
13. *Ignorans non negligit.*
14. *Fideicommissario, seu legatario acquiritur fideicommissum, seu legatum etiam ignorantibus, sed hoc procedit in fideicommisso, seu legato expresso.*
15. *Non autem in tacito, & resultante ex interpretata voluntate testatoris, & vltra significationem verborum.*
16. *Expressa non possunt dici ea, quæ ex mente, & coniecturis deducuntur.*
17. *in Testamento non nisi tacitè ea continetur, quæ oculis corporeis legi non possunt, sed intellectu percipiunt.*
18. *Heres habet iustam causam ignorandi ea, quæ scripta non sunt in testamento.*
19. *Legatum relictum filio masculo, qui natus esset tempore mortis testatoris, debetur etiam si filius nascatur post mortem dicti testatoris.*
20. *Legatum an debeatur alicui, quando est dubium, fructus dicti legati ab herede non sunt restituendi, nisi à die declarationis, quo fuit interpretata voluntas testatoris.*

21. *Lega*

21. *Legatum, quando est purum ipso iure transit in legatarium, seu fideicommissarium, cum acquisitione fructuum à die transitus.*
22. *Sed ista regula non procedit, quando dominium rei legatæ in eos ipso iure non transit, sed opus est traditione, seu constitutione hæredis.*
23. *Hæres grauatus donec non transmittat, seu restituat fideicommissum fructus, ex eo prouenientes, in fideicommissarium non transeunt, sed hoc non procedit, quando fideicommissum transit in fideicommissarium ipso iure.*
24. *Legatum, quando non est expressum, sed tacitum, non potest dici propriè legatum, sed fideicommissum.*
25. *in Legato est speciale, quod dominium rei legatæ transeat in legatarium ipso iure, quod non procedit in fideicommisso.*
26. *Fideicommissaria dispositio, quando non fit per verba expressa, sed solum prouenit ex tacita voluntate, tunc ipsa dispositio non dicitur legatum.*
27. *Legatum non inducitur ex tacita voluntate, sed fideicommissum.*
28. *ad Fructuum acquisitionem sufficit titulus etiam iniustus.*
29. *ad Fructuum acquisitionē bona fides multum operat.*

DECISIO CXXXIV.

SVb die vigesimaoctaua Nouembris præteriti fuit dubitatum, an D. Diana teneretur ad restitutionem fructuum à die natiuitatis D. Dominici, vel potius à die litis contestatæ; & de illorum restitutione post litem contestatam omnes Domini fuerunt concordes, sed de aliis fuit dictum non liquere, vnde cum hodie causam proposuerim super vtro-
1 que articulo, Domini steterunt in decisis † quoad fructus à die motæ litis, iuxt. text. *in l.1. §. ex die, ff. de vi, & vi armat. l. quæsitum, §. hoc interdicto, de procur. l.3.* vbi gloss. Bart. & alij *ff. de interd.* nam li-
2 tis † contestatio adimit bonam fidem, quæ requiritur in acquisitione fructuum, *l.1. & 2. in fin. & l. fin. C. de vsur. & fruct. leg.* cum aliis in decisione allegatis.

Quibus visum est non obstare, quod in casu præsenti lis non fuerit contestata, ex quo solum in par-
3 tibus D. Diana forum declinauit, † quæ declinatoria non parit litem, vt benè firmaoit Mantic. *decis.204. sub num.8. & seqq.* Quia D. Diana non declinauit propriè forum, sed petiit iudicium Eminentiss. D. Cardinalis Legati, coram quo cum partes conuenissent, fuit in iudicem deputatus R. P. D. Vaius ius Auditor, cui postea placuit exquirere vo-
4 tum Dominorum. Vnde cum actor † coram iudice suam petitionem dederit, & reus se opposuerit, satis lis dicitur contestata, etiam parte absente, secundum opinionem Rotæ, de qua Abb. *in cap. 1. num.7. vers. sed contra vtrumque, de lit. contest.*

Tota igitur difficultas fuit restricta ad restitutionem fructuum ante litem motam, quos aliqui ex Dominis allegabant deberi.

Primò, quia dominium rei legatæ statim acquiri-
5 tur legatario, † etiam ante illius acceptationem; imò etiam ipsi legatario ignoranti, *l. cum pater, §. surdo ff. de leg.2.* Castrens. *consil.171. num.1. & seqq. lib.1.* Surd. *decis.25. num.19. vers. de particulari legato*; er-
6 go statim legatario fructus debentur, † cum dominium sequantur. Bart. *in l. in fideicommissariam*, vbi Rip. *num.14. ff. ad Trebell.* Ceph. *consil. 215. num.49. & seqq.* Peregr. *de fideicommiss. art.49. num.88. & seqq.* Mantic. *de coniect. lib.7. tit.10. num.30. & seqq.* Fusar. *de substitut. quæst.626. num.59.* Gratian. *discept. 250. num. 10.*

Secundò, quia regulariter fructus debentur fidei-
commissario † etiam ante motam litem, quando 7
fideicommissum relictum est in certam diem fauore fideicommissarij siue legatarij, non hæredis, vt distinguit text. *in l. si ita relictum, §. Pegasus ff. de leg.1.* Ergo cum legatum fuerit factum Dominico sequu-
ta ipsius natiuitate, † videtur quod à dicto tempo- 8
re illi debeantur fructus, non autem à die litis contestatæ, cum bona fides grauati tali casu non obstet, *l. in fideicommissi, §. Polidius, ff. de vsur.*

Tertiò, dicebatur legatum deberi Dominico, non ab hærede grauato, sed à legatario, cuius titulus
cum redactus † fuerit ad non titulum, stante puri- 9
ficatione conditionis, scilicet natiuitatis Dominici, idcirco legatum statim ab ea die censetur ademptum, *l. sicut adimi, & l.2. ff. de adim. leg.* Quia prior titu-
lus non potest amplius inducere bonam fidem † quo 10
ad fructuum acquisitionem, vt per plura iura probat Rom. *consil.454. num.27.* Natt. *consil.535 num.1.* Rim.iun. *consil.333. n.21. lib.3.* Gratian. *discept.824. num.57.* Osasc. *decis.160. num.2.* Surd. *decis.25. n.22.*

Quartò, quia D. Diana grauata restituere legatum, hoc medio tempore non acquisiuit fructus iu-
dicio testatoris, † sed tantum negligentia non pe- 11
tentis, vt dicit text. *in l. mulier, §. si hæres*, vbi Castrensis. *ff. ad Trebell.* Aymon *consil.316. num.2.* Mantic. *de coniect. lib.7. tit.10. num. 27.* ex quo Dominicus fuit
infans, & non potuit illi aliqua † negligentia im- 12
putari, debet consequi fructus etiam ante motam litem, cum infans non habeat neque velle, neque
nolle, & † quicquid videt, ignoret: Ignorans autem 13
non negligit, *l. mater decedens, ff. de testam.* Mantic. *vbi supra, num.27. vers. pro populis.* Bardellon. *consil.25. sub num.48.* Surd. *decis.25. num.30.*

His tamen non obstantibus pro maiori parte Dominorum negatiuè resolutum fuit, quia licet verum
sit, quod legatum acquiratur legatario, † etiam igno- 14
ranti, id tamen intelligitur procedere in fideicom-
misso seu legato expresso, non † autem in tacito, & 15
resultante ex interpretata voluntate testatoris, præter & vltra significationem verborum, vt tenet Bart. *in l. seruum filij, §. fin. num.2 ff. de leg.1.* vbi Ias. *num.10. & seqq. & præsertim num. 15.* vbi de communi. Torniell. *in repet. l.1. num.100. & seqq. ff. eod. & in l. à testatore, num.37. ff. de condit. & demonstr.* Mantic. *de coniectur. lib.5. tit.4. num.7.* latè Tiraquell. *de legib. connub. gloss.7. num.54.* Duen. *207. limit.1.* Quæ enim
ex mente & coniecturis deducuntur, † non propriè 16
expressa dici possunt, sed impropriè, vt Bartoli & aliorum auctoritate, docet Tiraquell. *de leg. connub. gloss.7. num.174.* & ideo non nisi tacitè continentur
in testamento, † quia oculis corporeis legi non pos- 17
sunt, sed intellectu percipiuntur, *l.1. in princip. vers. legi autem, ff. de his quæ in testam. delen.* Asin. post Ias. & alios *de execut. §.6. cap.71. num.12. & seq.* cessat
igitur mala fides ex parte D. Dianæ, † quæ habuit 18
iustam causam errandi ex iis, quæ scripta erant in testamento, *l. de ætate, §. ex causa, ff. de interrogat. act.* Bald. *consil. 110. colum. 2. circa fin. vers. præterea nulli dubium est, lib.1.*

Quod autem in casu præsenti relictum non sit expressum, sed tacitum visum, est clarè probari, quia
verba testamenti videntur † restricta ad filium ma- 19
sculum, qui natus esset tempore mortis testatoris, & tamen Rota censuit Dominicum fuisse vocatum ad fideicommissum, etiam quod sit natus post ipsius testatoris obitum. Aretin. *in l. conseruus, aliàs Africanus,*

cunnus, alias apud Iulianum 39. aliàs 40. §. si Titius, colum. 1. vers. quod quando in isto legato, ff. de leg. 1. Torniell. *in repet. d. l. 1. num. 100. vers. probatur. ff. eodem.* Vbi dicit hanc opinionem absque dubio esse veram & indubitatam contra Aretin. Ruin. Alexand. & alios tenentes contrarium, & sub num. 102. respondet omnibus eorum fundamentis, ex quibus patet, quod cum reductio tituli D. Dianæ ad non
20 titulum; † solum fieri potuerit ex interpretatione voluntatis testatoris, non autem ipso iure ex verbis legati; idcirco fructus ab ea tantum die debeantur, in qua voluntas testatoris interpretata fuit, & sic à die motæ litis, text. *in l. si quis solutioni, in princip. ff. de usur. & l. qui sine dolo 64.* vbi gloss. *ff. de reg. iur.*

Secundò. Dicebatur, quod dato & non concesso, quod versaremur in legato seu fideicommisso parti-
21 culari, quod regulariter, quando † est purum, solet ipso iure transire in legatarium seu fideicommissarium, cum acquisitione fructuum à die transitus: adhuc illa regula cessat, quando dominium rei lega-
22 tæ non transit ipso iure in † legatarium seu fideicommissarium, sed traditione aut constitutione hæredis opus est, ita Bart. *in d. l. 1. ff. de legat.* vbi Socin. dicens esse communem. Rip. *num. 33.* Bolog. *n. 107. circa fin.* ibique Ias. *num. 85. & seqq.* eleganter Torniell. *in repet. d. l. 1. num. 101. & seqq.* Viu. *commun. lib. 1. verb. legatum, & inter commun. opin.* Viu. *tom. 2. verb. de legatis, tit. 26. num. 7.* Crass. *de success. §. legatum. quæst. 69. num. 1.* Pett. Duen. *de reg. iur. reg. 210. limit. 1.* Mantic. *de coniectur. lib. 4. tit. 4. num. 7.* Socin. *consil. 41. num. 25. lib. 4.* In præsenti verò casu clarè patet, quod D. Diana tenetur restituere fideicom-
23 missum Dominico, & donec † ipsa non restituat, seu dimittat, fructus ex eo prouenientes in ipsum transire non possunt, vt sunt text. *in l. Imperator, in princip. ff. de leg. 2. & in l. si legatarius, ff. de leg. 3.* Bart. quem sequuntur Doctor. *in l. 1. num. 1. num. 8. ff. de leg. 1. & ibi* Ias. *num. 86.* cum aliis relatis per Pett. Duen. *de reg. iur. d. reg. 110. limit. 7.*

Tertiò deducebatur, quod quando legatum non
24 est expressum, † sed tacitum, non potest propriè dici legatum, sed fideicommissum, & propterea dominium non potest transire ipso iure in fideicom-
25 missarium, quia † hoc est speciale in legato, ita Torniell. *in d. l. 1. num. 101.* vbi asserit, quod licet text. *in §. Commun. de legat.* dicat, quod eadem verba significant legatum; & fideicommissum, non tamen sequitur, quod vbi dispositio fideicommissaria, non
26 fit per verba expressa, † sed solum prouenit ex tacita voluntate, præter & vltra significationem verborum intelligatur ipsa dispositio legatum, quia hoc non dicitur in illa lege secunda, & ex tacita volun-
27 tate non † inducitur legatum, sed fideicommissum.

Quartò ponderabatur, regulam illam, quod minori non petenti fructus nulla potest negligentia imputari, non applicari vllo modo huic casui, in quo D. Diana non fecit fructus suos, occasione morte ipsius minoris in petendo, sed ex titulo putatiuo,
28 quod legatum esset caducatum, qui titulus † licet iniustus sufficit pro acquisitione fructuum. Bald. *consil. 118. in fin. lib. 1.* Curt. sen. *consil. 72. colum. 3. vers. secunda conclusio.* Crot. *consil. 62. num. 20 lib. 1.* Menoch. *consil. 173. num. 4. & de recup. remed. num. 593.*
29 Giurb. *decis. 85. num. 16.* in hac enim † materia bona fides multum operatur. Curt. iun. *consil. 28. num. 6.* Bero. *consil. 60. num. 53. lib. 2.* latè Bec. *consil. 95. n. 13.* Menoch. *d. consil. 173. num. 9. vers. tertiò respondeo.* Couar. *var. resolut. lib. 1. cap. 3. num. 8.* Rot. *decis. 320. num. 1. & seqq. part. 2. recent.*

Et sic parte vtraque informante ad fauorem D. Dianæ responsum fuit quoad restitutionem fructuum ante motam litem, &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Fauentina Legatorum.

Die Veneris 23. Ianuary 1637.

ARGVMENTVM.

Testator, si reliquerit facultatem hæredi minuendi, moderandi, adimendi in totum, vel in partem, cum causa, & sine causa legata ab eo alicui facta, donec dictus hæres viuet naturaliter, qualiter ista facultas intelligatur concessa, latè declaratur.

SVMMARIVM.

1. *Legata minuendi, & adimendi facultas concessa hæredi, intelligitur restricta ad casum dispositionis inter viuos, non autem vltima voluntatis.*
2. *Sed ab ista regula receditur, stantibus coniecturis in contrarium.*
3. *Testator, si eisdem verbis, quibus vsus fuit in institutione hæredis, relinquat etiam d. hæredi facultatem adimendi legata, tunc hæres etiam in vltima voluntate potest illa adimere. amplia n. 4.*
5. *Verba generalissima non possunt plus restringi ad vnum casum, quàm ad alium*
6. *Dictio,* ideo, *de sui natura est restrictiua, & limitatiua.*
7. *Verba, quantumuis ampla, & vniuersalia restringi debent ad speciem adiectam.*
8. *Verbum* disponere *denotat vltimam voluntatem, & num. 9.*
10. *Disponendi facultas, quando alicui datur de aliqua re inter viuos, intelligitur per actus inter viuos, amplia num. 11. 12. & 13.*
14. *Clausula,* sempre mai, *quid operetur.*
15. *Copula, &, quando denotet diuersitatem, & requirat concursum copulatorum.*
16. *ex Conditione mortis, vel vitæ, non infertur ad conditionem viduitatis cum vna sit ab altera valde dissimilis.*
17. *de Tempore loqui, & de persona loqui ista sunt multum inter se diuersa.*
18. *Rationis diuersitate concurrente de vna re ad aliam non licet arguere.*
19. *Legata adimendi facultas, est materia odiosa, & propterea strictè venit interpretanda.*
20. *Dictio,* alio, *intelligenda est de modo simili expresso, & num. 21.*
22. *Relatiuum (quale) restringit dispositionem, tam in substantia, quàm in qualitate.*
23. *Clausula,* & omni meliori modo, *non potest referri ad speciem diuersam, quando non fuit seruata forma præscripta.*
24. *Verba,* fin che viuerà, *important conditionem.*
25. *Forma non seruata, actus nullo modo sustinetur.*
26. *Legata adimendi facultas concessa hæredi, intelligitur dummodo bona fide, & non malo animo fiat, & num. 30.*
27. *Concordia ineunda cum aliquo, si prohibeatur à testatore,*

stature, hoc praeceptum est de per se malum, & contra bonos mores.

28. *Odium præsumitur, quod quis habeat in alium, ex minus ab eo in illum factis.*
29. *Surd. in cons. 50. num. 50. quo casu loquatur.*
31. *Plot. in cons. 54. in quibus terminis procedat.*
32. *Legatum censetur ademptum per testatorem ipsum, quando superuenit inimicitia ipso viuente, etiamsi ab ipso praecesserit, quia præsumitur ipsum pœnituisse.*
33. *Legata adimendi facultas data alteri, non intelligitur data etiam ex causa odij grauis proueniente ab eo, qui talem facultatem habet.*

DECISIO CXXXV.

DVbitaui an sit recedendum à decisis sub die 29.
Februarij anni proximi præteriti, [a] & nega-
tiuè responsum fuit, quia facultas data à Cæsare No-
nio Bartholomææ vxori minuendi, moderandi, adi-
mendi, in totum, vel in partem, cum causa, & sine
causa legata ab eo facta Ludouico Nonio, eius ex
fratre patruele nepoti, ac illius descendentibus in-
telligitur restricta ad casum dispositionis inter vi-
2 uos, † non autem vltimæ voluntatis, per illa verba,
fin tanto però ch'essa viuerà naturalmente, vt est text.
apertus *in l. pater filium 36. §. fundum Titianum. ff. de
legat. tertio*, & est celebre consilium Bartoli 76. *num. 7.
vers. me tamen ratio mouet. lib. 1.* Rom. *cons. 476. per tot.*
Dec. *cons. 30. num. 3.* Socin. sen. *cons. 126. num. 8. vers.
nec obstat. lib. 3.* præter alios quamplurimos in de-
cisione relatos.

Veritas autem huius conclusionis non contro-
uertebatur ab informantibus pro Societatibus Ve-
recundorum, & Mortis; sed solum allegabatur, ab
a † hac regula esse recedendum stantibus coniectu-
ris in contrarium, vt tradit Petrus Pecchius *de testa-
mentis coniug. cap. 15. in fin.* Prætendebant autem, con-
iecturas posse desumi ex eo, quòd testator instituit
hæredem Bartholomæam vxorem per hæc verba,
*durante la sua vita naturale fin tanto, ch'essa viuerà, e
conseruerà le conditioni vedouili.* In facultate verò adi-
mendi legata dixit *fin tanto però, ch'essa viuerà natu-
ralmente, & seruerà le conditioni vedouili, come di so-
pra.* Et propterea cùm testator eisdem verbis vsus
fuerit in institutione, & in facultate adimendi lega-
ta, sicut Bartholomæa ex institutione poterat vti
suis rebus relictis, donec vixerit, & vitam vidualem
seruauerit, ita dicta facultas adimendi legata intel-
3 ligenda sit, vt illi † competat donec vixerit, & vi-
tam vidualem seruauerit, nulla facta distinctione,
an id fiat in vita, vel in vltima voluntate, vt aduer-
tit Iason *in cons. 130. sub num. 5. vers. sed præmiss. non
obstante. lib. 4.* Crauett. *consil. 227. num. 13. & sequen-
tib.* Surd. *concl. 10. num. 11. & seqq. & num. 28. & seqq.*
Gabriel. *de fideic. conclus. 9. num. 14. & cons. 10. num. 6.*
Rot. *decis. 10. num. 6. part. 1. recent.* stante præsertim
4 amplissima † verborum generalitate, qua testator
vsus est videlicet (*piena, ampla, & suprema autorità,
facultà sopraintendenza, padronanza, come à lei più pa-
rerà, & piacerà*) sæpius reperita, quæ de sui natura
important facultatem, & licentiam liberam & val-
5 de extensam testatoris voluntatem, quæ † propterea
nullo modo restringi posse videbatur ad casum con-
tractus inter viuos, non autem vltimæ voluntatis,
vt post Socin. sen. *in cons. 133. num. 2. in fin. lib. 3.* tra-
dit Menoch. *lib. 4. præsumpt. 188. num. 8.* Surd. *d. con-
sil. 10. num. 51. & seqq.*

Fuit enim responsum in præsenti casu, quamcum-
que † amplissimam verborum prægnantiam debe- 6
re limitari ad actus inter viuos, stante illa clausula
(*fin tanto però, ch'ella viuerà naturalmente*) præser-
tim ponderando dictionem (*però*) quæ sui natura,
† est restrictiua, & limitatiua, Ruin. *cons. 1. num. 12.* 7
lib. 4. Rota *apud Seraph. decis. 447. num. 3. & in recent.
decis. 140. sub num. 4. part. 3.* Verba enim quantumuis
ampla, & vniuersalia, † restringi debent ad speciem 8
adiectam, Surd. *cons. 151. num. 33.* & in terminis no-
stris, ponderat Bart. *in d. cons. 76.* qui loquitur in casu,
in quo aderant verba, pro libito suæ voluntatis, Natt.
cons. 118. num. 2. ad finem, vbi dicebatur, ea viuente
posset disponere ad libitum, *& sub num. 5. in fine, cum
seq.* vult, hoc procedere non obstante, quod verbum
† disponere denotet vltimam voluntatem, quia quan- 9
do datur alicui facultas disponendi † eo viuente, in- 10
telligitur per actus inter viuos, Cagnol. *in l. fin. n. 246.
post med. C. de pact.* vbi etiamsi dicat, in vita posset di-
sponere, † & quicquid sibi placuerit facere, Alb. *con-* 11
sil. 559. vbi dictum erat, posset pro arbitrio suæ vo-
luntatis disponere de bonis, Crauett. *consil. 426. in
princip. iuncto num. 4. & sequentib.* vbi testator dixerat,
† quod vxor posset liberè disponere prout sibi pla- 12
cuerit, quoad vixerit, *& num. 14. vers. non obstant.* in-
quit, potestatem liberè disponendi; censeri restri-
ctam, & limitatam ad tempus vitæ, & sic ad † actum 13
inter viuos, & ob id non posse illud verbum liberè
operari contra restrictionem expressam testatoris, *&
num. 24.* Giouagn. *cons. 38. num. 18. in fine lib. 1.* vbi di-
ctum erat posset in vita liberè facere velle suum in
totum, vel in parte. Bertazz. *cons. ciuil. 113. num. 4. ad
med.* vbi reseruata erat facultas disponendi, dum vi-
xerit, suo arbitrio; vbique visum est procedere, non
obstan. quod in facultate adsit clausula, *tante volte,
quante à lei più piacerà*, & clausula (*sempre mai*) cum
hæc verba rectè adaptentur † contractibus in qui- 14
bus non minus facultas moderandi, ac minuendi;
verum etiam in totum legata reuocandi, semper, &
toties, quoties potest exerceri, quando reuocans si-
bi talem potestatem reseruat, vt tradunt Paris. *con-
sil. 90. num. 5. & seq. lib. 3.* Anton. Monach. *decis. Bono-
nien. 71. sub num. 97. & seqq.*

Nec placuit, quod illa verba (*fin tanto però che vi-
uerà naturalmente*) referri debeant solum ad vidui-
tatem, quia potius visum est, testatorem voluisse
vtrumque copulatiuè concurrere, nempe, quod dis-
poneret per actum inter viuos, & quod seruaret vi-
duitatem, dum dixit (*fin tanto però, ch'ella viuerà, &
seruerà le conditioni vedouili*) in hoc enim casu copula
(&) † videtur denotare diuersitatem, & requirere 15
concursum copulatorum secundùm Paris. *consil. 95.
num. 6. & 7. lib. 1.* Socin. iun. *consil. 79. num. 13. in fine
lib. 2.* Gabriel. *consil. 90. num. 31. lib. 1.* Surd. *decis. 228.
num. 3.* Rot. *diu. decis. 115. num. 8. part. 1.* & in specie
quod ex conditione mortis, † vel vitæ, non infertur 16
ad conditionem viduitatis, cum vna sit multum
ab altera dissimilis, aduertit Socin. sen. *consil. 5. sub
num. 4. vers. ista conclusio lib. 3.* imò Crauett. *in dict.
consil. 426. num. 6.* loquitur in huiusmodi conditio-
ne, quoad vixerit, adiecta vsufructuariæ, & tamen
firmat restringere facultatem disponendi ad actus
inter viuos. Et ratio differentiæ videtur clara, quia
verba illa (*fin tanto che viuerà naturalmente*) denotant
tempus limitationis ipsius facultatis, alia vero (*&
seruerà le conditioni vedouili*) solum denotant onus
personæ adiectum, & ideo non potest ab vno ad
aliud inferri, † cum diuersa omnino sint loqui de 17
tempore, & loqui de persona; nec visum est releuare,
quod in aliis partibus testamenti sola conditio vi-

duitatis fuerit considerata, quoniam ex illis casibus
longe diuersis, ac diuersas qualitates habentibus,
non licet inferri ad istum, in qoo testator dedit fa-
18 culiàtem vxori minuendi, † & adimendi legata in
parte, vel in totum, præsertim concurrente diuersita-
te rationis, vt per Menoch. *cons.* 220. *num.* 88 Hon-
ded. *cons* 48. *num.* 49. *&* 50. *lib.* 2. cum aliis adductis
per Fusar. *de substit. quæst.* 11. *num.* 3. *& seqq.* Hic autem
casus minuendi, & adimendi legata ooo solum in
qualitate ac ratiooe apparet diuersus ab aliis casibus
in testamento conteotis, sed vlterius fuit ponde-
tatum, quod facultas prædicta alimendi legata
19 † est admodum odiosa, & propterea strictè venit
interpretanda ex Petegr. *de fideicom. art.* 18. *num.* 29.
versic. & quia in hac materia. Vincent. de Franch. *de-
cis.* 169. *num.* 15.

Nec obstat, quod cum Bartholomæa in testa-
mento vsa fuerit clausula(& omni alio meliori mo-
do;) ademptio legati si non valuit in vim testamen-
ti, sustinenda veniat eo modo, qoo sustineri de-
20 buit, fuit enim responsum, illam dictionom †(*alio*)
intelligendam esse de modo simili exptesso, & sic
de dispositione in vltima voluntate, vt bene per Pe-
droch. *consil* 24. *num.* 1. *&* 2. Surd. *consil.* 77. *num.* 27.
Atque hic sensus redditut indubitabilis, cum ex eo
quod Bartholomæa manifestè credidit, ademptio-
nem valere in vltima volontate, & sic clausula(om-
ni meliori modo) secundum ipsam non potest ve-
rificari de alio actu, quam vltimæ voluntatis, dum
ipsa etiam post testamentum, in quo dicta claosula
21 continebatur, † fecit aliam ademptioneio per viam
codicillorum, & non per actus inter viuos, Surd.
decis. 7. *num.* 27. *&* 28. Menoch. *consil.* 415. *num.* 22.
Tum quia in testameuto, non apposuit simpliciter,
& absolutè clausulam(omni alio meliori modo)sed
dixit (*e questa dice esser la sua vltima voluntà la qual
vuole, che vaglia per raggione di codicillo, dichiaratio-
ne, e in ogn'altro miglior modo*) & sic voluit dictam vl-
timam voluntatem valere omni alio meliori modo,
22 oon autem per dispositionem inter vioos; † nam il-
lud relatiuum (*quale*) restringit dispositionem, tam
in substantia, quam in qoalitate, Motor. *consil.* 5.
num. 5. 6. *&* 7. Cephal. *consil.* 636. *num.* 5. *& seqq.* Me-
noch. *cons.* 177. *num.* 22. *ad fin.* Vltra quod fuit etiam
consideratum clausulam, (& omni meliori modo)
23 oon posse referri † ad speciem diuersam, quando
non fuit seruata forma præscripta, Gemin. *in cap.* 1.
num. 3. *de postulat. Prælat. in* 6. Grat. *cons.* 70. *num.* 19.
lib. 1. Eugen. *consil.* 92. *num.* 25. *lib.* 2. Bertazz. *cons. ci-
uil.* 65. *num.* 15. Seraph. *de priu. iuram. priu.* 98. *num.* 4.
Ioan. Griuell. *dec. Dolan.* 126. *num.* 26. *ad finem*, & ideo
cum Bartholomæa haberet limitatam facultatem
disponendi io contractibus, non autem in vltima
voluntate, vt supra dictum est, ex quo verba illa
24 † (*fin che viuerà*) importaut conditionem, Bertaz-
zoll. *cons. ciuil.* 113. *num.* 6. *& seqq.* Cauagn. *consil.* 25.
25 *num.* 1. *lib.* 1. & conditio regulariter † formam iodu-
cat ex cumulatis à Peregr. *de fideicom. art.* 16. *num.* 120.
& seq. Propterea forma oon seruata actus nullo mo-
do sustinetur.

Secundò, principaliter visum est sobsistere aliud
fundameotum decisionis, quod scilicet facultas adi-
26 mendi legata, verbis qoaotomque amplissimis † coo-
cessa intelligatur dummodo booa fide, & non ma-
lo animo fiat, iuxta *consil. Rom.* 476. *num.* 4. *versic. ca-
terum*, vbi data erat amplissima & libera facultas.
Paris. *cons.* 95. *num.* 73. *& seqq. lib.* 2. Corn. *consil.* 140.
num. 8. *& seqq. lib.* 2. Meooch. *cons.* 226. *num* 29. cum
aliis in decisiooe relatis.

In casu autem præsenti odium Bartholomææ vi-
sum est euidenter patere, tam ex prohibitione con-
cordiæ iniendæ cum Ludouico, qood est † præcep- 27
tum per se malum, contra bonos mores, Socin. iun.
cons. 32. *num.* 13. *lib.* 3. Quàm etiam ex præcepto non
locandi domum prædicto, eiusque filiis, etiam si
offerrent maiorem pensionem, quam alij, ex quibus
actibus mala volontas Bartholomææ clare detegi-
tur; præsertim cum ex prædicta prohibitione dam-
num manifestum locis piis resultaret, vt in decisio-
ne ponderabatur, de quo etiam Bartholomææ odio
aduersus Ludouicum, & filios, noo minus visom 28
est constare ex restibus, † qui deponunt de miois
præcedeotibus, Gabriel. *consil.* 81. *num.* 11. *lib.* 2. Me-
ooch *consil.* 226. *num.* 95. *& sequent.* Non obstante,
quod opponeretur testes prædictos non percutere
tempus aote testamentum, cum ex eorum depo-
sitione præsertim iunctis articulis constet de con-
trario, & signanter dum depoount de dicto odio
ante matrimonium, quod celebratum fuit per ali-
quos menses priusquam Bartholomæa conderet te-
stamentum.

Nec prædictis visum est contrariari auctoritas,
Surd. *in consil.* 10. *sub num.* 50. quia non loquitur io
terminis nostris, † sed de grauato restituere quic- 29
quid superetit tempore suæ mortis, & Surd. ibi di-
cit eidem reseruari quartam pro fideicommissario,
quod quidem nihil habet commune cum faculta-
te adimendi legata, † quæ tacitam habet conditio- 30
nem, dummodo booa fide fiat. Minus autem vide-
tur vigere auctoritas Ploti *in consil.* 54. quia clare
† loquitur in legatario, qui intulit iniuriam vxori 31
testatoris legantis, quæ iniuria nullatenus à Ludo-
uico illata fuit Bartholomææ, nec de ea oullo mo-
do docetur. Nec releuat Card. Mantic. *in tit de con-
iect. lib.* 12. *tit.* 5. *num.* 10. Ibi enim dicit censeri adem-
ptum legatum per testatorem ipsum, quando su-
peruenit inimicitia † ipso viueote, etiamsi ab ipso 32
præcesserit, quia præsumitur eum pœoituisse, sed
oon dicit, quod facultas data alteri adimendi lega-
ta intelligatur data etiam ex causa odij † graois pro- 33
ueniente ab eo cui talis facultas concessa fuit, vt suc-
cessit in casu nostro.

Et sic parte vtraque, &c

a Est decisio 104. part. 7.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Alimentorum.

Die Veneris 30. Ianuarij 1637.

ARGVMENTVM.

In hac decisione firmatur, quod patruus nepotem, & è conuerso nepos patruum alere tenetur, & demonstratur quod hoc sancitum non solum est de iure Cæsareo, sed etiam Pontificio, quinimo iure etiam diuino. Grauiter, & doctissimè materia ista hic declaratur à tam celeberrimo, & clarissimo Auditore, iuris fonte vbertimo.

SVMMARIVM.

1. *Alimenta præstandi onus in linea collaterali non excedit primum gradum.*

2. *Patruus*

2. *Patruus nepotem, & è contra nepos patruum alere non tenetur, & hoc ea ratione, quia id nullo iure cauetur num. 3. contrarium vide num. 44.*
4. *Patruus nepotem & è conuerso nepos patruum egentem alere tenetur.*
5. *Et ista opinio est iuri, & æquitati consentanea, & est verior, & æquior, immò æquissima, vt num. 6. & 7. & ita varia suprema Tribunalia tenuerunt, vt num. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. atque pluribus testibus fulcitur num. 14.*
15. *in L. si quis à liberis ff. de liber. agnoscend. verbum illud* (parentes) *omnino referri videtur ad patruum, & vide num. 25.*
16. *Verbum* (cæterosque) *alias personas præter expressas includit.*
17. *Abauus, vel atauus, atque abnepos vel atnepos, impossibile videtur quod superuiuant.*
18. *Pronepos proauo viuente nasci, seu concipi non solet.*
19. *Patruo nomen illud parentis optimè adaptatur.*
20. *Nepos parricidium dicitur perpetrasse, pœnaque parricidij punitur, si patruum occidat.*
21. *Parentis nomen tripliciter sumitur, primò strictissimè, & sub eo veniunt tantum ascendentes, vsque ad tritauum, secundò strictè, & comprehendit agnatos.*
Tertiò largè, & veniunt agnatos, & cognatos.
22. *Parentis nomen in collateralibus consanguineis verificatur.*
23. *Parentis nomen etiam ad consanguineos, & cæteros coniunctos refertur.*
24. *in Alimentis præstandis Iudex perpendere debet vota singulorum, in quibus æquitas, & charitas concurrit.*
26. *Ratio legis, quando est generalior dicto, illud semper extendit, & ampliat.*
27. *Ampliatio ex generalitate rationis admittitur etiam in odiosis, & exorbitantibus.*
28. *Alimentorum materia fauorabilis est, & ideo in ea est admittenda ampliatio.*
29. *in Alimentorum materia potius est admittenda superfluitas, quam quod quis debitis priuetur alimentis, etiam quod interpretatio contra ius fuerit.*
30. *Alimentorum legatum relictum alicui, quoad cum aliquo moratus fuerit, debetur etiam mortuo eo, cum quo legatarius morari tenebatur.*
31. *Alimenta à nepote eius patruo, & è conuerso debentur ex dispositione iuris Canonici.*
32. *Clericorum bona pauperum esse dicuntur.*
33. *Clericus alimenta præstare tenetur suæ amitæ pauperi, non quidem ex eo, quod bona clericorum sint pauperum, sed ratione propinquitatis, & sanguinis coniunctionis.*
34. *Coniuncti ad vitæ subsidia inter se præstanda tenentur.*
35. *Proximus sanguinis proprij non sunt despiciendi, si egere cognoscatur.*
36. *Coniunctis melius est, vt quis subueniat, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitatis.*
37. *Nepos patruo alimenta etiam in foro conscientiæ præstare tenetur.*
38. *in Alimentorum materia etiam in foro ciuili, & in terris Imperij ius Canonicum seruandum est.*
Egeno cuilibet est subueniendum, ibid.
39. *ex Familia sua nato qui non subuenit, fidem negat, ac infideli deterior efficitur.*
40. *Patruus, est persona valde coniuncta.*
41. *Patruus in sacris litteris sæpissimè sub nomine fratris nuncupatur, & num. 43.*
42. *Soror etiam dicitur, quæ est filia fratris.*
45. *Lex, si in aliquo casu non prospexisset, tunc ratio naturalis, ipsaque rei æquitas vim legis habet, ac pro lege allegari potest.*
46. *in Iudicando magis æqua est tenenda sententia, quãuis contraria sit magis communis.*
47. *Rota ex inueterato stylo in opinionum conflictu æquiorem solet amplecti sententiam.*
48. *Nepos, à quo alimenta petuntur, si sit Comes, vel Marchio, tunc enim ne patruus in Comitatus, seu Marchionatus opprobrium mendicare cogatur, alimenta sunt omnino concernenda, & num. 61.*
49. *Personis legitimatis iura minus fauent, quam legitimis.*
50. *in Successionis materia legitimus naturali præfertur.*
in Alimentorum materia illegitimus non differt à legitimo, ibid.
51. *Patruo etiam naturali debentur alimenta, & hoc præcipuè, quando procedis ex nobili prosapia, n. 52.*
53. *Patruus non tenetur dotare neptem, sed ista opinio est admodum controuersa.*
54. *Alimentorum materia est magis priuilegiata, & vrgentior, quam causa dotis.*
55. *Dos cui non debeatur, multæ sunt personæ, & tamen debentur alimenta.*
56. *Filius non tenetur dotare matrem.*
57. *Filius matri tenetur præstare alimenta.*
58. *Dotare tenetur, ergo tenetur alere, hoc argumentum sic affirmatiuè sumptum validum est, sed secus, si negatiuè concipiatur, veluti non tenetur dotare, ergo nec tenetur alere.*
59. *Opinio eorum Doctorum contra quos stat verior, æquior, & receptior sententia, non est attendenda.*
60. *Doctores, qui asserant, quod patruus alimenta nepoti præstare non tenetur, & è conuerso, reijciuntur.*
62. *Alimenta nepoti, quod non debeantur à patruo, fuit decisum Bononiæ.*
63. *Siluan. in consil. 33. reijcitur.*
64. *Exemplis non est iudicandum.*
65. *Alendi onus transit ad hæredem, & quemcumque possessorem bonorum.*
66. *ob Alimentorum specialem fauorem sola triennalis præstatio obligat ad eadem alimenta in futurum præstanda.*
67. *Alimenta, quando quis alicui tenetur præstare, non est curandum vnde bona prouenerunt.*
68. *Alimenta, quando sunt præstanda non attenditur an quis aliquo exercitio possit sibi victum quærere, & hoc propter fragilitatem humanæ potentiæ.*
Sed videndum est, an habeat tot in bonis, ex quibus decenter viuere possit, num 68.
69. *Alere, quando quis aliquem tenetur, Iudex potest illum condemnare ad assignanda bona, ex quorum redditibus alimenta ille percipiat.*
70. *in Alimentorum quantitate taxanda, quid sit considerandum.*

DECISIO CXXXVI.

CVm aliàs Dominos Marcus Bonellus egisset coram A. C. contra Dominum Antonium Pium Marchionem Cassani prædefunctom eius germanum fratrem pro alimentorum præstatione, obtinuit ea decerni ad menstrua scuta duodecim, sed in gradu appellationis sententiam Rotalem reportauit, qoa Dominus Marehio fuit condemnatus ad præstandum sibi dicta alimenta ad rationem scutorum viginti menstruorum, quæ sententia vti in iudicatum

transacta, fuit etiam coram me exequutioni deman-
data pro alimentis decursis vsque ad obitum eius-
dem Marchionis.
Cumque Dominus Marcus instaret sibi assignari
aliquod corpus pro dictorum alimentorum conse-
quutione, versaque vice modernus Marchio filius,
& hæres dicti q. Marchionis Antonini prædictæ
assignationi se opponeret, quinimo contenderet se
ad præstationem dictorum alimentorum non tene-
ri, dubitaui, an & ad quam summam esset faciendum
dictum assignamentum.
Et quoad primam inspectionem attinet, Domi-
ni præmittebant dictum modernum Marchionem
teneri præstare alimenta dicto Marco eius patruo;
nam licet iuxta quorundam Doctorum sententiam
1 onus præstandi alimenta in † linea collaterali præ-
tendatur non excedere primum gradum, sicque pa-
2 truus nepotem, & è conuerso † nepos patruum ale-
re non teneatur, prout tenuerunt Odofred. *in l.2. num.1. post med. versic. sed inter collaterales, C.de alen. liber.* Cordub. *in l.si quis à liberis, §. idem rescripsit, num.108.& seqq* vbi de patruo erga filios fratris præ-
defuncti, *& num.125. vers. ex superiori, & num.126.*
vbi de filiis fratris erga patruum, *ff. de liber. agnosc.*
Molin. *de primog Hispan.lib.2.cap.15. num.67. iuncto versic. sed quamuis.* Emanuel à Costa *select. interpr. lib.2. cap.25. num.2.* Garz. *de expens. & melior. cap.3. num.35. versic. sed verius.* Barbos. *in l.1.quæst.4 n.142. vers. quinimo, ff. solut. matrim.* Siluan. *consil.33.num.12. vers. quidquid tamen sit.* Riminald. iun. *consil. 777. num.15. vers. prædictis tamen non obstantibus, volum.7.*
Vincent. de Franch. *decis.178 à num.2. vsque in finem.*
Marilian. *decis. 99. num.2. & 3.* Mastrill. *decis. 85. num.19. & 30.* Ioan. Baptist. Latte. *decis. Granaten. disput. 47. num.15. & seqq.* qui omnes eo præcipuo
3 mouentur fundamento, † quod nulla lege cautum
reperiatur, quòd patruus nepotem, & è conuerso ne-
pos patruum alere cogatur, eamque sequuta fuisse
videtur. Rota *in Romana demus* 20. *Nouembr.* 1630.
coram R.P.D. meo Ghislerio, quæ est decisio 408.num.12. vers quia contrarium, part.5. recentior.
Contrarium tamen sententiam egregiè defen-
sam à Domino Aduocato Eusebio de Eusebiis vna-
nimiter à Dominis commendato, vti veriorem,
æquiorem, ac magis receptam, nimirum, quod pa-
4 truus † nepotem, & è conuerso nepos patruum
egentem alere teneatur, Domini absque difficulta-
te amplexi fuerunt, quam communiter sequuntur
Crot. *in l. filiusfamilias, § Diui, num.30. in fin. ff. de leg.1.* Rip. *ibid. num.4.* Ferdinand. Loaz *ibid. num.96.*
Bolognet. *in l.1. num. 134. in fin. ff. solut. matrimon.*
Honded. *consil. 79. num.25.* vbi etiam veriorem te-
statur, *& num.27. lib.2.* Marcambt. *consil.110.num.62.*
Pontan. *de alimen. cap.10. num.2. in fin. vers. eademque de causa.* Colet. *eod. tract. de aliment. lib.1. cap.9. num.28. & seq.* vbi sex efficacibus comprobat ratio-
5 nibus, *& num* 30. iuri, † & æquitati consentaneam
sententiam appellat. Surd. pariter *de aliment. tit.1. quæst.18. num.1. & 6. propè fin.* veriorem testatur, *& num. seqq. vsque ad finem quæstionis.* Roderic. Aluarad.
de coniect. ment. defunct. lib.2. cap.2. §.1. sub num.73. vers. moueor etiam, idemque sensit lib.3. cap.1. num.2.
vbi etiam in foro animæ, ipsum teneri comprobant.
Fachin. *controu. iur. lib.12. cap.61. à versic. contrariam*
6 *sententiam*, vbi etiam hanc † æquissimam appellat
sententiam, ad obiectaque contrariæ opinionis re-
spondet. Io. Baptist. Costa *de remed. subsid. remed.66. num.4. in fin. à vers. qui verè loquitur.* Afflict. *super 3. libr. feud. rubr. 28. de natura success. feud. sub num.40.*
circa med. sub vers. item si iure Francorum, & sub vers. nec obstat, quod dictum est suprà. Odd. *de fideicommiss. & prohibit. alienat. quæst. 39. num.23.* Castill. *quotid. controuers. lib.4. part.4. de coniectur. vlt. volunt. cap.61. num.52. & 53. vsque ad vers. quoad quartum verò,* vbi
latissimè comprobat, & ad obiecta partis aduersæ
respondet, ac veriorem, † & æquiorem affirmat 7
Mart. *de iurisdict.4. part. casu 23. num.22. & seq.* Io-
seph. Ludouic. *decis. Lucen.62. num.36. part.1.* Mar-
tin. Monter. à Cueua *decis. Aragon.16 à num.6. vers. secundo pro hac sententia, & plurib. num. seqq & ferè per tot. decis.* Giurb. *decis.5. num.14. & seqq.* vbi pluribus
rationibus, & auctoritatibus confirmat, ac veriorem
testatur, idemque sentiunt Aloys. Ric. *in addit. ad Vinc. Franch. d. decis.178. ante vers. ex supradictis igitur, in verb. & nota quod non tantum, & in fine additionis.* Angel. *in Auth. res quæ, sub num.2. vers. & ideo non mirum, C. commun. de legat.*
Et pro hac sententia pluries iudicatum † fuisse in 8
variis Tribunalibus, vt in supremo Castellæ con-
uentu testatur Monter. à Cueu. *d. decis.16. num. 11. in fine, & num.12.* Giurb. *d. decis.5. num.14.* Molin. *de primog. Hispan. d.lib.2. cap.15. num.72.*
In alio supremo Castellæ Senatu † iudicatum af- 9
firmat Castill. *de coniectur. vltim. volunt. d.cap.61. sub num.53.*
In Regia Aragonen. Audientia † testantur Mon- 10
ter. à Cueu. *d. decis.16. num.11. & 12.* & Castill. *de coniect. d.cap 61. sub num.53. à vers. quæ Senatus illius.*
In supremo Consistorio Regni Siciliæ † omnium 11
voto decisum testatur Giurb. *d.decis.5. num.14. & in fine decis.*
In sacro Consilio Neapolitano † decisum ex re- 12
scripto Cæsareæ Maiestatis affirmat Mart. *de iurisd.4. part. casu 23. num.22. & seqq.*
Et hanc sententiam fuit amplexum hoc sacrum
† Tribunal, & signanter *in Romana alimentorum* 13. 13
Iunij 1613. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & nouissimè in Romana dotis* 14. *Martij* 1635. *coram R. P. D. meo Merlino.*
Quæ sententia pluribus quoque fulcitur † texti- 14
bus tam iuris ciuilis, quàm Canonici, iuris siquidem
ciuilis, *in l. si quis a liberis, sub vers. vtrum autem, ff. de liber. agnosc.* ibi, *cæterosque virilis sexus parentes alere cogatur*, quod verbum, *parentes*, ad patruum
† omnino referri visum fuit, quandoquidem Domi- 15
ni aduertebant, Imperatorem de patre, auo, vel
proauo ibi non intellexisse, ex quo illos nominatim
expresserat; vltra quod verbum illud, cæterosque
† alias personas præter expressas includit, ad abauum 16
vero, & atauum referri minimè posse, quia impos-
sibilis videtur casus, quòd abauus, † vel atauus, at- 17
que abnepos, vel atnepos eodem tempore superui-
uant, vt in minus fortioribus terminis, quod nec
quidem pronepos proauo viuente † nasci, seu con- 18
cipi soleat, benè considerat Socin. sen. *consil.10. sub num.10. & 11. volum.3.*
Vnde pernecesse ad patruum referri debet, præ-
sertim cum patruo † illud nomen parentis optimè 19
adaptetur, vt est textus clarus *in l. sororis proneptem, quæ est 39. ff. de rit. nuptiar.* & de amita, est textus *in §. item amitam, Instit. de nupt.*
Hinc videmus, quod nepos parricidium † dici- 20
tur perpetrasse, pœnaque parricidij punitur si pa-
truum occidit. *l.1. ff. ad l. Pompr. de parricid.* Menoch.
consil. 810. *num.1.* & faciunt tradita per Alex. Tren-
tacinq. *consil.72. vol.2.* vbi tripliciter nomen paren-
tis intelligi ait, † primo sub eo strictissimè venire 21
solos ascendentes vsque ad tritauum, secundo strictè
compre

comprehendi agnatos, tertiò largè venire agnatos,
& cognatos, & nomen parentis quandoque etiam
22 † in collateralibus consanguineis verificari; & quod
nomen parentis etiam ad consanguineos, & cæte-
23 ros coniunctos † referatur tradunt Aymon. *cons.* 80.
*num.*11.Iass.*in l.*1.*§ prætor ait.num.*1.*ff.de in ius voc.* An-
gel.*in §.œconomus.versus finem.vers.vltimo nota. Auth.*
*de alien.& emphyt.*Rota *decis.*492.*num.*1. *versus finem*
*part.*3. *in recent.*

Qui intellectus fortius comprobatur ex aliis se-
quentibus verbis eiusdem text. *in d.l. si quis à liberis,*
ibi, *& cum ex æquitate hæc res descendat, charitateque*
sanguinis singulorum desideria perpendere Iudicem opor-
24 *tet*; vnde cùm Iudex in præstandis † alimentis per-
pendere debeat desiderium singulorum, in quibus
æquitas, & charitas sanguinis concurrit, vtique pa-
truo iam coniuncto erunt alimenta per eum decer-
nenda, & propterea quando etiam patruus præce-
25 denti verbo, † parentum, non esset comprehensus,
nihilominus sub hac ratione æquitatis, & charitatis
sanguinis ab Imperatore allata comprehendi debe-
26 ret, nam quando ratio legis est generalior † dicto
illud semper extendit, & ampliat Surd.*cons.*67. *n.*21.
*& cons.*96.*num.*20.Tiraquell.*in tract.cessan.caus.part.*1.
*num.*154.*& seqq.*Rota *in Viterbien.Castrorum* 21.*Iunij*
1628. *coram Reuerendiss. D.meo Decano.* Cumque am-
27 pliatio propter generalitatem † rationis admittatur
etiam in odiosis,& exorbitantibus, Surd.*cons. sub eo-*
*dem num.*21. Tiraquell. *ibidem num.* 158. facilius in
28 hac materia alimentorum, † quæ fauorabilis est,
admitti debet.Decian.*cons.*48.*num.*22.*lib.*5.Peregrin.
*de fideicommiss. art.*42. *sub num* 87. Cum in ea potius
29 sit admittenda superfluitas, † quam quod quis de-
bitis priuetur alimentis, etiam quod interpretatio
contra ius fieret, vt per optimum textum *in l.*1. *C.de*
*legat.*tradit Gratian.*discept.*104 *num.*65.Rot.*dec.*203.
*num.*5. *part.*2. *diuers.* & facit textus *in l. Caio Seio. §.*
Imperator. ff. de alim. & cibar. legat. Vbi legatum ali-
30 mentorum † relictum alicui quoad cum aliquo mo-
ratus fuerit, Imperator fuit interpretatus, deberi
etiam mortuo eo, cum quo legatarius morari te-
nebatur.

Ex dispositione etiam iuris Canonici hæc ali-
31 menta † à nepote eius patruo, & è conuerso debe-
ri probat primo text. *in cap.*1. *verb.amitam.de cohabit.*
*cleric.*ibi, eis quæ sunt necessaria subministrent, qui
32 textus licet loquatur de † clerico, cuius bona pau-
perum esse dicuntur, nihilominus illum teneri præ-
33 stare alimenta suæ amitæ,non † quidem ex eo,quod
bona clericorum sint bona pauperum, sed ratione
propinquitatis, & sanguinis coniunctionis, iuta in
eodem *cap. & glos.allegata* satis demonstrant, vt ad-
uertit Coler. *de alim. d. lib.*1. *cap.*9. *num.*28. *sub vers.*
secundò probatur, vbi refellit Cordub. de Lara *qui in*
*d.l si quis à liberis, §.idem rescripsit. num.*107. *d.text.in*
*cap.*1. *eludere conatur.*

Secundò probat textus *in cap.cùm quidam. § final.*
de iur. iuran. vbi Bald. *num.*3. & Felin. *num.*9. *in fin.*
34 aiunt coniunctos † ad vitæ subsidia inter se præstan-
da teneri, vt per hunc etiam text. alimenta patruo
deberi firmat Surd. *de alim. d. tit.*1. *quæst.*28. *num.*3.
Monter. Cueu. *d.decis.*16. *num.*10. *& seq.* Giurb. *d. de-*
*cis.*5. *num.*17. *vers.iure autem Canonico,* & dixit Rota
in d.Romana alimentorum. vers.quibus non obstat.coram
Patriarcha Manzano.

Tertiò, & clarius id probat text. *in cap.est proban-*
35 *da. distinct.* 86. ibi, proximos, † seminis tui † non
36 despicias, si egere cognoscas, melius est enim, vt
37 ipse subuenias tuis, quibus † pudor est ab aliis sum-

ptum deposcere, aut alicui postulare subsidium ne-
cessitans, per quem textum etiam in foro conscien-
tiæ nepotem patruo alimenta præstare debere do-
cet Roderic. Aluarad. *de coniect. mem. defunct. d. lib.* 3.
cap. 1. *num...*

Quod ius Canonicum in hac materia alimento-
rum † seruandum esse etiam in foro ciuili, & terris 38
Imperij firmant in specie, Giurb. *d. decis.*5. *num.*17.
& 24. Monter. à Cueu. *d.decis.*16. *sub num.*14. *& in d.*
Romana alimentorum coram Patriarcha Manzanedo, &
in d. Rom. dotis coram R. P. D. meo Merlino.

His accedat auctoritas sacrarum literarum, quæ
iubent, vt cuilibet egeno subueniamus, vt *in Prouerb.*
5. *vers.*16. *& Luca* 6 *vers.*38. necnon auctoritas Apo-
stoli 1. *ad Timoth.*5. dum ait, eum, † qui ex sua fa- 39
milia nato non subuenit, fidem negare, ac fideli de-
teriorem effici, prout per dictas auctoritates hanc
sententiam comprobat, idem Coler. *d.cap* 9 *num.*28.
vers.quintò adduci potest.

Potissimè cum versemur in persona adeo coniun-
cta, qualis † est patruus, qui in ipsis sacris literis 40
sæpissimè sub nomine fratris nuncupatur, vt signan-
ter videmus *in Genes. cap.*13. *num.*8. vbi cum Abra-
ham loqueretur cum Loth, qui erat filius sui præde-
functi fratris, vt patet ex *cap.*12. *sub vers.Tulitque Sa-*
rai vxorem suam, ait, ne quæso sit iurgium inter me
& te, † & inter Pastores meos, & Pastores tuos, fra- 41
tres enim sumus, *& in eadem Genesi cap.*29. *num.* 15.
Vbi cum Laban patruus loqueretur cum Iacob ne-
pote, inquit, num quia frater meus es, gratis mihi
seruies? Idemque probatur ex *cap.quæritur* 22. *quæst.*2.
ibi, soror enim dicitur, quia filia fratris † erat: Vnde 42
si ista sint clara, quod fratrem pauperem quis ale-
re tenetur, & ad fauorem D. Marci firmauit, Rota
*decis.*92. *part.*5. *diuers.* Cur non idem dicendum de
patruo, qui † etiam in sacris litteris tanquam frater 43
recognoscitur, & nuncupatur?

Et hinc corruit præcipuum contrariæ opinionis
fundamentum ex eo desumptum, quod nulla † lege 44
cautum sit à patruo nepoti, & è conuerso hæc ali-
menta deberi, cum id, nedum iure Cæsareo, sed
etiam Pontificio, quinimo iure etiam Diuino appa-
reat esse sancitum.

Præterea & quando ius scriptum in huiusmodi
casu in specie non prouspexisset, ipsa ratio † natura- 45
lis, ipsaque rei æquitas vim legis haberet, ac pro le-
ge allegari posset, vt in puncto aduertunt Facchi-
ne. *controuers. d. lib.*12. *cap.*61. *versus finem. vers. ideo*
non obstat. Castill *de coniect. vltim. volunt. cap.*61. *sub*
*num.*53. *sub vers. & non obstare quod lex, & sub vers.*
cuius etiam rationem. Surd. *de alim. dict. tit.*1. *quæst.*28.
*num.*7. *& seqq.* Monter. à Cueu. *d.decis.*16. *num.*9. *&*
*sub num.*12. *& sequentib.* Giurb. *d. decis.*5. *num.*16. *&*
*num.*23. & aliis omissis Rota *in d. Romana dotis coram*
D. meo Merlino.

Quapropter ab hac sententia non minus iuribus
fulcita, quam rationibus à prædictis Doctoribus,
signanter à Colerio relatis, quamve Doctores com-
muniter, & inter alios Pontanus, Colerius, & Sur-
dus, qui ex professo hanc materiam alimentorum
tractarunt, vti veriorem & æquiorem sequuntur, &
iuxta quam tot suprema Tribunalia iudicarunt, vi-
sum fuit non esse recedendum, maximè † cum in 46
iudicando magis æqua sit tenenda sententia, quam-
uis contraria esset magis communis, Honded. *con-*
*sil.*59. *num* 67 *lib.*1. Port. Imol. *cons.*42. *num.*3. Cephal.
*cons.*93. *num.*6. *lib.*1. *& cons* 766. *num.*17. *lib.*2. Lan-
cell. Gall. *cons.*112. *num.*10.

Tanto magis in hoc Sacro Rotæ Auditorio, quod

47 ea inueterato ſtylo in opinionum conflictu † æquio-
rem ſolet amplecti ſententiam, vt dixit Rota in Ari-
min. legitime de Scarponibus 3. Maij 1627. coram Reue-
rendiſſ. Vrgellen.

Additur ea abundanti multo magis præfatam opi-
nionem recipiendam, quando vt in huiuſmodi caſu
nepos à quo alimenta petuntur, eſt Comes, vel Mar-
48 chio, tunc enim † ne patruus in Comitatus, ſeu
Marchionatus opprobrium mendicare cogatur, ali-
menta eſſe omnino decernenda admittunt, etiam
contrariæ opinionis ſequaces, vt in ſpecie declarat
Caſtill. de coniect. vltim. volunt. d. cap. 61. ſub num. 53.
verſ. ſtatim tamen, vbi idem ſenſiſſe teſtatur Cordub.
de Lar. in d. l. ſi quis a liberis. §. ſi mater. num. 53. de liber.
agnoſc. & idem ex contrariæ partis ſequacibus Lartea
d. deciſ. Granaten 47. ſub num 23. poſt med. verſ. nec ha-
beat adiunctam dignitatem, & 50. in fine, & Maſtrill.
d. deciſ. 85. num. 35. & ſeqq. lib. 1. vbi etiam quod Con-
ſiſtorium determinauit patruo naturali annua ſcuta
trecenta, & vlterius quod reſolutio ab vtraque par-
te fuit approbata.

Et ſic non obſtat, quod verſemur in patruo na-
49 turali legitimato, cui † iura minus fauere ſolent,
quàm legitimo, quoniam omiſſo, quod iura, & Do-
ctores ſupra allegati indiſtinctè loquuntur, fuit re-
ſponſum, id procedere in materia ſucceſſionis, in
50 qua † legitimus naturali præfertur, ſecus autem in
materia alimentorum, in qua naturalis à legitimo
non differt, Lup. de illeg. & natur. reſtit. liber. com-
ment. 2. §. 1. num. 8. & ſub num. 28. Fontanell. de pact.
nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 1. num. 77. Surd. de alim. tit. 1.
quæſt. 25. num 31. ad finem, & tit. 7. quæſt. 9 num 3. Pa
leott. de noth. & ſpur. cap. 38. in fine, Grat. diſcept. 567.
51 num 26. tom. 3. & in ſpecie, quòd etiam patruo † natu-
rali debeantur alimenta firmat Maſtrill. d. deciſ. 85.
num. 35. & ſeq. lib. 1. & fuit reſolutum in d. Romana
alimentorum 15. Iunij 1613. coram Patriarcha Manza-
52 nedo. Præcipuè quando prout † hic patruus ea no-
bili proſapia deſcendit, vt ponderat idem Maſtrill.
d. deciſ. 85. num. 35. & ſeqq. vbi ſub num. 79. ait idem
procedere ex maxima æquitate.

Minus obſtant Doctores in contrarium allegati,
nempe Alexand. in l 1 num. 20. verſic. quid de patruo.
Rip ibidem poſt Angel. & Imol. num. 86. ff. ſolut. ma-
trim. Afflict. in conſtit. Regni lib. 3. de ſucceſſ. nobil rubr.
24. num. 39. Bald. Nouell. de dot. 6. part. princip. 16 ſpe-
cial. num. 5. verſ. quid autem in patruo. Campeg. de dot.
part. 1. quæſt. 29. Pariſ. conſil. 16. num. 79. lib. 2. Quia
prædicti non loquuntur in caſu alimentorum, ſed in
caſu dotis, ex quo aſſerunt, quod patruus non tene-
53 tur dotare † neptem, quæ concluſio vltra quod eſt
admodum controuerſa, cum non deſint contrarium
ſentientes, vt ſignanter Bolognett. in d. l. num. 134.
in fine ff. ſolut. matrim. & alij, ac tanquam talis à Ro-
ta non admiſſa in d. Romana dotis coram D. meo Mer-
lino, & in alia Romana dotis 16. Iunij 1635. coram D.
meo Pirouano.

Ex ea male infertur ad caſum alimentorum, quo-
54 rum † cauſa magis priuilegiata eſt, & vrgentior,
quàm cauſa dotis, Peregrin. de fideicommiſſ. art. 42.
num. 87. Dec. in l ſi certis annis num. 8. C. de pact. Natt.
conſ. 410. num. 15. Gratian. diſcept. 842. num. 33. Giurb.
d. deciſ. 5. ſub num. 40. verſ. ſed diuerſa. Montet. à Cueu.
d. deciſ. 16. num. 16.

Et argumentum de alimentis ad dotem, quo di-
cti Doctores contrariæ opinionis ſequaces vtuntur,
multis confunditur exemplis, nec ſemper conclu-
55 dit, cum † multæ ſint perſonæ, quibus non debetur
dos, & tamen debentur alimenta; filius enim non
tenetur † dotare matrem, l. 1. §. præterea. ff. de tutel. & 56
ration. diſtrah. l. tutor, ſecundum. §. fin. de adminiſtr. tu-
tor. Iaſ. in Auth. res quæ. num. 9. C. comm. de legat. Surd.
de alim. tit. 1. quæſt. 28. num. 9. in fin. & num. 10. Montet.
à Cueu. d. deciſ. 16. ſub num. 10. Eum tamen † tene- 57
tur alere d. l. ſi quis à liberis. ff. de liber. agnoſc. l. tutor.
§. fin. de adminiſtr. & pericul. tutor. cum aliis ſimi-
libus caſibus, qui per dictum D. Aduocatum affe-
rebantur.

Propterea licet valeat argumentum affirmatiuè
ſumptum, tenetur dotare, † ergo tenetur etiam ale- 58
re, non tamen valet negatiuè ſumptum, videlicet
non tenetur dotare, ergo nec alere, vt in terminis
affirmant Fachin. controuerſ. iur. lib. 12. cap. 61. in fin.
Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 28. ſub num. 9. à verſ. ſecundo
reſpondeo. Ioan. Bapt. Coſta de remed. ſubſid. remed. 66.
num. 5. Montet. à Cueu. d. deciſ. 16. num. 11. & 20. Giurb.
deciſ. 5. num 42.

Et ſic minus releuant cæteri prædicti Doctores;
tum quia contra ipſos ſtat verior, magis æqua, † & 59
magis recepta ſententia, vt ea prædictis apparet;
tum quia mouentur ea non ſubſiſtenti ratione quod
non reperiatur iure cautum patruo alimenta a ne-
pote, & è conuerſo deberi, cuius contrarium liquet
ex deductis vel mouentur auctoritate prædictorum,
qui in terminis dotis loquebantur, non autem ali-
mentorum, quæ vrgentiora ſunt, & magis priuile-
giata, tum demum cum illi communiter reiiciantur,
nam † Odofredus, vltra quod perfunctoriè lo- 60
quitur, & ſolum tangit ius alendi, etiam inter Col-
laterales primi gradus procedere, nec aliud aſſerit,
communiter reiicitur à Colerio, Surdo, Fachineo,
Giurba, Monterio ſupracitatis. Emanuel à Coſta
confutatur à Colerio de alim lib. 1. cap. 9. num 27. &
à Giurba deciſ. 5. num. 11. Molina de primogen. reiici-
tur à Roderico Aluarado de coniectur. ment. defunct.
lib. 2. cap. 2. § 1. ſub num. 73. à Caſtillo de coniect. vl-
tim. volunt. cap. 61. ſub num. 53. præſertim verſ. & ita te-
nendo, & à Giurba, & ab aliis pluribus. Præterea
idem Molina in loco ſuperius citato ſub verſ. his ta-
men non obſtantibus, quoad alimenta ad fauorem
patrui in ſupremo Caſtellæ conuentu deciſum fate-
tur. Garzia reiicitur à Colerio de alim d. c. 9. num. 27.
& à Giurba deciſ. 5. Vincentius de Franchis confuta-
tur à pluribus, & ſignanter à Monterio d. deciſ. 16.
num. 38. & à Giurba præcit. deciſ. 5. & à Caſtillo d.
cap. 61. ſub eodem num. 53. Corduba de Lara repro-
batur à Giurba d. deciſ. 5. num. 13. à Surdo de alim. ti-
tul. 1. quæſt. 28. ſub num. 12. à Colerio Caſtillo, &
aliis in locis ſupracitatis. Vltra quod Corduba contra
ipſum Dominum Marchionem retorquetur, nam
iſte, vt aduertit Caſtillus loco ſupracitato à ſua ſen-
tentia recedit, quando, vt in hoc caſu nepos, qui
alere † tenetur, eſt vel Comes, vel Marchio, ne 61
in opprobrium talis dignitatis patruus mendicare
cogatur.

Denique minus obſtat, quod alimenta nepoti
non deberi † deciſum Bononiæ dicat, Siluan. con- 62
ſil. 33. quem refert Rota d. deciſ. 408. num 17. part. 5.
diuerſ. nam Siluanus d. conſil. 33. vſque ad num. 12. ex
pluribus efficacibus rationibus comprobat hæc ali-
menta deberi, & licèt d. num. 12. ſub verſ. quidquid ta-
men ſit, aſſerat contrarium deciſum Bononiæ, hoc
non releuat. Tum quia pro fundamento talis deci-
ſionis Siluanus duas deducit rationes, † videlicet 63
quod non reperiatur iure cautum, illa deberi. &
quod valeat argumentum de dote ad alimenta qua-
rum vtraque corruit ea pluribus ſuperius deductis,
tum etiam quia ſi eſſet iudicandum exemplis, † licet 64
Bononiæ

Bononiæ fuerit femel decifum alimenta nepoti à pa-
truo non deberi, contrarium poftea pluries fuit de-
cifum in Regno Aragoniæ; Siciliæ, & alijs fupre-
mis tribunalibus fupra relatis,& etiam in hoc facro
Rotæ Auditorio, vt in præfatis decifionibus,ex qui-
bus patet etiam refponfio *ad dictam decifionem* 408.
part.5. diuerf.

Quæ fententia, quod D. Marchio teneatur ale-
re dictum D. Marcum fuum patruum, multo ma-
gis recipienda videtur in huiufmodi cafu, cum ille
fit etiam hæres tam Marchionis Hieronymi, quam
Cardinalis Alexandrini, quàm etiam Marchionis
Antonini, qui tanquam pater patruus, & frater re-
fpectiuè D. Marcum alere tenebantur, & femper
aluerunt, dum viuebant, vnde illis defunctis mo-
dernus Marchio ad alimenta eidem præftanda te-
65 tur, cum † onus alendi tranfeat ad hæredem, &
quemcumque poffefforem bonorum, *l.2. & l. ali-
menta, & l. libertis quos teftamento, §. manumiffit, ff.
de aliment. & cibar. legat.* Alexand. *confil.* 18. *num.*17.
*verfic.fic videmus in alimentis,lib.*5.Neguf.*refponf.* 490.
*num.*7. Scac. *de iudic. lib.2. cap.9.num* 1105. *verf. de-
clarat eam Rota in Bononien. alimentorum* 18. *Mar-
tij* 1594. *coram bon. mem. Penia, & in Romana ali-
mentorum* 13. *Iunij* 1608. *coram Cardinali Pamphilio.*

Maximè cum D. Marcus apud dictum clar.mem.
Cardinalem Alexandrinum fuerit nobiliter educa-
tus, vt *in decif.92. num.15. part.5. diuerf.* & ob fpe-
66 cialem † alimentorum fauorem fola triennalis præ-
ftatio obliget ad eadem alimenta in futurum præ-
ftanda. Barr. *in tract. de aliment. num.3.* Alberic. *in
l. non dubium, num.1. C.de teftam.* Alexand. *in l.fi cer-
tis annis, num.5. C. de pact.* Guidop.*quæft.*576 *num.*5.
Gratian. *difcept.* 108. *num.*13. *tom.*2. Matthefil. *fin-
gul.*122. *in fine.*

Eoque magis cum nec fit curandum, vnde bona
67 proueniant, † quando ea, vt in huiufmodi cafu ra-
tione fanguinis debentur. Marefc. *var. refolut. lib.2.
cap.83. num.4. verfic. dicit quod cum frater.* Gratian.
*difcept forenf.*563 *num.*21.*verfus finem,verfic.vbi etiam
non eft quarendum, tom.3.* Molin *de primogen. Hifpan.
lib.2. cap.15. fub num.*59. Rota *decif.*538. *num.4. & 5.
part.1. in recent.* & ad fauorem D. Marci dixit Rota
d. decif 92. *num.11. part.5. diuerf.*

Quibus ftantibus non obftat alterum obiectum,
quòd D. Marcus poffit vel militare, vel alio fimili
exercitio fibi victum quærere; quoniam in hoc ca-
68 fu non attenditur talis † induftria propter fragilita-
tem humanæ potentiæ, fed an quis habeat tot in
bonis,ex quibus decenter viuere poffit, vt alias fir-
mauit Rota ad fauorem eiufdem Marci *coram Reue-
rendiff Vrgellen* & tradunt Aldobrand.*confil.*28.*n.*16.
*& feq lib.*1. Caball. *confil. ciuil.*154. *num.*28. *& feq.*
Aymon *confil.*199. *num.5.& feq.*& Ioan.Baptift.Lup.
*in tract. de illegitim. & natur. reftit. liber. comment.2.
§.1.num.*35. Vbi etiam decifum teftatur Mantuæ re-
iecto conf. Curt. iun. contrarium fentientis. Mare-
fcot. *var. refolut lib.2. cap.83. num.* 40. & dixit aliàs
Rota *in Romana alimentorum* 17. *Iunij* 1608. *coram
Cardin. Pamphilio, in Viterbien. alimentorum* 22. *Iu-
nij* 1615. *coram Cardin. Verofpio, & decif.*628. *num.*3.
part.4. recent.

Firmato igitur D. Marchionem teneri præftare
alimenta dicto Marco eius patruo, Domini refolue-
runt pro eifdem alimentis effe faciendum affigna-
mentum fuper Palatio magno, quod poffidetur à
Domino Marchione hic in Vrbe in platea SS. Apo-
ftolorum,ad hoc vt dictus Marcus ex illius penfio-
nibus quantitatem alimentorum fibi defignatam li-
beré, ac pacificè percipere valeat; nam † vbi quis 69
tenetur aliquem alere, iudex poteft illum conde m-
nare ad affignandum bona, ex quorum redditibus
alter alimenta percipiat, prout in hifce cafibus fieri
confuetum teftantur. Bald. *in l.2. fub num.4. verf. fed
pone pater, C. fi in fraud. patron.* Alexand. *in l. Impe-
rator, num.13. ff. ad Trebell.* Iaf. *in l.fi conftante, num.*199.
ff. folut. matrim. Cagnol. *in l. fin. num.*290 *C. de pact.*
Paul. de Caftr. *in d. l.3. num.6. C. fi in fraud. patron.*
Zafi. *in l. ait prator, §. fed & fi quis, num.2. tertius fin.
ff. de iur. iuran.* Peregrin *de fideicommiff. art.*36. *n.*16.
Marefcot. *var. refolut. lib.2. cap.83. num.*41. Surd. *de
aliment. tit.8. priuileg.*88. *num.*3. Molin. *de primogen.
d. lib.2. cap.15. num.*72. & dixit Rota *in Romana ali-
mentorum* 11. *February* 1605. *coram bon. mem. Penia.*

Quod verò ad fecundam infpectionem attinet,
quæ refpicit quantitatem alimentorum, Domini
cenfuerunt dictum affignamentum effe faciendum
ad rationem fcutorum duodecim pro quolibet men-
fe; hoc modo, videlicet, quòd fcuta quatuor præ-
ftentur fuper bonis hæreditariis Marchionis Anto-
nini fratris dicti Marci, & fcuta octo fuper bonis
primogenituræ inftitutæ à bon. mem. Card. Ale-
xandrino patruo eiufdem Marci, quamuis enim di-
cta alimenta fuerint aliàs eidem D. Marco taxata ad
rationem fcutorum viginti menftruorum. Nihilo-
minus quia ex dicto Marchione prædefuncto, † cu- 70
ius hæreditas prætenditur non leuiter diminuta,ex-
tant hodie quinque filij legitimi,nempe tres mafcu-
li, inter quos adeft dictus modernus Marchio, ac
duæ fœminæ, ftatus vero bonorum moderni Mar-
chionis, qui poffidet omnia bona tam hæreditaria
Marchionis Antonini, & Marchionis Hieronymi,
quàm primogenituræ dictæ clar. mem. Card. Ale-
xandrini adhuc hodie non liquet; ideo Domini pro
nunc arbitrati funt dictum affignamentum effe fa-
ciendum iuxta modum fuperius expreffum ad præ-
dictam rationem fcutorum duodecim mẽftruorum.

Et ita refolutum vtraque, &c.

Facit præterea pro quæft.46. & 47. & 48.

R. P. D. DVNOZETTO.

Auenionen. Vfusfructus.

Die Mercurij 4. February 1637.

ARGVMENTVM.

Subftitutio exemplaris, quando non fufti-
neatur. Teftamentum impugnans,quan-
du priuetur omni eius commodo. Fidei-
commiffum, vt dicatur agnitum, quid
fufficiat. Vfusfructus & vendi, & aliena-
ri poteft.

SVMMARIVM.

1. *Subftitutio exemplaris eft nulla ob præteritionem filiorum, & num.6.*
2. *Donatarius reprafentat perfonam donantis.*
3. *ad Vita tempus, fi quid alicui fuerit relictum, importat vfumfructum.*
4. *Difpofitio purificata, perinde ac de pura iudicanda eft.*
5. *Teftamentum impugnans, priuandus eft omni commodo, ex d. teftamento ei relicto, limita num.5.*
8. *Pater faciendo fubftitutionem exemplarem filijs*

mente captis in suo testamento, reputantur duo testamenta, vnum patris, & alterum filiorum, & consequenter duo patrimonia separata.

9. *Testamentum impugnans, cum clausula, sine præiudicio iurium sibi in eo competen. quid operetur.*

10. *Fideicommissum transmitti non potest sine agnitione.*

11. *Fideicommissi agnitio resultat ex eius petitione iudiciali.*

12. *Voluntatis declaratio sufficit ad agnitionem fideicommissi.*

13. *Vsusfructus potest vendi, alienari, & donari.*

14. *Vsusfructus an possit cedi extraneo, controuersum est.*

15. *Vsusfructus, dum dicitur quod non potest cedi, intelligi debet ad effectum, vt ius, siue commoditas reguletur à vita vsufructuary.*

16. *Vsusfructus morte vsufructuary extinguitur.*

17. *Testator, si aliquid alicui reliquerit, si filios masculos non habuerit, si habeat nepotem ex filia, an deficiat conditio.*

18. *de Vsusfructus substantia est dare, seu offerre cautionem, si quis illum prætendat.*

19. *Rem melius est habere, quam fideiussorem.*

20. *Testator, si alicui reliquerit vsumfructum, si non valet præstare cautionem heredi, consulitur vtrique parti per dimissionem rei penes heredem, qui præstet vsumfructum.*

DECISIO CXXXVII.

DE anno 1614. sub die 10. Iunij [a] fuit in hac
causa resolutum coram bon. mem. Buratto,
substitutionem exemplarem factam per q. Nicolaum de Tertuliis, Bartholomæo, & Antonio eius
filiis masculis mentecaptis ad fauorem Francisci, &
Hectoris eiusdem Nicolai ex filiabus nepotum esse
1 † nullam ob præteritionem earumdem filiarum contra formam *l. humanitatis, C. de impub. & ali. substit.*
quæ decisio deinde sub die 19. Nouemb. 1617.[b] fuit
confirmata coram Eminentiss. D. Cardin. Vbaldo,
subrogato Buratti defuncti; & vlterius in hac decisione fuit firmatum intrare substitutionem fideicommissariam ad fauorem eorumdem nepotum
exemplariter substitutorum quoad bona, scilicet d.
Nicolai testatoris, post quas resolutiones Franciscus
& Catharina nepotes donatarij & hæredes Gabrieliæ vnius ex d. testatoris filiabus petierunt ab intestato immissionem in bonis dd. mente captorum,
& per duas decisiones, primam sub die 8. Nouembris 1635.[c] secundam sub die 3. Martij 1636. proponente R. P. D. meo Buccabella, subrogato in locum Eminentiss. Card. Vbaldi fuit resolutum ipsis
dandam esse immissionem pro tertia parte bonorum
in eorum mentecaptorum hæreditate repertorum,
2 sicuti ipsi Gabrieliæ † cuius personam repræsentant,
dari debebat ex interdicto Quorum bonorum, iuxta
tradita per Menoch. *de adipiscend. remed. 1. num. 33. & remed. 4. num. 236.* cum aliis allegatis in decisionibus, iuxta quarum tenorem D. meus Buccabella,
suam protulit sententiam, quæ exequutioni fuit demandata; sed quia vltra dd. bona comprehensa in
sententia dd. donatarij prætendebant etiam vsumfructum bonorum fideicommisso Nicolai subiectorum, contigit dubitari, an dictus vsusfructus deberetur, & hodie proposito à me supradicto dubio fuit
resolutum d. vsumfructum deberi.

Nam clara est Nicolai testatoris dispositio, quod
in euentum, in quem aliqua ex suis filiabus nullum
haberet filium masculum, habeat sua vita durante
partem suorum bonorum, quam habuissent eius liberi masculi si in rerum natura extitissent, † quod 3
relictum ad tempus vitæ vsumfructum importat secundum communem opinionem, à quo non recedendum esse testatur Menoch. *presumpt. 133. num. 11. lib. 4. & consil. 352. num. 17.* Mantic. *de coniect. lib. 9. tit. 2. num. 29.* Castill. *de vsufruct. cap. 30. num. 13.* &
fuit in hac causa *d. die 19. Iuny 1617. coram bon. mem. Buratto*; vnde cum d. Gabrielia, à qua donatarij causam habent, nullos susceperit filios masculos, vt in
confesso est apud partes; & firmatur in d. decis. Buratti, consequenter eidem Gabrieliæ, seu eius hæredibus & donatariis debetur vsusfructus tertiæ partis bonorum ipsius testatoris, sicuti cum proprietate fuisset debitus filiis ipsius vigore substitutionis
factæ ad illarum fauorem à Nicolao testatore, vt
pariter firmatum in d. decis. Buratti, cum enim † con- 4
ditio huic legato vsusfructus adiecta sit purificata,
idem est ac si dispositio pura fuisset, *l. vbi pure, ff. ad Trebell. l. cum quidam, la seconda, ff. de legat. 1. l. si dies, in fin. ff. quand. dies legat. ced.* & fuit dictum *in altera Auenionen fideicommiss. 5. Decembr. 1635. coram R. P. D. meo Panzirolo.*

Non obstat, quod Gabrielia in partibus petierit
immissionem totius hæreditatis vti hæres vniuersalis Nicolai, & sic impugnauerit illius testamentum,
propter quod † venit priuanda omni commodo ei 5
ex d. testamento relicto, *l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoffic. testam. l. post legatum, ff. de his quib. vt indig.* Bartol. *in Auth. ex causa, num. 19. C. de liber. prater.* Quia fuit responsum, quod licet d. Gabrielia petierit dictam immissionem sub prætextu, quod
careret filiis masculis, & quod substitutio exemplaris non potuerit fieri, † nisi de se vti sola superstite 6
ex sororibus mentecaptorum iuxta dispositionem
d. l. humanitatis, non propterea impugnauit testamentum paternum, cum ipsa diuiserit † patrimonia 7
mentecaptorum & patris, vt fecit etiam Rota *in hac causa sub die 19. Nouembris coram Eminentiss. Cardin. Vbaldo*, in qua firmatur nullam fuisse substitutionem exemplarem, validam vero substitutionem fideicommissariam, quia duo † reputantur testamen- 8
ta, nempe vnum patris, & alterum filij, & consequenter duo patrimonia distincta, & separata, ad
tradita per Castr. 222. *sub num. 2. lib. 2.* cum aliis in
decis. allegat. Quapropter petitio & aditio hæreditatis facta per procuratores Gabrieliæ ad hoc specialiter constitutos in partibus de anno 1614. fuit
de successione sibi per substitutionem exemplarem
delata, † idque citra præiudicium vsusfructus sibi 9
competentis ex substitutione fideicommissaria, per
quam clausulam censetur omnia iura sibi competentia ex testamento paterno reseruasse, *l. si debitor, §. 1. iuncta gloss. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* Paris. *consil. 23. & 142. lib. 1.* Castr. *consil. 312. num. 2. lib. 1.*

Non obstat, quod donatio Gabrieliæ sit restricta
ad iura competentia ex substitutione exemplari de
bonis & iuribus mentecaptorum, & quod propterea
non possit dici agnitum fideicommissum paternum,
† sine qua agnitione non potuit transferri ad dona- 10
tarios. Peregrin. *de fideicommiss. art. 2. num. 63.* Fusar. *de substit. quæst. 486. per tot.* Quia vltra quod cessat
ex facto, ex quo in donatione sunt comprehensa
omnia, & quæcumque iura competentia super hæreditate Nicolai, respondetur agnitionem probari
† ex petitione iudiciali, in qua expressè Gabrielia 11
sibi reseruauit ius consequendi vsumfructum, quæ
declaratio † voluntatis sufficit ad agnitionem fi- 12
deicommissi, argum. *l. legatum, ff. de legat. 2.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 2. num. 63.* & fuit dictum *in Viterbien.*

Viterbien. Castrorum 2. Iunij 1623. coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Nec obstat, quod in d. donatione non fuerit cessa commoditas, sed vsusfructus, qui non potest cedi, quia imò verior & communior est sententia posse
13 † alienari, vendi, & donari, vt per innumeros congestos, per Castill. *de vsufruct. quaest. 69. num. 6. & seq.*
14 & licèt sit controuersum, an † possit cedi extraneo, vt per eundem Castill. *d. cap. 69. num. 20.* tamen hîc agitur de donatione, quae est permissa, & idem ali-
15 qui Doctores tradunt non posse cedi, † debent intelligi ad effectum, vt ius siue commoditas regule-
16 tur à vita vsufructuarij, per cuius obitum † vsusfructus finitur. *l. si socrus, ff. de iur. dot.* Bald. *in l. vsufructu, vers. secundo praemitto*, & Imol. *num. 15. & 10. ff. solut. matr.* Manric. *de tacit. lib. 5. tit. 3. num. 11. & 19.* Castill. *de vsufruct. d. cap 69. num. 13.*

Non obstat, quod legatum d. vsusfructus non fuerit purum, sed conditionale, nempe in euentum quod aliqua ex dd. filiabus nullum haberet masculum, quae conditio non debet dici purificata, † ex
17 quo Gabrielia habuit ex Francisca filia Henricum nepotem, quia fuit responsum testatorem intellexisse de masculis primi gradus, non autem de nepotibus, ad text. *in l. in fin. & l. immunitates, ff. de iur. immun.* cum aliis per Fusarium cumulatis *quaest. 404. n. 1. & sequentib.*

Non obstat, quod Gabrielia nunquam dederit,
18 neque † obtulerit cautionem, quae est de substantia vsusfructus. Ruin. *consil. 91. num. 10. & consil. 202. num. 7. lib. 2.* Fulgos. 92. *ad fin.* Surd. *decis. 57. num. 12.* Quia d. cautio non fuit oblata propter litem, quae diu fuit agitata super validitate, vel inualiditate testamenti, nec illa erat necessaria, ex quo haeredes semper habuerunt proprietatem & vsumfructum in
19 manibus, plus † enim est rem habere, quàm fideiussorem; vnde fit quod quando cautio haberi non valet, consulitur vtrique parti per dimissionem rei
20 penes haeredem, qui praestet vsumfructum, vt post Bellun. & alios Surd. *decis. 141. num. 14.* Siluan. *consil. 37. num. 8.*

a Est decisio 802 inter eius impress.
b Est decisio 112 part 5. recent.
c Sunt decisiones 74 & 105. part. 7.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Pecuniaria.

Die Lunae 16. Februarij 1637.

ARGVMENTVM.

Haeredi grauato, nisi offeratur ab haerede fideicommissario satisdatio suorum creditorum, non potest cogi ad haereditatem restituendam. Haeres grauatus soluendo debita testatoris, quibus remediis vti possit ad consequendam satisfactionem. Legitima filio ex quibus bonis debeatur, & in quo ei sit assignanda.

SVMMARIVM.

1. *Haeres, si fuerit bonae fidei possessor, non ante cogi potest restituere haereditatem, quàm sibi offeratur ab haerede fideicommissario satisdatio suorum creditorum.*
2. *Et ita subueniendum est haeredi ad effectum, vt ipse sit tutus ab omni damno.*
3. *Haeres grauatus adeundo haereditatem potest sibi applicare certam illius portionem, ex qua consequi deinde possit satisfactionem sui crediti, limita hoc num. 4. & 5.*
6. *in Haereditate censetur extare illud minus, quod cedere debet in extinctionem crediti haeredis, dum adeundo haereditatem applicauit sibi certam portionem, vt solueret debita testatoris, & quando hoc habeat locum, vide num. 7. & quare id fiat, num. 8.*
9. *Inducta in fauorem alicuius non debent in eius odium retorqueri.*
10. *Haeres grauatus dum soluit debita testatoris, potest vti detractionis sui crediti remedio, vel retinere totam haereditatem, antequam consequatur satisfactionem ab haerede fideicommissario.*
11. *ad Iudicis officium spectat partem condemnare, vel absoluere ab expensis.*
12. *Iudex reseruando aliquid in sententia, videtur partem grauasse.*
13. *Iudex in sententia potest reseruare liquidationem expensarum.*
14. *Iudex, quando reseruat liquidationem expensarum cui de iure, illa censetur remissa iudici appellationis ad quem simul cum negotio principali.*
15. *in Fideicommissi restitutione non veniunt ea, quae haeres grauatus retinet titulo emptionis.*
16. *Legitima, licet debeatur ex singulis corporibus haereditarijs, cum sit portio bonorum, quae quis habiturus est ab intestato, & num. 21.*
17. *Tamen ne contingat scindi substantiam vniuersi patrimonij, potest illa assignari etiam in vno, vel pluribus corporibus haereditarijs.*
18. *Legitima, quando assignatur filio non debent eligi vtiliora corpora haereditaria, sed potest filius, vel quaecunque alia persona, cui illa debita sit, etiam vnum ex melioribus corporibus haereditarijs, dummodo aliud simile in haereditate remaneat.*
19. *Legitimae assignatio non debet fieri auctoritate iudicis, & eo maximè, quando ille, cui ea debebatur, illam vendidit bona fide, sustineri debet alienatio, nec potest à fideicommissario retractari.*
20. *Legitima quantitas an sit minuenda habita ratione aeris alieni.*

DECISIO CXXXVIII.

IN sententia A.C. plura declarata fuerunt ad fauorem commendatoris Hieronymi Bolognini haeredis grauati in testamento Ioannis Ludouici. Primò enim in ea firmatum fuit creditum Hieronymi aduersus eandem haereditatem in libris sexagies mille atque vna, & sexaginta, & bononenis decem. Secundò dictum fuit, quod occasione eius crediti competebat illi retentio omnium bonorum dictae haereditatis, quousque satisfactum esset de eodem credito. Tertiò reseruata fuerunt eadem iura super liquidatione aliorum creditorum, quae habebat aduersus eandem haereditatem, tam occasione melioramentorum, quae dicebat à se facta in bonis haereditariis, quàm occasione expensarum, quae etiam ab eo factae fuerunt, vel in litibus pro defensione eorumdem bonorum, vel occasione funeris testatoris, quae credita ex processu compulsoriali facto in hac secunda instantia coram me comperta fuerunt ascendere ad libras quatuor mille, & septingentas ac viginti duas. Quartò demum dictum fuit,

quod

qood ſpectabat ad Hieronymum tertia pars Molen-
dini, quòd repertum fuerat in eadem hæreditate,
ita vt ſuper eo nullum ius competeret hæredibus fi-
deicommiſſariis Ioannis Ludouici, de iuſtitia huius
ſententiæ quæſitum fuit in dubio coram me propo-
ſito;& cum inter partes non controuerteretur quan-
titas librarum, in qua firmatum fuit in p. illius ca-
pite conſiſtere creditum Hieronymi, viſa fuit probari
iuſtitia eiuſdem ſententiæ etiam in aliis capiti-
bus, & ideo DD. reſponderunt illam eſſe confir-
maodam cum eius validitas non controuerteretur
à partibus.

Et primò viſa fuit probari iuſtitia eiuſdem ſen-
tentiæ in ſecundo illius capite, in quo concedebat
Hieronymo retétionem bonorum hæreditatis Ioan-
1 nis Ludouici, quia ille tanquam bonæ † fidei poſſeſ-
ſor non ante cogi poterat reſtituere eandem hære-
ditatem, quàm ſibi offerretur ab hærede fideicom-
miſſ. ſatisfactio ſuorum creditorum, vt probat text.
in l. quominus, C. ſi antiquior creditor, & in terminis
petitionis hæreditatis, *in l. vltim. §. ſin autem ex con-
tractibus, C. de petitione hæreditatis, & in l. quid ſi
poſſeſſor. ff. eod. tit.* vbi quòd ita ſubuenien. eſt hære-
2 di ad effectum, vt † ille ſit tutus ab omni damno, &
notauit Gloſſ. *ſuper eadem lege in verb. ſententiam.* Bart.
& Caſtr. *ſub num.* 1. Roman. *conſil.* 276. *num.* 2. Boët.
deciſ 44. *num.* 14.

Neque obſtare viſum fuit, quod Hieronymus
adeundo hæreditatem Ioannis Ludouici potuiſſet
3 ſibi applicare † certam illius portionem, ex qua con-
ſequi deinde potuerit ſatisfactionem ſui crediti, vt
probat text. *in l. creditores, ff. de distract. pignor. & in
l. Marcellus, §. res quæ ff. ad S. C. Trebell.* & voluit *in
l. 1. §. in comput. C. de iur. delib. num.* 4. *& in l. debitori
tuo, num.* 4. *C. de pact.* Quia non habebat Hierony-
mus de tempore, quo illi delata fuit hæreditas Ioan-
4 nis Ludouici aliquod creditum † cuius cauſa potuiſ-
ſet detrahere portionem, cum ſolum effectus fuiſ-
ſet illius creditor occaſione aliquarum ſolutionum,
quas fecit creditoribus hæreditariis poſt aditam ean-
dem hæreditatem, vnde deficiebat cauſa æris alie-
ni propter quam potuiſſet fieri detractio eius por-
tionis, neque dici poterat ortam fuiſſe eandem cau-
ſam cum factæ fuerunt ſolutiones, quaſi videretur
5 Hieronymus voluiſſe † tunc emere tot bona vſque
ad valorem earumdem ſolutionum, cum potuiſſet
illa vendere, vt ſatisfaceret eiſdem creditoribus, qui-
bus de ſuo ære ſoluit ex notat. *in l. poſtulante, ff. ad
S. C. Trebell. & in l. filiusfamil. §. Diui, ff. de legat.* 1.
& voluit Menoch. *in conſil.* 183. *num.* 36. Peregrin. *de
fideicommiſſ. art.* 35. *num.* 12. Etenim hoc priuilegium
erat ſolius aditionis, cum in ea ſolum habere poſſet
locum ratio, propter quam cenſetur à l. conceſſa
ea ſolutio, nempe vt euitetur confuſio actionum,
quæ videtur inducta in ipſa aditione itaut ex præ-
ſumptione iuris ſtatim cenſeatur facta ea ſolutio, &
6 in hæreditate dicatur † extare illud minus, quod ce-
dere debet in extinctionem crediti hæredis, & pro-
bat text. *in l. debitori, C. de pact. & in l. ſi ei cui, §. 1.
ff. de euict.* & notat *ibi* Bart. *& in lege Stichum, §. adi-
tio, ff. de ſolut.* & ita declarauit Rota in terminis cre-
diti, quòd hæredi ſuperuenerit poſt aditam hæredi-
tatem *in vna Bononien. fideicommiſſ. de S. Petro coram
Cardin. Blanchetto, ſub die* 29. *Aprilis, &* 27. *Nouem-
7 bris anni* 1587. quòd ſcilicet † ea præſumptio non
habeat locum in hoc caſu, ſed ſolum in eo, qui ſuo
debitori hæres extiterit, & velit ſuum creditum de-
ducere ante aditionem hæreditatis, & eandem opi-
nionem ſequuta fuit *coram Cardin. Caualerio in Bono-
nien. fideicommiſſ. de Bonſignoribus* 26. *Nouembris* 1615.
in qua reuocata fuit deciſio contraria facta in ea-
dem cauſa *ſub die* 15. *Decembris anni* 1610. Præterea
præſumptio † eius ſolutionis erat inducta ad fauo- 8
rem hæredis grauati ad effectum, vt ille non tene-
retur ad reſtitutionem fructuum, quos percepit pen-
dente conditione fideicommiſſ. quaſi illi viderentur
tur ab eo percepti ex re propria, vt voluit Gloſſ. *in
l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad S. C. Trebell.* &
notat *ibi* Bart. *num.* 4. Alex. *num.* 12. vnde non pote-
rat ea præſumptio † conuerti in illius præiudicium, 9
prout illa conuerteretur, ſi ipſe hæres cogeretur in-
uitus capere tot bona hæreditaria, neque poſſet con-
ſequi ſatisfactionem ſui crediti in pecunia, & ita
eſſe declarauit Rota *in vna Romana fideicommiſſ. de
Incoronatis coram Clemente VIII. inter impreſſ. in* 1.
part. diuerſ deciſ. 680. *& in S. Seuerini dotis* 4. *Maij*
1610. *coram bon. mem. Vbaldo*, & tradit Bart. *in l. ſi
hæres* 21. *§. cum fideiuſſor, ff. de fideiuſſoribus, & in l. ſi
ſocer, num.* 2. *ff. ſolut. matrim.* Et quod hæres vtroque
† remedio vti poſſet, vel detractione ſui crediti, vel 10
retinere totam hæreditatem antequam conſequatur
ſatisfactionem ab hærede fideicommiſſ. voluit Ro-
man. *in conſil.* 276. *num.* 2. vbi hoc plurium iurium
auctoritate confirmat, & quod retentionis commo-
do vti poſſit, voluit Gloſſ. *in d. l. Stichum, ff. de ſolut.
in §. aditio, in verb. retinet, & in l. poſtulante, ff. ad S. C.
Trebell. in verb. petere.* Bart. & Caſtr. *in l. quid ſi poſ-
ſeſſor, ff. de petit. hæreditatis.*

In tertio capite ſententiæ reſeruatæ fuerunt ex-
penſæ, quas dicebatur feciſſe Hieronymus pro de-
fenſione bonorum hæreditariorum, aut funeris te-
ſtatoris, quæ viſa fuit etiam in hac parte iuſta, quam-
uis enim † ad officium iudicantis ſpectare debuiſſet 11
partem condemnare, aut abſoluere ab eis expenſis,
vt notant DD. *in l. terminato, C. de fructibus, & litium
expenſis, & in l.* 4. *C. depoſiti.* Adeò vt † reſeruando 12
aliquid in ſententia videatur partem grauaſſe, vt
voluit Bald. *in conſil.* 153. *num.* 2. *lib.* 1. argum. text.
in l. non diſtinguemus, §. de officio, ff de arbitris, tamen
non deficiebat ea condemnatio, quinimo illius oc-
caſione conceſſa fuit Hieronymo retentio bono-
rum hæreditariorum, ſed ſolum reſeruata fuit in ſen-
tentia liquidatio earum impenſarum, quod † rectè 13
facere potuit iudex, vt tradit Gloſſ. *ſuper eadem l. ter-
minato, in verb. competere*, & notarunt *ibid.* Cinus
num. 3. Bald. *num.* 2. *& in Authent. generaliter, num.* 13.
C. de Epiſc. & Cleric. præſertim † cum ipſe iudex 14
non ſolum ſibi reſeruaſſet eam liquidationem, ſed
cui de iure, vnde illa cenſebatur remiſſa iudici ap-
pellationis ad quem, ſimul cum neg. principali de-
ducta fuit cognitio quantitatis earumdem impen-
ſarum, quod etiam notauit Gloſſ. *in d. l. terminato,
in verb. præſtetur.* Bartol. *num.* 8. *in l. ab executione,
num.* 15. *ff. de appellat.* Iaſ. *in l.* 1. *num.* 1. Alexand. *num* 7.
C. de iudic. & tenuit Rota *in deciſ.* 4. *de reſtit. ſpoliat.
in nouis.*

Viſa fuit etiam iuſta ſententia in poſtrema illius
parte, in qua dictum fuit, quòd ad Hieronymum
ſpectabat tertia pars Molendini hæreditarij, itaut
ſuper eo nollum ius competeret hæredibus fidei-
commiſſariis Ioannis Ludouici. Hæc enim portio
aſſignata fuerat Victoriæ matri eiuſdem Ioannis Lu-
douici pro ſua legitima, in qua ab eo hæres inſtitu-
ta fuerat ſimul cum Hieronymo, cum vero portio
eius Molendini deinde vendita fuiſſet à Victoria
Hieronymo, non poterat dici comprehenſa in hæ-
reditate Ioannis Ludouici, aut quod inde ſequitur
ſubiecta reſtitutioni, cum Hieronymus illam reti-
neret

15 netet ex † eo titulo venditionis, & potuiſſet alie-
nari à Victoria io cauſam ſoæ legitimæ, ex notat. per
DD. *in l. Marcellus, §. res qua. ff. ad S. C. Trebell.* &
tradit *ibi* Barr. *num. 2.* Ripa *in l. quarta, num. 120. ff.
ad l. Falcid.* Craſſ. *in §. legitima, quaſt. 17. num. 4.*

Neque viſæ ſunt obſtate duæ exceptiones, quæ
adducebantur contra eam aſſignationem. Et ptima
in qua dicebatur, vt non potuiſſet ea legitima con-
ſtitui ſuper boc molendino, quod etat ex melio-
16 ribus corporibus bæreditatis, quia licet † legitima
debeatur ex ſingulis corpotibus hæteditariis, cum
ſit portio bonorum, quæ quis habiturus eſſet ab in-
teſtato, vt probat text. *in l. Papinianus, §. quoniam
quarta, ff. de inoffic. teſtam. & in l. parentibus, C. eod.
tit.* & notant DD. *in l. filium, ff. famil. ercif.* Craſſ.
17 *in §. legitima, quaſt. 16. num. 1.* contingat † ſcindi
ſubſtantiam vniuerſi patrimonij, poteſt illa aſſigna-
ri etiam in vno, vel pluribus corporibus hæredita-
riis, vt tradit Bald. *in d. l. filium, num. 28.* Salicet.
num. 11. & tenoit Rota *coram Puteo deciſ. 29. num 6.
lib. 2. & in Romana legitima* 18. *Martij* 1616. *coram
Eminentiſſ. D meo Card. Veroſpio*, & ad hunc effe-
18 ctum noo debent eligi viliota † corpota hæredita-
ris, ſed poteſt filius, ſiue quæcumque alia perſona,
cui illa debita ſit, eligete etiam vnum ex meliori-
bus corporibus, dummodo aliud ſimile in hæredi-
tate maneat, vt reſolutum fuit *in eadem Romana le-
gitima*, & tradit Ripa *in d. l. quartam, num. 128. ff.
ad l. Falcid.* Alexand. *num. 13.* Rimin. ſen. *conſil. 160.
num. 11.* Gabr. *de legitim. concluſ. 4. num. 16.* Petegrin.
de fideicommiſſ. art. 39. num. 11. Neque ad bunc effe-
ctum requirebatur, quod ea aſſignatio factæ fuiſſet
19 auctoritate iudicis, † quia cum veodita fuiſſet à Vi-
ctoria pars eius molendini bona fide, ſuſtineri de-
bet alienatio tanquam facta in cauſa eiuſdem legi-
timæ, neque poterit à fideicommiſſ. retractari, vt
tradit Caſtr. *in d. l. Marcellus, §. res qua, ff. ad Trebell.
num. 3.* Bald. *in l. iubemus, num. 3. ff. eod tit.* & voluit
Honded. *in conſil. 58. num. 64.* Gabr. *de legitim. con-
cluſ. 3. num. 9.* quamuis neque dici potetat deeſſe hoc
caſu auctoritas iudicis, quia Victotia primum im-
miſſa fuerat in poſſeſſionem tertiæ partis omnium
bonorum hæreditatis Ioannis Ludouici, & deinde
obtinuerat manutentionem in poſſeſſionem eiuſ-
dem pattis, citatis fideicommiſſatiis, qui hodie hanc
aſſignationem impugoant.

Secundò non viſa fuit obſtare alia exceptio, vt
aſſignatio facta Victoriæ eſſet exceſſiua, deduceba-
tur enim hic exceſſus eo quia in ea aſſignatione non
20 fuiſſet habita ratio æris alieni, quo grauata † eſſet
hæreditas Ioannis Ludouici, ex quo minui potuiſ-
ſet quantitas eiuſdem legitimæ, ex notatis per DD.
in l. ex facto, & in l. quoties ff. de hared. inſtit. & pro-
batur *in l. Papinianus, §. 4. ff. de inoffic. teſtament.* ſed
non viſus fuit ptobati bic exceſſus, quia portio eius
Molendini non fuit electa à Victoria pro ſatisfa-
ctione totius legitimæ, ſed ſolum tanquam tertia
pars, quæ ſibi erat debita ſuper eo corpore tam vi-
gore ſententiæ, quàm ex diſpoſitione iutis; vnde
non ſolum videbatur excludi hic exceſſus, dum Vi-
21 ctoriæ debebatur legitima etiam † ſuper aliis cot-
poribus, in quibus haberi poterit ratio eius æris
alieni hæreditatis, ſed cum neqoe doceretur à fidei-
commiſſatiis, vt valor eius tertiæ partis excederet
qoantitatem, cuius illa erat creditrix occaſione ſuæ
legitimæ, quod illi probare debuiſſent ex liquida-
tione valoris, ac ſtatus totius hæreditatis.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. ſupplementi legitimæ.

Die Lunæ 2. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Filius naturalis ſi ſit ampliſſimè diſpenſatus, nihilominus ſi adſit conditio in legitimatione, quod ipſe poſſit ſuccedere ex diſpoſitione paterna, ſi pater ei nihil reliquerit, ipſe nihil poterit prætendere, & quid ſi pater moriatur ab inteſtato.

SVMMARIVM.

1. *à Papa, verbum legitimamus, prolatum obſtergit omnem maculam natalium in legitimato.*
2. *Filius naturalis, ſi ſit legitimatus cum conditione quod ipſe poſſit ſuccedere ex diſpoſitione paterna, tunc nec ipſe, nec eius heredes nihil prætendere poſſunt prater relictum ab eo.*
3. *Legitimatio plena dari poteſt, quæ tamen habeat effectum ſucceſſionis limitatum.*
4. *in Legitimatione eſt ſpeciale, vt declaretur à verbis eiuſdem petitionis, adeo vt ſolum haberi poſſit ratio formæ, ampliæ num. 5.*
6. *Succeſſio ab inteſtato non continetur ſub teſtamentis, codicillis, ſubſtitutionibus, legatis, donationibus, &c.*
7. *Succedens ab inteſtato non dicitur habere titulum à defuncto, ſed à lege.*
8. *Succedens ab inteſtato titulum ei delatum à lege fundatur in præſumpta voluntate defuncti, quam lex videtur interpretari in vocatione agnatorum.*
9. *Succedens ab inteſtate alicui, dicitur permiſſiuè admiſſus, non autem per veram diſpoſitionem.*
10. *in Voluntate permiſſiua ſolum conſtat de cauſa efficienti, in voluntate verò diſpoſitiua vltra cauſam efficientem, apparet etiam cauſa formalis, & materialis.*
11. *Legitimatio, ſi conceſſa fuerit ad effectum, vt filius ſuccedere poſſit ex voluntate patris, non competit illi querela inoffi ioſi, ſeu ius petendi ſupplementum legitimæ. & num. 13.*
12. *Legitima eſt potio ſucceſſionis debita ab inteſtate.*
14. *Dictio*, aliis, *ſolum referri debet ad res ſimiles expreſſis, & indicat cæteros modos expreſſæ diſpoſitionis.*
15. *Dictio*, aliis, *etiamſi ſit coniuncta cum dictione quibuſcumque, aut alia vniuerſali, nihilominus ad res tantum ſimiles expreſſis referri, & non vltra poteſt.*
16. *Dictiones*, aliis, *&* quibuſcumque, *&c. declarantur ex aliis, quæ poſtea ſequuntur, & num. 17.*
18. *Clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, poſita in legitimatione, ſi ſimpliciter conſideretur, eſt nullius efficaciæ in caſu, in quo non fuerunt inſtituti venientes ab inteſtato, limita n. 19.*
20. *Clauſula, ad effectum præmiſſum, de ſui natura, habet vim reſtrictiuam.*

DECISIO CXXXIX.

QVæſitum fuit in dubio, quod hodie ptopoſui, an deberetur ſupplementum legitimæ hæredibus Antonij Mariæ, qui fuit filius alterius Antonij

Mariæ

Mariæ eidem natus ex fœmina soluta postquam reperiebatur constitutus in sacris Ordinibus, vt narratur in gratia illi concessa super facultate testandi ex indulto Gregorij X V. cuius dubij decisio visa fuit pendere ex declaratione eiusdem indulti. Quia in gratia concessa Antonio Mariæ patri super facultate disponendi de suis bonis, quæ illi acquisita essent ex redditibus bonorum Ecclesiasticorum, siue ex alia quacumque causa, ob quam ad Cameram Apostolicam deuolui debuissent, hoc etiam illi indulgebatur, vt posset de iis bonis disponere etiam ad fauorem personarum, quæ essent suæ successionis ex iuris dispositione incapaces, & in specie ad fauorem sui filij, ad quem effectum fuit idem filius in d. indulto habilitatus ad successionem patris cum iuribus plenæ legitimationis, & responderunt DD. non deberi hoc supplementum; quia licet gratia legitimationis concessa Antonio Mariæ filio esset amplissimè concepta in ordine ad abstergendam omnem maculam natalium, & illa talis etiam dici deberet inspecta potestate Papæ concedentis. Cum
1 † vel vnum verbum, legitimatus, ab eo prolatum possit hunc effectum operari, vt notant DD. *in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi*, vbi Butrius *n.* 10. *in 4. col.* Ioan. Andr. *num.* 30. Aretin. *in l. Gallus*, §. *& quid si tantum*, *num.* 14. *ff. de lib. & posthum.* Couar. *de sponsalib. 2. part. cap.* 8. § 8. *num.* 1. Tamen illa erat limitata ad effectum, vt potuisset ipse Antonius Ma-
2 ria succedere ex dispositione paterna. Vnde † non poterat vel ipse vel ex eius persona illius hæredes aliquid consequi præter voluntatem patris, & vltra quam illi relictum fuisset in eiusdem testamento, vt voluit Socin. *in d. l. Gallus*, §. *& quid si tantum*, *num.* 20. *in 4. limit. ff. de lib. & posthum.* Ias. *in rubr. eiusdem tit. num.* 16. Alexand. *in consil.* 30. *num.* 4. *lib.* 4. Dec. *in consil.* 264. *num.* 3. *in 2. col.* Rip. *in consil.* 19. *de substit. sub num* 17. *in 2. part.* qui omnes præterea no-
3 tant dari † plenam legitimationem, quæ tamen habeat effectum successionis limitatum, quod etiam voluit idem Dec. *in dict. consil.* 264. *& in consil.* 258. *num.* 10 *in fin.* Ruin. *consil.* 75. *num.* 11. *lib.* 3. & tenuit Rota apud Cæsar. de Grass. *in decis. 2. qui filij sint legitimi*, *& coram Gregorio decis.* 201. *num.* 7. *& in Romana de Bonellis* 24. *Ianuary* 1635. *coram R.P.D. meo Ghisilerio.*

Quod verò in hoc casu legitimatio concessa Antonio Mariæ filio non comprehenderet aliam speciem successionis quam eam, quæ proueniret ex testamento siue alia patris dispositione expressa, visum fuit probari manifestissimè considerato toto tenore eius indulti; etenim in procemio referuntur preces Antonij Mariæ patris pro obtinenda ea facultate testandi, & in iis narratur ea sola causa concessionis eiusdem facultatis, quod ipse diem extremum suæ peregrinationis testamentaria dispositione præuenire cupiebat, vt sunt expressa verba eiusdem indulti. Vnde ad preces eas referri debebat tum facultas, quæ postea legitur in eodem breui fuisse illi concessa, tum iura legitimationis concessa illius filio,
4 quinimo † erat hoc speciale in legitimatione, vt declararetur à verbis eiusdem petitionis, adeout solum haberi possit ratio formæ, quæ in ea continebatur
5 etiam in casu, † quo ipsa legitimatio fuisset concessa purè, ac liberè in parte dispositiua instrumenti, vt in terminis tradit idem Dec. *in consil.* 698. *num.* 1. Paris. *in consil.* 6. *& consil.* 9. *num.* 42. *lib.* 2 quem sequuti fuerunt Cephal. *consil.* 117. *n.* 1. Decian. *consil.* 19. *n.* 46. *lib.* 1. *& consil.* 40. *n.* 4. *lib.* 3. & probat text. *in l.* 1. *C. de diuers. rescript. & cap. inter dilectos, de fid. instrum.*

Hoc idem continebatur in parte dispositiua ipsius breuis, quia in gratia in eo concessa facultatis disponendi solum exprimebantur species expressæ dispo-
sitionis, vt sunt testamenta, † codicilli, substitutio- 6
nes, fideicommissa, legata, & donationes, sub quibus non poterat contineri successio ab intestato, cum
ita succedens non dicatur habere titulum † à defun- 7
cto, sed à lege, vt probat text. *in l. obuenire, ff. de verbor. signif. & in l. conficiuntur, ff. de iur. codicillorum*, gloss. *in l. si quis cum nullum, ff. eod. tit.* Neque poterat idem titulus suffragari, eo quia licet à lege delatus,
tamen fundaretur in præsumpta voluntate † defun- 8
cti, quam lex videtur interpretari in vocatione agnatorum, vt notant DD. *in d. l. conficiuntur*, quorum auctoritates referuntur à Menoch. *lib. 4. præsumpt. præsumpt.* 27. quia ea voluntas solum poterat dici per-
missiua, † non autem quod contineret veram dispo- 9
sitionem, qualis requisita fuit in concessione eiusdem facultatis, vt voluit Cuman. *in repetit. eius. legis in fine.* Bald. *in l. si emancipati*, *num.* 15. *de collat.* vbi considerat discrimen vtriusque huius voluntatis, &
in voluntate permissiua solum † constet de causa 10
efficienti; in voluntate vero dispositiua vltra causam efficientem apparet etiam causa formalis, & materialis, vt in terminis legitimationis tenuit Ias. *in rubr. ff. de lib. & posthum. sub num.* 18. vbi dicit, quod si legitimatio concessa fuerit ad effectum, vt filios succedere possit ex voluntate patris, non com-
petit † illi querela inofficiosi, siue ius petendi sup- 11
plementum legitimæ, quia cum illa sit portio suc-
cessionis debitæ ab intestato, non potest † compe- 12
tere aliqua actio eius occasione ad fauorem eiusdem filij, si ille ex tenore, aut forma legitimationis non reperiatur legitimatus, nisi ad solam successionem ex testamento, vt voluit Dec. *in adducto consil.* 264. *num.* 3. *in fin. penult. colum.* vbi amplius dicit non esse hoc casu quærendum, an idem filius dici
debet legitimatus siue potius dispensatus, cum satis 13
sit vt restrictus fuerit effectus ipsius legitimationis, itaut non possit illius vigore succedi ab intestato, & Dec. sequutus fuit *in hoc artic.* Gabriel. *in consil.* 24. *num.* 11. *lib* 2. Peregrin. *consil.* 18. *num.* 2. *lib.* 4. *& in tract. de fideicommiss. art.* 36. *num.* 8.

Neque contrarium significare poterant ea verba, & aliis quibuscumque modis, & titulis, quæ post enumeratas species plurium dispositionum legeban-
tur in indulto. Quia dictio illa, † *alijs*, solum referri 14
poterat ad titulos similes superioribus, atque ita indicare cæteros modos expressæ dispositionis, vt declarat Bald. *in l. quidam relegatus, in princip. ff de rebus dub.* Dec. *in l. quicumque in 2. lectura C. qui admitti*,
num. 15. etiam † quod illa coniuncta esset cum di- 15
ctione, *quibuscumque*, aut alia vniuersali, & voluit idem Decius *in d. l. quicumque*, & *ibi* etiam Ias. *sub num.* 3. Bald. *in l. si fugitiui*, *num.* 6. *C. de ser. fug.* Oldrad. *consil* 297. *num.* 5. *& consil.* 8. *num.* 2. Præsertim
cum vtraque hæc dictio declaretur etiam † ex aliis, 16
quæ postea sequebantur, in quibus generalitatem eorum verborum apparebat extendi ad alias dispositiones, quæ fieri contingerent ab eod. Antonio Maria, solo verbo siue cum scriptura minus solemni, aut imperfecta; vnde neque ea generalitas remanere dicebatur sine effectu propter extensionem, quam recipiebat ad alias dispositiones, quæ licet facta ab ipso Antonio Maria, potuissent tamen non valere ex defectu solemnitatum, quæ ad earum va-
liditatem requirerentur. Et † hæc interpretatio etiam 17
admitti potest pro declaratione eorumdem verborum, vt tradit idem Bart. *in l. generali*, §. *vxori*, *ff. ad Senat.*

Senat. Consul. Trebel. post gloss. ibi in §. si de testamento, in verbo verba fideicommissi, & tenuit Rota in decis. 513. num. 3. in fin. part. 1. diuers. confirmari poterat eadem interpretatio ex alia clausula, sine tamen præiudicio venientium ab intestato, aut alia valida dispositione, sub qua apparebat concessam fuisse Antonio Mariæ eam facultatem disponendi ad fa-
18 uorem sui filij, quia licet clausula † sine præiudicio venientium ab intestato simpliciter consideata videretur dici posse nullus efficaciæ in caso in quo non fuerunt instituti ij, qui aliàs ab intestato successissent, vt censuit Rota apud Cæsar. de Grass. in decis. 2. & 3. qui filij sint legitimi, & tradit Socin. sen. in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 2. in fin. ff. de lib. & posthum. Gabriel. in tit. de legit. conclus. 8. num. 6. tamen contrarium ostendebatur ex clausula sequenti, aut alia valida dispositione per quam apparebat
19 legitimationem huius † filij restrictam fuisse ad solam dispositionem patris, vt considerauit Rota coram eodem Cæsar. de Grass. in decis. 4. eod. tit. qui filij sint legitimi, sub num. 16. & plene declarat Castill. de coniect. vltim. volunt. lib. 4. cap. 22. num. 158. Quod clarius
20 etiam probatur ex alia clausula ad † effectum præmissum positum in concessione ipsius legitimationis, cum illa non solum haberet hanc vim ex sui natura restringendi eandem concessionem quatenus per eam censebantur relati solum ij modi, aut tituli, qui fuerunt superius expressi, vt probat text. in l. qui liberi. ff. de vulg. & in l. pluribus. ff. de verbor. obligat. & notat ibi Angel. in princip. Bart. in l. 1. §. hoc edicto. ff. de postul. sed appareret expresse posita ad eum solum effectum, vt ex illa declararetur eadem concessio.

Et ita, &c.

R.P.D. COCCINO DECANO.

Ariminen. Iurispatronatus.

Die Lunæ 23. Maij 1637.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quando hæreditas venit restituenda, non transit in fideicommissarium, sed remanet penes hæredem grauatum, & quare. Limita tamen si constet de voluntate testatoris, vt illud in fideicommissarium transferatur.

SVMMARIVM.

1. *Testamentum patris est nullum ob præteritionem filiorum.*
2. *Testamentum patris tunc est nullum ob præteritionem filiorum, quando filij dederunt de nullitate.*
3. *Sed ista est opinio glos. quæ non est recepta, sed est communiter reprobata.*
4. *Testamentum, quando est nullum, si habeat clausulam codicillarem, licet non sustineatur iure directo, tamen heres ab intestato per viam fideicommissi hæreditatem tenetur restituere heredi scripto, & num. 17.*
5. *Iuspatronatus non transit in fideicommissarium, & num. 14.*
6. *Hæreditate restituta, iura sepulchrorum apud hæredem remanent.*
7. *Heres, si quis fuit, & hæreditas ablata sit ei, quasi indigno, penes eum iura sepulchrorum manent.*
8. *Iuspatronatus liberorum remanet penes hæredem grauatum, & non transit ad fideicommissarium.*
9. *in Fideicommissarium transeunt ea tantum, quæ commodum pecuniarum continent, vide num. 25.*
10. *Iuspatronatus est quid religiosum, & commodum pecuniarum non respicit, sicut ius sepulchrorum. Iuspatronatus non est de corpore hæreditatis ibid.*
11. *Heres grauatus restituere hæreditatem fideicommissario, non propriè hæreditatem restituit, sed bona per hæreditatem accepta.*
12. *Heres grauatus non facit heredem fideicommissarium.*
13. *Substitutus ab intestato ex clausula codicillari plus consequi non potest, quàm fuisset consecutus, si alio herede instituto ad fauorem fuisset factum fideicommissum, vide num. 24.*
15. *Fideicommissum transit in fideicommissarium, quando constat de voluntate testatoris.*
16. *in Hæreditate succedens consequitur Iuspatronatus hæreditarium, siue sit consanguineus, siue extraneus.*
18. *Voluntas durare præsumitur, nisi contrarium probetur, & ista est regula, & num. 19. & 26.*
19. *Voluntas nulla à principio propter aliquem defectum, illo cessante conualescit aliquando, quia voluntas præsumitur.*
20. *Sponsalia contracta inter infantes licet sint nulla, tamen si non dissentiunt effecti maiore septennio, conualescunt, quia præsumitur durare voluntas.*
21. *Testator, quando aliquem heredem instituit, voluit etiam, vt in eum transeat Iuspatronatus, ampliа vt hic.*
22. *Clausula codicillaris in testamento censetur apposita de voluntate testatoris, & ista est verior, & communior opinio.*
23. *Voluntas ex actu nullo declaratur.*
26. *Testatoris voluntas non præsumitur mutata.*
27. *Iuspatronatus quando transfertur cum vniuersitate bonorum, consensus Episcopi non est necessarius.*
28. *Iuspatronatus, quando transfertur in compatronum, non requiritur consensus Episcopi.*

DECISIO CXL.

Hoc Iuspatronatus peruenit ad Ludouicum, & Franciscum Mariam Marchesellos; Ludouicus obiit instituto hærede dicto Francisco Maria fratre, præteritis duabus filiabus fœminis, decessit etiam prædictus Franciscus Maria institutis hæredibus tribus filiis masculis. Adueniente vacatione dicti Iurispatronatus, prædicti filij masculi Francisci Mariæ præsentarunt Franciscum Castaneam, dictæ autem filiæ fœminæ Ludouici Marcum Antonium Cecium, qui obtinuit gratiam Apostolicam cum derogatione medietatis Iurispatronatus, & cum fuerint latæ duæ sententiæ Rotales, in quibus fuit pronunciatum, dictam gratiam non suffragari prædicto Mateo Antonio; dubitauit, an dictæ sententiæ essent confirmandæ, vel infirmandæ.

Et pro infirmatione dicebatur, duo esse præsupponenda. Primum, quod testamentum † Ludouici 1 erat nullum ob præteritionem filiarum. l. fin. ff. de liber. & posthum. § aliud quoque Capitulum. Authent. vt cum de apell. cognosc. & licet glos. in l. filio præterito in verb. iuebitur ff. de iniusto rupt. testament. teneat hoc demum procedere, si filius dederit † de nullitate, 2 & hanc esse communem opinionem dicit Iason in l. posthumo num. 23. C. de bonor. possess. contra tabul.

tamen gloſſ. communiter reprobari dicit Gomez
variar. tom. 1. cap. 12. verſ. prima eſt, & opinionem
contra gloſſam communem eſſe pariter dicit Alex.
in l. poſthumo, num. 16. in fin. & Dec. ibid. num. 9. te-
3 ſtatur de veriori, eamque † veram, & communem
opinionem dicit Angel. in d. l. filio præterito, num. 5.
verſ. prima eſt, & dixit Rota in cauſa Romana de Ma-
reſcottis 14. Decembris 1615. coram bon. mem. Cardin.
Sacrato, quæ eſt deciſ. 770. num. 1. part. 2. recentior.

Secundum præſupponendum erat, quod cum te-
4 ſtamentum eſſet nullum, quamuis haberet † clau-
ſulam codicillarem; nihilominus non ſuſtinebatur
iure directo, ſed hæres ab inteſtato per viam fidei-
commiſſi tenebatur reſtituere hæredi ſcripto. Bart.
& alij communiter in Auth. ex cauſa, C. de liber. præ-
ter. Bald. conſil 36. Proponitur quod, num. 3. verſ. modò
quæritur, lib. 3. Alexand. conſil. 26. num. 5. lib. 1. vbi
Apoſtilla dat concordantes. Roland. conſi. 71. n. 57.
& ſeqq. lib 2. vbi de communi, & idem dicit Gabr.
de clauſ. lib. 6. concluſ. 8. num. 9. cum aliis quampluri-
bus, qui poſſent allegari.

Hinc inferebatur, quod cum Franciſcus Maria
habuerit hæreditatem non iure directo, ſed per fi-
5 deicommiſſum, † Iuſpatronatus non tranſiuerit in
ipſum, cum illud non tranſeat in fideicommiſſarium,
vt deſumitur ex l. quia perinde, §. reſtituta, ff. ad Tre-
bell. vbi reſtituta hæreditate, iura ſepulchrorum
6 † apud hæredem remanent, & ex l. ſi quis fuit hæres,
ff. de Religioſ. & ſumpt. funer. vbi ſi quis fuit hæres,
& hæreditas ablata ſit ei, quaſi indigno, penes eum
7 iura † ſepulchrorum manent; ergo idem dicendum
eſt de Iurepatronatus, l. ſi patroni filius, ff. ad Trebell.
8 vbi Iuſpatronatus liberorum remanet penes † hære-
dem grauatum, & non tranſit ad fideicommiſſa-
rium, quod ampliatur ex eo, quod in fideicommiſſa-
9 rium tranſeunt ea tantùm, quæ commodum † pe-
cuniarium continent, ſed Iuſpatronatus eſt quid re-
ligioſum, & commodum pecuniarium non reſpi-
10 cit, ſicuti ius ſepulchrorum, nec eſt de † corpore
hæreditatis. Roch. de Iurepatronatus, in verb. ipſo
velis, num. 20. & 21. vbi poſt Imol. reſpondet con-
trariis. Bero. in rubr. Iurepatr. num. 9. quia hæres gra-
11 uatus † reſtituere hæreditatem fideicommiſſario, non
propriè hæreditatem reſtituit, ſed bona per hæredi-
12 tatem accepta, non enim fideicommiſſarium † hæ-
redem facit, ita nouiſſimè arguit Ferdinand. à Ca-
ſtro Palao de Relig. pars. 2. tract. 13. diſput. 2. punct. 4.
num. 5. & propterea dictus Franciſcus Maria ab in-
teſtato ſubſtitutus ex clauſula codicillari plus con-
13 ſequi non poterat, † quàm fuiſſet conſecutus, ſi
alio hærede inſtituto, ad ſui fauorem fuiſſet fa-
ctum fideicommiſſum. Bald. conſil. 170. num. 10. lib. 5.
Decian. in l. precibus, num. 18. C. de impuber. & aliis
ſubſtitut.

14 Et iſta ſententia eſt communis, eamque † tenue-
runt quamplures DD. allegati in deciſione in hac
cauſa facta 16. Nouembris 1635. [a] coram R. P. D.
meo Pirouano, quibus addo Gulielm. de Benedictis
in cap. Raynutius, de teſtam. part. 2. in tract. compendioſ.
ſubſtitut. num. 14. fol. mihi 56. Anton. Gomez variar.
tom. 1. cap. 5. num. 19. Didacus Perez in Ordinat. Re-
gni lib. 1. tit. 6. lib. 1. pag. 139. col. 2. verſ. eſt, & alia
quæſtio. Fachin. controuerſ. iur. lib. 10. quæſt. 94. verſ.
mihi verior, vbi de veriori Ceuall. in ſpecul. commun.
opin. quæſt. 717. num. 4. Ferdinand. à Caſtro Palao loco
ſupra citato, num 4. vbi de communi Auguſt. Barboſ.
de poteſt. Epiſcop. part. 3. alleg 71. num. 9.

Cæterum in hac facti ſpecie contrarium Domi-
ni cenſuerunt, ſcilicet, Iuſpatronatus tranſiuiſſe in
dictum Franciſcum Mariam. Et ratio DD. fuit, quia
Iuſpatronatus tranſit etiam in fideicommiſſarium,
† quando conſtat de voluntate teſtatoris, prout con- 15
ſtat in caſu iſto, Emanuel Coſta in cap. ſi pater. verb.
Trebellianica, num. 6. part. 2. verſ. vltimo ſubinfertur,
de teſtam. Couar. variar. lib. 2. cap. 18. num. 6. Garz.
de benef. part. 5. cap. 9. num. 19. Lambert. de Iurepatr.
lib. 1. part. 2. art. 35. ad fin. Modern. de re benef. quæſt. 11.
num. 37. lib. 1. Rota apud Vinian. de Iurepatr. deciſ. 24.
& fuit dictum in hac cauſa 27. Iunij ſuperioris anni
[b] coram R. P. D. meo Pirouano.

Quod autem in hoc caſu conſtet de voluntate
teſtatoris, quod Iuſpatronatus tranſeat in fratrem
fideicommiſſarium, ſatis patet, quia dictus frater
fuit inſtitutus hæres, quare certum eſt, quod ſi te-
ſtamentum potuiſſet ſuſtineri, quod Iuſpatronatus
tranſibat cum hæreditate, qui † enim ſuccedit in 16
hæreditate, conſequitur etiam Iuſpatronatus hære-
ditarium, ſiue ſit conſanguineus, ſiue extraneus,
quia Iuſpatronatus tranſit cum hæreditate, cap. cum
ſæculum, de Iurepatr. clement. plures, eod. tit. Abb. in
cap. 1. pariter, eod. tit. Azor. Inſtit. moral. part. 2. lib. 6.
cap. 20. quæſ. 19. in medio, Ferdinand. de Caſtro Palao
loco ſuprà allegato, num. 2. & propterea, licet teſta-
mentum non ſuſtineatur ex præteritione filiarum,
vt dictum eſt, & dictæ filiæ ex clauſula codicillari
† per fideicommiſſum teneantur reſtituere hæredi 17
ſcripto, non præſumitur tamen mutata voluntas
teſtatoris, vt fideicommiſſarius, qui capit per obli-
quum, habeat Iuſpatronatus, quod habuiſſet, ſi cœ- 18
piſſet iure directo, vt dixi, voluntas † enim durare
præſumitur, niſi contrarium probetur. Signorol. con-
ſil. 20. num. 7. vbi dicit hanc eſſe regulam, & allegat
text. in l eum qui, ff. de probat. Decian. conſil. 61. num. 51.
lib. 1. qui loquitur in teſtatore, & ſtatuentibus, &
conſil. 15. num. 8. lib. 3. & bene faciunt Federic. de Sen.
conſil. 194. in princip. iuncto verſ. item cum vt dictum
eſt. Calder. conſil. 1. de ſponſal. vbi quod voluntas à
principio nulla propter aliquem defectum, † illo 19
ceſſante, conualeſcit aliquando, quia præſumitur
durare, & dat exemplum in ſponſalibus contractis
inter infantes, quæ licet † ſint nulla, tamen ſi non 20
diſſentiunt contrahentes effecti maiores ſeptennio,
conualeſcunt, quia cenſetur durare voluntas, quod
bene facit ad propoſitum noſtrum; nam teſtator
inſtituendo fratrem hæredem, voluit etiam in illum
tranſire Iuſpatronatus, & quamuis iſta † voluntas 21
fuerit nulla iure directo, ex quo præteriit filias, ta-
men durauit per obliquum ex clauſula codicillari,
† quæ cenſetur adiecta ex voluntate teſtatoris. The- 22
ſaur. deciſ. 141. num. 2. vbi de communi. Card. Man-
tic. de coniect. vltim. volunt. tit. 10. num. 2. vbi alios
allegat, & de magis communi teſtatur Honded.
conſil. 74. num. 43. lib. 1. vbi de veriori, & magis com-
muni Turret. de clauſ. codicillari, quæſt. 4. num. 3. & 4.
vbi de magis communi, vltra quod etiam ex actu
† nullo declaratur voluntas, vt notum eſt. 23

Non obſtat igitur, quod ſubſtitutus ex clauſula
codicillari, non poteſt plus conſequi quàm conſe-
queretur, ſi fideicommiſſum ex teſtamento fuiſſet
relictum, quia hoc regulariter † eſt verum, ſed in 24
caſu iſto conſtat, teſtatorem voluiſſe Iuſpatronatus
tranſire in hæredem à ſe inſtitutum, licèt iſte capiat
per fideicommiſſum, vt ſupra probatum eſt, & ſic
ceſſat obiectum.

Et hac reſponſione tolluntur etiam alia funda-
menta, videlicet, quod Iuſpatronatus ex eo non
tranſit in fideicommiſſarium, quia in eum tranſeunt
tantum ea, quæ concernunt commodum pecunia-
rium,

rium, & quod hæres grauatus restituere hæreditatem, non censeatur grauatus restituere ipsam hære-
25 ditatem, sed bona, quæ sunt in hæreditate, † quia
ista sunt vera, cessante voluntate testatoris; in hoc autem casu constat de voluntate illius, quod, scilicet restituatur etiam Iuspatronatus, quia quantum in se fuit, vsque ab initio, instituendo fratrem, illi Iuspatronatus etiam reliquit, & quamuis institutio fuit directo non valuerit ob præteritionem filiarum, † ni-
26 hilominus voluntas testatoris mutata non præsumitur, vt deduxi.

Neque obstat, quòd in huiusmodi relicto non in-
27 teruenerit consensus Episcopi, quia † cum fuerit
translatum Iuspatronatus vna cum vniuersitate bonorum, consensus Episcopi non fuit necessarius, vt colligitur ex *cap. ex litteris, & c. cum saculum, de Iurepatr.* Lambert. *de Iurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 1. *art.* 2. Abb. *in d. cap. ex litteris.* Sanchez *consil. moral. tom.* 1.
28 *lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 76. *num.* 2. vltra quod † cum fuerit re-
lictum compatrono, consensus Episcopi non erat necessarius, vt per Rot. *apud Viuia. decis.* 110. *num.* 14. cum ibi allegatis.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

a Est decisio 72. part. 7.
b Est decisio 170. pariter part 7.

R. P. D. PANZIROLO.

Auenionen. Fideicommissi.

Die Lunæ 11. Maij 1637.

ARGVMENTVM.

Legatum in dubio licèt non censeatur factum animo compensandi cum debito, tamen quando, & ex quibus coniecturis dignoscatur, quod testatoris mens fuerit, vt intraret compensatio.

SVMMARIVM.

1. *Immissio in Saluiano competit fideicommissario constito de fideicommisso, & identitate bonorum.*
2. *Identitas bonorum fideicommissariorum, ex quibus bene remaneat probata.*
3. *in Identitate bonorum probanda leuiores probationes sufficiunt.*
4. *Legatum in dubio non censetur relictum animo compensandi debitum, ab ista tamen regula receditur ex coniecturis, num. 5.*
6. *Testator præsumitur voluisse compensare dotem cum legato relicto eius vxori, si fideicommissum ab ipso factum notabiliter remaneret extinctum.*
7. *Bona mobilia vsu consumuntur.*
8. *Dos cum legato præsumitur testator voluisse compensare, si fecit fideicommissum, & opus esset distrahere bona immobilia pro soluendo debito dotis. amplia num 9.*
10. *Testator præsumitur voluisse vt legatum compensaretur cum debito si expresserit certa bona cum quibus nolebat, vt intraret compensatio.*
11. *à Tituli principio posterior formatur euentus.*
12. *Compensatio debiti cum legato est facienda, si testator inseruit, vt legatarius præter legatum quidpiam aliud petere, vel prætendere possit.*
13. *Quod procedit etiamsi, minus sit in legato quam in debito.*
14. *Voluntatis declaratio probari potest ex duobus testibus.*
15. *Compensandi animus ex quibus verbis non tollatur.*
16. *Acceptatio censetur facta cum omnibus suis qualitatibus.*

DECISIO CXLI.

DOmino Dominico de Castella petenti immissionem in bonis fideicommissariis q. Gasparis de Brancassio, opposuit se D. Diana de Geraldis sub prætextu, quod ex d. fideicommisso sit prius detrahenda dos ipsius, quæ est 15. mill. aureorum, augmentum dotale, legatum sibi factum à fideicommittente impensæ funeris, ac nonnulla alia, quæ à scribentibus pro ea recenseotur, sed Domini responderont exceptionem dotis immissioni non obstare, reseruato, quod de aliis videretur. Nam cum ex tribus decisionibus a de purificatione fideicommissi ad fauorem D. Dominici claré constet, & appareat de identitate bonorum, competit illi immissio in Sal-
uiano, † cum agatur de fideicommisso particulari, 1
Gabriel. *cons.* 45. *num.* 11. *lib.* 1. *& cons* 44. *num.* 2. *lib.* 2. Peregr. *de fideicomm. art.* 45. *num.* 49. Fusar. *de substit. quæst.* 611. *num.* 2. Surd. *decis.* 76. *num.* 6. Seraphin. *decis.* 828. *num.* 1. Rot. *in recent. decis.* 180. *num.* 1. 2. *&* 3. *& decis.* 368. *num.* 1. *part.* 5. & fuit resolutum *in Parmien. status* 14. *Nouemb.* 1629. *coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano.*

Identitas verò bonorum visa est plenè probari,
† tum ex testibus optimè deponentibus, tum etiam, 2
quia plura expresè in testamento exprimuntur, & hoc bene probat identitatem contra D. Dianam habeotem causam à testatore, Bald. *cons.* 89. *num.* 3. *lib.* 5. Cephal. *cons.* 586. *num.* 29. Peregr. *de fideicom. art.* 44.
num. 3. & quod in hac materia † sufficiant leuiores 3
probationes tradunt Seraph. *decis.* 1209. *num.* 3. *& decis.* 1344. *num.* 1. Rot. *in recent. decis.* 119. *num.* 4. *& decis.* 407. *& decis.* 459. *num.* 3. *part.* 1.

Nec obstat exceptio retentionis dotis, ac iurium
dotalium, quia licet legatum regulariter, † non præ- 4
sumatur relictum animo compensandi debitum, vt est text. *in l. vnica. §. primum. vers. sciendum*, vbi Bart. Bald. & alij. *C. de rei vxor. act.* Ceph. *cons.* 184. *per tot.* Paris. *cons* 95. *num.* 10. *lib.* 2. Roland. *cons.* 65. *num.* 18. *& seqq. lib.* 2. cum aliis latè relatis per Surd. *in consil.* 112. *num.* 43. *& seqq. lib.* 1.

Ab hac tamen regula recedi † ex coniecturis te- 5
stantur Bald. *in l. quoniam nouella. num.* 9. *C. de inoff. test.* Castrens. *consil.* 193. *num.* 2. *vers. tamen non obstant. lib.* 1. Aymon. *consil.* 149. *num.* 3. Honded. *consil.* 50. *num.* 11. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 56. *num.* 19. Gabriel. *consil.* 106. *num.* 8. *lib.* 1. Mantic. *de coniect. lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 16. idem Menoch. *præsumpt.* 110. *num.* 22. *lib.* 4. Gratian. *discept.* 284. *num.* 1. Afflict. *decis.* 44. *num.* 20. *& sequentib.*

Quod autem in casu præsenti plures, & quidem vrgentissimæ coniecturæ concurrant pro inducenda compensatione deducebatur, primò quia testator fuit maximè sollicitus, quod huiusmodi fideicommissum perueniret ad primum filium masculum Dominorum de Ampus, & Maria, cum onere assumendi nomen, & insignia familiæ, & tamen
† si non induceretur compensatio, fideicommissum 6
remaneret notabiliter extinctum, quo casu semper inducitur compensatio, *l.* 2. *ff. de milit. testam.* Aymon. *cons.* 686. *num.* 7. *vers. postremo.* Mantic. *de coniect. lib.* 4. *titul.* 1. *num.* 23. Menoch. *præsumpt.* 110.

num.49. verſ.vel eſſet valde exhauſta.lib.4. Afflict.*dict.*
deciſ.44.num. 1. 25. 27. ferè enim fideicommiſſum
7 reduceretur ad ſola † mobilia, quæ vſu conſumun-
tur, Pariſ. *conſil.55. in fine lib.* 2. Peregr. *de fideicom-*
miſ.art 10.*num.*40. Menoch.*de præſumpt.*110. *num.*25.
8 vbi dicit † ex eo ſolo oriri coniecturam compen-
ſationis, vbi ſi aliter diceremus, opus eſſet diſtra-
here bona immobilia pro ſoluendo debito dotis,
Greg *deciſ.*285, *num.*3. *in fine.*Rot. *in recent.deciſ.*254.
*num.*4. *part.*5.

Secundò deducebatur, quia multa ex bonis lega-
tis, quæ remanent penes D. Dianam, & ſunt graua-
9 ta † onere fideicommiſſi, conueniunt cum credito
dotali, iuribus illius. Caſtrenſ. *in l. ſi cum dotem.* §. *ſi*
pater ff.ſol matrim. Ruin.*conſ.*213. *num.*2. *lib.*5. Aym.
conſ 149. *num* 5. *& conſ.*301. *in fine.* Menoch. *conſ.*56.
*num.*25. *& conſ* 688. *num.*6. *& d. lib.*4. *præſumpt.* 110.
*num.*32. *& ſeq.*

Tertiò, quia teſtator declarauit, quæ bona non
voluerit compenſari, videlicet ea, quæ antea eidem
10 vxori donauerat, † ex qua declaratione elicitur con-
iectura, quod ſi & in legato noluiſſet creditum do-
tale compenſari, hoc quoque expreſſiſſet, Socin.
ſen.*conſ.*10.*num.*25.*& ſeq.lib* 1. Pariſ.*conſ.*69. *num.*31.
lib. 1. Aym.*d.conſ.*149.*num.*4. Menoch *d.præſumpt.*110.
*num.*34. *&* 40.

Quartò, quia teſtator ferè omnia ſua bona libe-
ra legauit D. Dianæ, reſtituenda tamen dicto primo
filio maſculo Dominorum d'Ampus, & Mariæ, qui
filius ſi natus non fuiſſet, compenſatio inducebatur
cum dicto ampliſſimo legato, ex quo penes hære-
dem vniuerſalem, nihil ferè remanebat cum quo
dos ſolui poſſet, vnde videtur teſtatorem ſic legan-
11 do habuiſſe animum compenſandi, à † quo princi-
pio tituli poſterior firmatur euentus, *l.regula.* §.*licet,*
ff.de iur.& fact. ignor. Surd. *conſ.*202. *num.*6. Gratian.
*diſcept.*648. *num.*13.

Quintò demum, quia ex quinque teſtibus proba-
tur teſtatorem bona libera reliquiſſe D. Dianæ † ad
12 hoc, vt contenta remaneret, nec aliquid quidpiam
petere, vel prætendere poſſet ſuper aliis bonis, Bald.
*in l.liberti libertæq.n.*18 *C.de oper.libert* Ruin.*conſ.*136,
*num.*7.*lib.*2.Mantic.*de coniect.lib.*10. *tit.*2.*ſub num.*17.
13 † vbi quod concluſio procedit, etiam ſi minus ſit
in legato, quàm in debito, quando teſtator voluit,
14 † quod legatarius nihil amplius petere poſſet, quæ
declaratio voluntatis ſufficeret, ſi ex duobus tantum
teſtibus probaretur, Bart.*in l.*2. *in princ. num* 39. *ff.de*
*vulg.& pupill.*Bald.*in l.precibus.n.*12.*C.de impub.& aliis*
*ſubſt.*Mantic.*de coniect.lib.*5. *tit.*14. *num.*12.

Non obſtat, quod teſtator dixerit ſe feciſſe tam
15 amplum legatum D. Dianæ propter obſequia † ab
illa recepta, & ob benemerita, quia hoc non exclu-
dit animum compenſandi, & ſatisfaciendi debito
dotis, ac iurium dotalium, Aym.*d.conſ.*149. *num.*17.
Menoch.*dict.præſumpt.*110. *num.*37. Afflict. *deciſ.*44.
*num.*10. & viſum eſt Dominis ſatis eſſe, quod aſſer-
tio teſtatoris verificari potuerit in legato vniuerſa-
li, quod totum D. Dianæ debebatur, ſi filius maſcu-
lus ex Dominis de Ampus, & Maria non naſceba-
tur, ſicut etiam verificari potuit in fructibus perci-
piendis ante dictam natiuitatem, & in perceptis vſ-
que ad diem motæ litis, quapropter cum teſtator
voluerit compenſare, & D. Diana acceptauerit, iu-
16 ra dotalia fuerunt extincta, cum † acceptatio cen-
ſeatur facta cum omnibus ſuis qualitatibus, Alex.
conſil. 32. *num.*2. *lib.*2. Socin. *conſ.* 225. *num.*1. *lib.*2.
Surd.*conſ.*60. *num.*17. *& conſ.*130. *num.*10. Menoch.
*præſumpt.*109. *num.*45.

Et ita ſuper exceptione dotis, ac iurium dotalium
parte vtraque informante deciſum fuit reſeruato, vt
ſuper aliis exceptionibus per eandem D. Dianam de-
ductis particulariter dubitetur. a

a Ideſt ſub diebus 6. Decemb 1635. & 10. Maij 1636 & 6. Iunij eiuſdem anni coram eodem R. P. D. Panzirolo, ſunt in parte 7. deciſiones 77. 134 & 142.

R. P. D. BVCCABELLA.

Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ.

Die Veneris 5. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

De voluntate Papæ aliquid concedentis, non eſt controuertendum, quando verba ſunt clara, de poteſtate verò nefas eſt dubitare. Condemnatoriæ ſententiæ qualiter ſint intelligendæ.

SVMMARIVM.

1. *de Sententiæ validitate conſtare dicitur ex reuolutione actorum.*
2. *Verba quando ſunt clara, de defectu intentionis, & voluntatis diſponentis dari non poteſt.*
3. *de Papæ poteſtate dubitare nefas, & ſacrilegium eſt.*
4. *Filiis debetur legitima in bonis matris.*
5. *Fideicommiſſario non eſt deneganda immiſſio in bonis fideicommiſſarios propter exceptionem ſupplementi legitimæ, ſi hoc ſit omnino incertum & illiquidum.*
6. *Fideicommiſſario, ſi ſit conceſſa immiſſio etiam ſuper bonis mobilibus fideicommittentis, intelligitur quatenus bona extent, ſecus vero ſi non extent.*
7. *ad Fructuum reſtitutionem condemnatio debet intelligi prout de iure.*
8. *ad Fructuum reſtitutionem ſi quis condemnetur à die motæ litis, debet intelligi à die mota litis ab eo, ad cuius fauorem ſententia lata emanauit, non autem ab initio litis mota ab alio.*

DECISIO CXLII.

FVit reſolutum, cauſa per omnes Dominos viſa,
ſententiam Rotalem eſſe confirmandam, de il-
lius enim validitate † conſtat ex actorum reuolutio- 1
ne iuxta deciſ. Caputaq. 260.*part.*1. de iuſtitia vero
ex deciſionibus coram R.P.D. meo Pirouano in hac
cauſa factis, & quoad habilitatem perſonæ ad effe-
ctum ſuccedendi ſecundum Angelæ fideicommit-
tentis diſpoſitionem vltra reſponſiones alias datas
in deciſione facta ſub die 10. Decembris 1625. diffi-
cultas penitus ceſſare viſa fuit ex ampliſſima diſpo-
ſitione Sanctiſſimi, de qua in Summ.num 5. † cuius 2
verba ſunt adeo clara, vt de voluntatis, & intentio-
nis defectu dari non poſſit, † de poteſtate nefas, 3
ac ſacrilegium eſt dubitare, *l.* 2. *C. de crimin. ſacri-*
leg. cap. ſi quis ſuadente. §. *qui autem.* 17. *quæſt.* 4.
Lambert. *de iur. patron. lib.* 1. *part.* 1. *quæſtione* 8.
articulo 4. *num,* 1. Gonzal. *ad* 8. *regul. gloſſ.* 9. §. 1.
*num.*70.

Nec viſum fuit obſtare exceptionem retentionis,
quam ſibi competere prætendebat D. Iulius occa-
ſione legitimæ debitæ Beatrici dictæ Angelæ filiæ, à
quia

qua ipse fuit in testamento vniuersalis hæres institutus, ac etiam legitimæ Iulij senioris, uam quoad prætensam legitimam Iulij Dominis placuerunt responsiones datæ in dictis decisionibus in bac causa sub die 23. Ianuarij, [a] & 17. Maij 1630. & 13. Iunij 1630. Quo verò ad prætensam legitimam Beatricis vltra firmata in decisione coram R.P.D. Pirouano die 30. Aprilis 1632. [b] & alia, quæ deducebant informantes pro Reuerendiss. D. Francisco circa illius exclusionem propter dotem ex dispositione *stat. ciuitatis Castelli lib. 5. cap. 46.* ac decisa coram Cardinale Lancellotto sub die 18. Aprilis 1611. & sententiam bon. mem. Patriarchæ Manzanedi latam de anno 1620. & die 3. mensis Iulij ad fauorem D. Lucij citato D. Iulio.

Placuit Dominis ineuitabile fundamentum, quod licet dictæ Beatrici, & illius hæredibus, & succes-
4 soribus, & sic ipsi D. Iulio † debita fuisset legitima in bonis Angelæ matris adhuc subsisteret alia responsio data in dicta decisione in hac causa sub die 30. Aprilis 1632. quod scilicet non probatur Beatricem bona hæreditaria Angelæ matris vnquam possedisse, & quod constat tam ipsum D. Iulium, quam etiam Clementem eius patruum plura ex bonis dictæ Angelæ consequutos fuisse, vt late deducebant informantes pro Reuerendissimo D Francisco etiam vsque ad consumptionem vtriusque legitimæ, itaut hodie nullo modo agi possit de integra legitima, sed ad summum de illius supplemen-
5 to, quod est omnino incertum, † & illiquidum, & consequenter sub illius prætextu immissio Reuerendissimo D. Francisco fideicommissario retardari non potest, Batt. *in l. 2. num. 4. C. quando, & quibus quarta pars lib.* 10. Gratian. *discept.* 198. *num.* 20. Rota *dec.* 184. *num.* 12. *& seqq. part. 4. diuers. decis.* 11. post Merlin. *de legitim. & in Perusina fideicommissi de Cincijs* 19. *Aprilis* 1630. *coram R.P.D meo Dunozetto, & in Romana de Guidis* 13. *Ianuarij* 1631. *coram R. P. D. meo Verospio.*

Neque potest primæ sententiæ Rotalis iniustitia deduci ex eo, quæ dat immissionem etiam in bonis mobilibus dictæ Angelæ fideicommittentis, & condemnat ad restitutionem fructuum quartæ partis bonorum hæreditariorum eiusdem Angelæ à die motæ litis, quia cum absolute non condemnet D. Iulium ad ipsorum bonorum mobilium restitutionem, vel reddendam de illis rationem, non est vllo modo contraria resolutioni in hac causa factæ 11.
6 Maij 1618. coram bon. mem. Manzanedo, † & immissio erit concedenda quatenus mobilia extent, quatenus vero non extent, sententia in hac parte re-
7 manebit sine effectu; condemnatio autem † ad restitutionem fructuum est intelligenda prout de iure Gregor. 176. *num. 3. & 4.* & sic à die motæ litis ab ipso Reuerendissimo D. Francisco, ad cuius fauorem sen-
8 tentia lata fuit, non autem ab initio † litis motæ ab alio, vt in specie fuit dictum *in Romana nullitatis obligationis 6. Iunij* 1618. *coram bon. mem. Remboldo, & in Clusina Posta* 18. *eiusdem mensis, & anni coram bon. mem. Baratto.*

Et ita decisum vtraque parte, &c.

a Sunt decisiones 340. & 376. prima parte, & 47. & 121. parte 6.

b Et parte 2. in eadem causa adest alia decisio sub die 23. Martij 1640. coram R. P. D. Merlino.

R. P. D. MERLINO.

Fauentina Legatorum.

Die Lunæ 15. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Testator si dederit facultatem hæredi circa ademptionem legatorum, quoad naturaliter vixerit, qualiter intelligatur data ista facultas declaratur.

SVMMARIVM.

1. *Verba generalissima coarctantur ex verbis specialibus infra posita.*
2. *Legata adimendi facultas, si sit relicta hæredi, quoad naturaliter vixerit, intelligitur data facultas, si disponat inter viuos, secus si in vltima voluntate.*
3. *Vendere, donare, vel pignerari fundum, si hæres fuerit prohibitus, quoad viueret, ista prohibitio operatur, vt in vita non possit disponere, sed secus in vltima voluntate.*
4. *Dictio*, però, *est taxatiua, demonstratiua, limitatiua, & aduersatiua casui supra expresso.*
   Dictio, però, *inducit conditionem, & formam. n. 4.*
5. *Verba in dispositionibus non debent remanere absque aliqua virtute, & effectu.*
6. *Verba prohibitiua ad instar negatiua dispositionis, magis, & potentius operantur, quàm verba affirmatiua.*
7. *Facultas disponendi in vita, seu quoad vixerit, intelligitur tantum de actu facto inter viuos, non autem porrigitur ad vltimam voluntatem.*
8. *Textum in aliquo casu si habeamus, pro omnibus Doctoribus idem affirmantibus, sufficit, quod ille allegetur.*
9. *Conditiones debent aliquid plus operari, quam si dispositio esset facta simpliciter, & num. 10. & 11.*
11. *Ias. in cons. 130. num. 5. lib. 4. reprobatur.*
12. *Testamentum non recipit robur, nec sortitur effectum, nisi post mortem testatoris.*
    Dispositiones recipiunt robur de tempore perfectionis, ibid.
    Interpretatio textuum destructiua non est recipienda, ibid.
13. *Mortuus non potest disponere, nec in contractu, nec in vltima voluntate.*
14. *Testamenti vna pars declaratur ab altera.*
15. *Verbum vnum, & idem in eadem dispositione diuersimodè non debet recipi.*
16. *Hæredi, si testator dederit facultatem adimendi legata, qualiter intelligatur data.*
17. *Ira, & odio, quod quis aliquid fecerit, ex quo colligatur.*
18. *Voluntariè non dicitur quis aliquid fecisse, si ex necessitate id fecerit.*

DECISIO CXLIII.

VErba testamenti Cæsaris Nonij (*Essa Signora Bartholomea, fin tanto però che viuerà naturalmente, e seruarà le conditioni viduali, habbia piena, ampla e suprema auttorità, facolta, e soprainsendenza, cioe di diminuire, moderare, e leuare in tutto, e in parte ad ogni, e qualunque persona, e luogo pio*) licèt sint † ge- 1
neralissima, tamen coarctantur ab illis verbis (*fin*

tanto però ch'essa viuerà naturalmente, e seruara le conditioni viduali) & sic censetur data facultas, si
2 disponat inter viuos, † non autem in vltima voluntate, vt est textus *in l. pater filium. 36. §. fundum Titianum. ff. de leg. 3.* Vbi quis fundum Titianum, quoad viueret, vetuit venuodari, donari, pignora-
3 ti, & l. C. declarauit illa verba, † *quoad viueret* operari, vt in vita non posset disponere, posset autem in vltima voluntate. Et optimè iotet se ad vnguem respondent hæc verba (*fin tanto che essa viuera naturalmente*) & verba textus *quoad viueret*, immò vrgenriora videntur verba testamenti, de quo agitur, si ponderetur primò illa dictio (*però*) quæ significat quandam animaduersionem testatoris admonentis, tunc demum voluisse valere dispositio-
4 nem, si fiat in vita, importat † enim taxatiuam restrictionem, & limitationem, estque aduersatiua casui supra expresso, ac conditionem, & formam inducit ad *l. pro harede. §. quod si tamen. ff. de acquir. hared.* Bald. *consil. 195. num. 11. & 12. lib. 2.* Paris. *consil. 58. num. 75. lib. 3.* Ias. *in l. possideri. §. ex contrario. num. 4. ff. de acquir. possess.* Rimin. iun. *cons. 140. num. 14. & sequentib.* Surd. *consil. 475. num. 39.* Barz. *decis. 97. num. 4.* Osascb. *decis. 128. num. 16.* Aldobrand. *cons. 98. num. 4. lib. 1.*

Secundò, quod in testamento, de quo agimt, adest etiam illud verbum (*naturalmeme*,) qood deficit *in d. § fundum Titianum. ff. de leg. 3.* & hoc verbum
5 † non debet esse sine aliqua virtute, & effectu iuxta regulam, *l. 1. §. hac verba*, & *ibi* Bart. *ff. quod quisque iuris. cap. si ciuitas. de sent. excommun. in 6.* Rot. *dec. 242. num. 9. part. 5. recent*

Tertiò demum, quod nos versamur in dispositione affirmatiua, ibi, (*habbia piena autorità, come le piacerà disminuire,*) &c. verba autem § *fundum Titianum*, sunt prohibitiua, ibi, *quoad viueret vetuit venundari*,
6 &c. & tamen certum est, † verba prohibitiua ad instar negatiuæ dispositionis magis, & potentius operari, quam verba affirmatiua, *l. hoc genus. ff. de condit. & demonstr.* Dec. *in l. 1. num. 13. C. de pact. & cons. 490. num. 6.* Crauett. *consil. 294. num. 9.* Mantic. *de coniect. lib. 11. tit. 10. num. 11.* vode si prohibitio *d. § fundum Titianum* temperatur, vt non intelligatur prohibita dispositio, & alienatio in vltima voluntate, propter illa verba *quoad viueret*, multò magis facultas à Cæsare data Bartholomææ alterandi, & commuoicandi legata, restringenda est ad actos inter vluos, stantibus illis verbis (*fin tanto però che viuerà naturalmente.*) Et in hoc receptissima est opinio, Bart. *cons. 76.*
7 *num. 4. vers. me monet ratio lib. 1.* quod † facultas disponendi *in vita*, seu *quoad vixeris*, intelligitur solum de actu inter viuos, non autem porrigitur ad vltimam voluntatem, & Bartholum sequunmr innumeri ferè Doctores diligenter congesti in vtraque decisione [a] R. P. D. mei Panziroli, quorum multi loquuntur in his terminis, *quoad vixeris, &c.* quibus addi possunt Stracc. *ad Crauett. consil. 222. num 10. post med.* Phanoc. *in tract. de momens. tempor. cap. 5. num. 26. ad med. vers. hinc etiam.* Gratian. *discept. forens. cap. 539. num. 9.* qui dicit hanc esse commonem Doctorum opioionem. Marcell. Marcian. *consil. 52. num. 3.* qui pariter de commoni testatur; sed
8 pro omoibus sufficit text. † *in d. § fundum Titianum*, & ratio etiam euidens, quæ stat pto opinione Bartoli, quia si facultas disponendi *in vita* traheretur
9 ad dispositionem per vltimam voluntatem, illa † verba (*fin tanto però che viuerà*) nihil penitus operarentur, & satisfuisset concedere simpliciter facultatem disponendi.

Nec subsistit responsio Ias. *cons. 130. sub num. 5. vers. nec obstat fundamentum lib. 4.* quod scilicet dicta verba *quoad vixerit*, seu *in vita sua* operarentur, si habens huiusmodi facultatem decessisset ab intestato, quoniam hic in casu intestati legata relicta à Cæsare substitissent oon ex vi verborum (*fin tanto però, che viuerà*) sed quia eatenus legata facta à Cæsare sustinebantur, † quatenos cootraria dispositio, vel 10
ademptio non emanasset à Bartholomæa, & sic effectus validitatis legatorum referendus fuisset ad non vsum facultatis dispooendi Bartholomææ, non autem ad limitationem, & restrictionem resultantem ex illis verbis (*fin tanto però che viuerà naturalmente,*) quæ propterea semper remanerent sine effe- 11
ctu; & Ias. *d. consil. 130. lib. 4.* signanter reprobatur per Crauett. *consil. 426. num. 6.* Montesperell. *consil 119. num. 3. ad med. & sequentib.* Petr. Pecb. *de testam. coniug. lib. 1. cap. 15. sub sub num. 6. versic. ego sane.* Peregr. *de fideicommiss. art. 40. num. 61.* Gratian. *discept. forens. cap. 539. num. 7.* vbi etiam animaduertit Ias. sibi esse contrarium. Giouagnon. *consil. 38. num. 18. in fin. & num. 21. lib. 1.* Fusat. *de substitut. quæst. 549. num. 10.*

Noo obstat, quod Bartholomæa per moltos annos vixerit post testamentum, & sic dicatur ademisse legata in vita, & dum verè naturaliter viuebat; quoniam cum testamentum † ooo recipiat robur, 12
nec sortiatur effectum, nisi post mortem testatoris, de illo tempore tantum dicitur facta dispositio, quo recipit perfectionem, ooo autem in vita disponentis, sique aliter intellegeremus, destrueretur conclusio desumpta ex *d. § fundum Titianum*, & theorica Bartoli *cons. 76. lib. 1.* Et semper remanerent sine efficacia verba illa (*fin tanto però che viuerà naturalmente possa disporre,*) quia certum est, † quod mor- 13
tuus non potest disponere, nec in contractu, nec in vltima voluntate.

Quæ & eo facilius procedere videntur ponderando, quod in eodem testameoto Cæsar vsus fuit öisdem verbis restrictiuis, dum instituit hæredem Bartholomæam vxorem io vsufructu, prout vsus fuit in facultate data eidem Bartholomææ de mutandis, & adimendis legatis; vnde quemadmodum verba institutionis coarctant ius vxoris, vt solum in vita posset percipere vsumfructum, & nihil ad hæredes transmittere, ita † pari ratione eadem verba 14
apposita in facultate adimendi legata, eandem recipere debent ioterpretationem, vt scilicet Bartholomæa posset adimere in vita, idest per actum, qoi in vita eiusdem Bartholomææ esset perfectus, & absolutus, non autem per dispositionem vltimæ voluntatis, quæ suum capit effectum post mortem, cum vnum, & idem † verbum in eadem dispositione po- 15
situm diuersimodè oon sit accipiendum, iuxta tradita per Ruin. *consil. 168. num. 15. lib. 3.* Surd. *cons. 53. num. 12. & cons. 152. num. 39.* Rota *decis. 147. num. 20. part. 5. recent.*

Ad generalitatem verborum, & ad clausulam (*omni meliori modo, &c.*) optimè respondebat D. Aduocatus Roneonius, & amplexa etiam fuit Rota in duabus decisionibus coram R. P. D. meo Panzirolo emanatis, quæ hodie pariter Dominis placuerunt.

Quibus etiam placuit motiuom, quod ademptio facta à Bartholomæa non erat attendenda, quia & ex testibus, & ex toto dispositionis contexto apparet, non bona fide, sed malo aoimo, & ex odio, quo Bartholomæa contra Ludouicum, & eius filios legatarios exardebat processisse dictam ademptionem,

nem, facoltatem autem datam à Cæsare marito Bar-
16 tholomææ vxori semper † intelligendam esse, dummodo fiat ex bona fide, & non ex odio, vt aduerterunt Roman. *consil.* 476. *num.* 4. *vers. caterum aduertendum.* Menoch. *consil.* 226. *num.* 29. Bertazzol. *consil. ciu.* 68. *num.* 9. *cum alijs.* Prohibuit enim Bartholomæa coocordiam inter loca pia, & dictum Ludouicum, atque vt dissidia perpetua essent, in casu concordiæ vocauit alia loca pia, noluitque vt eidem Ludouico, eiusque descendentibus locaretur domus etiamsi maior pensio ab eis offerretur, & tamen testator iusserat ipsum præferri minori, cum pensione, quæ omnia iunctis depositionibus testium be-
17 nè † inferunt mulierem illam ira, & odio agitatam fuisse, dum hæc legata ademit Lodouico ex fratre patruele nepoti dicti testatoris, qui & ab intestato erat successurus.

Nec excusari posse videtur hæc mulier ab odio, eo quod vocauerit piam causam; quia electio hu-
18 iusmodi piæ † causæ non emanauit à voluntate eiusdem mulieris, sed à iussu testatoris, intulitque potius præiudicium piæ causæ, dum concordiam vetuit, & locationem domus, etiam pro maiori pensione eidem Ludouico, & filiis fieri prohibuit, vt appositè consideratur in vtraque decisione R. P. D. mei Panziroli.

Ex quibus Domini dixerunt sententiam Rotalem esse confirmandam.

a Prima est, sub die 12. Februarij 1635 altera verò est, sub die 29. Februarij 1636. & sunt decisiones 18. & 104. part 7.

R. P. D. CARRILLO.

Tiburtina Hæreditatis.

Die Lunæ 22. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

De re iudicata, quæ veniat exequenda, quando dicatur constare. Testamentum, si quis tanquam nullum velit impugnare, quia testator non erat mentis compos, quid probare debeat, & quæ probationes ad hoc non sufficiant.

SVMMARIVM.

1. *Appellans, si intra terminum iuris non redijt pro Apostolis, nec causa reperitur commissa infra d. terminum, sententia transit in iudicatum.*
2. *Appellationis causa, quando infra annum, & ex causa infra biennium non fuerit prosecuta, sententia transit in iudicatum.*
3. *Fatalia omnia, quin sint lapsa, & causa deserta remanserit, quando non possit dubitari.*
4. *Restitutionis in integrum causa peti, & terminari debet intra quadriennium à tempore quo lapsus fuit annus, vel biennium datum ad prosequendam appellationem.*
5. *Appellationis causa, quando non fuit prosecuta, tunc res iudicata venit omnino exequenda, non secus ac si à principio non fuisset appellatum.*
6. *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
7. *Procurator constitutus ad aliquam litem, quando reuocatur, debet intimari reuocatio parti, & pro curatori constituto, aliàs si tanquam talis citetur, sustinetur citatio in præiudicium constituentis, num 8.*
9. *Citatio facta ad primam diem cadit sub prima die iuridica.*
10. *Citatio facta ad hodie per totam, tenet stante citatione personali.*
11. *Sententia, si sit lata eadem die, qua fuit præsentata iudici inhibitio, vt actus sustineatur, præsumendum est inhibitionem sententiæ fuisse subsecutam.*
12. *Termini non debent confundi, sed singula singulis referri.*
13. *Commissio si sit directa alicui cum praciso rescripto, vt quandam certam personam substituat, tunc pro eius deputatione non requiritur aliqua citatio.*
14. *Procurator, quod acceptauerit mandatum, quando dubitari non possit, amplia num. 15.*
15. *in Commissione, quando adest clausula, quam & quas, tunc pronunciatio optimè sustinetur prout in prima.*
17. *Causæ merita non sunt amplius controuertenda stante sententia, & re iudicata.*
18. *Mentis sanæ quilibet præsumitur ex præsumptione iuris.*
Mentis compotem quemcumque censeri, naturale est, num. 18.
19. *Testator præsumitur sanæ mentis, nisi contrarium probetur, & alleganti fauorem de tempore testamenti, vel alterius actus, incumbit onus probandi, & quidem concludentissimè.*
20. *contra Præsumptionem iuris naturalis requiritur exactissima probatio.*
21. *Testes examinati in iudicio criminali non probant in ciuili.*
22. *Testes examinati in iudicio criminali, vt probent in ciuili, debent in eo repeti cum interrogatorijs.*
23. *Ingenium imbecille vt quis habeat, vel imaginationem læsam, aut actus faciat non omnino conuenientes homini sanæ mentis, & nihilominus quod non sit in statu dementiæ, ista simul stare possunt, vide rationem num. 24.*
24. *Homines sanæ mentis, etiamsi ex accidenti faciant aliqua leuia, non reputantur dementes.*
25. *Testatoris dementia non releuat, nisi fuerit probata de tempore testamenti, & quidem concludenter.*
26. *Testes qui deponunt super furore testatoris, debent interrogari, quæ signa, quos motus, vel actus fecerit testator, vt ex illis percipi possit furor testatoris.*
27. *Testator an fuerit furiosus, id percipi non potest ex momento temporis, sed ex quodam discursu, & multitudine actuum.*
28. *Testibus deponentibus de dementia alicuius non creditur, nisi assignent rationem, licet non fuerint interrogati.*
29. *Testator præsumendum est, quod fuerit sanæ mentis, si fecerit testamentum prudenter, & bene ordinatum.*
30. *Et hoc sufficit ad eius validitatem, etiam si fuisset factum ab eo, qui aliquando habuit dilucida interualla.*
31. *Testator, quod fuerit mentis sanæ nulla maior coniectura dari potest, quam ea, quæ desumitur ex qualitate testamentariæ dispositionis.*
32. *Notario asserenti testatorem fuisse sanæ mentis, standum est, quando signa, & actus sani iudicij præcesserint.*

33. *Testamentum, quando est validum, cum omnibus solemnitatibus iuris conditum, consequenter hæredem in eo institutum dicitur fuisse validè, & ritè institutum.*

DECISIO CXLIV.

POstquam Ioan. Baptista Zacconius sub die 5. Aprilis 1610. suum vltimum condiderat testamentum, in quo hæredem vniuersalem instituerat Petruin Paulum de Angelis, Franciscus Crucius,& alij venientes ab intestaro præuia porrectione querelæ coram A. C. obtinuerunt condemnari Notarium tanquam culpabilem, & de iure punibilem, testamentumque ab eo stipularum esse falsum,ac vti tali nullam fidem in iudicio, nec extra esse adhibendam, sed interposita appellatione ab ista sententia per dictum D. Paulum hæredem instirotum, fuit causa commissa D. Cardinali Vicario,& Vicem gerens ab eo deputatus Notarium absoluit à crimine falsi, ac testamentum validum declarauit, vt in sententia ab eo prolata summ. num.4. A qua licet fuerit pro parte Crucij, & aliorum appellatum, & per iudicem fuerit terminus iuris assignatus, tamen nihil fuit postea in causa actum nisi de anno 1634. de quo tempore fuit causa commissa in Rota super interesse ciuili dumtaxat. Quare cum pro parte Petri Pauli fuerit obtenta alia commissio mihi directa super præfixione termini ad docendum de appellatione,eiusque legitima prosequutione proposui dubium, An constaret de re iudicata, quæ veniret exequenda, & DD. affirmatiuè responderunt.

Ratio resolutionis fuit; tum quia fuit appellatum à sententia lata super validitate testamenti, & ap-
1 pellantes intra terminum assignatum, † scilicet 30.
dierum non redierunt pro Apostolis, nec causam non committi curarunt, *cap. ab eo, in princip.* vbi gloss. *de appellat in 6. clem. quamuis, § similiter, eod. tit.* Rot *decis.37. num.4. de appellat. in non vers. mouetur.* Mantic. *decis.91. num.1.* Crescent. *decis.2. num.1. de appellat.*

Tum etiam, quia causam appellationis non fue-
2 runt prosequuti intra † legitima tempora, hoc est
intra annum, & ex causa intra biennium. Nam 10. Iulij 1611. appellaruot, & de anno 1634. commiserunt causam in Rota quoad interesse ciuile, ita vt per 20 circiter annos siluerint. Vnde non potest du-
3 bitari, † quin sint lapsa omnia fatalia, & causa de-
serta remanserit, *Auth. ei qui, C. de tempor. & reparat. appellat. cap. personas, cap. cum sit Romana, de appellat. clem. sicut eod. tit* Alexand. *consil.164. num.2. lib.2.* Surd. *consil* 139. Vestr. *de stil. cur. lib.7. cap. fin. num.*8. Mantic. *decis.276. num.2.* Immò quod fuerit lapsum omne tempus restitutionis in integrum aduersus lapsum terminum ad prosequendam appel-
4 lationem, † quia restitutio peti, & terminari debet
intra quadriennium à tempore, quo lapsus fuit annus, vel biennium, *l. fin. C. de temp. in integr. restit. clem 1. de restit. in integr.* gloss. *in cap.1. verb. quadriennij, eod. tit. in 6* Morl. *de in integr. restit. in prælud. num. 13. & 16. cum seqq.* Osasch. *consil. 30. num.62.* Rota *decis.13. num.2. part.2. recent.*

5 Ex quibus res iudicata venit † omnino exequen-
da, non secus, ac si ab initio prouocatum non fuisset, ex *d. cap. cum sit Romana, l. post rem iudicatam, ff. de re indic. l.2. C. de execut. rei indic.* Parlador. *lib.2. rer. quotid cap. fin. part.1. §.1. num.6.* Mauson. *de execut. lib.1. ampliat.33. per tot.* Boër. *decis. 293. n.8. in fin.* maximè cum proueniat ex sententia valida & iusta.

Validitas deregitur ex reuolutione actorum, † in 6
quibus apparet concurrere omnia, quæ ad hunc effectum requirit. Rot. apud Capuraq *vnig. decis.260. part.2. & decis. 104. part.1. recent.* non obstantibus nullitatibus exaduerso oppositis.

Non obstat prima nullitas deducta ex eo, quod fuerit citatis Barattanus, quem prætendebarut nunquam acceptasse mandatum procuræ, immò quod fuisset reuocatum, quia acceptatio mandati procuræ clarè apparet in comparitione facta in actis causæ per ipsum Barattanum procuratorem constitutum, vt ex fide publica Notarij data in responsio-
nibus pro Petro Paulo, cui non † officit reuocatio, 7
cum non fuerit sibi, nec procuratori constituto intimata, prout requirebatur, *cap. insinuatione 3. C. mandat. 13. de procur.* Gonzal. *in reg.8. gloss.63. num.51.* Grattian. *discept. forens. cap. 8. num.37.* Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque iur. part.1. & 2. in tit. de procur.* Vant. *de nullit. tit. ex defect. mandat.* & ci-
tatio † in præiudicium constituentium sustinetur. 8
Felin. *in cap. ex parte Decani, num.24. de rescript.*

Nec obstat secunda principalis nullitas desumpta ex citatione ad sententiam exequuta ad hodie per totam sub prima Iulij cum expressione ad p. d. & nihilominus sentẽtia fuerit prolata sub eadem die 1. Iulij. Quia ex lectura ipsius citationis data in summatio Crucij num.3. tollitur obiectum, Etenim cursor in pede eiusdem citationis retulit illam fuisse exequutam contra fiscum sub die 28. Iunij ad p. d.
& sic ad oculum patet, quod illa cadebat sub † die 9
prima Iulij, quæ fuit prima dies iuridica ob festa SS. Apostolorum Petri & Pauli, & commemorationis S. Pauli præcedentia. Vnde contra eum vti in causa principalem non potest dubitari, quin sententia fuerit ritè, & rectè prolata; respectu verò fisco adhærentium cursor retulit citationem fuisse
exequutam sub eadem die prima Iulij per tot. † sicut 10
fieri potuit, stante exequutione personali. Seraphin. *decis.* 1113. in qua decisione licet dubitaretur de validitate sententiæ ex alio capite, scilicet, quia fuerat
lata eadem die, † qua iudici erat præsentata inhibi- 11
tio, & Rota resoluit pro sustinendo actu præsumendum esse inhibitionem fuisse sententiæ subsequutam, tamen neque negari potest, quin in casu d. decisionis sententia fuisset lata vigore citationis exequutæ ad hodie per totam,& Rota pro eius validitate respondit, vt *ibi sub num.1. vers. maximè cum
citatio*, ideo prædicti † termini citationum non de- 12
bent confundi, sed singulis singula referri, gloss. *in l. si negotium, verb. gestorum, C. de negot. gest.* Surd. *consil.376. num.20.* Rot. *decis.750. num.1. part.1. diuers.*

Minus releuat tertia nullitas ex defectu citationis pro deputatione Vicem gerentis, ex quo inferri prætenditur non adfuisse iurisdictionem, quia cum
commissio † fuisset directa D. Cardinali Vicario cum 13
præciso rescripto, vt Vicemgerentem deputaret, nulla alia requirebatur citatio, Vicarius enim fuit in hoc merus exequutor. Rot. *decis.191. num.7. part.2. recent.* & in omnem euentum prædicti defectus tollerentur per seruationem terminorum substantialium postea factam citatis aliis procuratoribus à
Crucis, & litis consortibus constitutis, † de quo- 14
rum acceptatione non dubitatur, ex traditis per Rot. *in Toletana pensionis* 10. *Nouembr.* 1628. *coram R.P.D. meo Dunozet*, maximè cum non fuerint producta
iura de † nouo: Rot. *coram Reuerendiss. D. meo Deca-* 16
no decis. 319. num. 8. & in Bracharen. de Garfei 27. Nouembr. 1600. *coram Sacrato.*

Prout etiam potuit Vicemgerens pronunciare
super

super validitate testamenti, eiusque executione, tum
quia sententia lata in prima declarauit testamento
nullam fidem esse adbibendam, tum etiam, quia in
16 commissione aderat † clausula, quam & quas, quo
casu optimè sustinetur pronunciatio, prout in pri-
ma. Rot. *decis.* 23. *de rescript. in neu.* Matt. *de clausi.*
part. 1. *claus.* 150. *num.* 2. Marcbes. *de commiss. part.* 2.
& part. 1. *pag.* 500. *num.* 59. *pag.* 62. vbi decisiones
Rotales refert Seraph. *decis.* 1341. *num.* 2. *&* 3. Achill.
decis. 14. *num.* 1. *& seqq. de rescript.* & ea his diaetunt
DD. nullitates prædictas non obstare.

Iustitia verò constat ea testamento nuncupatiuo
facto à publico Notario rogato coram Vicario, &
septem testibus, & aliis solemnitatibus iuris, cuius
17 validitas non potest amplius controuerti stante † di-
cta sententia, & re iudicata non obstante prætensa
dementia testatoris, quia de ea non constat, & re-
18 gula stat in contrarium, vt quilibet † præsumatur
sanæ mentis ea præsumptione iuris, siquidem natu-
rale est vnumquemque censeri mentis compotem,
l. nec codicillos, C. de codicill. Dec. *in l. furiosum, num.* 30.
C. qui testam. fac. poss. Honded. *consil.* 78. *num.* 53. *lib.* 2.
Menochius *præsumpt.* 181. *num.* 7. *lib.* 1. Caualer. *de-*
cis. 366. *num.* 3. & fuit dictum *in Meliten. testamen-*
ti 17. *Februarij* 1612. *coram bon. mem. Manzanedo,*
vbi Rota firmat pro indubitato testatorem sanæ
19 mentis præsumi, † nisi contrarium probetur, & al-
leganti furorem de tempore testamenti, vel alterius
actus, incumbit onus probandi, & quidem conclu-
20 dentissimè. Nam contra præsumptionem iuris † na-
turalis requiritur exactissima probatio, *l. fin. C. de*
testam. d. l. nec codicillos, C. de codicill. gloss. in cap. cùm
dilectus, de success. ab intestat. Bald. *in l. furiosum, C.*
qui testam. fac. poss. Spin. *de testam. gloss.* 10. *in rubr.*
num. 9. 10. *&* 11. Anton. Gomez *in l.* 3. *Tauri, num.* 7.
& 8. Rot. *decis.* 525. *num.* 1. *part.* 4. *recent. & coram*
Reuerendissimo D. meo Decano decis. 178. *num.* 8. *in fin.*
& num. 9.

Nec releuant testes in iudicio criminali exami-
21 nati, quia vltra † quod tanquam examinati in iudi-
cio criminali non probant in ciuili. Bald. *in l.* 3. *n.* 33.
Alexand. *num.* 26. *C. de eden.* Felin *in cap. causam quæ,*
il 1. *num.* 4. *de testib.* nec subsistit in facto, quod fue-
rint ritè, & rectè examinati, sed potius saluis exce-
ptionibus contra eorum dicta, & personam adducen-
22 dis, † animo eos repetendi eum interrogatoriis,
prout de iure debebat. Caual. *in punct. d. decis.* 366.
num. 5. euacuatur eorum fides, ex quo benè possunt
23 stare simul, vt quis habeat † ingenium imbecille, vel
imaginationem læsam, aut actus faciat non omnino
conuenientes homini sanæ mentis, & nihilominus
quod non sit in statu dementiæ, vt ex auctoritate
Galeni *lib.* 3. *de loc. affect.* firmat Menoch. *consil.* 683.
num. 14. *ad fin.* & ratio est, quia prædicta omnia non
24 excludant vsum rationis, † seu intellectum, nec men-
tis alienationem inducunt, quandoque viri sanæ
mentis, etiamsi ex accidenti faciant aliqua leuia,
non reputantur dementes. Rot. *d. decis.* 525. *num.* 5.
part. 4. *recent. & decis.* 178. *num.* 18. 19. *&* 21. *coram*
Reuerendiss. D. meo Decano.

25 Et vlterius probatio dementiæ non releuat, † ni-
si probata concludenter de tempore testamenti, vt
superius dixi, nec suffragatur aliqua probatio per-
cutiens tempus antea, vel post testamentum, quo-
niam testis deponens super furore debet interroga-
26 ri quid vidit, † quæ signa, quos motus, vel actus
fecerit testator, vt ex illis percipi possit furor, & de-
mentia testantis, nam hæc accidentia non possunt
27 percipi ex momento † temporis, sed ex quodam
discursu, & multitudine actuum. Bald. *in cap. cau-*
sam quæ, de testib. Aretin. *in l.* 1. *si cert. pet. col.* 3. Immò
testibus de dementia deponentibus non creditur,
† nisi assignent rationem eorum dicti, licet non 28
fuerint interrogati. Rot. *decis.* 107. *num.* 4. *part.* 2.
diuers. vbi plures DD. refert, *& d. decis.* 525. *num.* 3.
part. 4. *recent. & coram Reuerendiss. D. meo Decano d.*
decis. 178. *num.* 10.

Vnde cum ex qualitate testamenti resultent si-
gna, & actus sanæ mentis, ex quo testator reliquit
plura legata locis, & causis piis, omnes nepotes
venientes ab intestato institutionibus particulari-
bus, & legatis honorauerit dictumque D. Petrum
Paulum hæredem institutum de sua familia de Zac-
conibus vocari mandauerit, absque dubio præsu-
mendum est testatorem fuisse sanæ † mentis cum 29
fecerit testamentum prudenter, & rectè ordinatum,
vt patet ea eius lectura summar. Petri Pauli num. 1.
quod sufficit ad eius validitatem, etiamsi fuisset fa-
ctum ab eo, † qui aliquando habuisset dilucida in- 30
terualla, quia nulla maior sanæ mentis coniectura
datur, quàm illa quæ desumitur ex qualitate testa-
mentariæ † dispositionis, *l. patronus, §. fin. ff. de le-* 31
gat. 3. Bart. *in l.* 2. *de bonor. possess. furios. & infant. de-*
lat. Bald. *in l. furiosum, C. qui testam. fac. poss.* Anton.
Gom. *in d. l.* 3. *Tauri, num.* 8. *degum.* text. *in l. Titia,*
in fin. ff. de legat. 3. Rota *coram Caualer. d. decis.* 366.
num. 7. *& d. decis.* 525. *num.* 7. *part* 4. *& recent.* & in
terminis *in Romana hæreditatis de Gracchis* 5. *Decem-*
bris 1618. *coram bon. mem Rembelde.* Maximè, quia
tabellioni asserenti testatorem † fuisse sanæ mentis, 32
prout hic, standum est, cum prædicta signa, & actus
sani iudicij præcesserint. Spin. *de testam. in d. gloss.* 10.
in rubr. num. 11.

Ex quibus vtraque parte informante responde-
runt DD. pro re iudicata quoad partem sententiæ,
quæ fuit in Rota commissa super negotio ciuili,
quia testamentum est validum † cum omnibus so- 33
lemnitatibus iuris conditum, & consequenter hære-
dem in eo institutum fuisse ritè, & rectè institutum.

Aliæ decisiones in eadem causa habentur part. 7.
idest, sub diebus 15. Martij 1619. & 16. Maij eius-
dem anni coram eodem R. P. D. Carrillo.

R. P. D. PANZIROLO.

Auenionen. Vsusfructus.

Die Mercurij 1. Iulij 1637.

ARGVMENTVM.

Testatoris mens ex illius verbis est colligenda. Hæres, quando non dicatur impugnasse mentem testatoris ad hoc, vt illius commodo priuetur. Vsusfructus si alicui sit relictus, vt faciat fructus suos, debet offerre cautionem de bene vtendo.

SVMMARIVM.

1. *Sententia validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2. *Testatoris mens ex illius verbis potissimum est colligenda.*
3. *Testator si disposuerit, quod quis aliqua re gaudeat eius vita durante, ista verba nihil aliud importare videntur nisi vsumfructum.*
4. *Mentecaptus quis veniat substituendus.*

5. ad

5. *ad Sorores etiam extenditur l. humanitatis, C. de impub. & alijs substit.*
6. *Heres nullum commodum sentire debet ex testatoris voluntate, si eam impugnauit, limita num. 9.*
7. *Substitutio exemplaris facta à patre filijs mente captis non reputatur testamentum patris, sed filiorum.*
8. *Substitutio exemplaris euanescit, cessante filiorum dementia.*
10. *Vsusfructus si alicui fuerit relictus, debet dare cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, alias si eam non obtulerit, non facit fructus suos, limita hoc si res remansit semper penes heredem.*
11. *Remplus est habere, quàm fideiussorem.*
12. *Vsumfructum, quis bene potest donare pro tempore sua vita.*
13. *Fructus possunt locari ad vitam vsufructuarij.*

DECISIO CXLV.

CEnsuerunt Domini sententiam R. P. D. Dunozetti esse confirmandam, vti iustam,& validam, validitas enim † illius appaiet ex reuolutione processus, in quo omnia necessaria interuenerunt. Caputaq. *decis.*260. *parte*1. 1

Iustitia verò elatè detegitur ex decisione emanata super hac eadem causa 4. Febr. prætetiti, in qua fuit firmatum DD. Francisco,& Catherinæ de Granolliacs competere vsumfructum tertiæ partis bonorum fideicommisso Nicolai de Tenolliis subiectorum, vti Donatariis Gabrieliæ ipsius Nicolai filiæ, ea ratione, quia Nicolaus in sua dispositione sub qua decessit, hæredes vniuersales instituit DD. Antonium, & Bartholomæum eius filios mentecaptos; illosque reciprocè substituit, eisdemque sine filiis legitimis decedentibus, substituit vulgariter, exemplariter, & per fideicommissum primos liberos masculos Gilettæ, Ludouicæ, & Gabrieliæ ipsius testatoris filiarum, & casu, quo aliqua ex dictis filiabus nullum haberet masculum, disposuit, quod d. filia tunc gauderet eius vita durante illa patte, & portione bonorum quam eius liberi masculi consecuti fuissent, si in rerum natura extitissent. Quare mortuis Antonio, & Bartholomæo, superstitibus ex Giletta Hectore, & ex Ludouica Francisco, visum fuit non posse dubitari, quin factus fuerit locus vsufructui d. tertiæ partis bonorum Nicolai, ad fauorem Gabrieliæ, quæ nunquam filios masculos suscepit, † prout non controuertitur stante clara mente testatoris, quæ ex illius verbis potissimum eligenda est, *l. Labeo, § idem Tubero, ff. de supellect. leg.* Fusar. *de substit. quæst* 257. *num* 21. Rot. *decis.* 130. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* quæ verba nihil aliud videntur importare nisi vsumfructum, † dum dicitur, quod filia gaudeat eius vita durante illa portione bonorum, quam eius filij masculi, si tales ipsa habuisset, consecuti fuissent, vt per Ceph. *consil.* 158. *num.* 5. Catdin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib* 9. *tit.* 1. *num.* 29. & fuit firmatum *in hac causa die* 19. *Iunij* 1617 *coram bon. mem. Buratto* ; & repetitum 4. *Febr. prædicti coram R. P. D. meo Dunozetto.* ᵃ 2 3

Nec potest dici, quod Gabrielia contrauenerit paterno testamento, dum impugnauit substitutionem exemplarem, quam testator Bartholomæo, & Antonio filiis mentecaptis fecerat ad fauorem Francisci, & Hectoris eius nepotum sub prætextu, † quod ipsa vti soror mentecaptorum debuerit substitui iuxta disposit. *l. humanitatis, C. de impub. & alijs substit.* quæ extenditur etiam † ad sorores, Ripa *in l. ex facto, num.* 9. *ff. de vulgar. & pupill.* & latè comprobat Fusar. *de substit. quæst.* 189. *num.* 2. & sic nullum potuisse sentire commodum † ex paterna voluntate, quam impugnauit Roman. *consil.* 116. *num.* 11. Nam fuit ponderatum Gabrieliam non impugnasse paternum testamentum in ea parte, in qua ea substitutio continebatur, sed potius fraternum, † quia substitutio exemplaris facta per patrem filiis mentecaptis, reputatur filiorum testamentum. Rip. *in l. ex facto, n.* 5. *ff de vulgar. & pupill.* & cessante dementia, cessat etiam † exemplaris substitutio, vt latè per Fusar. *de substit. quæst.* 199. *num.* 1. Vnde cum Nicolaus duplicem fecerit substitutionem, vnam exemplarem, alteram fideicommissariam, duo reputatur fecisse testamenta, vnum pro filiis, alterum pro se, & consequenter duo patrimonia distinxisse, & ideo cum Gabrielia diuiserit in sua petitione vtramque hæreditatem, & illam suorum fratrum petierit vigore exemplaris, illam vero patris in vim fideicommissariæ substitutionis † videtur approbasse paternum testamentum, & sic non debuit priuari vsufructu illius vigore sibi delato, vt latè fuit ponderatum in hac causa 4. *Febr. coram R. P. D. meo Dunozetto.* 4 5 6 7 8 9

Nec visum fuit obstare, quòd cum Gabrielia nunquam dederit, neque obtulerit cautionem † de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, non potuerit facere fructus suos, ex Fulgos. *consil.* 51. *ad finem*, & Ruin. *consil.* 91. *num.* 10. *& consil.* 201. *num.* 7. *lib.* 1. Dec. *consil.* 607. *num.* 3. *& consil.* 608. *num.* 1. Ruin. sibi contrarius *consil.* 88. *num.* 9. *lib.* 5. & post eos Gabr. *de vsufruct. conclus.* 1. *num.* 40. *vers. contrarium. & n.* 49. Caroc. *de locat. & conduct. in verb. vsusfructus, quæst.* 10. *fol* 83. Surd. *decis.* 57. Nam Dominis placuit responsio data coram R. P. D. meo Dunozetto, quod cum dicta bona fuerint semper penes Hectorem, & Franciscum, d. cautio non erat necessaria, cum plus sit † habere rem quàm fideiussorem, & propterea benè potuit Gabrielia donare dictum vsumfructum DD. Francisco, & Catharinæ eius nepotibus pro tempore, quo vixit, *l. non vtitur*, & ibi gloss. *in verb. donatio ff de vsufruct.* Castill. *de vsufruct. quæst* 69 *num.* 6. *& seqq.* vt in simili, quod fructus † possint locari ad vitam vsufructuarij dixit Botgnin. *decis.* 25. *num.* 8. *vers. cum igitur, lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 3. *n.* 11. 10 11 12

Et sic vna tantum parte, &c.

ᵃ Est decisio 195. part. 7. in eadem causa adest altera decisio, sub die 11. Decembris 1637. coram R. P. D. Ghislerio, & part 8. habetur alia sub die 18. Martij 1639. coram eodem R. P. D. Ghislerio.

R. P. D. VEROSPIO,

Bononien. Legati.

Die Mercurij 1. Iulij 1637.

ARGVMENTVM.

Testator si mandauerit, vt solueretur vxori omnis ea summa pecuniarum, cuius ipsa assereret, se esse illius creditricem, iubens vt in hoc staretur soli illius declarationi, qualiter sit intelligendum hoc legatum, declaratur.

SVMMARIVM.

1. *Creditor potest sequi fidem eius debitoris circa declarationem ab eo factam de suo credito.*

2. *Testator*

2. *Testator mandare potest, vt stetur declarationi sui creditoris circa id, quod ei debet.*
3. *Pecunia nomen de sui natura aptum est comprehendere omnem speciem debiti.*
4. *Legatum quando venit interpretandum, attendi debet communis vsus loquendi.*
5. *Pecunia appellatione secundum communem vsum loquendi venit tantum pecunia numerata.*
6. *in Legatis semper sumenda est ea interpretatio, quæ sit contra legatarios, & minus noceat hæredi.*
7. *Facultas concessa sub verbis amplissimis, & generalissimis, non debet restringi ad vnam tantum speciem rei.*
8. *Verba, quomodolibet, vel quomodocumque, non recipiunt aliquam restrictionem.*
9. *in Interpretatione vltimarum voluntatum particularis vsus, seu consuetudo testatoris præferendus venit communi vsui, seu consuetudini.*
10. *Legatum non strictè interpretandum stante coniunctione, quæ intercedit inter legatarium, & testatorem.*
11. *Legatum est latè interpretandum stantibus pluribus argumentis beneuolentiæ, quæ testator legatario ostendit in testamento.*
Maritus, si relinquat aliquod legatum vxori, non est strictè interpretandum, ibid.
12. *Maritus si leget aliquid vxori, non habet locum illa regula, quod interpretatio legati sit facienda in dubio ad fauorem hæredis contra legatarios.*
13. *Creditor, si vigore facultatis à testatore ei concessa potest declarare quantitatem sui crediti, tunc illius causa debet constare ex alijs probationibus, limita num. 15. & 16.*
14. *Statuto si caueatur, vt stetur iuramento damnum passi, circa d. damnum passum, debet prius probari damnum fuisse datum, & postea est admittendus ad iurandum super extimatione damni passi.*
17. *Creditor dicitur amisisse facultatem ei relictam à testatore circa declarationem sui crediti, si dolosè dictam declarationem fecerit.*
18. *Conuentio facta inter contrahentes de stando iuramento, siue simplici declarationi alterius partis, cessat supradicta conuentio, stante dolo iurantis, siue declarantis.*
19. *in Arbitrij cuiusuis concessione, quamuis liberi, & pleni, semper censetur exceptus dolus illius, cui dicitur dictum arbitrium concessum.*
20. *Procuratoris dolus non debet imputari principali.*
21. *Procuratoris dolosa declaratio non potest dici facta à principali, præsertim vt illi adscribi debeat aliquis dolus.*
22. *Crediti generalis petitio facta cum protestatione detrahendi quamcumque summam antea solutam, remouet omnem suspicionem doli, cum eius effectus sit, vt non intelligatur facta ea petitio, nisi pro vero credito.*
23. *Error est excusabilis, si consistat in facto alieno.*

DECISIO CXLVI.

EX testamento Hieronymi relicta fuerunt Helenæ suæ vxori duo legata, in primo mandauit testatot, vt illi solueretur omnis ea somma pecuniarum, cuius ipsa assereret se esse illius creditricem, iubeos vt in hoc staretur soli illius declarationi, addita ratione, quia notam habebat illius integritatem in secundo legato, quod tamen relictum fuit in codicillis, voluit idem testator, vt ipsi Helenæ soluerentur lib. 1200. sub ea tamen conditione, qood traderet suo hæredi partem vnius domus, quam illa de soo ære emerat, & quædam bona mobilia, quæ reperiebantur in domo sui ipsius, & pertinebant ad hæreditatem benedicti fratris eiusdem suæ vxoris. Has summas cum Helena consequi vellet, declarauit se esse creditricem occasione primi legati in certa pecuniarum quaotitate, & obtinuit condemnari hæredem ad illius solutionem vigore duarum sententiarum, ex quibus vltima moderara fuit condemnationem factam in prima, cum ante eam præcessisset noua illius declaratio, in qua confessa fuit suum creditum ascendere ad solam eam quantitatem, quæ postea ei concessa fuit vigore vltimæ sententiæ, vnde dubitatum fuit coram me, an deberetur Helenæ legatum pro summa contenta in eadem sententia. Et DD. proposito hodie dubio respoonderunt deberi.

Et verò non controuertebatur, an valere posset
ea declaratio Helenæ, dum illa eam fecit vigore li-
centiæ, quæ fuit eidem concessa † à Hieronymo suo 1
debitore, qui potuit in hoc sequi illius fidem, oo-
tant DD. *in l. Theopompus, ff. de dote prælegata, &*
in l. vltim. ff. de prætorijs stipulat. Speculator *in tit. de*
probat. §. viden. num. 7. & in terminis legati facti à
debitore in testameoto † in quo idem mandauerit, 2
quod stari deberet declarationi creditoris, voluit
Alexand. *in consil. 54. lib. 2. arguendo de contract. ad vl-*
timas voluntates. Ioan. Crot. *in repetitione l. nemo potest,*
num. 6. ff. de leg. 1. Peregrin. *de fideicommiss. art. 33.*
num. 59. & latè discosso articulo tenuit Rota *in vna*
Romana legati coram bon. mem. Andrea sub die 22. Iu-
nij, & 15. Decembris anni 1616. solùm dubitatum
fuit de ea declaratione proptet aliquas exceptiones,
quæ contra illam opponebantur, ex quibus fieri vi-
debatur, vel quod ea facultas oon fuisset Helenæ
ita liberè coocessa, vel saltem, quod ipsa amisisset
eam potestatem. Et prima exceptio coosistebat in
declaratiooe eius facultatis, quæ dicebatur com-
plecti solam speciem pecuniæ numeratæ, cuius verè
debitor fuisset Hieronymus; & hæc exceptio dice-
batur probari ex eiusdem testamento, quia cum le-
gata fuisset Helenæ omnis summa pecuniarum, cu-
ius illa declarasset se esse creditricem, negabatur po-
tuisse illam vti eadem facultate etiam respectu alio-
rum credituum, quæ habebat aduersus testatorem
petendo, vt fecit tum plura bona mobilia, quæ ab
eodem testatore alienata fuerant, & ad se specta-
bant ex hæreditate Benedicti sui fratris, tom quæ-
dam bona immobilia pertinentia ad eamdem hære-
ditatem, ac demom fructus, quos dicebatur testa-
tor percepisse ex eisdem bonis. Et verò licèt nomen
† pecuniæ sui natura aptum sit comprehendere om- 3
nem speciem debiti, vt probat text. *in l. pecuniæ appel-*
latione. ff. de verb. signifi cat. & in l. pecun. verbum. ff. eod.
tit. notan. DD. *in l. 1. §. creditum. ff. si cert. petat.* & post
gloss. *ibi in verbo pecunia.* Tamen dicebatur oon posse
illam hoc casu complecti eas species, qoia cum age-
retur de † interpretatione legati, attendi debebat 4
communis vsus loquendi, secundum quem nomine
ipsius † pecuniæ intelligebatur sola pecunia nume- 5
rata, vt tradit Batt. *in l. salui scriptura num. 1. ff. de leg. 1.*
& ibi etiam Ias. *num. 22.* Rebuff. *in d. l. pecunia appel-*
latione 4. ff de verb significat. Franciscos Curt. *in tract.*
de sequestro quæst. 1. num. 2. Et hoc etiam suaderi vi-
debatur, eo quia contraria interpretatio redundare
poterat in præiudicium hæredis, † vnde est, quod 6
in legatis semper sumitur ea interpretatio, quæ sit
contra legatarios, & minus noceat hæredi, vt pro-
bat

bat text. *in l. si ita sit scriptum* 14. *ff. de leg.* 1. *& in l. unmis, ff. de leg.* 3. tradit Dec. *in l. semper in obscuris, num.* 2 *ff. de reg. iur. & in consil.* 40. *num.* 1. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 30.

Verum hæc exceptio visa fuit cessare consideratis verbis eiusdem legati propter plures dictiones vniuersales, ex quibus apparebat testatorem voluisse solui vxori suæ omnem summam pecuniarum, cuius illa declarasset se esse *quomodolibet, aut quomodocumque* creditricem, quia natura harum dictionum non patiebatur, vt facultas ei concessa restringi de-
7 beret † intra terminos solius pecuniæ numeratæ, sed complectebatur omnem speciem debiti, quæ consisteret in pondere, numero, aut mensura, vt notant DD. *in l. si talis scriptura ff. de leg.* 1. & *ibi* Bart. *num.* 1. *& in l. generali, §. vxori, ff. de vsufruct. legato*, vbi idem Bart. *num* 4. & voluit Ang. *consil.* 331. *num.* 1 Ruland. *consil.* 87. *num.* 9. *volum.* 2. Natta *consil.* 160. *num.* 19.
8 & eas dictiones quomodolibet, † aut quomodocumque in his terminis ponderauit Angel. *d. consil.* 331. Alexand. *consil.* 155. *num.* 3. *lib.* 2. Rota *coram Card. Seraph. decis.* 317. *num.* 3. *& decis.* 350. *num.* 2. gloss. *in l. Balista, ff. ad Trebellianum*, & probatur auctoritate eius textus. Neque huic interpretationi dici poterat obstare communis vsus loquendi, quia præterquam ille probatus non fuit, præterea ei præ-
9 ferri debebat particularis † vsus siue consuetudo testatoris, ex qua apparebat eum solitum fuisse redigere sua credita, quæ consisterent in certa specie ad æstimationem pecuniæ, & probatur id etiam expressè, ex text. *in l. si seruus plurium* 53. § *si numerus, ff. de leg.* 1. *& in l. nummis, ff. de leg.* 3. notant DD. *in l. hæredes palam, ff. de testam.* & *ibi* Castrens. *in* §. 1. *num.* 5. Aret. *num.* 9. Rom. *num.* 7. Card. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 1. *& lib.* 6. *tit.* 12. *num.* 2. Præterea suadetur hæc interpretatio ex qualitate personæ, cui idem legatum factum fuit, quia poterat in eo recipi hæc extensio tam propter coniun-
10 ctionem, quæ intercedebat † inter eam, & testatorem, quàm etiam propter plura argumenta beneuo-
11 lentiæ, quæ ille eidem † ostendit in testamento, vt in terminis declarationis legati facti ad fauorem vxoris, tenuit Rota *coram Cardin. Seraph. decis.* 240. *num.* 5. & voluit Surd. *in consil.* 446. *num.* 27. Thesaur. *decis.* 168. *num.* . Alciat. *consil.* 121. *num.* 10. *lib.* 9. vbi
12 dicit hoc casu non habere † regulam contrariam, vt interpretatio legati facienda sit in dubio ad fauorem hæredis ac contra legatarios.

Secunda exceptio respiciebat etiam interpretationem eiusdem facultatis, quia negabatur illam intelligi debere de declaratione, quam Helena facere potuisset super substantia sui crediti, sed solum respectu quantitatis, itaut in probatione causæ eius-
13 dem crediti requireretur, † quod de eo constaret ex aliis probationibus, & declarationi Helenæ solum commissa fuerit quantitas, cuius (probato ipso credito) illa assereret se esse creditricem, vt voluit Bart. *in l. Diuus, ff. de militari testamento, num.* 2. *& in l. si quando, num* 4. *C. vnde vi*, vbi quod si ex dispo-
14 sitione statuti concessum sit, vt stetur † iuramento damnum passi, debeat prius probari datum fuisse damnum, & postea admitti illius iuramentum super æstimatione eiusdem damni, & idem tradit Cinus *in d. l. si quando, num.* 4. & *ibi* etiam Bald. Dec. *consil.* 83. *num.* 3. Sed hæc exceptio visa fuit tolli ex verbis eiusdem testamenti cum ex iis appareret voluisse testatorem, vt ad vxorem suam pertinere debe-
15 ret declaratio eius crediti, † tam respectu quantitatis, quàm respectu substantiæ siue causæ illius, & hoc visæ sunt significare eædem dictiones, *quomodolibet, & quomodocumque*, quibus dictum fuit habere debere locum declarationem ab ea faciendam, cum illæ non possent intelligi de sola quantitate crediti, quod illa haberet contra hæreditatem testatoris. Et visa fuit hæc exceptio tolli posse etiam ex facto,
quia datæ fuerunt singulæ causæ, † ex quibus descen- 16
debat id creditum Helenæ, & respectu bonorum immobilium, quæ possessa fuerunt à testatore ex hæreditate benedicti, ac respectu fructuum, quos ille percepit ex illius bonis datæ fuerunt primò probationes ex instrumentis acquisitionum omnium eorundem bonorum, secundò ex testibus, qui deponebant de fructibus perceptis à Hieronymo, tertiò demum ex inuētario hæreditatis benedicti, quod ille confecerat tanquam procurator suæ vxoris in quo descripta erant tam singula corpora eorum bonorum, quàm etiam plurium bonorum mobilium pertinentium ad eamdem hæreditatem.

Adducebatur etiam tertia exceptio, & in ea dicebatur amisisse Helenam eam facultatem, quæ illi concessa fuerat à testatore. Hæc vero exceptio consistebat in dolo, qui videbatur considerari posse super prima declaratione ab ea facta, quia cum in illa petita fuissent plura bona, quorum ipsa non erat
creditrix, & probabatur † ex eiusdem confessione 17
in secunda declaratione, non poterat amplius recipi ea declaratio, vt in terminis tradit Crotus *in d. l. nemo potest, ff. de legat.* 1. *num.* 61. & in terminis conuen-
tionis factæ † inter contrahentes de stando iura- 18
mento, siue simplici declarationi alterius partis voluit Angel. *in l. vltim. ff. de prætoriis stipulat. num.* 3. & *ibi* etiam Imol. *num.* 3. *in fine.* Cumanus *num.* 2. Iason *in l. iusiurandum, quod ex conuentione, num* 2. *ff. de iureiurando in* 2. *limitat.* Plotus *de in litem iurando*, §. 48. *num.* 4. cuius rei ea videbatur esse ratio, quia
in concessione cuiuscumque arbitrij quamuis † ple- 19
ni, & liberi semper censetur exceptus dolus illius, cui dicitur idem arbitrium concessum fuisse, vt notant DD. *in l. creditur, §. Lucius, ff. mandati*, & *ibi* Bart. *num.* 2. Bald. *num.* 1. Albericus *num.* 5. Bart. *in d. l. vltima, num.* 3. *in fine ff. de prætoriis stipulat. & in l. fideicommissum, num.* 3. *ff. de legat.* 3.

Verum huic exceptioni responsum fuit etiam ex facto. Nam ex duobus dicebatur probari hic dolus, primum ex petitione pretij bonorum mobilium, quæ dicebantur possideri ab eadem Helena; secundò ex petitione fructuum prædij nuncupati de Boschi per spatium duorum annorum, quos illa confessa fuit in secunda declaratione fuisse à se perceptos. Sed non visus fuit probari aliquis dolus respe-
ctu petitionis † bonorum mobilium, cum in prima 20
declaratione non petita fuissent omnia bona mobilia, sed solum ea deficiebant ex hæreditate benedicti, vt constabat ex eadem declaratione, in qua apparebat Helenam se restrinxisse ad solum valorem eorum bonorum, quæ à Hieronymo alienata fuerunt; quod verò attinet ad fructus bonorum mobilium, visus fuit hic dolus ex pluribus excusari posse, quia ea petitio facta fuit ab illius procuratore, & quidem cum expressa protestatione detrahendi quamcumque summam, quæ antea soluta fuisset suæ principali; vnde non solum ea declaratio non
poterat dici facta ab Helena, † præsertim ad effe- 21
ctum, vt illi adscribi deberet hic dolus, sed per eam clausulam, quæ fuit addita in declaratione facta ab
eodem procuratore † remouebantur omnis suspicio 22
doli, cum eius effectus esset, vt non intelligeretur facta ea petitio, nisi pro vero debito, vt voluit gloss.

in

in §. sed hæc quidem, Institut. de actionib. & notauit *ibi* Iason *num. 3. & in §. si agens. num. 2. Instit. eod. tit.* Speculat. *in tit. de libell. concept. §. nunc ostendamus. num. 12.* Præterea dicti fructus non percepti
23 fuerunt ab Helena, sed à conductore eius prædij, inde ex hoc etiam capite poterat excusari error commissus in eorum quantitate, tanquam consistens in facto alieno, ex notatis per glos. *in l. error. C de iuris & facti ignorantia, & in l. vlt. ff. pro soc.* not. Bart. *in dict. l. error, & in l. non fatetur num. 6. ff. de confessis*, & in terminis tenuit Rota *coram Gregor. decis. 439. num. 11.*

Et ita, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Dotis.

Die Mercurij 1. Iulij 1637.

ARGVMENTVM.

Dotis promissio facta per mulierem valet, & sustinetur, etiamsi in eius obligatione non interuenerint solemnitates statutariæ, quod procedit, siue mulier dotare teneatur, siue non, quæ conclusio solum limitatur, quando mulier est minor, &c.

SVMMARIVM.

1. *Mulieris obligatio facta de soluendo dotem alicui, valet, & tenet, licet non sint seruata solemnitates statutaria.*
2. *Dotis promissioni facta à muliere sine solemnitatibus lex fauet, ne scilicet mulier indotata, & sine viro remaneat.*
3. *Dotis augumentum, quando est promissum à muliere post matrimonium iam contractum, tunc in eius obligatione sunt seruanda solemnitates statutaria.*
4. *Contractus promissionis dotis perficitur consensu, & pro eo non requiritur scriptura, nisi ad maiorem probationem.*
5. *Contractus inest in alio stante relatione vnius ad alium.*
6. *Mulieris confessio, si sit adminiculata ex multis scripturis, & instrumentis, ei praiudicat etiam sine solemnitatibus.*
7. *Mulier extranea, quando promittit dotem alicui, tunc in eius obligatione sunt seruanda solemnitates statutaria, sed Rota semper reiecit istam opinionem, num. 8.*
9. *Dos reperitur specialiter priuilegiata, vt mulier possit se pro dote obligare, & num. 16.*
10. *Mulieres omnes absque alia distinctione, si promittant dotem, omnino compellenda sunt ad obseruandam promissionem.*
11. *Mulier, quando est minor, tunc in promissione dotis tenetur obseruare solemnitates statutarias, si obligatio dotis sit voluntaria, & num. 14.*
12. *Mulier promittendo dotem, si sit maior, obligatur indistinctè, siue ex voluntate, siue ex necessitate promittat.*
13. *Mulier, dum se obligat, ex causa necessaria, tunc solemnitates statutaria non requiruntur.*
15. *Mulier, dum voluntariè se obligat, requiruntur solemnitates statutaria in obligatione, secus verò si necessariè.*
17. *Mulier minor non reperitur specialiter priuilegiata, circa promissionem dotis, ideo in eius promissione sunt seruanda solemnitates statutaria.*
18. *Clausula facultatiua procedendi ad vlteriorem executionem, intelligi debet ex eisdem actis, non autem de nouo deducendis.*
19. *Sed ista conclusio non procedit, quando reus deducit aliquid noui coram Iudice appellationis, quo casu licitum est etiam actori noua deducere ad elidendum ea, qua nouiter à reo excipiuntur.*
20. *Obligatio mulieris, non tenet, si vnus ex duobus proximioribus requisitis à statuto in eius contractu interuenit, & nullo consanguinitatis, vel affinitatis gradu erat coniunctus.*
21. *Mulier, quando obligatur, proximiores, qui interueniunt ex forma statuti in eius contractu, in eo non debent habere interesse.*
22. *Testes, si deponant de actu facto certa die post decennium, nisi reddant aliquam specificam rationem, non concludunt in dicto.*
23. *Testes, si deponant inuerisimilia, non sunt habendi in consideratione.*
24. *Testes, vt excludant consanguinitatem alicuius cum alio, vt probent, qualiter deponere debeant.*
25. *Mulieris obligatio non inualidatur ex eo, quod proximiores, qui ex forma statutorum in eius contractu interuenerunt, habebant in eo interesse, si illud non primarium, sed secundarium erat.*
26. *Subscriptio ex Statut. Vrb. lib. 1. cap. 149. requiritur etiam in donatione, qua fit contemplatione matrimonij contrahendi, quando non processit ex causa necessaria, vel non contineat aliquod commodum donantis.*
27. *Donatio, quando non est mera, & simplex, sed impropria donatio, tunc non subiacet dispositioni statutorum requirentium certas solemnitates in ea, amplia, num. 28.*
29. *Testator, si erat debitor alicuius, & mandet haredi, quod soluat debitum, tunc eius voluntas seruanda est non in vim legati, vel testamentaria dispositionis, sed in vim pracedentis obligationis, quam dum voluit seruari, re ipsa censetur adempta facultas dandi de illius nullitate.*
30. *Et hares sic adeundo hareditatem, dicitur se obligasse ad dictum praceptum.*
31. *Testator, si mandet haredi, vt soluat aliquod debitum, si constet de eius promissione, censendum est, quod voluit id obseruari, & adimpleri, quomodo se obligauerit.*
   Cum validitas, vel inualiditas pendeat ab eius voluntate, & potuit sic pracipere.
32. *Scripturarum productio potest fieri, etiam post relaxationem mandati pro eo conualidando, & executione substinenda.*
33. *post Mandati relaxationem tunc multo magis potest fieri scripturarum productio, si fiat per viam replicationis ad tollendas exceptiones.*
34. *pro Legatis consequendis non competit via executiua.*
35. *Legatum, nullo modo potest appellari praceptum testatoris tendens ad implendam obligationem iam ab eo contractam.*

DECISIO CXLVII.

IN decisione in hac causa facta 26. Iunij superioris anni coram me [a] resolutum fuit attenta

clausula rescripti appellationis procedendum esse
ad vlteriorem executionem mandati ab A. C. re-
laxati ad fauorem Excellentissimi Ducis Matti-
næ contra bona hæreditaria bon. mem. Flaminiæ
Columnæ Principissæ Bozzoli tam ex capite va-
liditatis, quàm ex capite iustitiæ d. mandati, quæ
deducebatur ex eo, quod Principissa in apocha ma-
trimoniali redacta postea in publicum Instrumen-
tum se obligauerat soluere scuta 10000. pro resi-
duo dotis D. Margaritæ eius neptis promissæ ei-
dem D. Duci, quam obligationem dictum fuit es-
se validam, cum ad eam deuentum fuerit cum
Iudicis decreto, & aliis solemnitatibus requisitis
ex *Statuto Vrbis cap.* 151. Quæ solemnitates sta-
tutariæ, quando non fuissent seruatæ, nihilo-
1 minus † dictum fuit sustineri eam obligationem
tanquam factam ex causa dotis, iuxta text. *in l. pro-
mittendo. ff. de iur. dot. & in l. fin. C. ad Velleianum.*
Hodie verò informantes pro Excellentissimis DD.
Sabellis hæredibus D. Principissæ instant potis-
simum super nullitate obligationis ad effectum re-
tardandi exequutionem mandati, quia talis obli-
gatio legitur facta postquam matrimonium fue-
rat iam contractum per mensem antea per ver-
ba de præsenti, & pro augmento dotis D. Mar-
garitæ, quæ erat dotata in scutis 45000. vltra dicta
scuta 10000. à D. Principissa promissa, vnde ces-
sabat causa, propter quam fauetur promissioni do-
2 tis, † ne scilicet mulier indotata & sine viro re-
maneat, qui sunt proprij termini *l. fin. C. de Velleia.*
Et ideo cum promissio facta fuerit pro dotis au-
gmento post matrimonium iam contractum præ-
3 sumitur † in fraudem statuti, & in ea seruandæ
sunt solemnitates requisitæ à statuto iuxta *cons.* 10.
Gabriel. *lib.* 1. quem sequuta fuit Rota *decis.* 433.
num. 3. *&* 479. *num.* 1. 4. *& seqq. coram Reuerendiss.
D. meo. Decano. & in causa Romana augmenti do-
tis* 13. *Nouembris* 1619. *coram bo. me. Buratto.* His
tamen non obstantibus causa pluries proposita, &
ab omnibus Dominis discussa iterum fuit dictum
constare de validitate, & iustitia mandati relaxa-
ti ab A. C. & esse procedendum ad vlteriorem exe-
quutionem.

Considerando primò seriem totius negotij, quia
4 sicut contractus perficitur consensu, † & pro eo
non requiritur scriptura, nisi ad maiorem proba-
tionem, ita recurrendum est ad totam huius fa-
cti seriem, ex qua apparet, quod præcessit primò
apocha Capitulorum matrimonialium inter D. Du-
cem Martinæ, & D. Margaritam, in quibus in
constitutione dotis, & iurium dotalium assignan-
tur Duci scuta 10000. promissa per apocham à D.
Principissa, quæ promissio legitur expressa etiam
in mandato procuræ facto in personam R. P. D.
Caraccioli ad contrahendum matrimonium, in
quo clare dicitur quod intendit contrahere cum
hac expressa conditione cum relatione ad Capi-
tula, & demum tertiò in instrumento contractus
matrimonij apparet repetita; vnde licet instru-
mentum promissionis fuerit solemniter postea fa-
ctum à Principissa Bozzoli de tempore contracti
matrimonij, tamen censetur factum in exequu-
5 tionem præcedentis conuentionis, † & reputari
debet ac si ab initio factum fuisset ante celebratio-
nem matrimonij, in quo apparet realiter facta
d. promissio, vt fuit dictum *in Romana quarti do-
talis* 15. *Martij* 1614. *coram bon. mem. Buratto, &
in Bononien. dotis* 3. *Iulij* 1624. *coram eodem.* Nec fa-
cit quod dicitur, vt hæ scripturæ, & confessiones
Principissæ non sint attendendæ tanquam factæ
sine solemnitatibus, quæ requiruntur, quia cum
hæc confessio & narratiua instrumenti vltimi, in
quo dicitur promissionem factam fuisse ante ce-
lebrationem matrimonij, † sit adminiculata ex 6
tot scripturis, & instrumentis, præiudicat mu-
lieri etiam sine solemnitatibus, vt per Achill.
decis. 1. *de confess.* Seraph. *decis.* 1134. *num.* 3. *&* 1443.
num. 1.

Non obstat replicatio, quæ fit per DD. de Sa-
bellis, quod quando etiam ista promissio dotis fa-
cta fuisset ante contractum matrimonium, nihilo-
minos necessariæ fuissent solemnitates statuti, ex
quo Principissa erat extranea † D. Margaritæ, eam- 7
que non tenebantur dotare, quo casu necessarias es-
se huiusmodi solemnitates dixit Rota *decis.* 22.
num. 7. post Pic. *ad Statut. Vrbis*, quia hæc distinctio
inter causam voluntariam & causam necessariam
† in constitutione dotis fuit semper reiecta à Rota 8
in muliere maiori obligante se pro dote, ea ratio-
ne, quia scilicet in isto † casu dos reperitur specia- 9
liter priuilegiata, vt mulier possit se pro dote obli-
gare *d. l. fin. C. ad Velleian.* ibi, *vel spoponderit pro
qualibet muliere, cum qua matrimonium licitum est,
omnino compellatur suam confessionem adimplere, &c.*
Quæ verba non sunt restricta ad eas tantum mu-
lieres, quæ necessario dotantur, sed omnes † ge- 10
neraliter comprehenduntur, & in his terminis te-
nuit Rota *in Romana dotis* 29. *Maij* 1601. *coram Or-
tembergo*, penes Pacific. *de Saluian. in postrema edi-
tione decis.* 103. *num.* 4. *&* 5. vbi firmatur quod cau-
sa voluntaria distinguatur à necessaria in muliere
minore, † quæ voluntariam obligationem dota- 11
lem non facit sine solemnitatibus, quæ ratio non
militat in muliere maiori, quæ indistinctè obliga-
tur † siue ex voluntate, siue ex necessitate, ita etiam 12
distinxit Rota *in Bononien. censu* 20. *Februarij* 1609.
coram Marquemontio decis. 177. *num.* 11. *part.* 1. *re-
cent.* ea ratione, quia in hoc non esset magis pri-
uilegiata causa dotis, quam sit quælibet alia causa
necessaria, † quæ per se non indiget solemnita- 13
tibus in sua obligatione, cum tamen dos sit priui-
legiata, & pro ea se obligare † possit sine vlla di- 14
stinctione maior viginti quinque annis siue mas-
culus, siue fœmina, dotem pollicitus pro quali-
bet muliere, vt sunt præcisa verba d. text. *in l. fin. C.
ad Velleian.*

Neque censuerunt Domini obstare, quod Ro-
ta vltimò *in Romana liberationis* 17. *Iunij* 1635.
coram Reuerendiss. D. meo Decano, probauerit opi-
nionem pro solemnitatibus in voluntaria obli-
gatione, & in sola necessaria † censuerit eam su- 15
stineri sine solemnitatibus, quia dicta decisio pro-
cedit in muliere prohibita contrahere, & sic non
potest intelligi de muliere maiori, in qua contra-
rium † fuit expresè firmatum in dicto text. *l. 16
fin. C. ad Velleian.* ideo refertur ad mulierem mi-
norem, quæ cum non sit specialiter priuilegia-
ta etiam in dotalibus prohibetur contrahere † si- 17
ne solemnitatibus statutariis, cum qua distinctio-
ne conciliantur omnia, quæ in contrarium possent
adduci.

Et in omnem casum extat secunda obligatio Prin-
cipissæ cum solemnitatibus statutariis stipulata 27.
Maij 1627. nempe cum præsentia duorum propin-
quorum, decreto Iudicis, & narrata causa dotis
ad formam statuti; contra quam non obstat primò
quod non sit in actis, & de actis, quo posito non
possit de novo in actis poni, & fieri de actis, quo-
niam

18 niam † clausula facultatiua procedendi ad vlteriotem exequutionem intelligi debet ex eiusdem actis,
non autem ex de nouo deducendis, vt sæpe firmauit Rota *in Tudertina officij Cancellariæ 19. Ianuarij 1598. coram Lancellotto qua est 53. in prima editione.* Statil. *de Saluian. & decis. 173. num. 1. coram bon. mem. Card. Caualer.* Quia dicta conclusio non
19 procedit, quando reus deducit † aliquid noui coram Iudice appellationis, quo casu licitum est etiam actori noua deducere ad elidendum ea, quæ nouiter à reo excipiuntur, vt fuit dictum *in Anconitana bonorum 21. Maij 1603. coram bon. mem. Iusto, & in Romana pretij fundaci 1. Iunij 1607. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, faciunt tradita *in decis. Cas. de Graff. 2. num. 7. de iudic.* vnde cum in hoc iudicio executiuo DD. de Sabellis fecerint nouas probationes in Rota examinando plures testes, potuit etiam D. Dux Martinæ producere secundum instrumentum obligationis ad tollendam exceptionem de nouo deductam contra exequutionem.

Non obstat, quod mandatum A. C. non possit sustineri in vim secundæ obligationis, cum pro
20 vno † ex duobus proximioribus requisitis à statuto interuenerit Marchio à Balneo, nullo consanguinitatis, vel affinitatis gradu coniunctus, vt ex testibus in Rota examinatis pro DD. de Sabellis, pro alio verò D. Camillus Columna, cui summè
21 † intererat quod d. Principissa validè se obligasset, ne ipse vti correus obligatus insolidum pro dd. scut. 10000. in apocha matrimoniali remaneret sine spe releuationis, si cogeretur soluere, nam respectu Marchionis à Balneo, licet testes examinati deponant tota die 27. Maij 1627. sub qua stipulatum fuit secundum instrumentum, extitisse in Vrbe Eminentissimum Cardinalem Sabellum, & bon. mem. Principem Paulum, necnon Excellentissimum Principem Bernardinum filium Pauli proximiores d. Principissæ, eosque commodè illius stipulationi potuisse interuenire, si fuissent vocati,
22 cum deponant † de actu facto certa die post decennium, nisi reddant aliquam specificam rationem, non concludunt in dicto, & potius dicuntur
23 deponere inuerisimilia, † non habetur in cosideratione, & in omnem casum non probat concludenter, quod Marchio à Balneo non sit consanguineus, cum non excludant illius parentelam, & proximio-
24 ritatem † per gradus distinctos prout necessario requiritur, cum agatur de fundamento intentionis DD. de Sabellis.

Quod verò D. Camillus pro altero proximiori adhibitus non potuerit validè hoc præstare, ex quo habebat interesse, cessat, cum illius interesse, vt fuit dictum in decisione, quæ reuidetur,
25 † sit secundarium, non autem principale, quia licet tam ipse, quam Principissa se obligauerint vti principales principaliter, & in solidum, tamen quoad ipsos DD. Camillum & Principissam, D. Camillus dicitur fideiussor, quia Principissa declarauit scuta 10000. esse soluenda de suis propriis pecuniis, & agnosceri obligationem D. Camilli esse fideiussoriam, stipulata est reuersionem dd. scutorum 10000. in casu obitus Margaritæ sine filiis ad sui fauorem eiusque hæredum, vnde negari non potest quin istud negotium re, & veritate pertineret ad solam Principissam, & quin D. Camillus esset merus fideiussor, & consequenter agatur de eius interesse secundariò ex allegatis in alia decisione.

Non obstat, quod deficiat subscriptio † requisita 26
ex Statut. Vrbis lib. 1. cap. 149. etiam in donatione, quæ fit contemplatione matrimonij contrahendi, quando non processit ex causa necessaria, vel non continet aliquod commodum donantis, quia cum ille contractus habeat suam correspectiuitatem, & causam, nempe dotis, & fuerit appositum onus pacti reuersiui in casum in quem Margarita decederet sine filiis, † non potest considerari vti me- 27
ra, & simplex, sed impropria donatio, quæ non subiacet dispositioni statuti Vrbis certas solemnitates requirentis, vt in puncto post Bart. probat Ruin. *consil. 126. num. 19. lib. 3.* cum aliis late deductis per Rotam *in Romana viridarij 19. Februarij 1590. coram Orano, & in Camerinen. bonorum de Ottonibus 17. Februarij 1623. coram bon. mem. Remboldo*, etiam si onus huiusmodi concernat
† commodum solius donatarij, vt per Natt. *consil. 609. num 29.* 28

Supradictis accedit testamentum eiusdem Principissæ Flaminiæ, in quo enunciata propria obligatione soluendi scut. 10000. mandauit suis hæredibus, vt soluerent eamdem summam, seu totum id, quod per ipsam testatricem non fuisset solutum vsque ad diem sui obitus, † quæ volun- 29
tas seruanda est non in vim legati, vel testamentariæ dispositionis, sed in vim præcedentium promissionum, quas dum voluit seruari re ipsa censetur hæredibus ademisse facultatem dandi de earum nullitate, & adeundo hæreditatem, dicuntur † se obligasse ad obseruationem d. præcepti, 30
quod non potest cessare ex eo, quod Principissa ignorauerit nullitatem obligationis, quia verè aderat eius promissio, quam voluit † per hæ- 31
redes obseruari, & adimpleri quomodo se obligauerit, vt per Alb. *consil. 109. num. 2. & sequentib.* & cum validitas, vel inualiditas penderet ab eius voluntate, potuit sic præcipere. Alb. *dict. consil. 109. num. 23.* Surd. *decis. 269. num. 14.* Nec facit, quod post causam commissam in Rota fuerit quoque productum testamentum, cum talis productio † potuerit fieri etiam post relaxa- 32
tionem mandati pro eo conualidando, & executione sustinenda. Seraphin. *decis. 701. num. 3.* Caputaque *decis. 114. & 332. part. 3.* vbi quod ita seruatur in Rota, præsertim cum sit facta productio † per viam replicationis ad tollendas exce- 33
ptiones, quo casu potest productio quandocumque fieri, etiam pro sustinenda exequutione, vt tenuit Rota *coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 56. num. 5.*

Non obstat, quod pro legatis non competat via † exequutiua, quia non agitur de legato, nec 34
prætenditur à Duce Martinæ vigore legati; legatum enim diceretur, si testatrix reliquisset scuta 10000. D. Margaritæ, & istud debuisset compensari cum dote promissa, sed forma & circumstantiæ facti demonstrant præceptum † testatricis ten- 35
dens ad adimplendam obligationem iam contractam nullo modo posse appellari legatum, & sic non applicari quod pro legatis non competat via exequutiua.

Et ex his partibus audiris pro confirmatione supradictæ decisionis fuit resolutum, &c.

a Est decisio 168. part. 7.

R. P. D. PANZIROLO.

Auenionen. Fideicommissi.

Die Mercurij 1. Iulij 1637.

ARGVMENTVM.

Fideicommissi existentia illius purificatione, & identitate bonorum probata, non potest denegari immissio fideicommissario, & quando d. immissio non impediatur propter debita testatoris soluta ab hærede grauato.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissario, quibus probatis non possit denegari immissio saltem in vim Saluiani, etiam quod agatur de fideicommisso particulari.*
2. *Fideicommissario non potest impediri immissio ex eo, quod grauatus prætendat bona retinere ob credita hæreditaria ab eo soluta cum cessione iurium.*

   Quando ista debita erant in modica quantitate, si potuerint compensari cum fructibus ab eo perceptis ex bonis fideicommissarijs.
3. *Dotis creditum, mulier grauata restituere bona hæreditaria, non potest prætendere illud ex dd. bonis extrahere, si cum fructibus ab ea perceptis de dd. bonis, potuerit compensari.*
4. *Hæres grauatus restituere, si soluat debita hæreditaria, & reportet iurium cessionem, ista cessio iurium nihil operatur, sed tantum habet vim liberationis, & quietationis.*
5. *Funeris impensæ sunt compensandæ cum rebus, quæ probantur remansisse penes hæredem grauatum de tempore obitus testatoris.*
6. *Authorizare ad sui fauorem aliquod factum nemo valet.*
7. *Filius non tenetur pro debito patris, & ideo non contra eum est dirigenda actio, sed contra patrem debitorem.*

DECISIO CXLVIII.

PRosequentes disputationem super reseruatis in decisione emanata sub die 11. Maij proximi præteriti.[a] Hodie Domini responderunt dandam esse immissionem D. Dominico de Castellana in bonis q. Gaspardi de Brancassio possessis à D. Diana de Gerardis, reseruato tamen eidem D. Dianæ certo corpore pro scut. 1000. & ratio resolutionis fuit, quia cum iam per tres decisiones resolutum fuit de existentia fideicommissi, illiusque purifica-
1 tione ad fauorem D. Dominici, ac demum † de
identitate bonorum, non potest ei denegari immissio saltem in vim Saluiani, etiam quod agatur de fideicommisso particulari. Gabriel. *consil.* 44. *num.* 2. & 3. *lib.* 2. latè Surd. *decis.* 76. *num.* 6. Seraphin. *decis* 8. 8. *num.* 1. Rot. *decis.* 368. *num.* 1. *part.* 5. *recent.* & post Peregrin. *de fideicommiss. art.* 45. *num.* 49. tradit Fusar. *de substit. quæst.* 611. *num.* 2.

Nec visum est obstare, quod D Dianæ competat retentio saltem ob credita hæreditaria per
2 ipsam soluta cum cessione iurium, † quia cum
ista consistant in modica quantitate, responsum fuit esse compensanda cum fructibus ab ea perceptis in multa maiori quantitate ex bonis fideicom-
misso subiectis, † vt in fortiori de credito dotis 3
probat text. *in l. mulier, la prima, §. cum proponeretur, vers. quod si tantos fructus, ff. ad Trebell* Castr. Alexand. & alij *in l. quod de bonis, §. quod autem, ff. ad l. Falcid.* Rip. *in l. in fideicommissariam, num.* 19. *ff. ad Trebellian.* Paris. *consil.* 25. *num.* 65. *lib.* 2. Socin. iun. *consil.* 57. *num.* 13. *lib.* 3. Natt. *consil.* 321. *num.* 4.
& sic cessio † iurium nihil operatur, sed tantum 4
habet vim liberationis seu quietationis. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 52. *num.* 34. Rot. *in recent. decis.* 426. *num.* 3. *part.* 2.

Nec releuant impensæ funeris, quia etiam istæ
visæ sunt compensandæ † cum animalibus, aliis- 5
que fructibus, qui in magna quantitate remanserunt penes D. Dianam de tempore obitus testatoris. Peregrin. *consil.* 38. *num.* 17. *vers. propositio est verissima, post med. lib.* 4. Fusar. *de substitut. quæst.* 670. *num.* 3. & faciunt tradita per Rot. *in decisione* 399. *num.* 18. *part.* 5. *recent.* sed tollitur omnis difficultas, dum cautius prouidendo indemnitati ipsius D. Dianæ pro omnibus supradictis creditis, ac expensis, relinquitur ei certum corpus scut. 1000. vt supra dictum fuit.

Minus releuant scut. 500. soluta Ioan. Iacobo sub prætextu, quod ei hanc summam oretenus reliquerit D. Trial Auctor d. q. Gaspardi, quia de tali legato, seu mente testatoris aliunde non constat, quàm ex propria declaratione recipientis, quod
† non valet authorizare factum ad sui commodum, 6
ad text. *in l. omnibus, C. de testam.* Alex. *consil.* 90. *sub num.* 13. *lib.* 6. Seraph. *decis.* 289. *num.* 4. Ludouic. *decis.* 42. *num.* 2.

Demum non obstant scut. 700. quæ dicunt soluta à D. Diana ipsi D. d'Ampus, quia ista nihil habent commune cum D. Dominico fideicommissa-
rio, † qui non tenetur pro debito sui patris, sed est 7
dirigenda actio contra ipsum D. d'Ampus, vt *tot. tit. C. ne filius pro parte.*

Et sic D. Dominico tantum informante resolutum fuit.

[a] Habetur hæc decisio in additione proat in Indice in eius fine posito part 7.

Et in eadem causa adsunt aliæ decisiones, idest, sub diebus 5. Decembris 1635. & 10. Maij 1636. & 6. Iunij 1636. & 19. Ianuarij 1637. sunt decisiones 77. 134. 142. & 189. part. 7. vbi habetur alia decisio sub die 16. Decembris 1637. coram eodem R. P. D. Panzirolo.

P. D. GHISILERIO.

Auenionen. Vsusfructus.

Die Veneris 11. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Testator, si alicui reliquerit vsumfructum alicuius rei, ille vsusfructuarius non facit fructus suos, nisi ab eo, vel ab alio eius nomine percipiantur, nec dicto vsufructuario datur actio, vel petitio vsusfructus priusquam satisdederit, & interim hæres lucratur fructus, nec eos tenetur restituere.

SVM

SVMMARIVM.

1. *Vsufructuarius rem possidens facit fructus suos etiam ante cautionem, tam de restituenda re, quàm de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.*
2. *Et ista est communis opinio.*
3. *Vsufructuarius si possidente proprietario cautionem non offerat, nec proprietarium interpellet, fructus suos non facit, cum non possideat, nec adimpleat.*
4. *Itaut hoc casu vsufructuarius non potest petere fructus, nec proprietarius tenetur illos restituere, & hac est receptissima & mente tenenda conclusio.*
5. *Fructus percepti per haredem, antequam vsufructuarius prastet cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, vsufructuario non debentur.*
6. *Quia hares non tenetur ante cautionem sibi prastitam vsufructuario dimittere res, quarum vsusfructus est relictus, nec fructus ex eis perceptos.*
7. *Et haredi imputari non potuit si dictam cautionem non petiit, quia illam vsufructuarius, & iam non petitam debuit offerre, aliàs non potuit hares in mala fide constitui.*
8. *Vsufructuarius, si non satisdet etiam harede non petente non facit fructus suos, sed interim hares eos lucratur, nec tenetur eos restituere, & 21.*
9. *Et ratio est, quia fructus non acquiruntur vsufructuario, nisi ab eo, vel ab alio eius nomine percipiantur, vel à solo separentur, & num. 20.*
10. *Nec vsufructuario datur actio, vel petitio vsusfructus antequam satisdederit se arbitrio boni viri fruiturum, vsurum, &c. & num. 11.*
12. *de Vsusfructus substantia licet cautio de vtendo arbitrio boni viri non sit, cum sæpè sine ea detur vsufructuarius.*
13. *Est tamen de substantia illum petendi, itaut ante hanc oblationem vsufructuario fructus minimè debeantur.*
14. *Hares non dicitur constitutus in mora, nec in mala fide, si ille cui debetur vsusfructus, illum non petijt, nec prastitit cautionem, & num. 15. & 24.*
16. *Text. in l. si vsusfructus C. commun de leg. & alij in quo casu loquuntur.*
17. *Hares non tenetur restituere fructus ab eo perceptos vsufructuario ante cautionem prastitam.*
18. *Intercedente verò mora ipsius haredis in eo punitur, quod condemnatur ad fructus perceptos à die mota litis, quamuis non prastiterit cautionem.*
19. *Rem habere plus est, quàm fideiussorem.*
22. *Vsufructuarius inopia laborans, ratione impotentia, lex sibi dimissionem prastandi cautionem indulget, secus verè inopia cessante.*
    Et in primo casu bona debent remanere penes haredem, vel alium extraneum, qui tenetur aliquid annuum ei prastare.
23. *Vsufructuarius si propter inopiam non potest inuenire fideiussorem de bene vtendo, &c. debet petere vsumfructum, & vlterius probare inopiam, vel allegari & iurare non posse inuenire fideiussorem.*
25. *ex Legibus diuersis, qua nihil habent inter se commune, non debet inferri de vna ad aliam.*
26. *Hares, vt constituatur in mora tradendum vsumfructum vsufructuario, copulatiuè requiritur & petitio, & oblatio fideiussoris, & an quis excusetur ex dubietate, num. 27.*
28. *Iuris ignorantia prasumitur in muliere ob sexus fragilitatem, & vide num. 29.*
30. *Vsufructuarius vt acquirat fructus, possessio legitima sufficit etiam ante cautionem proprietario prastitam, post verò petitam cautionem non sufficit possessio, cum iam vitiosa esse incipiat.*

DECISIO CXLIX.

CVm in gradu appellationis coram me Iudice deputato per Eminentiss. Cardinalem Legatum, Domini dubitauerint de iustitia duarum sententiarum, in quibus fuit pronunciatum Dominis Francisco, & Catherinæ de Granullias nepotibus donatariis, & hæredibus Gabrielliæ vnius ex filiabus Nicolai de Tertulliis testatoris deberi vsumfructum tertiæ partis bonorum ipsius testatoris fideicommisso subiectorum, hac die illas censuerunt reuocandas.

Quia licet regula sit, vsufructuarium † rem pos- 1
sidentem facere fructus suos etiam ante cautionem
tam de restituenda re, quàm de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri secundum Azonem, quem sequuntur Bart. & Fulgos. *in l. si cuius. ff. de vsufruct.* Bart. Alberic. *in l. 4. C. de vsufruct.* Bald. *in l. 1. num. 15.* & Salic. *num. 6. Cod. eodem.* Bart. *in l. si bono. num. 3. ff. de vsucapion.* Imol. *in cap. fin. num. 19. de pign.* & *ibi* Panorm. *ad fin.* Angel. Aretin. *in princip. num. 4. Institut. de vsufruct.* Socin. *consil. 131. ad fin. lib. 1.* Corn. *consil. 137. num. 8. lib. 2.* Cassan. *consuetud. Burgundia rubr. 4. §. 6. glos. & Seratencie num. 3. fol. 613. col. 1.* Beltran. *consil. 40. num. 6. lib 2.* Socin. iun. *consil. 72. num. 8. lib. 2.* vbi late Angel. Aretin. *de test. gloss. 93. num. 2.* Alexand. *consil. 120. num. 5. lib. 6.* tradit omnes ita tenere Ioann. Sicard. *in dict. l. 4. C. de vsufr. num. 7.* Dec. *consil. 907. num. 3.* Ruin. *consil. 60. num. 2. volum. 2.* cum aliis innumeris relatis per Castill. *in tract. de vsufruct. cap. 16. num. 9.* & per Pinel. *2. par. l. 1. C. de bon. matern. num. 77. & sequentib.* vbi concludit hanc esse magis communem
† opinionem, & canendum à glos. in multis locis, 2
magisque ab iis, qui contradicunt putantes hoc receptum non esse; attamen stante limitatione di-
ctæ regulæ, quod si vsufructuarius † possidente 3
proprietario cautionem non offerat, nec proprietarium interpellet, fructus suos non faciat, cum non possideat, nec prædicta adimpleat, inde sequitur in isto casu, in quo non controuertitur vsumfructum nunquam fuisse à Gabriellia vsufructuaria, nec à Francisco, & Catherina eius cessionariis petitum, nullamque fuisse vnquam eius nomine præstitam, vel oblatam cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, sed Hectorem, & Franciscum de Tertulliis hæredes proprietarios, qui semper à die obitus Antonij vltimo defuncti vnius ex filiis dicti Nicolai, hæredibus institutis bona possederunt ad restitutionem tertiæ partis fructuum condemnari non potuisse, cum in tali casu rece-
ptissimum sit, † fructus ab vsufructuario peti non 4
posse, nec proprietarios teneri illos restituere, Odofred. *in l. 1. in fin. versic. sed in quæst. C. de vsufruct.* bene distinguit Bart. *in l. vxori sub num. 1. ff. de vsufr. leg.* vbi in fine dicit tenen menti. & sic de facto consuluisse pluries Bald. *in d. l. 1. num. 15. vers. sed si alius. C. de vsufr. & consil. 163. lib. 1.* Roin. *cons. 50. num. 11.* vbi concludit secundum Bart. *in d. l. vxori*,
fructus perceptos per hæredem, antequam † vsu- 5

fructuarius præstet cautionem de vtendo, & fruen-
do arbitrio boni viri, vsufructuatio non deberi,
idem concludit consil. 202. num.5. in fine lib. 2. quia
hæres non tenetur ante cautionem sibi præstitam
vsufructuatio dimittere res, quarum vsusfructus
6 † est relictus, nec fructus ex eis perceptos, ex re-
gula, de qua in l. Iulianus. §. offerri, de act. empt.
per quem textum patet, quod hæredi imputari
7 non potuit, si dictam cautionem non petiit, † quia
illam etiam debuit non petitam offerre, aliàs
non potuit hæres in mala fide constitui. Pinel. in
dict. l. 1. C. de bon. mat. part. 2. sub dict. num. 77. ver-
sic. nec obstat, & versic. sed hac regula, vbi de com-
muni. Ad hoc faciunt tradita per Caualcan. de
vsufruct. mulier. relict. num. 13. & 9. vbi quod si
8 vsufructuarius non satisdet, † etiam hærede non
petente, non facit fructus suos, sed interim hæ-
res eos lucratur, nec tenetur restituere, Surd. d.
decis. 57. num. 11. & hanc opinionem tenuit Ro-
ta coram Mantic. decis. 43. num. 4. Ratio autem,
9 qua mouentur Doctores est, quia fructus † non
acquiruntur vsufructuario, nisi ab eo, vel ab alio
eius nomine percipiantur, vel à solo separentur,
ad text. in l. si fur. vbi gloss. in verb. percipiantur.
ff. de vsufruct. & l. si vsufructuarius versic. Iulia-
nus ait ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. nec vsufructua-
10 rio datur † prius actio, vel petitio vsusfructus,
quàm satisdederit, l. si vsusfructus. ff. de vsufruct. in
princip. vbi si vsusfructus legatus sit, non prius
dandam actionem vsufructuario, quam satisde-
11 derit, se boni † viri arbitrio vsurum, fruiturum,
&c. Quia licet cautio ista de vtendo arbitrio boni
12 viri non dicatur de substantia vsusfructus, † cum
sæpe sine ea detur vsusfructus, vt est gloss. com-
muniter approbata Instit. de vsufruct. in verb. sal-
ua rerum substantia, vbi Ioannes de Platea, Are-
tin. & alij scribentes, & alia glos. in l si vsusfru-
ctus. §. plane, in verb. hanc cautionem. ff. vsufruct.
13 quemad. cau. est tamen de substantia petendi, † ita
quod ante hanc oblationem vsufructuario fructus
minime debeantur, Bald. consil. 163. num. 1. versic.
& ista videtur mihi lib. 1. & consil. 454. per totum
lib. 5. Ruin consil. 91. num. 10. & consil. 101. num. 7.
lib. 2. Castill. dict. tract. de vsufruct. cap. 8. num. 17.
& 18. atque ita cum Hector & Franciscus proprie-
tarij perceperint fructus, & non fuerint interpel-
lati per Gabrieliam, siue per Franciscum, & Ca-
therinam cessionarios petendo vsufructum, & præ-
14 stando cautionem, † non possunt dici constitu-
ti in mora, nec in mala fide, itaut teneantur resti-
tuere fructus.

Non obstat, quod ex declaratione in actis fa-
cta in Tribunali Auenionen. per procuratores Ga-
briellíæ ab ea constitutos vsque de anno 1614. ad
adeundam hæreditatem Antonij, & Bartholomæi
de Tertulliis probetur petitum fuisse vsumfructum
consistentem in substitutione fideicommissaria Ni-
colai, dum declararunt nomine Gabriellíæ velle
adire hæreditatem delatam vigore exemplaris sub-
stitutionis, vel alio quouis titulo circa præiudi-
cium vsusfructus eidem exponenti competentis,
instando tolli inhibitiones per Tertullios hære-
des proprietarios obtentas, ex quibus præten-
dunt informantes negari non posse, quin fue-
rint in mora, cum vsque ab eo tempore litem
sustinuerint, & recusauerint soluere vsumfructum.
Quia Domini censuerunt, non subsistere in fa-
cto, quod hæredes proprietarij negauerint vsum-
fructum Gabriellíæ, sed solum inualiditatem exem-
plaris, cum voluerint sustinere validitatem fidei-
commissariæ, quod satis patet, cum acceptaue-
rint testamentum, & se obligauerint ad solutio-
nem legatorum in eodem testamento contento-
rum, & inhibitiones fuerunt vigore illius ne de
facto molestarentur vigore exemplaris. Vnde cum
inhibitiones non fuerint ad effectum euitandi
præstationem legati vsusfructus, sed ad se, eorum-
que possessionem hæreditario nomine retentam
tuendum, & conseruandum, nullo pacto dici pos-
sunt † constitui in mora, itaut occasione moræ 15
possint condemnari ad fructus perceptos. Nec tex-
tus in l. si vsusfructus mihi in biennium & tradita per
Bald. qui dicit ita se consuluisse in l. 2. num. 11. C. com-
mun. de legib. & in l. 1. num. 23. ff. de vsur. & fruct.
&c. nec Angel. in consil. 356. num. 7. & alij in con-
trarium allegati applicantur huic casui, cum † pro- 16
cedant data mora ipsius hæredis. Vnde nulla in-
tercedente mora hæredis, vt in isto casu ex supra
deductis, iuxta magis communem fructus ante
† præstitam cautionem ab eo percepti non de- 17
bent vsufructuario restitui iuxta supradictam do-
ctrin. Bart. in l. vxori cum aliis supra allegatis, in-
tercedente enim mora ipsius hæredis, † in eo pu- 18
nitur, quod condemnatur ad fructus perceptos à
die motæ litis, quamuis vsufructuarius nullam
præstiterit cautionem de vtendo, & fruendo ar-
bitrio boni viri, iuxta text. in dict. l. 1. ff. vsufruct.
quemad. cau.

Et ex his censuerunt Domini corruere respon-
sionem datam in decisionibus Dominorum meo-
rum Dunozetti 4. Februarij 1637. [a] & Panziroli
1. Iulij eiusdem anni, [b] quod dicta citatio non es-
set necessaria in hoc casu, cum bona semper fue-
rint detenta penes Hectorem, & Franciscum de
Tertulliis hæredes, & proprietarios, ex regula
quod plus † sit habere rem, quàm fideiussorem. 19
Quoniam in his terminis quando proprietarij pos-
sident, & percipiunt fructus ante oblatam cau-
tionem, intrat communis sententia supra relata,
vt non restituantur fructus vsufructuario, qui de-
beat ad effectum consequendi bona relicta offer-
re cautionem, licet non petitam, quia ex iuribus,
& auctoritatibus supra allegatis, fructus † non 20
aliter fiunt vsufructuarij, quam si ab eo, vel alio
eius nomine percipiantur, nec vsufructuario da-
tur actio, vel petitio vsusfructus priusquam sa-
tisdederit. Vnde infertur, vt explicat Ruin. dict.
consil. 50. lib. 2. qui alios consonantes refert, illum-
que sequitur Mantic. dict. decis. 43. etiam hæredes
non esse in mora, & interim † fructus bona fide 21
percipere, nec proinde debere restitui, nec Surd. de-
cis. 141. num. 14. & Siluan. cons. 37. num. 8. relati in
decisionibus DD. meorum tollunt responsionem,
quia procedunt solum in casu, quo † vsufructuarius 22
inopia laborat, ita quod ratione impotentiæ lex si-
bi dimissionem prædictam indulgeat, secus verò
inopia cessante, quia in primo casu bona remanere
debent penes hæredem, vel alium extraneum, qui
tenetur præstare aliquid annuum pro vsufructu,
ideoque illorum dicta non applicantur in hoc casu
in quo hæc via non fuit electa, † cum debuisset pe- 23
ti vsusfructus, & vlterius probari inopia, vel alle-
gari & iurare non posse inuenire fideiussorem, Surd.
decis. 141. num. 2. 10. & 11. cum aliis per Grat. dis-
cept. 901. num. 12. & 13. & ita cum nulla petitio vsus-
fructus interuenerit, nullaque cautionis oblatio,
probatio paupertatis, vel alia, certum est nos versa-
ri in terminis iuris communis, secundum quod fru-
ctus

ctus iure proprio percepti ab hæredibus non inter-
41 pellatis, † nec constitutis in mora, non sunt resti-
tuendi vsufructuario, qui non petiit, neque cau-
tionem præstitit.

Minus censuerunt Domini obstare quod Ga-
briella ea cuius persona aguot Franciscus, & Ca-
therina cessionarij excusari debeat à prædicta obla-
tione, & præstatione cautionis propter litem, quæ
dio fuit agitata super validitate, vel inualiditate
testamenti, vt dicitur in dicta decisione Domini
mei Dunozetti, qoia cum lis numquam fuerit agi-
tata ante primam sententiam super vsufructu, sed
super exemplari, super qoa Hector, & Franciscus
iam acquieuerant, & super fideicommissaria, su-
25 per qua Gabrielia succubuit, † lites istæ diuersæ
nihil habentes commune cum vsufructu, non pos-
sunt constituere Franciscum, & Catherinam ces-
sionarios Gabrieliæ in statu melioris conditionis,
ad l. non solet, ff. de reg. iur. Debebat enim Gabrie-
lia vsufructuaria petere vsumfructum cum obla-
tione cautionis, nulla habita ratione reseruatio-
nis factæ in aditione hæreditatis per suos procu-
ratores, quia reseruatio, de qua in aditione non
est petitio, nec est oblatio cautionis, quæ copu-
26 latiuè requiruntur contra proprietarium possiden-
tem, vt constituant in mora restituendi fructus
ante præstitam cautionem perceptos ex supra al-
legatis.

Demum non obstat, quod Gabrielia iuris igna-
ra non potuerit certò scire, an verè sibi debitus
esset vsusfructus, cum ab initio venerit ad cau-
sam Henricus nepos ex filia prætendens exclude-
27 re Gabrieliam † auiam tanquam primus filius ma-
sculus, ideoque ista dubietas sufficiat ad excusan-
dam mulierem à non præstita cautione, in qua pro-
28 pter sexus fragilitatem † præsumitur ignorantia,
l. regula, in princip. ibi quod, & fœminis, ff. de iur. & fact. ignor. facit text. *in l. cum de indebito, §. 1. ff. de probat.* Cyn. *in l. 3. vers. tertiò quæro, C. de vsufruct.* Salyc. *in l. 1. sub num. 6. volum. 2. C. eodem.* Alberic. *in dict. l. 3. in fine*, cum aliis cumulatis per Simon. de Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 10. sub num. 80. vers. hoc præcipuè.* Quia omnes in
contrarium allegati expresse loquuntur, qoando
mulier ante præstitam cautionem percepit fructus,
& fuit in possessione, nam alias sine possessione,
29 † etiam quod sit mulier, non excusatur, ex allegatis, per Surd. *decis. 281. num. 5.* ita distinguunt Socin. iun. *consil. 72. num. 13. & 14.* idem Surd. *vbi suprà.* Castr. *consil. 357. in fin. volum. 2.* Bero. *consil. 60. num. 51. & sequentib. volum. 2.* idemque ex aliis ob-
seruat, & optimè comprobat Pinell. *d. 2. part. l. 1. C. de bon. mat. num. 79.* Castill. *in dict. tract. de vsufruct. d. cap. 16. num. 13.* data tamen adeptione pos-
sessionis sine vitio, & cum in isto casu Tertullij
non Gabrielia possederint bona subiecta fideicom-
misso, clarè patet iura, & auctoritates in contra-
rium allegatas non applicari, & quamuis possessio
30 † legitima ad lucrandos fructus sufficiat etiam ante
cautionem, post petitam tamen cautionem non
sufficiat possessio, quia iam vitiosa esse incipit, sic
post gloss. Bart. Fulgos. Imol. Panorm. Alex. Socin.
Bald. & Salyc. resoluit Pinel. *d. l. 1. part. 2. C. de bon. matern. d. num. 77. in fin.* & idem probarunt Ioannes
Siccard. *in d. l. 4. C. de vsufruct. num. 7.* Florian ex-
pressim *in l. si cuius, num. 6. in vers. aut fuit petita, & non præstita, ff. de vsufruct.* Paris. *consil. 61. num. 5. volum. 3.* Crauet. *consil. 300. num. 2.*

Ex quibus omissis iis, quæ deducebantur ex capite inualiditatis dictarum sententiarum, sententias pro Francisco, & Catherina cessionariis latas, Domini censuerunt esse reuocandas.

a Prima est decisio 195. altera vero est decis. 238. part. 7. & part. 8. coram eodem R. P. D. Ghisilerio in hac eadem causa habetur alia decisio sub die 18. Martij 1639.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Fideicommissi de Ramundinis.

Die Lunæ 14. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Bona, quod sint fideicommissaria, ex quibus doceri possit. Fideicommissi derogatio, quando dicatur nulliter obtenta. Assignatio, quando fuit conditionalis, deficiente conditione, resoluitur dicta assignatio.

SVMMARIVM.

1. *Bona, quod sint fideicommissaria, doceri potest ex instrumento diuisionis factæ inter cohæredes, vbi asseritur, quod bona erant fideicommissaria, & num. 4.*
2. *Dominium non probatur ex solo titulo.*
3. *Dominium probatur ex confessione.*
5. *Fideicommissi substantia si fuerit probata per confessionem, ipsa etiam bona probari possunt per confessionem, quod sint fideicommissaria.*
6. *Inuentarium plenè probat contra conficientem.*
7. *Confessio non solum probat contra confitentem, sed etiam contra habentes causam ab eo, vt ipsi non possint illam impugnare, nec illi contrauenire.*
8. *Forma, & conditione data super aliquo actu, si non adimpleatur actus, habetur pro non facto.*
9. *Gratia, quando laborat vitio subreptionis, vel obreptionis, non potest sustineri.*
10. *Principali deficiente corruit accessorium.*
11. *Antecedente destructo, corruit id, quod ex eo sequitur.*
12. *Breue quando est commissarium, qualiter sit procedendum.*
13. *Fideicommissi derogatio nulliter executa, & subreptitiè obtenta non impedit commissionem.*
14. *Identitas vt probetur sufficit, quòd verificentur duo confines.*
15. *Clausula, constituti, operatur translationem possessionis naturalis, & ciuilis.*
16. *Assignatio, quando fuit temporalis, deficiente caussa propter quam fuit facta, resoluitur d. assignatio.*
   Clausula, constituti, importat translationem dominij, & dationem insolutum.
17. *Datio insolutum quando non dicatur facta, sed potius pignoris constitutio.*
18. *Bona, si fuissent data insolutum, non fuisset conuentum, vt illa restituerentur.*
19. *Datio insolutum est sui natura perpetua, & translatiua dominij.*
20. *Clausula, constituti, debet intelligi secundum subiectam materiam.*

21. *Testatoris prohibitio non potest impedire ius creditorum.*

22. *Bona hypothecata, & obligata transeunt cum suo onere.*

23. *Bona omnia descripta in inuentario ex quibus præsumatur, quod sint vltimi defuncti.*

24. *Hæres, si quis sit relictus ad certum tempus, non potest alienare proprietatem bonorum.*

Vxori vigore iurium dotalium competit tantum ius pignoris, & hypotheca in bonis mariti defuncti, ibid.

25. *ad Errorem confessionis probandum requiruntur probationes exactissimæ, & indubitatæ.*

26. *Error ex quibus excludatur.*

DECISIO CL.

Commissa mihi causa appellationis interposi-
tæ à sententia Rotali lata ad fauorem Ioan-
nis Baptistæ Ramundini, aliàs Antonij Mariæ Be-
liossi super immissione in possessionem prædij Ca-
driani possessi à DD. de Lucarellis, & admissio ad
causam Comite Francisco de Pepulis vti necessario
defensore Comitis Hieronymi Ranuccij, dedi du-
bium, an dicta sententia esset confirmanda, quod
fuit affirmatiuè resolutum, quia de validitate non
est ambigendum, cum sit lata seruatis seruandis, &
iustitia est clara, & patens ex decisionibus in hac
causa factis *coram R. P. D. meo Dunozetto 15. Februa-
rij, & 9. May 1636.*

Fundamentum resolutionis fuit, quia Domi-
nis visum fuit ex benè deductis in dictis decisio-
nibus probari prædium, de quo agitur, fuisse in
hæreditate Ioannis Baptistæ Ramundini fideicom-
mittentis de tempore obitus. Primò ex instrumen-
to diuisionis factæ inter ipsum fideicommittentem,
1 & Melchiorem † eius ex fratre nepotem, in qua
prædium Cadriani, de quo agitur, pro sua portio-
ne fuit assignatum fideicommittenti Fusar. *de sub-
stitut. quæst. 618. num. 17.* Mascard. *de probat. conclu-
2 sione 778. num. 21.* & licèt ex solo † titulo non pro-
betur dominium, *l. cum res, C. de probat.* probatur
3 tamen † ex confessione, de qua in instrumento di-
uisionis, vt notatur *in l. cum te, C. de transact. & in
l. cum precibus, C. de probat.* Tiber. Decian. *resp. 76.
num. 9. lib. 3.* quia cum bona fuerint diuisa tanquam
communia, & propria, vterque tam Ioannes Ba-
4 ptista fideicommittens, † quàm Melchior fassi sunt
dicta bona esse eorum. Ruin. *consil. 40. num. 3. lib. 4.*
& sicut substantia ipsius fideicommissi probatur
per instrumenta diuisionum, in quibus fit men-
tio fideicommissi, ita quoque & ipsa bona quod
5 † sint fideicommisso subiecta, probatur per con-
fessiones auctorum, *l. non intelligitur, §. tacitè, iun-
cta gloss. in verb. probationibus, ff. de iur. fisc.* vbi etiam
Bartholom. Socin. iun. *consil. 181. num. 34. lib. 2.* Se-
cundò ex inuentario facto per Ludouicam hære-
dem grauatam, in quo apparet descriptum huius-
modi prædium tanquam hæreditarium Ioannis Ba-
6 ptistæ † fideicommittentis, quod pariter plenè pro-
bat *l. fin. C. arbitr. tutel. l. fin. C. de iur. delib.* Rota
*diuers. decis. 800. num. 23. part. 1. & decis. 407. num. 2.
part. 2. & coram san. mem. Gregor. XV. decis. 575. num. 3.
vbi addent.* Quæ omnia benè comprobantur ex le-
ctura duorum breuium Clementis VIII. & Pau-
li V. in quibus hæres grauatus pro eximendo præ-
dium, de quo agitur, ab onere fideicommissi, fa-
tetur illud fuisse subiectum fideicommisso per di-
ctum Ioannem Baptistam testatorem facto, quam
confessionem Lucatelli † habentes causam ab eo 7
non possunt impugnare, neque illi contrauenire,
vt in specie tradit Socin. *in dict. consil. 181.* & pro-
bat text. *in l. cùm à matre, C. de rei vindic.* prout nec
etiam iuuari possunt derogationibus obtentis à su-
pradictis summis Pontificibus, cum respectu bre-
uis Clementis VIII. non fuerit seruata forma in
dicto breui præscripta, vnde sequitur, quod con-
ditione, † & forma non impleta, derogatio exe- 8
cutoris deputati habeatur pro non facta. Respectu
verò breuis Pauli V. nec illud quicquam facit, cum
sit manifestè subreptitium, & † obreptitium, ex 9
quo fuit narratum vigore breuis Clementis non
inueniri emptorem, dum inuestimentum fieri de-
bebat in locis Montium in Vrbe, & tamen fuerat
antea facta venditio vigore breuis Clementis VIII.
& ita deficiente fundamento secundi breuis, &
† secundæ derogationis, corruit etiam ipsum bre- 10
ue, & derogatio in eo contenta, *cap. cùm Paulus 1.
quæst. 1. l. fluminum, §. vitium, vers. idem Seruius, ff.
de damn. infect.* quia antecedenti destructo † cor- 11
ruit etiam id, quod ex eo sequitur *l. apud antiquos,
& ibi* Bald. *C. de furt. l. si sponsus, §. 1. ff. de donat.
int. vir. & vxor.* Vltra quod dictum breue nunquam
fuit repræsentatum exequutori, vt ex deductis in
decisione R. P. D. mei Dunozetti 9. *May* 1636. in
hac causa, prout necessariò requirebatur, quia Pa-
pa non derogauit fideicommisso, sed concessit gra-
tiam pro derogatione in forma commissaria, ideo-
que cum breue esset commissarium, & esset con-
cedenda † licentia per executorem, debebat præ- 12
cedere sententia illius, & seruari forma Breuis,
cap. dilecta, de rescript. Abb. *consil. 41. part. 1.* Rota
*in recent. decis. 614. num. 1. part. 1. & 676. num. 5. part. 2.
in Romana domus 10. Aprilis 1630. coram Reuerend-
diss. Vrgellen. & in Messanen. seu nullius feudi 15. Fe-
bruarij 1636. coram Reuerendiss. P. D. meo Merlino.*
Vnde cùm derogatio † fideicommissi nulliter exe- 13
cuta, & subreptitiè obtenta non impediat immis-
sionem, vt tenuit Rota *in Romana Casalis Palaz-
zetti 10. Iunij 1615. coram bon. mem. Patriarcha Man-
zanedo inter recent. decis. 718. num. 6. ad med. part. 2.*
meritò fuit resolutum *in dict. decis. Reuerendiss. P. D.
mei Dunozetti,* non obstare breuia Clementis VIII.
& Pauli V. obtenta à dicto Francisco Aloysio
vltimo hærede grauato pro derogatione fidei-
commissi.

Et ex instrumento diuisionis, inuentario, & de-
rogationibus fideicommissi remanet probata iden-
titas, quia eadem confinia enunciata in petitio-
ne conueniunt cum dicto instrumento diuisio-
nis, inuentario, & derogatione fideicommissi,
tam circa denominationem, quàm circa loci qua-
litatem, & quoad confinia, & numerum tornatu-
tarum, licet † ad istum effectum sufficiat, quod 14
verificentur duo confines iuxta doctrinam Bartol.
*in l. demonstratio falsa, num. 20. ff. de condit. & de-
monstrat.* Aymon *consil. 57. num. 7.* Menochius *con-
sil. 21. num. 33.* Rota *in recent. decis. 131. num. 5. & se-
quentib. part. 1. & in Bononien. fideicommissi de Desi-
derijs 14. Iunij 1627. coram Reuerendiss. P. D. meo
Merlino.*

Supradictis non obstat, quod Ioannes Baptista
fideicommittens de anno 1564. assignauerit om-
nia bona sua suis creditoribus, & in specie præ-
dium Cadriani, de quo agitur, cum clausula con-
stituti, vt apparet ex instrumento assignationis,
quæ clausula operatur † translationem possessio- 15
nis naturalis, & ciuilis, *l. quod meo,* vbi Bart. *num. 3.*

ff. de

ff de acquirend. poss. cum aliis adductis, per Titaq. *de verb. constitut. in princip. num.* 1. quia cum hæc assignatio fuerit temporalis, donec scilicet ipsi creditores fuissent de credito satisfacti, sequuta satis-
16 factione, assignatio fuit † resoluta cum reuersione bonorum ad ipsum fideicommittentem, & ideo clausula constituti importans translationem dominij, & dationem insolutum, non applicatur huic casui, in quo ex ipso instrumento apparet bona non fuisse data insolutum, sed ad vendendum, & fruendum, donec impleretur satisfactio, obligatis creditoribus de custodiendo, & conseruando bona assignata, fidele computum reddendo, & retrocedendo omnia prædicta bona stabilia, & credita Montium, &c. Ex quibus verbis apparet dictam
17 assignationem † non fuisse dationem insolutum, sed constitutionem pignoris, vt in terminis Surd. *consil.* 243. *lib.* 2. *num.* 1. *& sequentib.* quia si bona fuis-
18 sent data insolutum, non † fuisset conuentum de illis restituendis, vt benè considerat *d. consil. num.* 5. *in fine*, & in omnem casum quatenus etiam assignatio prædicta non fuisset constitutio pignoris, sed datio insolutum sui natura perpetua, & transla-
19 tiua † dominij, adhuc cessat difficultas, dum ex pacto constat illam fuisse resolubilem, atque ita consulendum est, vt tenuit Menochius *consil.* 201. *num.* 41. *lib.* 3. hanc censeri insolutum dationem resolubilem tamen sequuta satisfactione creditorum,
20 & sic clausula † constituti, & alia, quæ important translationem dominij, ac dationem insolutum ita debere intelligi, vt cum subiecta materia conueniant, scilicet ad satisfaciendum creditoribus, & post satisfactionem recuperandi bona ad eum finem assignata, ne sequatur repugnantia, vel absonus intellectus, & dum diuisio inter fideicommittentem, & nepotem, annotatio in inuentario, & confessio facta in precibus porrectis pro alienatione prædij cum derogatione fideicommissi sunt posteriora assignatione prædicta, euentus probauit prædium fuisse assignanti restitutum, & sic intrat præsumptio secutæ satisfactionis, alias creditores non acquieuissent alienationi factæ per hæredem, nisi ipsi fuissent antea satisfacti de eorum credito.

Nec obstat, quod fideicommissum non comprehendat bona ab ipsomet testatore obligata, cum
21 prohibitio † testatoris non possit impedire ius creditoris, quia hæc obligatio testatoris non tollit quin prædium, de quo agitur, non remanserit in eius bonis, non sequuta aliter alienatione, & bo-
22 na interim † hypothecata, vel obligata remanent, & transeunt cum suo onere. Castr. & alij *in l. Iulianus*, §. *idem Celsus*, *ff. de act. empt.* Rota *in Ariminen. Saluiani* 18. *Iunij* 1631. *coram Reuerendiss. P.D. meo Motmanno, in Romana domus* 20. *Februarij* 1636. *coram Reuerendiss. P. D. meo Verospio, & in Romana Saluiani de Gaffarellis* 13. *Martij præteriti coram Reuerendiss. P. D. meo Buccabella*, & vigore dictæ obligationis prædium fuit eidem fideicommittenti in sua portione in instrumento diuisionis assignatum.

Minus obstat, quod inuentarium non probet istud prædium fuisse in hæreditate Ioannis Baptistæ fideicommittentis, tanquam factum per Ludouicam vxorem testatoris hæredem institutam, addita protestatione, quod non intendebat fateri aliqua bona esse in hæreditate Ioannis Baptistæ, quia etiamsi dictum inuentarium non sit factum à Francisco Aloysio, sed à Ludouica, attamen ex eo apparet, quod Ludouica successit in hoc prædio vti possessio per testatorem, & sic intrat præsumptio, † quod omnia bona in inuentario descripta sint vl- 23
timi defuncti. Aymon *consil.* 127. *num.* 7. Dec. *consil.* 74. *num.* 16. Surd. *consil.* 310. *num.* 15. & dicta clausula præseruatiua non operatur nisi casum, in quem aliunde constaret, quod bona non essent hæreditaria.

Nec quidquam facit, quod eadem Ludouica hæres, eadem bona inuentariata renunciauerit, quia talis renunciatio non importat dominij translationem, non solum, quia in testamento fuit tantum relicta † hæres ad certum tempus, & propterea non 24
potuit alienare proprietatem, sed etiam quia vigore iurium dotalium ipsi competebat tantum ius pignoris, & hypothecæ, ad tradita per Rotam *in S. Seuerini dotis* 16. *Decembris* 1616. *&* 1. *Iulij* 1620. *coram bon. mem. Vbaldo*, & dum post obitum Ludouicæ, iuxta formam dispositionis fideicommittentis possessio fuit restituta Francisco Aloysio fideicommissario, inde sequitur cessionem suorum iurium, super bonis hæreditatis Ioannis Baptistæ factam per prædictam Ludouicam de fauorem Pompei de Flotauantibus non præiudicasse vocatis ad fideicommissum.

Quæ dicuntur de errore confessionis Francisci Aloysij in precibus porrectis Clementi VIII. & Paulo V. Dominis visa fuerunt non releuare, cum ad probandum errorem requirantur probationes † exactissimæ, & indubitatæ, maxime cum aga- 25
tur de hærede informato, qui millies fassus fuit prædium, de quo agitur, ad se spectare vigore fideicommissi q. Ioannis Baptistæ Ramundini, in precibus porrectis Clementi VIII. in iustificatione gratiæ coram Vicario Curiæ Archiepiscopalis Bononiæ, in instrumento venditionis in vim prædictæ derogationis factæ Capitaneo Protesilao de Sauignanis, † in quo pro reintegratione 26
fideicommissi iuxta formam breuis se obligauit facere reinuestimentum ad commodum vocatorum, in nouis precibus porrectis Paulo V. ad effectum deueniendi ad nouam alienationem, in instrumento alienationis factæ per eundem Comiti Francisco Ranuccio, in quo pro validitate actus, & ad docendum quod non obstante fideicommisso posset deuenire ad venditionem dicti prædij, præinsertum fuit Breue derogationis Clementis VIII. sententia Vicarij Bononien. & Breue Pauli V. & demum dictus emptor se obligauit ad reinuestimentum ad fauorem fideicommissariorum, ex quibus penitus excluditur error.

Quare ex supradictis Domini pro confirmatione sententiæ Rotalis resoluerunt.

a Sunt decisiones 93. & 191. part. 7.

Et part. 8. adsunt aliæ decisiones in hac causa, idest, sub diebus 15. Martij 1638. coram eodem R. P. D. Ghisiletio, & 19. Nouembris eiusdem anni coram R. P. D. Verospio.

R. P. D. MERLINO.

Inueteranen. Successionis.

Die Lunæ 14. Decembris 1637.

ARGV

ARGVMENTVM.

Inter partes contrahentes de fideicommisso conuentionali, si fuerit conuentum, vt si quis eorum decederet sine filiis, &c. deberet eligere vnum de eorum domo, seu familia, si ille non fecerit dictam electionem, ad quem dicatur deuoluta facultas illa eligendi.

SVMMARIVM.

1. *ex Declaratione insurgit confessio, qua nulla maior est probatio.*
2. *in Arbitrio alicuius id, quod potius non est, adimplendum venit.*
3. *Fideicommissi conuentionalis vigore, in quo adest hypotheca, competit fideicommissario particulari Saluianum.*
4. *Electio de familia alicuius, si facienda sit ab aliquo vigore pacti ad hoc, vt electus succedat in bonis, si ille nunquam elegerit, apertum est ius illis de familia, perinde ac si electio facta fuisset.*
5. *Electio vnius de familia, si ad hæredem spectet, si ipse non elegerit, electio transit ad hæredem eiusdem.*
6. *Sed melius in hoc distingue. Aut emolumentum proueniens ex electione spectat ad hæredem, & tunc ipsa etiam electio spectabit ad eius hæredem.*

   Quando vero electionis facultas non venit in consequentiam iuris præambuli, & emolumenti transmissibilis, nec iure proprio, competentis ad hæredem, tunc nec eidem hæredi competit electio, num. 8.
7. *L. si ita stipulatus, ff. de verb. obligat. loquitur vbi res eligenda transmissibilis est ad hæredem.*
9. *Electio facienda vnius de familia per hæredem, quando facta non est, tunc omnibus eiusdem familiæ ius competit, & actio datur nulla habita ratione proximitatis gradus.*
10. *Electio facienda per hæredem de vno de familia, si non fiat, tunc non omnes de familia, sed proximior tantum, vel pares in gradu veniunt.*
11. *Illegitimi, seu naturales non sunt de agnatione, nec de familia, & hoc procedit de rigore iuris, num. 16.*
12. *Ius non petentis tertius allegare non potest.*
13. *Electio vnius de familia, si per aliquem erat facienda, quando non fuit facta, iudex potest comparenti omnia bona spectantia ad eligendum assignare, communicaturus postea cæteris eorum ratam, si & postquam prodierint in iudicium.*
14. *Et si non prodierint, quod extent alij proximiores excipientibus, & non actori incumbit onus probandi.*
15. *Et nec iudex tenetur inquirere an alij adessent.*
17. *de Contractus interpretatione, quando agitur, magis standum est opinioni partium, & quid ipsi senserunt, quam quid generaliter in abstracto, & de rigore iuris sit statuendum.*
18. *Spurius vt non possit dici de domo, seu familia, quando iste rigor possit relaxari, & qualiter possit probari, quod sit de domo, num. 19.*
20. *Solutio præsumitur facta de pecunijs eius proprijs ad quem vigore præambuli contractus spectabat debitum.*
21. *Antecessores, si expressè non possunt præiudicare successoribus, id nec etiam poterunt facere per pactum iuratum cum stipulatione Notarij vallatum.*
22. *Taciti vis, & potestas non debet esse maior, quàm expressi.*
23. *Indirectè non est faciendum id, quod directè fieri non est.*
24. *in Transactionis fine, si partes speciali remedio sibi prouiderunt, vt non possit recedi ab ipsa transactione, & nolens possit cogi ad obseruantiam, tunc data inobseruantia, alijs transigentibus solum remanet ius agendi ad adimplementum.*

   Non autem agendi ad resolutionem contractus. num. 24.

DECISIO CLI. & vlt.

CONuentum fuit in transactione, *Che de gl'altri dui terzi, morendo M. Fabio senza figli legitimi, e naturali, vna parte ne venga à M. Galeazzo, & l'altra parte ad vno di Casa di Nucula ad elettione di detto M. Fabio, & l'altra parte à Liuia, & Dianora*, &c.

Obiit Fabius sine filiis institutis hæredibus RR. Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Interamnen. nulla facta electione, cui ex familia Nucula illa tertia pars deferenda esset; & cum in d. transactionis instrumento adesset obligatio, & amplissima hypotheca omnium bonorum pro obseruantia, coram Aud. C. intentauit Ioannes Nucula Saluianum pro hac tertia parte, & sententiam immissionis in Saluiano obtinuit; quam hodie Domini dixerunt esse confirmandam; validitas enim illius benè desumitur ex lectura processus, iustitia autem ex eo, quòd omnia requisita Saluiani sunt iustificata.

Possessio antiqua Fabij ex pluribus, & signanter ex instrumento apprehensionis possessionis ipsorum Canonicorum post mortem Fabij, qui declararunt dicta bona à Fabio eorum auctore fuisse possessa; ex qua † declaratione insurgit confessio, 1
qua nulla maior est probatio.

Possessio verò recens reorum conuentorum, nedum ex litis sustentatione, sed etiam optimè iustificatur ex eodem instrumento apprehensionis.

Creditum cum hypotheca apparet ex ipsa concordia, quæ continet fideicommissum conuentionale ad fauorem vnius ad familia, etiam si Fabius
non elegerit, † in illius enim arbitrio positum non 2
erat, an omnino velit restituere, sed potius, cui restituat, *l. verum* 8. *§. cum quidam, ff. de reb. dub.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 33. *num.* 17. Fusar. *de substitut. quæst.* 503. *num.* 94. & vigore talis fideicommissi conuentionalis, in quo adest hypotheca
†competit fideicommissario particulari Saluianum, 3
Gabr. *consil.* 44. *num.* 1. *lib.* 2. Rota *apud Seraphin. decis.* 818. *num.* 3. *& apud bon. mem. Buratto, decisione* 695. *num.* 1. & quamuis electio vnius de familia Nucula facienda esset ab ipso Fabio, ibi, *Ad
elettione di esso Fabio*, attamen cum ipse † nunquam 4
elegerit, apertum est ius illis de familia perinde, ac si electio facta fuisset, *l. vnum ex familia, in princip. l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de legat.* 2. *l. fideicommissaria, §. fin. ff. de fideicommiss. libert.* cum aliis.

Neque obstat, quòd electio istius de familia
† transiuerit ad hæredes eiusdem Fabij ad *l. si ita 5
stipulatus fuerim* 76. *ff. de verb. oblig.* Abb. *consil.* 80. *num.* 1.

num. 1. lib. 2. Thes. *quæst. forens. cap. 49. part. 1.* Quoniam DD. placuit distinctio, quod aut emolumen-
6 tum proueniens † ex electione, spectat ad hæredem, & tunc ipsa etiam electio ad hæredem vt spectet, necesse est, vt eidem hæredi detur actio necessaria pro consecutione sibi debiti emolumenti,
7 & in his terminis loquitur † *d. l. si stipulatus fuerim,* quia ibi res eligenda erat transmissibilis ad hæredem,& in his etiam terminis debent intelligi quotquot ab informantibus pro Canonicis allegabantur, quoties vero electionis facultas non venit in consequentiam iuris præambuli, & emolumenti
8 transmissibilis, nec iure proprio † competentis ad hæredem, tunc nec eidem hæredi competit electio, ita egregie Castr. *in dict. l. si stipulatus fuerim, ff. de verb. obligat. num. 1. in fin.* Molin. *de primogenit. Hispan. lib. 2. cap. 4. num. 62.* Gomez *variar. resolut. lib. 2. cap. 11. num. 41. vers. quod iterum.* Castill. *quotidian. controuers. lib. 5. cap. 87. num. 25. vers. tertium quod competat,* & facit Gamma *decis. 18. num. 1. in fin.* versamur autem in hoc secundo casu, quia tertia hæc pars reseruata in concordia pro vno de familia Nucula non spectabat, nec iure proprio erat transmissibilis ad hæredes Fabij, sed ad familiam Nuculam.

Non obstat dilemma propositum ab informantibus, pro iisdem Canonicis, quod aut amplecti-
9 mur sententiam illorum, qui dicunt non † facta electione vnius de familia omnibus eiusdem familiæ ius competere, & actionem dari nulla habita ratione proximitatis gradus, quam tenuerunt post alios. Alexand. *consil. 13. num. 3. lib. 4.* Molin. *de primogenit. lib. 2. cap. 4. num. 41.* Surd. *consil. 168. num. 6. & consil. 268. num. 32.* Fusar. *de substitut. quæst. 505. num. 1. & sequentib.* Peralta *in d. l. vnum ex familia, §. rogo, num. 1415. 16. & sequentib.* Sessa *decisione 436. in fin.* Fontanell. *de pact. nuptial. claus. 7. gloss. 7. part. 3. num. 39.* Et retenta hac opinione iniusta esset sententia pro Ioanne tantum lata, cum solùm pro eius rata danda ei esset immissio, & cæteris consortibus eiusdem familiæ itidem debita fuisset eorum rata.

Aut verò retinemus sententiam, quod non om-
10 nes de familia, sed proximior tantùm, † vel pares in gradu veniant non facta electione per Fabium, quam amplexi sunt, gloss. *in d. l. vnum ex familia, §. si falcidia, in verb. necessaria, vers. quia si non eligat.* Imol. *ibidem num. 10.* Padill. *num. 6. vers. & gloss. ibidem,* vbi testatur de communi Simon de Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol. 329. num. 74.* Gabriel. *consil. 132. quæst. 11. num. 1. lib. 1. & alij.* Et huic etiam sententiæ fauere videtur text. *in l. peto Luci, §. fratre hærede, l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de leg. 2. l. fin. C. de verb. significat.* & tunc etiam iniusta apparet d. sententia pro Ioanne lata, tum quia cum
11 ipse Fabius esset naturalis, † non erat de agnatione, & consequenter nec habebat proximiorem, *l. 4. ff. vnd. cognat. §. filium, Auth. quib. mod. nat. effic. sui.* Ruin. *consil. 9. num. 1. 2. 4. & sequentib. lib. 4.* Et ita nec Ioannes erat illius agnatus, & multo minus dici potest proximior, tum etiam quia si proximiori solùm deuoluebatur hæc electio, cum plures personæ extent in hac familia Nucula, erat per gradus indaganda proximitas, quod fuit omissum à iudice.

Quoniam neutra opinio obstaret, & dilemma benè euitatur, si retinemus primam opinionem, quòd omnes admittantur, hoc non suffragatur Ca-
12 nonicis, qui † non possunt allegare ius non petentium, & cum alij non compatuerint, Iudex competenti Ioanni potuit totam tertiam partem assignare communicaturus † postea cæteris eorum ra- 13
tam, si & postquam prodierint in iudicium, in puncto est. Gloss. *in d. l. vnum ex familia, §. rogo, in verb. sed omnes, ff. de legat. 2.* & faciunt tradita per Surd. *consil. 141. num. 26.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 43. num. 60.* Rot. *decis. 693. num. 2. part. 2. decisione 134. num. 2. part. 5. recent. in Romana fideicommissi de Guidis 25. Iunij 1629. & 28. Iunij 1630. coram Reuerendiss. P. D. meo Verospio.* Et quod extent alij proximiores † incumbebat excipientibus Canonicis, non 14
autem Ioanni actori. Rota apud Cardin. Seraphin. *decis. 1219. num. 1.*

Si verò retinemus aliam opinionem, quod solùm admittatur proximior, satis est pro iustificatione sententiæ, quod nemo † compatuerit præter Ioan- 15
nem, nec iudex tenebatur inquirere, an alij adessent, tuncque solùm facienda fuisset computatio, & distinctio graduum, si causa fuisset acta in concursu plurium de familia.

Ad id autem, quod dicebatur Fabium, tanquam illegitimum † non fuisse de agnatione, nec fami- 16
lia Nucula, responsum fuit procedere de iuris rigore, sed cum transigentes eum habuerint pro agnato, & agatur de interpretatione eiusdem transactionis, † magis standum est opinioni partium, & 17
quid ipsi senserint, quàm quid generaliter in abstracto, & de rigore iuris sit statuendum, *l. vltim. ff. quæ res pignor. obligari poss. l. in conuentionibus, ff. de verb. significat.* Alexand. *in l. si tibi, num. 3. ff. si cert. pet.* cum aliis per Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 7. num. 3. & sequentib.* & in omnem casum, si proximitas respectu Fabij tanquam illegitimi non posset considerari, sufficeret Ioanni esse agnatum respectu cæterorum eiusdem familiæ Nuculæ, qui sunt legitimi, neque hic ratio vrget aliqua, quæ illegitimos excludat; vnde † relaxari po- 18
test rigor ille, vt spurius non possit dici de domo Nucula, ex notat. per Card. Paleott. *de spurijs cap. 60. num. 3. & 4. & seqq.*

Nec obstat, quod Ioannes non probet se esse de domo Nucula, quia nedum hoc probatur ex tractatu eiusdem Fabij vltra epistolas, † quæ solæ non 19
sufficerent, *l. non epistolis 13. l. nudis 14. C. de probat.* sed etiam ex testibus probauit, & ex testamento, & aliis instrumento.

Tandem non obstat, quod transactio non fuerit adimpleta, immò fuerit impugnata antecessoribus de familia Nucula, quoniam hoc non adimplementum vsque adhuc non fuit probatum, & Fabios retinuit hæc bona in vim transactionis, & solutiones factæ de scutis 705. ad fauorem R. C. A. præsumuntur factæ † de pecuniis propriis Galeatij, ad 20
quem vigore præambuli contractus transactionis spectabat hoc debitum; ex traditis per Bart. *in l. triticum, ff. de verb. obligat.* Crauett. *consil. 91. num. 3. & consil. 198. num. 13.* Corn. *consil. 22. num. 5. circa med. lib. 1. sanct. mem. Gregor. decis. 468. num. 5. & decisione 511. num. 2.* & benè hanc difficultatem tollit D. Saxus in responsione facti, quæ etiam tolli videtur, quia si antecessores istius familiæ expressè non potuerunt præiudicare successoribus in eadem familia, quominus ipsi admitterentur ad hanc tertiam partem, † nec pactum iuratum cum stipula- 21
tione Notarij vallatum reuocare. Bartol. *in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. obligat. & ibi* Alexand. *num. 9.* Iason *num. 19. & 20.* Couarruuias *variar. resolut. lib. 1. cap. 14. num. 10. & 11.* Cardin. Mantic.

de

*de tacit. lib.*13. *tit.*48. *num.*12. *&* 13. Gratian.*discept. forens. cap.* 575. *num.*13. *vers. additur*, *&* 14. multò minus potuerunt non adimplendo, vel contrauueniendo, vel alio modo indictò auferre ius illud iam quæsitum per instrumentum, & stipula-
22 tionem, † aliàs maior vis, & potestas esset taciti, quàm expressi, vt in simili arguebat Surd. *consil.* 301. *num.* 57. & indirectè fecissent, quod directè facere
23 † non potuerunt, quod est iuri absonum, & cum partes in fine transactionis speciali remedio sibi prouiderint, vt non posset recedi ab ipsa transactione, & nolens posset semper cogi ad obseruantiam, hodie solùm remaneret † ius transigentibus agendi 24
pro adimplemento, non autem agendi ad resolutionem contractus. Bero. *consil.* 33. *num.* 5. *& seqq. lib.* 3. Honded. *consil.* 34. *num.*8. *in fin. lib.*2. Curiac. *controuers.* 129. *num.* 28.

Et eadem responsione tollitur, quod Fabius declarauerit in quadam schedula non teneri restituere vni ex familia, quia hoc non erat in eius arbitrio, nec potuit vocatis præiudicare.

Et ita vtraque parte informante.

F I N I S.





INDEX



INDEX

Rerum notabilium, quæ in his Rotæ Rom. decisionibus continentur.

Prior numerus paginam notat, posterior est marginalis.

A B

Aliena

Index Rerum.

Beneficiati

ee 4 Conditiones

Index Rerum.

CR

CV

Detra

D V

E C

E G

E L

E M

Exce

F A

F E

F I

Fideicom

Sed

Hypotheca

L A

L E

gg 4 Legi

L I

L O

L V

M A

Metus

Mulier

N A

N E

Index Rerum.

P A

Patruus

Priua

PV

QVA

RO

RV

SA

SC

Soror,

S P

S T

T A

T E

Teſta

Index Rerum.

Testator,

Tutoris

Vocatio,

Index Rerum.

F I N I S.

